# OBSERVATIONES DOMINICI MANFRELLA J.C. NEAPOLITANI

AD DECISIONES S.R.C. PARTHENOPÆI

*LIBRI PRIMI*

D. HECTORIS CAPYCII LATRO MARCHIONIS TORELLI.

Prius ejuſdem Supremi Tribunalis Conſiliarii, poſtmodùm Regiæ Cancellariæ Regentis.

*In quibus innumeræ ferè quæſtiones, prætèr, vel contra ejuſdem Regentis ſenſum, concordes, diſcordeſquè Senatuum Deciſiones, atque aliorum Opiniones examinatæ, non ineleganti methodo obſervantur; ac reſolvuntur.*

Opus, ſivè in Theorica, ſivè Praxi, & Foro verſantibus, Jusdicentibus etiàm nòn inutile, nèc injucundum,

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. MARCO-ANTONIO BURGHESIO

PRINCIPI SULMONIS, AC STATUS ROSSANI,

ET REGNUM NEAPOLITANUM PRO REGE ADMINISTRANTI

*DICATUM.*

NEAPOLI. TYPIS NOVELLI DE BONIS TYP. ARCHIEP. MDCCXXI.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

Digitized by Google

Digitized by Google



# EXCELLENTISS. PRINCEPS

MUlta ſunt, eaque inſignia Cæsareæ, et Catholicæ Majestatis in nos amoris præcipui, benevolentiæque argumenta, quibus Neapolitanum Regnum, & hanc potiſſimum Fideliſſimam Civitatem cumulare, & exornare pro auguſtiſſimo, ac munificentiſſimo animo ſuo dignatur. Sed nihil eſt, in quo gloriari magis poſſumus, quam quod Regias in nos vices ſuas eos Principes ſuſtinere jubeat, quorum fama totâ Europâ celeberrima integritatis, & ſapientiæ gloriâ commendetur. Verum nunquam clarius hoc Cæsareæ Majestatis ſtudium felicitatis noſtræ eluxit, quam in electione tua, Excellentissime Princeps, qua huic Regno adminiſtrando deſtinatus es, & admotus. Tanta enim in ipſo ſtatim initio moderati animi, & juſtitiæ amantiſſimi argumenta præbuiſti, ut non ſolum a quo datus ſis nobis, verum etiam quibus Genitoribus Italiæ ſplendori fueris editus, comprobaveris. Burghesia enim Gens fuit ſemper fecundiſſima Heroum parens, qui Italici nominis gloriam, ſive hominum vitio, ſive adverſo quodam felicitati noſtræ fato conſene-



Digitized by Google

ſeneſcentem, & bellica virtute, & legali ſapientia reſtituerunt. Quis enim tam peregrinus eſt in hiſtoriis, qui ignoret aut Galganum Senis ſuis, totique Italiæ pacis, & incolumitatis auctorem? aut Joannem Baptistam, qui Volaterris ab hoſtili furore liberatis, & Roma ipſa, Latinæ Majeſtatis domicilio, obſidione cincta, virtute ſua, conſilioque defenſa, & ſibi immortale apud poſteros nomen, & familiæ decus peperit ſempiternum? His acceſſere Juriſprudentiæ lumina Petrus, Alexander, & Tibi cognominis Marcus-Antonius, qui ſingularem ſapientiam, & admirabilem pietatem in Camillum filium transfudit; ac per eum in Pontificem Optimum Maximum aſſumtum orbi terrarum univerſo Burghesiæ Gentis decora oſtentavit. Enimvero ea fuit Pauli V. virtus, ea munificentia, & ſanctitas, ut nulla fuerit terrarum pars remotiſſima, quam non illuſtrarit, & virtutum ſuarum fama compleverit. Ab eodem Tu, Excellentissime Princeps, juſtitiæ amorem, humanitatem, atque animi magnitudinem, liberalitatemque accepiſti, quibus nos in ſpem adducis fore aliquando, ut, Te Auſpice, adverſa fortuna proſperitati cedente, ubertate perpetua, alacritate perenni, & conſtanti ſecundarum rerum curſu utamur. Vix enim in hanc urbem pedem intuleras, cum prima adminiſtrationis tuæ lineamenta duxiſti ab legum obſervantia, juſtitiæque cultu, quam cum omnibus ſine diſcrimine participandam, atque æquo jure inter omnes ordines communicandam Magiſtratibus ſancte edixiſti. Mox, ut plebem afflictam, & levamen a te ſuppliciter depoſcentem aliqua ex parte erigeres, ac ſolareris, rerum venalium pretia, quæ præteritorum temporum difficultate non mediocriter exarſerant, beneficentiâ tuâ remiſſa ſunt, & laxata; quam benignitatem tuam, ac publicam hujus Regni lætitiam Sanctus Januarius prodigioſo miraculo, ſolito longe celeriori, & alacriori comprobavit. His ego permotus cum typis meis recuſum lucem iterum viſurum eſſet hoc opus *Obſervationum Dominici Manfrellæ J. C. Neapolitani ad Deciſiones S. R. C. D. Hectoris Capycii-Latro Marchionis Torelli*, Nomini Tuo offerre, & conſecrare decrevi; tum quod legale opus tuo, & familiæ tuæ jure debitum Tibi reputarem; tum ut publico nomine hoc qualicunque teſtimonio felicitatem Tibi noſtram gratularer, ageremque gratias pro tua in nos paterna voluntate; tum denique ut gratius omnibus opus ſub fauſtiſſimo, auſpicatiſſimoque Excellentiæ Tuæ patrocinio prodiret. Quæ mea vota, conſiliaque rata ut ſint, Excellentissime Princeps, illud ſupereſt, ut admittere hoc, licet exiguum, munus digneris, animumque in eo meum gloriæ tuæ addictiſſimum, atque obſequentiſſimum intuearis. Quod ſi obtinuero, & Auctoris celeberrimi, doctiſſimique famæ, & obſervantiæ, officioque erga Te meo cumulatiſſime per me conſultum eſſe arbitrabor. Interim Excellentiæ Tuæ felicitatem perpetuam, incolumitatemque a Deo O. M. enixe apprecor

Neapoli vi. Id Majas. mdccxxi.

EXCELLENTIÆ TUÆ

*Humillimus, Addictiſs., & Obſequentiſs. Servus*
Novellus De Bonis.

# ANTONIUS GRATIANUS
## EPISCOPUS BOJANENSIS
## BENEVOLO, ET SAPIENTI LECTORI
### *SALUTEM.*

CELEBERRIMA intèr omnium legum Emblemata; ſequens eſt Capycio Latro Additio in qua Juris præcepta, atquè regula in medium profertur, uberrimo ſcribendi argumento, quod abunde præbet ea, quæ magis ſunt neceſſaria, ut legis Profeſſor ratione utentior, tutus, ac in omnibus uſu præditus, Juris intelligentia præſtans evadat; Non perindè ac Archimedis globus laudando, atquè mirando acumine Auctor in Capycii Latri gremio ligat, & anguſtis formis luminis rationis integerrima, ſummæquè eloquentiæ ornat, atquè exornat. Itaquè typis hæc nova Additio excuſſa, perennitatem aſpiciet; quoniàm Volumini lucem præferens, ut antè lectionem mente percipiatur, & ab ipſomèt tanto promulgetur beneficio, eſt neceſsè. Quapropter ab Auctore opiniones in trutina appenſæ fuere, ut primis, ex Capycii acumine, non abnuentis, ad invicem lateribus latri ſinè furto, conſonent. Quam tibi futura ſit grata Additio hæc; Amice Lector, ex utilitate conjicio, non ſinè decore; & eò magis hac delectaberis, cum omnia tibi dulcia, omni ævo miniſtrentur fercula, à ſummis Juriſperitorum mentibus, uſquè ad infimum litigatorum gradum, effluxerat, Ita ut caſus omnes, qui occurrere poſſunt, infimis, ſupremis, & mediis clarè, quomodò te gerere debeas, tibi proponantur, ut magis tutus, & inoffenſo pede in tanto negotio incedere quas. Demùm tibi propono Auctoris Vitam, integritate, ac omni doctrinarum genere, exccultam virtutibus, quibus longè antè alios, præcellit, ut tanquàm in ſpeculo oculis percipies tanti Viri pietatem, Religionem, & Fidem omniumquè virtutum exemplar; In ſinu ergò gaude, & æquo animo ferre; dum ſicùt à Phiſicis pharmacum contraparatur Virus, ità ab Auctore Volumen adversùs falſas opiniones in ordinem relatum eſt Judicio, Quocircà Magiſtrum, & Auctorem nominans, pietate, atquè indulgentia, tuæ fidei committo; dum ipſe, non officii cauſa, ſed ex animo canam.

*Et vive, & valeas, vincas, & Neſtoris annos,*

*Eloquii Princeps docte, perite, vale.*

*Ædibus ex noſtris diſcedito, menſe Novembri*

*Ut felix vivas, ſit tibi vera ſalus.*

VITAE

Digitized by Google

# VITÆ
## D. REGENTIS
# HECTORIS
## CAPYCII LATRO
### MARCHIONIS TORELLI
## *SYNOPSIS*
## DOMINICI MANFRELLA
## *J. C. NEAP.*

DOM. Hector Capycius Latro hac nobiliſſima Parthenopea Civitate; patritia gente ex Pompeo, & Julia Capycia Galeota Anno 1580. genitus Juriſprudentiæ, ac bonarum ſcientiarum ſtudio Atavorum nobilitatem adauxit. Anno 1600. in noſtro almo Collegio, utriuſquè legis Laurea fuit inſignitus; Controverſiarum privatorum facundiſſimus cauſarum Patronus evaſit, quo in munere, eo ſe excelluit, ut duo ſua admiranda volumina Conſultationum typis data demonſtrant. Ad Mariam Auſtriacam Ungariæ Reginam Philippi III. Hiſpaniarum Regis Filiam Anno 1630. Sindicus nomine totius Civitatis electus optimè ſe geſſit. Indè propriis meritis Anno 1631. intèr Regios Conſiliarios S. R. C. Sanctæ Claræ numerari meruit, quò in Magiſtratu decennio, aut ultro ultra famam ſe eminuit, maleficia aborrendo, extirpando fures, puniendo facinora, controbanna profligando, debellando homicidia, unicuiquè jus ſuum tribuendo; Firmavit is Calabris firmamentum, optimum in terremotu ſubſidium. Anno 1638. prudentiam ſuam in illo unius Millionis auri Regni ad Regem ſoluto donativo lido obſignavit lapide. Judex adjuntus ſæpiùs in Regalis Patrimonii, atquè Annonæ cauſis, vel Regis potentiſſimi, vel Proregis juſſu datus, antecelluit. In bellicis quoquè Imperatoriam Majeſtatem armis decoratam oſtendit, Militum Tribunos, Anteſignanos, Duces, Moderatores, alioſquè mediolanenſes, militiæ Magiſtros particularitèr viſitando. Ad Regem Philippum IV. ſempèr Auguſtum immortalis memoriæ virum; pro hac fideliſſima Civitate Orator deputatus legatione digniſſimè expleta, & Marchionatus titulo, & Regentis Regiæ Cancellariæ Magiſtratus Officium Die 26. Novembris 1641. extitit decoratus, 1 ac poſt famigeratam Allegationem proprio marte compoſitam impedimentis felicitèr explicatis Die 17. Decembris 1643. ſupremi à latere Conſiliarii officii poſſeſſionem adeptus, in magiſtratibus ità ſe præſtitit, ut ſua duo Deciſionum volumina ſedantur, & Demùm Dohanam menepecudum Apuliæ gubernavit. Deliciarum is oſor fuit, Conſilio promptus, alia quæ ad Corporis ornatum pertinent ad ea comparantur, quæ de Juſtitiæ imagine Chryſippus depinxit apùd Gell. 2 Propterea à D. Regent. Merlin. 3 Doctum & Ingenioſum collaudari meruit. à D. Conſil. Provenzal. 4 virum patritium moribus, doctrina, ac pietate inſignem. Collegam ſuum olim doctiſſimum propriis meritis digniſſimum Regentem Regiam Cancellariam. à D. Conſil. Carleval. 5 Doctiſſimum, virum omnibus numeris abſolutum, à D. Reg. De Marin. 6 Conſiliarium inſignem. à D. Conſil. Staiban. 7 Doctiſſimum, & meritiſſimum. à D. Anichin. 8 gloria juris, & decus ſagi, & togæ, eruditiſſimum J. C. ac antiquitatum obſervatorem ſtudioſiſſimum. ab Epiſcop. De Afflict. 9 virum in quo æquè refulget generis nobilitas illuſtriſſima, Doctrinæ maturitas, & affluentia, ſumma in rebus gerendis prudentia, omniumquè virtutum cumulus, ut ipſum ſuo ævo Regni noſtri decorem, & gloriam merito faterentur. à D. Regent. De Philip. 10 elaboratiſſimum, & non modicæ authoritatis virum, à D. Conſil. Petr. 11 doctiſſimum, à Jo: Laganar.

1 D. Lauret. Craſſ. *nel Elog del Huomini Letter. part. 2. fol. 234.*

2 *Lib. 14. cap. 4.*

3 *Tom. 1. Contr. 46. num. 30.*

4 *In Conſuet. ſi moriatur Obſ. 5. n. 22*

5 *Tom. 2. De Judic. Tit. 3. Diſp. 35. nu. 36.*

6 *Reſol. 331. num. 7. tom. 1.*

7 *Reſol. 62. num. 13. lib. 1.*

8 *De Prævent. cap. 2. quæſt. 5 dub. un. n. 66. & cap. 1. q. 3. num. 93.*

9 *Controv. 31. n. 49. & Contr. 37. n. 4.*

10 *Diſſert. 3. num. 21.*

11 *Rit. 244. n. 38. t. 2.*

Digitized by Google

ganar. 12 doctiſſimum, atquè ntegerrimum à D. Prat. 13 D. Conſil. Hodiern. 14 & D. Caſar. 15 præceptorem, à D. Jo: Dominic. Panſut. 16 peritiſſimum, & tandèm à Joſeph. Campanil. 17 bonarun literarum virum. Habuit poëtas etiam ſuas pangentes laudes, ut eſt videre in ſuorum oprum initio; 18 Tandèm gloriis onuſtum Virtutibus plenum Mors illum abſtulit Die 10 Auguſti 1654. ejuſquè cadaver depoſitus fuit in Ara propria Eccleſiæ Sanctiſſimæ Annunciatæ hujus florentiſſimæ Civitatis 19 qua antiquitus duo hujus familiæ legebantur epitaphia ex Ceſare de Engenio 20 tranſcripta ſuper quo improviſo fato nonnulla conſolatoria carmina liricè materno ſermone compoſita ad D. Didacum Regentis defuncti filium ſcripſit Andreas Vittorelli 21 ſuperſtitibus relictis cum D. Iſabella nobiliſſimæ Hiſpanienſis proſapiæ de Ayala amantiſſima uxore glorioſiſſimis liberis D. Carolo Sejani Duce, Salerni, atquè Liti Præſide D. Joſeph J. C. nulli ſecundo, Fratre D. Franciſcò Equite Hieroſolymitano turcicæ claſſis deſtructore, D. Philippo Civitatis pro ſuo ſedili Tribuno egregio, & D. Didaco utriuſquè Apoſtolicæ ſignaturæ Referendario, & Ravennatenſis Provinciæ Vicelegato. D. Carolus Dux, cum D. Diana Maria Caracciola dignis orta parentibus genuit D. Hectorem nunc Sejani Ducem, equitem omni virtutum genere decoratum, D. Jo: Baptiſtam, & D. Nicolaum gemellos, D. Antonium U. J. D. D. Dominicum Anteſignanum ſtrenuum, D. Octavium modò D. Carolum in Theatina Religione coruſcans ſidus, & D. Thomam nunc D. Benedictum Oliveanæ Congregationis ſplendor, atquè Sororem Mariam Magdalenam, & Sororem Mariam Vincentiam Sanctimoniales in Venerabili Monaſterio Sancti Jo: Baptiſtæ hujus Civitatis. Nec derelinquam D. Auguſtinum Regentis Hectoris fratrem ſcientia, ac conſcientia inſignem, qui typis tradidit *Libamentum Ilcaſti in duas partes diviſum*, nèc non *il Monte di Dio per lo cuale s' aſcende come per gradi all' Altezza dell' Oratione mentale è Contemplatione*. 22 Quìd de D. Regentis noſtri majoribus dicam? ſatis ſit intèr multos, nè plùs te detineam, meminiſſe Scipionem illum Italiæ, ac Germaniæ militum Ductorem ſtrenuum, Lælium Medidani, atquè Pompeum apùd Germanos, & Belgicos, ſemitam inſectando, illius viri, in bellicis artibus nulli ſecundi Jo: Baptiſtæ patrui, ob admiranda eo in opere parta facinora, meritò Martis cognomento inſigniti.

His animi dotibus fulſit noſter Capycius Latro, cujus ſcripta, cum præmanibus foro habeantur, imò & ut ferè Oraculi reſponſa præcipuè Deciſionum volumina venerentur in Senatu. feſtivis horis

*Quippè etiam feſtis, quædam exercere diebus,*
*fas, & jura ſinunt.* 23

ad inſtructionem obſervanda opere prætium duxi, At dum operoſos labores meos abſcondebam ſub modio Amicorum placito publici juris facti ſunt, etenìm

*Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire, hoc ſciat alter.* 24

Tu verò ſi in eis aliquid boni reperies de ſurſum eſt, atquè adèo fas ſit verba Div. Auguſtin. 25 mutuare *Domine Deus unus, Deus Trinitas: quæcumquè dixi de tuo agnoſcant, & tui: ſi quæ de meo, & tu ignoſce, & tui.*

12 *Ad Rovit. Prag.* 1. *de Abol. n.* 1. & *n.* 2 *ac in Pragm.* 4. *de Arm. num.* 3. & *in Pragm.* 1. *v.* 1. *n.* 1. *de off. Bajul.*

13 *Reſp.* 24. *num.* 25.

14 *Controv.* 28. *n.* 21.

15 *Qu.* 2. & 3. & §. 2. *n.* 43. *et q.* 9. *n.* 36.

16 *Controv.* 33. *n.* 72.

17 *Notitie di Nobiltà p.* 190. 199. *et* 438

18 Et penès Top. *de Orig. Trib. part.* 2. *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 156. & *part.* 3. *p.* 416. *ſeq.*

19 Gizz. *ad D. Reg. noſt. Obſ.* 121. *n.* 1.

20 *Neap. ſacr. p.* 416.

21 *Nelle Poeſie liriche à fol.* 196. *ad* 203.

22 Top. *in Bibliot. Neap. pag.* 3.

23 Virgil. *Georgi. lib.* 1. *verſ.* 266.

24 Perſ. *in Satyr.*

25 *De Trinitat. lib.* 15 *cap.* 18.




Ini

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano, ſub die 22. menſis Junii 1679. fuit dictum, quod Rev. Pater Antonius Roſſi Societatis Jeſu revideat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.

ST. MENATTUS VIC. GEN.

*Joſeph Imperialis Soc. Jeſu Theol. Emin.*

EMINENTISSIME DOMINE

IN *Obſervationibus ad Deciſiones Reg. Capycii Latro, Authore V.J.D. Dominico Manfrella*, nihil offendi, quod bonos mores, aut ſanam Doctrinam offendat; plurima verò ſunt, quæ juridicè reipublicæ valdè proſunt: ideò jure meritò imprimi poſſe, cenſeo, ſub cenſura tamen Emin. V. Ex Domo Profeſſorum Societ. Jeſu Neap. die 1. Octobris 1679.
Emin. Veſtræ

*Humillimus & Obſequentiſſimus Servus*

Antonius Roſſi Soc. Jeſu.

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo, Archiepiſcopo Neapolitano, ſub die 20. Novembris 1679. fuit dictum, quod, ſtante retroſcripta relatione, *Imprimatur*.

ST. MENATTUS VIC. GEN.

*Joſeph Imperialis Soc. Jeſu Theol. Emin.*

*Reimprimatur.*

*HONUPHRIUS EPISCOPUS CASTELLANETÆ VIC. GEN.*

*D. Petrus Marcus Giptius Canon. Deputat.*

ECCELLENTISSIMO SIGNORE

ANtonio Bulifon Mercatante di Libri eſpone à V. E., come deſidera dare alle Stampe l' *Oſſervationi composte ſopra il primo, e ſecondo Tomo delle Deciſioni del Reg. Capece Latro*, dal Dottore Domenico Manfrella Napoletano; perciò ſupplica V. E. commetterne la viſura à chi meglio parerà, acciòche poſſa ottenerne il Regio imprimatur, che il tutto, &c. *Quam Deus*.
U. J. D. Petrus Caſaburus Urries videat, & inſcriptis referat.

CARRILLO REG. CALA' REG. SORIA REG.

Proviſum per ſuam Excellentiam Neap. die 27. Julii 1679.

*Anaſtaſius.*

EXCELLENTISSIME PRINCEPS

OBſervationes in *Deciſiones Regentis Hectoris Capycii Latro*, ingenioſè à Dominico Manfrella J. C. Neapolitano elucubratas, Ex. Veſtra jubente, hilari animo obſervavi; nihilque in eis adverſum Regiæ Juriſdictioni animadverti; Imò illas adeò ſelectiſſima Eruditione, ac rectatioribus Legum luminibus exornatas inveni, ut ipſis nil addi, nil demi poſſit cenſeo; pro ut de Demoſthenis, Tulliique Orationibus pronunciatum extat. Quapropter Cedro potiùs, quàm Typis dignas, ut mandentur exiſtimo; niſi aliter E. V. videbitur. Datum Neapoli die 24. Auguſti 1679.
Ex. Veſtræ

*Humillimus Servus*

D. Petrus Caſaburus Urries.

Viſa ſupradicta relatione imprimatur, & in publicatione ſervetur Regia Pragmatica.

CARRILLO REG. CALA' REG. SORIA REG.

Poroviſum per Suam Excellentiam Neap. die 24. Januarii 1681.

*Maſtellonus.*

*Reimprimatur.*

ARGENTO REG. ET PRÆS.

*Peſcarini.*

OBSER-

Digitized by Google

# OBSERVATIONUM IN DECISIONES DOM. REGENTIS MARCHIONIS TORELLI HECTORIS CAPYCII LATRO LIBER PRIMUS.

*AUCTORE*

## DOMINICO MANFRELLA J. C. NEAPOLITANO.

## OBSERVATIO IN DECISIONE I.

*SUMMÆ.*

1 *Diverſitas opinionis eſt causa litis.*
2 *Filii in conditione poſiti ; num cenſeantur diſpoſitivè vocati ?*
*Affirmantium refertur ſententia. num.*3.
*Contrarium ponitur. num.*4. *&* *laudatur* D. Gizz.
*Quæſtionis veritatem à conjecturis pendere dixerunt alii. num.*5. *Laudatur* D. Rodoer.
*Quid ſi filii non tantùm actu ad ſuccedendum ſint:ſed etiam potentia inhabiles? num.*6. *&* 7.
8 ... *poſiti in conditione, ſi teſtatoris deſcendentes fuerint;vocati cenſentur, adverſus* Cavaler. *&* D. Reg.noſtr. *num.* 9.
10 ...... *cenſentur vocati per expreſſam prohibitionem alienationis, omnium bonorum hæreditatis, cum pœna nullitatis actus.*
*Item ſtante reciproca ſubſtitutione inter filios inſtitutos. num.*11.
*Aut ſi fiiii cum legitima qualitate vocati fuiſſent. num.* 12.
*Si ad plures ſubſtitutionis gradus teſtator fuiſſet digreſſus. num.*13.
*Laudatur* D. Conſil. Joan. Baptiſt. Hodiern.
*Si poſt fratrum ſubſtitutionem, fuiſſent vocatæ ſorores. num.*14.
*Si filii pluriès in conditione fuiſſent poſiti num.*15.
*Item per fœminarum excluſionem. num.*16.
*Aut ſi ob defectum legitimorum, fuiſſent vocati naturales. num.*17.
*Ob agnationis contemplationem. num.* 18.
*Vel ſi Trebellianica fuiſſet prohibita. num.*19.
20 *Trebellianica qualitèr tacitè prohibita cenſeatur ?*
21 *Clauſula*, omni modo meliori, *quando potens conjectura ſit ad dijudicandum, quod filii in conditione poſiti; vocati cenſeantur ?*
22 *Filii poſiti in conditione, in fideicommiſſo particulari; cenſentur vocati.*
23 *Conditio ſi abſque filiis deceſſerit; num ſacerdotio expleatur ? An verificetur in Clerico in ſacris. num.* 24. *&* 25.
26 *Detractio Trebellianicæ; filiis primi gradus prohiberi poteſt, contrà* Mart. *&* Andreol. *tacitè, & expreſſè num.*27. *adverſus* D. Gizz. *intellige, ut num.* 28.
D. Carol. Anton. de Luc. *laudes.*
29 *Filius reſtituere gravatus per inventarium non confectum; legitimam, neque trebellianicam detrahit.*
30 *Trebellianica non deducitur quoties ſubſtitutio ordinata fuerit in contractu.*

1 PRobè me Hercules affirmandum, veridicum Ariſtotelis effatum 5. *Met.* diverſitatem opinionis cauſam dare liti: etenim Iſoc. teſte *in orat. ad Dem.* qui inter ſe diſſentiunt; utriq; habent ſuffragatores ſuos: & ambigua maxima, vocat Tac.*annal.lib.*3.eò quod alii quoquo modo audire pro compertis habent: alii vera in
2 contrarium vertunt. Ad trutinam hoc loco ponitur controverſam ſatis apud J. C. quæſtionem: num filii in conditione poſiti; diſpoſitivè vocati cenſeantur?
3 Partem affirmativam audactèr defendunt, quos congerit D. Reg. noſter *num.* 3. quibus ſubnectantur Forcad. *Necyomant. Dialog.* 50. HacKelman. *quæſt.illuſtr. diſput.* 16. *th.* 17. *& diſput.* 17. *color.* 1. cum aliis, quos ferè ultrà numerum allegant Mantic. *de Conjectur. ultim. volunt. lib.*11. *tit.* 2.Ant. Gabr. *commun. conclus. lib.* 1. *tit. de fideicom. concius.* 4. Matth.

Stephan. *cent.* 2. *quæſt.* 7. Theſaur. *in decis.* 96. Boccer. *claſſ.* 5. *disput.* 7. *th.* 33. *edit.* 2. Franciſc. Redenaſc. *in cons.* 8. Andr. Facchin. *lib.* 4. *controvers. jur. cap.* 40. & hanc opinionem in judiciis amplexatam, legitur in una Ravennatenſ. Salvian. *coràm Meltio.* 18. *Iunii* 1642. *&* *in par.* 4. *recentior. tom.* 2. *decis.* 355. *nu.* 3. *&* *in decis.* 389. *num.* 4. *&* *in decis.* 422. *num.* 2. *&* *tom.* 3. *in decis.* 741. *num.* 26.

4 His verò contradicunt cum Gloſſegrapho: cujus ſententiam D. Reg. noſter *num.* 4. admiſit: laudati per *eundem ibidem*, & per D. Gizz. laborioſum quidem virum *num.* 7. quibus addè benè loquentes Anton. Gomeſ. *var. reſolut. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 24. *&* *cap.* 5. *nu.* 42. Valent. Forſter. *de succeſſ. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 24. Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 76. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 26. Guliern. Forſter. *lib.* 2. *disp.* 12. *th.* 16. Andr. Facchin. *in adduct. lib.* 4. *cap.* 51. Borgnin. Cavalcan. *in decis. Fivizan.* 83. *par.* 3. Andr. Gail. *practicar. observat.* 136. Franc. Viv. *in decis.* 393. Reg. de Marin. *lib.* 1. *reſolut. quotid. & ibi* D. Joan. Leonard. Rodoer. *cap.* 141. Joſeph Seſſ. *in decis. Aragon.* 65. Schroter. *deatribar. domeſticar. quæſt.* 5. Durant. *de arte teſtand. tit.* 5. *caut.* 19. *num.* 1. *&* *caut.* 24. *num.* 2. *&* *caut.* 36. *num.* 1. Petr. Gregor. *Syntagm. jur. univers. lib.* 42. *cap.* 28. *ex num.* 29. Molin. *de contract. lib.* 1. *disput.* 207. Giovagnon. *in cons.* 79. Ludovic. Caſanat. *in decis.* 4. De Pont. *in cons.* 39. *&* *noviſſimè* Staiban. *in observat. ad reſolut.* 59. *num.* 19. *lib.* 1. hujuſque ſententiæ ſolidiſſima fundamenta refert; Joan. Harpprech. *ad Clar. in* §. *teſtamentum quæſt.* 77. *ex num.* 3. *verſic. contrariam opinionem.*

5 Recurrunt pro pacando diſcrimine ad conjecturas alii; inter quos ſunt Jacob. Cancer. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 78. Sperell. *in decis.* 151. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. Maſtrill. *in decis. Sicul.* 121. *num.* 12. *lib.* 2. D. Carol. Ant. de Luc. *ad decis. de Franch. cent.* 5. *observat.* 491. *num.* 11. *&* *noviſſimè* D. Joan. Leonard. Rodoer. vir ſanè doctus *in conſil.* 28. eaſque Judici arbitrarias eſſe, dixit Steph. Gratian. *discept. Forens. lib.* 1. *cap.* 352. *num.* 27.

6 Sed hanc mediam ſententiam ex Ruſtic. & Riminald. interpretatus eſt Maſtrill. *in adduct. decis.* 121. *nu.* 26. ut anſam non ſibi aperiat in filiis ad ſuccedendum ab inteſtato, ſaltèm in potentia; licet non in actu inhabilibus; cùm eo caſu regula quod conjecturis concurrentibus, filii in conditione poſiti cenſeantur vocati; non obtineat: niſi nè teſtatoris voluntas eluſoria

7 reddatur, vel caſus eveniat, quod ſubſtituti, etiam filiis poſitis in conditione; præferantur: teſte Menoch. qui contrariis adamuſſim reſpondet *in cons.* 173. *num.* 53. *lib.* 2. *&* *in cons.* 393. *num.* 70. *lib.* 4. & poſt eum Franc. Cenſal. *ad Peregrin. de fideicom. artic.* 28. *verſic. atque hinc observo, & in verſic. ſecundo observo pagin. mihi* 234.

8 Nunc venio ad Conjecturas, inter quas ſolidiſſimam eſſe, ſi inter teſtatoris deſcendentes ageretur; tradunt apertiùs Rot. Maceratenſ. *apud Tomat. in decis.* 23. *num.* 6. *&* Ludovic. Bell. *in cons.* 118. *num.* 7. ex quo teſtatorem, nepotes, quàm extraneos dilexiſſe; magis præſumendum eſt: quicquid ſibi dicat Cardin. Cavaler. *in decis.* 496. *sub num.* 13.

9 Et licèt hanc ſolam conjecturam afferat D. Reg. noſter *hic num.* 14. non eſſe ſatis ad obtinendum, ut aliarum coadjuvatione opus non habet: ſuam opinionem in ſolis maſculis tranſverſalibus reſtringendam, putat D. Staiban. *loc. indicat. num.* 27. *&* 28. At in deſcendentibus, qualemcumque conjecturam ſufficientem eſſe; pro indubitato tenent: quos laudat idem D. Staiban. *num.* 29. atque etiam Author quidam apud Cavagnol. *in observat. ad Menoch. in cons.* 135. *ex num.* 53. Altograd. *inter conſil. Palm. in cons.* 2. *num.* 62. etiam ſi unica ſit Bell. *in allegat. cons.* 118. *sub num.* 4. *&* *in cons.* 121. *num.* 13. *&* *in cons.* 174. *num.* 9. *&* *in cons.* 138. *num.* 5. *&* 10. *&* *in cons.* 181. *num.* 4. *&* *in conſil.* 205. *sub num.* 3.

Leviſſimas, etiam conjecturas ſi inter deſcendentes verſetur; ſufficere, ſcribunt, Tomat. *in ead. decis.* 23. *n.* 7. *&* 26. Zuccar. *in decis. Lucan.* 7. *num.* 100. Joan. Bapt. Ciarlin. *controvers. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 22. Rot. Roman. *in recentior. part.* 7. *decis.* 61. *num.* 5. Carol. Marant. *controvers. jur. tom.* 3. *cap.* 76. *num.* 4. Ant. Leoncill. *in decis. Ferrar.* 82. Camuncul. *in decis. Bonon.* 58. *nu.* 14. *&* 16. Sperell. *in citat. decis.* 151. *num.* 16.

10 Per expreſſam prohibitionem alienationis omnium bonorum, addita pœna nullitatis actus, elici aliam conjecturam; tradiderunt allegati per Petr. *de fideicom. quæſt.* 11. *num.* 153. & per Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 681.

11 Item ſi teſtator filios reciprocè ſubſtitueret. D. Reg. noſter *hic num.* 30. Redenaſc. *in adduct. cons.* 8. *n.* 7. Joan. Franciſc. Andreol. *contr. jur. lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 10. *&* *lib.* 2. *cap.* 179. *num.* 5. *&* Fuſar. *ſæpius id repetens in cons.* 38. *num.* 8. *in cons.* 51. *num.* 6. *in cons.* 53. *num.* 17. *in cons.* 54. *num.* 19. *in cons.* 62. *num.* 9. *in cons.* 67. *nu.* 7. *in cons.* 81. *num.* 5. *in cons.* 103. *num.* 7. *&* *in cons.* 131. *num.* 9.

12 Ulteriùs idem affirmandum, quoties cum legitimitatis qualitate, filii fuiſſent vocati: ita tradunt Seraſin. *in decis.* 934. *num.* 9. *&* *in decis.* 956. *num.* 6. *&* *in decis.* 1329. Rot. Roman. *par.* 4. *in noviſſ. decis.* 300. *num.* 6. Viv. *in decis.* 262. *num.* 18. Caren. *pract. cap.* 91. *num.* 23. Andreol. *in adduct. controv.* 85. *num.* 8. *&* *in contr.* 179. *num.* 6. Barzius *in decis.* 7. *&* Magon. *in decis. Florent.* 73. *num.* 8.

13 Memorat num. 18. alteram conjecturam D. Reg. noſt. ſi ad plures ſubſtitutionis gradus teſtator digreſſus fuiſſet. Adde Nig. Cyriac. *controv. Forens. cap.* 96. *nu.* 66. Andreol. *in citat. controv.* 85. *num.* 7. D. Conſil. Joan. Bapt. Hodiern. Magiſter meus ſemper colendiſſimus, & nunquam ſatis laudatus *in observat. ad decis.* Surd. 162. *num.* 4. *&* Giovagnon. *in indicat. cons.* 79. *num.* 11. *&* 28.

14 Atque idem affirmandum, ſi poſt fratrum ſubſtitutionem, ſorores fuiſſent vocatæ, niſi abſurdum contemnere fas ſit: etenim quid abſurdiùs prætermictere filiorum filios maſculos primo loco vocatos, & fœminas admittere ultimo vocatas; quæ minus ſunt dilectæ Rot. Roman. *in recentior. decis.* 146. *num.* 6. *&* *in decis.* 133. *num.* 5. *part.* 1. *&* *part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 661. *nu.* 6. *&* *in decis.* 389. *num.* 10. *tom.* 2. *quod pariter in una Auximiana fideicommiſſi* 22. *Martii* 1638. *coram* Dozonetto *per eandem* Rot. Rom. *decisum teſtatur* Andr. Cenſal. *in decis.* 1. *num.* 3. *impreſſa poſt opus fratris*. Redenaſc. *in cons.* 9. *num.* 5. Niger. Cyriac. *in controv.* 365. *&* Ferentil. *ad Buratt. in decis.* 385. *verſic.* 8.

15 Paritèr ſi pluriès filii fuiſſent in conditione poſiti: D. Reg. noſtro *teſte num.* 22. & admiſerunt Riminald. Jun. De Petr. Gozadin. Cephal. Grat. & Menoch. apud Stephan. Gratian. *discept. Forens. lib.* 2. *cap.* 252. *num.* 18.

16 Item per fœminarum excluſionem: teſtibus Ruin. Curt. Grat. Cravett. Non. Mantic. & aliis, apud Ruſtic. *in ſuo eleganti tract. an filii in conditione poſit. lib.* 5. *part.* 5. *num.* 2. *&* *penes* Gratian. *loc. modò indicat. num.* 20.

17 Inſuper pro filiis poſitis in conditione, conſiderandum quoties in defectum legitimæ ſobolis, naturales fuiſſent vocati, argumento præ dilectionis. Reſpondunt Mandel. *in cons.* 86. *num.* 12. Jacob. Menoch. *in cons.* 393. *num.* 29. *&* Sanc. *in l. filius familias* §. *divus. ff. de legat.* 1. *num.* 7. *&* 54.

18 Decima conjectura erit, ſi contemplando agnationem, teſtator filios in conditione poſuiſſet. Peguer. *in decis.* 100.

Digitized by Google

*l.* 19. *ff. de condition. & demonſtrat.* optimè Petr. de Bellapertic. *in l. generalitèr.* 6. C. *de Inſtitut. & ſubſtitut. &* Alex. *in conſ.* 28. *vol.* 3. *num.* 10.

Modò ſuccedit obſervandum, num actio quæratur abſenti: ſi notarius pro eo ſtipulatus ſit. Ædepolajen-
13 tium communis ſententia eſt; quam ſequitur D. Reg. Noſter *num.* 24. adde Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſput.* 7. *num.* 6. Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 50. *ex num.* 16. Joan. Papon. *in arreſt. Franc. lib.* 1. *tit.* 1. *de donat. arreſt.* 8. Philip. Paſcal. *de virib. patr. poteſtat. part.* 4. *cap.* 10. *num.* 46. Joan. Franc. Sanfelic. *part.* 2. *decis.* 192. *num.* 1. Peregrin. *in adduct. tract. de fideicom. artic.* 1. *num.* 16. quo loco tradit etiam ſubſtitutionem in contractu ordinatam; quoque
14 prodeſſe, non adhuc natis. Joan. Petr. Fontanel. *loco citat. claus.* 4. *num.* 17. *& gloſſ.* 9. *part.* 1. *num.* 5. Gratian. *in allegat. cap.* 247. *num.* 3. Antonin. Theſaur. *in decis.* 70. Fuſar. *quæſt.* 13. *num.* 1. & 5. Cenſal. *loc. indicat. pagin.* 114. *verſic. ſecundo obſervo.* Molin. *de rit. nupt. lib.* 2. *quæſt.* 2. *sect.* 2. *num.* 58. Tiraquell. *in allegat. tract. de jur. conſtit. poſſeſſ. part.* 3. *limit.* 30. *num.* 16. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 26. *ex num.* 2. Merlin. *cent.* 1. *controv. cap.* 59. *num.* 18. & 25. Hodiern. *in controv.* 29. Rodoer. *loco citat. num.* 3. maximè ſtante juramento. Mancin. *de effectib. jurament. part.* 4. *effect.* 23. *num.* 1. *& noviſſimè* D. Blaſ. Altimar. *ad Rovit. in allegat. decis.* 85. *num.* 21.
15 Vndè Didac. Covar. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 14. *num.* 11. voluit, Pactum inter contrahentes, initum in tertii beneficium, ei nè dum prodeſſe, ſed per illud acquiri utilem actionem, etſi nemo pro eo acceptaverit: quod placuit etiam Cancer. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 8. *num.* 52.
16 Inſurgit dubium, num donatarii acceptatio neceſſaria ſit? affirmant Ant. Fab. *in ſuo cod. lib.* 8. *tit.* 36. *diffinitio.* 3. *& tit.* 39. *diffinit.* 19. Sanfelic. *in citat. decis.* 192. *num.* 2. Jacob. Ant. Mart. *in conſ.* 73. Cancer. *in adduct. cap.* 8. *num.* 40. Ant. Gabriel. *lib.* 3. *commun. Conclus. tit. de verbor. obligat. conclus.* 1. *num.* 100. Montan. *de regalib. offic. num.* 37. *verſic. quia etſi Notarius*. Hieronym. Gabriel. *in conſ.* 112. *vol.* 1. *num.* 6. Afflict. *in Decis.* 275. & De Marin. *ad Reverter. tom.* 1. *obſervat.* 3. *num.* 3.

Sed pro contrario videri poſſunt Prat. *lib.* 2. *discept. Forens. cap.* 4. *num.* 23. Mantic. *in citat. tract. de tacit. lib.* 4. *tit.* 22. & Joan. Bapt. Thor. *in comp. decis. part.* 2. *verb. donatio irrevocabilitèr inter vivos, facta abſenti.*
17 Proindè ante donatarii acceptationem talem donationem revocari poſſe; dixit Bart. *in l. qui Roma.* §. Flavius. *ſub nu.* 1. *ff. de verb. obligat.* eumque ſequuti ſunt Covar. *de teſtament. part.* 2. *Rub. num.* 7. Peregrin. *in citat. artic.* 51. *& in conſil.* 20. Mart. *in eod. allegat. conſil.* 73. Theſaur. *in citat. dec.* 70. *num.* 5. Tiraquel. *de jur. primogenit. quæſt.* 8. *num.* 41. Cæval. *commun. contr. comm. quæſt.* 55. Molin. *de primogenit. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 69. Rocc. *vol.* 2. *reſpons.* 46. *num.* 22. & 23. Staiban. Senior *in conſil.* 7. & Thor. *in citat. part.* 2. *com-*
18 *pend. verb. donatio*. Et quod habens facultatem nominandi incertum de incertis, poſſit ante traditam rem, ſive nominati acceptationem, nominationem factam revocare, aliumque nominare; pro indubitato tradunt, Caldas *de poteſtat. elig.* Molin. *in adduct. tract. de primogenit. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 25. & Velaſc. *in conſultat.* 102. *num.* 23. *tom.* 1.
19 Contradicit Caſtrenſ. *in eit.* §. Flavius *inſin.* ejuſque *ſequaces* ſunt Gratian. *in allegat. cap.* 247. *num.* 1. & *cap.* 575. *ex num.* 8. Alvar. Valaſc. *de privileg. miſerabil. perſonar. part.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 243. De Marin. *lib.* 2. *reſol. cap.* 70. *num.* 6. Rodoer. *loc. citat. num.* 5. & 6. Maſtril. *in decis.* 301. *num.* 21. Paſcal. *loc. citat. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 158. & ibi *in annotat.* Prat. Larr. *in decis.* 91. *num.* 10. Marcian. *lib.* 1. *diſput.* 13. *num.* 12. Fab. *de errorib. pragmaticor. decad.* 47. *error.* 7. *ex num.* 5. & *decad.* 48. *error.* 1. *ex num.* 5. & *error.* 2. *ex num.* 3. De Pont. *in conſil.* 120. *num.* 3. *lib.* 2. Facchin. *contr. jur. lib.* 8. *cap.* 89. De Amat. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 4. Merlin. *loc. citat. ex num.* 5. & *noviſſ.* De Luc. *ad decis.* De Franc. *obſervat.* 339. *verſic. verior tamen.*
20 Pacare diſſidium conatur Sabell. *cap.* 5. *var. reſolut. num.* 10. ut Bartol. opinio anſam aperiat in donatione cauſa mortis: vel legato, in quibus per revocationem reſpectù perſonæ principalis; cenſetur quoque revocatum diſpoſitum, in alterius vocati beneficium: eo ſtante, nam in dictis actibus tertiò quæritur actio revocabilitèr, quod non eſt in contractibus: & ità cenſuit. Rot. Roman. *apud* Seraſin. *in decis.* 1409. *nu.* 7.
21 Renunciationem factam à filia de bonis paternis, renunciantem non excludere à ſucceſſione fraterna; indicat D. Reg. noſt. *poſt num.* 29. ità tradunt ſcribentes *in cap. quàmvis pactum, de pact. in* 6. & in ſpecie Covarr. *par.* 3. §. 3. *nu.* 2. & probant Maſcard. *de probat. tom.* 2. *conclus.* 1270. Gratian. *discept.* 685. *nu.* 1. & 2. Roman. *in conſil.* 168. Mandoſ. *in verb. perſona.* Purpurat. *in l. fin. C. de pact. num.* 198. *verſic. ultimum, & in l. ejus. in gloſſ. verb. hæreditate. ff. ſi cert. petat.* Roland. à Vall. *in conſ.* 95. *num.* 44. *vol.* 1. Cagnol. *in l. hæreditas.* 62. *nu.* 4. *ff. de regul. jur.* & ibi Dec. *num.* 8. *idem* Dec. *in conſ.* 31. *ſub num.* 5. *circ. med. & in conſ.* 265. *num.* 1. & 2. *in conſ.* 419. *num.* 10. *in conſ.* 433. *num.* 5. & *in conſ.* 625. *num.* 9. Guid. Pap. *in conſ.* 15. *num.* 4. Alex. *in conſ.* 198. *num.* 9. *lib.* 6. Capra *in conſ.* 12. Weſſembec. *in conſ.* 15. *par.* 1. *num.* 13. Alciat. *in conſ.* 152. *nu.* 7. Soccin. *in conſ.* 64. *vol.* 3. Tiraquel. *in citat. tract. de primogen. quæſt.* 86. *verſic. ex quibus. num.* 6. Vaſquius *de Succeſſ. creat. lib.* 2. §. 18. *nu.* 176. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 15. *num.* 238. Craſſ. *in* §. *ſucceſſio ab inteſtato. quæſt.* 10. *num.* 16. Capriol. *de ſucceſſ. ab inteſtat. lib.* 1. *num.* 502. De Penn. *in l.* 3. C. *quando. & quib. in verſic. ſi autem. lib.* 10. Guttierez *practicar. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 80. *num.* 5. Caſtil. *in tract. de uſufruct. cap.* 2. *ex num.* 63. Gail. *in l.* 2. *de pact. public. cap.* 19. *num.* 16. *verſic. adita verò.* Viv. *in decis.* 188. Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 4. *gloſſ.* 24. *num.* 66. *tom.* 1. & *tom.* 2. *claus.* 9. *gloſſ. unic. part.* 1. *num.* 76. De Franch. *in decis.* 307. *num.* 5. & ibi Viſcont. Amendol. & De Luca *in decis.* 52. *num.* 23. Napod. *in conſuetud. ſi qua mulier. verb. ſuccedere.* Anell. de Amat. *in conſ.* 15. *num.* 9. De Giorg. *allegat.* 30. *nu.* 26. Altograd. *in conſ.* 66. *num.* 44. Franc. de Petr. *in cit. conſ.* 51. *num.* 10. Rot. Roman. *in decis.* 775. *num.* 18. *part.* 1. *in recentior. & in decis.* 125. *num.* 53. *part.* 5. *diverſor.* Mercurial. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 10. & ſic deciſum tradunt *idem* Merlin. *num.* 4. & *in decis. impreſſ. poſt eum* 48. Fab. *in ſuo Cod. tit. de pact. convent. diffinit.* 12. Capell. Tholoſ. *in quæſt.* 458. & Guid. Pap. *in quæſt.* 192. *num.* 4. & *quæſt.* 231.
22 Pro quo obſerva, non prohiberi ſorori, quæ finem fecit pro bonis maternis & paternis, ſuccedere fratri etiam in bonis; quæ fratri ex paterna, vel materna ſucceſſione pervenerunt. Ità poſt alios ſeribunt Angel. *in conſ.* 52. *col.* 2. *vol.* 2. Joan. Petr. Surd. *in decis.* 144. *num.* 15. Mart. *de ſucceſſ. Legat. part.* 1. *quæſt.* 1. de Communi teſtatur Dec. *in conſ.* 551. *num.* 581. optimè Conſil. Hodiern. *in controv.* 34. *num.* 82. cùm, patre mortuo ſive matre; non ampliùs bona paterna, vel materna dicuntur: ſed ab eo denominationem, accipiant, cui bona ipſa deferuntur. *l. ſi Avia veſtra.* 13. C. *de donat. l. ſed ſi plures.* 24. §. *filio impuberi. de vulgar. & pupillar.* Gloſ. *in l.* 1. §. *veteres verb. per unum. & ibi* Alex. *de acquirend. poſſeſſ.*

Digitized by Google

ſeſſ. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 116 num. 1.
& in cons. 516. num. 12. Reg. Merlin. contr. 3. num.
15. lib. 1. alios allegant Mar. Anton. Maceraten. var.
resolut. lib. 2. resol. 59. cas. 18. verſic. 2. Gratian. tom. 4.
discept. 685. num. 1. De Luca ad Franch. in citat. ob-
serv. 307. & D. Altimar. ad Rovit. in conſil. 68. num.
2. lib. 1.

Quod probatur ex l. pater familias. 12. §. at cùm
ſubſtitutus. ff. de privileg. credit. & latiùs comprobat
Afflict. in conſtit. Regn. in aliquibus, ex num. 20. &
in cap. 1. num. 30. de natural. ſucceſſion. feudor. Decian.
in cons. 1. num. 191. & in conſil. 48. num. 16. vol. 2.
hancque ſententiam admiſerunt Gomes. ad l. 22. taur.
num. 2. & lib. 1. var. resolut. cap. 1. num. 8. verſic. ter-
tius effectus. Joan. Campeg. in tract. de ſtatut. quæſt.
47. Ludov. Molin. de Majorat. disput. 579. num. 20.
De Franch. in decis. 171. num. 3. & commune predi-
cat Coras. in l. poſt aditam. C. de impub. & aliis ſubſti-
tut. num. 8. Fab. in citat. Cod. tit. de pact. diffinit. 12.
23 Iordan. Urſin. de ſucceſſ. feudor. part. 3. quæſt. 3. art.
1. num. 5. & 6. idque etiam in feudo procedere con-
cludunt Roman. in conſil. 165. Angel in conſil. 52. Alex.
24 in citat. §. veteres. & in ſtatuto. Joannes de Arnon. in
dialog. jur. dialog. 1. & Dec. in l. quoties duplici jure.
91. ff. de regul. jur.

Demùm Obſerva num. 40. in renunciatione, quàm-
vis generali; non cenſeri fideicommiſſo conditionali
25 renunciatum: adde videndos Craſſ. in §. fideicommiſ-
sum. quæſt. 62. Tiraquel. in l. ſi unquam. C. de re ju-
dicat. in præfat. num 138. Gall. de except. tit. 4. ex-
cep. 26. ex num. 14. part. 2. Menoch. de præsumpt. lib.
3. præsumpt. 117. num. 14. cum aliis quos condacunt
Vincent. Fuſar. quæſt. 587. num. 2. & Cenſal. ad Pe-
regrin. de fideicom. pagin. 530. in impreſſ. Neap. ver-
ſic. secundo an fideicommiſſum conditionale.

Ea ab omnibus ratio redditur: nam juri quod non
26 eſt, renunciari non poteſt l. ita scriptum. §. ſi sub con-
ditione. ff. de legat. 2. maximè quia renunciatio dona-
tionem ſapit. l. ſi quis delegaverit ff. de donation. Ro-
land. à Vall. videndus in conſil. 51. num. 15. & 16. lib.
4. donari verò non poteſt, quod non habetur.

27 Propterea contrarium affirmandum eſt in fidei-
commiſſo puro, ad tradita per Intrigliolum de ſubſti-
tut. cent. 3. quæſt. 91. Petr. Gregor. Syntagmat. jur.
univers. part. 3. lib. 42. cap. 30. num. 6. Craſſum. in
citat. quæſt. 52. Viv. in decis. 185. num. 1. lib. 2. cum
aliis allegatis per Fuſar. loc. citat. num. 1. Peregrin.
loc. citat. artic. 42. ex num. 9. Cenſal. loc. citat. verſic.
primò ergò fideicommiſſum.

28 Perſtringunt concluſionem Intrigliol. & Peregrin.
in sedib. modò indicat. ſi Notarius vel alius pro aſſente
gravato, renunciationem acceptatus ſit: dummodo
ſubſequatur ante renunciationis revocationem; ratifi-
catio principalis: & eandem ſententiam ſequitur Gall.
in citat. except. 26. num. 30. & adverſus Rip. contra-
rium ſentientem Fuſar. loc. citat. num. 4. & Cenſal.
verſic. secundò limitatur. pagin. 531.

29 Nec eandem concluſionem procedere in renuncia-
tione coràm Judice facta, à quo nomine gravati ab-
ſentis, renunciatio acceptata fuiſſet: Aut ſi in eſecu-
tionem decreti facta fuiſſet; dicunt Gulierm. de Bene-
dict. in cap. Raynutius. de teſtament. verb. ſi absque li-
beris. il 2. num. 116. Peregrin. loc. citat. num. 11.
alios laudat Fuſar. num. 3. qui ex Gall. & aliis tradit
Judicis præſentiam ſatis non eſſe ad effectum prædi-
ctum: niſi etiam abſentis nomine ſit acceptatus. Se-
quitur Cenſal. loc. indicat. verſic. limita hanc conclu-
30 ſionem. Alias limitationes ponunt Fuſar. & Cenſal.
loc. indicat. quas, nè aliorum laborum tranſcriptor
videar; ex te videre poteris.

31 Unum tamen nota, quod in caſibus in quibus fi-
deicommiſſi renunciatio permiſſa eſt; illam in ſpeci-
fica forma facienda eſt: Inſertis ſcilicet teſtamenti ta-
bulis; ejuſque verbis inſertis. Gratian. discept. 557. &
num. 47. Conſil. Theodor. in allegat. 24. num. 21. De
Luc. ad Franch. observ. 427. num. 6. Staiban. in obser-
vatione ad resolutionem 32. num. 3. & 4. lib. 1. Rodo-
er. in conſil. 24. num. 37. & ſic deciſum tradit Epiſcop.
De Afflict. controv. jur. resol. cap. 26. num. 18. qui nu.
32 17. cum D. Reg. noſtr. hoc loco num. 46. concludit, id
faciliùs procedere in renunciationibus; quæ fiunt à
puellis in manibus parentum, tempore contracti ma-
trimonii propter metum reverentialem, in illis ſoli-
tum intervenire: cùm abſque aliqua certificatione ju-
rium eis competentium renuncient: nec renunciari
33 poſſe diſpoſitioni tex. in l. de his. C. de transact. con-
cludit, & videndus eſt etiam Capyc. in decis. 159. &
D. Altimar. ad Rovit. in conſil. 32. num. 21. lib. 1.

34 Undè, ut per diviſionem, aut tranſactionem fidei-
commiſſi renunciatio inducatur, expreſſio teſtamenti,
ſpecialis requiritur, in quo fideicommiſſum contine-
tur. Gall. in dict. excep. 26. num. 53. par. 2. Craſſ. in al-
legat. quæſt. 62. num. 4.

35 Sed contradicunt Peregrin. in citat. artic. 52. num.
30. & Cavalcan. in decis. Fivizan. 36. num. 24. par. 1.

36 Tandem Marian. Soccin. in diviſione dicit, quod
ſufficiat fideicommiſſi ſpecialis ſcientia, ſi à patre or-
dinatum fuerit. At in tranſactione, requiri ſpecialem
mentionem. in cons. 116. num. 65. lib. 1. Quem cum
aliis conglomeratis, allegat Fuſar. quæſt. 194. num. 23.
24. & 25.

37 Dicit D. Gizz. hic num. 18. Quod tranſactio con-
cepta verbis generalibus, ad incognita non extenda-
tur. Nota quod contrarium ſcribunt, Bartol. in l. Au-
relio. §. Cajus ff. de libertat. legat. num. 3. 10. & 11. &
in l. ſi de certa. C. de transact. sub num. 1. verſic. quan-
doque verba generalia. Paul. de Caſtr. lib. 2. cons. 333.
num. 2. Menoch. in cons. 335. ex num. 18. Gratian. di-
scept. 568. ex num. 33. Rot. Roman. poſt Salgad. in laby-
rint. decis. 25. ex num. 12. & poſt Merlin. de Pignorib.
in decis. 10. num. 10. & part. 5. recent. in decis. 141. ex
num. 3. sed vide D. Hodiern. in observat. ad Surd. 176.
num. 11. Theodor. Hopingk. in cons. 15. & Fontanell.
in decis. 395. num. 5. & in decis. 398. num. 21. nec
non Pratum observat. pract. 35. ubi num. 5. tradit cau-
telam, ut certiùs incogitata comprehendantur.

## OBSERVATIO

### IN DECISIONE III.

### *SUMMÆ.*

1 *Homines qualitercumque nati; Dei filii sunt.*
2 *Crimen paternum; nullam maculam filio infligit.*
3 *Nasci illegitimè; patris, non filii crimen eſt.*
4 *Infamia; proprio non alienò contrahitur delicto.*
Cardinal. Paleot. *laudes emeritæ.*
5 *Natura, quæ dedit; non damnanda sunt à nobis.*
6 *Jure naturæ; nulla ineſt differentia inter legitimos, & illegitimos.*
7 *Legitimati; sunt capaces honorum, & dignitatum.*
8 .... *per reſcriptum Principis; cum liberis legitimis, & naturalibus, æquè succedunt.*
*Et adequantur natis, ex legitimo matrimonio. n. 9.*
*Excludunt ſubſtitutum: ſi de filiis legitimis, & naturalibus Teſtator loquutus fuiſſet. n. 10. 11. 12. & 13.*

Non

*decis.* 100. Franc. Milanenſ. *in deciſ. Sicul.* 1. *nu.* 138. Achill. Pedroch. *in conſ.* 22. *num.* 12. Clar. *&* *ibi* Harpreſt. *loc. indicat. quæſt.* 79. *num.* 4.

19 Cæterùm, pro filiis quoque conjecturandum, ſi prohibita fuerit Trebellianicæ detractio; autumat Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 153. quod tamen non arridet: authorante id Mihi Menoch. *lib.* 2.
20 *præſumpt.* 76. *num.* 80. Sufficit enim teſtatorem prohibitionem alienationis bonorum ordinaſſe: ut tacitè Trebellianicæ detractionem prohibitam fuiſſe cenſeatur. §. *ſi quando. Auth. ut ſponſ. larg. Auth. ſed & ea C. ad leg. falcid.* & concludunt adamuſſim Angel. *in §. ſi verò expreſſim* Auth. *de hæredit. & falcid.* Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *nu.* 91. Fuſar. *in conſ.* 17. Gerius Spin. *in conſ.* 40. *nu.* 21. Marcian. *in conſ.* 60. *nu.* 15. *lib.* 1. Andreol. *in allegat. lib.* 1. *cap.* 33. *nu.* 8. *cum ſeq. & lib.* 2. *cap.* 157. *& num.* 19. Arias de Meſa *lib.* 3. *var. cap.* 29. *num.* 22. *&* 23. Barr. *de ſucceſſ. lib.* 15. *tit.* 8. *de trebell. num.* 19. Ciarlin. *lib.* 2. *controv. cap.* 152. *ex num.* 2. Montan. *in controv.* 56. Giovagnion. *in conſ.* 29. *nu.* 17. Vincent. de Franch. *in deciſ.* 612. *ex nu.* 8. Tomat. *in deciſ.* 253. *nu.* 1. Cavaler. *in deciſ.* 540. *n.* 15. *&* Coccin. *in deciſ.* 253. *n.* 1.

21 Elici aliam conjecturam, admiſit D. Reg. noſter *nu.* 28. ex clauſula *omni modo meliori*, poſita etiam in ipſo teſtamenti principio: pro quo punctùm ſtat D. Paul. Staib. *reſolut. Forenſ. lib.* 1. *reſolut.* 58. *num.* 46. In contrarium verò valdè urget Gratian. *loc. deſuper citat. num.* 17. cùm clauſula prædicta operetur, quoties diſpoſitio, & actus valere aliquo modo haud poteſt; ut virtute teſtamenti vocentur. Menoch. *in indicat. præſumpt.* 76. *num.* 82. *&* Curt. Jun. *in conſ.* 77. *num.* 22.

22 Eandem percutio incudem, ſi agatur de fideicommiſſo particulari: juxtà pleniùs tradita per Bero. *in conſ.* 110. *num.* 41. *& in conſ.* 242. *lib.* 2. Intrigliol. *in allegat. quæſt.* 26. *num.* 126. Epiſcop. Ricc. *in Collectan.* 306. *&* Magon. *in deciſ.* 16. *num.* 20.

23 Nuper quæſitus fui, filiis inſtitutis cum conditione, ſi ſine filiis deceſſerint, Mevius ſit ſubſtitutus: ſi inter inſtitutos unus in ſacris reperiatur; Subſtitutio nùm illum comprehendat? Negat Polidor. Ripa *in obſervat.* 248. jacto fundamento: nam non debetur fideicommiſſum in defectum conditionis à jure improbatæ. *l. quoties &* ibi *ſcribentes ff. de condit. & demonſtrat.* at cùm conditio ſi abſque liberis in illo qui in ſacris eſt, à lege in comodum illius improbata ſit *DD. in cap. in præſentia. de probat.* conſequens eſt, ut ſub ea conditione non comprehendatur. Et ità paritèr concludit Paul. de Caſtr. *in l.* 2. *§. lex falcidia ff. ad leg. falcid. nu.* 4.

24 Reprobat hanc opinionem nominatìm adverſus Paul. de Caſtr. Antonin. Theſaur. Nam ſi unus ex laicis inſtitutis præmoreretur abſque filiis; frater in Sacris, virtute ſubſtituti onis ſuccederet: aliàs per Sacerdotium efficeretur deterioris conditionis ſuorum fratrum: ut perbellè notat Dec. *in conſ.* 299. *num.* 9. Indè eſt quod ſi ſubſtitutio obtinet in ejus beneficium: ità paritèr in ſuppoſita ſpecie anſam ſibi aperire, ſtatuendum eſt: pro ut per Senat. ſuum deciſum tradit nominatus Teſaur. *in deciſ.* 136.

Reſolvitur argumentum, conditionem ſi ſinè filiis deceſſerit; in Sacerdote haud poſſe verificari, eo ſtante: nam teſtator uniformitèr omnes ſubſtituit. Propterea, ſicut eadem conditio operatur quò ad laicos, ità etiam tamquam pura operari debet reſpectù Sacerdotis, ità Dec. *in loc. adduct.*

25 Trebellianicam filiis pro abſoluto prohiberi poſſe; tradidit D. Reg. noſter *num.* 25. & in idem deſcendunt Theſaur. *lib.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 1. Magil. *de imputat. quæſt.* 116. Paſcal. *in tract. de virib. patr. poteſtat. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 144. Fab. de Ghioc. *in Auth. noviſſima. C. de Inoſſicioſo teſtament. num.* 252. Andr. Facchin. *controverſ. lib.* 5. *cap.* 5. Ruſtic. de Liber. *in condit. poſit. lib.* 1. *cap.* 2. *part.* 1. *num.* 10. Hieronym. de Cævall. *commun. contr. commun. quæſt.* 30. Cardin. Creſcent. *de teſtament. deciſ.* 2. De Marin. *reſol. quotidianar. cap.* 281. *lib.* 1. *& ad* Reverter. *obſervat.* 355. *num.* 1. *tom.* 1. quod & dixerat *idem* Reverter. *ibid.* D. Conſil. Hodiern. meus Magiſter ad Surd. *obſervat.* 351. *ex num.* 3. Baldax. Tomaſ. *in tract. de trebellian. tit.* 6. *num.* 381. Sanfelic. *in deciſ.* 344. *num.* 20. D. Marcell. Marcian. *in conſ.* 1. *lib.* 1. *ex num.* 147. Cutell. *in deciſ. Sicil.* 27. *ſub num.* 28. Arias de Meſa *var. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 21. Amat. *in Conſil.* 1. *num.* 118. *& in conſ.* 91. *nu.* 33. *& noviſſ.* D. Carol. Ant. de Luc. *in obſervat. ad de Franch. cent.* 7. *obſervat.* 617. *num.* 6. Quicquid in contrarium ſcribant; quos conducunt Tomaſ. *eod. loc. nu.* 382. Mart. *de Succeſſ. par.* 3. *quæſt.* 28. *art.* 5. *& in conſ.* 113. *&* Andreol. *in controverſ.* 1.

26 Eandem Sententiam tàm in prohibitione tacita, quàm expreſſa, procedere inquit aliorum motus authoramento De Marin. *in citat. obſervat. ad Reverter. num.* 2. nec illam ullo modo ex bonis alienari prohibi-
27 tis detrahi poſſe, ultrà *Laudatos ſupra num.* 20. tra-
28 dit Baltax. Tomaſ. *loc. citat. num.* 425. Quicquid adverſus Præſid. de Franch. ſibi involuat Gizz. *hic nu.* 14. niſi ipſius dictum procedat quoties reſtitutio; extraneis facienda eſſet: non verò teſtatoris filiis: ut ſequuto Theodoro *in allegat.* 61. *num.* 83. voluit Rev. D. De Luc. Juris Conſultus perdoctus, & amicus dilectiſſimus *in obſervat. ad de Franch.* 11. *num.* 2.

Detractionem Trebellianicæ, quoque prohibitam cenſeri, quoties in legitima filius fuit Inſtitutus, nepotes verò ſivè alii agnati in reſiduo, filio reſervato uſufructu; cenſuit Theſaur. *in adduct. quæſt.* 20. *in fin.*

Item prohibitionem Trebellianicæ ſuſtineri; ſi fideicommiſſum ſimplicitèr & inperſonalitèr, non tamen particulariter filio injunctum fuiſſet: eò quod non filius, ſed hæres ejus gravatus cenſetur; ſcripſerunt Gab. *in conſ.* 86. *lib.* 2. *num.* 11. Thob. *in conſ.* 32. *nu.* 47. *&* Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt.* 62. *in fine.*

29 Nec Trebellianicam detrahere poſſe filium reſtituere gravatum, qui inventarium non confecit, placuit Merendæ *controv. jur. lib.* 4. *cap.* 13. Jacobo Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 2. *verſic. contrariam Sententiam.* Imò nec legitimam dixit Mercurial. Merlin. *in tract. de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 355. *num.* 4.

30 Tandem Trebellianicam non deberi ſi ſubſtitutio in contractu ordinata ſit; fundat Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 5. *num.* 57.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE II.

### *SUMMÆ.*

*Laudatur* D. Franciſcus de Petris.

1 *Fideicommiſſum poteſt fieri in contractu præſertìm donationis, contrà* Molpheſ. & alios.

*Num id in ſubſtitutione directa tantùm procedat? adverſus* Fab. de Ann. *num.* 2.

*Ampliatur. num.* 3. *&* 4.

5 *Dos num conſtitui poſſit de bonis, alienari prohibitis in contractu?*

6 *Fideicommiſſum in contractu ordinatum per mortem ſubſti tuti ante conditionis eventum, ad hæredes non tranſmittitur.*

*Niſi in contractu ultimæ voluntatis vim habente, diſpoſitum reperiatur. num.* 8.

*Adducitur diſtinctio apud* D. Rovit. *ſed reſpuitur num.* 7.



Digitized by Google

*Fallit in ultimis voluntatibus.*
9 *Teſtamentum; ab arbitrio teſtatoris pendet.*
10 *Contractus pendet à voluntate contrahentium.*
11 *In ſtipulatione, cenſetur quiſque ſuum proſpicere hæredem.*
12 *Mens defuncti, gubernat conditiones.*
13 *Actio, num donatario abſenti; quæratur: ſi notarius pro eo ſtipulatus ſit?*
14 *Pactum inter contrahentes in beneficium tertii, in contractu non intervenientis initum; tribuit illi utilem actionem: nec revocari poteſt, licèt nullus pro eo acceptaverit. & num. 15.*
16 *Donatio facta abſenti, ut firma ſit; acceptatione donatarii indiget.*
17 *. . . ante acceptationem donatarii abſentis; an revocari poſſit? & num. 20.*
18 *Nominandi facultatem habens incertum de incertis; poteſt ante acceptationem, nominationem factam revocare. & num. 19.*
21 *Soror per renunciationem bonorum matris, & patris; non excluditur à ſucceſſione fraterna.*
*Amplia: ut num. 22. 23. & 24.*
25 *Fideicommiſſum conditionale; in generali alienatione non comprehenditur. & num. 26. 28. 29. & 30.*
*Quid in fideicommiſſo puro? num. 27.*
31 *Renunciatio fideicommiſſi; qualitèr concipienda ſit?*
*Præcipuè in renunciationibus, quæ fiunt in manibus parentum; in capitulis matrimonialibus. num. 32.*
33 *Diſpoſitioni* l. de his, C. de tranſact. *renunciari non poteſt.*
34 *Renunciatio fideicommiſſi, an per diviſionem vel tranſactionem inducatur? & num. 35. & 36.*
37 *Tranſactio, verbis generalibus concepta; num ad incognita extendatur? adverſus* D. Gizz.

DOmin. Franciſc. de Petris Juris Conſultus ſanè doctus, & benè eruditus in cauſa *præſentis deciſion.* ſcripſit: pro ut eſt videre in ejus *conſil.* 51. quo loco in
1 ſpecie *num.* 21. tradit fideicommiſſum poſſe fieri in contractu præſertìm donationis, quod aliorum placito firmant D. Reg. noſt. *hic num.* 2. *& lib.* 1. *conſultat.* 32. *num.* 1. *& in lib.* 2. *conſultat.* 85. *num.* 1. Serafin. *in decis.* 477. *num.* 10. *& in decis.* 828. *num.* 3. Pruckman. *in conſil.* 1. *num.* 154. Tiraquell. *de jur. conſtit. ampliat.* 30. Philip. Knipſchilt. *de fideicom. famil. nobil. cap.* 6. *num.* 57. Paul. Leo *de ſubſtit. verſic. cujus juris num.* 100. Aylman. Cravett. *in conſil.* 19. *num.* 8. Rot. Roman. *in decis.* 488. *par.* 1. Paul. de Caſtr. *in conſ.* 347. *&* 384. *lib.* 1. Alex. Rauden. *in reſol.* 49. *num.* 188. *&* 194. Oſaſc. *in decis.* 75. *num.* 6. Magon. *in decis.* 21. Farinac. *in decis.* 464. Stephan. Gratian. *diſcept.* 247. *num.* 1. *tom.* 2. Mar. Antonin. Maceraten. *var. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 60. *cas.* 45. *verſic. & ſuppoſito.* Cardin. Tuſc. *practicar. concluſ. lit. F. concluſ.* 244. *num.* 6. Mazar. *in epitom. de fideicom. par.* 2. *quæſt.* 2. Ludovic. Caſſnat. *in conſ.* 52. *ſub num.* 8. Viv. *in decis.* 407. *num.* 16. Mar. Giurb. *in decis.* 108. *num.* 16. D. Conſil. Hodiern. Magiſter meus *controvers. Forens. Cap.* 35. *num.* 58. Franc. Cenſal. *qui deciſionem S. R. C. refert in cauſa creditorum Ioannis Andreæ de Afflicto, in obſervat. ad Peregrin. de fideicom. artic.* 51. *verſic. addo. num.* 1. *&* 2. *&* Pratus *libro* 1. *diſceptatione Forens. cap.* 19. *ex num.* 29. *& cap.* 4. *num.* 39. ac latiſſimè *pract. obſervat.* 80. ubi bis ità deciſum refert per S. C.: quicquid in contrarium ſcribat Molpheſ. *ad conſuetud. Neap. tom.* 2. *conſ.* 26. *num.* 2. 3. *&* 10. *& ex num.* 13. *&* Pruckman. *in adduct. conſil.* 1. *num.* 31. contra quos ſtant jura apertiſſima, *in l. ea lege. C. de condition. ob cauſ. l. ſi ità pars. §. ea lege. de verb. oblig. & in l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod.*
2 Reſtringit hanc communem ſententiam Anna *in conſ.* 39. *num.* 32. ſequutus Menoch. *in conſil.* 85. *num.* 28. ut procedat in directa tantùm ſubſtitutione: non
3 verò in fideicommiſſaria. Contrarium veriùs etenìm fideicommiſſaria ſubſtitutio ordinari poteſt, tàm in donatione inter vivos, quàm in ceteris contractibus, Jaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. num.* 10. *de verb.* Gratian. *loc. præallegat. num.* 9. Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 14. *num.* 8. Fontanel. *de pact. nuptial. gloſſ.* 9. *part.* 3. *num.* 34. & ad ſimilitudinem fideicommiſſi: quoque
4 ordinari poſſe ſucceſſiones, & gradus, dicunt Peregrin. *in adduct. artic.* 51. *num.* 2. *&* Fuſar. *eod. loc. num.* 9. eaque fideicommiſſa, atque ſubſtitutiones in vim pacti ſubſtineri; tradit Cenſal. *in adduct. obſerv. verſic. obſervo tamen.* Et apud Hiſpanos id abſque hæſitatione pertranſire, ſumitur ex Caſtil. *controvers. jur. lib.* 5. *cap.* 144. *num.* 8.
5 Imò notandum non ab rè cenſeo, quòd per alienationis prohibitionem in contractu factam; excludatur omnis occaſio alienationis in dotis cauſam: ex Tiraquell. *de primogenit. quæſt.* 61. *num.* 9. Petr. *de fideicom. quæſt.* 8. *num.* 440. Fab. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. part.* 4. *quæſt.* 12. *num.* 30. Viv. *in decis.* 18. *num.* 9. De Pont. *in decis. Collateral. Conſil.* 39. *ex num.* 41. Fuſar. *loc. citat. quæſt.* 531. *ex num.* 80. niſi in obſervantiam teſtamenti in contractu; ſtipulata ſit. Peregrin. *loc. citat. artic.* 42. *num.* 62. illo ſtante, nam alienans per contractum dotare non tenetur; eique haud impediri poteſt nè alienet: licèt filiorum legitimæ præjudicium inferat. Cephal. *in conſil.* 574. *num.* 10. Cenſal. *loc. nuper allegato pagin. mihi* 425. *verſic. ſed hanc limitationem.*
6 Obſervo ſecundò, fideicommiſſum in contractu ordinatum, per ſubſtituti mortem antè conditionis eventum; ad illius hæredes traſmitti: quodque lato calamo probant affabrè Gratian. *loc. citat. num.* 6. Mazar. *in citat. epitom. de fideicom. quæſt.* 2. Jaſ. *in l. ſi ſic ſtipulatus.* 133. *num.* 15. *ff. de verb. ſignificat.* Mynſiger. & Joan. Harpprecht. *in §. ex conditionali Inſtit. de verb. obligat.* Epiſcop. Marant. *reſpons.* 8. *tom.* 3. *num.* 3. Marcian. *diſput.* 12. *lib.* 1. Merlin. *cap.* 1. *centur.* 2. *controvers.* Joan. Franc. Marott. *diſcept. Forens. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 131. *&* 132. & Joan. Leonard. Rodoer. *in addit. ad reſolut. De Marin. cap.* 86. *& probatur ex* tex. *in l. veteris.* 13. *C. de contrah. & commict. ſtipulat.*
7 At hoc dictum procedere in ſtipulatione: qua nulla hæredum mentio facta eſt; aſſerunt conſtantèr aliqui apud Rovit. *in decis.* 85. *num.* 17. cùm tunc veniant hæredes ex diſpoſitione juris, ſecùs verò quando expreſſe ſunt nominati: quia tunc acquirunt jure proprio. Sed hanc diſtinctionem, nè dum ipſe Rovit. reſpuit, ſed etiam noviſſimè De Luca *ad Franch. in obſervat.* 525. *num.* 7. fundamentis jactis per Cutell. *in decis. urat.* 25.
8 Molin. verò voluit, ut id non procedat in actibus inter vivos, ultimæ voluntatis vim habentibus: ſicque ſemper hanc concluſionem fuiſſe intellectam; aſſerit *in tract. de primogenit. lib.* 1. *cap.* 12. & in ultimis voluntatibus extat tex. *in l. unic. §. ſin autem. C. de caduc.*
9 *tollend.* & ratio differentiæ conſiſtit in illo: nam teſtamentum ab arbitrio teſtatoris pendet *l.* 1. *C. de ſacro-*
10 *ſanct. Eccles.* contractus verò à voluntate contrahentium. *l.* 1. *C. de pact.* inſuper in ſtipulationibus quiſ-
11 que hæredem ſuum proſpicere cenſeri demonſtrat tex: *in l. ſi pactum. ff. de probat. & in citat. l. veteris.* & in omnibus contractibus indifferentèr ponitur clauſula pro ſe ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus. Ann. *in conſ.* 32. *& in conſ.* 52. ſed in ultimis voluntatibus veriſimilè non eſt, diſponentem proſpicere voluiſſe hæredibus illius, cui mera voluntate, & arbitrio aliquid reliquit, maximè extraneo; cui ſi proſpexiſſet, utique no-
12 minaſſet: cùm mens defuncti, gubernet conditiones.

l. 19.

*Non facit deficere ſubſtitutionem: ſi abſque filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis; deceſſerit. n.14.*

*Quid in legitimato, per ſubſequens matrimonium? n.15. 16. 17. & 18.* Cenſal. *carpit* Fuſar.

*Num ſuccedat in bonis noſtris conſuetud. ſubjectis? num.19.*

*Non comprehenditur in conceſſione pro ſe, & ſuis legitimis liberis prolata: nec in feudis. num.20.*

*Ad retractum ſanguinis, non admictitur. num. 21.*

*Alia ad materiam, remiſſivè. num.22.*

23 *Promiſſio de renunciando; pro renunciatione habetur.*

*Contrarium. num. 24.*

*Intellige: ut num. 31.*

25 .... *de cedendo; ceſſionem non importat.*

26 .... *de vendendo; non eſt venditio.*

27 *Laudemium, ex promiſſione de vendendo; non debetur.*

28 *Ius retractus, ex promiſſione de vendendo; non competit.*

29 .... *competit ex venditione, cum reſervatione dominii.*

30 *Laudemium debetur in venditione, cum reſervatione dominii.*

*Vel cum pacto de retrovendendo.*

32 *Fœminæ, attento jure communi; filiorum appellatione veniunt.*

*Fallit: ſtante ſtatuto fœminarum excluſivo.*

*Niſi maſculi deficiant.*

33 *Maſculorum defectus, ut fœmina ad ſucceſſionem admictatur; attendi debet tempore delatæ ſucceſſionis.* Comprobatur D. Reg. noſter.

34 *Fœmina, quæ accepta dote renunciavit; contra patris voluntatem haùd ſuccedit.* Comprobatur D. Reg. noſter. *ſed in contrarium adducitur* De Luca.

1 HOmines qualitèrcumque nati; Dei creaturæ
ſunt: & ſi Deum rectè colant; ipſius æquè fi-
lii, *cap. undecumque 56. diſtinct.* & paternum cri-
2 men, Calliſtrato teſte *in l. crimen. de pœn.*; nullam
maculam filio infligit: naſci propterea ex adulterio,
3 vel fornicatione, parentis culpa eſt, non filii *cap. na-
ſci citat. diſtinct.* & ideò filiis nullam ſequi infamiam;
4 ſi eadem, proprio, non alieno contrahitur delicto:
dicunt Bald. *in cap. teſtimonium. de teſtibus*. optimè
de more Gardin. Paleot. eruditus quidem vir, & ingenii præſtantiſſimus, in ſuo ſatis eleganti *tract. de
noth. & Spur. cap. 55. ex num. 7. & cap. 65. num. 8.*
5 Quo loco aptè concludit: ut quæ Natura dedit; à no-
bis damnanda non ſint: cum Naturam, accuſare non
liceat. *l. maximum vitium. C. de liber. præterit.* qua
6 attenta; nulla differentia ineſt inter legitimam, & ille-
gitimam ſobolem Abb. *in cap. tantæ. qui fil. ſint legitim.*

7 Hos verò illegitimos, ſi legitimati ſint; eſſe capaces honorum, & dignitatum; ſcribit Sard. *de natural. liber. tit. de legitimat. effect. num. 5.* & ad Decurionatum quoque admictibiles; tradunt Decian. *in cons. n. num. 139. lib. 3.* Alba. *in cons. 685.* D. Conſ. Rocc. *in tract. de offic. tit. de offic. Proreg. num. 121.* De Luc. *in tract. de linea legal. artic. 4. num. 21. &* Altimar. *ad Rovit. in decis. 25. num. 7. verſic. quamvis.*

8 Vndè legitimati per Principis reſcriptum: æqua ſorte cum legitimis, & naturalibus ſuccedere, ac ſi legitimè nati eſſent; tradunt Guttierez *in §. ſui. nu. 183. inſtitut. de hæred. qualitat. & different.* Molin. *de primogenit. lib. 3. cap. 2. num. 4.* Lanc. Corrad. *de Imper. §. 4. cap. 20. num. 12.* Cardinal. Paleot. *loc. citat. cap. 45. num. 13.* Amer. *de pact. poteſt. cap. 5. nu.* 52. alios allegat Baltax. Tomaſ. *de legitimat. tit. 14. cap. 15. num. 362.* quia legitimo matrimonio natis; adequantur, *l. imperialis. §. itaque. C. de nupt. §. & quoniam variè. §. quia verò, & §. ſemel.* Auth. *quib. mod. natural. efficiant. ſui*, Conſil. Paſcal. *de petr. poteſt. par. 2. cap. 4. num. 101.* alios congerunt, Reverter. *in decis. 102.* & De Marin. *ibid. & lib. 1. reſolut. quotid. cap. 322. num. 12. & in lib. 2. cap. 99.*

10 Propterea ex eo ſubſtitutum excludere: quatenus dictum fuerit, ſi abſque liberis legitimis, & naturalibus, deceſſerit; pro indubitato ponunt. Alex. *in l.* generaliter. *§. cùm autem. C. de Inſtitut. & ſubſtitut. & in cons. 2. lib. 2.* Mantic. *de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 11. tit. 10. num. 12.* Tiraquel. *in l. ſi unquam. verb. ſuſceperit filios. C. de revocand. donat.* Mar. Antonin. Maceratenſ. *var. reſolut. lib. 2. Reſolut.* 38. Onded. *in Cons. 64. n. 1.* Mareſcott. *lib. 2. Var. cap.* 88. Revert. *in cit. decis. 102. poſt num. 2.* Molin. *citat. lib. 3. cap. 3. num. 2.* Merlin. *centur. 1. controvers. Forens. cap. 1. n. 28. & centur. 2. cap. 85. n. 7.* & hanc eſſe communem opinionem, indicat Gratian. *in lib. 3. diſceptat. cap. 496. num. 13.*

11 Contradicunt, quos allegat Tomaſ. *eod. loc. citat. cap. 11. num. 91.* opiniones conciliando; ut procedant in præſcriptis verbis Teſtatoris.

12 Sed P. Fragoſ. fuſiùs rem tractans; alitèr id interpretatus fuit: nempè, ut talis natus ſubſtitutum excludat; ſi in legitimationis actu; illum legitimè citari feciſſet. De Republic. Chriſtian. *part. 1. lib. 3. diſput. 6. §. 4. num. 58.* & eandem Sententiam ſequitur Cenſal. ad Peregrin. *de fideicom. pagin. mihi 105. vers. tertio, nec prætermittam.*

13 Mihi tandem ſemper placuit diſtinctio tradita per Andr. Facchin; quam conducit D. Reg. noſtr. *nu.* 21. eò quod cùm Teſtamentum de jure gentium ſit; Princeps jus alteri quæſitum, tollere non poteſt; propter quod legitimatum per reſcriptum, excludendum fore, juris eſt à ſubſtitutione, ſi ſine filiis deceſſerit, prolata ante legitimationem: jus namque ſubſtitutionis ſaltèm in ſpe ſubſtituto; hoc caſu quæſitum erat. Maceratenſ. *loc. citat. num. 32.* nec legitimatio habet vim retrò. Bardellon. *in cons. 68. num.* 55. Caccheran. *in cons. 68. num. 55.* Bald. *in cons. 16. num. 3. lib. 4.* Sarmient. *Selectar. interpetr. lib. 1. cap. 5. num. 10.*

14 Niſi Teſtator dixiſſet, abſque filiis legitimis et naturalibus de legitimo matrimonio natis; eò quod, habuit reſpectum ad modum naſcendi naturalitèr. D. Reg. noſt. *num. 25. Dec. in cons. 258. num. 7. & in cons. 425. num. 12.* Surd. *in cons. 1. num. 19. & 97.* Marc. Antonin. *loc. indicat. num. 34.* Durant. *de art. teſtand. tit. de ſubſtitut. cautel. 15. num. 1.* Gall. *de except. Succeſſ. Tit. 4. except. 27. ex num. 152. part.* 2. Brun. *de ſtatut. excluſiv. fœminar. artic. 12. num.* 72. Sanchez *de Matrim. lib. 7. diſput. 105. num. 8.* Mierez. *de majorat. part. 2. quæſt. 1. num. 22.* Barbat. *in l. cùm acutiſſimi. num. 279. C. de fideicom.* Menchiac. *in controv. de uſu frequent. lib. 3. num. 41.* Garſ. *de Nobilitat. gloſſ. 21. num. 59. alios innumeros allegant.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 408. ex num. 71. &* Tomaſ. *in indicat. Tit. 14. cap. 11. num. 281.*

15 Idque, eadem attenta ratione, procedere in legitimato per ſubſequens matrimonium; tradiderunt, Mart. *in ſumm. ſucceſſ. part. 1. quæſt. 18. artic. 8. nu.* 8. Antonin. Theſaur. *in decis. 196.* et ibi Gaſp. *ejus filius.* Tiraquell. *de jur. primogenit. quæſt. 33.* P. Fragoſ. *in allegat. diſput. 6. §. 3. num. 43. verſic. illud unum addam.* Andr. Facchin. *controvers. jur. cap. 54. lib. 4. & lib. 10. cap. 72.* Carena, *reſolut. 212. ex num.* 1. Trentacinq. *var. reſol. lib. 1. reſol. 1. de legitimat. nu. 14. & de ſubſtit. part. 4. cap. 7. num. 42.* Gargiar. *lib.*

1. *cons.*

Digitized by Google

1. cons.95. num.87. & 88. Ciarlin. lib.1. controv.cap.
111. Ant. Fab. in suo Cod. tit. dè condit. insert. lib. 6.
tit. 25. diffinit. 19. alios, pleno calamo; adducunt,
Surd. in decis. 319. et ibi D. Hodiern. De Marin. ad
Reg. Reverter. lib.1. observ.118. num. 3. & lib. 1. re-
solut. quotid. cap. 226. num. 4. et ibi Joan. Leonard.
Rodoer., Fuſar. in cons. 202. num. 1. & in allegat. loc.
quæſt. 109. ex num. 14. & Giurb. ad Consuetud. Meſ-
san. cap. 1. Gloſſ. 4. num. 121. & ſic deciſum refert,
Caſtill. etſi contrarium audactèr ſubſtinuiſſet in lib.4.
controv.jur. cap.31.

16 At contrariam partem ſubſtinent; quos conducit,
Fuſar. in cit. quæſt. 409. ex num. 2. Micalor. de fra-
trib. part.3. cap.24. num. 24. verſic. verùm, Noguer-
vol. in allegat.23. Carpan. ad Statut. Mediolan. part.
1. cap.114. num. 47. & 89. Mercurial. Merlin. de le-
gitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 7. num. 10. & 11. Franc.
Cenſal. loc. indicat. pagin. 105. verſic. quarto observ.
cum mult. sequent. Tomaſ. loc. citat. num. 282. &
noviſſimè Ioſeph Urceoli consultat. forens. tom.2.cap.
57. ex num.27. qui in fin. ſic deciſum refert.

17 Diſtinguit ex mente aliorum, Fuſar. num. 38.
quod, aut gravatus eſt filius Teſtatoris; & tunc pro-
cedat ſecunda opinio: aut extraneus; & tunc præ-
cedens Sententia. Sed hanc diſtinctionem non eſſe
veram; dicit Cenſal. pag. 123. verſic. absolutè dico;
qui in verſic. ego verò in pag. antecedent. alteram di-
ſtinctionem poſitam per eundem Fuſar. num.35.36.&
37. ſequutus fuit. Quod, aut eſt gravatùs deſcen-
dens, extraneo cum conditione reſtituere, ſi abſque
liberis de, vel ex legitimo matrimonio natis; &
tunc ſubſtitutus excludatur: cum veriſimile ſit, Te-
ſtatorem; extraneum propriè ſoboli noluiſſe præferri
ad Tex. in l. cum Avus. ff. de condit. & demonſtrat.
cùm ſi fuiſſet interrogatus Teſtator, quid in ea con-
ditione de legitimatis per ſubſequens matrimonium
ſenſerit? Reſpondiſſet verò ſimilitèr, & de eis ſenſiiſ-
ſe: unde haberi debet pro diſpoſito, juxtà tradita per
Gloſſ. in l. tale pactum ff. de pact. Gabriel. de regul.
iur. concl.10. Mantic. loc. cit. lib.3. tit.19. & per Pe-
regrin. loc. indicat. artic.11. n.32.

18 Vel gravatus deſcendens, reſtituere deſcendenti;
eſt extraneus: & tunc recedendum non eſſe à verbis
prolatis à Teſtatore; quæ intelligi debent ſecundùm
uſum loquendi. l. labeo. ff. de ſuppellett. legat. cum
aliis allegat. per Cenſal. in verſic. aut gravatus.

19 Eundem legitimatum per Principis reſcriptum,
non ſuccedere in medietate bonorum antiquorum,
attento jure noſtræ Civitatis; tradunt Andr. Proven-
zal. in conſuetud. ſi moriatur. observ. 10. D. Conſil.
Rocc. in cit. Rub. 8. num. 131. Reg. noſter. in decis.
166. n. 171. & ibi Noſtra Observ. & De Luc. loc. cit.
num. 21. Contrarium defendit noviſſimè D. Rodoer.
in cons.20. Tù verò adeas citat. observ. 166. ubi de
veritate articuli.

20 Item nec comprehenditur in conceſſione, pro ſe,
& ſuis legitimis filiis prolata; & in feudis: juxtà po-
ſita per Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuntius.
verb. & uxor. num. 191. de Teſtament. ſed videatur
De Marin. ad Revert. in cit. observ. 118. num. 1. &
21 De Benedict. eod. loc. num. 187. ſcribit non eſſe ad-
mictendum ad retractum ſanguinis; eumque ſequi-
tur Tomaſ. cit. tit.14. cap.16. num.846.

22 Alia, fortaſsè non injucunda, ad materiam legiti-
mationis; poſita ſunt à Nobis. tom. 2. observ. 150.
& 166.

23 Obſervo ſecundò hìc, num. 29. promiſſionem de
renunciando; pro renunciatione haberi: maximè ſi
juramentum intervenerit. Adde Cancer. var. reso-
lut. part.3. cap.15. num.252. Reg. Merlin. tom.1. con-
trov. cap. 4. Seraph. de privileg. iurament. cap. 23.
Mieres part. 1. quæſt. 40. num.24. Noguerol. in alle-
gat.6. ex num.17.

24 Contradicunt Guttierez de Gabell. quæſt. 47. Sal-
gad. de Reg. Protect. par. 2. cap. 3. num. 5. Theſaur.
in decis.233. Noal. de transmiſſ. cap.36. num.24. quo-
rum opinionem; bono nititur fundamento: etenìm
aliud eſt renunciationem promictere, aliud renun-
ciare. Ad tex. in l. potior. ff. qui potior. in pignor. habeant.

25 Hinc promiſſio de cedendo; ceſſio non dicitur.
Guzman. de evict. quæſt.35. num. 83. Coſt. de ration.
26 rat. quæſt.82. nèc venditionem importat, vendendi
promiſſio. D. Reg. noſter. lib. 1. consult.29. num. 39.
& videantur ad rem, Facchin. lib.2. controv. 5. 7. &
8. & Monter. à Cueba in decis. 47. num. 22. Quod
27 adeò verum eſt: ut ex ea vendendi promiſſione;
laudemium non debeatur. Mart. tom.3. digeſtor. Tit.
de laudem. cap.10. Gerard. Maynard. in decis. Tholos.
40. num.1. lib.4. Tondut. quæſt. Civil. cap.37. num.1.
& Nig. in tract. de laudem. tom. 2. quæſt. 3. ex num.
11. ad fin. nec jus retractus competat Chriſtin. ad
28 Consuetud. Motinen. tit.11. artic. 11. num. 4. Tira-
quell. de retract. ligniag. §. 1. gloſſ. 2. ex num. 56. &
Nig. loc. citat. 26. id tamen fallit in contractu ven-
29 ditionis, cum reſervatione dominii. Nig. eod. tom. 2.
30 quæſt.35. num.78. ut etiam ex ea; laudemium debea-
tur dixit Urceoli tom.1. consultat. cap. 5. num. 50. &
Nos alibì: ſicut in venditione cum pacto de retro-
vendendo; indicat Staiban. in observat. ad resol. 49.
num.38. & 39.

31 Conciliaberis opiniones, ſi dixeris, primam pro-
cedere quotiès ſubſtantia contractus, nihil aliud con-
tinet, quàm promiſſio; & nil reſtat ſollemne poſt
promiſſionem agendum: quia contractus, ſupra
promiſſionem nil addit: ſin verò alitèr; & tunc pro-
cedit ſecunda opinio. Tondut. in quæſt. Civil. 50. ex
num.5. & Olea de Ceſſion. iur. tit.1. quæſt. 6. num.47.

32 Obſerva num. 15. quod, & ſi fœminæ jure com-
muni attento filiorum appellatione; veniant: teſte
Gizz. hìc num.1. id, ſtante ſtatuto quo fœminæ per
Maſculum excluduntur; non procedere, tradit per-
bellè D. Reg. noſter num. 3. cui opinioni ſanè ſe ſub-
ſcribunt, ultrà per ipſum adductos, Cenſal. ad Pe-
regrin. de fideicom. artic. 21. pagin. mihi 63. verſic.
Quinimò. Gabr. conclus.9. nu.38. & Gratian. descept.
708. num. 23. niſi maſculi deficiant. Quò in caſu ad
ſucceſſionem venire, communi calculo; probat ſcri-
bentium univerſalis ſchola: Fuſar. approbante in
quæſt. 311. num. 34. 45. & 46. Defectus verò ma-
33 ſculorum, attendi debere, tempore delatæ ſucceſſio-
nis; concludit Dom. Reg. noſter hìc: cujus verba
noviſſimè tranſcribit, D. Rodoer. in cons.22. num.7.
& ſequitur Nogueruol. in alleg. 13. num. 27. & Ruin.
in cons.154. vol.2. num.3.

34 Finalitèr obſerva, num. 27. & 28. filiam, contrà
patris voluntatem; haùd ſuccedere poſſe: quotiès,
accepta dote, renunciavit. Adde de Franch. in decis.
690. & ibi Ricc. & in collectan. decis.30. & 226. Thor.
in compend. decis. lib. 1. verb. filia renuncians patri.
Caput. ad Consuetud. part. 3. §. 7. num. 5. & 6. Botti-
lier. de ſucceſſ. ab inteſtat. theor. 56. num. 10. & D.
Rocc. in respons.25. num.16. & 17. Sed vide, cùm ca-
ſus acciderit, De Luc. ad Franch. in citat. decis.
690. num.7.

OBSER-

Digitized by Google

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE IV.
### SUMMÆ.

1 *Laudatur* D. Conſil. Andr. Provenzal.
2 D. Reg. noſter, *notatur*.
3 *Adducitur facti differentia, inter* Deciſ. Capyc. & D. Reg. noſtri.
4 *Renunciatio matris; non obſtat filiis, ex propria perſona venientibus in ſucceſſione aſcendentis. Vel Collateralis*: contrà Theſaur.num.5.
*Quid ſi mater dotata fuerat?* adverſus Michalor.& Urſin. *num.*6.
*Aut ſi renunciatio, pro hæredibus concepta eſſet: & filii eſſent matris hæredes?* contrà Andreol.Merlin. & alios. *num.*7.
*Quid, ſi aſcendenti, vel Collaterali; mater superviveret? num.* 8. 9. *&* 10.
11 *Neptis ex maſculo; excludit Amitam. Contrarium. num.* 12.
*Quid in linea Collaterali? num.* 13.
14 *Neptis ex maſculo; de jure Regni ſuccedit cum patruo.*
15 *Renunciatio, qualitèr concipi debeat: ut filiis, ex propria perſona venientibus; obſit?*

1 DOmin. Conſil. Andr. Provenzal. literis homo multis præditus, & optimus Juris Conſultus, in ſuis ingenioſis *obſervat. & Gloſſ. ad Conſuetud. Neap. in conſuetud. ſi moriatur. obſervat.* 5. *num.* 20. *verſ. licèt Ego*. Notat D. Reg. noſtr. ſcribentem *hic*
2 *num.*17. S.R.C. in hac contingentia; judicaſſe ſecundùm *Deciſ.* Anton. Capyc. 21. quod ſibi non arridet & benè: etenim in illa: in ea facti morabatur ſpecie.
3 Liſa Severina filia fratris, concurrebat cum Jacobà Severina ejus amita: in præſenti verò U. J. D. Ludovicus, & Hieronymus Follerii, filii Lauræ, ſororis Scipionis Rendinæ, de cujus ſucceſſione agebatur; litem habebant cum Franciſca, Hylaria, & Hieronyma Rendina, neptes ex Joanne Baptiſta fratre Scipionis præmortuo. Proindè factum *deciſ.* Capyc. diverſum eſſe à ſpecie, in qua moramur; conſtat. Hanc verò *deciſ.* memorant D. Reg. De Marin. *in lib.* 2. *reſolut. quotidianar. cap.* 212. *num.* 4. *&* D. Conſil. Hodiern. *controverſ. Forenſ. cap.* 23. *num.* 12.
4 Ceterùm, determinatum habes: filiis ex propria perſona venientibus, matris renunciationem non officere, in ipſa avi ſucceſſione: matre prædefuncta & ventâ. Renunciatio, namque continet in ſe tacitam conditionem: ſi ſucceſſio renuncianti deferatur. Undè cùm illa haùd delata dici poſſit, ob prædecentiam renunciantis; ſequitur renunciationem eſſe reputandam, ac ſi in mundo non eſſet: pro ut paritèr perbellè concludunt Natt. *in conſ.* 470. *num.* 14 Becc. *in conſ.*107. *num.*16. Avendan. *ad leg. taur.*40. *gloſſ.*17. *num.*32. Bellon. *in conſ.* 15. *num.* 1. Viv. *in deciſ.*311. Gozadin. *in conſ.*75. *in fin.* Reg. Reverter. *in deciſ.* 40. *& deciſ.* 157. *num.* 2. *verſic. quantùm verò, & ibi* D. De Marin. *& in citat. lib.* 2. *reſolut. cap.*192. Theſaur. *quæſt. Forenſ. lib.* 2. *quæſt.*90. *nu.* 2. *&* De Luc. *ad de Franch. centur.* 1. *obſervat.* 67.
5 qui carpit Theſaur. *loc. citat. num.*24. aſſerentem, id in linea Collaterali; non procedere.
6 Nec filiis renunciantis; oberit dotatio per patrem facta (quicquid ſibi Michalor. involuat in ſuo *tract. de fratrib. part.*3. *cap.*12. *num.* 38. ſequutus opinionem Romani, aſſerentis, quod ob acceptam dotem; videtur illam, ſe in futurum tranſegiſſe de ſucceſſione. Atque adeò fratri ſucceſſiſſe, cenſeri: nè unum, bis conſequatur; & probat Urſin. *de ſucceſſ. feudor. part.*3. *quæſt.* 1. *artic.* 12. *num.* 30.) ex quo dotatio non impedit, nè renunciatio conditionalis dicatur; quæ deficit ob prædecedentiam renunciantis: filiis tamen imputanda eſt dos matri ſoluta: cùm alitèr nepotes melioris conditionis eſſent, quàm filia, dum majorem legitimam in bonis avi haberent, quàm Mater ipſorum habitura eſſet. Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in declarat. leg. Reg. limit.* 4. *num.* 11. exploſa Baldi, opinione, *in l. illam C. de Collat.* quam etiam improbant D. De Marin. *ad Reverter. in allegat. obſerv.* 40. *num.* 5. D. Conſil. Eraſm. de Pont. *apud* D. Carol. Rot. *de privileg. mulier. cap.* 4. *in fin.* & De Luc. *in cit. obſerv.* 67. dicens, *num.* 6. Opinionem Roman. procedere quando dotata ſuperſtes eſſet.
7 Quid ſi tales filii eſſent matris hæredes; quæ pro hæredibus etiam renunciaverat? Contrà filios; ſtant Theſaur. *loc. cit.* Andreol. *in controv.*425. *nu.*6. Reg. Merlin. *controv. Forenſ. cent.*1. *cap.*11. *cum aliis per ipſos congeſtis, & per* Kellembenk. *de renunciat. qu.* 23. *nu.* 46. ex illo: nam tunc cenſetur promiſſum in ſtipulatione facta pro ſe & hæredibus, nomine, & titulo hereditario quando promiſſio facta erit tranſitoria: ſecùs verò quando obligationes intereunt cum paciſcente. Quo in caſu ſuadetur conjectura: verbum hæredibus, in contractu fruſtrà non fuiſſe poſitum: ſed ad conſtituendam novam obligationem.

At D. Reg. noſter ſequutus fuit contrariam ſententiam; quam perlatè etiam defendunt, Staiban. *reſolut. Forens. lib.*2. *reſolut.*181. *ex num.*61. Theſaur. *loc.* ſupra ſæpius *indicat.* poſt *Facchin.* & alios, quos allegat *num.* 5. falſum namque eſt renunciationem obligantis cum paciſcente interire: eò quod benè poterit renuncians; ipſa delata hæreditate, mori. Quo in caſu, ſi renunciatio ex jure tranſmiſſo, ſive ſuitatis capite, ſanguinis, aut juris deliberandi facta non fuiſſet; nepotibus ſucceſſionem injuſtè denegaretur: ſed ſi talis renunciatio intervenerit, non dubium, quin, nepotibus ob jus tranſmiſſum, & quia ſunt renunciantis hæredes; nocebit.

8 Modò obſerva, renunciantis filios per Avunculos, in quorum concurſu, ſucceſſionem Avernam petunt; per ſuperviventiam matris, quæ in beneficium patris renunciaverat, eſſe excludendos: ex quò ex viventis perſona; in ſucceſſione concurrunt cum Avunculis. Undè ſi illa ob emiſſam renunciationem excluditur; ſequitur filios etiam excluſos eſſe, & portio, quæ matri ob renunciationem denegatur; fratribus accreſcit, per jus accreſcendi: non verò per ſucceſſorium edictum; cùm potentiùs ſit ſucceſſorii edicti; jus accreſcendi. Roderic. Suarez. *loc. citat. limit.*4. *num.*9. quod probat per jura *in l. quoties §. fin. & l. ſtichum §. ſi ita. in fin. ff. de novationib.* quibus filiis, juramentum, nec matris renunciatio, nocet ſed ejus ſuper exiſtentia; ob quam illi, & non ejus filiis, delata fuit tamquàm in præcedenti gradu: & excluſio, quæ poſtea, vigore repudiationis ſubſequitur, cum juramento; haùd prodeſſe poſſe filiis; quibus jus repudiatum non tranſmittitur *l. ſi quis filium. de inoff. Teſtament.* At cohæredibus prodeſt; quibus accreſcit *l. unic. C. quand. non pete. par.* & probat Covar. *in repetit. cap. quamvis pactum, part.* 3. *relect.* §.3. *num.* 7. & poſt alios Reg. De Marin. *in citat. lib.*2. *reſolut. cap.*189. *n.*92.

B Fal-

Digitized by Google

9 Fallit ſi renunciantis filii, cum aliis nepotibus ex præmortuo filio concurrerent: teſtantibus Gallerat. *de renunciat. lib.2. cap.5. ex num.28. verſic. ex quibus apertiſſimè*, & Molpheſ. *ad Conſuetud. Neap. Tit. de renunciation. quæſt.14. num. 9.* quod limitat Crot. quando contemplatione maſculorum ex linea maſculina deſcendentium; facta fuiſſet. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 57. ff. de verbor. oblig.* & Reg. De Marin. *in allegat. obſervat. 40. num. 5. verſic. quorum autem dicta.* reſtringit, ſi tractaretur de ſuccedendo perſonæ; ex cujus bonis renuncians non fuit dotata: niſi concurrentes eſſent in gradu remotiori. Suarez *loc. citat. num. 10. circ. fin.*

10 Sicut etiam nec matris ſuperviventia, ob renunciationem; filiis oberit, concurrentibus, cum linea collaterali: quia illis, per ſucceſſorium edictum, Avi ſucceſſionem competit, excluſa collaterali linea: non obſtante dotatione, ſuperviventia, & renunciatione. Excluſus namque aliqua occaſione à ſucceſſione parentis; ad illam venire poteſt, vel per ſucceſſorium edictum, vel per jus accreſcendi; quæ jura ambo collateralibus reſiſtunt: ſiquidem, jus accreſcendi, inter cohæredes, & collegatarios obtinet. Ideo cùm patris hæres, de jure ſit tàm maſculus quàm fœmina. *l. maximum vitium C. de liber. præterit.* quæ per renunciationem ab illo excluditur: at fratre, non extante non datur locus collateralibus: ex quo non poteſt dici; filiæ renunciantis cohæres. Undè recurrendum eſt ad ſucceſſorium edictum, per quod proximioris non petentis portio, vel excluſi; devolvitur in beneficium ſequentis in gradu. *l.1. C. de ſucceſſ. edict.* & filia, ob renunciationem ab hæreditate patris excluſa; devolvitur ea in ſubſequentes conjunctos. Quo in caſu, reperiuntur renunciantis in potiori gradu, quàm collaterales; optimè poſt alios quos allegat D. De Marin. *in citat. obſerv. 40. & in obſervat. 157. & in adduct. reſolut. 189. num. 94.* qui contrariis adamuſſim occurrit, ex *num. 96.* nec deſinas videre, Suarez. *in allegat. limitat. 4. ex num. 10.*

11 Venio ad ſecundam deciſionis partem. Neptis ex maſculo deſcendens; num Amitam excludat?

Pro nepte in terminis noſtræ Conſuetud. ſcribunt Provenzal. *in citat. obſer. ex num. 1. ad 14.* De Marin. *lib.2. reſolut. 145. & 212.* Marott. *diſcept. 12. lib. 1. num. 49.* cum aliis per ipſos allegatis, per D. Altimar. *ad Rovit. lib.1. obſervat. 74. num. 17.* & noviſſimè per Groſſ. *ad conſuetud. ſi moriatur. annot. 5. nu. 2. cum ſeq.*

12 Sed in contrarium ſtant, Urſin. *loc. citat. part. 3. quæſt. 1. artic. 12. num. 21.* D. Hodier. *in controverſ. 23. num. 9.* Bottilier. *de ſucceſſ. ab inteſtat. Tit. de exclus. parag. & Maſculiat. num. 18. & 19.* Bellon. *de jur. accreſcend. cap. 9. quæſt. 12. num. 54.* De Luc. *ad Franch. in citat. obſerv. 32. num. 6. verſic. profunda equidem. & in tract. de linea legal. artic. 2. nu. 11.*

13 nec non perlegas tradita per De Georg. *in allegat. 9.* illa: namque, uti maſculus ſuccedere non poteſt; nec ſtatuti ratio viget. Dec. *in conſ. 308. & 318.* Aſflict. *in conſtitut. in aliquibus. num. 65.* Cyn. *in l. 1. C. ad leg. jul. de adulter.* Ruin. *in conſ. 143. num. 9. &* Gam. *in deciſ. 63. num. 14. & in fin.*

14 At, cum patruo procul dubio ſuccedere; tradunt De Pont. *de poteſtat. Proreg. Tit. de ſucceſſ. mulier. in Regn. nu. 46.* Thor. *in compend. deciſ. par. 1. verb. neptis.* Altimar. *in cit. obſervat. ad Conſil. Rovit. 74. num. 5. &* De Luc. *in allegat. artic. 2. num. 13.*

15 Renunciatio, qualitèr concepta eſſe debeat: ut filiis, ex propria perſona venientibus; obſit? ponunt D. Rocc. *in reſpons. 71. tom. 2. &* De Marin. *in allegation. 109.*

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE V.

### SUMMÆ.

1 *Teſtamentorum genera apud antiquos; memorantur.*

2 *Teſtamentum; aliud ſcriptum; aliud nuncupativum.*

*Ejus ſollemnia: remiſſivè. num. 3.*

4 *Immiſſio, vigore* l. fin. C. de edict. div. Adrian. tollend. *Quando, & cui competat?*

*Fideicommiſſario univerſali; num competat? n. 5.*

6 *Sequeſtrum in principio litis; regularitèr prohibetur?*

7 *Pendente controverſia ſuper Teſtamento; conceditur ſequeſtrum. Comprobatur ſententia* D. Reg. noſtri: *& defenditur* D. Gizz. à D. De Luca. *nu. 8. 9. & 10.*

11 *Teſtium revelationibus, ad excomunicationis fulminationem receptis; quanta fides ſit adhibenda?*

12 *Teſtamentum, an fieri poſſit, per relationem ad aliam ſcripturam? num. 13. & 14.*

15 *Inſtitutio, quando inducatur, ex verbis:* Hæreditatis meæ; dominus eſto.

16 *Mulieri, relictæ dominæ, & patronæ hæreditatis: alio non inſtituto hærede; debetur hæreditas.*

17 *Inſtitutus in uſufructu; an hæres in totum cenſeatur: ſi ei poſt mortem, non ſit datus hæres. Et nu. 18. declarantur* Theſaur. Marion. *&* Bellon.

19 *Uxori relictæ dominæ, maſſariæ, & uſufructuariæ. quando liberis extantibus; integer debeatur uſusfructus?*

1 Non per æs, & libram: nec calatis comitiis, aut in procinctu: *ut in §. ſed ut nihil inſtitution. de Teſtam. ordinand.* de quibus, nec futilè, nec lapſantèr ſcripſerunt, Cicer. *in lib. 1. de Orator.* Plutarc. *in Coriolan. &* Gell. *noct. Attic. lib. 15. cap. 26.* Sed ſollem-

2 nes, & minùs ſollemnes: abolitis antiquorum illis tribus generibus; Teſtamenti tabulæ ordinantur: ut notatùr in *§. ſed cùm paulatim. citat. tit.* Et fuſiùs tradunt ibi. Gloſſ. Mynſiger. & Harprect; atque Arumæus, *in exercit. Juſtin. 7. th. 4.*

3 Certis tamen regulis, & legibus; Teſtamenta, iidem legiſlatores ſubmiſerunt: de quibus in *l. hac conſultiſſima. 21. C. de Teſtament. in l. hæredes palàm. ff. qui Teſtament. facer. poſſ.* cum concord. & apprimè notant, Gratian. *in diſcept. 429.* Coſcia *lib. 2. reſolut. 2.* D. Hodiern. *in controverſ. 19. & ad* Surd. *obſervat. 292.* Staiban. Sen. *in conſ. 90. & ibi* Staiban. Jun. *& in lib. 1. reſolut. 2.* De Marin. *lib. 1. reſolut. 331.* Rovit. *in conſ. 40. lib. 3.* Franch. *in deciſ. 530.* ità ut, una ex illis non impleta; ad cauſam inteſtati, hæreditas devoluatur.

4 Undè hæredi ſcripto, exhibenti Teſtamentum, non abolitum, non cancellatum, neque ex quacumque, ſuæ formæ, parte vitiatum: ſed quòd prima figura, ſine omni vituperatione appareat, & depoſitionibus teſtium legitimi numeri; vallatum ſit. Conceditur immiſſio in hæreditate, vigore *l. fin. C. de edict. div.* Adrian. Tollend. Urceol. *lib. 1. conſultat. 19. num. 1.*

5 qui *num. 2.* id multorum authoramento; extendit in fideicommiſſario univerſali. Et ſcribit Cenſal. *ad Peregrin. de fideicomm. pag. mihi 482. verſic. ſed hanc.*

6 At

6 At ſi quæſtio fuerit, ſuper validitate, vel invaliditate Teſtamenti, nullo poſſidente, nè partes veniant ad arma: quàmvis ſequeſtratio in principio litis, regularitèr prohibita ſit: Cludius *in tract. de ſequeſtr. cap.* 4. De Philipp. *in diſſertat. fiſcal.* 3. *num.* 57. & Staiban. *in obſervat. ad reſolut.* 41. *ex num.* 1. Judex procedit ad
7 ſequeſtrum bonorum hæreditariorum: pro ut benè dixt D. Reg. noſter *hic*, *num.* 1. quem ſequutus fuit D. Gizz. *num.* 2. & adamuſsim tradunt Sanfelic. *in deciſ.* 211. *tom.* 2. Staiban. qui caſum deciſum refert *in adduct. reſolut.* 41. *ex num.* 1. atque etiam D. Petr. *tom.* 2. *Rit.* 181. *num.* 18. *in fin.*
8 Sed De Luc. *ad Franch. in obſervat.* 204. *num.* 8. *in verſic. in petitione verò hæreditatis.* Nominatim adverſùs D. Gizz. *hic num.* 7. non approbat: in petitione hæreditatis judicio, ſuper controverſia Teſtamenti; concedendum eſſe ſequeſtrum: niſi extet legitimus contradictor: ſubſtinens audactèr, venientem ab inteſtato; non eſſe contradictorem legitimum: licèt de nullitate Teſtamenti excipiat, ſi vitium non ſit viſibile: ex D. Reg. noſtr. *in conſultat.* 14. *n.* 16. & *in conſult.* 15. *in fin.* & D. Hodiern. *in citat. controv.* 19. *num.* 54. Sed
9 Gizz. ſententiam, authoratam à D. Reg. noſtro; veriorem dixeris; ſequutam quoque ab Altimar. *ad Rovit. in deciſ.* 91. *num.* 31. & D. Petr. *loc. citat.* & in praxi amplexatam, ex ſexcentis contingentiis; ſumus experti.
10 Reſtringit D. De Luca aſſertum ſuum *citat. loc. in verſic. ſi autem.* In illo, qui petit admicti, ad probandam ſuam intentionem, in continenti adverſus Teſtamentum: ut tunc, conceſſo brevi termino à Judice; ſequeſtratio concedenda ſit: per fumum oſtendente ſuum bonum jus: ità ut Judex arbitrari poſſit; oppoſitorem, brevi tempore ſuam intentionem probaturum. Quodque Judicati authoritate; fundare conatur, in cauſa Teſtamenti D. Lucæ Citarella: referente D. Conſil. de Roſa: quo in jurgio, oppoſita à Joanne Citarella Teſtatoris fatuitate; docta per quinque teſtium revelationes, ad excommunicationis fulminationem receptas; fuit impedita Marco Antonio Veroſpi, hæredi ſcripto, immiſſio, ſervata forma teſtamenti: impartiendo terminum ordinarium in cauſa, prævio bonorum hæreditariorum ſequeſtro. Ex quo obſerva S.R.C. non impartiiſſe breve Terminum, quod practici dicunt ſummarium: ſèd ordinarium: dùm decrevit, quod *infra*
11 *quatuor dies*; *audiantur partes*. Quanta verò fides adhibenda ſit revelationibus Teſtium, ad excommunicationis fulminationem receptis; adeas D. Altimar. *ad Rovit. lib.* 2. *conſ.* 13. *num.* 50. atque De Luc. *in obſervat. ad De Franch.* 366. *num.* 4. *verſic. Ego non audeo.*
12 Nùm Teſtamentum fieri poſſit per relationem ad aliam ſcripturam; ſucceſſivè inquirit D. Reg. noſter. Affirmant in terminis præſentis deciſionis Rub. *de Teſtament. cap.* 38. Feliù *verb. Teſtamentum.* Carpzov. *in deciſ.* 149. Coſcia *in cit. lib.* 2. *reſolut.* 3. *ex num.* 32. Andreol. *in controverſ.* 103. *num.* 4. & Riminald. Jun. *in conſil.* 449. *num.* 24. quo ponit caſum in Teſtatore: qui hæredem ſuum gravavit, ad ſatisfaciendum totum id, quod continebatur in quadam ſcriptura, à ſe ſcripta; & Cajo conſignata. Concludit quod illa ſchedula, verificata per teſtes deponentes ſaltèm habere notam Teſtatoris manum; teneri hæredem adimplere diſpoſitum in illa. Optimè Gail. *ad Aretin. in §.* 1. *inſtitut. de Teſtament.* quo loco dixit Aretin. ſi Teſtator
13 dixerit: hæredem meum inſtituo; quem in ſchedula, quam penes Cajum depoſui; Valere talem inſtitutionem: & probant apertius Boer. *in deciſ.* 240. *num.* 5. Craſſ. *in §. inſtitutio. quæſt.* 16. *num.* 4. Piſo *lib.* 2. *reſolut.* 2. *num.* 2. & 3. Maſcard. *de probat. tom.* 3. *concluſ.* 1358. *num.* 73. & videantur ad rem, poſita per Boccer. *claſſ.* 3. *diſput.* 2. *theſ.* 48. *edit.* 2. Mantic. *de conjectur. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 11. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *nu.* 10. Arumæum *in exercit.* Juſtin. 8. *th.* 5. Gabriel. *lib.* 4. *tit. de Teſtament. concluſ.* 11. *num.* 4. Reuſner. *de Teſtament. part.* 3. *cap.* 29. *num.* 18. & 27. quicquid ſibi dicat Merend. *in controverſ. ultim. lib.* 3.

Caſtrenſ. *in conſ.* 577. *vol.* 2. ponit caſum de quodam Hæbreo: qui in ſollemni Teſtamento dixerat, vel-
14 le valere, quicquid in Hæbraico idiomate, diſponeret tamquàm ſuum teſtamentum; ſcripſitque modo quo promiſerat ſchedulam. Caſtrenſ. reſpondit; illam Teſtamentum probari; eumque ſequuti ſunt Cravet. *in conſil.* 143. *num.* 6. Ludovic. *in concluſ.* 66. *verſic. amplia quòd licet.* & Maſcard. *loc. indicat. in verſic. non abſimilis.*

Obſervo, *num.* 16. quod inſtitutio inducitur ex illis verbis, reliquo Titium Dominum hæreditatis meæ:
15 *per tex. in l. his verbis.* 48. *ff. de hæredib. inſtituend.* Quod intellige juxtà traditum per Gloſſegraphum *ibid. verb. Dominus eſto*: niſi alium hæredem inſtituiſſet: cùm eo caſu videtur fideicommiſſum.
16 Undè deſumit D. Reg. noſter: Mulieri relictæ dominæ, & patronæ, hæreditatis, alio non inſtituto hærede; verba illa importare hæredis inſtitutionem. Adde hoc idem punctìm voluiſse Pic. *in l. Titia. §. Titia. num.* 95. *ff. de legat.* 2. Gabriel. *tit. de uſufruct. lib.* 5. *concluſ.* 5. *num.* 37. & *de* Homod. *in conſil.* 175.
17 Idque etiàm procedere in uſufructu inſtituto; notat Urceoli; *tom.* 2. *conſultat.* 82. *num.* 26. licèt poſt ejus mortem; ſic datus hæres. Andreol. *in controverſ.* 121. *ex num.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 141. *num.* 26. & 28. Fuſar. *in conſ.* 195. *num.* 7. Seſse *in deciſ.* 362. *ex num.* 80. Cenſal. *ad Peregrin. de fideicom. pag. mihi* 481. *verſic.* 3. Salgad. *in labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 2. *§. unic.*
18 *ex n.* 13. *qui n.* 15. Hoc procedere voluit, quotièſ talis inſtitutus; eſset Teſtatori magis dilectus: & inſtitutus poſt mortem, eſset tranſverſalis remotior, aut extraneus. Et ſic intelligendi ſunt Theſaur. *lib.* 3. *quæſt.* 81. Marion. apud Andreol. *loc. cit.* Bellon. *de jur. accreſcend. cap.* 7. *quæſt.* 16. *ex num.* 428. Et videantur ad rem benè ſcribentes, Cravett. *in conſil.* 608. *num.* 3. Peregrin. *in citat. tract. de fideicom. art.* 5. *num.* 21. & Craſſ. *in §. legatum quæſt.* 23. *verſic. ſed contrariam partem.*
19 Tandem ea, quæ attinent ad materiam Conſuetud. Burgar. nè plus te commorer; invenies *tom.* 2. *obſervat.* 176. Unum addere modò, fas ſit: quod uxor relicta domina, maſſaria, & uſufructuaria, liberis inſtitutis, bona ob delictum confiſcata; ei non ſola alimenta; ſed integer uſusfructus debeatur. Gabr. *in conſ.* 134. *vol.* 1. *num.* 4. & 5. quem fuit ſequutus Drogh. *ad Clar. in §. fin. quæſt.* 78. *num.* 34.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE VI.
### SUMMÆ.

1 *Creditorum, antiquam ſævitia; coercita.*
2 *Creditor, abſque aſſenſu; poteſt cogere debitorem, ejusque hæredem; ad vendendum feudum, ſivè officium Comprobatur* D. Reg. noſter.
*Amplia: ut num.* 3. & *declaratur* Laganar. *num.* 4.
*Obſervatur præſens deciſio: num.* 5. & 6. & *comprobatur ratione. num.* 8.
7 *Mulier pro ſuo credito dotali; mariti bona feudalia retinet.*
8 *Actio creditoris, abſque aſſenſu, ad vendendum feudum.*

*dum. Sivè petitio illius tenutæ; ſilet: concurrente creditore cum aſſenſu.*

9 *Mulieres Neapolitanæ: attento* Cap. *gratiæ; habent bona feudalia dotantis, obligata cum aſſenſu; atque officia Regalia. num.*10.

11 *Fiſcus, præfertur creditoribus hypothecariis, ſuper officio; quo officiarius propter malam adminiſtrationem, fuit privatus. Intellige, ut num.*12.

13 *Aſſenſus præſtitus à Rege: quo caſu adverſus ipſum non operetur?*

14 *Creditor abſque aſſenſu; qualitèr ſententiam ſuper fructibus feudi, exequi petat?*

15 *Emolumenta officii, principalitèr, inſtante creditore abſque aſſenſu; ſequeſtrari poſſunt.*

16 *Hæres, gravatus reſtituere, totum quod ſupereſt ſatisfactis aliquibus oneribus, à Teſtatore relictis: facta reſtitutione creditoribus hæreditariis; non tenetur.*

*Quid retineat? Reſtituat? aùt alienare poſſit? num.* 17. 18. *&* 19.

20 *Officium ampliatum, num idem officium ſit? ità ut nominatus; oneribus nominantis teneatur? & nu.* 20.25. *&* 26. *declarantur.* Maur. & de Georg.

21 *Nominatus in officio; à Rege nominatus cenſetur.*

22 *Officium emptum à nominante: non ab eo, ſed à Rege; immediatè obtentum fuiſſe, putatur.*

23 .... *Officiarii; extinguitur morte.*

24 *Officiarius, uſufructuario aſſimilatur.*

27 *Officium conceſſum, cum facultate nominandi alium in vita, vel in morte: facta nominatione; officiarius ſi ex delicto illo privandus veniat; num nominato noceat?*

28 *Officio conceſſo pro ſuo hærede, aut altera perſona nominanda utriuſque ſexus; an nominatus ad nominantis onera teneatur? cum Decis.*

*Laudatur* D. Ignatius Rozera. *num.* 36.

29 *Officiarius, obtenta officii ampliatione: decedente, nullo nominato; cui illud pertineat?*

30 *Hæres ſuus; dicitur filius.*

31 *Verbum,* altera perſona nominanda: *officio pro hærede conceſſo; quid importet?*

32 *Officium hodie abſque hæreditaria qualitate; nominatum haberi non poteſt.*

33 .... *In legitima imputatur.*

34 .... *Conceſſum pro hærede, filio, aut genero; non tranſit abſque hæreditaria qualitate. Notatur* De Marin.

35 *Ponderatur* noviſſ. deciſio; *lata in Cauſa,* V. J. D. Joſeph Lombardo.

IMmane flagitium! ſpectaculum miſerabile! liberos pro paterno debito in auctionem deduci, & teneri calami-
1 tatis hæredes; qui non ſunt participes ſucceſſionis: de quo extat *Tex. in Cod. Theodos. lib.*4. *tit. de patrib. qui fil. dixtrax. l.*2. *&* ſcribunt latiùs Cæl. Rodigin. *antiquar. lection. lib.*7.*cap.*20. Dioniſ.*in hiſtor. Roman. lib.*6. *aliique, quos conducunt* Panigarol. *in comp. annal. Baron. Ann. Chriſt.* 33. *in annotat. lit. O.* Caracciol. *de Sacr. Eccleſ. Neap. monument. cap.*24. *De Sancto Severo pagin. mihi* 309. *verſic. dabis mihi veniam.* Scanarol. *de viſitat. Carcerat.* Pand. *ad Rit. M. C. V.* 166. *in præfat.* Olea *de Ceſſion. Jur. tit.* 3. *quæſt.*6 *nu.* 19. *&* Galter. *in prax. liquidat. inſtr. ſecund. part. ultim. partis principal. verſic. aut facta liquidatione. Rubric.*2. *ex num.*7. creditorum ſævitia; meritò coercita.
2 Habes in præſenti Deciſione num. 1. creditori abſque aſſenſu; actionem competere, adverſus debitorem; ejuſque hæredem, ad vendendum officium; atque feudum. Quod probant latiùs, idem D. Reg. noſter *in conſultat.*99. *num.*21. Rovit. *in pragm.* 3. *de ordin. judicior. num.*9. *&* 11. *& in pragm.*25. *de feud. num.*61. *& in conſil.*104. *tom.*2. Ann. *in conſil.* 4. *num.* 73. De Pont. *de poteſtat. Proreg. tit.*6. §. 1. *num.* 23. Montan. *de regalib. offic. ſub num.* 13. Lanar. *in cap.* 1. *de ſucceſſ. feudor.* Staiban. *lib.*1. *reſolut.* 59. *num.* 13. *&* 14. De Marin. *reſolut.* 82. *lib.* 2. *num.* 2. *& ad* Reverter. *tom.*2. *obſervat.*503. *num.* 2. *&* D. Galeot. *in reſpons. fiſcal.*13. etiàm per capturam perſonæ: ex doctrina Bald.
3 *in l. fin. §. & ſi præfatam. verſic. tertiò quæro C. de jur. deliberand.* & adverſus debitorem, in feudo Ducatus Titulo decorato, pro creditore abſque aſſenſu, atque etiam contra debitoris hæredes; deciſum refert Gallup. *in prax. S. R. C. Tit. de execut. ſenten. part.* 3. *cap.*2.
4 *num.*16. quicquid ſibi Laganar. involuat, *in addit. ad Rovit. in allegat. pragmatic.*3. *ex num.*13. niſi ejus dicta dirigantur in feudo, ex pacto & providentia; in quo filius per inventarium ſuccurritur. Thor. *in comp. part.*1. *verb. feudatarius, an cogatur vendere. & in verb. hæres tranſverſalis.*
5 Sed noviſſimè D. Conſil. Franciſc. Rocc. vir equidem doctiſſimus, in ſuo abſoluto *tract. de offic. rub.*3. *de offic. ampliat. n.*74. Deciſionem iſtam, ad cōtrarium partem conferre; conatus eſt. Ego verò, bona venia tanti J.C. ex omni parte digniſſimi; id in Deciſionis litera, non lego: Etenìm ſi judicatura fuerunt excluſi creditores Joannis
6 Baptiſtæ Criſpi, à petitione venditionis officii actorum Magiſtri Regiæ Cameræ Summariæ, quod poſſidebatur per Conſtantiam filiam; evenit: quia Conſtantia habuit officium, & nominationem prædictam, Titulo oneroſo, ex cauſa dotis eidem promiſſæ: ut advertit *hìc* D. Reg. noſter *num.*28. *& in decis.*26. *num.*37.
7 poſſeque mulierem retinere pro ejus credito Dotali, bona feudalia mariti; fundat evidentiùs idem D. Conſil. Rocc. *tom.*1. *reſpons.*45. *num.*25. *&* D. Merlin. *tom.* 2. *controverſiar. cap.*60.
8 Ulteriùs veritate pollet, actionem creditoris ad vendendum feudum, ſivè ejus tenutæ, petitionem; ſilere adverſus creditorem cum aſſenſu. D. Reg. noſter *in conſultat.*56. *num.* 9. *&* 21. *tom.* 1. *&* De Luc. *ad*
9 *De Franch. obſervat.*75. *num.*9. illud in Regno eſt certum, Conſtantiam pro Dote, cum aſſenſu gratiæ, *impreſſ. in pragm.*2. *&* 3. *de feud.* eſſe patris creditricem. Benè D. Conſil. Rocc. *in adduct. rub.* 3. *nu.*76. *&* 77. & quod promiſſor Dotis, ſub diſpoſitione gratię comprehendatur; deciſum per S. R. C. demonſtrat De Ponte *in citat. tit.* 6. *num.* 14. & tradunt De Marin. *in citat. lib.* 2. *reſol. cap.* 28. *num.* 15. *& ad* Reverter. *obſervat.*579. *num.* 1. D. Petr. *in commentar. ad Rit. M. C. V.* 162. *num.*31. *tom.*2. Et licèt gratia, punctìm
10 in officiis non loquatur; ſed in feudis, abſque diſcrimine tranſit: apud Nos feuda, & officia parificari: ut ſumitur ex quodam *deciſivo chirographo, immortalis* memoriæ Philippi IV. impreſſo in calce *diſſertationis fiſcal.* D. De Philipp. 39. *pagin.* 582. & ſcripſerunt Montan. *in citat. tract. de regalib. offic. pagin.* 175. *num.* 11. *&* De Pont. *in decis.* 28. *num.*5.
11 Nec etiam allegari valet in contrarium, quod in unamet facti contingentia; deciſum indicat, De Pont. *in decis. Cancell.* 18. *in fin.* & Conſtant. *in l.* 1. *C. Ne pœn. fiſcal. credit. præferant. lib.* 10. quorum meminit Merol. *tom.*3. *Theolog. moral. diſput.*6. *de privileg. cap.*8. *difficultat.*17. *num.*501. *&* 502. etenìm tractabatur, num fiſcus præferendus ſit creditoribus hypothecariis abſque aſſenſu, ſuper officio; quo quis, proptèr malam adminiſtrationem, privandus venit. Et optima ratione pro fiſco emanavit prætorium ſcitum: ex quo Conſtant. teſte, quem ſequitur *ibidem* Meroll. *cit. num.*502. in conceſſione officii; ſubintel-
12 ligitur clauſula, donec is, cui conceſſio facta eſt, benè ſe gerit: illamque ſemper in officii conceſſione pro appoſita haberi; dicunt D. Galeot. *in reſp.*15. *nu.*122. Rovit. *in citat. conſ.*104. *num.*14. Merlin. *tom.*2. *contro-*

Digitized by Google

troverſ. 30. num. 5. vide Surgent. de Neap. illuſtrat.
cap.17. lib.1. & Montan. cit. loc. num.69. & quando-
que in Diplomate, hanc clauſulam ſolitam apponi,
legitur apud Topp. de orig. trib. tom.1. pag.207. num.
14. Quod tamen intelligas in officio gratis dato: ſecùs
pecunia mediante conceſſo: juxta tradita per D. Ga-
leot. loc. citat. num.130. cujus verba traſcribit D. Ca-
13 ſar. quæſt. peregrin.2. ex num.18. ad 20. & quod quo-
tiès ob officiarii delictum; officium ad Regem devo-
luitur: aſſenſus ab ipſo præſtitus ſuper obligatione il-
lius, non ſuffragetur creditori adverſus fiſcum; ſcri-
bit, Tap. in Conſtit. Conſtitutionem divæ memoriæ n.
1. in fin. lib.6. jur. Regn. tit.22.
14 Conſulitur quoque creditori abſque aſſenſu: ut ob-
tenta condemnatione adverſus debitorem ſuum, in
actione perſonali; ſententiam exequi faciat ſuper fru-
ctibus feudi: qui ſivè ſeparati à ſolo ſint, ſivè ſepa-
randi; allodiales judicantur. De Franch. in decis.18.
num.10. Camerar. in cap. Imperialem pagin.18. Scult.
in addit. ad Piſtor. part. 3. quæſt. 160. ex num. 19.
Schrader. de feud. part.4. ſect.3. num. 4. & Hartaman.
Piſtor. quæſt. 34. lib.1. num. 38. in ſubſidium tamen,
nec ſuper omnibus fructibus: ſed deducta portione,
pro ſervitio Domino præſtando; & pro alimentis; &
vitæ ſubſtentatione ipſius feudatarii: teſte Rovit. in ci-
tat. Pragm. 3. num. 14. Et ſic deciſum in contingen-
tiis; refert De Marin. in allegat. obſerv. ad Reverter.
15 503. nu.3. & reſpectu emolumentorum officii, quòd
principalitèr ſequeſtrari poſſint, ad inſtantiam credi-
toris abſque aſſenſu; ſcribit Montan. loc. citat. nu.41.
16 Obſervo ſecundò, hæredem gravatum de reſtituen-
do totum id, quod ſupereſt: ſatisfactis oneribus à Te-
ſtatore ordinatis: facta reſtitutione creditoribus, &
legatariis defuncti; non teneri. Adde Tex. in Auth.
contrà rogatos. C. ad Senat. Conſult. Trebell. & ibi DD.
Cavalcan. in decis. Fivizan.13. par.3. num.27.
17 Et detrahet in reſtitutione; æs alienum pro defun-
cto ſolutum; creditum proprium; legata ære proprio
ſoluta; ultimæ infirmitatis expenſas; atque etiam il-
las pro inventario erogatas; pro fructibus quærendis,
in lite factas ad tuendam hæreditatem; & pro reno-
vandis inſtrumentis cenſualibus; dotes maternas,
vel forſan uxoris ei debitas. Paritèr retinet meliora-
menta; Legitimam; Falcidiam; & Trebellianicam.
Cancer. par.1. reſol. 2. de Trebell. & falcid. ex num.
34. Marc. in decis. Delph. 332. Peregrin. de fideicom.
artic.35. in fin. Præt. de interpret. ultim. voluntat. pa-
gin.354. verſic. ubi quoque. num. 15. Garz. de expens.
cap. 8. latè Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 670. & Urceoli
tom.1. conſult.20.
18 Reſtituet tamen legata repudiata; & effecta cadu-
ca. Manent. in decis. Mant.4. num.38. & Rodoer. ad
De Marin. reſolut. tom.1. cap.20.
19 Poſſe uſque ad drodantem alienare; voluerunt,
Cujac. in expoſit. Novell. Juſtin. 39. in verſic. quam-
obrem Juſtinianus. Gomes tom. 1. reſol. 5. num. 56.
Mantic. de conjectur. lib. 10. tit. 4. Sed videantur Fu-
ſar. loc. indicat. & Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt.54.
20 Nunc venio ad ſecundam Deciſionis partem: offi-
cium ampliatum, nùm idem officium ſit, quod no-
minans exercebatur: ità ut creditoribus, & aliis no-
minantis oneribus; nominatus teneatur?
Quòd omninò diverſum ſit, & penitùs ſeparatum
à primo; tradunt, poſt alios, quos laudant, Larr. in
allegat. fiſcal.22. lib.1. num.30. Reverter. in decis. jux-
tà recompilat. De Marin.516. num.2. tom.2. Noguerol.
in allegat. 2. ex num. 18. De Pont. in citat. tract. de
poteſtat. Proreg. tit.10. rub. de poteſt. ſubſtitut. in of-
fic. num.6. De Georg. in repetit. feudal. part. 3. quæſt.
7. verſic. ratiò potentiſſima. D. Reg. noſter in decis.182.
nu. 9. tom. 2. alios allegat D. De Philip. in diſſert. fi-
21 ſcal. 5. num.6. Etenim Rex nominaſſe putatur: non
officiarius. De Pont. in cons.109. lib.2. num.7. & Mo-
deſtin. Piſtor. part.4. quæſt.73. num. 5. emptumque à
22 nominante: non ab eo: ſed à Rege, immediatè obten-
tum fuiſſe cenſeri; reprobato Reverter. dixit idem D.
De Philip. in diſſert.11. num.47.
23 Officium inſuper officiarii; extinguitur fato. Mon-
tan. in citat. cap. imperialem §. præterea Ducatus. nu.
25. & 38. D. Galeot. in reſpons.12. num.99. Rovit. in
decis.72. nu.35. De Marin. ad Reverter. obſervat.230.
alios, pleno calamo; conducit de more D. Reg. de
Philip. in diſſertat.1. num.14. diſſertat.18. num.27. &
24 diſſertat. 33. num. 33. & uſufructui aſſimilatur. Ma-
ſtril. de Magiſtrat. lib. 1. cap.28. num.22. Amicangel.
de Regalib. offic. quæſt.11. num.14. & 15. Thor. in Co-
dic. rer. judicat. cap.51. & Galeot. in citat. allegat.12.
25 Scio Thor. ad De Pont. in ſede indicata, voluiſſe,
officium prorogatum; novum Officium non eſſe:
26 authorante id ſibi, Maur. Iuniore in allegat.10. num.
5. & 9. Sed hac in re; ſemper Mihi placuit diſtinctio
relata per D. Reg. noſtrum; ut ſi conceſſio pro hærede
prolata ſit; ad nominantis onera, nominatus tenea-
tur, illo ſtante: nam abſque hæreditaria qualitate,
officium haberi haùd potuit. At ſi pro uno filio, ſive
alterius vita, conceſſio caneret; contrarium affabrè
tenendum eſt: Cùm immediatè à Rege illud obtinuiſſe,
cenſeatur, ob qualitatem hæreditariam non expreſ-
ſam. Hancque diſtinctionem probant, idem D. Reg.
noſter in decis.26. num.18. Staiban. in ead. reſolut.59.
Salgad. in labyrint. credit. part.2. cap.27. num.13. No-
guerol. in allegat. 11. num. 105. & in alleg. 19. num.
53. Valenz. in cons. 155. Arias de Meſa reſol. lib. 3.
cap. 49. num. 16. Montan. in §. præterea Ducatus ex
num. 31. Merol. in citat. diſput. 6. cap.8. difficultat.
17. num.499. & difficultat. 18. num.506. De Marin.
ad Reverter. in obſervat.376. num.1. & obſervat.382.
num. 2. & obſervat. 185. num. 2. Quo loco in fin. ſic
eſſe intelligendos Maur. in allegat.75. & de Georg. loc.
allegat. Scribit. Et videatur ad propoſitum Rovit. in
indicato conſil.104. tom.2. & ibi D. Altimar. num.12.
27 Indè inſerpuit, quòd conceſſo officio, data facultate
nominandi in vita, aut in morte hæredem; ſi officia-
rius facinus talè commictat, quo officio privandus ve-
niat, nominatus officio privatur: in nihilo refragante
nominationem prædeceſſiſſe delicto, proptèr hæredita-
riam qualitatem conceſſioni injunctam. Sin verò con-
ceſſio, cum poteſtate nominandi alium, prolata fuiſſet;
alitèr tenendum eſt. Rovit. in adduct. conſil. 104. &
106. tom. 2. Reverter. in decis. 375. 440. & 516. &
ibi de Marin. Merol. in citat. cap.8. difficult.19. quæſt.
2. ex num. 543. & D. Conſil. Rocc. in citat. tract. de
offic. pagin.23. num.49.
28 Modò non ab re inſurgit videndum: quid, ſi con-
ceſſum extitiſſet officium pro hærede ſuo, aut altera
perſona nominanda, utriuſque ſexus: num nominatus
ab officiario ad nominantis onera adſtringi poſſit? Re-
ſolutivè pro creditoribus reſpondendum eſt: etenim
abſque hæreditaria qualitate habere illud; haùd po-
tuit: propter nomen hæredis in conceſſione adhibi-
tum; Conduco poſita per Rovit. in cons. 106. num.3.
Thor. in compend. part.2. verb. officium emptum à pa-
tre, & per Prat. tom.4. diſcept. 3.
29 Facit ad rem, Concedentem hæredis nomen, fruſtrà
in conceſſione poſuiſſe: dum neceſſariò, nullo in po-
ſterum nominato; ad ſucceſſorem pro alterius vita
pertranſiſſet: juxtà ſerioſiùs tradita per Ann. in ſingu-
lar.291. Lanar. in cons.59. num.32. Cammarat. in re-
ſpons.5. num.15. lib.2. Giurb. in obſer.40. nu.21. Rovit.
in add. cons. 104. in princip. verſic. ità. Montan. ubi
ſupra num.51. & D. Rocc. loc. citat. nu.20. & 23.
30 Itèm, & illud etiam conſiderandum ſuccedit; hære-
dem

Digitized by Google

dem ſuum tantum fuiſse conſideratum : quo in verbo filium tantùm venire ; indicat *Tex. in §. sui*, *& in §. cateri. inſtit. de hared.qualitat. & different.* Undè ly, aut altera perſona nominanda ; demonſtrat, extraneam perſonam utriuſque ſexus, in illo admictendam fore, cum qualitate hæreditaria : Abſoluta namque
32 modò res eſt apud noſtros, ut officium non niſi uti nominantis hæres conſequi poſſit, ad hoc ; ut ad omnia officiarii onera, ſucceſſor teneatur: ut ex Frecc. Reverter. Tap. Montan. D. Reg. noſtr. *hoc loc. n.* 14. Arias de Meſa, & De Marin. Scribit D. De Philip. *in diſſertat.* 17. *n.* 5. & meliùs ad rem *in diſſertat.* 23. *nu.* 26. *cum sequentib.*

33 Ad rubrum conducitur, filio in officio nominato ; illud ei in legitimam imputandum eſse: pro ut perbellè, fundat Lanar. *apud* Thor. Qui deciſionem S. R. C. refert *in adduct. verb. officium emptum à patre*, & videantur ad rem serioſiùs id tractantes, Craſſ. *de legitim. quaſt.* 26. *num.* 1. Peregrin. *de fideicom. artic.* 36. *num.* 130. Gratian. *discept.* 50. *ex num.* 15. *& discept.* 794. *num.* 4. Covar. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 6. *de* Præt. *de ultim. volunt. lib.* 3. *pagin.* 150. *solut.* 6. *num.* 17. Rot. Roman. *part.* 1. *divers. in decis.* 622. *num.* 4. *& part.* 2. *in decis.* 174. *num.* 8. *& part.* 2. *recentior. in decis.* 495. *num.* 2. Seraphin. *in decis.* 10. *&* 539. *num.* 6. Vaſq. *de succeſſ. lib.* 3. §. 30. *num.* 202. *cum sequent.* Nimaus *de Collat. quaſt.* 28. Magil. *de imputat. quaſt.* 34. 35. *&* 36. De Pont. *in citat. decis.* 28. Becc. *in cons.* 20. *num.* 29. *&* 30. Roland. *in cons.* 11. *nu.* 10. *lib.* 2. Cravett. *in cons.* 136. Cucch. *de legitim. pag.* 62. Conſtant. *in l.* 1. *&* 2. C. *de fil. official. lib.* 12. *num.* 61. Bero. *lib.* 2. *cons.* 113. *num.* 37. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 487. Amicangel. *in adduct. tit. qui feud. dar. poſſ. c.* 1. *pagin.* 43. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quaſt.* 23. Montan. *in allegat. tract. de regalib. offic. num.* 43. & D. Conſil. Rocc. *in citat. tract. de offic. pagin.* 24. quòd in officio mediante pecunia à patre quæſito admictit Meroll. *loc. indicat. difficul.* 12. *num.* 454.

34 Atque etiam referre non tedet, quod deciſum recenſet, Reverter. cujus ipſiſſima verba ; tranſcribit, Rovit. *loc. cit.* in conceſſione officii, pro hærede, filio, aut genero : ut cum hæreditaria qualitate tranſeat. Quam deciſionem, an benè ſummaverit, De Marin. *in illius decis.* 390. tuum adhibe judicium.

35 Non tamen conturbat hanc noſtram ſententiam ; Determinatio, lata ſub die 29. Maii 1674. referente D. Conſil. Caravita ; in cauſa U. J. D. Joſeph Lombardi: qua declaratum fuit, nullum jus competere creditoribus illorum de Cioffo, & Mariæ Montella, ſuper officio actorum Magiſtri S. R. C. ad præſens poſſeſſo per dictum U. J. D. Joſeph: tamquàm purè, & ſimpliciter in eo nominatum per dictam Mariam . Etenim in ea cauſæ deciſione, conſideratum fuit, Lombardum nominationem obtinuiſſe titulo emptionis: imò pro illa ſolviſſe longè plùs ; quàm ab ipſo Rege officium illud emiſſet : pro ut eſt videre in Proceſsu pro Franciſco, & Joſeph Lombardo, cum Maria Montella, in banca de Montecorbino, nunc de Alexio; cujus ſciti, pendet reclamatio, junctis aulis, examinanda. Et conferunt tradita *supra num.* 6.

Et nè quod ſubſtinuimus, punctuali ſenatus deciſione, careat ; poſt hæc à nobis conſarcinata ; concluſum talitèr in S. R. C. extitit: referente D. Conſil. De Ponte, ejus aulæ præfecto, de menſe Septembris 1676. in cauſa Victoriæ de Amato cum Nicolao Cajafa : pro ut eſt videre in Proceſſu ejuſdem Victoriæ in Banca De Litto. Et licèt in eadem S. R. G. ſententia ; legatur clauſula de conſenſu partium ; id evenit : quia ultra D. Conſil. De Ponte, D. Jannectaſium, D. Macedonium, D. Muſcettulam, & D. de Silva ; debebat pro adjuncto intervenire D. Conſil. Martinus : qui de conſensu partium, in votando ; haùd ſuum præbuit calculum: pro ut habui ex ore D. Ignatii Rozzera J. C. præſtantiſſimi, & doctiſſimi; qui pro Victoria obtinuit.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE VII.
### *SUMMÆ.*

1 *Voluntas, & sollemnitas; aquè teſtamentum exposcit. Et num.* 7.
2 *Scriptura à Teſtatore ordinata coràm Notario, & Teſtibus ; quando in Teſtamentum subſtineatur : ſi Teſtator illius ſtipulationem ad alium diem diſtulit, & interim mortuus eſt? Et num.* 3. *&* 4.
5 *Teſtamentum, ratione sollemnitatis nullum, an in foro conscientia subſtineatur ; Et num.* 6.
8 *Teſtator, adbibendo Notarium ; censetur de more voluiſſe Teſtamentum publicare.*
9 *Teſtamento non publicato : inſtitutis liberis, vel pia causa, non subſtinetur. & num.* 10.
11 *Teſtator qui paravit in Scriptis teſtari: sed non adhibuit sollemnitates neceſſarias; nullitèr teſtatus eſt.*
12 *Publicatio Teſtamenti ; eſt neceſſaria sollemnitas. Quomodo apparere debeat num.* 13.

UNiversè, certum eſt, nihil magis hominibus deberi; quàm ut ſupremæ voluntati, liber ſit ſtilus; & licitum quod iterum non redit arbitrium ; poſt quàm
1 aliud velle non poſſunt. Ligatur tamen certis regulis, & legibus: ita ut communitèr vocitetur dicterium: in Teſtamentis deſideratur ſollemnitas, & voluntas .

2 Indè propterea hìc deciſum obſervo : ſcripturam à Teſtatore conditam, convocatis Notario & Teſtibus ; quia illius ſtipulationem ad alium diem diſtulit ; tamquàm Teſtamentum non haberi : cùm conſideretur defectus in voluntate. Ità paritèr tradunt Giacchar. *in collect. commun. opin. verb. Teſtamentum num.* 51. Caldas *de empt. & vendit. cap.* 19. *num.* 6. Creſcent. *in decis.* 3. *de Teſtament.* Cephal. *in conſil.* 294. *nu.* 10. Nig. *de laudem. tom.* 2. *quaſt.* 15. *num.* 33. *&* 75. Clar. *in §. Teſtamentum. quaſt.* 7. *verſic. aliquando, & tertiò.* Antonin. Maceratenſ. *lib.* 3. *resolut.* 44. *verſic. tùm quia erat futuri Teſtamenti præparatio.* Staiban. *lib.* 1. *resolut.* 68. D. Hodiern. *controvers.* 36. Fernandez *ad leg. taur. in* 2. *part. l.* 3. *num.* 19. Fab. *de errorib. pragmaticor. decad.* 35. *error.* 9. De Caſtr. *in cons.* 75. *vol.* 1. D. Rovit. *in conſil.* 41. *lib.* 2. Thor. *in compend. par.* 3. *verb. Teſtamentum extensum. & in verb. Teſtamentum oretenus, & in supplement. verb. Teſtamentum ſi ſit conditum. & ad* Tiraquell. *de privileg. pie caus. privileg.* 18. Mantic. *de conjectur. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 6. Tomaſ. *de specialib. pia caus. tit.* 2. *cap.* 44. *&* Rodoer. *memor.* D. Reg. noſtr. *in addit. ad De Marin. tom.* 1. *cap.* 238.

3 Nùm id procedat, inſtituta pia cauſa? adeas *observat.* 140. *&* 180. *tom.* 2. nec non conſule Gancer. *var. lib.* 1. *tit. de Teſtament. cap.* 4. *num.* 97. *&* 98. Vaſq. *de succes. lib.* 3. §. 22. *limitat.* 12. *num.* 12. D. De Marin. *in adduct. cap.* 238. D. Conſil. Rocc. *in respons.* 66. *ex num.* 9. Rub. *resolut. cap.* 9. *&* 24. Trullench. *ad pracepta decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *dub.* 4. Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *de Teſtam. privileg. resolut.* 14. Theſaur. *lib.* 4. *quaſt.* 35. *num.* 7. Thor. *in suo Cod. Cas.* 50. *num.* 8. Tomaſ. *in citat. tit.* 2. *cap.* 44. *num.* 93. Urceoli *tom.* 2. *consultat. cap.* 88. Bonacin. *de contractib. disput.* 3. *num.* 22. Quo
4 loco advertit, non eſſe tradendam piæ cauſæ totam hæreditatem: ſed ad prudentem virum, recurrendum fore : qui, perpenſis circumſtantiis de bono, & æquo ; ſuum interponet Judicium. Sequitur Trullench. *loc. citat. num.* 3.

5 Succedit videndum, nùm Teſtamentum nullum, ex

defectu

defectu ſollemnitatis; ſubſtineatur in foro conſcientiæ? Affirmat D. Reg. noſter *hìc num.* 10. & comprobant Cyriac. *in controverſ.*407.*num.*131. Suarez *lib.*5. *de legib. cap.*32.*num.*6.*&* 7. Magon. *in deciſ.Lucan.*33.*ſub num.*23. Leſſ. *lib.*2. *cap.*19. *dub.*3.*num.*4. Dian. *loc.citat. part.*5.*reſolut.*119. Et hanc opinionem; probabiliorem vocat, Trullench. *eod. loc. dub.*3. *num.*3.

6 Contrarium ſuadent, latiùs congeſta per Nos, *in obſerv.*140. Bonacin. *loc. cit. diſput.*3. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.*5. Covarr. *in cap.*10. *de teſtam. num.*12. Mel. *ad Caſtil. de aliment. obſerv.* 31. *ſub num.*4. Solon. *quæſt.* 5. *de domin. artic.*4.& Ciarlin. *controverſ.*33. *ex num.*

7 134. eò quod ſollemnitas; eſt de ſubſtantia Teſtamenti.

8 Venio ad *num.*27.in quo obſervo: quod ſi Teſtator adhibuit Notarium; regularitèr credatur, voluiſſe de more publicari Teſtamentum.Facit Hodiern.*ad Surd. in deciſ.* 292. *num.* 5. qui loquens in diſpoſitione ad

9 pias cauſas: ita ſcribit: *quod ſi conſtaret, Teſtatorem in ſcriptis voluiſſe ſollemnitèr teſtari: & tunc, ex quò ad ſubſtantiam actus, reperiebatur ſcriptura: ſi voluntas Teſtatoris non fuerit ſtipulata à Notario, & coràm teſtibus publicata; non poteſt dici actus perfectus.* Hæc D. Hodiern.

10 Proindè, licèt quis ſuam voluntatem, vel inter liberos teſtando vel ad cauſam piam, coràm minori numero teſtium, & abſque ſollemnitatibus, exprimere potuiſſet: ſi in ſcriptis teſtari paraſſet, & tandem Notario accerſito, Teſtamentum de more publicatum non ſit: quia mors prævenit; eadem diſpoſitio non valebit; nec inter liberos, nec in gratiam piæ cauſæ: licèt eadem voluntas per duos Teſtes probata fuiſſet: Teſte Staiban.*loc.citat.num.*48.

11 Nota regularitèr, quod quotiès quis in ſcriptis paratus eſt teſtari: ſi ſollemnitates neceſſarias, ad tale actum non adhibuerit; nèc Teſtamentum valebit, tamquàm nuncupativum Clar.*in adduct.§. Teſtamentum. quæſt.*4. *num.*2. nèc jure codicillorum; *l.fin. §.illud. C. de Codicill.* Feliù *var. concluſ. verb. Teſtamentum.* Sed videantur Vaſq. *lib.*2. *de ſucceſſ. §.* 2.*ex n.*11. & Menoch. *lib.*4. *part.*2. *præſumpt.*2. *ex num.* 14.

12 Publicationem, eſſe de eſſentia Teſtamenti; ſcribit D. Reg. noſt. *num.*28. Adde ea, quæ tradidit *in lib.* 1. *conſult.*14. & videantur Bald. *in conſ.*98. *vol.*4. Gram. *in deciſ.*62. *vol.*6. Angel. *de Teſtam.* Covar. *in cap. relatum. de Teſtam.num.*10. Purpurat. *in conſ.*581.*num.* 5. *part.*2. & Corn. *in conſ.*7.*num.*14. Hancque ſollemnitatem debere apparere, ex eodem Teſtamento: nec Teſtium probationes ſufficere, voluit; perpulchrè Ma-

13 rant. per hæc ipſiſſima verba. *Dico quod iſtud; non ſufficit probari ab extrà, per Teſtes: nam cùm iſta ſit ſollemnitas Teſtamenti in ſcriptis, in quo ſcriptura eſt de ſubſtantia; debet apparere ex ipſo Teſtamento, per ipſius ſcripturam.* l. contractus. C. de fid. inſtrum. l.1. C. de jur.emphyt. & notatur in l.pactum quod bona fide. C. de pact. *debuit enim Notarius hoc ſtipulari; & ſcribere in dorſo Teſtamenti: pro ut periti Notarii faciunt: ità quod ex ipſa inſpectione Teſtamenti in ſcriptis; appareant omnes ſollemnitates, ſine adminiculo Teſtium: quia alitèr, non diceretur Teſtamentum in ſcriptis: cùm per ipſam ſcripturam; non probetur voluntas Teſtatoris implicitè, nec explicitè.* Hæc Marant. *in conſ.* 112. *num.*4.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE VIII.

### *SVMMÆ.*

1 *Debitor, hæreditatem ſibi obventam; in creditorum fraudem, num renunciare valeat? Et quando? nu.* 2. 3. *&* 4.

5 *Renunciatio hæreditatis; à debitore, qualitèr facienda ſit?*

*Quid, ſi facta fuerit, accepto pretio? num.*6.

*Aut per modum ceſſionis; hæreditas, extraneo renunciata ſit. num.*7.

8 *Debitor, in fraudem creditoris cum hypotheca: hæreditatem, nùm repudiare valeat?*

9 *... decoctus, cui eſt interdicta adminiſtratio; non poteſt, non acquirere in fraudem creditorum. Adverſus* Salgad.

*Quid in fiſci fraudem? Defenditur* D. Gizz. à Prat. *num.*10. 11. 12. 13. *&* 14.

15 *Tex.in* l. in fraudem. de jur. fiſc. *diſpoſitio.*

16 *Hæres debitoris, in fraudem creditorum illius; non poteſt non acquirere. Adverſus* D. Gizz.

17 *Debitor, poteſt in fraudem ſuorum creditorum; renunciare uſumfructum: etiam bonorum adventitiorum filii. Vide num.*18.

19 *... In fraudem ſuorum creditorum; an poſſit legitimam renunciare. Et num.*20. 21. 22. 23. *&* 24.

25 *... abſque peccati labe: nùm poſſit non acquirere, in fraudem creditorum; in foro conſcientiæ. Et nu.*26.

27 *Accipiens à debitore in creditorum fraudem; tenetur ad reſtitutionem.*

1 Agitur in præſenti deciſione: an in fraudem creditorum, debitor hæreditatem ſibi obventam; renunciare poſſit? Diſtinguit, D. Reg. noſter hæreditatem à debitore aditam; ab illa, quæ adhuc agnita non eſt. Primo caſu conveniunt omnes: nullo modo, poſſe illam debitorem renunciare: Ex *tex. in l.ſi in fraudem in princip. & in §.idemque juris.ff. de jur. fiſc.* & perbellè tradit Tiraquell. *de retract. lignag.§.*26. *gloſſ.*1. *num.*15. & in omni alia alienatione, id procedere; ſcribunt latiùs, Trentacinq. *lib.*2. *de except. reſolut.*4. & Vela *in diſſerat.* 38. *num.*7. *tom.*2.

3 At in hæreditate, vel legato agnito; contrarium affirmandum eſt; Teſtibus Gratian. *in deciſ.* 16. Lanar. *in conſ.*42. Mierez *de Majoratu. part.* 4. *quæſt.*23. *ex num.* 117. Sanchez. *de Matrim. lib.* 6. *diſput.* 4. *ex num.*8. De Petris *in conſ.*55. Ann. *in conſ.*76. *&* 113. Et in omni alia re quærenda; voluerunt affabrè, Salgad. *in labyrint. part.*2. *cap.*14. *ex num.*8. De Medic. *in conſ.*98. Quod ſcripſit in cauſa *Deciſionis.* De Franch.101. Theodor. *in Allegat.*15.*num.*17. De Afflict. *reſolut.*18. *num.*3. *cum ſequent.&* De Luca *ad Franch. in citat.deciſ.*101.

4 Anima diſtinctionis eſt: nam non acquirens debitor; creditorem non fraudat. *l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit.* Eſcob. *de puritat. ſanguin.part.*1.*quæſt.* 7.*n.*20. de Afflict. *loc. indicat. n.* 6. & De Luc. *ibidem.*

5 Modò traditum; cum moderatione intelligendum moneo: dummodò talis renunciatio, in illorum beneficium cadat; qui ab inteſtato ſuccedere poſſunt: aut alio quoquo modo hæreditatem, aut legatum factum; com-

6 peteret: ſequuto Cancer. *reſolut.* 15. *par.*3. *ex nu.*160. niſi pretio accepto; repudiaſſet. De Franc. *in allegat. deciſ.*101. *num.* 3. Aut per ceſſionis viam; extraneo; renunciata ſit: occaſione preſumptæ adhitionis. Cu-

7 tell. *de donat. contemplat. matrim.tom.* 1. *tract.* 1. *diſcurſ.*2.*par.*6. *num.*95. Mierez *loc. citat. par.*1. *quæſt.* 36. *num.* 29. Flores de Men. *ad Gam. in deciſ.*92. *nu.* 2. D. Hodiern. ad Surd. *deciſ.*14. *num.*20. *& in deciſ.* 70. *num.*13. Quicquid ſibi dicant; quos allegat, Paſcal. *in tract. de virib. patr. poteſtat.part.* 4. *cap.*1. *num.*37.

8 Poſitum, quoque procedere affirmo in creditoribus, nè dum chirographariis: verùm etiàm inſtrumentariis, ex Schiforteger. *ad* Fabr. *lib.* 1. *tract.* 9. *quæſt.* 1. Sanchez *loc. citat. num.*8. Arias de Meſa *lib.*2.*reſol.*41. *num.*22. Tell. Fernandez. *ad leg.*4.*taur.num.*55. Cancer. *lib.*1. *cap.*3. *num.*69. Prat. qui rem deciſam refert, *in lib.*1. *diſceptat.* 34. & Scoppa *ad Gratian. obſervat.* 17.

17. num.1. Quicquid in creditoribus chirographariis,
involuant; quos conducit, de Affliĉt. ibid. num. 7.
9 Atque etiam in debitore decoĉto, cui adminiſtratio
fuiſſet interdiĉta; id procedere, dixit Salgad. loc. citat.
num. 80. Sed contrà ipſum ſatis urget, D. Rocc. eo
ſtante, nam bona decoĉti; adminiſtrantur per Judicem:
& ideò non habet neque velle, neque nolle. Undè de-
putatos patrimonii, aut illius curatorem, poſſe hære-
ditatem, ſive legatum adire; concludit aptiùs in no-
tab. 84. & 85. de decoĉt. Mercator.
10 An talis renunciatio; fiſco noceat? Negat D. Gizz.
hìc, ex nu.9. concurrunt in idem Lucan. de Fisc. part.
1. cap.35. D. Rocc. in reſpons. 83. & De Luc. loc. adduĉt.
num. 18. in verſic. partes fiſci.
11 In contrarium verò ſtant, Addit. ad Bertaz. in cons.
510. Giurb. ad Consuetud. Meſſan. part. 1. cap.5. gloſſ.
8. num.9. Maſtrill. in decis.287. num.54. Olea de ceſ-
ſion. jur. tit.2. quæſt.3. num. 17. Marant. Tom. 1. reſ-
pons. 23. num. 95. D. Petr. in rit. 249. num. 12. Prat.
in obſervat.15. ex num. 13. & ad Paſcal. ubi ſup. part.
2. cap. 4. in verſic. ſed quoniam. Quo loco adverſus
objurgationem in eum D. Gizzii, hoc loco num. 15. &
in D. Carleval. aſſerentis eorum ſcripta, potiùs inge-
nii ſubtilitatem præſeferre, non veritatem: eò quod
in Regno extat, Tex. in cap. emergentium ſub tit. de
tollend. caution. de bon. dat. pro honorab. vit. ducend.
se, & D. Carleval. tuentem, verentemque; ſatis D.
12 Gizz. ſibimetipſi tribuiſſe: etenim per cap. emergen-
tium, prohibentur in Regno, in Fiſci fraudem inſtru-
menta, & conventiones, de ſucceſſione futura haben-
da; cui fiebat præjudicium, ob præſtationem rerum,
& pecuniarum, sub Tit. honorabilis vitæ ducendæ:
per quam præſtationem, fieri viris aſſuetam, in casu
quo juxtà Regni leges municipales, per Dotationes ex-
cludi mulieres debebant; non excludebantur: ex quò
ſe dotatas de paragio aſſerebantur. Et ideò in citat. cap.
dicitur in fraudem inita Inſtrumenta; & in Fiſci præ-
judicium. Propterea propoſitæ ſpeciei; non conferre
13 concludit. Quo intelleĉtu, fortaſsè admiſſo; ſic etiam
veniret intelligendus Provenzal. in Conſuetud. ſi mo-
riatur obſervat.26. num.10.
14 Benè verum eſt quicquid, ſibi Pratus involuat, quod
D. Rocc. in adduĉt. reſpons. 83. dixit, opinionem pro
Fiſco; in Regno eſſe canonizatam; illamque ſequitur
15 De Luc. loc. citat. Materiam verò, Tex. in l. in frau-
dem de jur. Fisc. exornat latè, Gratian. in adduĉt. de-
cis. 17. ex num. 18. Cancer. in cit. cap. 3. num. 71. &
72. Larrea in decis. 55. num. 12. & Robert. rer. Iudi-
cat. lib.3. cap.12.
16 Modò cavendum à D. Gizz. affirmo: ſcribente nu.
18. debitoris hæredem in illius creditorum præjudi-
cium; legatum, ſivè reliĉtam hæreditatem, poſſe non
acquirere: eo ſtante, nam cùm mens defunĉti ea eſſe
putetur, ut ſolvantur debita; mortuo illo, non decla-
rato animo; agnoſcere præſumendum eſt: atque ideò,
ejus hæredem illam recuſare haùd poſſe; tradunt fir-
miùs Addit. ad Alex. in cons. 113. vol. 3. quam ſingu-
larem appellat. Addit. ad Dec. in cons. 160. lit. C. verb.
debitor. Gratian. in cit. dec.17. num.31. 32. & 33. & diſ-
cept. tom. 1. cap. 132. ex num. 39. ad 43. Phanuc. de
lucr. dot. gloſſ. 8. num. 21. Merlin. de pignorib. lib.
4. quæſt. 134. num. 10. & nominatìm reprobato D.
Gizz. idem De Luc. num. 22. & facit Tex. in l. liberto
oĉtuaginta de bon. libertor. Contrariorum ſolutiones
habes, apud Marian. Soccin. egregiè id differentem in
l.1. num.432. ff. de legat.1. & in cons. 109. volum. 3. Et
conferunt adamuſſim, tradita per Covar. in cap. Ray-
naldus. §.3. de Teſtament. num. 10. cum ſequentib.
17 Obſervandum ulteriùs ſuccedit: An debitor, in
fraudem ſuorum creditorum; uſufruĉtui renunciare
valeat? Affirmat, D. Reg. noſt. num. 17. Tu verò,
cum moderatione intelligas: niſi debitori; jam quæſi-
tum ſit: ut in uſufruĉtu bonorum adventitiorum filii;
18 à patre, in creditorum præjudicium remiſſum; Re-
ſolvunt Arias de Meſa lib. 3. var. cap. 37. ex num. 14.
Virgil. de legitimat. perſon. cap.4. num.77. Coralho de
una, & altera quart. part. 4. cap. 1. ex num. 156. &
Mantic. de tacit. lib.13. tit.38. nu.14.
19 Quid dicendum in legitima? Remiĉtit ſe ad Fab. de
Ann. D. Reg. noſter in fin. decis. Cujus meminit Cen-
ſal. ad Peregrin. de Fideicom. art.36. vers. 18. obſervo.
Pro Creditoribus ſtant. Peregrin. traĉt. de fideicom. art.
3. num.130. & in traĉt. de jur. Fisc. lib. 6. tit.7. num.
39. Gratian. in cit. cap.132. num.3. & cap.271. Negu-
ſant. de pignorib. part. 4. num. 41. Fontanell. de paĉt.
nuptialibus clauſul.4. gloſſ.9. part.5. num.122. Meno-
ch. in cons. 77. Ancharan. in cons. 101. num. 8. Ann.
Robert. in citat. cap. 12. Olea loc. citat. num. 21. Latè
Merlin. in traĉt. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 29. Et
20 quòd hæredes filii, in damnum creditorum illius; le-
gitimam repudiare haùd poſſint: tradunt, Cancer. cit.
cap.3. nu.4. & Andreol. in controvers.175. num.10.
21 Contrarium defendunt mordicùs, Giurb. in cit. gloſſ.
8. ex num.5. & in ead. part.1. cap.5. gloſſ.7. ex num.9.
Marian. Soccin. in conſil. 124. num. 4. vol. 3. Gratian.
diſceptat.458. ex num.17. Cutell. loc. indicat. traĉt.1.
diſcurs.2. part.2. ex num.30. & part.9. ex num.5. To-
maſ. de legitim. tit. 17. cap. 16. num. 214. Thor. in
comp. part.3. verb. renunciatio, seù repudiatio legitimæ.
Ricc. ad de Franch. in citat. decis.101. verſic. Hìnc li-
mita. Arias de Meſa in cit. cap. 41. ex num. 2. Quem
ſequitur, Cenſal. loc. cit. Cancer. in allegat. cap.3. ex
22 num. 69. & Coſt. de re integr. diſtinĉt. 62. Idque pro-
cedere, etiàm, ſi vivo filio; legitimam non petiiſſet:
ut pro illa, illius hæredes; à creditoribus ſuis, inquie-
tari non poſſint: tradit ex multis; quos allegat Anto-
nin. var. lib.2. resol.54. num.8.
23 Bero. tandèm; has diſſentientes opiniones conciliat:
ut illa pro creditoribus procedat: quotiès, patre mor-
tuo; filius legitimam repudiavit: cùm eo casu, non
de quærendis, ſed de quæſitis traĉtetur: patre namque
mortuo; ipſo jure, filio quæritur, legitima. l. sancimus,
& l. omnimodò, C. de Inoff. Teſtament. Secùs, ſi viven-
te patre; illam repudiavit: cùm traĉtetur de quæren-
dis: Etenim, patre vivente; nullum filio, pro legiti-
ma, competit jus, adversùs illum. Merlin. in cit.
traĉt. de legit. lib.5. tit.3. quæſt.1. Americ. de patr. po-
teſtat. cap.3. eff.16. num.56. Craſſ. in §. legitim. quæſt.
11. Jo: le Cirier. de primog. lib.1. quæſt.17. num.3. Pal-
tron. de acq. poſſeſſ. quæſt. 17. num. 191. Gratian. di-
ſcept. 729. num. 25. Gram. in decis. 101. num. 64. &
seq. Cacch. in decis. 172. n. 15. Seſſe in decis.26. nu.72.
24 Et facit adversùs Antonin. quòd legitima, neque
agnita, neque petita etiàm; ad extraneos transfertur.
Gratian. cit. tom. 1. cap. 118. ex num. 36. & tom. 5.
cap. 983. num. 15. Morot. in cons.81. num. 13. Scacc.
de Judic. lib. 2. cap.9. num. 1131. Gail. obſervat. 120.
lib.2. num.17. Craſſ. in cit. §. legitima quæſt.37. Man-
tic. de ult. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 10. & Merlin. de
legit. cit. tit.3. quæſt.9. Propterea, ex eo etiàm ſequitur;
traditum ſupra num.20. in fraudem creditorum, hæ-
redes filii; legitimam renunciare non poſſe.
25 Tandèm, non inſulsè, obſervandum illud eſt: nùm
hæc repudiatio, Jure Quiritum permiſſa; in foro con-
ſcientiæ procedat? Affirmat Prat. in obſer.16. Et eandem
opinionem ſequitur, Tell. Fernandez, ad leg. taur. l.4. n.9.
26 Negant, & meliùs, D. Reg. noſt. num. 13. Div.
Thom. 2. 2. quæſt. 78. artic.3. in corp. Covar. in 4. de-
cretal. part.2. cap.7. §.1. num. 12. Navar. lib. 3. de re-
ſtit. cap. 1. num. 112. Duard. in cap. omnis utriusque
sexus. diſput.24. ſeĉt. 2. num. 11. Lugo de Iuſtit. diſp.
20. num. 137. De Affliĉt. loc. citat. num. 5. Gallup. in
prax.

Digitized by Google

prax. Tit. de concurs. & prælat. credit. part. 4. cap. 2. num. 16. Scobar. loc. adduct. part. 1. quæſt. 7. num. 25. & de utroque for. in prætermis. ad artic. 5. num. 31. Molin. de Iuſtit. tom. 2. tract. 2. disput. 435. Bonacin. de reſtit. disput. 1. quæſt. 8. punct. 2. num. 36. Homobon. part. 6. consultat. respons. 229. Trullench. ad præcept. decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 14. dub. 1. Tancred. in lib. 6. de matrim. quæſt. 4. Olea loc. citat. num. 45. D. Petr. tom. 2. rit. 228. ex num. 36. & De Luca ubi sup. num. 8. 9. & 10.

27 Imò accipiens aliquid, in creditorum ſraudem; tenetur ad reſtitutionem. Trullenc. loc. indicat. cap. 19. dub. 19. num. 8. Leſſ. lib. 2. cap. 20. num. 19. & Bonacin. in citat. quæſt. 8. punct. 2. ex num. 27. ad 35.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE IX.
### SUMMÆ.

1 *Dictio quondam; denotat præteritum; & mortuis adaptatur.*
*Denotat etiam præsens, & futurum. num. 2. Et vivo, adaptari poteſt. num. 4.*
3 ... *Olim, deſignat præteritum; præsens; & futurum.*
5 *Error in nomine; non vitiat legatum: ſi de errore conſtat. Comprobatur* Deciſ. *aliorum placito.*
*Fallit: ut num. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*
6 *Hominum Nomina: quo pacto, introducta ſint?*
7 *Error in Nomine proprio; dispensationem non vitiat.*

VIduæ filium, Cœlum deprecante Hælia; è mortuis ſurrexiſſe, legitur lib. 3. Reg. cap. 17. At hic
de Helia, adhùc viventem fœminam, mortuam eſſe;
ſcribit: dictio namque, quondam, communitèr no-
1 mini propoſita; denotat præteritum, & à vivis diſceſ-
ſum: Teſte Gloſſegrapho in l. ejus, qui in Provincia. verb. defuncti. ff. de reb. credit. Et dixerunt, Innocent. in cap. cùm olim; & in cap. cùm contrà. de pignorib. Fulgos. in cons. 23. Alex. in cons. 14. num. 15. & in cons. 107. lib. 6. & in cons. 60. lib. 7. Cuman. in cons. 71. Alban. in suo dictionar. verb. olim. Rot. Roman. in decis. 351. num. 7. part. 9. tom. 2. recentior. Corſet. de poteſt. Reg. quæſt. 29. ex num. 4. Cened. poſt practic. Canonic. quæſt. 92. Medic. in tract. Mors omnia solvit. part. 1. num. 93. Mandoſ. in gloſſ. facult. §. sanè verb. quondam. pag. 76. & noviſſ. Urceol. consult. cap. 87. num. 7. Et conferunt Jura, in l. sed & milites. §. quæ olìm vers. quæſitum. ff. de excusat. Tutor. in l. præcibus. C. de impub. & in Auth. Iudices ut ſin. quoq. suffrag. §. 1. col. 2. ſcribitque Cicer. de invent. 2. *Crotoniatæ quondam: cùm florerent copiis.* Et rursùs: *fuit iſta quondam; in hac Republica virtus.*

2 Quandoque; præſens denotat. Hìnc Virgil. 2. Æneid.

*Quondam etiàm victis; redit in præcordia virtus.*

Et futuro, adaptatur. Idem Virgil.

*Quondam tua dicere facta; tempus exit.*

3 Idque etiam in dictione, olìm; expeditum oſtendit, idem Virgil. Æneid. 1.

*Audierant Tyrias olìm; quæ verteret arces.*

& Cicer. de Orat. 3. *Sic olìm loquebantur.*

Præſens etiàm: eodem Virgil. teſte Egloc. 10.

*Veſtra meos olìm, ſi fiſtula, dicat amores.*

Futurum quoque idem Virgil.

*Forsan, & hæc olìm meminiſſe; juvabit.*

Et Æneid. 1.

*Nunc tu olìm Cælo spoliis Orientis onuſtum; Accipies.*

Et ex noſtris; legantur apprimè ſcribentes, Tindar. de Teſtib. cap. 6. num. 19. Tiraquell. de retract. lign. part. 1. gloſſ. 9. num. 51. & Tuſch. lit. D. Conclus. 319.

4 Undè vivo etiàm, dictionem quondam, adaptari poſſe; ſcribunt Alex. & Roman. in l. 1. §. hoc autem. ff. de nov. oper. nunciat. Rebuff. in prax. benef. part. 1. cap. 32. de form. ſignatur. verb. quondam. Imol. in cap. ex parte. de for. competent. Vulpell. de prepoſit. & adverb. verb. quondam fol. 97.

5 Obſervo ſecundò: errorem in Nomine legatarii; legatum non vitiare: quotiès de errore conſtat; Ea ſanè communis opinio eſt; extantque ſuper hoc Jura in l. ſi quis in fundi vocabulo. 4. ff. de legat. 1. & in l. ſi fortidianum §. error autem. C. de legat. & ſcribunt inter multos Mynſiger. Oinotom. & Harpprecht. in §. ſiquidem in Nomine. Inſtit. lib. 2. de legat. Alex. in cons. 108. lib. 7. Maſcard. de probat. conclus. 160. num. 9. Soccin. in collectan. regular. jur. lit. E. verb. error. regul. 10. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 11. cap. 6. num. 55. Recch. in gloſſ. super privileg. Colleg. Doctor. §. 3. num. 43. Tuſc. lit. C. conclus. 324. Mantic. de conjectur. lib. 4. cap. 5. Moneta de commutat. ultimarum voluntatum cap. 12. conclus. 9. num. 205. Mihi in Repertor. verb. rescriptum. num. 7. Salas de legib. disput. 20. section. 20. num. 123. Maſtrill. in decis. 132. num. 6. & D. Rodoer. in cons. 6. ex num. 10. ad fin.

6 Hominum namque Nomina: cùm recognoſcendorum, deſignandorumque gratia; tantùm reperta ſint, Gell. lib. 10. noct. acticar. cap. 4. Et ad ſubſtantiam, atque eſſe nil faciant: mutari ideò; & quolibet alio modo, poſſunt deſignari: nihil propterea intereſt, quibus Nominibus; ſingulos cognoſcamus l. ad recognoscendos. C. de ingen. manumis. & l. patronus §. Sempronio. ff. de legat. 3.

7 Idque etiàm procedere in diſpenſatione: quam non vitiari, ſed prodeſſe illi; cui impetrata eſt: quamvis in ejus proprio Nomine erratum ſit; ſcribit, exploſis contrariis, Meroll. tom. 2. de legib. & conſtitut. disp. 4. cap. 6. de dispensat. in legib. corol. 2. num. 374. Et anteà probavit, Guttierez de matrim. cap. 89. num. 8. Pontius in ſimil. tract. lib. 8. cap. 15. §. ultim. n. 43. & Sanchez in eod. tract. lib. 8. disput. 21. nu. 37. & 38.

8 Obſerva hìc, ex Bald. in l. ſi in Nomine. C. de Teſtam.
ut hæc communis concluſio; haùd procedat in Teſta-
9 mento cæci: ſi in Nomine erratum fuiſſet: aut ſi in re-
ſcripto id eveniſſet: vel ſi error in diſponentis Nomine,
10 ſuccederet: ex quo, ex tali errore; reſultat fatuitas.
l. fin. C. de hæred. inſtit. Felin. in cap. ſignific ante. de
11 rescript. Feliù part. 1. verb. error. vel ejus filii. l. fin.
C. de impub. & aliis subſtit. gloſſ. in l. ſi mater. §. ſi
quis hominem. ff. de except. rei Judicat. & in l. 2. C.
qui ætat. lib. 12.
12 Paritèr; ſi error in corpore conſiſteret: ut puta, ſi
inſtituere fratrem ſuum voluiſſet: Et tamen dixiſſet;
13 inſtituo patronum meum. l. quotiès, ff. de hæred. in-
ſtituend. Aut ſi erratum fuiſſet in Nomine generali ap-
pellativo; eò quòd tali casu; generalitèr ſupponitur
error, contrà diſpoſitionem hominis. Et ideò ejus
corruptio; formam ſubſtantialem vitiat: ut in cit. l.
4. ff. de legat. 1. Oinot. & Harppreсt. eod. loc. Socc.
ubi sup. regul. 11. Niſi talitèr Teſtator, ſuam inten-
14 tionem expreſſiſſet; ex qua detegeretur error: ut pu-
ta, ſi legando Bovem digito tenùs: ſivè ad oculum; o-
ſtenderet Equum: quia, tali modo; conſtat de corpo-
re rei legatæ. glos. in l. quæ extrinsecùs. de verb. obli-
gat. Angel. in l. quotiès. ff. de reb. dub.



Digitized by Google

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE X.
### SUMMÆ.

1 *Sacerdotes Veſtales ; non jurabant .*
2 *.... noſtros ; Deos ; appellavit Conſtantinus .*
3 *Religioſorum Teſtimonio ; magis credendum eſt . Et quarè. num.4.*
5 *Depoſitio Religioſi; ſubſtinet duorum Teſtium vices.*
6 *Dictum quatuor Clericorum; tanti valet: quanti sex Laicorum.*
7 *Religioſi , & in ſpecie Capuccini ; poſſunt tamquam Teſtes , Teſtamento intervenire: abſque ſuperioris licentia.*
*Et Fratres Predicatores : etiàmſi aliquid ; eorum Eccleſiæ , relictum ſit. num.* 8.
9 *.... admictuntur indifferentèr in Teſtes;ad ſollemnizandum contractum : abſque ſuperioris licentia.*
10 *.... num apud acta ; deponere valeant Teſtimonium veritatis : abſque ſuperioris licentia .*
*In cauſa Civili : aut criminali. num.* 11.
12 *.... & Clerici; quando à Teſtificando , repellantur ? Quid in cauſa criminali ? qua venit imponenda pœna ſanguinis. num.*13.
14 *.... an pro eorum Monaſterio;Teſtificare poſſint ? Et quando .*
15 *Collegiati;quandò pro Collegio valeant ; Teſtimonium veritatis deponere .*
16 *Retentio ; num filio : pro legitima competat ? Refertur diſtinctio ,* D. Reg. noſtri ; *quam ſequitur* Cenſal. *& num.* 20. *&* 21. *Quid pro ſupplemento ? num.* 18.
17 *Immiſſio , quando impediatur ; per exceptionem detractionis legitimæ ? Declaratur* Gabr. ex D.Reg. noſtr. *Et aliis num.*23.
19 *Legitima ; eſt aſſignanda filio , pendente queſtione fideicommiſſi; & æris alieni .*
22 *Deciſio præſens ; quo jure proceſſit. Notatur* Gizz.
24 *Filius , repudiata hæreditate ; legitimam , nùm retinere valeat ? Et num.* 26. *&* 27. *cum* Gizz.
25 *Legitima ; filio , Jure hæreditario , debetur : adverſùs ,* Treutler. & Fabr.
28 *Retentio ; competit pro legato : Adverſùs* Gizz.

1 SAcerdotem Veſtalem , & Flaminem Dialem , in omni mea Juriſdictione, jurare non cogam ; Scriptitavit Prætor ille : cujus meminit , Gell. *noct. attic. lib.*10. *cap.*15. Et Conſtantinus ; Sacerdotibus noſtris ,
2 ità dixit: Vos Dii extis; à vero Deo conſtitutos: Euſeb. teſte, *in ejus vita lib.*3. Propterеà, quid mirum: ſi Re-
3 ligioſi Teſtimonio, credatur magis ? Gargiar. *in patrocin.*19. *num.*29. Marian. Soccin. *in conſil.* 100. *nu.*30. *vol.*2. Pariſ. *in cons.*88. *num.*30. *vol.*3. Ruin. *in cons.*1. *num.* 20. *vol.* 3. Dec. *in conſil.* 448. *num.* 76. & Gurt. *in tract. de Teſtib. nu.*23. Cum in illis non cadat præ-
4 ſumptio mendacii; Bertazol. *in cons. crimin.*408.*num.* 25. *lib.* 2. Undè Sacerdotis dictum, valere , vice duo-
5 rum teſtium ; dixit. Rot. Roman. *in decis. 7. sub num.* 10. *& in decis.*54. *num.*6. *poſt Colluctat. Bonden.*, cùm aliis, quos noviſſimè allegat, Urceoli *conſultat.*88. *nu.* 19. memor etiam D. Reg. noſtr. *in decis.*12. *num.* 14.
6 qui *num.*15.inquit; tantùm valere Teſtimonium quatuor Clericorum : quantùm ſex Laicorum . Et comprobant , Soccin.Jun.*in cons.*23. *vol.*3. *num.*4. Soccin. *alter , in cons.*109. Dec.*in cons.*169. *num.*3. & Roland. à Valle *in cons.*24.*num.*54.*&* 71.*lib.*1.
7 Obſerva modo in præſenti , quod Religioſi , & in ſpecie Capuccini ; poſſunt eſſe Teſtes in Teſtamento : abſque ſuperioris licentia . Quod probant etiàm apertiùs Tepat.*receptar. Sententiar. tit.*216. *cap.*6. Boſſ. *de oppoſit.contr.Teſt.num.*92.*in fin.* de Homod. *in cons.*78. *num.* 6. *& in cons.* 136. Soarez *lit. T. num.* 116. Farinac. *satis latè , in tract. de Teſtib. quæſt.* 61. *num.*126. Benè Maſcard. *de probat. tom.* 1. *conclus.*260. Alios allegat , Reg. De Marin. memor D. Reg. noſtr. *in lib.* 1. *reſolut.*331.
8 Idque in Fratribus Prædicatoribus procedere : etiàm ſi eorum Monaſterio , aliquid relictum ſit; tradit Dec. *in cons.* 62. Quem ſequitur Giacchar. *in collectan. commun. opinion. verb. fratres , num.*4.
9 Et quòd indifferentèr Monaci, in Teſtes admictantur ; ad ſollemnizandum contractum : abſque ſuperioris licentia ; ſcribunt , Tap. *in Auth. ingreſſi. C. de Sacroſanct. Eccles. nu.*63. Rodriq. *lib.* 3. *Regul. quæſt.* 71. *artic.*2. Theſaur. *lib.* 4. *quæſt.*35. Novar. *in decis.* 198. *num.* 5. Alios : prò , & contrà; conducit D.Rocc. *tom.* 2. *respons.* 66. Et vide , latiùs poſita per Fabric. *de benef. Tit. de ſecular. & regular. benefic.n.*34. *lit.*R.
10 At nùm valeant , apud acta deponere : abſque ſuperioris licentia , Teſtimonium veritatis ? Affirmant Bellett. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de Cleric. Teſt.* §.1. *num.* 1. Maſcard. *conclus.* 261. *num.* 13. Felin. *in cap. cùm Nuncius. num.* 3. *de Teſtib.* D. Reg. noſter *in decis.* 73. *num.* 36. Quò noſter , de hac re ; iterùm
11 redibit ſermo. Idque procedere , tàm in cauſa civili , quàm criminali;voluit Sanfelic.Qui de praxi M.C.V., teſtatur *in decis.* 262. *tom.* 2. Sed in contrarium ſtant, Soarez , *loc. citat. num.* 117. Barboſ. *de jure Eccles. tom.*1. *cap.*43. *num.* 51. & Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 3. *disput.*3. *quæſt.*6. *num.*30.
12 Et à quibus Teſtificari , Religioſi , & Clerici non repellantur: ponit Trullench. *ad præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *dub.* 4. *num.* 3. per hæc ipſiſſima verba : *Repellitur à Teſtificando in cauſa ſanguinis : Niſi in favorem rei : Quando enim Teſtimonium eſt neceſſarium , ad liberandum aliquem à damno injuſtè illato : ſivè damnum ſit commune , ſivè privatum ; & reu non ſequitur pœna ſanguinis : tunc non solùm Clerici , ſed etiàm Religioſi , poſſunt in eo ; & tenentur Teſtimonium ferre.* Sylv. verb. Teſtis. *quæſt.* 8. *dub.* 1. Sanchez *in cons. part.* 2. *lib.*6. *cap.* 5. *dub.* 6. Et patet , *ex cap. quamquàm* 24. *quæſt.* 2. *Quia hoc eſt de Jure Naturali : quod omnes obligat :* hæc Trullench. Et quando in criminalibus , Monaci & Clerici , ad Te-
13 ſtificandum admictantur: cum eorum ſuperioris licentia: in delictis , quò de pœna ſanguinis tractatur ; ponunt Thor. *in comp. part.*2. *sect.*2. *verb. Monaci, ſivè Clerici.* Joan. Franciſc. Marott. *discept. forens. lib.* 1. *cap.*9. *num.*12. & Mart. *de Juriſdict. par.*4. *cas.* 128. *num.*1.
14 Poſſe deponere Monacos in cauſa Monaſterii : quotiès res , de qua agitur ; non tangit ſingulos , ut ſingulos : ſed ſingulos , utì univerſos ; tradunt , Afflict. *in decis.* 400. *num.*2. *verſic. Et ideò Monacus .* Maſcard. *conclus.* 3. *num.* 11. Alios noviſſimè allegat Caſar. *in ſuo specul. quæſt. peregrin. quæſt.* 50. *num.* 14. Et in Converſis, vide Butr.*in cap. à t. ſi §. fin. de jur. jurand. num.*7. & Aufrer. *in tract. de Teſtib. num.*28. Idque
15 procedere etiam in collegiato , ſcribit Recch. *in gloſſ. ſuper Privileg. alm. Colleg. Doctor. Neap.* §. 7. *num.*10.
16 An filio , pro legitima , competat retentio ? Diſtinguit D. Reg. noſter , Hæreditatem in Pecunia : ab illa, in Stabilibus conſiſtente . Primò caſu , affirmat : Secundo verò , ratione incertitudinis , cùm requiratur liquidatio , contrarium ſcribit : Additque , hoc ſecundo caſu , pro ſequeſtro interìm diffinitum : juxtà quantitatem legitimæ , immiſſo hærede ſcripto in poſſeſſione hæreditatis . Sic ſummat *decis.* Gizz. *num.* 3. Et illam nominatìm , ſequitur Cenſal. *in obſerv. ad Peregrin. de fideicom. artic.* 36. *verſic. Duodecimò obſerv. Et in vers. ſed tamen. pagin. mihi* 358.

17 Sed

2 Cæterùm, alio ejuſdem S. R. C. ſcito; præſens comprobatur deciſio: lato noviſſimè in cauſa Hæreditatis Ill. Principis Montis Militum; cum Ill. Marchioniſſa Sancti Georgii: referente in Aula Regii Conſiliarii Eraſmi de Ponte; Regio Conſiliario D. Michaele Muſcettula. Etenim, dùm Princeps, in ſupremis Tabulis; Marchioniſſæ, currum legaſſet: qualitate illius non expreſſa: cùm in hæreditate; tres reperirentur currus: Per S. R. C. in menſe Septembris 1675. determinatum extitit; Marchioniſſæ eſſe dandum unum ex illis, non melioris, nec infimæ conditionis: ſed mediocris. Proceſſus eſt in Banca Laviani; & legantur Iura *in l. 3. & 4. ff. de Vin. & Tritic. legat. & in l. dubium §. fin. ff. legat.* 3. Atque etiàm, poſita per Capr. *in regul.* 113. *num.* 41.

4 Ex quo obſervo, in legato generali; electionem de mediocri, ſemper faciendam eſſe: ſivè legatario eligendi facultas competat, *l. legato generalitèr* 37. *ff. de legat.* 1. De qua meminit D. Reg. noſt. *num.* 10. Et 5 concordat Tex. *in l. fin. §.* 1. *C. commun. de legat.* ſivè, hæredi: ut habetur *in l. ſi hæres generalitèr* 113. *citat. tit. de legat.* 1. Et tradiderunt Bartol. *in l. libertis ff. de Aliment. & cibar. legat. num.* 4. Capr. *in conſ.* 3. Id-6 que, in legato ſpeciei, potiſſimùm procedere; dixerunt Imol. *in cap. indicante. num.* 17. *de Teſtament.* Capr. *in adduct. regul.* 113. & Dyn. *in cap. in obſcuris. de regul. jur. in* 6. *num.* 8. Traditque perbellè Ariſtotel. *lib.* 4. Ethicor. *cap.* 4. *& lib.* 1. *Mag. Moral. cap.* 9. Ibi, *quibus in rebus, nimiùm, & parùm reperitur; in iis etiàm relinquitur mediocritati locus.* Alia ad rem; eruditiùs congerit, Author. Polyan. *Tom.* 1. *Tit. Mediocritatis pag. mihi* 826. *& Tom.* 3. *eod. Tit. pag.* 7.

7 Poſitum, tamèn; intelligendum velim: quotiès legatario electionem, legis diſpoſitione: competeret: At ſecùs, ſi Teſtator, verbis expreſſis; optionem reliquiſſet: ut, quem vellet, eligeret. Eo nàmque caſu, electio, in meliori cadit *l.* 2. *in princip. ff. de option. legat. gloſſ. in l. fin. §.* 1. & ibi Bald. & Cyn. *C. commun. de legat. ead. gloſſ. in l.* 3. *ff. qui, & à quib.* eò quòd, expreſſa electio à Teſtatore; aliquid operari debet. *argument. l. ſi quand. eod. citat. Titul.*

8 Atque etiàm reſtringe: niſi de Dote, quocumque modo relicta; agatur. Gloſſ. *in l. nuptura* 58. *ff. de Jur. Dot. in verb. contrarium?* Et legatur apprimè ſcribens, Surd. *in Tract. de Aliment. Tit.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 17. *& quæſt.* 12. *num.* 9. *& ſequent. & rurſùs Tit.* 8. *Privileg.* 25. *atque iterùm, rem fuſiùs tractans, in* 9 *deciſ.* 298. Et ibi D. Hodiern. tradens *num.* 2. in tali legato haùd operari electionem, expreſsè hæredi, à Teſtatore relictam: cùm pejus, ſivè minimum, vigore prædictæ poteſtatis; eligere non poſſit: ſed ſtandum arbitrio boni viri. Afflict. *in Deciſ.* 371. Mantic. *de conjectur. ultimar. voluntat. lib.* 3. *Tit.* 1. *nu.* 18.

10 Imò, licèt hæres, in legato plurium rerum ad eius electionem relicto: intra Annum eligere teneatur, *l. fin. §. ſed, & ſi quis. C. citat. Tit. commun. de legat.*

11 Fallit id, Dotis favore. Maſtrill. *in deciſ. Sicul.* 242. *num.* 75. *&* 76.

12 Hoc etiàm procedere, in legato pio: in quo, ſemper venire; quod eſt majus: tradunt affabrè, Bald. *in Auth. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſcopal. audient.* Roman. *in ſingular.* 521. & ibi Addit. *num.* 1. Cagnol. *in l. ſemper in obſcuris ff. de regul. Jur. num.* 10. Soccin. *in conſ.* 247. *num.* 6. *lib.* 1. Gozadin. *in conſ.* 60. Tiraquell. *de Privileg. piæ cauſ. Privileg.* 23. Et ibi Ricc. & Thor. Gratian. *Tom.* 4. *diſceptat.* 666. *num.* 6.

13 Quia in tali legato, interpretatio, & extentio; latè facienda eſt. Cephal. *in conſ.* 349. *num.* 20. de Benedict. *in repetit. cap. Raynutius. de Teſtament. verb. & Uxorem, dec.* 2. *num.* 24. Tiraquel. *loc. citat. Privileg.* 37. *& ſequent.* 160. *&* 161. Alvarad. *de conjectu-*14 *rat. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 1. §. 2. Et in quocumque legato, quo perſona contemplata eſt, latiſſimam capiendam eſſe interpretationem; ſumitur *ex l. ſi ſervus plurium §. fin. ff. de legat.* 1. *& in l.* Aurelius §. *Titius;* Et ibi Bartol. *ff. de libertat. legat.* Surd. *in conſ.* 72. *nu.* 16. *& in deciſ.* 88. *num.* 17. Gratian. *diſceptat.* 611. *n.* 17. *Et conferunt, ſcripta per de Medic. in conſ.* 73.

15 Niſi hæres conjunctus, nimiùm gravaretur. Surd. *in conſ.* 112. *num.* 77. & Cephal. *in conſ.* 14. *nu.* 21.

16 Similitèr ſi electio ex Tribus, aut Quatuor; facienda ſit: ſecùs, ſi ex Duobus tantùm: cùm eo caſu; mediocre eligere non poſſit: ſtante carentia medii. Properereà, electio cadit in meliùs. Paul. de Caſtr. & Bald. *in allegat. l. fin. §. ſed, & ſi quis l. commun. de legat.* D. Reg. Galeot. *lib.* 1. *controverſ.* 59. *nu.* 1.

17 Sed in Equo legato: ſi plures in hæreditate reperiantur Equi præſumendum eſſe, illum Teſtatorem legaſſe: Quo frequentiùs utebatur, Bonacoſ. *in tract. de Equo, quæſt.* 400. & antè ipſum, Bald. *in l.* 1. *C. de verb. ſignificat. poſt num.* 4. *verſic. ſed quid ſi Teſtator.*

18 Tandèm, ſi ſcire cupis, quibus mediis proceſſerit Deciſio; quam refert Gizz. hìc, *ex num.* 15. in cauſa Reverend. Patrum Sancti Dominici, Januæ & Deliæ Spinolæ: cum Rev. Patribus Sanctæ Mariæ Angelorum hujus Civitatis florentiſſimæ; adeas Thor. prolixiùs differentem *in compend. deciſ. part.* 2. *verb. electio cappellæ pagin. mihi* 179.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XII.
### SUMMÆ.

1 *Cœna peracta; reliquiæ dividuntur circumſtantibus: Sic peracta vita, aliquid redditur illis; qui totius vitæ miniſtri fuerunt.*

2 *Teſtatores, quandoque in legando ità modum excedunt: ut pro illorum ſatisfactione; tota hæreditas ſatis non ſit.*

3 *Legata; quando patiantur diminutionem.*

4 *Legatum pium: nùm diminutioni ſubjacet? Adducitur opinio ajens: Contrarium num.* 5.

6 *Anima; cunctis rebus, eſt præferenda.*

7 *Legata pia, nullam, in ſatisfactione, morâ recipiunt.*

8 ..... *debentur: etiàm repudiata hæreditate.*

9 ..... *ſcripta in Teſtamento non completo; per ſupervenientem mortem Teſtatoris, debentur.*

10 *Legatum pro malè ablatis: aut pro exoneratione conſcientiæ; diminutionem non patitur.*

11 ..... *relictum pro celebratione Miſſarum; non patitur diminutionem.* D. Blaſius Altimar. *emeritis laudibus memoratur.*

12 *Teſtatoris, nùm ſufficiat ſimplex aſſertum: ſe reliquiſſe pro malè ablatis. Declaratur* D. Reg. noſt. *num.* 14. *ex* D. De Luca.

13 *Lex inducere non poteſt: nè quis, ad libitum; pro Anima diſponat.*

15 *Legatum Dotis; nùm patiatur diminutionem? Adducitur diſtinctio,* D. De Olea. *num.* 16. *Sententia Authoris num.* 17.

18 ... *Speciei; quando diminutionem patiatur. Declarantur* Donell. Matin. & Guttierez *num.* 19.

20 *Legato diminuto: quandò minuatur onus.*

21 *Via executiva: quandò pro legato competat? cum deciſ. noviſſim. Declarantur* Facchin. & Gomes.

22 *Reivindicatio, & hypotheca; pro legato competunt.*

23 *Confeſſio debiti, in Teſtamento facta, pro exoneratione conſcientiæ: quandò probet debitum, revocato Teſtamento?*

24 *Sacerdotis, & Religioſi Teſtimonium; valet vice duorum Teſtium.*

25 No-

17 Sed inſurgit Gabriel. *in cons.* 36. *lib.* 2. ſubſtinens,
per exceptionem detractionis legitimæ, impediri im-
miſſionem: Et licèt in decreto, illa reſervari poſſit,
18 tamen gravat: Eumque ſequitur Gratian.: ſcribens
opinionem, quod retentio, denegetur filio, procede-
re in ſupplemento legitimæ, *discept.* 198. *num.* 19. *&*
20. *& discept.* 694. *num.* 15. Et dixit etiàm Rot. Ro-
man. *coram Merlin. in decis.* 771. *num.* 3. Et quòd
19 pendente quæſtione Fideicommiſſi, & æris alieni: in-
terìm filius, habere debeat ex bonis patris legitimam:
dixit, Faber *in suo Codic. diffinit.* 1. *tit. de jur. delibe-
rand.*

20 Obſerva ad Caſum, quòd hìc non agebatur ſimpli-
citèr: num retentio pro legitima, filio competat? E-
tenìm indubitati juris eſt, filio poſſidenti; retentio-
nem competere: Donèc ipſius legitimæ liquidatio,
facta ſit. Bald. *in cons.* 171. *col.* 1. *verſic. ſimilitèr &
filii. lib.* 1. Purpurat. *in cons.* 104. *num.* 7. Peregrin. *in
adduct. tract. de fideicomm. artic.* 47. *num.* 66. Gra-
tian. *in citat. tom.* 4. *cap.* 731. *num.* 22. & Surd. *in cons.*
248. *lib.* 2. *num.* 16. Conferuntque, tradita per Mer-
lin. *de legitim. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 10. *ex num.* 5. *per
Rot. Roman. in impreſſ. poſt eundem Merlin. in tract.
de pignorib. decis.* 78. *num.* 24. *& per* Argel. *de legitim.
contradictor. quæſt.* 7. *artic.* 7. *num.* 148. At in præſen-
ti controverſia, Marchioniſſa filia; non habebat poſ-
ſeſſionem: pro ut legitur *num.* 19. Propterea, non po-
terat tractari de retentione. Intrabat tamen, Ann.
21 effatum *in ſingular.* 218. *& ibi addit.* ſuadentis, fi-
lium bona paterna, pro legitima: non poſſe capere,
propria authoritate. Vide Gratian. *in cit. cap.* 198.
Cancer. *var. tit. quand. liceat ſin. Judic. se vendicar.
cap.* 10. *ex num.* 67. *&* Altograd. *in cons.* 91. *& num.*
22 75. & in his terminis prolata fuit præſens deciſio:
quicquid Gizz. ſibi involuat.

23 Modò in declarationem; Gabriel. *à Nobis* allegati
*num.* 17. Nota: Immiſſionem, per petitionem detra-
ctionis legitimæ; non retardari: Quin pro indiviſo
non detur; quotiès eſt certa, reſpectù qualitatis, &
quantitatis: ut ex Beltramino & Merlin., ſcribit D. Reg.
noſter. *poſt num.* 23. adde Ciarlin. *controv.* 205. *ex num.*
71. *tom.* 2. Merlin. *in decis. Rot. Roman.* 715. Buratt. *in
decis.* 63. *num.* 10. Rot. Roman. *poſt Merlin. de legitim. in
decis.* 2. *num.* 3. *& in decis.* 6. *num.* 4. *& in decis.* 111. *&
in decis.* 155. *num.* 2.

24 Repudiata hæreditate: num filius, legitimam re-
tinere poſſit? Reſolutivè dicas cum Gizz. *hic*, *num.* 5.
quod, non: ex poſitis per Bartol. & Alex. *in l. quia po-
terat. ff. de Teſtament.* Covar. *in cap. Raynutius.* §. 11. *nu.*
11. *de Teſtam.* Angel. *in cons.* 83. *col.* 2. Dec. *Qui nonnul-
los allegat in l. hæres instituta* 3. *n.* 5. *C. de Impub. & aliis
ſubſtit.* Merlin. *in citat. tract. de legitim. lib.* 5. *tit.* 3.
25 *quæſt.* 2. *sub num.* 6. *verſic.* 6. *Craſſ. in* §. *legitima*,
*quæſt.* 1. *num.* 5. Addit. *ad Consuetud. Etsi Teſtator.
lit.* B. *pag.* 172. legitima namque; Jure hæreditario debe-
tur: & Titulum inſtitutionis, requirit. §. *aliud quoque
capitulum. Auth. ut cùm de appellat. cognoscim.* Angel.
& Bald. *in adduct. l. quia poterat.* Suarez *in verb. legiti-
mam portionem. num.* 96. Roland. Paſſager. *de Teſta-
ment. & ultim. voluntat. rub.* 27. *num.* 22. Forſter. *in lib.*
2. *disputat.* 13. *th.* 13. Piſo *in lib.* 2. *var. cap.* 8. *n.* 1. Dua-
ren. *in tit. ff. de Inoff. Teſtam. cap.* 17. *juxtà fin.* Quicquid
adverſùs hanc communem opinionem; ſcripſerat
Treutler. *disput. selectar. vol.* 1. *disputat.* 13. *th.* 12. *lit.* A.
& Fab. *de errorib. Pragm. part.* 1. *decad.* 14. *error.* 6.

26 Poſſe verò filium: repudiata patris hæreditate; legi-
timam petere: quotiès pater, ei debitam portionem
non reliquiſſet; dixit Bald. *in cons.* 184. *lib.* 4.

27 Aut, ſi mutato propoſito; intrà Triennium repudia-
tionem revocaverit: Ex *l. fin. C. de abſtin. vel repudiand.
hæredit.* hæreditatem adiens. Soccin. *in regul.* 155.
*num.* 2.

28 Retentionem non dari pro legato: ex Thor., voluit
Gizz. *hic num.* 5. *in fin.* Immemor; quòd pro ejus con-
ſecutione; hypotheca competat: juxtà notata per Nos,
*in Observat.* 12. *num.* 24. atque per De Luc. *in obſervat.
ad decis. de Franch.* 203. Propterea, ſi datur hypotheca;
conſequens eſt, quòd retentio competat: ut punctìm
tradit Gratian. *in adduct. discept.* 731. *num.* 23. Qui *nu.*
24. ſubdit; id procedere; etiam ſi hypotheca non da-
retur. Sed vide Neguſant. *de pignorib. part.* 3. *membr.* 1.
*num.* 17.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XI.
### *SUMMÆ.*

1 *Vindemiæ Tractatus, Recenſentur Authores.*
2 *Comprobatur præsens* deciſio: noviſſima S.R.C. Determinatione.
*Lege etiam, atque alterius placito. num.* 3.
4 *Electio in legato generali; semper de mediocri, facienda eſt: ſivè eligendi facultas hæredi: ſivè legatario; competat. Et num.* 5.
*Faciliùs: ſi legatum in specie; conſiſteret. num.* 6.
*Fallit: ſi Teſtator, expreſſis verbis, opinionem reliquiſſet. num.* 7.
*In legato dotis. num.* 8.
*In legato pio. num.* 12.
*In quocumque legato; personæ conjunctæ relicto. nu.* 14. *Intellige: ut num.* 15.
*Si electio; ex duobus tantùm, facienda eſſet. n.* 16.
9 *Electio expreſſè, hæredi relicta; adverſùs dotem, non opitulatur: quin boni viri arbitrio, remiſſum.*
10 *Hæres in legato plurium rerum, ad ejus electionem, debet eligere intrà Annum.*
*Fallit: favore Dotis. num.* 11.
13 *Dotis favore; interpretatio latè facienda eſt.*
17 *Equo legato: ſi plures in hæreditate reperiantur Equi, qualis debeatur?*
18 Gizz. ex Thor. *Comprobatur.*

TAndèm paulìſpèr altiori ſtudio relicto: Vindemiæ
ſpumanti (nè incepto operi, per incuriam quic-
quam inobſervatum remaneat) Nobis, ſaltèm; per
tranſennàm, vacare liceat. Vacavit illæ, cum ami-
cis, privato modo, M. Antoninus pius: Capitolit. te-
ſte: apud Author. Theatr. Human. Vit. *vol.* 15. *lib.* 1.
*pagin.* 2949. Et Cæl. Rodigin. de Auguſto Cæſare, sìc
1 habet: *In Vindemiæ feſtiva lætitia, multa in Domi-
nos jocularia, vel ipſis audientibus; jactari solebat. in
lib.* 28. *cap.* 30. Tiberium Conſtantinum Cæſarem e-
tiàm, ritu Imperatorio Rus petiiſſe: ut Vindemiali
lætitiæ, operam impartiretur diebus triginta; legitur
*in citat. vol.* 15. *Theatr. pagin.* 2963. *& in* Corn. Ta-
cit. 11. *Annal. & ibi* Lipſ. *pagin. mihi* 332. navitque
in ſpecie ſuppoſita, operam ſuam: pleniſſimè Con-
ſtantin. Cæſar *de Agricultur. lib.* 5. *ex cap.* 43. *ad* 50.
& ultrà Proſper. Rendell. cujus *in princip. decis.* memi-
nit D. Reg. noſter: munus expleverunt; ſerioſnis M.
Cat. *de re ruſtic. ex cap.* 18. *ad* 26. M. Varr. *in ſimil.
tract. cap.* 34. *&* 54. Pallad. *in eod. tract. lib.* 1. *Tit.* 18.
*lib.* 2. *Tit.* 1. 11. *&* 19. *lib.* 3. *Tit.* 8. *& à Tit.* 10. *ad*
17. *& Tit.* 20. *lib.* 4. *Tit.* 1. *lib.* 8. *Tit.* 6. *lib.* 9. *Tit.* 3.
*lib.* 10. *Tit.* 24. *& alibì sparsìm*, Columell. *in lib. de
Arborib. ex cap.* 9. *ad* 16. *& de Agricultur. lib.* 12. *cap.*
18. Joan. Flav. Brun. *in tract. del Vino, & Aceto.* Ga-
briel. Alphonſ. Herrera *de Agricultur. cap.* 21. Et aliqua,
ad propoſitum notant, Joann. Raviſius Textor *in E-
pithetorum oper.* Nicol. Nomeſius *in suo Parnaſſ. amb.
verb. Vindemia, & Verb. Vinum.* & Petr. Meſſ. *nella
selva di var. lettion. part.* 3. *cap.* 18.



Digitized by Google

25. *Notarius ſ duobus æquiparatur Teſtibus.*

1 QUemadmodum cœna peracta; circumſtantibus,
reliquiæ dividuntur: ſic peracta vita, aliquid
porrigendum eſſe illis; qui totius vitæ, mi-
niſtri fuerunt: monuit, Senec. *in Epiſtol.* 78. At acci-
dit, quandoque Teſtatorem in legando; ità modum
2 excedere: ut æs hæreditarium; legatariis ſatis haùd
ſit: Ad tradita per Caſtill. *Tom. 4. controverſ. cap.* 51.
*num.* 19. Donell. *lib. 8. commentar. cap. 20. & 22.* Et
3 per Anell. de Amat. *in conſ.* 37. Indè ſuccedit, quòd
pro ſatisfaciendis omnibus legatariis; diminutio, pro
rata, facienda veniat. Ad Tex. *in l. in quantitatem*
*73. §. magna dubitatio. verſic. ergò optimum. Et in l.*
*quærebatur. 81. ff. ad l. falcid.*
4 Dubitatur in præſenti: nùm legatum pium; tali
diminutioni ſubjaceat? Affirmant Azeved. *in lib. 5.*
*recompilat. tit. 6. leg. fin. num.* 19. Peregrin. *in deciſ.*
85. *ex num.* 1. Bonacin. *de contract. disput. 3. quæſt.*
*fin. punct. ultim. num.* 27. Matin. *de legitim. perſon.*
*cap. 20. num.* 9. Tiraquell. *de Privileg. piæ cauſ. Pri-*
*vileg.* 72. Trullench. *ad præcept. Decalog. Tom. 2. lib.*
*7. cap. 18. dub. 12. num.* 23. De Amat. *in allegat. conſ.*
*37. num.* 5. Rovit. *in Deciſ. 87. num.* 3.
5 At cùm his benè pugnant, Leoncill. *de Privileg.*
*pauper. part. 2. Privileg. 213. verb. legatum num.* 3.
Tomaſ. *de diſpoſit. ad pias cauſ. Tit. 2. cap. 88. num.*
152. Novar. *de Privileg. miſerabil. perſonar. Privileg.*
22. Manrique *in quæſt. Vicarial. part. 1. quæſt. 69. &*
*part. 2. quæſt.* 77. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.*
330. Rub. *de Teſtam. ad pias cauſ. cap. 66. num.* 197.
*&* 203. De Magiſtr. *in sylv. Eccleſ. lib. 2. cap. 9. num.*
17. Mantic. *de conjectur. lib. 2. tit. 2. num. 24. & 25.*
Molpheſ. *in conſ.* 13. La Rath. *in conſ. 70. num.* 48. De
Marin. *ad Reverter. Tom. 1. obſervat. 327. num.* 2. Va-
laſc. *de Privileg. pauper. part. 3. quæſt. 8. num.* 288.
Larrea *in Deciſ. 61. num.* 45. Flores de Mena. *lib. 1.*
*quæſt. 6. ex num.* 20. Lugo *de Inſtit. Tom. 1. diſputat.*
*20. num.* 90. & Olea *de ceſſion. Jur. lib. 4. quæſt.* 5.
6 Anima namque: cunctis rebus eſt præferenda. *l.*
*juſtiſſime. ff. de ædilit. edict. l. ſancimus. C. de Sacro-*
*ſanct. Eccleſ.* Mantic. *loc. citat. lib. 5. Tit. 15. ex num.*
34. Antonin. de Amat. *lib. 2. var. cap.* 37. Quam de-
ſpicere; nemo præſumitur, Maſcard. *de probat. Tom.*
7 *2. conclus. 1176. nu. 5. 8. & 75.* Undè legata pia, mo-
ram in ſatisfactione non recipere, tradiderunt affabrè
Tiraquell. *loc. indicat. Privileg.* 24. Surd. *de Aliment.*
*Tit. 8. Privileg.* 11. Spin. *de Inventar. diverſor. quæſt.*
*278. num. 46. pagin. mihi* 487. Alios in unùm conge-
rit Tomaſ. *de Inventar. Tit. 13. cap. 5. num.* 77. Qui-
bus adde, Gizz. modò in lucem editum, ad Reg. no-
ſtr. *Tom. 2. Deciſ. 175. num.* 20. Illaque, etiam repudia-
8 ta hæreditate, deberi; dixit Barboſ. *de poteſtat. Epiſ.*
*in addit. ad allegat. 82. pagin. 909. verſic. ſextum cum*
*cætera. Et in verſic. primùm ergò.* Et licèt ſcripta repe-
9 riantur in Teſtamento imperfecto; placuit D. De
Marin. *lib. 1. reſol. 228. ex num.* 7. Et vide Tomaſ. *in*
*citat. Tract. de diſpoſit. ad pias cauſ. Tit. 2. cap. 31. nu.*
*73. 74. & 75. & cap. 161. num.* 252.
10 Præcipuè, ſi de legato pro malè ablatis: ſivè pro
conſcientiæ exoneratione; ageretur. Gait. *de credit.*
*cap. 2. Tit. 3. ex nu.* 224. Solorzan. *de Jur. Indiar. Tom.*
*2. lib. 2. cap.* 24. Cùm tale legatum; Teſtatoris gra-
tiam reſpiciat; & inter debita connumeretur. Maſcard.
*conclus. 1176. num.* 68. Alios de more, pleno calamo;
allegat, Tomaſ. *loc. nuper citat. Tit. 1. cap. 11. num.* 158.
Quod etiam procedere in legato, pro celebratione
11 Miſſarum; ſentit noviſſimè, D. Altimar. Juris Con-
ſultus perdoctus, ingenii perſpicaciſſimus, & eruditæ
literaturæ imbutus, Collega meus dilectiſſimus, *in*
*obſervat. ad citat. Deciſ. Rovit. 87. verſic. 1. circa med.*
Nec non videndus eſt Olea *loc. indicat.* Eaque ſenten-
tia; optimo nititur fundamento: ut Teſtatoris Ani-
ma; ab atrociſſimis pœnis Purgatorii, liberetur: quas
deſcribit Div. Thom. *3. part. quæſt. 46. artic. 6. & in*
*lib. 4. ſententiar. diſtinct. 5. quæſt. 1. artic.* 3.
12 Sed malè oblatum, aliundè conſtare debere: nèc
ſatis eſſe, ſimplicem Teſtatoris aſſertionem; voluit
D. Reg. noſtr. *num.* 7. Quem ſequitur Olea, *eod. alle-*
*gat. loc. num.* 20. Illo ſtante; ſubdit Hodiern. *in l. hac*
*edictali. C. de ſecund. nupt. quæſt. 37. num.* 18. Nam
13 fraudibus aperietur via: & Teſtator; cui diſponendi
poteſtas, reſtricta eſt: dum favore piæ cauſæ, prohi-
bitioni non ligatur. Suarez *in l. quoniam in prioribus.*
*C. de Inoff. Teſtam. in explicat. l. 9. fori. Tit. 5. lib. 3. in*
*princip. num. 3. & 8.* legaret, pro exoneratione con-
ſcientiæ, ſive pro reſtitutione.
14 Hoc verò aſſertum; declaratione indiget: Etenìm,
ſi verſaretur in prohibitis: ut puta, ſi in aliquo, cre-
ditoribus, aut Teſtatoris filiis præjudicare poſſit; li-
bens D. Reg. noſtri placitum amplexandum eſſe con-
tendo: cùm pia cauſa; æri alieno præjudicium afferre
non valeat. Maſcard. *in adduct. conclus. 1176. nu.* 77.
Pariſ. *in conſ. 70. in fin. & in conſ. 86. num. 68. lib.* 2.
Nèc filiorum legitimæ. Fuſar. *in tract. de ſubſtitut.*
*quæſt. 393. num.* 65. Trentacinq. *part. 2. de ſubſtitut.*
*cap. 6. num.* 26. At ſi, de legatariorum præjudicio,
ageretur; contrariam partem ſectandam eſſe, dijudi-
co: etenìm in legando; liber Teſtatoris eſt ſtilus: Et
ideò ſatis eſt quò ad eos; Teſtatorem malè ablatum
aſſeruiſſe: Exquirere enim probationes ulteriùs; eſſet
Teſtatoris famam obumbrare. Ità concludit, De Luc.
*ad Franch. Obſerv. 236. num.* 4.
15 Succedit videndum: quid, ſi legatum, pro mari-
taggio; relictum fuiſſet? Diminutionem pati; ſen-
tiunt Fab. *in ſuo Codic. Tit. 2. diffinit. 38. & lib. 6.*
*Tit. 11. diffinit* 15. Novar. *loc. citat. Privileg.* 22. *Et*
*in Tract. de mal. ablat. Privileg. 2. num. 3. & 4.* Eſco-
bar. *de ratiocin. comput.* 10. & De Marin. *ad Rever-*
*ter. loc. indicat. num.* 3.
16 Ea tamèn opinio, Olea *loc. citat.* interpetratus eſt;
ut procedat in Legato Dotis extraneæ relicto: non vè-
rò, ſi illud prolatum fuiſſet; in beneficium filiæ Te-
ſtatoris: non enim ſupponitur, propriam ſobolem
poſtponere voluiſſe. Et eandem ſententiam probant,
Theſaur. *lib. 3. quæſt. 114 num.* 3. Peregrin. *de Fidei-*
*com. artic. 4. num. 64. &* D. Altimar. *loc. allegat. in*
*verſic. ex qua præſumpta.*
17 Putarem, primam hujus diſtinctionis partem; in-
telligendam eſſe: niſi legatum Dotis, extraneæ reli-
ctum; non ſit miſerationis gratia: cùm eo caſu, pium
dicatur. Tomaſ. Qui innumeros allegat, *in cit. Tit. 1.*
*cap. 15. & 16.* Quibus ſubnecte; quos conducit, Ro-
doer. *ad De Marin. lib. 1. Reſolut. 247. num.* 5.
18 Quid dicendum, in legatario ſpeciei? Placuit D.
Reg. noſtr. *num.* 5. hunc, cum aliis; currere ſortem.
Et in eodem albo; ſe ſubſcribunt, Parlador. *rer. quo-*
*tid. part. 1. cap.* 18. Tondut. *quæſt. civil. cap.* 73. Acoſt.
*de Privileg. credit. in præfat. ad regul. 5. num.* 3. Cæ-
vall. *commun. contrà commun. quæſt. 133. ex nu.* 33.
Azeved. *in lib. 5. recompilat. Tit. 6. leg. 13. num.* 19.
Alios, allegant Reverter. *in citat. Deciſ.* 327. *Et ibi*
De Marin. *num.* 1. Olea, *in adduct. loc. num.* 7. Trul-
lench. *in allegat. cap. 18. Dub.* 12. De Luc. *in indicat.*
*Obſerv. 236. num. 1. verſic. contrarium,* & Bonacin.
*loc. citat. Diſput. 3. de contract. quæſt. ultim. punct.*
*ultim. num.* 27. Illo ſtante: nam cùm æqualis ergà
Legatarios cadat Teſtatoris affectio; illos æqualitèr
voluiſſe diligere, ſupponendum eſt: Nèc legatarium
per alium Legatarium; excludere.
19 Reſtringe dictum: niſi de voluntate Teſtatoris; ali-
tèr appareat. Rovit. *in citat. Deciſ. 87. num.* 4. Utpu-
ta: ſi relictam ſpeciem; in Familia Legatarii, con-
ſervare mandaſſet. Rot. Roman. *in impreſſ. poſt Mer-*
*lin.*

Digitized by Google

*lin. de pignorib. Decis.* 55. *ex num.* 10. Menoch. *lib.* 4. *Præſumpt.* 67. *num.* 27. Et sìc ſunt intelligendi, Donell. *lib.* 7. *Comment. cap.* 1. Matin. *loc. citat. num.* 14. Et Guttierez *practic. lib.* 2. *quæſt.* 98. *num.* 13.

20 Suboritur dubium: nùm diminuto legato, diminuatur onus, in illo adjectum? Diſtingunt DD. onus intrinſecum; ab extrinſeco: poſitum in vìm modi ab illo, ſub conditione. In intrinſeco; concludunt, minuendum non eſſe. At in extrinſeco; contrarium. In illo verò, per viam conditionis; nullo modo, diminutionem faciendam eſſe: ſecùs ſi In vim modi; ſcribunt, D. Hodierna. *in Cont.* 5. *num.* 28. Staiban. *lib.* 2. *Resolut.* 195. *ex num.* 25. Olea *loc. citat. à num.* 27. & De Luc. *ad Franch. Observ.* 362.

21 Obſervo *Num.* 18. legatario, pro conſecutione relicti; competere viam executivam. Quod probant etiàm Mynſiger. *ſingular. Obſervat.* 61. *Cent.* 5. Parlador. *lib.* 1. *part.* 1. *cap. ultim.* §. 9. Gratian. *Discept.* 62. *ex num.* 2. & *discept.* 254. *num.* 44. Perez *in lib.* 5. *Ordinament. Tit.* 14. *leg.* 2. Et eſſe communitèr receptum, demonſtrant, Merlin. *Centur.* 2. *Controv.* 2. *nu.* 2. De Marin. *cit. lib.* 1. *Resolut.* 241. Et ibi Rodoer. *Et lib.* 2. *resol.* 8. *num.* 12. Hævia *in Cur. Philip. part.* 1. *de Judic. execut. part.* 2. §. 7. *num.* 2. Mauſon. *de caus. execut. Ampliat.* 12. *num.* 5. Matthienſ. *in lib.* 5. *Recompil. Tit.* 4. *Gloſſ.* 14. *num.* 11. Suarez *in l. poſt rem Judicatam num.* 6. *verſic. sextus casus de Re Judicat.* Sanfelic. *in Decis.* 204. *num.* 1. & 2. & Prat. *lib.* 1. *Discept.* 10. Quicquid, indiſtinctè ſcribant Facchin. *Controv.* 31. *lib.* 5. Et Gomeſ. *ad leg. taur. leg.* 45. *nu.* 137. Nullo modo; competere viam executivam: ſed ordinariam. Quorum dictum, procedet: quotiès, remota calumnia ab hærede, opponitur exceptio talis, adversùs præſtationem legati: quæ redderet cauſam valdè dubiam: & ſaltem apparentèr juſtam Fundamento jacto, per Bald. cujus meminit Marant. *in Specul. part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 59. Optimè Rovit. *in Pragm.* 7. *de ord. Judic. num.* 8. latè Merlin. *in citat. cap.* 2. *nu.* 16. Et D. Petr. *ad Rit. M.C.V. tom.* 2. *rit.* 181. *nu.* 20. Fuitque determinatum per S. R. C. referente tunc Conſiliario Aloyſio Gamboa, de anno 1655. pro D. Beatrice Caracciola, contrà D. Teclam Serſale. Proceſſus eſt in Banca de Spera, apud Scribam Caſaburum. Atque iterùm per eundem S. R. C. de Anno 1662. ſub noſtri patrocinio: referente in Aula Conſiliarii Staibano, D. nunc Conſiliario Padilla, tùnc Judice M. C. V. in cauſa D. Antonii Parente; cum Onuphrio Criſcio, & aliis.

Atque etiàm pro conſecutione legati; duas alias dari actiones: Reivindicationis, ſcilicet, & Hypothecariæ; communi DD. traditur voto. *ex l.* 1. & 2. *Cod.*
22 *commun. de legat.* & *l.* 1. *ff. de legat.* 1. apud Caſtill. *de usufruct. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. & 16. quod Mercurial. Merlin. in ſola Hypotheca Anomola, & Irregulari, uti dividua; non verò ſpecialis; intelligit, in Tract. *de Pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 86. Cujus meminit De Luca *ad Franch. in Observ.* 203. *num.* 1. Tu vide Gratian. *Discept.* 731. *num.* 23. & Rot. Roman. *in impreſſ. poſt Rodriq. in Tract. de concurs. credit. Decis.* 30.

23 Confeſſio debiti, in Teſtamento facta, pro exoneratione conſcientiæ; quandò probet verum debitum: ità ut, revocato Teſtamento; obligatoria ſit: ponit noviſſimè latiùs Urceol. *Tom.* 1. *consultat.* 21.

24 Tandèm obſervo, quod ſacerdotis, & Religioſi dictum; habet vim duorum Teſtium. Adde Rot. Roman. *in Decis.* 7. *sub num.* 10. *verſic. tantò magis*, & *in Decis.* 54. *num.* 6. *impreſſ. poſt Colluctat. Bonden.* Urceol. *Tom.* 2. *consultat. cap.* 88. Et quæ Nos tradidimus *in observat.* 10. *num.* 5. Et, quod Notarius, duobus Teſtibus æquiparetur; indicat Bald. *in l.* 1. §. *fin. ff. de verbor. oblig.* & *Add. ad Conſt. Regn. in causa depoſitì.*

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE XIII.

### SUMMÆ.

1 *Hæreditas; Animo aditur.*
2 *Deus; eſt scrutator cordium.*
3 *Animus, facto, aut verbis: pro inducenda hæreditatis aditione: eſt explicandus.*
*Intellige, ut num.* 4. & 5.
6 *Hæreditatem, fuiſſe aditam: ex quibus probetur? Et num.* 13.
7 *Debitor à Creditore inſtitutus; creditur adiiſſe hæreditatem: ſi adveniente die; debitum non solvit.*
8 *Aditio hæreditatis, ex eo probatur: quòd intrà præscriptum tempus; illam non repudiavit.*
9 *Hæres inſtitutus: per poſſeſſionem bonorum hæreditariorum; censetur adiiſſe hæreditatem.*
*Quid, per ceſſionem hæreditatis? Num.* 10. & 11.
12 *Hæreditatis aditio per exactionem, à debitore hæreditario; probatur.*
14 *Mandatum, ad adeundam hæreditatem; non eſt satìs, ad probandam aditionem: Adversùs* D. Gizz. *num.* 15.
16 *Mandato executo: servum acquiſiviſſe libertatem; traditur.*
17 *Aditio hæreditatis, ex eo non probatur: quòd à patris interfectore; aliquid receptum ſit.*
18 *Hæreditatis aditio; non præsumitur ex poſſeſſione rei, modici valoris.*
*Quid in hæreditate lucrosa? Num.* 19. *Adversùs* Mantic., & alios. *Num.* 20.
21 *Hæredes, Inventarium non conficientes; tenentur insolidum.*
22 *Retentio: quando pro credito absque hypotheca; competat? Declaratur* D. Reg. Noſter., ex D. De Olea; & *aliis. Num.* 23.
24 *Tutor, quamvis non adminiſtraverit: aliis non solvendo exiſtentibus; tenetur in subſidium.*
*Quid, ſi Tutelæ exercitium; à Judice; vel à Teſtatore, divisum fuerit? Num.* 25.
*Limita; ut num.* 26.

1 COmmunitèr vocitatur Brocardicum illud, Hæreditas; Animo aditur: authorante id Tex. *in l. gerit*, & *in l. pro hærede. ff. de acquirend. hæredit.* §. *item extraneus inſtit. de hered. qualitat.* & *differentia*. Scribunt inter multos Fab. Mynſiger. & Harpprech. *in eod.* §. *item extraneus*, Maſcard. *de probat. lib.* 1. *conclus.* 40. *num.* 5. Maceratenſ. *lib.* 2. *resolut.* 11. *num.* 2. & 3. Cyriac. *controvers. lib.* 1. *cap.* 139. *nu.* 4. Mart. *de succeſſ. legal. tom.* 2. *part.* 4. *quæſt.* 13. *artic.* 2. *num.* 7. Morot. *in respons.* 11. Urſell. *in conclus. legal.* 51. *verb. hæreditatis aditio*, *num.* 1. Doringius *in Bibliotec. I. C. verb. aditio.* D. Galeota *lib.* 2. *controv.* 68. *num.* 6. Gayl. *practicar. Observat. lib.* 2. *Observat.* 128. *num.* 9. & *Observ.* 131. *num.* 3. D. Reg. noſter *Decis.* 137. *num.* 27. & D. Mucci *in quæſt.* 4. *num.* 8.

2 Sed Deus omnipotens; eſt ſcrutator cordium Gloſ. *in cap. occidendis.* 23. *quæſt.* 5. & *in Clement. exivi de Paradiso. de verbor. ſignific.* & *in l.* 2. *ff. de interrogat. action.* Proptereà non mediocræ literaturæ Viri ſcripſerunt: Animum prædictum, facto, aut verbis: explicandum eſſe. Doring. *eod. loc. citat. num.* 86. Coppen. *in Observat.* 130. *num.* 13. Prukaman. *in Cons.* 47. *ex num.* 99. *lib.* 1. Maſcard. *in alleg. Conclus.* 40. & 41. Ricc. *in Collect.* 556. Chriſtin. *in Decis.* 26. *vol.* 4. *nu.* 4. & Maceratenſ. *in citat. lib.* 2. *Resolut.* 23. *num.* 3. & 4. & *in Resol.* 59. *cas.* 8.

4 Pro

4 Pro quo; nec quemlibet actum ſufficere, niſi explicitum: ità ut deliberatè, facto, aut verbis; Animus declaratus ſit: tradidit Honded. *in lib.* 1. *conſ.* 83. *nu.* 30. & 41. ex Caſtr. Bart. Bald. Jaſ. & Non.

5 At veritas, conſiſtit in alia opinione: Animum, qualitercumque declaratum, facto, aut verbis, ad probandam hæreditatis aditionem; ſatìs eſſe. Quod probant inter multos apertiùs Maſcard. *in citat. concluſ.* 40. *num.* 3. & 4. De Afflict. *Controv.* 17. *num.* 18. D. Reg. noſt. *in Deciſ.* 117. *num.* 1. Zabarell. *in conſ.* 37. Mantic. *de conjectur. lib.* 12. *Tit.* 13. *num.* 1. & Mucci *in indicat. quæſt.* 4. *num.* 9.

6 Undè hanc hæreditatis aditionem, probari per conjecturas, indicia levia, & teſtes ſingulares; ſtatuunt: Quos congerit, Gabriel. *Tit. de Teſtib. concluſ.* 2. Et per unius Teſtis dictum; demonſtrant. Gratian. *diſcept.* 78. *num.* 24. & 25. Maſcard. *concluſ.* 52. *num.* 1. & De Luca *ad Franch. in Obſervat.* 60. *nu.* 3. *circ. fin.*

7 Ideò Marant. dixit, hæreditatis aditionem; benè probari: ſi debitor, à creditore inſtitutus hæres, adveniente die, debitum non ſolvit. *In l. is poteſt ff. de acquir. hæredit. num.* 77. *pagin. mihi* 649. Et placuit etiàm Natt. *in Conſ.* 24. *ex num.* 10. *lib.* 1. Maſcard. *in Concluſ.* 44. *num.* 42. *Et in concluſ.* 51. *num.* 2. & Doring. *loc. citat. num.* 87.

8 Atque etiàm, eandem aditionem induci: ex quò intrà tempus adeundi, vel repudiandi; non repudiavit: dixit Mantic. *loc. citat. num.* 1. Tepat. *recept. ſentent. Tit.* 548. *cap.* 12. Maſcard. *in allegat. Concluſ.* 44. *num.* 41. Ludovic. Gilhauſen. *De Arbor. judic. tom.* 1. *cap.* 6. *de probat. part.* 1. §. 51. *num.* 41.

9 Eandem probari aditionem, per poſſeſſionem bonorum hæreditariorum; tradiderunt D. Reg. noſt. *hic num.* 3. Par. *in conſ.* 16. *ex num.* 40. *lib.* 2. Cæphal. *in conſ.* 56. *vol.* 1. *num.* 48. Roman. *in conſ.* 247. *num.* 6. Grat. *in conſ.* 146. *num.* 10. *lib.* 2. Menoch. *in Præſumpt.* 101. *lib.* 4. *ex num.* 28. *ad* 77. Marant. *loc. cit.* Maſcard. *in concluſ.* 45. *Et vide* Joan. Saiſon. *ad Conſuetud. Turonenſ. artic.* 32. *in fin.* & Franc. Claper. *in Deciſ.* 34.

10 Ulteriùs, per ceſſionem, hæreditatem aditam præſumi; indicat Tex. *in l. ſi Avia. C. de Jur. delib.* Et ſcribunt adamuſſim, Thor. *in verb. Filiusfamilias, cedendo, in part.* 3. *comp. Deciſ.* Paſcal. *de virib. Patr. poteſtat. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 37. Barrii *de ſucceſſ. tit. de adit. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 6. Surd. *in deciſ.* 14. *num.* 2. & *in Dec.* 70. *num.* 11. *Et utrobique* Hodiern. *num.* 12. & *num.* 10. Mieres *de Majorat. part.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 29. & 38. & *ex num.* 66. *ad* 74. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 5. *Gloſſ.* 8. *num.* 8. De Franch. *in Deciſ.* 14. *num.* 23. & *in Deciſ.* 32. *num.* 10. Et ibi de Luca *num.* 9. Maſcard. *in adduct. Concluſ.* 44. Probans,
11 *num.* 3. id procedere: etiàm ſi cedens, proteſtatus fuiſſet, per illum actum; non intelligere adire hæreditatem. Quod tamèn; in multis caſibus, limitat. Adeas eum in contingentiis.

12 Probari quoque hæreditatis aditionem, per exactionem ab hæreditariis debitoribus, probant Maſcard. *in cit. Concluſ.* 44. *num.* 45. Ciriac. *lib.* 2. *controverſ.* 244. *num.* 12. Mucci *in citat. quæſt.* 1. *poſt nu.* 8.

13 Alioſque actus inducentes hæreditatis aditionem; ponunt Marant. *loc. citat.* Maſcard. *eod. loc. ex concluſ.* 40. *ad* 52. Urſell. *Concluſ. legal. verb. aditio hæreditatis, per plur. Concluſ.* Mantic. *in citat. lib.* 12. *Tit.* 9. & 11. Doring. *in allegat. loc.* & Velaſq. *in prax. partit. cap.* 15.

14 Scribit Gizz. *hic, num.* 24. Eandem probari aditionem, per procurationem factam, ab hærede, ad adeundam hæreditatem, Super quo, etſi videndus eſſet Matheſil. *in ſingular.* 34. Eandem opinionem comprobant, Graſſ. *de ſucceſſ. lib.* 2. *art. ne quis hæreditatem, quæſt.* 4. & Marant. *loc. ſæpiùs allegat.*

15 *Ego* verò, quicquid Gizz. dicat; approbo ſententiam Præſ. de Franch. *in Deciſ.* 60. *num.* 15. ſubſtinentis contrarium: niſi mandatum executum probetur. Etenim, etſi dominus, ſola voluntate, libertatem
16 ſervo dare poſſit: Tamèn donèc literæ reddantur; ejus ſuſpenditur animus: ut interìm libertatem dediſſe: dici non poſſit. *l. qui abſenti. ff. de acquir. hæredit.* Et cum hac ſententia: tranſeunt Valeron. *de tranſact. quæſt.* 5. *ex num.* 75. & De Luc. *ad De Franch. in cit. Deciſ.* 60. *num.* 2.

17 Nec induci aditionem; ex illo, quod filius ab interfectore ſui patris, aliquid accepit: cùm Jure ſanguinis, poſſit filius pacem facere: etſi patris hæres non ſit; dixit Belin. *de re Militar. part.* 10. *Tit.* 2. *ex num.* 57. Padill. *in l. tranſigere. C. de tranſact. num.* 63. Mantic. *in citat. Tit.* 9. *ex num.* 18. Idque deciſum, recenſet Urſill. ad Afflict. *in Deciſ.* 372. *num.* 8. Et amplexatus eſt Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 58. *num.* 33. Quod ſubdit: *nihilominùs ad evitandas diſputationes; quotidiè hæredes ſanguinis, impetrant diſpenſationes à Senatu: ut poſſint facere remiſſiones, citrà Ius, & Nomen hæredis: Et Senatus illas concedit.* Hæc Clar.

18 Aut ex poſſeſſione rei hæreditariæ; modici valoris: Etenìm non eſt credendum, quòd pro modico, voluerit quis obligari ſe, ad onera hæreditaria. Ità ſcribunt Jaſ. *in l.* 1. §. *veteres col.* 9. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Hippolit. *in l. furem. num.* 22. *ff. de ſucceſſ.* & Cravet. *in conſ.* 33. *num.* 12.

19 Præſumi aditam hæreditatem lucroſam; multis mediis, fundant Craveſt. *loc. mod. citat.* Mantic. *in adduct. Tit.* 11. *ſub num.* 2. Cyriac. *in allegat. Controv.* 244. *num.* 32. Maſcard. *in indicat. concluſ.* 45. *num.* 57. Urſell. *in citat. concluſ.* 51. *num.* 63. Corn. *in conſ.* 310. *num.* 4. *lib.* 3. Natt. *in conſ.* 448. *num.* 20. Gratian. *in adduct. Diſcept.* 78. *n.* 18. & Doring. ubi *ſup. n.* 94.

20 Contrarium verò, & meliùs; ſubſtinent Maſcard. *in ſup. citat. Concluſ.* 40. *num.* 9. *verſic. limita. in fin.* Urſell. *in ead. Concluſ.* 51. *num.* 8. perbellè Menoch. *in Præſumpt.* 99. *lib.* 4. *num.* 2. Et ita deciſum, in cauſa reclamationis Michaelis Coſſi per S. R. C. refert De Franch. *in alleg. Deciſ.* 60. *num.* 10.

21 Obſerva *num.* 6. quod hæredes, non conficientes Inventarium, tenentur inſolidum. Adde benè loquentes Covar. *var. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 3. *ſub num.* 8. *verſic. fortiùs profectò*, De Angel. *ad Gizzarell. in Deciſ.* 50. *num.* 7. *verſic.* & *ex obligatione*. Merlin. *de Pignorib. lib.* 2. *Tit.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 56. & Rot. Roman. *in impreſſ. poſt.* Poſth. *de manuten. Deciſ.* 236. *num.* 1.

22 Obſerva *num.* 12. D. Reg. noſtr. voluiſſe, retentionem dari pro credito, abſque hipotheca: quod paritèr probant Fab. *in ſuo Codic. lib.* 8. *Tit.* 16. *diff.* 2. & 5. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſit.* 8. *num.* 1065. & Conſil. Hodiern. *ſequutus ſuum* Surd. *in Deciſ.* 46. *nu.* 17.

23 Sed Olea, *in ſuo Tract. ſingulari de ceſſ. jur. lib.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 28. id ità, per hæc ipſiſſima verba; intelligit: *Quando duo Credita, Scilicet Hypothecarium, & Chirographarium; ab una perſona proveniunt: Secùs ſi à diverſis perſonis; obligationes, traherent originem: veluti, ſi Titius chirographarius debitor; ab alio hypothecario creditore, nomen emiſſet: vel ab eo, ex alia cauſa, Jura ceſſa haberet. Nam debitor, non cogeretur, huic creditori; debitum chirographarium offerre. Sed ſolùm hypothecarium ſibi ceſſum.* Hactenùs, Olea. Et videantur ad rem Neguſant. *de Pignorib. memb.* 3. *part.* 5. *num.* 49. *verſic. fallit.* Trentacinq. *lib.* 3. *var. Tit. de Pignorib. reſolut.* 10. *ex num.* 1. *ad* 12. Arias de Meſa *lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 16. & Cujac. *in Tit. Cod. etiàm ob Chirographar. pecun.*

24 Et tandem, circa ea, quæ de Tutore, in hac Deciſione ſcripta ſunt, Obſerva *num.* 1. Tutorem: quamvis non adminiſtraviſſe, aliis contutoribus, non ſolvendo exiſtentibus; in ſubſidium teneri. Adde videndes

Digitized by Google

dos Fabr. *in Juriſprudent.* Papin. *Tit.* 12. *princip.* 7. *illat.* 72. *& princip.* 8. *illat.* 13. Cujac. *lib.* 3. *Obſerv. cap.* 9. *& lib.* 9. *Reſp. Paul. ad l. Lucius.* §. 1. *ff. de negot. geſt.* Guttierez. *de Tutel. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. & Rodriq. *de concurs. credit. in noviſſim. part.* 1. *art.* 4. *num.* 5.

25 Reſtringe poſitam concluſionem: niſi per Judicem inter Tutores: ſivè per Teſtatorem; Tutelæ exercitium diviſum fuiſſet. Optimè Thor. *in comp. Deciſ. part.* 2. *verb. Tutela pluribus.* Et Olea *loc. cit. Tit.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 2. Eandemque diviſionem, benè inter Tutores: ratione comoditatis Officii, fieri poſſe; indicat Urceol. *Conſultat. Forens. Tom.* 2. *cap.* 72. *num.* 24.

26 Si verò inter eos, proprio placito, ea diviſio facta ſit; omnes in ſolidum teneri: Fundat manifeſtim Mut. *in Deciſ.* 32. Alios conducit De Olea *loc. paulò ante alleg. num.* 4. Et vide Rodriq. *in eod. cit. art.* 4. *num.* 40. & Rodoer. ad De Marin. *Reſolut.* 193. *num.* 3.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XIV.
### *SUMMÆ.*

1 *Immiſſio vigore* l. fin. C. de edict. Div. Adrian. Tollend; *competit hæredi Scripto.*
*Non applicatur in ſucceſſione, quorum bonorum.* Num. 11.

2 *Hæredi Scripto, immiſſio in hæreditate; remoratur per vitium viſibile, in Teſtamento apparente.*

3 *Immiſſio hæredi ſcripto, non impeditur per exceptionem: quæ requirit altiorem indaginem.*
*Niſi ſit vitium inviſibile: incontinenti probatum.* n. 4.

5 *Sequeſtrum hæreditatis: pendente controverſia ſuper Teſtamento; conceditur.*

6 *Remedium* l. fin. C. de edict. Div. Adrian; *obtinet locum in feudis.*
*Et in fideicommiſſario univerſali.* Num. 7.
*Non competit filio hæredi ſcripto; quem pater, naturalem appellavit.* Num. 8.
*Fallit in filio legitimato; in bonis à patre quæſitis.* Num. 9. *&* 10.

12 *Remedium* l. fin. C. de edict. Div. Adrian: *competit hæredi, hæredis ſcripti; etsì ipſe ſit ab inteſtato hæres.*

13 *Inſtitutio hæredis; valet in perſonam naſcituram.*
*Vel in perſonam; quam numquàm Teſtator vidit: Adverſus* Cujac. & Donell. *num.* 14.

15 *Pater inſtituens filios: & ſi non viverent nepotes: cenſetur vocaſſe illos, ordine ſucceſſivo, per fideicommiſſum.*
*Quid in extraneo?*

16 *Adminiſtratori hæreditatis, qualitèr immiſſio, vigore* l. fin. C. de edict. Div. Adrian; *concedatur?*

17 *Executoribus Teſtamentariis, quando competat remedium* l. fin. C. de edit. Div. Adrian? *Et num.* 18. 23. *&* 24. *cum* Deciſ.

19 *Executores Teſtamenti: habentur loco hæredum: ſi alius in Teſtamento, hæres inſtitutus non fuerit.*

20 *Executori Teſtamentario, currit Annus, ad implendum opus pium: niſi magnitudo operis impediat.*

21 *Executor Teſtamentarius: hærede inſcio; benè ſolvit legata pia.*

22 *Epiſcopo, Teſtamenti executori, quo Pauperes ſunt inſtituti; competit remedium* l. fin. de edict. Div. Adrian.

1 UNiverſè certum eſt, authorante Juris Conſulto, hæredi ſcripto Teſtamenti Tabulas exhibenti: non abolitas, non cancellatas, non vitiatas: Sed ex quacumq; ſui parte perfectas, ac Teſtium legitimo numero vallatas; immiſſionem in hæreditate concedendam fore: Ità, inter multos, tradunt D. Reg. noſt. hic *n.* 1. Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 363. Stephan. Gratian. *diſcept. Tom.* 4. *cap.* 702. *num.* 42. Graſſ. *lib.* 2. *receptar. Sentent.* §. *transmiſſio, quæſt.* 13. *num.* 15. Merlin. *in Deciſ. Roman.* 552. *num.* 1. Præſ. Merlin. *controv. lib.* 1. *cap.* 10. Prat. *diſcept. Tom.* 2. *cap.* 23. *num.* 7. Et alii; quos memorant D. Reg. noſt. *in Deciſ.* 180. *num.* 18. Urceoli *conſultat.* 19. *num.* 1. *lib.* 1. D. Petr. *tom.* 2. *Rit.* 181. *num.* 18. Salgad. *de Reg. Protect. part.* 3. *cap.* 12. Parlador. *lib.* 2. *res. quotid. cap.* 15. Giurb. *de ſucceſſ. Feud.* §. 2. *gloſſ.* 12. *ex nu.* 62. Caſtil. *tom.* 2. *controv.* 54. Noguerol. *in allegat.* 23. *ex num.* 136. *in allegat.* 25. *& in allegat.* 31. Paz *de tenut. cap.* 26. Carleval. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 5. *ex num.* 14. *ad* 32. Quibus ſubnecte congeſtos per Nos *in Obſervat.* 5. *num.* 4.

2 Profert ex eo immiſſionem hæredi ſcripto; vitium viſibile impediri: Juxtà Tex. ſatìs notum *in l. fin. C. de edict. Div. Adrian. tollend.* Ac proindè, non eſſe concedendum decretum Preambuli; dicunt Ann. *in allegat.* 19. Danz. *de pugn. Doctor. tom.* 1. *tit. de Preambul. cap.* 1. *num.* 9. & Monac. *ad Minad. in deciſion.* 8. *numero ſecundo.*

3 Imò, & quandoque, etsì per exceptionem, requirentem altiorem indaginem; remoretur immiſſio, hæredi ſcripto: Bartol. teſte *in l. penult.* §. *Teſtamento. in fin. verſic. quæro quid. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. Tabul.* Menoch. *in citat. remed.* 4. *num.* 698. *quæſt.* 83. *& in Conſ.* 176. *tom.* 2. *num.* 9. & Gratian. *in diſcept.* 558. *num.* 40.

4 Si vitium inviſibile per facti evidentiam viſibile fiat; immiſſio impeditur: ex quò omnis exceptio, incontinenti probata; ſuum operatur effectum. Bero. *in Conſ.* 118. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 2. *&* Gratian. *in citat. cap.* 702. *num.* 43. *& ſequent.* Et

5 eſt verum, quòd ſequeſtro interim; bona obſignantur: Juxtà per Nos tradita *in allegat. Obſervat.* 5. *ex num.* 8. *ad* 13.

6 Ejuſdem *l. fin.* remedium in Feudis obtinere; clarè liquet, apud De Pont. *in conſ.* 18. *vol.* 1. *& in repetit. Feudal. lect.* 11. *num.* 23. *&* 27. *& in tract. de poteſt. Prorog. tit.* 8. §. 2. *num.* 16. & ibi Thor. *in addit. & in compend. Dec. part.* 1. *verb. hæredes filii.* Et videantur D. Galeot. *lib.* 1. *controv.* 9. *ex num.* 10. *& contr.* 37. *ex num.* 31. Cenſal. *ad Peregrin. de fideicom. artic.* 27. *verſ. ſeptimo obſervo. pagin. mihi* 481. *&* Staiban. *in Obſervat. ad reſolut.* 99. *ex num.* 1.

7 Atquè etiàm competere eundem remedium, fideicommiſſario univerſali; tradiderunt Menoch. *in adduct. remed.* 4. *num.* 173. Rot. Roman. *in Deciſ.* 34. *num.* 1. *in impreſſ. poſt.* Merlin. *de pignoribus.* Staiban. Sen. *in conſ.* 19. *Cenſal. loc. citat. in verſic. ſed hanc ſententiam. circ. fin.*

8 Filio verò hæredi ſcripto, à patre naturali vocato: immiſſionem, de qua ſcribimus, concedendam non eſſe; probat D. Reg. noſter *hic num.* 14. 15. *&* 16. Et perbellè, inter multos; tradunt Pariſ. *in conſ.* 11. *lib.* 2. *num.* 10. Menoch. *in conſ.* 180. *num.* 34. Marcian. *in diſput.* 29. Cenſal. *loc. citat. in verſic. ſexto obſervo.* D. Altimar: Qui ſic judicatum refert, in Anno 1671; *in obſerv. ad Reg. Rovit. in Conſ.* 59. *num.* 32. Et De Luc. ad De Franch. *in Obſerv.* 720. *num.* 6. Et videantur ad propoſitum. Lup. *de illeg. com.* 1. §. 5. *n.* 155. Gargiar. *lib.* 2. *patrocin.* 33. Menoch. *in citat. remed.* 4. *num.* 753. Cùm potius præſumatur Spurius: quàm Naturalis. Bald. *in conſ.* 206. *num.* 2. Alciat. *regul.* 2. *præſumpt.* 5.

9 Hoc tamen aſſertum, limitandum eſſe in filio legitimato, in bonis à patre quæſitis; probat. Provenzal. *in Obſerv. ad Conſuet. ſi quis, vel ſi qua Obſerv.* 10. *ex num.* 17. De Marin. *lib.* 2. *Reſolut.* 10. Rocc.

*in*

Digitized by Google

*in Reſp.* 80. *lib.* 1. Merlin. *lib.*2. *controv.* 85. *ex num.*
8. licèt adverſùs legitimationem; aliquid ab Agnatis
opponatur: Juribus & Authoramentis, per Nos ſerio-
ſius conductis, *in Obſerv.* 150. *ex num.* 23. quò tra-
10 didimus approbè Merlin. *in controv.* 90. *num.* 4. *eod.*
*lib.*2. Non reſiſtere Sententiæ noſtræ: atque Cenſal.
expoſuimus *in adduct. loc. artic.* 23. *pagin.* 94. *verſic.*
*iſta tandem. & verſic. quam immiſſionem*: Eò quòd,
eorum dicta; applicantur in immiſſione quorum bo-
11 norum: ſivè in ſucceſſione ab inteſtato. Quo caſo
immiſſio, vigore *l. fin.* non procedit Parlador. teſte
*rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. *cum ſequent.* Et ad
idem; adſtipulantur Molin. *de Primogenit. lib.* 3. *cap.*
18. *num.* 41. & 51. Et alii; quos conducit Cævall.
*commun. lib.*1. *quæſt.*10. *ex num.*6.

12 Cæterùm, ex hac *Deciſ.* deſumit Cenſal. immiſſio-
nem vigore *citat. l. fin*; concedendam fore hæredi,
hæredis ſcripti: quamvis eſſet hæres ab inteſtato. Quod
admictunt etiàm Menoch. & Gratian. *in ſedib. indi-*
*cat.* Noal. *de transmiſſ. cas.* 39. *num.* 8. & 9. Hunn.
*in Encyclop. Jur. part.*4. *tit.*15. *num.*14. & 17. Argel.
*de legitim. contradict. quæſt.* 7. *artic.* 2. *ex num.* 39.
Mierez. *de Majorat. part.*3. *quæſt.* 18. *num.*6. Et vale-
13 re Inſtitutionem, in perſonam naſcituram, funda-
mento probabili; ſcribunt DD. *in §. ultim. Inſtitut.*
*de hæred. Inſtituend.* Atquè adeò poſſe Teſtatorem,
hæredem inſtituere quem numquam vidit: dixit
14 Arum. *in exercit. Juſtin.* 8. *th.* 6. Etsì contrarium
ſcribant, Cujac. *in paratit. C. tit. de incert. perſon.* &
Donell. *lib.*6. *commentar. Jur. civil. cap.*17. *pagin.*52.
eò quia talis inſtitutio, in perſonam incertam non
dicitur: Ut concludit Obrecht. *in diſput.* 20. *th.* 177.

15 Undè patrem, qui filios inſtituit, ſi apud vivos
morentur: ſin vero mortui ſint; nepotes: illos, ordi-
ne ſucceſſivo, & per Fideicommiſſum, vocaſſe, cer-
tum eſt: Nisì in extraneo caſus acciderit. Quo in ca-
ſu, per vulgarem voluiſſe vocare; intelligendum eſt:
authoritatibus, & rationibus, conductis per Gratian.
*diſcept.*536. *ex num.*35.

16 Paritèr, nec adminiſtratori hæreditatis; conceden-
dam fore immiſſionem, vigore *l. fin. C. de edict. Div.*
*Adrian. tollend.* Nisì accedente Judicis Decreto: au-
thorante id ſibi Argel. qui aliorum placito, firmat,
voluit D. Reg. noſt. *num.*13. & 14. maximè, ſi ſuper
Teſtamenti validitate, contentio orta fuerit: addit-
que D. Gizz. *num.*24. & 25. executoribus Teſtamen-
17 ti; immiſſionem concedendam eſſe: quotiès inſtitu-
tus hæres; in eo non ſit: ex quò, omnia bona de vo-
luntate Teſtatoris, ab illis inplicanda ſunt in benefi-
cium Collegii, ab eodem Teſtatore conſtructi. Quod
Nos vidimus practicatum, in interpoſitione Decreti
18 Præambuli quond. D. Petri Saducti, in Banca de
Moncello. Cujus rei, ea anima eſt: nam Teſtamenti
executores; loco hæredum ſtant: quotiès alius, in
Teſtamento; hæres univerſalis, ſcriptus non ſit. *cap.*
*cùm tibi extr. de Teſtament.* Alex. *in cons.*1. *lib.* 2. &
*in cons.*4. *lib.*6. Alios conducit Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*
244. *num.* 5. Atquè adeò, eis etiàm impeditis; tem-
19 pus Anni, ad exequendum opus pium, currere: Ni-
sì magnitudo operis impediat; dicunt Tiraquell. *de*
*Privileg. piæ caus. Privileg.* 87. Intrigliol. *lib.*3. *ſingul.*
97. *num.* 91. & Tomaſ. *de ſpecialib. & Privileg. piæ*
*caus. cap.*105. *num.* 171. Et licèt inſtitutus ſit, eo in-
20 conſulto; benè ſolvere legata pia: tradunt Tiraquell.
*in Privileg.*82. *Intrigliol. ibid. num.* 78. & Tomaſ. *loc.*
*proximè adduct. cap.*85. *num.*160.

21 Epiſcopo verò, Teſtamenti executori, quo Pau-
peres inſtituti ſunt: immiſſionem vigore *l. fin. C. de*
*edict.* Div. Adrian. Tollend. concedendam eſſe; indi-
cat Menoch. *in eod. remed.* 4. *ex num.* 256. *ad* 266.
Idque in generali executore; affirmat: quotiès Pau-
peres, in univerſum; hæredes vocati ſunt: *ibid. num.*
22 267. Vel ſi, nulla Pauperum facta electione; volun
tati executoris, remiſſa fuiſſet. *num.* 269. Sed in con-
23 trarium vergit: quotiès in Teſtamento; executor
datus fuiſſet, *num.* 270. Et executori dato, pro loco
24 pio ædificando; non competere remedium prædi-
ctum; concludit, *num.* 271. Et anteà probavit An-
gel. *in cons.*153.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XV.
### *SUMMÆ.*

1 *Eccleſia; eſt cultrix Juſtitiæ.*
2 ....*Hæres inſtituta: per non confectionem Inven-*
*tarii; ultrà hæreditatis vires, non tenetur.* & 
*num.*4. *Contrarium num.*3. *Vide num.*5.
*Laudatur* D. Judex D. Hieronymus Calà.
6 *Minor, reſtituitur in integrum: adverſùs non con-*
*fectionem Inventarii.*
7 *Ceſſionarius Eccleſiæ; non tenetur ultrà vires hære-*
*ditatis: non confecto Inventario.*
8 *Fiſcus, ad Inventarii confectionem; non eſt obligatus.*
*Contrarium. Num.*10.
*Succurritur, per reſtitutionem in integrum.*
*Intellige: ut Num.*11.
9 *Ceſſionarius Fiſci, non confecto Inventario; non te-*
*netur ultrà hæreditatis vires.*
12 *Hæres debitoris Eccleſiæ: Inventario non confecto;*
*non tenetur ultrà vires hæreditarias. Coacerva-*
*tur, aliorum Authoramento, opinio* Gizz.
*Contrarium. num.*13.
*Quid in debito; ex cauſa oneroſa? num.*14.
*Et in legatis piis? num.*15.
16 *Hæres debitoris, Inventario non confecto; non te-*
*netur de proprio: quotiès conſtat, alia bona in hæ-*
*reditate non remanſiſſe; quàm, quæ ipſe aſſerit.*
17 ...*ob non confectionem Inventarii; in Foro con-*
*ſcientiæ, non tenetur: Adverſus* Molin.
Covarr. *& alios. & num.*18.
19 ...*magnæ ſantimoniæ, ob non confectionem Inven-*
*tarii; de proprio non tenetur.*
20 ...*In Terris Eccleſiæ: Inventarii lege; non eſt*
*aſtrictus, & num.*21. *&* 22.
23 *Ruſticus, & fœmina hæres, non confecto Inventa-*
*rio; habent beneficium reſtitutionis in integrum.*
24 *Uxor quæ mariti bona, pro dote retinuit; tenetur*
*Inventarium conficere.*

1 ECcleſia, eſt cultrix juſtitiæ. *cap.* 1. *verſic. & ſi*
*clientulis, de alienat. Feudor. in uſib. Feudor,*
Propterea, omnem fraudis ſuſpitionem; excludit: in
illa namquè, dolus, non præſumitur. Hìnc eſt, quod
hæres inſtituta, Inventarium non conficiens: ultrà
2 hæreditatis vires; creditoribus, & defuncti legatariis
non tenetur. Teſtibus Felin. *in cap. cùm M. Ferra-*
*rienſis col.* 18. *extr. de Conſtitut. Princip.* Rovit. *in*
*Pragm.*1. *de legat. piis num.*11. Staiban. *lib.*1. *Reſolut.*
23. *num* 18. Velaſc. *de Privileg. pauper. part.*2. *quæſt.*
18. *num.*18. *& part.*3. *quæſt.* 8. *num.* 350. Caſſan. *ad*
*Conſuetud. Burgund. tit. des ſucceſſions. rub.* 7. *§. ſe*
*aucuns ſe veulent. num.* 5. Cancer. *Reſolut. part.* 1.
*cap.*2. *num.* 7. *& part.* 3. *cap.* 2. *num.* 81. Phanuc. *de*
*Inventar. part.* 2. *num.* 2. *& in tract. diverſor. quæſt.*
239. Olea *de ceſſion. jur. tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 10. To-
maſ. *de Inventar. tit.* 7. *num.* 40. D. Reg. noſt. *in De-*
*cis.*44. *num.*3. De Luca *ad Franch. Obſerv.*536. *num.*
4. Et noviſſimè, poſt hæc omnia conſarcinata, in lu-
cem proditus D. D. Hieron. Calà, Judex *Maleficio-*
*rum meritiſſimus M.C.V. in ſuo tract. de in integr. reſti-*
*tut. minorib. quandoq; denegand. quæſt.* 14. *num.* 5.



Digitized by Google

Quò loco; memorat locum præſentem, D. Reg. noſtri.

3 Sed in contrarium ſtant, Magon. *in Deciſ.* 130. *nu.* 3. Vaſq. *lib.* 2. §. 18. *num.* 47. Spin. *de Invent. quæſt.* 273. *in tract. diverſor. num.* 50. & Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. artic.* 35. *verſi. quarto, & tandem pagin. mihi* 353. Quo loco, dicit fuiſſe reſolutum: doctrinam Bartol. prioris, ſententiæ anteſignani, relatam à D. Reg. noſtr. *num.* 10. non eſſe veram; Alios DD. prò, & contrà, allegat. Coral. *de una, & altera quart. part.* 2. *ex num.* 473. Et hanc opinionem procedere, reſpectu creditorum: at non in legatariis; voluit Magil. *de imputat. quæſt.* 13. *num.* 21. Facchin. *lib.* 6. *controverſ. cap.* 20.

4 Prior ſententia, verior eſt: ſtante quòd in Eccleſia, ceſſat occupationis bonorum timor. Phanuc. *eod. loc. part.* 3. *num.* 4. Cabal. *lib.* 1. *Conſ.* 156. *num.* 41. Porcellin. *de Inventar. quæſt.* 7. *num.* 11. Mareſcot. *lib.* 2. *Reſol.* 8. Viv. *in opin.* 352. & Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 28.

5 Adverte modò laudatos Doctores, qui pro Inventario, adversùs Eccleſiam aleam ſubſtinuerunt, illam ſuccurrendam mavunt, per in integrum reſtitutionis beneficium. Pro quò lege, inter multos, Gloſſ. *in cap.* 1. *de Teſtament.* Velaſc. *in Deciſ.* 52. *num.* 47. Tiraquel. *Privileg.* 48. Craſſ. *de Inventar. quæſt.* 273. *num.* 58. Facchin. *citat. cap.* 20. Cenſal. *in verſ. ſi quidem primò*, & Staiban. *in citat. Reſolut.* 23. *n.* 21.

6 Minorem, etiàm per in integrum reſtitutionem, adversùs omiſſionem Inventarii ſuccurrendum; probat ſerioſiùs Phanuc. *loc. cit. part.* 2. *num.* 24. Qui *num.* 32. qualitèr illa proponenda ſit, docet; Magon. *in Deciſ. Lucan.* 68. *num.* 18. Sforz. Odd. *de in integr. reſtit. quæſt.* 89. *artic.* 7. *num.* 56. Seraphin. *in Deciſ.* 406. *num.* 2. Riminald. Jun. *in conſ.* 18. *num.* 169. Paſcal. *de viribus Patr. poteſtat.* 1. *cap.* 2. *num.* 72. Matin. *de legitimat. perſon. cap.* 20. *ante num.* 51. Maceratenſ. *var. Reſolut. lib.* 2. *Reſolut.* 8. *num.* 35. Petr. ad Capyc. *in Deciſ.* 101. *num.* 2. & Tomaſ. *in allegat. tit.* 7. *ex num.* 10. Sed conſideranda ſunt, poſita per D. Calà, *loc. citat. ex num.* 7.

7 Obſervo ſecundò, Ceſſionarium Eccleſiæ ob inventarium non confectum; ultrà hæreditatis vires, non teneri. Probant id luculentiùs Golin. *de Procurat. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 224. Thor. *in compend. part.* 3. *verb. ceſſionarii, & part.* 4. *verb. ceſſionarius*, Olea
8 *loc. citat. num.* 11. Qui id, in fiſci ceſſionario; extendit ex Trentacinq. *lib.* 1. *Tit. de Jur. Fiſc. Reſol.* 2.
9 Fiſcus enim, ad Inventarii confectionem, non tenetur *l.* 1. *§. an Bona, & l. non poſſunt. ff. de Jur. Fiſc.* Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 3. Merlin. *de Pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 74. *num.* 60. *& lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 128. *& lib.* 5. *quæſt.* 51. Facchin. *citat. lib.* 6. *Controverſ.* 21. Porcellin. *loc. citat. cap.* 2. *num.* 6. *& cap.* 4. *num.* 13. Ripoll. *Reſolut.* 10. *num.* 479. Phanuc. *in citat. quæſt.* 239. *num.* 2. Coral. *in adduct. part.* 2. *ex num.* 478. Cevall. *Commun. contr. commun. lib.* 3. *quæſt.* 822. Farinac. *in fragment. verb. Fiſcus. num.* 11. *&* 119. Clar. *in §. fin. quæſt.* 78. *num.* 30. *&* ibi
10 Roſſignol. *lit. C.* & Thomaſ. *loc. citat. num.* 34. Qui licèt, *num. antecedenti*, nonnullos DD. contrarium ſentientes referat: Tamèn, per in integrum reſtitu-
11 tionem, Fiſcum eo caſu ſuccurrendum fore; fatentur alii: quos *idem* indicat *num.* 37. Niſi illorum procedat aſſertum: nè in Fiſci damnum, tempore publicationis; Bona occultentur: ad tradita per Farinac. *in quæſt. Crim.* 11. *num.* 4. & per Caball. *Reſolut. crimin. cas.* 181. *nu.* 3.

12 Succedit videndum: nùm quod pro Eccleſia ſubſtinuimus, pro debitoris hærede; contrà Eccleſiam procedat? Affirmant D. Gizz. *hic num.* 3. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſ. quæſt.* 256. & Rovit. *in citat. Pragm.* 1. *n.* 12. *de Legat. piis*: ratione correlativitatis.

13 At pro contrario, videndus eſt Staiban. *loc. indicat. num.* 21. ſubſtinens, Eccleſiam, ad Inventarii confectionem, reverà teneri: ob cujus defectum, tamquàm privilegiata; ſuccurrendam, per in integrum reſtitutionis beneficium. Quod, privato non competit. Et fundamentum contrariæ opinionis: non eſſe occaſionem correlativitatis: ſed quia in Foro Poli; ommiſſio inventarii, non nocet.

14 Retundunt hanc Sententiam, alii: ut procedat in hærede debitoris: ex cauſa oneroſa. Ità Sentiunt Covarr. *in cap.* 1. *de Teſtament. num.* 14. Roland. à Vall. *de Inventar. tom.* 8. *tractat. pagin.* 195. *verſic. ſi Eccleſia. & in allegat. tract. de Invent. divers. quæſt.* 202. Tomaſ. *loc. allegat. tit.* 15. *de incomod. ex cauſ. omiſſ. Inventar. num.* 24. Et ſic deciſum refert Cenſal. *loc. deſupèr allegat. in verſic. tertiò ponderabatur, & in verſic. ſequent.*

15 Et Rovit. *loc. præallegat.* ſcribit: hæredem pro ſatisfaciendis legatis piis, non confecto inventario; teneri ultra hæreditatis vires: attenta etiàm Bulla Clement. VIII. relata per Stephan. Quarant. *in Summ.* Bullar. *verb. Fabrica Sancti Petri de Urbe*. Et hanc eandem opinionem Sectantur Thor. *in ſumm. Privileg. piæ cauſ. Privileg.* 203. Cenſal. *loc. citat. in verſic. ſecundò ponderabatur*, & De Luc. *ad Deciſ.* de Franch. *in citat. Obſerv.* 536. *num.* 5. *verſic. Rovit.* Quicquid ſcribat Gratian. *tom.* 1. *Diſcept.* 34. *num.* 10.

16 D. Reg. De Marin. verò *in tom.* 2. *Reſolut. cap.* 11. *num.* 3. obtinuiſſe, inquit, in Tribunali Rev. Fabricæ; hæredem non teneri de proprio: ex quò Inventarium non confecit: ſtante quòd aliundè conſtabat; alia Bona in hæreditate non remanſiſſe: quàm, quæ ipſe aſſerebat, ea ratione. Nam ideò hæres, non confecto Inventario, ultrà hæreditatis vires tenetur: quia lex, exiſtimando hæreditatem locupletem: præſumit hæredem Bona occultaſſe. *§. ſancimus Auth. de hæredib. & Falcid.* Conſtans verò de contrario, præſumptionem ceſſare debere; fundant Gizzarell. *in Deciſ.* 56. Cancer. *variar. part.* 3. *tit. de Inventar. ex num.* 113. & *alii.*

17 At eò revertamur undè diſceſſimus: juxtà *Deciſionis* literam, obſervandum remanet: num hæres ob non confectum Inventarium; in Foro conſcientiæ, ultrà hæreditatis vires teneatur? Qua in re, etsi pugnantes opiniones referat Facchin. *in citat. lib.* 6. *controv.* 74. Sententia D. Reg. noſtri probanda eſt. Etenim, fraude ceſſante; hæreditariis creditoribus hæres de proprio non tenetur: exquò Inventarium non confecit. Quam defendunt Staiban. *in citat. Reſolut.* 23. *num.* 20. Dian. *part.* 2. *tract.* 5. *Miſcell. Reſolut.* 26. Sanchez *in Summ. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 37. Villalobos *part.* 2. *tract.* 30. *diffinit.* 34. *num.* 2. Sayr. *in clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 7. Solon. *Secund. Secundæ quæſt.* 78. *artic.* 3. *dub.* 10. Quibus ſubnectantur, quos allegat. Tomaſ. *in citat. tit.* 15. *de incomod. Inventar. omiſſ. nu.*
18 71. Quicquid in contrarium; ſcribant, Molin. Emanuel Sà, & Çovarr.

19 Ex quo, deſumunt aliqui, non mediocris farinæ Viri: Hominem, magnæ ſanctimoniæ, non confecto Inventario; ultrà hæreditatis vires, non teneri: Quos refert, *citat.* Tomaſ. *num.* 111. Contrarium verò, probat apertiùs Roland. à Vall. *in tract. de Inventar. diverſor. quæſt.* 200. & Phanuc. *in adduct. part.* 2. *nu.* 74.

20 Et in Terris Eccleſiæ: hæredem, ob omiſſum Inventarium: inſolidum, non teneri creditoribus hæreditariis, & legatariis, tradunt Gratian. *in conſ.* 91. *lib.* 1. *num.* 38. Porcellin. *de Inventar. num.* 12. Phanuc. *loc. citat. part.* 7. *num.* 69. *&* Guid. Pap. *in Singul.* 727. Quibus contradicunt, Roland. *in cit. tract. de Invent. divers. pagin.* 224. Mich. Craſſ. *de Inventar. quæſt.* 22. & Gratian. *in alleg. diſcept.* 34. *num.* 18. *&* 19.

22 Has

Digitized by Google

22 Has pugnantes opiniones, conciliat Tomaſ. *in addu&t. tit.* 15. *num.* 68. Ut poſterior in foro fori procedat: anterior verò, in foro Poli.

23 Pro coronide, & illud addere, non derelinquam: Ruſticum etiàm, beneficio in integrum reſtitutionis, ſuccurri: præſertim, ſi Peritiores conſulere haud potuit: is namquè, literis ignarus eſt; ideò excuſandus. Spin. *de Invent. num.* 52. Viv. *in Opin.* 352. *num.* 5. Tomaſ. *loc. indicat. limit.* 44. *num.* 115. Atque etiàm fœmina, ſuper quo nonnulla, latiùs à Nobis congeſta ſunt, *in Obſervat.* 129. Et admittit Petr. ad Capyc. *in Deciſ.* 101. *num.* 2. Ut id, in ſollemnitatibus omiſſis, procedat. Unum adde: Vxorem, quæ pro
24 Dote, Bona mortui viri retinuit; Inventarium conficere teneri: Rationibus poſitis, per Roland. *eod. loc. part.* 2. *quæſt.* 31. *& per* Vaſq. *lib.* 1. *de Succeſſ.* §. 6. *num.* 46.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE XVII.
### *SUMMÆ.*

1 *Creditor, ſicut pro ſorte, cæteris præfertur creditoribus: Ità pro tertiis, Et pro intereſſe tertiarum.* num. 2.
D. Judicis Antonii Galiſii; *laudes emeritæ.*
3 *Creditor potior, pro ſorte: num eandem, pro uſuris, potioritatem conſequatur?* Prat. & Thor. *ſtant contrà Paſcal.*
4 ... *Ceſſionarius: num eandem anterioritatem, obtineat pro tertiis decurſis, poſt ceſſionem: quàm pro ſorte?*
5 *Acceſſorium: extinto principali, extinguitur.*
6 *Ceſſionarius juris luendi: obtenta Jurium ceſſione, eſt anterior pro ſorte, & tertiis: Adverſùs,* Carleval. Montan. & Thor.
7 *Ceſſio juris luendi, non inducit extinctionem crediti: ſed illius translationem, ex neceſſitate pacti de retrovendendo: non voluntate retrovendentis.*
8 *Debitor, ejuſque hæres: virtute pacti de retrovendendo; à quocumque creditore, benè annuum reditum redemit.*
9 *Pactum de retrovendendo: nèc coarctari, nèc auferri, licitum eſt.*
*Benè tamen cedere. num.* 10.
11 *Ceſſionarius, intrat locum cedentis, cum omnibus qualitatibus.*
12 *Fidejuſſor ceſſionarius juris luendi, cenſum venditori ſolvens, illum non extinguit.*
13 *Jus expellendi incontinenti invaſorem; alteri cedi non poteſt: Adverſùs* Reg. Reverter.
14 .. *Intrandi, propria authoritate, mediante ceſſione; cum actione, in ceſſionarium transfertur.*
15 *Ceſſio Juris luendi; quos effectus pariat? & nu.* 16.

1 COmperendinationes, & diffuſiones; locus iſte, non expoſcit. Protritum, brocardicum eſt: cum Sorte, interuſſurium, atquè etiàm tertiæ, anterioritatem potiri. Ità præceteri ſcribunt D. Reg. noſter *hic num.* 1. Gait. *de Credit. cap.* 4. *quæſt.* 10. *nu.* 1176. D. Merlin. *tom.* 1. *controverſ.* 26. *num.* 2. Mozz. *de Pignorib. in rubric. de natur. Pignor. num.* 29. Kopp. *in Deciſ.* 28. *num.* 11. Neguſant. *de Pignorib. part.* 5. *memb.* 2. *num.* 10. Oſaſch. *in Deciſ.* 129. *nu.* 11. Mynſiger. *in Obſervat.* 19. *Centur.* 1. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 25. *ex num.* 48. D. De Marin. *Reſolut.* 76. *lib.* 1. Et ibi D. Rodoer. Qui, *num.* 4. id in tertiarum
2 intereſſe; extendit: quod priùs dixerat, D. De Pont. *in Deciſ.* 34. *nu.* 44. *&* 45. & Thor. *in compend. tom.* 3. *pagin.* 261. *verb. creditores anteriores. col.* 2. *in verſic. benè verum.* Et videndus eſt, ad rem, D. Judex Antonius Galiſius, *optimus I. C. in ſuo Tract. de Action. revocator. cap.* 10. *ex num.* 42.

3 At Paſcal. reſtringit poſitum axioma: ut non procedat in potioritate; agens propterea, pro recuperanda pecunia, credita ad refectionem fundi: licèt pro quantitate, cum effectu expenſa; cæteris creditoribus ſuper fundo, præferatur: non tamèn pro intereſſe, opinatus eſt in *ſuo Tract. de virib. patr. poteſtat. cap.* 7. *num.* 38. *&* 66. Quaſi, quod pecunia data ad reficiendum; in melius fundum, non reddidiſſet. Ex quo benè in eum invehitur. Prat. *in verſic. ſed pulchrè quæritur.* Et videantur tradita per De Amat. *in Reſolut.* 3. *num.* 50. Et Thor. *in cit. compend. tom.* 2. *verb. creditor. qui pecuniam.*

4 In creditore ceſſionario verò: qui tamquàm tertius, pecuniam tradidit, ut anteriorem dimitteret debitum, ceſſis juribus in ſui beneficium: obtenta annuorum introituum venditione, id expeditum eſt; ut licèt pro ſorte, & tertiis ſolutis; prioris creditoris anterioritatem, virtute jurium ceſſionis, potiatur: in tertiis tamèn, poſt ſecundum contractum venditionis annuorum introituum, decurſis; potitur anterioritatem, à die ſecundi contractus: quo primus creditor, ſua pecunia, fuit dimiſſus. De Marin. *in addu&t. cap.* 76. *num.* 10. Eo ſtante: nam per ſolutionem, priori creditori factam, creditum extinctum eſt. §. 1.
5 *inſtitut. quib. mod. tollat. oblig.* Exquò, ullo tempore; tertias parere potuit: Extincto namquè principali, extinguitur acceſſorium. Alex. *in l. fin. §. fin. ff. de Condit. indebit.*

6 Fallit hæc concluſio: quotiès, mediante ceſſione Juris luendi, creditum rehemptum fuerit: Ut benè concludit D. Reg. noſter *hic*: Et ſcribunt perbellè D. De Marin. *in allegat. cap.* 76. *ex num.* 16. Et ad Reverter. *tom.* 2. *Obſervat.* 580. *num.* 2. D. Raitan. *apud* Rodoer. *loc. indicat. ex num.* 12. *verſic. Iterùm Domini.* D. Petr. *Rit.* 166. *num.* 140. & D. Olea *in tractat. de ceſſion. jur. Tit.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 45. Quicquid contendat, adverſùs hanc D. Reg. noſtri *Deciſ.* Carleval. *de Judic. tom.* 2. *lib.* 1. *Tit.* 3. *Diſput.* 35. *num.* 36. *& ſeq.* Et alitèr aliàs, deciſum dicant, Montan. *lib.* 1. *controverſ.* 35. Et Thor. *in citat. part.* 2. *comp. verb. ceſſio-*
7 *narius juris luendi.* Optima ratione: quia per retrovenditionem factam, præcedente ceſſione juris luendi, primi contractus extinctio, non inducitur: neceſſitate pacti de retrovendendo: licèt; non contrahen-
8 tium voluntate D. Raetan. *loc. citat.* Rodoer. memor. D. Reg. noſtr. *hic in conſ.* 9. Et ſicut debitor, ejuſque hæres, vigore pacti de retrovendendo; annuum redditum, redimere poteſt, Cenc. *poſt. tract. de cenſib. in Deciſ.* 271. *num.* 2. Urceoli *lib.* 1. *Conſultat.* 13. *num.*
9 32. Et quod tale pactum, nullo modo coartari, nèc auferri poſſit: tradunt Leotard. *de Uſur. quæſt.* 67. Salgad. *in labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 20. Duard. *ad Bull. de Cenſib.* §. 5. *quæſt.* 26. & Petr. *in Rit.* 20. *num.*
10 10. *tom.* 1. *& tom.* 2. *Rit.* 237. *num.* 10. Benè tamèn cedi. Gluſianus *in tract. de bon. inſolut. dand. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 454. Arias de Meſa *lib.* 1. *var. cap.* 21. *nu.* 9. Hunnius *in Encycloped. Jur. part.* 3. *tit.* 15. *cap.* 2. *num.* 42. Guttierez *de Gabell. quæſt.* 100. *num.* 29. Acoſt. *de Privileg. credit. regul.* 1. *ampliat.* 2. *num.* 95.
11 & Olea *eod. loc. allegat. num.* 39. Et ceſſionarius, in locum cedentis, intrat. De Afflict. *controv.* 28. *num.* 16. Fab. *in ſuo codic. tit. de hæred. vel action. vendit. diffinit.* 2. *not.* 2. Montan. *ad Oliban. de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. Carleval. *loc. citat. lib.* 1. *tit.* 2. *diſputat.* 4. Thor. *vot.* 6. *&* 19. Arias de Meſa *loc. addu&t. cap.* 19. *num.* 13. Et D. Hodiern. *in controverſ.* 8. *num.* 29.
12 Ex eo ſequitur etiam, quòd, per ceſſionem juris luendi fidejuſſori factam: qui, virtute illius, vendito-



Digitized by Google

ri ſolvit, cenſus non extinguitur. D. Reg. noſt. *hic. nu.* 29. Arias de Meſa *loc. cit. cap.* 9. *ex num.* 14. Ripoll. *reſolut. ultim. num.* 119. Eſcobar *de ratiocin. computat.* 17. Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſul.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 3. *num.* 62. & Gratian. *diſceptat.* 459.

13 Obſervo *num.* 44. quòd jus expellendi incontinenti invaſorem: alteri cedi poteſt. Adde Gluſian. *loc. citat. num.* 454. In contrarium verò facit, quòd quis, abſque Iudice; ſuam poſſeſſionem recuperare non poteſt. Unde ſequitur, quòd dicta actio, ceſſibilis non ſit. Ità ſcribunt Noal. *de transmiſſ. caſ.* 41. *nu.* 5. *verſic. declaratur*. Plaza, qui contrarios carpit, *de delict. cap.* 47. *verſic. quarto ex prædictis* Cancer. *part.* 2. *reſol.* 7. *nu.* 108. & Gallerat. *de renunciat. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 125.

14 Jus intrandi, propria authoritate, cedi poſſe, tradit. Reverter. *hic num.* 43. Illudque, cum ceſſione, in ceſſionarium transferri, tradunt Neguſant. *loc. cit. part.* 4. *num.* 21. Molignat. *de retens. quæſt.* 344. Cancer. *in cit. num.* 108. Marant. *in l. ſi actor. num.* 21. *ff. de procurat.* Amat. *in conſ.* 1. *num.* 8. Tiraquell. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 5. *ex num.* 100. Plaza *loc. allegat. verſic. & ut ad propriam.* Noal. *eod. loc. caſ.* 39. *ex num.* 29. Carpan. *ad Statut.* Mediolan. *tom.* 1. *cap.* 56. *num.* 20. & Thor. *in comp. vot.* 84. *num.* 112.

15 Ulteriùs pro coronide nota: creditorem à tertio virtute ceſſionis juris luendi, cogi poſſe ad retrovendendum. Tiraquell. *in tract. de retract. conſ.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 258. & 263. Et ſi aliàs, tertio retrovendere, minimè cogi poſſit. Concurrunt in idem Rodriq. *de Ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 16. Felician. *de cenſib. lib.* 4. *cap. unic. dub.* 6. *num.* 11. Cavalcan. *in deciſ. fivizan.* 16. *num.* 17. *part.* 2. & D. Olea *loc. indicat. tit.* 5.

16 *quæſt.* 1. *num.* 10. Quò etiàm memorat, ex D. Reg. noſtr. eandem ceſſionem juris luendi, operari: quòd ceſſio cenſus, quoad ipſum creditorem; ſit extinctiva: ſed reſpectù poſteriorum creditorum, ipſiuſvè venditoris, translativa: eò quòd venditoris cedentis creditores, ſuper cenſu ceſſo, nullam jus, neque hypothecam, prætendere poſſunt: Quia quò ad cedentem, per ceſſionem illam, penitus fuit cenſus extinctus: & reſpectù poſteriorum creditorum venditoris, adhuc vivens, tàm quò ad ſortem, quàm quò ad uſuras. Thor. *tom.* 3. *verb. ceſſio juris luendi.* De Amat. *loc. citat. lib.* 1. *reſol.* 7. *ex num.* 36. Arias de Meſa *in adduct. lib.* 1. *cap.* 22. & Carleval. *in ead. diſput.* 35. *ex num.* 36.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XVII.
### *SUMMÆ.*

1 *Integritas Monetæ; omninò quærenda eſt.*

2 *Metallorum mixtionem; gravi pœna Tacit. Imperator probibuit.*

3 *Diſpoſitio* Pragm. 13. & 18. de Monet. *memoratur.*

4 *Depoſita facta in ipſo die* 15. *Februarii, ſub negativa diſpoſitione dictæ* Pragm. 18. *non comprebenduntur.*

5 *Emptio, in dubio; de propria pecunia, facta cenſetur:* ead. diſpoſit. *attenta; quàm alterius, paulò antè ſtipulationem, mutuò habita.*

6 *Depoſitum factum, pro dimittendo creditore debitoris, ceſſis juribus in beneficium depoſitantis: deſcriptum cum ea conditione, in libris Banci: in terminis ejuſdem* Pragmatic. *periculo debitoris ſtat: cum* Deciſ. noviſſ.

D. Conſil. Scipionis Martini *laudes.*

7 *Creditorem priorem, præferendum eſſe creditori, cui ſua Iura ceſſit: in terminis præſentis deciſionis proponitur, ex* Epiſcopo De Afflict.

8 *Ceſſio facta, ex aliqua causa: illa non ſubſecuta; in ceſſionarii beneficium, non operatur.*

9 *Causa nova ſuperveniens; non eſt comprebenſa, in contractu jurato tenaciſſimo.*

10 *Depoſita acceptata, in terminis ejuſdem* Pragmatic. 18. de Monet. *quandò acceptantis periculo ſtent?*

11 *Creditor, qui unius ſpeciei pecuniam, in Banco depoſuit: nùm alterius ſpeciei; recipere tenetur, in termini eidem* Pragm. 18?

12 *Excompotum; eſt faciendum emptori, qui tempore, quo currebant monetæ pravæ conditionis contraxit: in terminis ejuſdem* Pragm. 18.

13 *Mercedis remiſſio; conductori facienda eſt: in terminis dictæ* Pragm. 18.

14 *Depoſitum factum, tempore, quo aderat rumor mutationis Monetæ; eſt illegitimus.*

1 MOnetæ integritatem omninò quærendam eſſe; monuit Caſſiodor. *l.* 7. Principis, imperantis: Namquè in illa; vultus invenitur; & generalis utilitas. Quidnàm erit tutum: ſi in Principis: peccetur effigie? Cavit Propterea Tacitus Imperator, puniendum capite, & bonorum proſcriptione, illum: qui

2 auro; argentum: argento; æs: & æri; plumbum miſcuiſſet. Fl. Vopiſc. *teſte in Tacit.*

3 Prohibitum expendi Monetam Granorum Quinque; legitur hoc loco: quia mali Homines; vel falſaverant illam; vel totonderant: adeò, ut vulgi vocabulo; Zannettæ, ſortita fuerit nomenclatura: Tondentes verò, aut cudentes Zannettarii amppellitati: Extat ſuper hoc *Pragm.* 13. *de Monet.* In cujus declarationem poſtmodùm, à ſapientiſſimis Patribus; decretum extitit: reſecandarum litium occaſione, prolatum: *in* 1. *volum.* Pragm. Regn. inſertum, *ſub eod. tit. de monet.* Pragm. 18. Cujus meminerunt D. Reg. noſter *hoc loc. num.* 1. Gizz. *num.* 18. & Rovit. *in Dec.* 35. Ejuſque prodigia recenſet De Petr. *in conſ.* 17.

4 At lites ex eo; nec ceſſarunt: etenim, ex quò, in primo Decreti prædicti capite; ordinatum reperitur: omnia depoſita dictæ Monetæ, antè decimum quintum Februarii diem; eſſe ritè, & rectè facta: dubitandùm incidit, in cauſa Franciſci Mareſca: num illa dies; ſub prohibitione includeretur? Et partem negativam; optimis mediis probavit, citat. De Petr. *in conſ.* 33.

5 Alterum ſucceſſit diſputandum: ſtante exceptuatione depoſitorum, de aliena pecunia factorum, quomodolibet ad deponentes perventa: nùm emptio, in dubio, de propria ementis pecunia: vel de aliena, paulò antè mutuò habita; facta præſumatur? ſuper quo, obtinuit Horatius Carbonus, in Horatium Bonellum: coactum recipere monetam depoſitam: fundamentis jactis per eundem De Petr. *in allegat. Conſ.* 17.

6 Tertiò ſuper eo evenit dubium: ejuſdem Decreti, ipſiſſimis verbis attentis: An depoſitum factum de aliena pecunia, pro dimittendo creditore accepta, ceſſis Juribus in mutuantis beneficium, & quòd alitèr à Banco amoveri non poſſit: deſcripta in faciem debitoris pecunia in libris Banci, cum eadem conditione; per ſupervenientiam decreti, conditione non adhuc impleta, mutuantis nè periculo ſtet, an debitoris? Debitoris partes; accerrimè tutatus fuit D. Galeot. *in controvers.* 10. *tom.* 2. Sed in gratiam mutuantis; plures Determinationes refert, Rovit. *in adduct. Deciſ.* 35. Sequitur D. Altimar. *ibidem*. Et legendus eſt D. Reg. noſter. *in Conſultat.* 139. *tom.* 2. Et deciſum quoquè extitit die 24. Februarii 1676. per S. R. C. referente D. Conſiliario Scipione Martino, illibatæ conſcientiæ viro, & J. C. doctiſſimo: in cauſa V. J. D. Alexandri Planenſis: cum hæredibus Nicolai de Alte-

Digitized by Google

teſto Proceſſus eſt Banca de Montedorvino.

7 Atquè etiàm diſceptatum fuit: Nùm adverſùs talem debitorem, cujus periculo pecunia in Tabula nummularia remanſit: ſecundus creditor, qui à priore creditore Jurium ceſſionem obtinuit; illius virtute, priori creditori præferatur? Obtinuit hic primus Creditor: illo ſtante: nam conditio; quæ à principio eſt poſſibilis: ſi in executione fiat impoſſibilis; ob cauſam ſupervenientem, contractus non vitiatur: ſed ipſa conditio impoſſibilis effecta. Sequitur nominatim Deciſionem hanc, De Afflict. *controvers.* 15. *num.* 21.

8 Et indubitatum eſt, ceſſionem factam ex aliqua cauſa: ea non ſubſecuta; in ceſſionarii beneficium non operari: Ex ex eo cedenti, ad priora jura redire; licitùm eſſe: Teſtibus Arias de Meſa *Reſolut.* 19. *lib.* 1. *num.* 20. Burgos de Paz *in Conſ.* 28. *num.* 31. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 447. *num.* 30. *tom.* 1. Et cauſa nova ſuperveniens; non eſt comprehenſa, in contractu jurato; & tenaciſſimo Gratian. *diſcept.* 884. *num.* 9. & 10.

10 Ejuſdem Decreti occaſione; alia orta fuit diſcordia: Inibi namquè, diffinitum legitur: Depoſita, à creditoribus acceptata, de tali pecunia; ſtare riſico, periculo, & fortuna acceptantis. Unde In Cauſa Angelæ Merendæ Tutricis filiorum: quæ acceptaverat ſolutionem, ſibi factam à Thoma Cavalcante debitore, vigore Publici documenti; fuit determinatum: Angelæ, non obſtare acceptationem prædictam: ſtante ejus inſcitia, & ſcientia Thomæ: per Regiam Cameram Summariæ, fuiſſe miſſum Nuncium, Theſaurario Provinciæ: cum ordine, nè reciperet pecuniam reprobam; contractus namquè rehemptionis; reſciſſus fuit; & Thomæ injunctum: ut continuaret ſolutionem tertiarum, in futurum: ſervata forma contractus, venditionis Annuorum introituum: non obſtante depoſito, retrovenditione; & quietatione: Juribus relatis; per Garofal. *apud Thor. in part.* 2. *verb. contractus reemptionis.*

11 Item, eodem Decreto attento, in alia controverſia; conveniens fuit determinare: An ſolutio fieri debuiſſet, habito reſpectù ad intrinſecum valorem: attento tempore contractus, vel ſolutionis. Super quo extat *Deciſ.* D. Reg. noſtri 48. *Et ibi Noſtra Obſervat.* Meminit Thor. *part.* 2. *verb. ſolutio pecuniæ facienda.*

12 Septimò deciſum fuit: Creditorem, qui unius ſpeciei Monetam, in Banco depoſuit; poſſe cogi, ad recipiendam Monetam currentem: ſi ejuſdem ſpeciei depoſitatæ, non inveniretur. Apud Thor. *ead. part.* 2. *verb. Moneta alicujus ſpeciei.*

13 Ulteriùs determinatum, dicit, idem Thor. Emptori excomputum concedendum eſſe: qui, dùm currebant Monetæ malæ conditionis, & minoris ponderis: pendente ſolutione; in meliorem conditionem, redactæ, & juſti ponderis, novæ pecuniæ, fecit ſolutionem: *in citat. part.* 2. *verb. excomputum.*

14 Remiſſionem etiàm mercedis, faciendam eſſe; ratione mutationis Monetæ; ſcribit Laganar. *ad Rovit. in Pragm. Regn. in Rub. de Vectigalib. num.* 32.

15 Et tandèm, fuiſſe illegitimum reputatum depoſitum factum: dum aderat rumor mutationis Monetæ; ſcribit Olea *de ceſſion. Jur. tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 61. Et videatur Larrea *in Deciſ.* 25. Extatque alia determinatio, in terminis ejuſdem *Pragm.* in caſu curioſo, apud Thor. *in ead. part.* 2. *verb. Monetarum periculum.*

## OBSERVATIO IN DECISIONE XVIII.

*SUMMÆ.*

1 *Emphyteuta: nùm propter ſterilitatem, vel alia majori urgenti cauſa, Annui Canonis; diminutio facienda ſit?*

*Proponitur opinio, ajens: ſi penſio; eſt fructibus correſpectiva. num.* 2. *Ejuſque Ratio adducitur. num.* 3. 4. 6. & 7.

*Contraria refertur ſententia. num.* 9. *Ejuſque Ratio ponitur. num.* 14. 15. 16. & 17.

*Senatuum diſcordia; in ſuppoſita ſpecie, conſideratur. num.* 18.

Deciſ. Surd. 198; *ponderatur. num.* 19. & 21.

*Itèm* Thor. Perier. Grivel. & Theſaur. *num.* 23.

*Atquè Deciſiones; relatæ per* D. Conſil. Petr. *num.* 25. 26. & 28. & *per* Gizz. *num.* 24.

*Vera, aliorum diſtinctio; præponitur. nu.* 29. & 30.

5 *Conductori, propter ſterilitatem mercedis; remiſſio conceditur.*

10 *Penſio, in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, illa juſta reputatur; quæ fructibus eſt correſpectiva.*

21 DD. Joan. Bapt. De Luca: & Carol. Ant. De Luca, *Laudes*, & *num.* 8. & 12.

13 *Contractus: An emphyteuticarius ſit, vel locationis; ex quibus dijudicetur?*

20 *Periculum caſus fortuiti; ad emphyteutam pertinet.*

22 *Pœna, quà afficitur ille; cujus culpa, incendium exortum fuit.*

27 D. Baronis D. Michaelis Vitale; *laudes Emeritæ.*

1 Sinuoſa, & Multijuga diſceptatio eſt: Num propter ſterilitatem, vel alia majori urgenti cauſa, annui Canonis diminutio: ex contractu emphyteutico debiti; facienda ſit?

2 Pro Emphyteuta, ſi penſio fructibus correſpondeat: ultrà allegatos per D. Reg. noſtr. & Gizz. *hic* latiùs; decertant Boccer. *claſ.* 2. *diſput.* 14. *edit.* 2. Bartholom. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. tit. de Cenſib. verſic. & ſe dexans paſſeſſes. num.* 8. Acac. Anton. de Ripoll. *var. reſol. cap.* 7. *ex num.* 92. & *cap. ultim. ex num.* 32. Larrea *in allegat.* 23. *ex num.* 21. Amaya *in l. unic. C. de Collat. donat. ex num.* 10. Grivel. *in Deciſ. Dolan.* 9. Hermoſil. *in l.* 56. *tit.* 5. *gloſſ.* 4. *num.* 19. & *gloſſ.* 11. *num.* 128. Georg. Frantzk. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 5. *ex num.* 14. Prat. *diſcept.* 25. *ex num.* 3. *tom.* 1. Hackelman. *diſput. Illuſtr.* 13. *th.* 18. *lit. A.* Olea *in tract. de Ceſſion. Jur. tit.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 32. Thor. *in comp. part.* 3. *sect.* 3. *verb. ſolutio cenſus.* & D. Conſil. Petr. *in Rit.* 166. *ex num.* 206. *ad* 211. qui *num.* 208. *in verſic. quia.* Declarat Gizz. *hoc loco.*

3 Hujus opinionis, ea redditur ratio: nàm talis contractus; potiùs locationis: quàm emphyteuſis; reputatur: dùm annua præſtatio; fructibus adequatur. Virgin. de Boccat. *de Cenſib. part.* 2. *num.* 153. Maceraten. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 106. *num.* 24. Magon. *in Deciſ.* 117. *num.* 44. Riminald. Sen. *in Conſ.* 45. *num.* 14. & 17. & D. De Luca *ad Franch. Obſervat.* 233. *num.* 4. Propterea, quòd in Jure, ſtatutum reperitur, circà emphyteuſim ſuppoſitæ ſpeciei;

4 nequaquàm applicari: dixit Boſſ. *de remiſſ. merced. conductor. num.* 114. Alios, pleno calamo; cumulat D. Petr. *loc. cit. in verſic. præter quàm.* Undè, ſicut con-

5 ductori: propter ſterilitatem, vel alia majori ſuperveniente cauſa; conceditur remiſſio mercedis. Perrett. *in comment. Extravagant. Ambitioſè de Reb. Eccleſ. non alienand. cap.* 4. *De Different. inter locator. ad long. temp. & emphyt.* De Burgos *in cap. ad noſtram de empt. & vendit. num.* 51. Fab. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. quæſt.* 8. *in princip.* Mareſcot. *lib.* 2. *Reſolut.* 26. *ex num.* 4. Maſtrill. *in Deciſ. Sicul.* 299. *ex num.* 2. Stephan. Gratian. *diſcept.* 195. *ex num.* 8. Molin. *de Juſtit. diſput.* 495. *num.* 20. De Amat. *Reſolut.* 18. Medic. *de Compenſat. part.* 1. *quæſt.* 4. *in fin.* Gamma *in Deciſ.* 394. De Afflict. *Controvers. jur. reſolut. in ſupplement. addit. cap.* 22. & *penès eundem* Ferdi-

dinand. De Afflict. pagin. ultim. De Marin. Reſolut.
186. tom. 2. & ad Reverter. Obſervat. 455. & 509.
6 num. 1. & Trullench ad Præcept. Decalog. tom. 2. lib.
7. cap. 23. dub. 6. num. 6. Ità etiàm emphyteutæ Nig.
de laudem. tom. 1. quæſt. 34. ex num. 14. ad 23.
7 Et quòd nihil referat, an locatio ſit vel emphyteu-
ſis: quando partium voluntas; in contractu, patefa-
cta ſit: utputa ad certum perſonarum genus, vel ad
8 præfinitum tempus; ſcribit Facundiſſimus D. Joan.
Bapt. De Luca; quem animo magis: quàm calamo,
laudare decet, in ſuo tract. de Emphyt. diſcurs. 30. n. 5.
9 Contendunt verò, in contrarium: & eorum opi-
nionem, communem prædicant, ultrà congeſtos per
D. Reg. noſtr. & Gizz. Borcholt. in tract. de Feud. cap.
3. num. 11. & part. 1. diſput. de Jur. emphyt. th. 13.
Olaſch. in Dec. 50. num. 3. Mareſcot. lib. 2. reſolut. 76.
num. 22. Tuſc. lit. E. concluſ. 204. tom. 3. Creſcent. in
tit. de locat. Deciſ. 4. num. 10. Harpprecht. in addi-
tion. ad Clar. in §. Emphyteuſis. Quæſt. 8. num. 18.
Caccialup. de Penſion. quæſt. 7. & 16. Bar. Brix. in
quæſt. dominicalib. quæſt. 9. Bonavoglia. ad Jaſon. in
l. Jus Emphyteuticarium, ad num. 18. C. de Jur. Em-
phyt. Cappell. Tholoſ. in Deciſ. 405. & Velaſc. de Jur.
Emphyt. quæſt. 1. num. 27.
10 Præcipuè in Emphyteuſi Eccleſiaſtica: in qua, illa
dicitur juſta penſio; quæ fructibus adequatur. De
Franch. in adduct. Deciſ. 235. nu. 27. Fontanell. de Pact.
Nuptialibus claus. 4. gloſſ. 18. part. 1. ex num. 19. Surd.
11 in Deciſ. 198. num. 23. D. Joan. Bapt. De Luca, Lau-
dibus ſemper extollendus; in citat. tract. de Emphyt.
Diſcurs. 31. num. 8. & Diſcurs. 34. num. 3. Et noviſ-
12 ſimè D. Carol. Ant. De Luc. Juris Conſultus Perdoctus,
in ſuo ſatis laborioſo, & perutili tract. de lin. legal.
artic. 21. tit. de lin. in Emphyteus. num. 21. Quo loco
13 ex eod. D. Jo. Bapt; docet, ex quibus dijudicetur:
nùm Contractus, locationis ſit: aut emphyteuſis.
Contrarium verò; voluit Theſaur. in Deciſ. 120. n. 1.
14 Ratio hujus placiti, ea eſt: nam penſio; in emphy-
teuſi, ſolvitur: in recognitionem directi Dominii.
Natt. in Conſ. 49. ex num. 14. Card. Mantica. de tacit.
lib. 22. tit. 1. num. 9. Joan. Harpprec. lo. citat. nu. 15.
15 Parvi proptereà infert, quòd annua præſtatio modi-
ca ſit, vel magna: quotiès, ex pactis conventis; con-
tractus cenſualis dignoſcitur. D. De Luc. in Diſcurs.
16 31. & 34. Emphyteuſis enim; propriam naturam
non habet: ſuſcipit idcircò conventionem illam; quam
paciſcentes imponunt l. 1. & 2. C. de Jur. Emphyt.
17 Maximè, ſi fundus datus ſit, ad meliorandum. Op-
timè Hodiern. in Obſervat. ad cit. Deciſ. Surd. 198.
18 Pugnant etiàm in præſenti ſpecie; Deciſiones ſena-
tuum: Niſi id; ex facti differentia, oriatur. S. R. C.
hoc loco; cenſus diminutionem, denegavit: quia to-
tus fundus; peremptus non erat: atquè etiàm, quia
actor, refectionem, alia via; cujuſdam quantitatis,
obtinuit: nempè, quià domus prædicta; minùs loca-
batur.
19 Senatus Mantuanus, penès Surd. declaravit; tene-
ri emphyteutam, ad Canonis ſolutionem: licèt annua
præſtatio, magnæ quantitatis fuiſſet. Nè dum exquò,
ad emphyteutam, ſpectat; periculum caſus fortuiti.
20 §. lex itaquè verſic. dudùm autem. Et ibi Gloſſ. verb.
ſecùs. Auth. de non alienand. Angel. in l. 1. num. 4. &
Fulgoſ. num. 13. C. de Jur. Emphyt. Verùm etiàm,
21 quia tota domus; incendio conſumpta non fuerat:
Imò, & incendium, emphyteutæ culpa ſucceſſerat:
prout refert idem Surd. num. 8. & 12. verſic. quartò
22 fuit probatum. Pœnas verò quibus ſubjicitur is: cujus
culpa incendium contigit; referunt Mynſiger. Cent. 6.
Obſerv. 88. Capyc. in Deciſ. 27. Bajard. ad Clar. §. fin.
quæſt. 68. num. 51. & ſequent. idem Clar. ibid. nu. 20.
Ludovic. in Deciſ. Peruſ. 25. Afflict. in Deciſ. 57. Et
ibi Addent. Theſaur. in Deciſ. 24. Vulpel. in Conſ. 50.
Boſſ. in tract. de incendiar. & De Marin. ad Reverter.
Obſervat. 26.
23 Inſuper Thor. in cit. part. 3. ſect. 3. verb. ſolutio
cenſus. refert Deciſionem latam, in Cauſa Judicis Vol-
lari: cùm Oeconomis Sancti Georgii, hujus Civitatis;
qua fuit diminutus cenſus, ferè ad medietatem: Quia,
facto acceſſu per S. R. C. ſuper faciem loci; viſum
fuit: eructione Montis Veſevi; totum fundum em-
phyteuticarium, fuiſſe devaſtatum. Et in idem ve-
niunt, Pereir. in Deciſ. 101. Grivell. in Deciſ. 9. &
Theſaur. in Deciſ. 226.
24 D. Gizz. etiàm, num. 31. & 32. refert; fuiſſe dene-
gatam cenſus diminutionem: quia conſideratum fuit
inter alia, quòd ex domibus, ſuper vacuo emphyteu-
tico edificatis; percipiebantur magnæ penſiones: quæ
tempore expeditionis cauſæ; excedebant annuam
cenſus præſtationem.
25 Tandèm D. Conſil. Petr. in quadam facti contin-
gentia; refert S. R. C. annui Canonis denegaſſe dimi-
nutionem, Joanni Baptiſtæ Minutolo: quia renun-
ciaverat ille, in conceſſione emphyteuſis; caſibus
fortuitis, & inopinatis: atquè etiàm, quia abſquè
proteſtatione, poſt devaſtationem fundi, cenſui ſup-
poſiti; denuò plantavit: pro ut eſt videre loc. citat.
num. 209.
26 At ipſe D. Petr. Se obtinuiſſe dicit, pro diminutio-
ne cenſus: occaſione damni paſſi, ob eructionem
Montis Veſevi, in Cauſa illorum de Benincaſa: cum
D. Franciſco Caracciolo, ab Aloyſio: referente in
S. R. C. D. Marco Antonio Cioffi, Regio Conſiliario,
& Marchione Oliveti: Cujus nobiliſſimæ Familiæ Hi-
ſtoriam, nitidiſſimo calamo, veridicè ut ſolet; no-
viſſimè deſcribit, Dominus Baro D. Michael Vitale:
Vir Atavorum ſtemmatibus clarus, Conſcientia ceù
27 liliis: inter quoſcumquè virtuoſos; ſe humillimum,
ſeque aſſerens minimum: licèt ſcientia clariſſimus;
ſacra, & profana Eruditione, conſpicuus. Qui, in
conſcribendis Familiarum Antiquitatibus, Origini-
buſque, & earum Clarorum Virorum Facinoribus,
Honoribus, Dignitatibus: Ipſarumque quàm pluri-
mas, Ethimologicis ſplendoribus pervenuſtè, & per-
aptè, illuſtrando, ac decorando, Anagrammatibus;
haùd immeritò (fas ſit Mihi, iiſdemmet labiis, ac Ve-
ritatis ore; hæc verba profari), ſe præbet, hoc ævo
celeberrimus, & omni diademate dignus. Nota ta-
28 men unum, non ab re: quod ſententia, quam D.
Petra obtinuit; executionem ſuam non habuit: par-
tes enim, illa de medio ſublata, ad juſtam conven-
tionem devenerunt: ut Ego legi, in Publico, ſuper
ea re; ſtipulato documento: Mihi ab eodem D. Fran-
ciſco, nunc meo cliente tradito. Interìm vide Pro-
ceſſum ejuſdem jurgii in Banca De Laviano, pro D.
Franciſco Caracciolo: cum Januario, & aliis de Be-
nincaſa, & tuum adhibe judicium.
29 Dicam modò, quid ſentiat ſuper hoc; mea Craſſa
Minerva. Si ſine culpa emphyteutæ, fundus perem-
ptus ſit: abſquè ſpe recuperandi; ab annua præſta-
tione liberari: niſi ad omnem caſum fortuitum, &
inopinatum ſe obligaverit; pro abſolutò teneas: quia
res emphyteuticaria; directo domino perit. At, ſi ali-
30 qua pars ſuperſit, & penſio in recognitionem directi
dominii ſolvitur; & nullam canonis diminutionem,
faciendam eſſe, contendas: niſi magna ſit; & fructi-
bus æqualis: cùm eo caſu; pro rata minuenda ſit; ad
menſuram fructum: nèc data ſit ad meliorandum.
Sterilitatis verò ratione, nullo modo, faciendam eſſe
diminutionem aliquam; indubitantèr affirmes: ju-
xtà tradita per Trullenc. loc. citat. lib. 7. cap. 23. dub.
8. num. 14. ex Sylv. verb. emphyteuta quæſt. 9. num. 4.
Leſſ. lib. 2. cap. 24. dub. 8. num. 49. Bonacin. de con-
tractib. diſput. 3. quæſt. 8. punct. 2. num. 18. Et vide
Gratian. in citat. cap. 195. num. 1. Gayl. lib. 2. Ob-
ſer-

Digitized by Google

*ſerv. 23. ex num. 23.* Corbul. *de privileg. ob non ſolut. canon. limitat.* 18. Cancer. *part. 2. var. cap. 1. num. 274. & part. 3. cap. 1. num. 187.* & Borrell. *in Summ. deciſ. tit. 33. ex num. 229.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XIX.
### SUMMÆ.

1 *Bona immobilia, minoris; regularitèr diſtrahi non poſſunt.*
*Niſi aliquibus ſollemnitatibus concurrentibus.*
*Alitèr contractus corruit. num. 2.*
*Num ſatis ſit; creditores in hæreditate adeſſe? num. 3.*
*Quid, ſi fundus; ſit ſterilis? num. 4.*
5 *Obligatio Mariti minoris, pro Dotis reſtitutione: absquè ſollemnitatibus; ſubſtinetur.*
6 *Contractus cum minore inhitus: absquè ſollemnitatibus; ſubſtinetur: quotiès minor, ſtare velit contractui: Adversùs* Rovit. Urceol. & Alios.
7 *Alienatio bonorum Eccleſiæ: ſola ipſius accedente utilitate; non ſubſtinetur: Adversùs* Rodoer.
*Quæ in alienatione, rei Eccleſiæ; requirantur? num. 8.*
*Amplia; in tranſactione. num. 9. Etiàm inter duas Eccleſias. num. 10.*
8 *In Alienatione bonorum Eccleſiæ; duo Copulativè requiruntur: ſollemnitas Aſſenſus; & Utilitas.*
11 *Aſſenſus Apoſtolicus, vel Decretum* Judicis: *quando in tranſactione, cum Eccleſia, aut minore inita; non requiratur?*
12 *Contractus, cum Eccleſia ſtipulatus, absquè ſollemnitatibus; ſubſtinetur: ſi Eccleſia, ſtare velit contractui. Notatur Incoſtantia.* Ricc.
13 *Aſſenſus Apoſtolicus: num temporis diuturnitate, præſumatur? Et num. 15. Adversùs* Aretin. & Ricc. *Et num. 16. & 18.*
14 *Abb.* Olivetani, D. Hyacinti Pecorarii; *laudes.*
17 *Aſſenſus Regis: Num, temporis diuturnitate; præſumatur? Declaratur* De Marin.
19 *Fiſcus habet Privilegium avocationis; adversùs poſteriores creditores: pro pecunia, etiam bona fide conſumpta.*
*Pupillus, etiàm.*
*Eccleſia, &*
*Mulier: pro Dote.*
20 *Creditor, non cogitur recipere à ſuo debitore pecuniam; à minore, aut Eccleſia mutuò habitam: pro eo dimittendo: ceſſis juribus: cum* Deciſ. Reg. Collateral. Conſil.
*Etiàm ſi avocationis Privilegio, Iudicis accedente Decreto; renunciatum fuerit. Num. 21. 22. & 24.*
*Contrarium, deciſum refertur. num. 25. & 26.*
23 *Minoris donatio; non ſubſtinetur: etiàm ſi adfuerit Decretum* Judicis.
27 *Spectabil.* D. Reg. & Præſid. S. R. C. D. Felix Laenzina, y Ulloa: *Laudatur.*

1 REgularitèr bona immobilia minoris; diſtrahi, non poſſunt. *l. 3. C. ſi major. fact. alien.* Et concordant Jura *in l. 1. 2. & tot. tit. C. de præd. minor.* latè Octavian. Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 1:* Niſi Judicis authoritas interveniat, Decreto, præviâ cauſæ cognitione interpoſito: accedente etiàm juſta cauſa, ſubhaſtatione, & minoris utilitate: Juxtà latiùs tradita, per Maceratenſ. *lib. 2. reſolut. 31.* Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 6.* Cavalcan. *in deciſ. 46. num. 64. part. 1.* Ann. *in ſingul. 396.* Vela *in diſſertat. 28. num. 63.* Del Caſtill. *in deciſ. Sicul. 26. ex num. 11.* Hermoſill. *in l. 4. tit. 5. part. 5. gloſſ. 6.* Viv. *in deciſ. 22. num. 11.* Urceoli *lib. 2. conſult. 63.* & D. Præſid. Ganaver. *in ſuis Conſil. impreſſ. poſt deciſ. Reg. Camer. Summar.*

2 Una, ex quibus Sollemnitatibus, deficiente; contractum haud ſubſtineri, inquit Rovit. *in comment. ad Pragm. 23. num. 30. de feud.* Et videantur noviſſimè poſita, per D. Judicem Calà *in tract. de in integr. reſtitut. minorib. quandoq. denegand. quæſt. 20.*

3 Neceſſitas alienandi; inter omnes, concurrere debet: utpotè creditorum urgentia: cùm ſatis non ſit, creditores adeſſe, aut pupilli patrimonium, ex prætio perveniendo à fundi venditione; multùm lucrari poſſe. Etenìm utilitas pupilli; in non diminuendo patrimonio: non in augendo; conſideratur. Maſtrill. *in deciſ. Sicul.* 121. Caſtil. *in deciſ. 18. ex num. 22.* De Ripoll. *var. reſolut. cap. 11. ex num. 357.* Alios conducunt De Marin. *in Obſerv. ad Deciſ. Reverter.* 211. *num. 1. tom. 1.* Theſaur. *lib. 4. quæſt. 75.* Teodor. *in allegat. 6.* Cutell. *in alleg. poſt. 2. part. de donat. num. 24. pagin. mihi 246.* & Trentacinq. *lib. 2. tit. de minorib. reſol. 9.* Licèt fundus, ſit ſterilis *l. ſi fundus* & ibi *gloſſ. ff. de reb. cor.*

5 Benè verùm eſt, quòd obligatio mariti minoris: pro reſtituendis Dotibus; ſollemnitatibus prædictis non eget: Ut contrà Bartol. *in l. ſi Conſtante. ff. ſolut. matrim.* ex Rot. Roman. *apud* Farinac. *in deciſ. 511. vol. ultim;* tenet Capon. *in tract. de Dot. in l. 1. ff. ſolut. matrim. quæſt. 3. num. 33.*

6 At, quòd de nullitate contractus, cum minore celebrati, abſquè ſollemnitatibus, ſcriptum eſt; fallit, quotiès minor, ſtare velit contractui: Teſte D. Reg. noſtr. *hoc loco:* in cujus albo, ſe ſubſcribunt. Prat. quem dat Gizz. *Et in addition. ad Paſcal. de virib. patr. poteſtat. part. 1. cap. 6. verſic. ad num. 22. & 23. & in Reſpons. Criminal. 31. ex num.* 118. Et D. Calà *loc. citat. quæſt. 17. num.* 37. Aut, juxtà Rovit. placitum, *in tit. de Titulor. Abus. Pragm. 1. num. 13.* ſi contractus, in pupilli utilitatem, tendat. Quod anteà dixerat *gloſſ. in l. cùm hi §. eam tranſactionem. verſic. alimentarius. ff. de tranſact.* Et eandem opinionem defendunt, De Pont. *in conſ. 1.* Staiban. *lib. 2. reſolut. 159.* & Urceol. *lib. 1. conſultat. 47. num. 29.* Sed contradicit De Luca *ad De Franch. Obſerv. 35. n. 1.*

7 Et D. Rodoer. ad *De Marin. lib. 1. reſolut. cap. 6. num. 14.* dixit, accedente ſola utilitate Eccleſiæ; contractum ſubſtineri: abſquè alia ſollemnitate: Nam finis requiſitus, in bonorum Eccleſiæ alienatione; concurrit. Allegat, Maceratenſ. *lib. 1. Reſolut. 50.* & Ciarlin. *Controverſ. lib. 1. cap. 8. num. 15.* At Rodoer. non advertit ibi Maceratenſ. *num. 15.* retuliſſe partis motivum: Et *num. 43.* reſpondendo objectis, ſatis non eſſe concludere, Eccleſiæ utilitatem, in propoſita ſpecie: niſi cùm illa, Aſſenſus Apoſtolicus Concurrat. Quod tràdit etiàm Ciarlin. *ex num. 18.* Benè tamèn poterat allegare, Menoch. *in conſ. 1199. num. 1. lib. 12.* Sed loquitur adversùs communem opinionem: cùm manifeſti Iuris ſit, ſollemnitatem Aſſenſus Apoſtolici, copulativè: cum cauſa, evidentis ſcilicet utilitatis, aut neceſſitatis; concurrere debere. Ità Molin. *de Contractib. diſputat.* 468. Sarmient. *de reddit. Eccleſ. part. 1. cap. 2.* Rodoan. *in tract. de reb. Eccleſ. alien. quæſt. 51.* Rot. *penès* Farinac. *in Deciſ. 206. 210. & 596.* Urceoli *in citat. cap. 47:* pluribus, comprobans aſſertum, judicaturis. *num. 28. & 31.* Theodor. *in allegat. 46. num. 15.* Prat. *in cit. Reſp. 31. nu. 104.* Villag. *de reb. Eccleſ. mal. alienat. reſtit. lib. 2. cap. 5. ex num. 186.* Ricc. *in prax. var. reſol. tit. de alienat. rer. Eccleſ. reſolut. 7. num. 3. & reſol. 12. nu. 1.* & ibi Thor. Caſtro Palao *De legib. tract. 3. diſput. 2. punct. 7. & 9.* Filuc. *tract. 44. cap. 5.* Leſſ. *lib. 2. cap. 19. dub. 3. num. 35.* Bonacin. *de Contract. Diſput. 3. quæſt. 1. punct. 3.* Suarez. *de legib. cap. 24.* Sanchez *in Conſil. part. 2. lib. 4. dub. 15. num. 6.* Ugolin. *de Poteſt. Epiſcop. cap. 14. §. 4.* Borrell. *in Summ. Deciſ. tit. 15.* Vil-

Digitized by Google

Villalob. comm. opin. tom. 1. lib. 1. tit. 1. ex num. 35. Guttierez de Juram. confirm. part. 1. cap. 52. & in Prac. lib. 1. quæſt. 8. Maſcard. de Probat. conclus. 75. Azeved. l. 33. tit. 3. lib. 1. nov. recomp. & Perez l. 10. Ordin. Et unum abſquè alio, ſatis non eſſe, indicant adamuſſim Rot. Roman. part. 1. diverſor. Decis. 181. num. 4. & in Decis. 178. part. 2. Ricc. in Decis. 13. Farinac. in Decis. 96. part. 2. tom. 1. & Bordon. var. reſolut. regular. lib. 1. reſol. 27.

9 Id quoquè in tranſactione, locum obtinere: Etſi in evidentem Eccleſiæ utilitatem, vergat; ſcribunt perbellè Prat. in allegat. reſpons. 31. ex num. 88. De Marin. in adduct. cap. 6. Rub. in decis. 68. num. 2. tom. 1. Coccin. in decis. 301. num. 1. Et ità deciſum, in multis contingentiis; teſtatur Ricc. in reſolut. 43. Et benè tradunt, Peregrin. de Fideicom. artic. 40. num. 23. & Quarant. in Summ. Bullar. pagin. 20. Amplians num. 15. etiàm, in tranſactione inita inter duas Eccleſias:
10 hìnc inde permutando. In quo concurrunt, Rodoan. loc. citat. quæſt. 2. cap. 20. & quæſt. 12. num. 28. Mantic. in adduct. loc. lib. 25. tit. 6. & Stephan. Gratian. diſcept. 517. num. 9.

11 Concluſionem poſitam; reſtringit Pinell. in l. 1. part. 3. num. 45. C. de bon. matern. in tranſactione habita cum Eccleſia, aut Minore: Penès quos, illius virtute, res immobilis, ſuper quà tranſigitur; remanet: ut nullus requiratur Aſſenſus, vel Judicis Decretum: licèt ea occaſione; alteri parti, aliquid ſolvatur. Et in idem concurrunt, Hermoſill. in cit. l. 4. tit. 5. part. 5. gloſſ. 2. num. 15. & 16. Et Alii, quos allegant, Ricc. in adduct. reſolut. 43. verſic. limita Secundò. Et Olea, in tract. de ceſſion. Jur. tit. 2. quæſt. 2. n. 46.

12 Quìd dicendum: ſi Eccleſia, ſtare velit contractui: abſquè aſſenſu, Romani Pontificis, celebrato? Affirmat D. Reg. noſter: modò tamen, declaratio approbationis, fiat, adhibitis ſollemnitatibus; quæ ab initio intervenire debuerant. Quo in caſu, Judicem poſſe præfigere Terminum Eccleſiæ, ad procurandum Aſſenſum: concludit: Et probant, Sanfelic. in decis. 209. Merlin. in Controvers. 21. tom. 1. Rodoer. loc. citat. num. 42. & 43. Fontanell. de pact. Nuptialib. tom. 1. clauſu. 4. gloſſ. 13. ex num. 11. De Luc. loc. citat. num. 2. Et ſic deciſum per Rotam Romanam; oſtendunt Rub. in decis. 119. tom. 2. num. 26. Put. in lib. 1. decis. 310. & in lib. 2. decis. 365. num. 5. & Ricc. in reſolut. 7. nu. 5. Quicquid inconſtantèr ſcribat, in reſol. 12. ampliat. 1. Et placitum Rotæ: amplexatum etiàm noſtrum S. R. C., teſtatur Prat. in allegat. reſpons. 31. in fin. & in annotation. ad Paſcal. loc. indicat. in verſic. ut huic miſerendum erit.

13 Numquid Aſſenſus: de quo verba facimus, Temporis lapsù; præſumatur? inquirendum ſuccedit: ſuper quo, Juris reſponſum compoſuimus, in cauſa Venerabilis Monaſterii Sancti Leonis, Civitatis Botunti: cum illis de Rogadeo: junctis duabus Aulis, examinanda in S. R. C. petente Rev. P. Abb. & Viſitatore Generali Congregationis Olivetanæ; & San-
14 ctiſſimæ Generalis Regni Inquiſitionis, Conſultore, D. Hyacinto Pecorario: conſumatæ literaturæ Viro; Theologo conſpicuo; probitate Vitæ, & Natalibus claro; Patruo D. Thereſiæ Pecorariæ, Uxoris meæ concordiſſimæ, & amatiſſimæ.

15 Reſpondit Ricc. loc. citat. reſolut. 33. Aſſenſum, ob lapſum triginta Annorum; præſumi fuiſſe præſtitum: Nam omnes ſollemnitates, in ipſo temporis ſpatio; præſumuntur. Flor. De Mena lib. 3. quæſt. 23. num. 40. Brunor. à Sole in loc. commun. verb. ſollemnitas. Craſſ. comm. opin. tom. 1. lib. 4. tit. 4. num. 348. & Avendan. ad leg. Taur. 42. gloſſ. 2. num. 7. Niſi, ex ipſa inſtrumenti lectura appareat aſſenſum non interveniſſe. Pereira de Empt. cap. 35. num. 40. Bellacomb. com. tom. 2. lib. 7. tit. 14. num. 229. Menoch. lib. 3. Præſumpt. 132. num. 79. Valaſc. in Concl. 162. num. 20. Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 25. & Gratian. Diſcept. 268. num. 4. Sed cum contractus obſervantia ſubſecuta; admictit Urceol. in allegat. cap. 47. num. 22. Et Gall. ſi conſtaret, ſummum Pontificem phyſicè: non præſumptivè; de contractu, ſcientiam habuiſſe. in cons. 103. num. 5. Scientiam verò prædictam, probandam eſſe; tradunt, Felyn. in cap. Alba. in fin. de Teſtament. in cap. ſicut. num. 33. de ſentent. & re judicat. Et in cap. illud. num. 7. de præſumpt. Roland. à Vall. in cons. 2. num. 127. Ripa, lib. 2. reſpons. 22. num. 11. Gravett. de antiquitat. Tempor. part. 3. cap. 1. num. 19. Gabriel. tit. de Præſumpt. conclus. 1. num. 8. Maſcard. de probationib. conclus. 484. num. 4. Afflict. in decis. 107. num. 6. & 8. Urſill. ad eundem, in decis. 305. Quarant. loc. citat. poſt num. 46. verſic. limitatur. Et aliqua notat, noviſſimè Staiban. in Obſervat. ad reſolut. 40. num. 1. & 2. lib. 1.

16 At Maceratenſ. in lib. 1. reſol. 21. num. 12. Doctrinam illorum: qui ſpatio triginta Annorum, aſſenſum in contractu interveniſſe, præſumendum eſſe, affirmant; interpretatus eſt: ut procedat in ſtipulatione, habita in Romana Urbe: quo loco, ob præſentiam Pontificis Maximi; ſcientia, & conſenſus illius, præſumi poteſt: quod in contractibus alibi ſtipulatis; applicari non debet. Et ità intelligendum eſſe, Aretin. in cons. 36. Ejuſque ſequaces, concludit.

17 Concurrente verò immemorabili Tempore, pro validitate contractus: Judicandum eſſe, in aſſenſu Regio, mutato conſilio in meliùs; ſcribit De Marin. in Obſervat. ad Reverter. 168. num. 2. Ad id conducens, Parid. de Put. Lanar. De Pont. & Rovit. Quicquid dixerat, eodem Parid. adducto, idem De Marin. in lib. 1. Reſolut. cap. 234. n. 15. & lib. 2. cap. 115. n. 14.

18 Contradicit in Aſſenſu Apoſtolico, Menoch: Quem, ob longinquitatem Temporis, non præſumi; conſtantèr fatetur in cit. Præſumpt. 132. num. 70. & 71. lib. 2: Cùm ſummus Pontifex, ſit abſolutus Dominus, Bonorum Eccleſiæ. Gratian. Diſcept. cap. 477. num. 5. Et ideò tranſactio, ſivè alienatio; numquàm valida erit: Niſi Summum Pontificem; contractui, aſſenſiſſe appareat. Et in idem concurrunt, Maſcard. loc. citat. conclus. 419. num. 19. Felyn. in allegat. cap. ſicut num. 33. Ferret. in cons. 248. num. 19. Et eſſe veriorem opinionem; dixit Maceratenſ. loc. adduct. nu. 21. Maximè in re ardua. Bartol. in quæſt. 7. in fin. Alex. in cons. 17. num. 7. lib. 4. Gratian. cap. 303. num. 22. Vel, ſi in contractu; fuiſſet dictum: ſalvo Aſſenſu Apoſtolico, impetrando: prout deciſum per S. R. C. in una facti contingentia; in qua, nè dum concurrerat tempus annorum quinquaginta duorum, à die contractus: verùm etiàm, Aſſenſum; dicebatur, fuiſſe præſtitum: ſed illius ſcriptura deperdita: ſtante contrahentis morte, abſquè Teſtamento; & furtìm, nonnullis hæreditatis ſcripturis ſubtractis: Teſte Thor. in compend. Decis. verb. Aſſenſus Apoſtolicus. part. 2.

19 Pro coronidè tandèm inquiro: Nùm Privilegium avocationis, Fiſco competens, vigore Tex. in l. Pecunia. C. de Privileg. Fiſc. paritèr procedat in Dote; Pupillo; Et Eccleſia? Affirmant Gaſp. Flores Diaz de Mena, in lib. 1. var. quæſt. 6. art. 3. num. 15. Antonin. De Amat. var. reſolut. tom. 2. reſolut. 51. Joan. Petr. Fontanell. de pact. Nuptialib. clauſul. 5. gloſſ. 8. part. 6. num. 67. tom. 2. Arias de Meſa var. reſolut. lib. 1. cap. 39. num. 41. Ricc. collectan. 507. part. 3. Joan. Koppen. Decis. 68. quæſt. 52. num. 10. verſic. verùm contrarium. Peregrin. de Jur. Fiſc. cit. lib. 6. tit. 6. num. 3. Stracc. de Mercatur. tit. de Decoctorib. num. 30. pagin. 329. in tract. De Marin. lib. 1. Reſolut. cap. 71. num. 6. & 7. Et ibi Rodoer. num. 17. & noviſſimè D. Galiſ. in ſuo tract. de Action. Revocator. cap. 1. nu.

4. &

Digitized by Google

4. *& cap.* 5. *ex num.* 1. Et vide Staiban. *in Obſervat. ad Reſolut.* 76. *lib.*1.

20 Confirmat traditum, determinatio Regii Collateralis Conſilii, in Cauſa Ill. Marchionis Sancti Joannis, Michaelis Blanch, poſſeſſoris Gabellæ: ulgaritèr nuncupatæ, *delle grana quindeci per Tumulo di Farina*: Caſalis Afragolæ; cum pacto redimendi: tamquàm ceſſionarii Hieronymi Andreini; pro Ducatis 29808. 1. 4. Cui, exercendo pactum de retrovendendo; cùm Univerſitas dicti Caſalis: Pecuniam mutuò habitam à Fratre Laurentio Jordano, Monaco Franciſcano: & à D. Felice Maſſaro, Tutore filiorum quond. Hieronymi Amorelli: conditionatam, pro reſtituenda dicto Ill. Marchioni, ceſſis Juribus in eorum beneficium; reſtituere mallet. Renuit Marchio: quià Pecunia; erat avocationi ſubjecta: quia Eccleſiaſtica; & Pupillaris. Et obtinuit referente in Regio Collaterali Conſilio, Ill. Duce Palatæ, ſpectabili Regente Navarra.

21 Quod paritèr in cauſa Dominorum hæredum Scipionis Pironti: cum D. Julio Venuti, & Hæredibus Martii Salſano; ceſſionariis dicti Marchionis: referente eodem D. Regente Navarræ, Die 9. Aprilis 1669. determinatum extitit: his ipſiſſimis verbis: *Non cogantur, recipere Pecuniam Minorum, aut alio modo ſervam; ſed liberam, absquè vinculis*. Haùd refragante, quòd D. Conſil. De Dura, Die 16. Martii 1668. Decreto ordinaverat: Quòd Venuti, & Salſano; adimplerent.

22 Et quòd plus eſt, Tutores dictorum Minorum de Pironti: obtenta reclamatione; apud Acta porrexerunt Inſtrumentum: quo, mediante decreto S. R. C. lato ſub Die 29. Martii 1669. renunciaverant avocationi: Factòque Verbo, in dicto Regio Collaterali

23 Conſilio: vel quia minori læſo, non præcludatur via agendi, adversùs donationem, Decreto Judicis factam *l. fin.* §. *fin. C. ſi major fact.* Vel alia de cauſa; ab illis Patribus conſcriptis, conſiderata: referente

24 Ill. Marchione Cariſi, Regente Capiblanco Die 2. Septembris 1669. fuit confirmatum decretum, latum ſub Die 9. Aprilis 1669. Acta ſunt apud Januarium de Anaſtaſio, à mandatis Scribam, quorum inſcriptio eſt *Proceſſus Vniverſitatis Afragolæ, cum Ill. Marchione Blanch*.

25 Scio quandoquè; contrarium, pro indubitatò, determinaſſe M. C. V. & S. R. C: pro ut eſt videre *in eod. Proceſſu pagin.* 15. & ſignantèr *pag.* 17. *à ter.* & *à pagin.* 18. *ad* 20.

26 Et noviſſimè, haùd refragante allegata Deciſione, *num.* 20. *&* 21: Per S. R. C. referente M. C. V. Die 16. Februarii 1673. in cauſa V. J. D. Vincentii Criſconio: cum Art. Medic. Doctore, Vincentio Criſconio; determinatum fuit: Creditorem, teneri recipere à Debitore ſuo, Pecuniam, mutuò habitam pro eo dimittendo; à perſona Privilegiata: ceſſis juribus. Proceſſus eſt in Banca Caroli de Anſalone, apud Scribam Dominicum Melfi: Votantibus *D. Præſidente S. R. C. & Regiam Cancellariam Regente, D.*

27 *Felice Laenzina, y Ulloa; Viro ſapientiſſimo, piiſſimo, & morigeratiſſimo: Et Dominis Conſiliariis Rocco; Vargas, y Machuca; Jannectaſio; Hodierna, & Mirobállo.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XX.
### *SUMMÆ.*

1 *Scribens literas cambii; per acceptationem, non liberatur: niſi ſequuta ſolutione.*

*Et ſi mora in præsentando literas fuiſſet. Defenduntur* Caſtill. Mareſcot. & Hodiern. ab Olea. *Num.* 3.

2 *Mandatum ad ſolvendum; extinguitur ſequuta ſolutione.*

4 *Scribens; liberatur: quotiès literarum Dominus; acceptantis fidem, ſequutus fuit. Velſi ille, cui literæ erant directæ; literas novas dediſſet, alteri directas*. Olea *capit* D. Reg. noſtr. *Sed defenditur à* D. De Luca. *Num.* 5.

6 *Scribens; liberatur; ſi poſt acceptatis literis, creditor negligens fuerit; à Campsore literas exigere. Declaratur*. Beltrani.

*Quæ alia de Cauſa; liberetur ſcribens? Num.* 7. *cum* Deciſ. noviſs. *num.* 8. *&* 9.

*Laudatur* D. Jo. Leonardus Rodoerius.

10 *Creditor, ex cauſa literarum cambii, maturato uſu; poſt quatuor dies, tenetur facere proteſtum.*

11 *Diſpoſitio* Pragm. 6. §. 4. de literis Camb. *Clericos non comprehendit.*

12 *Acceptans literas cambii, decocto ſcribente: quando teneatur? Et num.* 13.

14 *Giratarius* Literarum cambii: *num habeat actionem paratam, contrà girantem. Refertur diſſidium, inter* D. Rocc. *&* D. Caſar.

*Quid in giratario, Apocæ Bancalis? Num.* 15. *cū* Deciſ.

1 Scriptum eſt hìc, ſcribentem literas Cambii; non liberari: etſi literæ ſint acceptatæ: niſi ſolutione ſecuta. Adde benè loquentes Caſtrenſ. *in l. delegare. num.* 4. *de novat.* Bertazz. *claus.* 33. *gloſſ.* 18. Cagnol. *in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. in prim. lect. num.* 165. Barbat. *in Conſ.* 37. *vol.*1. Molin. *de Juſtit. diſput.*559. Gait. *de Credit. cap.*2. *ex num.*2377. Fontanell. *in Deciſ.* 124. Merlin. *de Pignor. lib.* 4. *quæſt.* 150. *num.* 54 Borrell. *in summ. Deciſ. tom.*2. *tit.* 23. *num.*93. De Marin. *ad Reverter. Obſervat.*232. *num.* 2. *& Obſervat.* 429. *num.* 1. *& in lib.*1. *Reſolut. quotid. cap.* 80. *& ibi* Rodoer. Acoſta *de Privileg. Credit. regul.*2. *ampliat.*6. *ex num.*71. De Amat. *tom.*1. *reſol.* 47. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 5. *diffinit.* 1. Novar. *lib.* 1. *Quæſt.*33. D. Hodiern. *in obſervat. ad Surd.*187. Carleval. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 3. *ex num.* 24. De Luca *ad Franch. Obſervat.* 303. *num.* 7. Tondut. *Reſolut.* 90. *ex num.* 6. Olea *de ceſſ. Jur. tit.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 25. Thor. *in Vot.* 80. *num.* 22. *cum ſequent.* Maur. *in Alleg.* 62. Genua *de Scriptur. privat. in Rub. de Liter. Camb. num.*76. De Turri *de Camb. diſput.*2. *quæſt.*12. *num.* 20. Et hanc, eſſe in Regno receptam ſententiam; dicunt Rovit. *in Pragm.* 1. *de Liter. Camb. num.* 1. *&* 2. & De Marin. *in allegat. Obſervat.* 232. Et probat Tex. *in l. Literarum. ibi mandato impleto. C. de ſolution.* Et ibi Bald. *num.*29. *in verſic. Si ergò Literæ non ſunt acceptatæ: vel non habuerunt effectum. Et* Salycet. *num.* 2. ibi. *Et ſic Ariſtonem obligaſſe; qui Lite-*

2 *ras acceptavit: mandatum enim de ſolvendo: niſi effectualis ſolutio, ſequuta ſit; impletum non dicitur. l. Lutius ff. mandat. & l. ſi pro ea. C. eod. tit.*

3 Idque procedere, ſi mora creditoris in preſentando Literas interceſſiſſet; tradunt perbellè Novar. *in citat. quæſt.*33. Hodiern. *loc. cit. num.*4. *verſic. aliquo.* Fontanell. *in Deciſ.*125. Caſtill. *lib.* 5. *controvers. cap.* 77. *verſic. Quartus caſus; & verſic. Quòd ſi adhuc.* Mareſcot. *lib.* 2. *Reſolut. cap.* 11. Et in hanc eandem ſententiam; deſcendit Gizz. *hic num.* 16. Quicquid nominatìm: adversùs Caſtil. Mareſcot. & Hodiern. ibi dicat Olea, *loc. indicat. num.* 39. Contrà quem, ſtat De Luc. *loc. citat*: ſubdens, ex Fontanell. *in allegato loc. num.* 17. *&* 18. eandem moram, remiſſam iri, Judicis arbitrio. Et non diſſentit Olea.

4 Quid, ſi Literarum Dominus, debitoris fidem ſit ſequutus: Et vice literarum, ſibi directarum: alias, alteri directas, dediſſet? Reſpondit Olea *eod. loc. num.* 43. explodendo D. Reg. noſtrum *&* Gait. *loc. desupèr* al-



Digitized by Google

*allegat. num.* 2413. Paſcal. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 8. *nu.* 71: Scribentem, eſſe liberatum: ex quò per interventum novæ perſonæ, cenſetur facta delegatio: ità quòd, ſi poſteà ſequatur decoctio mercatoris, cui literæ erant directæ; ampliùs non reviviſcant Jura extincta, adversùs primum ſcribentem. Ad tradita, per Afflict. *in Decis.* 353.

5 At pro D. Regent. noſtro, nominatìm ſtat De Luca *loc. citat*: ea ratione; nam per receptionem aliarum Literarum; non videtur creditor, acceptantis fidem ſequutus: ſed Literæ videntur datæ; potiùs pro faciliori exactione: quàm in ſolutum. Rot. Roman. *in impreſſ. poſt eundem Oleam Decis.* 11. *num.* 3.

6 Secundò, Concluſionem poſitam, limitat Paſcal. *in adduct. loc.* in Creditore, negligente, poſt acceptationem Literarum à campſore, exigere debitum: Etenìm negligentia creditoris, ſcribenti nocere non debet. Quòd dixerat etiàm Sigiſm. Scacc. *in adduct. quæſt.* 10. *num.* 325: Quicquid ſibi dicat, Beltram. *ad Ludovis. in Decis.* 217: dum procedit, quotiès debitoris mora, notabilis eſt. Optimè D. Rocc. *tom.* 1. *Reſpons.* 3. Sequitur D. Rodoer. *in allegat. addit.* 80. *n.* 3.

7 Tertiò limitatur in creditore: qui recepit apocam ſolutionis, Banco directam; & in ejus creditum, in Libris Banci, deſcriptam. Nam eo caſu, licèt ſequatur decoctio Banci: Jura ſua, per receptionem apocæ, & deſcriptionem Pecuniæ, in ejus creditum, in libris Banci; ſunt extincta: Etenìm, deſcriptio illa, habet vim ſolutionis. Tondut. *in citat. cap* 90. *num.* 12. Gait. & Paſcal. *loc. indicat.* cum aliis, quos congerit Olea *num.* 43.

Quod etiàm procedere dixeris, indubitantèr in illo: qui recepta apoca Banco directa, in ſatisfactionem crediti; negligens fuit, à Tabula Numularia, Pecuniam recipere: Nam decocto Banco, in illo interìm: etsì in libris illius, Pecunia in faciem giratarii, deſcripta non ſit; Debitor ad nihilum tenetur. Ad Tex. *in l. qui decem. ff. de ſolution.* Ibi *etenìm non eſt æquum teneri, Pecunia amiſſa: quia non teneretur, ſi creditor accipere voluiſſet.* Et probant Leotard. *de uſur. quæſt.* 59. *ex num.* 37. *ad* 41. Gait. *de Credit. cap.* 2. *num.* 2413. Carleval. *loc. cit. disput.* 6. *ex num.* 27. Larrea *in allegat.* 85. *num.* 6. Bayo *in lib.* 2. *prax. quæſt.* 105. Et obtinui, referente in S. R. C. D. Conſil. Ma-
8 cedonio, in Aula Regii Conſiliarii D. Eraſmi de Ponte: Votantibus eodem D. De Ponte, D. Jannettaſio, eodem D. Macedonio, D. Muſcettula, D. Silva, & D. Guerrero: pro Antonio Ficaccio: adversùs Lucam Humera, cujus partes ſubſtinuit D. Jo. Leonardus Rodoerius, excellentis ingenii vir. Proceſſus eſt in Banca De Litto. Nominis namquè ceſſi, periculum illius damno cedit, cujus culpa, factum eſt deteriùs *l. periculum. ff. ſi certum petatur.* Quod pariter procedere in illo: qui dilationem campſori, ad ſolvendum dedit, ſcribit Gait. *in adduct. loc.* Et concurrunt Scacc. & Olea *in ſedibus indicatis.*

9 Limitatur quartò poſita concluſio, in illo: qui partem debiti à campſore recepit, tempore quo erat ſolvendo; & poſtmodum mutavit conditionem: cùm culpà, immunis non ſit; qui cùm integram ſummam exigere poſſet; crediti partem accepit. Olea *loc. citat. num.* 44. D. Altimar. Collega meus, *in lib.* 2. *Obſervat. ad Rovit. conſ.* 71. *num.* 7. Quod, ex Pereir. Maur. & Thor. interpretatus eſt De Luca, *loc. ſuperiùs tradito*: accedente mora: vel acceptans; eſſet debitor ſcribentis.

10 Sed, ut quæ ſcripſimus, ad mentem noſtrarum municipalium legum, dirigantur; ſanè conſideranda priùs eſt diſpoſitio. *Pragm.* 6. §. 4. *de Lit. Camb*: mandantis, quòd, maturato uſu, nec ſequuta ſolutione; Creditor, poſt quatuor dies, teneatur facere proteſtum. Meminit Rodoer. *ad De Marin. in citat. cap.* 80. *num.* 4. Et conferunt tradita per Scacc. *loc. citat. num.* 326. & *quæſt.* 8. *nu.* 246. Eandem verò *Pragm.*
11 diſpoſitionem, Clericos non ligare, in una facti contingentia; dixit De Marin. *ad Reverter. Obſervat.* 232. *num.* 2. Et poſt ipſum De Luc. *de Interes. & Liter. Camb. diſcurs.* 22. *num.* 7.

12 Nùm ſemper acceptans, teneatur; remanet videndum: ſequuta ſcribentis decoctione? Qua in re, diſtinguntur duo caſus: vel decoctio ſequuta fuit antè acceptationem; & eo caſu non tenetur acceptans: quia ſi ſcribentis decoctionem notam habuiſſet, utiquè literas non acceptaſſet. At ſi decoctio, poſt acceptationem eveniſſet; & eo caſu, acceptantem teneri: concludunt Gait. *loc. citat. cap.* 2. *tit.* 7. *nu.* 2396. Caſar. *in ſpecul. quæſt.* 41. Gratian. *diſcept.* 569. *num.* 16. *tom.* 3. D. De Marin. *lib.* 1. *Reſolut.* 258. *num.* 1. & 2. Et ibi D. Rodoer. Idem De Marin. *ad Reverter. Obſervat.* 431. *num.* 2. Carleval. *de Judic. tit.* 3. *diſput.* 6. *num.* 35. 36. & 37. *tom.* 2. Paſcal. *loc. citat. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 70. Scacc. *loc. alleg.* §. 2. *gloſſ.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 239. Merlin. *cent.* 2. *Controv.* 11. D. Reg. noſter *in Conſult.* 42: etiàm ſi, acceptatis literis antè termi-
13 num uſus; ſcribentis decoctio ſuperveniat: quia acceptatio; facta eſt tempore habili. D. Rocc. *lib.* 1. *Reſpons.* 17. & De Luc. *in indicat. diſcurs.* 25.

14 Pro Coronide Nota: eandem executionem paratam, quam habet creditor, adversùs ſcribentem Literam Cambii; competere giratario, contrà girantem: fundamentis poſitis per Conſtantin. Caſar. *in quæſt. peregr.* 40. Quo loco, evertit *Reſpons.* Conſil. Rocc. 6. contrarium tenentis. Idque etiàm adversùs
15 girantem Apocam bancalem, applicari; dixit Laganar. *ad Rovit. in Pragm.* 63. §. *Item volemo. de Offic. Procurat. Cæſar. num.* 35. Et determinatum fuit, in Cauſa P. D. Jovitæ Meſſina, Procuratoris Venerabilis Monaſterii Sanctæ Mariæ Miraculorum Civitatis Andriæ, Patrum Caſſinenſium: Cum Auguſtino Sorrentino. Acta ſunt in Banca Magnifici Octavii Serafini, apud Scribam Zuccaro.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXI.
### *SUMMÆ.*

1 *Debitor, ex pluribus cauſis ſimplicitèr ſolvens: nec cauſam exprimens, Creditor in quam recipit; cenſetur extinguere voluiſſe duriorem, & antiquiorem.*
*Si illa; ſolutioni ſit proportionata. Num.* 2.
3 *Dotis cauſa; durior, & gravior eſt Antefati: Adversùs* D. Merlin.
4 *Cauſa propria, eſt durior illius; qua, pro alio obligatus ſum: utputa fidejubendo.*
5 *Creditor, ex duplici contractu, unum Nomine proprio, alterum Jure ceſſo: ſi ſimplicitèr petens, recipiat pro reſiduo; creditum proprium extinguere voluiſſe, cenſetur.*
*Limita: ut Num.* 6.
7 *Debitor, ex duplici cauſa, ſolvens: ea non expreſſa; in dubio, debitum, cum fideiuſſione ſolviſſe, præſumitur.*
*Aut dubium ex contractu Jurato. Num.* 8.
*Quid, ſi utrumquè; habeat executionem paratam? Num.* 9.
*Quid, ſi pro debito, abſquè Juramento; ſint relaxatæ literæ executoriales? cum* Deciſ. noviſſ. *Num.* 10.
*Quid in concurſu debiti puri, cum debito in diem? Num.* 14.
11 ...... *præſumitur voluiſſe ſolvere debitum: pro quo celeriùs poterat carceribus mancipari.*
*Et cauſam extinguere; quæ majus periculum comminatur. Num.* 12.

15 Cau-

Digitized by Google

15 *Cauſa levior; aliquandò eligitur: pro ut in magno, & fideli campſore, amico, aut conjuge.*
16 *Intereſſe; priùs cenſetur ſolutum: poſteriùs Capitale.*
17 *Diſpoſitio* Tex. in l. ſi Uſuras. C. de Uſur. l. in poteſtate. C. de ſolution. & in l. in jis verò. §. Imperator, verſ. eidem autem, ff. de ſolution. *Procedit in intereſſe convento.*
18 *Solutio, ſimpliciter facta; cedit in cauſam ſortis: quotiès intereſſe non eſt liquidatum. Adverſùs* D. Reg. noſtrum.
*Quid in Fiſco? Cum* Deciſ. noviſs. *Num.* 21.
19 *Intereſſe debitum, ratione moræ, eſt quid incertum: anteà quàm, Judicis decreto: declaretur quantitas, ea occaſione debita. Et Num.* 20.
22 D. Hieronymi Lanfranchi *laudes emeritæ.*

1 DEbitor, ex pluribus cauſis ſimpliciter ſolvens; manifeſti juris eſt: quòd, ſi in ipſo ſolutionis actu, vel incontinenti, cauſam pro qua ſolvit non exprimat; poſſe creditorem eligere, in quam cauſam velit: ut pecuniam à ſe receptam, cedat. Neutro neutiquàm exprimente: antiquiorem, & duriorem cauſam, ſatisfactam cenſeri; præſumendum eſſe: pro indubitatò, tradunt inter multos Marcian. *disput.* 87. *num.* 8. Coſt. *de Ration. Rat. quæſt.* 124. *ex num.* 22. Harpprec. *ad Inſtit. tit. quib. mod. tollat. obligat. tom.* 3. *num.* 69. & 70. Cavalcan. *in Deciſ.* 1. *num.* 27. & *in Deciſ.* 5. *ex num.* 21. *part.* 1. Maceraten. *lib.* 2. *reſol.* 50. *num.* 36. Conſil. Hodiern. *ad Surd. Obſerv.* 328. *num.* 2. Leſſ. *de Juſtit. lib.* 2. *cap.* 23. *dub.* 10. *num.* 86. Rot. Roman. *in Deciſ.* 92. *num.* 2. & 6. & *in Deciſ.* 314. *num.* 4. & *in Deciſ.* 423. *num.* 3. *part.* 1. *Diverſor.* & *part.* 2. *Deciſ.* 176. & *in impreſſ. poſt Oleam de ceſſion. Jur. Deciſ.* 4. Filluc. *tom.* 2. *tract.* 25. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 472. Donell. *in Comment. Jur. Civil. lib.* 16. *cap.* 12. Weſſembec. *in paratit. ad leg.* 7. *ff. de ſolut. num.* 7. Aretin. *in tract. de ſolution. cap.* 19. Molin. *de Juſtit. tom.* 2. *tract.* 2. *disput.* 565. *num.* 4. & 5. Arias de Meſa *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 26. Viſcont. *ad De Franch. in Deciſ.* 164. *num.* 16. & *ibid.* Amendol. *nu.* 22. Aſin. *de execution.* §. 4. *cap.* 44. *num.* 21. Dian. *part.* 2. *tract.* 2. *Miſcell. Reſol.* 51. Gratian. *diſcept.* 105. & *tom.* 2. *diſcept.* 224. Caſar. *in quæſt.* 20. *ex nu.* 1. Rodoer. *ad De Marin. lib.* 1. *Reſol.* 13. *num.* 4. Trullench. *ad Præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 14. *dub.* 12. *num.* 26. Et Paul. Berenſ. *disput.* 12. *them.* 3. *quæſt.* 7.

2 Modò eadem cauſa; ſit ſolutioni proportionata, ratione ſummæ. Etenìm, ſi alteri ſummæ debitæ, ex contrectatione minus rigoroſa; proportionaretur: in illam cauſam, ſolutionem cedere; perbellè fundant, Ripoll. *var. reſolut. Tit. de Execut. cenſual. cap. ultim. num.* 508. & Menoch. *de Præſumpt. lib.* 3. *Præſumpt.* 136. *num.* 18.

3 Cauſa durior, hæc eſt. Dotis, in cujus cauſam ſimpliciter ſolutum cedere, non pro Antephato; dicit Gizz. *hìc num.* 23., quem ſequitur noviſſimè De Luca, *ad De Franch. in cit. Deciſ.* 164. *num.* 3. Quicquid diſtinguat D. Merlin. *lib.* 1. *Controverſ.* 26.

4 Cauſa propria, ab illa, quàm obligatus ſum pro alio: utputa, fidejubendo *l. quod meo, & l. cùm ex pluribus. verſic. hunc ordinem. ff. de ſolution.* Gratian. *in allegat. cap.* 224. *num.* 27. Aſin. *in citat. tract. de Execut. cap.* 2. *num.* 10. Urceoli *Conſult.* 49. *lib.* 1. *num.* 14. Caſar. *loc. citat.* §. 2. *num.* 12. Mucci *quæſt.* 12. *num.*
5 21. Idque procedere, etiàm in creditore ex duplici contractu: proprio ſcilicet, & Jure ceſſo, ſi petat ſimpliciter: & pro reſiduo, accipiat intelligi; ſatisfactum creditum proprium: non verò ceſſum; ſcribit Coſt. *de Jur. & fact. ignorant. Cent.* 1. *diſtinct.* 20. *num.* 4. & 5: Niſì ſolutum; excedat proprium creditum. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 2. *gloſſ.* 3. *ex num.* 16. Quem ſequitur Olea *loc. citat. Tit.* 6. *in Miſcellan. num.* 35.

6 In dubio, etiàm cenſetur, ſolutionem ceſſiſſe in cauſam debiti; pro quo, cum fidejuſſore teneor: quàm pro quo; ſolus ſum obligatus. *l. & magis. ff. de ſolution.* De Marin. *lib.* 1. *Reſolut.* 137. *num.* 19.

7 Inſuper, cauſa gravior: ſivè durior, ea dicitur; pro qua, cum Juramento, ſum obligatus. Medic. *Exami-*
8 *nat.* 15. *num.* 18. 19. & 20. Quò etiàm tradit: ſi utrumquè debitum, paratam executionem habeat; cenſeri ſatisfactum, quod magis paratam executionem habe-
9 ret: præcipuè illud; pro quo reperiretur relaxatum mandatum executivum: etſi debeatur vigore ſcripturæ Juramento non vallatæ. Pro ut obtinui in M.C.V. ſub Die 23. Martii Anni 1672. in cauſa DD. De Milatiis: cum D. Anna Salgado, y Maldonato: & Magnifico Curatore Patrimonii quond. D. Petri Gagliego, y Pardo: Quo determinatum fuit, ſolutionem ceſſiſſe in cauſam debiti; pro quo relaxatæ reperiebantur literæ executoriales, vigore literarum Cambii, etſi creditum in cujus cauſam contrarii clamitabant, obſtrepebantque, ſolutionem cedere debere; dependebat ex publico documento; Proceſſus eſt in Banca Hieronymi Catanzarii. Eò ſtante: Nam præſumitur, debitorem ſatisfacere voluiſſe debitum: pro quo cele-
10 rius poterat carceribus mancipari. Gratian. *in citat. cap.* 224. *num.* 93. Et confert Tex. *in l. ſi quid ex formoſa.* 7. *ff. de ſolution.* Quo habetur, in dubio in eam
11 cauſam ſolutionem factam fuiſſe, ſupponendum fore; quæ magis periculum comminatur. Et illam dici cauſam duriorem: pro qua relaxatum reperitur man-
12 datum executivum; ſcribit Rot. *in Deciſ* 695. *num.* 1. *part.* 2. *Recentior.* & *in Deciſ.* 123. *num.* 1. *part.* 2. *Diverſor.* & Urceoli *in cit. lib.* 1. *Conſult. cap.* 4. *nu.* 11.

14 Concurrente tandèm credito puro, cum credito in diem: in cauſam puri debiti, ſolutionem cedere; probat Tex. *in l. cum ex pluribus. ff. de ſolution.* Alias cauſas referunt, Aſcia *in tract. de ſolut. in durior. cauſ. gloſſ.* 6. & De Marin. *ad Reverter. in Obſervat.* 475.

15 Nota modò unum: aliquando ſecundùm perſonarum qualitatem, ſolutionem factam in dubio; potiùs cedere, in cauſam leviorem: quàm duriorem: Teſte Gratian. *loc. citat. num.* 16. Qui ponit caſum in magno, & fideli campſore: qui cùm ſit debitor, ex duabus cauſis: ſcilicet ſub uſuris, & ſine uſuris; ſimpliciter ſolvit quantitatem aliquam, Amico creditori: ut ſupponatur potiùs ſolviſſe in cauſam debiti, abſquè uſuris: nè Amico præjudicium inferret: Idque etiàm convenire Nobili Viro, Grato, & Curiali; concludit. Quod examuſſim antea ſcripſerat Angel. *in l. in poteſtate. poſt num.* 3. *C. de ſolution.* Et in Conjuge. tradit Caſar. *loc. indicat.*

Imò in poteſtate debitoris eſſe, exprimere cauſam; in qua ſoluta pecunia ſimpliciter, cedere debeat: ſi agitur cum Mercatore creditore, qui in ſuis libris, rationes dati, & accepti, ſcribit: ex Dian. probat Trullenc. *loc. citat.*

16 Modò obſervandum ſuccedit, in omnibus ſolutionibus, regulare eſſe: quotiès à debitore, ſolutionis cauſa non exprimitur; eandem priùs, in cauſam tertiarum; deindè ſortis, cedere. D. Reg. noſt. *in Deciſ.* 175. *num.* 16. & *in Deciſ.* 192. *num.* 25. Et ſunt Jura *in l. ſi Vſuras.* 21. ibi, *ſi Vſuras præſtari, pignore dato; conveniat. C. de Vſur. in cit. l. in poteſtate:* Et ibi Gloſſ. *verb. Vſuras* ibi. *Debitas, per ſtipulationem, non nudo pacto. C. de ſolution.* Et in *l. in jis verò. §. Imperator verſ. eidem autem. ff. de ſolution.*

17 Contrarium verò, dicendum eſt; in intereſſe, Decreto Judicis debito, non adhuc liquidato: Quicquid ſibi dicat, D. Reg. noſter *hoc loco*: cum quo conferunt tradita per Sanfelic. *in Deciſ.* 128. Etenìm, & ſi ſtante Decreto Judicis; certum ſit; deberi intereſſe: Illud tamen, ſi liquidatum non ſit: ad ſolutionem illius, nequaquàm debitor cogi poteſt. Indè, ſi ſolutio ſimpli-



Digitized by Google

plicitèr facta, cedit in illam cauſam; qua ſolventi magis periculum comminatur. *cit. l. ſi quid, ex famoſa.*
7. Et certum eſt, debitori ſortem liquidam, majus comminari periculum: quàm illiquidum intereſſe; ſequitur ex eo, in cauſam ſortis exactum priùs cedere debere.
18 Ad idem adducitur: quod intereſſe, ratione moræ; eſt quid incertum: nèc ſatis eſt, quòd à Calculatore in calculo, ſivè relatione ſit deductum: Etenim haud deſunt cauſæ, à mora excuſantes debitorem, quas refert D. Hodiern. *ad Surd. Obſerv.* 262. Staiban. *lib.* 1. *Reſolut.* 78. *num.* 1. 2. *&* 3. D. Petr. *in Rit.* 173. *num.* 8. & Olea *loc. allegat. Tit.* 1. *quæſt.* 6. *nu.* 52. Et quotidiè determinatum cernitur: debitorem ad intereſſe liquidandum, condemnatum: facta liquidatione à calculatore, aliqua de cauſa, liquidationem Judicis decreto ſortitam in nihilo. Benè ergò dixerat J. C. inſtar rei judicatæ, minimè poſſe computationem, à
19 Tabulariis factam: Niſi ſententia; comprobata fuerit; *in l. inſtar. C. de jure Fiſc. lib.* 10. Explodunt propterea præſentem D. Reg. noſtr. *Deciſ.* Prat. Omninò legendus; qui contrariis adamuſsìm reſpondet, *in lib.* 2. *Diſceptat.* 49. Rodoer. *ad De Marin. lib.* 1. *Reſol.* 9. *num.* 15. Corn. *in Conſ.* 295. *verſic. His tamen, non obſtantibus. lib.* 3. Theodor. *in allegat.* 5. Verricell. *tom.* 3. *Theolog. Moral. & Legal. quæſt.* 17. *nu.* 2. *verſic. His tamen non obſtantibus.* Fab. *relegendus in ſuo Codic. Tit. de ſolut. diffinit.* 31. Marcian. *Diſput.* 37. *nu.* 8. Gratian. *in allegat. cap.* 224. *cum aliis quos allegant.* Et noviſſimè, juxtà noſtram ſententiam: quicquid ſibi dicat, D. Reg. noſter; determinatum fuit, in Re-
20 gia Juncta Reviſionis, contrà, Fiſcum: in cauſa Antonii de Summa, cum Regio Fiſco, ſub die 1. Augu-
21 ſti 1671: ſub patrocinio Viri facundiſſimi, Natalium ſplendore clariſſimi, & numquàm ſatis laudati Juris
22 Conſulti, D. Hieronymi Lanfranchi, Advocati ſatìs eruditi. Acta ſunt apud Januarium Galluccio.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXII.
### SVMMÆ.

1 *Senem amore diffluere, deplorandum ſatìs.*
D. D. Petri Caſaburi Urries *laudes emerita.*
2 *Donatio facta à viro ſene, Vxori juveni: nùm ſubſtineatur? & num.* 5. *&* 6.
*Quid, ſi fuerit facta abſque Juramento? Rejicitur* Barboſ. *num.* 7.
3 ...... *inter Virum, & Vxorem, non valet.*
*Etiam accedente Juramento. num.* 4.
8 ...... *facta à Viro ſene, Vxori juveni, non ſubjacet diſpoſitioni* l. Fœminæ C. de ſecund. Nupt.
*Fallit: ut num.* 9.
10 ...... *facta à Viro ignobili, & divite, Vxori nobili, & pauperi: nùm dicatur remuneratoria?*
11 ...... *reciproca; inter Virum, & Vxorem; non ſubjacet diſpoſitioni* Tex. in l. Fœminæ.
12 ...... *facta Vxori à Viro; qui ſecundis Nuptiis, conſenſit: non ſubjacet diſpoſitioni*, Tex. in l. Fœminæ.
*Amplia; in Legato num.* 13.
*Quid; in traditis: ex Mariti liberalitate?*
*Vel; in quæſitis, per mortem filii?*

1 DEplorandum ſenile conjugium; oſtendit, declamando Ovid.
*Turpè ſenex Miles; turpè ſenilis Amor.*
quod, & in quodam Epigrammate, materno ſermone compoſito; adnotavit Andr. Victorell. *neile ſue Poeſie Liriche pagin.* 332. Undè Auguſtum: Injuſtum quoddam Matrimonium, pronunciaſſe; tradit Valer. Maxim. *lib.* 7. *cap.* 7: Quia ſenectute concurrente; non quærendorum Liberorum, initium: Teſte Lipſ. *in Commentar. ad Tacit. lib.* 11. *Annal. pag. mihi* 328. Propterea, apud D. Petrum Caſaburum Urries: Muſarum Thaumaturgum, Mercurii Typum, Palladis Alumnum, Themidis Oraculum: omnique Virtute, ac Nobilitate præclarum: *in primo Concentu ſuarum Sirenum*: Puella, Veris tempore, ſeni Viro jugata, quæribunda; diſertiſſimè modulatur *pagin.* 38. Et ſumitur ex eo, quòd laſciviæ potiùs ſerviens; ſcriptitavit De Meneghina, & Tognazzo Cæſar Orſini: cognominatus Magiſter Stoppinus, in *Capricc. Macaronic. pagin. mihi* 122. Et Alciat. *in Embl.* 117. de quondam ſene; puellam amante: ſic cecinit.
*Noctua, ut in tumulis, ſuper utq; cadavera Bubo.*
*Talis apud Sophoclem, noſtra Puella ſedet.*
2 Quid propterea mirum: Donationem à Viro ſene, Uxori juveni factam; validam reputari? Etſi regula-
3 ritèr Donatio inter Conjuges; non ſubſtineatur: nè mutuo, ſpolientur Amore Quirin. Kubach. *Quæſt. Illuſtr. Centur. ultim. quæſt.* 2. Boccer. *in Commentar. de Donat. cap.* 3. *num.* 20. De Falc. *in allegat.* 13. *impreſſ. poſt Scaglion. ad Pragmat. Regn.* Etſi Juramento
4 roborata ſit, Federic. de Sen. *in Conſ.* 140. *num.* 3. Jaſ. *in l. Pacta.* 6. *num.* 5. *C. de Pact.* Stephani *quæſt.* 42. *ad lit. C. centur.* 2. Forſter. *lib.* 2. *diſput.* 10. *th.* 16. Sanchez *de Matrim. lib.* 6. *diſput.* 11. *num.* 2. Lup. *in rub. de Donation.* §. 51. *num.* 2. *&* Mozz. *de Donation. in tit. de perſon. int. quas cad. poſſ. Donat. num.* 32. Quorùm opinio, an vera ſit: alibi, Deo dante, diffiniendum propoſui: Interìm vide, Trullench. *ad præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *dub.* 6. *num.* 5. Etenìm in propoſita ſpecie; Donatio remuneratoria eſt: occaſione juventutis. Paſcal. *de Virib. Patr. poteſtat. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 43. 44. *&* 45. Hodiern. *in l. hac edictali. quæſt.* 36. *C. de ſecund. Nupt. ex num.* 6. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 18. *num.* 19. Mozz. *loc. citat. num.* 34. Gomeſ. *tom.* 2. *Reſol.* 4. *num.* 34. Staiban. *tom.* 1. *Reſol.* 91. *in facto præſentis Deciſion. elaborata num.* 4. D. Merlin. *Controverſ.* 46. *num.* 30. *tom.* 2. Hunnius *in Encycloped. Jur. part.* 3. *tit.* 26. *cap.* 3. *ex num.* 4. Joſias Nolden, *in tractatione Synopica de ſtat. Nobil. Civil. cap.* 16. §. 3. *ex num.* 14. Wadingus *de Contractib. diſput.* 3. *dub.* 11. §. 2. *num.* 2. Hurtad. *de Donat. diſput.* 11. *difficult.* 8. Petr. Peck *de Teſtament. Conjug. lib.* 4. *cap.* 41. Bocer. *de Donat. cap.* 13. *num.* 1. De Franch. *in Deciſ.* 428. *& ibi* De Luca.

Sed contradicunt Facchin. *in lib.* 3. *Controverſiar. Jur. cap.* 80. Hunn. *in Reſolut. ad Treutel. vol.* 2. *diſput.* 19. *De Donat. th.* 4. *quæſt.* 25. Et ibi Bacov. *in not. pag.* 94. Scip. Gentil. *de Donat. int. Vir. & Vxor. lib.* 2. *cap.* 3. Alber. Gentil. *lib.* 4. *de Nupt. cap.* 13. *&* Cævall. *commun. contr. comm. quæſt.* 273. *num.* 2.

Et Barrii *de Succeſſ. lib.* 1. *rubric. de Teſtament. tit.* 9. *num.* 27. Voluit, tunc dici remuneratoriam Donationem: quotiès merita obligatoria, concurrunt; ex quibus oritur Jus agendi; aut competit pro illis, officium Judicis: At, non, quando concurrunt ea; quæ benevolentiæ gratiam evincunt.
6 Prior ſententia, in puncto Juris; verior eſt: fundamentis jactis per Trullench. *in citat. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *dub.* 9. *num.* 2. Sanchez *de Matrim. diſput.* 7. *num.* 3. *verſ. Sed dicendum eſt valere.* P. Molin. *de Juſtit. tom.* 2. *tract.* 2. *diſput.* 289. §. *tertius ſi fiat. Et diſput.* 439. §. *ſecundùm ſi eadem confeſſio. Et* Cævall. *loc. citat. num.* 10. Quam ampliatur, à D. Staiban. Jun. *ad Patruum in conſ.* 70. *num.* 6. *& loc. citat. nu.* 9. Ut procedat, etiàm ſi talis Donatio; juramento
7 vallata non ſit: aut, ſi in eadem Donatione; nulla mentio facta ſit, de recompenſatione juventutis. A quo, etſi diſſentiat Barboſ. *in l. qua Dotis. ff. ſolut. Matrim. n.* 56. *&* 58., nominatìm contrà ſtat De Luc. *loc. indicat. n.* 4.

8 Se-

Digitized by Google

8 Sequitur ex eo: eandem Donationem, tamquàm remuneratoriam; non ſubjacere diſpoſitioni *l. Fœmina. C. de ſecund. Nupt.* Et proindè, in illa ſuccedere filios, utriuſquè Matrimonii; deciſum indicant, D. Reg. noſter, Staiban. & De Luc. *Qui in verſic. verum-*
9 *tamen eſt*; Donationem prædictam reſtringit, intrà limites meritorum.

10 At, poſitam concluſionem, non procedere in donatione: facta à Viro ignobili divite; Uxori nobili, in recompenſationem Nobilitatis: cùm, divitiis Mariti; ſatìs Nobilitas Uxoris, recompenſatá ſit: dicit Gratian. *in citat. lib.* 5. *cap.* 762. *num.* 14. Et ex noſtris Regnicolis, ſuper hoc; ità ſentit, D. Conſil. Hodiern. *Etſi Ego huic opinioni facilè adhærerem. ubi in Viro donante; deformitas, ſenectus, divitiæ, vel ruſticitas, tantùm concurrerent: ſcilicet ſeparatìm, & non conjunctìm: & in Uxore: juventus, nobilitas, vel pulchritudo. Tunc verò, Donatio facta à ſene, Uxori juveni; cenſetur in recompenſationem juventutis: vel à deformi; Uxori pulchræ: vel à divite; Uxori nobili. Et ſic de ſingulis. Hoc verò in ſpecie, in Donatione exprimendo. Secùs verò, ſi maritus, ultrà ſenectutem; haberet divitias; & Uxor, tantùm eſſet nobilis. Tunc ceſſaret cauſa compenſationis; & diceretur pura, & ſimplex donatio: quæ à Jure improbatur: ut ſupra dictum eſt: ſuſtinetur verò, ubi ex parte donatariæ, & ſic Uxoris, ultrà nobilitatem; concurrerent: vel extrema pulchritudo, vel juventus: tunc enim divitiæ; compenſarentur cum nobilitate: & donatio; cum pulchritudine, vel juventute.* Huc uſque D. Hodiern. *loc. allegat. quæſt.* 25. *n.* 37. *&* *quæſt.* 36. *num.* 8.

Contrarium tamen, ſuadent Becc. *in Conſ.* 79. *&* 162. *vol.* 2. *num.* 4. & De Franch. *in indicat. Deciſ.* 428. *num.* 4: Stante quòd, talis Donatio; verè remuneratoria eſt. Trullench. *in citat. dub.* 9. *num.* 2. At proindè, tamquàm titulo oneroſo habita; diſpoſitioni *Tex. in l. Fœminæ*; ſubjacere non debet. Menoch. *in conſ.* 135. *lib.* 2. *& in conſ.* 308. *lib.* 4. Caſtill. *de Uſufruct. cap.* 2. *num.* 31. *& lib.* 3. *Controverſ. cap.* 4. *ex num.* 39. Duen. *ad regul. Cancellar.* 221. *limit.* 11. Marcian. *Diſput.* 87. *num.* 32. Et eandem Donationem valere: etsì meritorum; limites excedat; dixit Surd. *in Deciſ.* 166. *num.* 21. 22. *&* 23.

Cujus ſententiæ, ea redditur potentiſſima ratio: Nam Viro mortuo; Uxor remaneret deterioris conditionis: tamquàm ruſtico, licèt diviti, nupta. Sanch. *loc. allegat. num.* 4. Et Nobilitas Uxoris; non compenſatur cum divitiis, Viri ruſtici. De Luc. *ubi ſup. in verſic. limitatur etiàm.*

11 Ulteriùs; pro conſtanti tenendum eſt: Donationem reciprocam, inter conjuges factam; non ſubjacere diſpoſitioni: *cit. l. Fœminæ*: Filii namquè, per illam; non defraudantur: Etenìm, ſicut Vir præmori poteſt, ità & Uxor: modò tamen, una alteri, correſpondeat: Nam in exceſſu; contrarium tenendum eſt. Hodiern. *in cit. quæſt.* 36. *num.* 16. Hancque Donationem, permutationem potiùs: quàm donationem, eſſe; ſcribit Gloſſ. *in l. quòd autèm.* 7. *§. ſi Vir, & Uxor. ff. de Donat. inter Vir. & Uxor.* & Andr. Tiraquellus *in l. ſi unquam* 8. *verb. Donatione largitus. num.* 110. *C. de revocand. Donat.*

12 Item, nec Uxori donatum; diſpoſitioni *l. Fœminæ*; ſubjacet: quotiès, Viro conſenſiente; alteri nubat. D. Reg. noſter, *hic num.* 8. Adde benè ſcribentes, Villalob. *commun. opinion. lit. B. num.* 36. Roman. *in conſ.* 219. De Præt. *in tract. de Interpetr. Ultimar. Voluntat. lib.* 1. *interpetr.* 1. *dub.* 10. *num.* 118. & Gratian. *Diſcept.* 498. *tom.* 3. *num.* 37. 40. *&* 44. Maxi-
13 mè, ſi talis conſenſus; in Teſtamento, ſcriptus ſit. Fab. *in Cod. lib.* 5. *Tit.* 5. *diffinit.* 8. Id extendens ad ea: quæ alia occaſione, mera viri liberalitate; eidem tradita ſunt: exquò, dùm maritus, aliis Nuptiis conſenſit; Legatum Uxori ſcribens: facilè credendum eſſe dicit; tradita, noluiſſe auferre. Et de Garronib. *in Rub. de Secund. Nupt. remed.* 1. *num.* 112. ſcribit, licentiam prædictam nubendi; etiàm procedere in jis; in quibus, ob filii mortem, ſucceſſit: ità ut; diſpoſitioni *l. Fœminæ*, non ſubiaceant.

Sed D. Hodiern. diſtinguit aptiùs *loc. allegat. Quæſt.* 21. *num.* 26. Aut agitur de Bonis ipſius Mariti: & tunc, per relictum, in caſu ſecundarum Nuptiarum; cenſeri injuriam remiſſam: vel tractatur de Dote, & Donatione proptèr Nuptias; & eo caſu, talem licentiam filiis non præjudicari, concludit. Quòd probat apertiùs Theſaur. *quæſt. Forenſ. lib.* 1. *cap.* 30.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE XXIII.
#### *SUMMÆ.*

1 *Conditio caſualis; per implementum, retrotrahitur ad tempus contractus.*
*Etiam, in præjudicium tertii num.* 2.
3 D. Joſeph Urceoli, *laudes.*
4 *Conditio caſualis, quòd in contractibus retrohatur; ſpeciale eſt.*
*Amplia in creditore; qui habet hypotecatum fundum, ſub conditione caſuali: adverſùs Alium, qui eundem fundum, pignoratione obtinuit. num.* 5.
6 ....... *proteſtativa; non retrotrahitur.*
7 *Refertur differentia, inter conditionem caſualem, & proteſtativam.*
8 *Retrotractio, nùm detur in legatis conditionalibus?* Fuſar. *ſtat contrà* Neguſant.
9 ...... *competit legatario certæ rei: ad finem recuperandi illam, de manu tertii.*
10 ...... *competit Doti: ſivè conditio proteſtativa ſit: ſivè mixta: ſivè caſualis.*
11 *Reſoluto contractu, virtute pacti de retrovendendo: vel adjectionis in diem; hypoteca, medio tempore contracta, extinguuntur: cum* Deciſ. noviſs.
12 *Verba, ad faciendum quicquìd ſibi placuerit, poſita in contractu: quìd operentur?*
13 *Clauſula, ad habendum: in contractu Donationis poſita; quìd operetur? Declaratur* Gratian. *juxtà mentem*, D. Reg. noſtr.
14 *Foriudicatus, reſtitutus: quando recuperet Bona; tertio alienata?*
*Declaratur* Rodoer.
*Limitatur num.* 15.
*Intelligitur num.* 16.
17 *Foriudicatus reſtitutus; nùm recuperet hæreditatem, conſanguineis delatam: ex quò, tempore ſucceſſionis; reperiebatur bannitus. Et num.* 18. 19. 20. *&* 21.

1 PRagmaticorum communis regula eſt: in ſtipulationibus, ſub conditione caſuali; per implementum, retrotractionem dari, ad tempus contractus. Ità, inter multos, quos in fonte vidi; ſcribunt Bald. *in l. ſi is, qui pro emptore. num.* 46. *ff. de uſucap. & ibi* Crot. *num.* 137. Decian. *in Conſ.* 11. *lib.* 1. *num.* 77. Gabr. *in Conſ.* 168. *num.* 79. Jaſ. *in l. ſi filius. ff. de verb. obligat. num.* 2. *verſic. limita iſtam regulam.* Dec. *in l. lecta. num.* 34. *ff. ſi cert. petat.* Gratian. *Diſcept.* 53. *num.* 1. Fab. *in ſuo Cod. lib.* 4. *Tit.* 43. *diffinit.* 30. Niger *de Laudem. tom.* 2. *quæſt.* 14. *artic.* 3. *num.* 18. Etiàm in tertii præ-
2 judicium; qui medio tempore, contraxit. Rot. Roman. *in impreſſ. poſt Merlin. de Pignor. Deciſ.* 86. *num.* 13. *& part.* 6. *recentior. Deciſ.* 174. *num.* 36. *&* 37. Mantic. *de Tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 29. Et poſt Alios, quos

Digitized by Google

3 quos allegat inſignis Juris Conſultus D. Joſeph Urceoli, *in ſuo perutili lib.1. Conſultat. Forenſ. cap.1. num.*
4 42. Idque in Contractibus, ſpeciale eſſe; dixit Rot. Roman. *part. 2. recentior. Deciſ. 760. num. 6. in fin:* Etiàm ſi agatur Jure dominii: ut adversùs Dec. *in Conſ.247.* voluerunt Capyc. *in Deciſ.182.* & Altograd. *in Conſ.33. num.18.*

5 Hoc etiàm dictum, procedere in creditore; qui priùs habet hypotecatum fundum, ſub conditione caſuali: poſtremò, alteri pignoratum; dixit Aſin. *in tract. de execut. §.7. cap. 33.* Connanus, *in lib. 4. Commentar. cap.17. num.3.* Suarez *in l. poſt rem judicatam, in declarat. l. Regn. limit. 7. ex num. 4.* & Balduin. *de Pignorib. cap.11.*

6 In conditione verò proteſtativa; attenditur tempus impletæ conditionis. Magil. *de Evictione. quæſt. 36.* Fab. *in cit. Cod. lib. 18. tit. 8. diffinit. 1.* Petr. Peck *de Jure ſiſtend. cap.4. n.6.* Rovit. *ad Pragmat. Regn. in rubr. de Jur. & exact. Fiſc. n.87.* De Amat. *Reſol.5.* Mozz. *de Pignorib. cap. de natur. Pignor. nu.31.* Mynſiger. *Centur. 1. Obſerv.19.* Matute *in diſquiſit. 5. num. 16.* Cuiac. *ad Aphrican. in lib. 8. quæſtion. in l. qui balneum. 9. ff. qui potior. in Pignor. in verſic. amplius.* Niger *loc. citat. tom.1. quæſt. 11. num. 91.* Acoſt. *de Privileg. creditor. regul. 3. ampliat.11. num.21. & regul. 5. limit. ultim. in fin.* Hartam. Piſtor. *part. 3. quæſt.14.* & Salgad. *in Labyrint. Credit. part.2. cap.20.* Eo ſtante: nam
7 in conditione caſuali, vel mixta; ſtatim Jus quæſitum, dicitur. At in merè proteſtativa: cùm illa, ab animo contrahentis dependat; cenſetur initus tractatus de contractu ineundo. Et ideò non eſt locus retrotractioni, in præjudicium tertii; cui, medio tempore, res obligata fuit. Gloſſ. *in Clement. 1. de conceſſ. præbend. in verb. executorem.* Aſin. *loc. indicat. cap. 31.* Rot. Roman. *in Deciſ. 419. num. 5. part. 4. tom.2. recentior.* & Coſt. *in tract. de Retrotract. caſ.31. num.6.*

8 Atque in legatis; dixit Neguſant. Non retrotrahi conditionem, in illorum præjudicium; quibus, medio tempore, jus quæſitum fuit: *in tract. de Pignorib. part.5. memb.2. num.10. verſic. ſed licèt ità in contractibus.* Tù verò; id intelligas: juxtà tradita, per Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.612. num. 12. 13. 14. & 15.* In
9 legato verò certi fundi; illud certum eſt: conditionem, per implementum; retrotrahi: ad effectum recuperandi à tertio: teſte Gratian. *tom. 5. Diſcept.856. num.15.*

10 In Dote; etiam incontrovertibilè eſt: Conditionem, ſivè Proteſtativam, ſivè Mixtam, vel Caſualem, in illius favorem, retrotrahi. Gratian. *in eod. tom.5. Diſcept.964. num.14.*

11 Demùm, hypothecæ, medio tempore, à tertio queſitæ, reſolvuntur: quotiès contractus, virtute pacti de retrovendendo, reſolvitur, nam, reſoluto Jure datoris; reſolvitur jus acceptoris: cùm res, in priſtinam cauſam reincidat, Cenc. quem legatur *in tract. de Cenſib. quæſt. 18. num.4. & 5.* & Merlin. *in adduct. tract. de Pignorib. lib.5. quæſt. 18.* Et ità obtinui, pro Iſabella Fiorentino: adversùs Hoſpitalem, Sanctæ Mariæ de Pace, in Banca de Manco, pro Borrello: penes Scribam De Litto.

12 Verba, in contractu poſita, ad faciendum quicquid ſibi placuerit: comprehendere facultatem hypothecandi; tradit ex Mart. D. Reg. noſter *num. 6.* Et eadem verba; denotare veram, & liberam voluntatem, tantùm in contractibus: At non in ultimis voluntatibus; dicunt Ant. de Prat. Veter. *in Conſ.49. nu. 10. inter Conſil. Feudal.* Becc. *in Conſ. 88. num. 48.* & Gratian. *Diſcept.442. num.4.*

13 Tractat ſucceſſivè, D. Reg. noſter, *num.10. & 14.* Virtutis Clauſulæ; ad habendum, in donatione appoſitæ. Qua de re, Gratian. ità ſcribit: *Tertiò per conſtitutionem procuratoris, cum clauſula ad habendum; quæ operatur, ut donatio ſit inter vivos: quaſi, per eam cenſeatur data facultas, alienandi bona donata.* Bartol. in l. qui rem. §. duo Fratres. de verb. obligat. *Maximè, cùm non fuerit poſita in executivis: ſed diſpoſitivis.* Becc. in Conſ. 88. Oſaſc. in Deciſ. Pedem. 164. *Et ità, in ſpecie; concludit* Roland. in Conſ.61. num. 48. *lib. 2. Ubi, quòd per dictam clauſulam, trasfertur dominium, & quælibet poſſeſſio civilis, & naturalis*, Guidon. Pap. in deciſ. 147. *Hæc* Gratian. *cap. 585. num. 4.* Sed intelligenda ſunt; juxtà dixtinctionem poſitam per D. Regent. noſtrum *num.14.*

14 Denique nè à Deciſionis litera, diſcedatur; inveſtigandum remanet: nùm forjudicatus, ad libertatem reſtitutus; recuperet bona alienata? D. Reg. noſter *num.12.* diſtinguit: vel fuit per gratiam reſtitutus: vel per juſtitiam. Primo caſu; negat: ſecundo verò caſu; bona alienata, recuperare concludit. Et probant, Rovit. *in Deciſ.37.* Lanar. *in Conſ. 22.* Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. rub.1. §.5. num. 143.* Matin. *de Legitimat. perſon. cap.33. num. 46.* De Marin. *ad Reverter. Obſervat.487. num.1. & lib. 1. Reſol. cap.68. num.7.* Altograd. *in Conſ.98. num.61.* Pariſ. *de Reſignat. Benefic. tom.1. lib.3. num. 42. & 43.* Gayl. *de Pac. public. lib.2. limitat. 3.* Et ſic eſt intelligendus Rodoer. *ad De Marin. in citat. cap.68. num. 6. 7. & 10.*

15 Recuperare etiàm bona alienata, Foriudicatum, per gratiam ex cauſa Publica; ampliſſimè reſtitutum: Quia Princeps, ratione Publicæ Utilitatis; poteſt etiàm privatorum bona auferre: dicit De Marin. *in allegat. Obſervat.487. num. 2.* ſubditque *num.4.* Teneri Prin-
16 cipem, eo caſu; poſſeſſoribus prætium reſtituere: ex Odd. *de in integr. reſtitut. part. 2. quæſt. 99. artic. 8. num.64.*

17 Quid dicendum in hæreditate; conſanguineis delata? Matin. *loc. cit. num.43.* diſtinguit reſtitutum ſimplicitèr; ab illo cum clauſula: *etiàm quo ad bona, al-*
19 *teri quæſita: propter ejus inhabilitatem.* Sed De Marin. *lib.2. Reſolut. 46. num.15.* dicit, ſatis eſſe; quòd plenariè, à Principe ſit reſtitutus: non ſimplicitèr in-
20 dulgendo crimen. Tandèm negat Clar. *§. fin. quæſt. 59. num. 8.* Et *ibi* Drogh. *verb. tempore Banni, devoluta ſit hæreditas.*

21 At Tomaſ. *in tract. de Incapacib. cap. 7. Bannit. noſtr. tempor. num.137.*, dicit, Forjudicatum reſtitutum ex gratia: delatam alteri hæreditatem, tempore Banni; non recuperare: Secùs verò, in reſtituto per juſtitiam. Et in hanc ſententiam; videtur deſcendere, De Luc. *ad Deciſ. De Franch. Obſerv.213. num.8:* Et extat non vulgaris Allegatio, *apud* De Marin. *tom. 3. Reſol. Allegat.13.* Cùm caſus evenerit; vide etiàm poſita per Capiblanc. *de Baron. tom. 2. Pragm. 7. cap. 33. num.4.* & Farinac. *in quæſt.103.*

## OBSERVATIO

### IN DECISIONE XXIV.

*SUMMÆ.*

1 *Pacta, quòd retrovendere non poſſit, niſi poſt Annum. Et quòd teneatur venditor, emptori retrovenditionem denunciare, per duos menſes antè; non reddunt contractum nullum: nec uſurarium.*

2 *Creditor, qui ex aliqua parte eſt certus, ſortem exigere; fænerator eſt.*

3 *Pactum, quòd capitale cenſus, extinguatur, ex penſione cujuſdam Domus aſſignatæ: deducta, ſingulis annis, priùs annualitate; non ſuſtinetur.*

4 ..... *quòd Capitale cenſus, intrà certum tempus extinguatur; eſt illicitum.*

5 *Bona hæredis; in Generali obligatione, non veniunt. Niſi fuerint, expreſsè obligata. num.6. vide num. 10.*

7 *Ha-*

Digitized by Google

7 *Hæres adeundo hæreditatem, abſquè Inventario; cenſetur retificare obligationem, ejus bonorum, à Teſtatore factam.*
8 *Adducitur diſtinctio* Alex: *rejecta per* D. Reg. Merlin: *approbata per* D. Reg. noſtr., *& alios.*
9 *Obligatio bonorum hæredis; quibus verbis, concipi debeat?*
11 *Hæredem per Inventarium se abſtinuiſſe, ab hæreditate dicitur.*
12 *Creditores hæredis. Cum creditoribus defuncti, quibus expreſsè bona hæredis obligata sunt; qualitèr concurrant?*

1 PActum, quòd venditor, non poſſit retrovendere;
niſì poſt Annum: Et quòd emptori denunciare
teneatur retroventitionem, per duos Menſes antè;
non reddere contractum, labe Uſuraria infectum: ex
Regent. Rovit., tradit D. Reg. noſt. *num.* 1. Et probant
Cenc. *de Cenſib. quæſt.* 103. *ex num.* 9. De Marin. *in
lib.* 2. *Reſolut.* 160. *num.* 8. *&* 9. *& ad Reverter. Obſervat.* 142. *num.* 2. Et adducto D. Reg. noſtro; Olea
*de Ceſſion. Jur. tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 59. Quo loco, ſubſtinet nervosè, pro ut de more: poſſe talem debitorem,
antè duos menſes, nulla facta requiſitione; redimere
(ſi offerat) redditus illorum duorum Menſium: ex
Gratian. *diſcept.* 8. *num.* 3. *in fin.* & Cenc. *loc. citat.
quæſt.* 91. *ex num.* 43. *&* 54. Et ad ornatum; legenda
ſunt tradita, per D. Altimar. *in Obſervat. ad Decis.*
33. *Rovit.* atquè Trullench. *ad Præcept. Decalog. tom.*
2. *lib.* 7. *cap.* 21. *dub.* 5. & Laganar. *ad Rovit. in Pragm.*
1. *de Cenſib. num.* 1.

2 Unum extrà ordinem; liceat hìc annectere: Quòd,
ſi aliqua parte eſt ſecurus creditor, demortuam ſortem exigere: præter quàm in caſibus à Jure expreſſis;
contractus illicitus reputatur. Roderic. *de Ann. redditib. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 4. *&* 5. Cenc. *in cit. tract. de
Cenſib. cap.* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 8. *num.* 5. 6. *&* 36. Proptereà, pactum, quìd capitale cenſus extinguatur,
3 ex penſionibus Domus: deducta ſingulis Annis annualitate, ſive interuſſurio, ex contractu debito; non
ſubſtineri, tradit. Gratian. Omninò legendus, *tom.* 4.
*Diſcept.* 717. *ex num.* 1. *ad* 15. Et per pactum, de re-
4 dimendo cenſum intrà certum tempus; illicitum reddi contractum: ſcribunt Roder. *loc. citat. num.* 3.
Carleval. *de Judic. tom.* 2. *diſput.* 8. *sect.* 6. *lib.* 1. *tit.* 3.
*num.* 84. Et Epiſcop. De Afflict. *Controvers.* 13. *num.*
6. 7. *&* 9. Conferuntque tradita per Trullench. *loc. indicat. dub.* 6. Nec deſinas videre, latè tradita per De
Marin. *lib.* 2. *Reſolut. in citat. cap.* 160. *&* D. Petr. *Rit.*
20. *ex num.* 10.

Nùm defunctus, bona hæredis obligare valeat? Inquiritur in præſenti Deciſione. Hanc quæſtionem intricatam; dicit De Marin. Et quòd ejuſdem ineſtricabilis quæſtionis Minotaurus non ineſſet Labyrinto; inquit de Luc.

5 Quòd in Generali obligatione, bona hæredis veniant obligata; tradunt uno ore, ſcribentes Inter
quos, ſunt Alb. de Roſat. *in l.* 2. *C. commun. de ſucc.*
& Franc. de Aret. *in l. ſi hæredis ſervus. ff. de Legat.*
1. Idque priùs dixerat Gloſſ. *in l. aſſiduis. C. qui potior. in Pignor.* Et probat Alex. *in Cons.* 173. *n.* 4. *vol.* 2.

6 Meliùs fortaſsè tenuerunt alii: ut tunc hæredis bona; obligata cenſeantur: quotiès expreſsè illa, Teſtatorem obligaſſe: vel pro hærede, de rato promiſiſſe;
legatur. Ità tradunt, Dec. *in Cons.* 184. Fontanell. *de
pact. Nuptialib. clauſul.* 4. *gloſſ.* 5. *num.* 54. Afflict. *in
Decis.* 111. *&* 200. *Et utrobiquè* Urſill. *&* Piſanell.
Gratian. *Diſcept.* 225. *num.* 75. 76. *&* 77. *& tom.* 3.
*Diſcept.* 433. *num.* 21. *cum duob. ſequentib.* Feliù *var.
conclus. verb. hæredis bona.* Reverter. *in Dec.* 565. Et
ibi De Marin. Hodiern. *ad Surd. in Decis.* 315. *n.* 1. Et
7 De Luc. *ad Franch. in Obſerv.* 321. Eo ſtante: Nam
Teſtatorem, hæreditatem ſuam, cum dicta obligatione; compenſare voluiſſe, videtur: ſicut, hæredem
per aditionem hæreditatis illius, abſquè Inventario;
defuncti voluntatem ratificare voluiſſe, cenſetur. Gratian. *in cit. Diſcept.* 433. *num.* 23. Quod, & anteà;
ſcripſerat Alex. *in allegat. l. ſi hæredis. col.* 2. *circ. med.*
8 Quo in loco, ſuper principali puncto; dat dixtinctionem: Aut defunctus, bona hæredis, Nomine Hæredis; obligavit: Aut ſimplicitèr; bona ſua, & ſuorum
hæredum. Primo caſu; obligationem, tenere dicit;
ſecundo verò; contrarium tenendum eſſe, concludit.
Quam diſtinctionem, etsì Juris ſaporem, non habere;
ſcribat Merlin. *de Pignorib. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.*
20: Sequuntur illam, D. Reg. noſter *hìc num.* 4. Dec.
*in citat. Cons.* 184. Neguſant, *de Pignorib. part.* 2.
*membr.* 2. *num.* 57. Arias de Meſa, *Var. lib.* 3. *cap.* 50.
*num.* 35. Loffred. *in Cons.* 32. *num.* 15. Minad. *in Decis.*
20. De Marin. *loc. citat. circ. fin.* Nec non, vide Rot.
Roman. *in Decis.* 31. *in impreſſ. poſt Rodriq. de Concurs. credit.* Et quòd, ad talem obligationem concipiendam, ſatìs non ſint verba illa *obligaverunt se ipſos;
ſuos hæredes, & ſucceſſores: & bona eorum omnia,*
dicunt Marcian. *lib.* 1. *Diſput.* 23. *num.* 6. De Marin.
*in indicat. Obſervat.* 565. & Arias de Meſa *eod. loc. citat. num.* 36.

9 Formulam talis obligationis; ponit Saluſt. per hunc
modum: *ut contrahentes; obligent se ipſos; ſuoſquè
hæredes, & ſucceſſores, ac ſua; & ſuorum hæredum,
& ſucceſſorum, bona:* In ſua *Prax. lib.* 1. *cap.* 44. *nu.* 14.

10 At per Inventarium, bona hæredis, à tali obligatione liberari; voluit Gratian. *in allegat. cap.* 433. *nu.*
23. Et probant Bertazz. *de Clauſul. in clauſul.* 12. *gloſſ.*
4. *ſub num.* 2. *verſic. & eſt ſciendum* Afflict. *in citat.
Decis.* 111. & Hodiern., Qui contrariis occurrit, *in citat. Obſervat. ad Surd. num.* 4. *&* 5. Etenìm, per In-
11 ventarium; non dicitur propriè hæres: ex quò, illius
virtute; ab hæreditate ſe abſtinuiſſe, putatur. Minad.
*in cons.* 17. *num.* 3. De Pont. *in Cons.* 37. *num.* 3. Giurb.
*in Decis.* 43. *num.* 21. Vaſq. *de Succeſſ.* §. 1. *num.* 26.
Roland. *de Inventar. part.* 4. *pagin.* 96. *&* 97. Molfeſ.
*in Cons.* 42. *num.* 29. Tomaſ. *de Inventar. tit.* 13. *cap.*
1. *num.* 1. Et hæreditatem, præſumi jacentem; indicant Peregrin. *in Cons.* 14. *num.* 5. *lib.* 4. Cephal. *in
Cons.* 733. *num.* 15. Jaſ. *in l. ſcimus.* §. *in computatione.
num.* 4. *C. de Jur. deliberand. & in Cons.* 136. *nu.* 5. *lib.* 4.

Dubitat, de hac opinione, Merlin. *loc. præalleg.
quæſt.* 16. *num.* 22. Eo quòd, per hæreditatis aditionem: diſpoſitionem factam à defuncto, rei ſuæ; ab
hærede confirmare videtur. Quòd tamèn admittit
De Luca *num.* 4. ad finem: Ut teneatur intrà hæreditatis vires.

12 Pro coronide; illud ſubnectam: creditores, quibus
per expreſſam obligationem bonorum hæredis, à defuncto ordinatam: ii cum propriis ejuſdem hæredis
creditoribus, concurrant; in illius bonis, anterioritatem potiri, à die aditæ hæreditatis: Nam in eo tempore; quasì contraxiſſe, videtur. De Marin. *in allegat.
Obſervat.* 565. *in fin.* & De Luc. *eod. loc. cit. num.* 5.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE XXV.

### *SUMMÆ.*

1. D. Lælii Gizzii; *laudes emeritæ.*
2 *Compenſatio; ipſo Jure fit: nullo hominis miniſterio. Et num.* 3.
*Specialitèr; in debito, ſub uſuris. num.* 4.
*Etiàm reſpectù Fisci. num.* 5.
*Et in annuis Introitibus. num.* 6.

Quo-

Digitized by Google

*Quoties debitor, alitèr; aliquod damnum pateretur. num.*7.
*Vel, ſi aliter, poſſeſſor pignoris; hypothecæ præſcriptionem pateretur. num.*8.
*In creditore; qui poteſt diſtrahere pignus num.*9.
*In debito pœnali. num.*10.
*Si directus dominus; in fundo emphiteutico, præferri petat. num.*11.
*Ad evitandam, emphyteuſis caducitatem. num.*12.
*Aut ſi alias; præſcriptio oriretur. num.*13.
*Vel creditum, & debitum; ex eadem cauſa dependerent. num.*14.
*Ad evitandam pœnam ſpolii. num.*15.
16 ...... *admittitur in præjudicium tertii creditoris anterioris: Adverſùs* Salgad., De Marin., & D. Urceoli.
17 ...... *num per petitionem factam à creditore, ſibi ſatisfieri velle ſuper illo nomine: impediatur? Notatur* D. Reg. noſter, *& carpitur* D. Gizz.
18 ...... *ſicut adverſus cedentem; opponi poterat: ità; contrà ceſſionarium.*
*Etenim, poſt ceſſionis denunciationem num.*19.
*Et ſolutionem, partis debiti. num.*20.
21 *Debitor poſt denunciatam ceſſionem; malè, cedenti ſolvit.*
22 Deciſ.53. Præſid. de Franch: *qualitèr procedat.*
23 *Fructus pignoris; cum ſorte compenſantur. Contrarium adducitur ex* Thor. *n.*24. *Intellige, ut n.*28.
25 *Intereſſe, cum intereſſe; & uſuræ, cum uſuris; compenſantur.*
26 *Fructus; compenſantur, cum uſuris.*
27 *Capitale, cum fructibus: num compenſetur? Adverſùs* Fabr. *& alios.*
29 *Creditor ſortem diminutam: nec absquè uſuris debitis; recipere tenetur.*
*Fallit in Compenſatione. num.*30.
31 *Compenſatio: quibus caſibus; non admittatur?*

1 IMmenſam quæſtionem illam: Nùm Compenſatio, ipſo jure: nullo adhibito miniſterio Hominis;
fiat? ſub patrocinio ſapientiſſimi J. C. D. Lælii Gizzii Advocati, ſuo ævo famigerati, germani fratris D.
Michaelis Angeli *laborioſiſſimi obſervatoris Deciſionum D. Reg. noſtri*; determinata legitur in præſenti
2 Deciſione; qua S. R. C. partem affirmativam adiit: rationibus ponderatis per D. Lælium; cujus Allegationem, imprimi curavit Thor. *in ſuo compend. Deciſ. tom.*3. *verb. compenſatione admiſſa. pagin.*169. Et eandem ſententiam; affabrè defendunt, Gait. *de Credit. cap.*4. *quæſt.* 7. *ex num.* 356. Rovit. *in Conſ.* 60. *lib.* 1. *num.* 2. Rot. Genuenſ. *in Deciſ.* 190. *num.* 10. *&* 19. Scacc. *de Commerc. & camb. §.*2. *gloſſ.*5. *nu.*424. *verſic. ratio. & num.*432. *verſic. primo veram opinionem.* Rot. Rom. *poſt Oleam de Ceſſion. Jur. in Deciſ.* 33. *num.* 33. *& allegato* D. Reg. noſtro. D. De Afflict. *Controverſ. cap.* 28. *num.* 47. Conferunt ſcripta per Thor. *loc. citat. part.* 2. *verb. Compenſatio*; *à quo die*. Et opiniones hinc inde; refert Capuc. *in ſua Prax. Judiciar. part.*3. *cap.*7. *artic.*1. *num.*15.
3 Probat hanc ſententiam Tex. *in l. verum.* 4. *ff. de Compenſat.* per hæc verba: *Ipſo jure, eò minus fidejuſſorem, ex omni contractu debere, quod ex compenſatione reus retinere poteſt.* Et paulò poſt: *Ità, & Fidejuſſor, non tenetur, ipſo jure, in majorem quantitatem; quàm reus condemnari poteſt.* Et *in l. ſi ambo. eod. Tit.* ſic legitur: *Dicendum eſt, deſinere nos invicem eſſe obligatos, ipſo jure: compenſatione negligentiæ facta.* Et inferiùs: *compenſationem, factam videri; & ipſo jure, invicem liberari.* Atquè *in l. poſtea. eod. Tit.* hæc habentur: *Id quod, invicem debetur; ipſo jure compenſari: reddita ratione: quia nihil compenſat; ſed ab initio; minus ab eo petitur.* Et *in l.* 4. *C. de Compenſat.* Scriptum occurritur *pecuniam invicem deberi; ipſo jure, pro ſoluto, compenſationem haberi, oportet, eo tempore.* Et apertiſſimè *in l. ultim. C. eod. Tit.* Ibi *compenſationes, ex omnibus actionibus; ipſo iure, fieri ſancimus.* Et denique, hæc ſunt ipſiſſima verba *§. bonæ fidei. inſtitut. de action. In bonæ fidei judiciis; libera poteſtas, permitti videtur Judici: ex bono, & æquo extimandi, quantum actori reſtitui debeat; in quo, & illud continetur: ut ſi quid invicem, præſtare actorem oporteat: eo compenſato; in reliquum, is, in quo actum eſt; debeat condemnari.*
4 At qui in compenſatione, Hominis miniſterium expoſcunt; illam, oculos retrò habere, affirmant; Ità quòd, ex tunc; illa facta cenſeatur. Et adeò aſſertum, limitationibus reſtringunt: ut eorum opinionem, fermè deſtructam, fatendum eſt.
Primò non dubitant, ipſo jure, compenſationem fieri: nullo adhibito miniſterio hominis, ad evitandum curſum uſurarum. Tiraquell. *de Retract. Lignag. §.* 3. *Gloſſ.*3. *num.* 8. Surd. *in Deciſ.* 117. *& ibi* D. Conſil. Hodiern. Eſcobar. *de ratiocin. comput.* 14. *num.*2. *&* 13. De Pont. *in Conſ.* 19. Merlin. *de Pignorib. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*7. *num.* 6. Medic. *de compenſat. part.*1. *quæſt.*22. *num.* 3. *& quæſt.* 50. *num.* 4. *tom.*5.
5 *tract.* Et in Fiſco procedere, ſcribit Ganaver. *in Deciſ.* 28. *num.* 13. Alios allegant De Marin. *ad Revertér. in Obſervat.* 443. *num.* 1. & Staiban. *in Obſervat. ad reſol.*80. *ex num.*9.
6 Hocque aſſertum procedere, in venditione Annuorum introituum; conſtantèr tenendum eſt: Etenim contractus iſti, etsì de Jure liciti ſint; nihil ab aliis contractibus uſurariis, differunt. Roderic. *de Ann. reddit. lib.*2. *quæſt.*18. *num.*14. Rot. Roman. *in Deciſ.* 47. *impreſſ. poſt Merlin. de Pignorib.* & De Maur. *in Allegat.*92. *num.*2.
7 Secundò; reſtringunt ſuam opinionem: ut non procedat, quotiès alio modo, aliquòd damnum, debitor pateretur. Tiraquell. *loc. allegat. num.*8. Aut ſi credi-
8 tor, poſſidens pignus hypothecæ, præſcriptionem pateretur, Neguſant. *in citat. tract. de Pignorib. part.* 1. *num.*5.
9 Nèc etiàm, eandem opinionem procedere: quotiès creditor, Pignus diſtrahere poteſt, ſcribit Tyndar. *de Compenſat. part.*1. *artic.*6. *num.*49. ſicut in debito pœ-
10 nali; tradunt Alex. *in Conſ.* 84. *num.* 4. *vol.* 3. Viv. *commun. Opin. in Opin.* 114. *num.* 2. & Urſill. *ad Af-*
11 *flict. in Deciſ.*121. In Domino directo, etiàm; qui in re emphyteuticaria, præferri petit. Extat locus Salſon. *in Lucern. Laudem. quæſt.*11. *num.*16. Et quoties,
12 ob non ſolutum Canonem fundum, emphyteuta amitteret Mantic. *de tacit. lib.* 22. *Tit.*27. *num.* 65. Medic. *in adduct. quæſt.*22. *num.*3. *& quæſt.* 50. *num.*5. & Hodiern. *in adduct. Deciſ. Surd.*117. *num.*11.
13 Item, nec locum ſibi vendicare, traditam opinionem: ſi aliàs; præſcriptio oriretur: ut eo caſu; compenſatio, nulla Hominis ope, fiat: tradidit Scacc. *ubi*
14 *ſup. num.*427. ſicut in debito, & credito: ex eadem cauſa dependenti: dixit Reg. Rovit. *in alleg. Conſ.* 60. *num.* 2. *lib.* 1. cujus meminit D. Reg. noſt. *num.* 23.
15 Atquè, ad evitandam pœnam ſpolii; ſcribit Mareſcot. *var. Reſolut. lib.*2. *cap.*6. *num.*11. & Staiban. *in citat. Obſervat.*80. *num.*6.
16 Obſerva ulteriùs: compenſationem; in præjudicium creditoris anterioris, admitti: cum D. Reg. noſtr. *num.* 27. Quod probarunt latiùs, in contingentia omninò conſulendi Carleval. *de Judic. tom.* 2. *diſput.* 22. *ex num.* 2. Scacc. *loc. indicat. ex num.* 423. Gait. *in allegat. quæſt.*7. *ex num.*328. *& num.*352. *cum plurib. ſequentib.* Merlin. *in adduct. tract. de Pignorib. lib.*2. *tit.*1. *quæſt.*23. *num.* 23. Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *Reſolut.*10. *& part.*3. *Reſolut.* 80. Olea *de Ceſſion. Jur. tit.*3. *quæſt.*9. *num.* 11. Teodor. *in allegat.*69. De Af-
flict.

Digitized by Google

Afflict. *in citat. cap.* 28. *nu.* 49. *&* *cap.* 41. *&* 42. & De Lu-
ca *ad Franch. in Obſerv.* 53. *ex num.* 22. Fundamenta
verò hujus ſententiæ; tradit De Luc. *num.* 3. & Nos,
nonnulla adduximus; *in obſerv.* 124. Quicquid in
contrarium adſtruere conetur Salgad. *in Labyrint. Cre-
dit. part.* 3. *cap.* 3. *ex num.* 31. *&* *cap.* 28. *ex num.* 25.
Quem ſequitur De Marin. *in indicat. Obſervat.* 443.
*num.* 5. & Urceol. *Conſultat. Forenſ. tom.* 2. *cap.* 61. *ex
num.* 13.

17 Qua occaſione; nota, D. Regentem noſtrum ad
ſalvandam *Deciſ.* de Franch. 53. conſideraſſe; in illa
facti ſpecie, præceſſiſſe denunciationem: Imò, & à
tertio, jam petitum fuerat; ſibi ſatisfieri, ſuper illo
nomine; quando de compenſatione; fuit oppoſitum;
Et ideò, ſicut ſolvere non poterat: Ità nec compen-
ſare. Et in idem Concurrit D. Gizz. *num.* 3. *&* 4. ſe-
quuto Staiban. *in Reſolut.* 80. *num.* 9. *lib.* 1.

18 At hoc argumentum, peccare; noviſſimè conſide-
ravit De Luc. *ibid. num.* 4. Certum namquè eſt, ſicut
contrà cedentem, compenſatio intrat: ſic contrà ceſ-
ſionarium. Noal. *de Transmiſſ. cas.* 26. *num.* 13. Cujac.
*Obſervat. lib.* 4. *cap.* 37. Donſperg. *Syntagmat. Jur.
lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 7. *verſic. compenſat. utuntur.* Gra-
tian. *Diſcept.* 356. Thor. *in adduct. compen. part.* 1.
*verb. compenſatio debiti ceſſi.* Gallerat. *de Renunciat.
lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 67. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan.
part.* 1. *cap.* 9. *Gloſſ.* 9. *num.* 10. Carpan. *ad Statut. Me-
diolan. tom.* 1. *cap.* 447. *num.* 8. Olea *loc. citat. tit.* 6.
19 *quæſt.* 11. *num.* 22. Haùd refragante, ceſſionis denun-
ciatione. Epiſcop. de Afflict. *in allegato cap.* 28. *num.*
35. 47. *&* 54. Rationibus poſitis per Bertaz. *in Claus.* 29.
20 *Gloſſ.* 7. *num.* 24. Aut partis debiti ſolutione, abſque
proteſtatione: ut pro reſiduo Impediatur, quominùs
compenſatio opponi poſſit. Olea *loc. nuper indicat. n.*
21 29. Et tamen, denunciata ceſſione, cedenti; malè de-
bitorem, ſolvere dicit De Luc. *loc. indic.*

At verò De Afflict. meliùs Deciſionis Literam,
22 conſideravit, *in controvers.* 41. *num.* 57. His verbis:
*Marchioniſſa à compenſatione excluſa: nè dum ſui
crediti, non faciebat jacturam; ſed imò, ipſi erat ſa-
tis, ſuperquè conſultum: Quia, pro illo; habebat Aſ-
ſenſum; & obtinuerat Aſſiſtentiam ſuper Feudis, Vi-
vi debitoris, & creditoris: ſuper quibus poterat ſatiſ-
fieri. Et inſuper, è contra: anteriores creditores adver-
sùs quos, poſt eorum denunciationem; proprium credi-
tum, poſteriùs compenſare volebat: cum non haberent
aſſenſum; proprii crediti; periclitabatur jacturam.*
Hæc ille.

23 Nunc venio, ad ſecundam Deciſionis partem: in
qua obſervo, concluſum duarum Aularum S.R.C. jun-
ctis Regiis Conſiliariis; Fructus Pignoris, cum ſorte
compenſari. Confirmatur id *ex l. ſi non ſortem.* 26. *ff.
de condit. indebit.* ibi: *Sed ſi ſupra legitimum modum
ſolvit: Divus Severus reſcripſit, (quo jure utimur.)
repeti quidem non poſſe, ſed ſorte imputari.* Et com-
probant Conciol. *in Allegat.* 23. *num.* 39. Reverter. *in
allegat. Deciſ.* 443. Rovit. *in Pragm.* 2. *de Cenſib. num.*
32. *in fin.* Milan. *in Deciſ.* 2. *num.* 63. *&* 64. Gratian.
*Diſcept.* 794. Rot. Rom. *part.* 9. *recentior. tom.* 1. *Deciſ.*
211. *num.* 14. *&* 15. Leotard. *de Uſur. quæſt.* 27. *num.*
46. Coſt. *de ration. rata. quæſt.* 61. *num.* 1. Merlin. *in
citat. tract. de Pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 45. *num.* 80. Olea
*loc. citat. quæſt.* 10. *tit.* 6. *num.* 37. D. Conſil. Petr. *ad
Rit. M.C.V. tom.* 1. *Rit.* 20. *num.* 12: & D. Reg. noſter
*in Deciſ.* 130. *num.* 1.

24 Sed diſſentit Thor. & quod plus eſt, ſuam opinio-
nem: unitis Regiis Conſiliariis duarum Aularum
S.R.C., firmat admiſſam compenſationem fructuum;
cum intereſſe, & meliorationibus: non tamen cum ſor-
25 te: Illo ſtante, nam intereſſe cum intereſſe; & uſuræ
cum uſuris, compenſantur. Sebaſtian. Medic. *loc. ci-*
26 *tat. part.* 1. *quæſt.* 50. *num.* 1. Et ità etiàm fructus; cum
uſuris. Fab. *in ſuo Codic. lib.* 4. *Tit.* 23. *Diffinit.* 14. *n.* 3.
Nequaquàm verò; cum ſorte principali. Medic. *loc.*
27 *allegat.* Fab. *in eod. citat. Codic. lib.* 4. *Tit.* 18. *Diffinit.*
5. *num.* 10. & Mut. *in Deciſ.* 84. *num.* 20. At ſenten-
28 tia D. Reg. noſtri, in contingentiis; ſequenda eſt;
ſtante authoritate Tex. *in citat. l. ſi non ſortem.* Et
comprobat illam Olea *loc. allegat. num.* 43.

29 Nec valet dicere: creditorem, ſortem diminutam,
abſque uſuris debitis; recipere non teneri: ad latiùs
tradita per Staiban. *in Reſolut.* 17. *lib.* 1. *num.* 3. Gait.
*de Credit. cap.* 4. *num.* 145. Carleval. *cit. tom.* 2. *lib.* 1.
*Diſput.* 1. *Tit.* 3. *ſub num.* 19. Facchin. *lib.* 10. *Contro-
verſ. cap.* 59. Cenc. *de Cenſib. quæſt.* 110. *ex num.* 4.
Avendan. *in ſimil. tract. de Cenſib. cap.* 107. *num.* 1. *&*
30 12. Eò quòd, in compenſatione; hoc aſſertum fallit:
ut habetur *in Leos.* 26. *§. ſi quis autem. C. de Uſur.*

31 Quibus verò caſibus, compenſatio non admictatur,
habes in *Obſervat.* 124.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXVI.
### SUMMÆ.

1 *Officium, in nominatione contentum; eſt omninò di-
verſum ab illo; quod à nominante exercebatur. Et n.* 2.
3 *Nominatus in Officio: quandò nominantis creditori-
bus; & legatariis teneatur?*
4 *Officium conceſſum pro ſe, & hæredibus: mortuo ac-
quirente; ad primogenitum ſpectat. Adversùs* La-
nar. *Collata tamen extimatione, & num.* 5.
*Quid, ſi à filiis; paterna pecunia emptum fuerit? Num.* 6.
*Vel, in linea Collaterali? num.* 9. *&* 11.
7 *Extimatio, Officii in collatione poſiti: qualitèr facien-
da ſit?*
8 *Officium, ſicut Feudum, imputatur in legitimam.*
10 *Collatio; ceſſat in linea Collaterali.*
12 *Pactum ſuper emolumentis officii, initum abſquè Re-
gis Aſſenſu, valet.*
D. Conſil. Rocc. *declarat* Deciſ. *num.* 16.
13 *Fructus Feudi: ſivè ſeparati à ſolo ſint, ſivè ſeparan-
di; allodiales judicantur.*
14 *Officia, & Feuda; ſimilia ſunt.*
15 *Argumentum à Feudis; ad officia tenet.*
17 *Officio, duobus inſolidum conceſſo: ſi unus ob malam
adminiſtrationem, illo privandus veniat; alteri non
præjudicatur.*
*Amplia in Feudo dividuo, vel individuo. num.* 18.

1 PAtrocinante D. Paulo Staibano: Obtinuerunt, in
facti contingentia præſentis Deciſionis, hæredes
Caroli de Alexio; adversùs impetita, per V.J.D. Fran-
ciſcum Antonium Scacciavento. Qua de re; mentio-
nem facit, in *lib.* 1. *Reſolut.* 59. *num.* 9. *&* 81: Memo-
ratque Deciſionem iſtam D. Rocc. *in tract. de Offic.
pagin.* 24. *num.* 55.

2 Ceterùm, quòd Officium, in ampliatione conten-
tum: omninò diverſum ſit ab illo, quod nominans
exercebatur; Claſſicorum, Authoritatibus, & ratio-
nibus, fundavimus, *in Obſerv.* 6. *num.* 20. *in verſic.
quòd omninò.* Quibus modò ſubnectimus, Montan. *de
Regalib. Offic. num.* 43. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.*
28. *ex num.* 35. *&* *ad Petr. Gregor. de Conceſſ. Feudor.
part.* 3. *quæſt.* 7. *verſic. & ratio.*

3 Quòd, licet Alii, contrarium ſtatuant; ità ut no-
minatus, nominantis creditoribus, & legatariis tenea-
tur; inter quos ſunt Rovit. *in Deciſ.* 72. Staib. *loc. alle-
gat. & Alii*, laudati per Nos *in citat. Obſervat.* 6. *n.* 25:
Illorum dictum, applicatur in conceſſione, ſivè am-
pliatione; cum qualitate hæreditaria. Quapropter, re-

F ce-

cedendum unquàm eſt à diſtinctione ; quàm D. Reg.
noſter dat. *ex num.* 15. *ad* 19. & *in indicat. Decis.* 6. Si-
quidèm , vel Officium conceſſum , aùt ampliatum
fuit pro hærede : Et eo caſu , ad nominantis onera , te-
neri nominatum : proptèr qualitatem hæreditariam ,
in conceſſione , ſivè ampliatione poſitam , indubium ,
eſt , & deciſum indicat ; allegatus D. Staiban: quia
abſquè hæreditaria qualitate;illud habere haùd potuit.
At , ſi conceſſio vèl ampliatio , pro alterius vita : nul-
lo vocabulo hæredis expreſſo ; eo caſu, contrarium fa-
tendum eſt : quia nominatus, cenſetur officium acqui-
ſiviſſe , ab ipſo Rege . Et hanc diſtinctionem : ſequun-
tur affabrè Arias de Meſa *Vart Reſolut. lib.* 3. *cap.* 49.
Staiban. *loc. indicat.* D. Conſil. Rocc. *in cit. tract. de
Offic. tit. de Offic. ampliat. rub.* 3. *num.* 45. & Alii:quos,
reprobatis Maur. Georg.& Thor.ex D.Reg.De Marin.,
allegavimus in *allegat. Obſerv.* 6. *num.* 26.
4 Obſervo ſecundo : officium conceſſum pro ſe, & hæ-
redibus;ad primogenitum ſpectaret:Etenìm cùm illud,
de ſui natura , indiviſibile ſit , & uni tantùm ſpectare
poſſit ; conceſſio pro hæredibus , in primogenitum ca-
dit . Comprobant aſſertum Reverter. *in Decis. juxtà
ordinem De Marin.* 551. *sub num.* 2. Altamiran. *in l.* 1.
*C. de Fil. Official.* & Amicangel. *de Regalib. Offic. quæſt.*
14. *num.* 7. Et noviſſimè , id practicatum vidimus ; in
perſonam U. J. D. Nicolai Albano , ſuper inteſtatione
Officii Maigſtri Actorum M. C. V. poſſeſſi , dùm in
humanis erat ; per Franciſcum , ejus patrem : excluſa
ſecundògeniti petitione . Quicquid ſibi dicat Lanar. *in
Cons.* 59. *num.* 28.
5 Primogenitus verò, cùm aliis Fratribus; Officii æſti-
mationem , conferre tenetur . Merlin. *in tract. de Le-
gitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 27. Arias de Meſa , *in adduct.
cap.* 49. *num.* 26. Vital. *de Collat. quæſt.* 28. *num.* 35. De
Marin. *ad Reverter. in Allegat. Decis.* 551. *num.* 1. &
Meroll. *tom.* 3. *Theol. Moral. disput.* 6. *cap.* 8. *difficultat.*
12. *num.* 452. Atquè ad ornatum , videantur Barz. *in
Decis.* 86. De Pret. *de ultim. Volunt. lib.* 3. *sol.* 6. *num.*
16. *pagin.* 150. Craſſ. *de Legitim. quæſt.* 30. *num.* 1.
Magil. *de Imputat. quæſt.* 12. & Surd. *de Aliment. tit.*
6 9. Quod , Fagundez : diſputato ſollemnitèr Articulo ;
concludit procedere , etiàm in Officio à Filiis empto ,
de Pecunia Patris , *in tom.* 1. *ad Præcept. Decalog. lib.* 4.
*cap.* 22. *ex num.* 5. Et probant Valaſc. *in prax. partit.
cap.* 13. *num.* 63. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 19. *num.* 6. Garſ.
*de Expens. & meliorat. cap.* 4. *num.* 4. & D. Conſil.
Rocc. *in cit. tract. de Offic. pagin.* 21. *num.* 34.
7 Æſtimationem verò , inſpecto tempore mortis ; fa-
ciendam eſſe : non emptionis , quo pater egerat ; ſcri-
bit Gama *in Decis.* 29. *num.* 6. Et conferunt tradita
per Merlin. *loc. citat. quæſt.* 24. *num.* 12. *vers. Impu-
tatione autem facienda* . Qui *num.* 4. 5. & 6. thematis
8 reſtrictiones adducit : ſubſtinens etiàm perbellè , *num.*
1. imputari in legitimam : expendens ad id , Tex. *in
l. omnimodò. §. imputari. C. de inoff. Teſtament.* Quod,
in feudis quoquè admictunt Schrader. *de Feud. part.* 7.
*cap.* 5. *num.* 45. Caball. *in Cons.* 140. *part.* 2. Mareſcot.
*in lib.* 1. *Reſolut.* 74. Marant. *in l. is. poteſt. de Acqui-
rend. hæredit.* Craſſ. *loc. citat. quæſt.* 21. *num.* 4. Piſtor,
*lib.* 2. *quæſt.* 38. & A Roſental. *de Feud. cap.* 7. *num.* 13.
9 In linea etiàm Collaterali ; determinatum extitit
per Regiam Cameram Summariæ: referente Præſiden-
te Dominico Aſtuto , Die 17. Maii. 1667. Fratri primo-
genito ; Officii inteſtationem competere : ſuper inte-
ſtatione Officii , Actorum Magiſtri M. C. V. in Civi-
libus poſſeſſi per quondam Joſeph Barra; inteſtandum
eſſe , in perſonam Pompei Barra , fratris primogeniti;
& cohæredis dicti Joſeph: excluſa petitione Thomæ
Barra , ſecundogeniti alteriùs cohæredis : reſervatis ta-
men juribus dicto Thomæ , ſuper emolumentis Offi-
cii : Ut refert. D. Reg. De Philip. *in Diſſertat.* 24.
10 At ceſſare prætii collationem:ex quò ceſſat collatio,
in linea collaterali : juxtà tradita per DD. *in l.* 1. *C. de*
11 *legitim. hæredib.*, tradunt apertiùs De Marin. *ad Re-
verter. in cit. Decis.* 551. *num.* 2. D. Rocc. *in Reſponſ.*
100. *part.* 1. *Et in citat. tract. de Offic. pagin.* 21. *num.*
36. & in Feudo Rovit. *in Decis.* 38. & De Marin. *lib.* 1.
*lib.* 1. *Reſol.* 126. *num.* 57. 58. & 59. Sèd abſquè diffi-
cultate , non tranſit ; Pro quo , videantur , quos me-
morat D. Reg. De Philip. *in adduct. diſſert. Fiscal.* 24.
*ex num.* 47.
12 Obſervo tertiò : ſuper emolumentis Officii ; benè
paciſci poſſe: abſquè Regis aſſenſu . Adde Rot. Roman.
*part.* 2. *recentior. in Decis.* 543. *num.* 3. Fructus nam-
13 què , ſivè ſeparati à feudo ſint , ſivè ſeparandi ; ſem-
per allodiales judicantur. Piſtor. *part.* 3. *quæſt.* 160. *ex
num.* 19. Et cæteri , quos laudavimus *in Allegat. Ob-
ſerv.* 6. *num.* 14. Quibus modò ſenecte , Burſat. *in
Cons.* 296. *vol.* 3. De Pont. *in Cons.* 34. *num.* 13. *lib.* 1.
Caſſan. *ad Consuetud. Burgund. rub.* 7. §. 4. Undè , in
judicati cauſam ; capiuntur. Rovit. *in Pragm.* 3. *de Or-
din. Judic. num.* 13. & *ibi* Laganar. *num.* 30. Et ideò,
abſquè aſſenſu, ſuper illis paciſci poſſe; concludit Surd.
*de Aliment. tit.* 4. *quæſt.* 10. & Rovit. *in Pragm.* 4. *de
Feud. num.* 46. & 54. Feuda inſuper , & Officia; ſimi-
14 lia ſunt. Staiban. *in citat. Reſolut.* 59. *ex num.* 15. De
Medic. *in Cons.* 169. *n.* 13. De Amic. *in Tit. qui Feud.
dar. poſſ. cap. dicebam. fol.* 63. Amicangel. *loc. citat.
quæſt.* 11. *num.* 8. & 9. Et ideò à Feudis , ad Officia ;
valet argumentum. Iſern. *in cap. dicebam. num.* 10. Ca-
15 merar. *in cap. Imperialem. lit* P. *pagin.* 27. Ann. *in Al-
leg.* 103. *num.* 3. Galeot. *in Reſpons.* 12. *num.* 87. 97. &
142. & Amicangel. *loc. indicat.*
16 Sed hanc D. Regentis noſtri comprobatam conclu-
ſionem ; declarat D. Rocc: ut procedat , quotiès emo-
lumenta Officii; tamquàm ſeparanda , conſiderantur:
ſecùs ſi principalitèr de Officio , & ſucceſſivè de emo-
lumentis ; diſponatur. *in cit. tract. de Offic. pagin.* 548.
*num.* 42. & 43: Et Deciſionem refert *num.* 45. Hìnc
idem D. Conſil Rocc. *eod. loc. rubric.* 13. *in verſic.
quintus eſt casus* §. 5. *num.* 25., affirmavit: abſquè Re-
gis aſſenſu , conceſſionem fructuum Feudi ; non valet
re : ſi ad longum tempus , facta ſit: eò quòd, utile do-
minium, aut ſaltem jus; in re transferri cenſeatur. E-
dixerat priùs Marcian. *tom* 2. *Disput.* 80. *ex num.* 28.
Sed videatur in contrarium Camerar. *in citat. cap. Im-
perialem, pagin.* 18. *lit. F.*
17 Occaſione ponderationis ex facto ; quam fecit D.
Reg. noſter *num.* 25: Hæredes de Alexio ; contribuiſſe
condemnationi factæ in generali viſitatione , per D.
D. Franciſcum de Alarcon , de ſupremo Caſtellæ , &
Cubiculi S. C. M. Conſiliarium . Inſurgit dubium :
quid, ſi Officium; duobus in ſolidum fuiſſet conceſſum:
quorum , uno adminiſtrante ; ob ejus malam admi-
niſtrationem , Officio privandus veniat : nùm id ; in
alteriùs præjudicio , fieri poſſit ? Deciſum extitit per
Regiam Cameram Summariæ : delictum unius ; alte-
ri non præjudicare : Teſtibus Reverter. *in Decis.* 168.
Conſtant. *in l.* 1. & 2. *C. de fil. Official. num.* 145. Thor.
*in compend. part.* 2. *verb. Officium duobus.* Additque
18 ex Scrader. De Marin. *ad Revert. in paulò antè allegat.
Decis.* 168. Id quoquè in Feudo , duobus in ſolidum
conceſſo ; procedere : ſivè illud ſit dividuum , ſivè in-
dividuum.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXVII.
### SUMMÆ.

1 *Præscriptio , in Annuis præſtationibus , ex contractu
debitis : nùm , & quo die ; obtineat?*

*Quid,*

Digitized by Google

*Quid, in Annuis legatis? num. 2.*
*Et in Eccleſia? num. 3.*
4 *Exigens Annuum redditum, ex contractu debitum, ad minorem quantitatem, quàm ſit conventum; ſibi præjudicat: ut ejuſdem redditus, ex pacto tacito; diminutum cenſeatur.*
5 *Solutio prioris Annatæ, ex ſolutione recentioris; quando præſumatur?*
6 *Diſpoſitio* l. quicumquè C. de Apoc. public. *exornatur.*
7 *Apocæ tres, de recepto trium Annatarum interpolatarum; præſumptionem ſolutionis de præterito, non inducunt.*
*Idem, ſi producatur unica Apoca; continens ſolutionem trium Annatarum. num. 8.*
9 *Diſpoſitio* l. quicumquè; *procedit quando ipſe creditor exegit: non verò in Procuratore, aut Tutore exigente.*
10 *Tutor, licèt pro pupillo ſolutiones recipiat, & debitorem liberet; illi præjudicium non infert; ſi de vera ſolutione non conſtet.*
11 *Diſpoſitio* l. quicumquè; *non procedit in debito irregulari; legato; mutuo; & debito.*
12 *Solvens Tutori, qui duobus conjunctim ſolvere promiſit; non liberatur.*
13 D. Conſil. D. Michael Muſcettula; *laudibus oneratur.*
14 *Minor læſus: ex facto Tutoris; reſtituitur.*
*Limita: ſi ei, ſuper bonis Tutoris; ſit conſultum. n. 16.*
*Et poteſt intentare actionem ſuam: vel contrà Tutorem: vel ad reſciſſionem Actus. num. 15.*

1 PRæſcriptioni locus; nùm ſit, in Annuis præſtationibus; inquirit D. Reg. noſter, *ex num.* 4. Super quo; videndi ſunt, Borcholt. *de Uſur. cap.* 4. Weſſembec. *in lib.* 1. *tit.* 4. & Alii innumeri: quos, pro, & contra; conducit, D. Conſil. Petr. *in Rit.* 167. *nu.* 6. Epiſcop. de Afflict. *Controv.* 49. *ex num.* 11. & Staiban. *in Obſervat. ad reſolut.* 82. *num.* 16. Qua in re; Reverter. voluit: quòd, ſi ex contractu, debitæ ſint: per lapſum triginta, vel quatraginta annorum, à die quo à ſolutione ceſſatum fuit: quia unica ſtipulatio eſt; præſcriptioni fieri locum, *in Deciſ.* 83. *num.* 4. Et eandem opinionem ſequitur D. Merlin. *Controv.* 44.
2 *cent.* 1. Qui id, ad propoſitum, de more; limitat, in Annuis legatis: Quia debeti conditionalitèr cenſentur: Et tòt ſunt legata de per ſe; quòt ſunt Anni: Et ideò præſcriptiones, tòt etiàm compleri debent; quòt ſunt Anni; quibus debentur: Niſi Eccleſiæ, Monaſterio, aut Civitati; debeantur. De Marin. *in Obſerv. ad Citat. Deciſ. num.* 3. *&* 4. Etenim hos: concurren-
3 te probabili ignorantia: per beneficium reſtitutionis in integrum, ſuccurri; dicit Reverter. *loc. indicat.* Et in minore ſcribit Maceratenſ. *lib.* 2. *Reſolut.* 5. *num.* 4.
4 Obſervo ſecundò: creditorem, qui exegit Annuum redditum, ex contractu debitum, ad minorem quantitatem, quàm in contractu, conventum extitit; ſibi præjudicari Adde Balb. *de Præſcript. part.* 4. *partis* 4. *princip. quæſt.* 5. & Conſtant. *in l.* 2. *C. de Fiſcalib. Uſur. num.* 28. Et probatur ſententia ex Tex. *in l. adverſùs, C. de Uſur.*

Cæterùm, ad Deciſionis ornatum, conferunt ea; quæ ſemèl in facto habui. Conduxerat in Anno 1613. Joannes Baptiſta de Fiore, ab Abbate Bernardino Barone, & Vincentio de Flore, Tutoribus D. Franciſci Milazzi, nonnulla bona ſtabilia, per Annos ſex; ad rationem Ducatorum biſcentum triginta quinque; pro quolibet anno, ſolvendorum prædictis Tutoribus conjunctìm.

Mortuo D. Franciſco Paulo: Dominæ Olimpia, Franciſca, & Antonia ejus hæredes; inſteterunt, aſſiſtendi judicio, adverſùs Sergium Ferruccio; poſſeſſorem bonorum dicti quondam Joannis Baptiſtæ: pro conſecutione totius penſionis; cum intereſſe, & damnis: Qui laudavit in authorem D. Franciſcum de Caſtellet, patrem, & legitimum adminiſtratorem ejus filiorum; nepotum, & hæredum dicti quondam Joannis Baptiſtæ.

Indè die quarto Iulii 1654: ſervatis ſervandis, per Magnam Curiam Vicariæ; fuit præſtita aſſiſtentia in forma, ſuper Rubricis in Actis deductis: pro quantitate liquidanda: cum intereſſe etiàm liquidando; damnis; & expenſis.

Poſtremò, introducta per viam appellationis cauſa in S. R. C: pro parte D. Franciſci de Caſtellet: compilatoque Termino, ad non poſita ponendum: Occaſione, quòd dictus D. Franciſcus, apud Acta exhibuit nonnullas Apocas de recepto: confectas, ſcilicet, unam in Anno 1615. continentem ſatiſfactionem annatarum affictus, completarum in Menſe Decembris Anni 1613. & 1614, quam fecerant Abb. Bernardinus, & Vincentius: Aliam ab eiſdem factam, in Anno 1616: continentem quandam anticipatam ſolutionem Ducatorum biſcentum viginti; in partem annatæ maturandæ in Menſe Decembris, ejuſdem Anni Tertiam anni 1618. factam à ſolo Bernardino; continentem ſatiſfactionem Anni 1617. Et tandèm quartam ejuſdem Anni, & Diei, Ducatorum quinquaginta trium; ab eodem Bernardino confectam, in partem penſionis Anni 1618. Diſceptatum fuit de illo: nùm ſolutio prioris
5 annatæ, præſumatur ex ſolutione recentioris? Augebant dubitationem conjecturæ, quæ ex facto ponderabantur: Tutorum diligentia, Conductoris opulentia, & Pupilli neceſſitas: quæ in anticipata ſolutione, pro parte dictorum de Caſtellet, fundari conabatur. Et allegabatur Tex. *in l. quicumque C. de Apoc. public.*
6 *lib.* 10. Quò, cautum legitur: per tres ſolutiones, trium annatarum, debitum præteritum, ſolutum cenſeri.
7 Dicebam Ego, has Apocas de recepto, interpolatas eſſe: & non annorum continuorum: Ac proindè, ceſſare præſumptionem ſolutionis, præteritarum annatarum. Ex Cancer. *var. Reſolut. lib.* 2. *de locat. cap.* 14. *num.* 80. Cavalcan. *in Deciſ. Fivizan.* 29. *num.* 42. Gabriel. *Tit. de Præſumpt. Concluſ.* 11. *num.* 11. Galter. *in prax. liquid. Inſtrum. part.* 2. *ultim. part. principal. rub.* 2. *num.* 46. Fontanell. *de pact. Nuptialib. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 5. *num.* 30. Pariſ. *de Reinteg. Feudor. cap. incipiente. & circa materiam. num.* 1. 2. *& ſeq.* Facchin. *Controverſ.* 89. *lib.* 13. Menoch. *lib.* 3. *Præſumpt.* 139. Ricc. *in Collect.* 25. Trigo *in ſingular.* 125. Cremenſ. *in ſingul.* 79. Beveri. *in tract. de Mora. num.* 1. *verſic. quartò adduco.* De Pont. *de Poteſtat. Proreg. tit.* 4. *§.* 2. *ex num.* 3. De Franch. *in Deciſ.* 137. & ibi De Luca, Gizz. *hìc num.* 15. Maſcard. *de Probat. vol.* 1. *Concluſ.* 604. Petr. Duen. *verb. Apoc. regul.* 54. Rodoer. *ad Reg. De Marin. Reſol.* 75. *ex num.* 1. *qui num.* 4. Benè
8 tradit; eandem præſumptionem, locum haùd obtinere: ſi produceretur unica Apoca, continens ſolutionem trium annatarum, unica vice factam; Quod, & ſcripſerat Gabriel *loc. citat.* & D. Reg. noſter *hoc loc. num.* 9. Quicquid in contrarium adſtruere conetur Merend. *lib.* 6. *Controverſ.* 22.
9 Dicebam ſecundò: eandem Tex. diſpoſitionem: Teſte D. Regent. noſtr. *num.* 15. procedere; quotiès creditor ipſe, à ſuo debitore exegit: At non per interpoſitam perſonam. Optimè Gratian. *in Deciſ.* 152. pro ut in ſolutione facta Procuratori; ſcribunt Navar. *in ead. l. quicumquè. num.* 13. de Franch. *in allegat. Deciſ.* 137. *num.* 2. Cavalcan. *loc. citat.* & Tutori, D. Reg. noſter *hìc num.* 13. Tutor enim, etſi pro Pupillo, ſo-
10 lutiones recipiat; & creditorem liberet: Pupillo tamen; præjudicium non infert, per receptionem de recepto: ſi de vera numeratione, non conſtat Tiraquell. *de retract. convent. §.* 4. *gloſſ.* 6. *num.* 12. Cephal. *in conſ.* 101. *num.* 8. *& ex num.* 18. *usque ad* 30. *lib.* 1. Mareſcot. *var. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 7. Her-



Digitized by Google

cul. Moriſc. *lib.2. variar. Reſolut. cap.93. num.7.* Maſcard. *loc. citat. Conclus.*367. *num.*7. *&* 8. Fab. *in suo Cod. Tit. de Confeſſ. diffinit.* 4. Natt. *in Cons.* 543. *ex num.* 13. Guttierez *de Tutel. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 78. Novar. *loc. desup. indicat.* Gratian. *Discept.*716.*tom.* 4. *num.*24. de Marin.*ad Reverter. Observat.*410.*num.* 2. & D. Altimar. *ad Rovit. in Cons.*25. *num.*20. *& sequent.*

11 Dicebam tertiò: ejuſdem Text. diſpoſitionem, ex doctrina Bald. *in repetit.* ejuſdem *l. quicumquè. num.* 8. *in verſic. itèm promiſiſti*; non procedere in debito irregulari. Et probant Cremenſ. *in ſingul.* 80. Cotta *in verb. solutio.* & Gratian. *in allegat. Decis.*152.*num.* 3. *&* 4. Propterea, ſi tibi promiſi ſolvere quoto Anno, quinquaginta; uſquè ad Annum triginta: licèt probentur ſolutiones trium annatarum: non per hoc ſequitur, præſumendum eſſe; Annos retro, fuiſſe ſatisfactos. Quod dixit Cremenſ. *in citat. ſingul.* 80. procedere, in legato; Mutuo; & in Debito. Et eandem ſententiam; ſequuti ſunt, Cavalcan. *loc. citat.* & Maſcard. *in allegat. conclus.*604. *num.* 24. *&* 25.

12 Dicebam quartò: ſolutiones in hac ſpecie facti, factas fuiſſe contrà formam obligationis promiſſæ Tutoribus conjunctìm: atquè adeò, nullam de eis, eſſe habendam rationem. Ad Tex. *in l. ſi debitorem. ff. de novat.* Optimè de Caſtr. *in l. qui Uſumfructum. in fin. ff. de verb. obligat.* cujus meminit Gratian. *Disceptat.* 286. *num.*46. Imò, licèt aliquandò eidem tutori, cui enarratæ ſolutiones, nullitèr factæ fuerant; anticipatìm videantur: ad id, cauſam dedit Tutoris calliditas; qui proprio nomine acceptum, ex bonis pupilli compenſare intendebat: hæreditas etenim ſatis erat lucroſa: ut ex Actis clariſſimè patet. Eo magis ex quo: quandoquè idem Tutor, ejuſdem debitoris pupilli; faſſus eſt, ſe nomine proprio, ingentis quantitatis debitorem eſſe. Ultrà alia, in facto; à Nobis lucidius ponderata.

Et deniquè dicebam; omnimodò confirmandum fore Decretum diffinitivum M. C. V., latum pro quantitate liquidanda: quo ſtante, ſaltèm liquidatio in gratiam actoris, pro ultimo Anno, non ſatisfacto; facienda erat.

13 Et ex his: referente in S. R. C. Regio Conſiliario D. Michaele Muſcettola, Viro Patritio, Atavorum ſtemmatibus claro, & Juriſconſulto maximo: intervenientibus DD. Regiis Conſiliariis de Ponte, Aulæ præfecto: Jannettaſio, De Roſa, & Macedonio; ſententia, per hæc verba prolata extitit.

Carolus Dei gratia Rex. D. Mariana de Auſtria, Regina Mater, Tutrix, & Gubernatrix.

*Viſa ſupplicatione Majeſtati noſtræ, noſtroque S. R. C. oblata pro parte D. Franciſci Caſtellet, nomine, ut in actis, ſub Die* 13. *Julii* 1654. *fol.*1., *cujus tenor, talis eſt.* S.R.M.*&c.*

*Viſis deniquè videndis: & conſideratis, &c.*

*Per hanc noſtram diffinitivam ſententiam; dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus. malè fuiſſe, & eſſe, ad Majeſtatem noſtram, noſtrumque S.R.C. appellatum pro parte ſupradicti D. Franciſci de Caſtellet: Et benè fuiſſe, & eſſe, per noſtram M. C. V. judicatum, vigore Decreti, per ipſam M.C. V. interpoſiti, ſub Die* 4. *Julii Anni* 1654. *Et proindè Decretum prædictæ noſtræ M.C.V. eſſe debitæ executioni demandandum. Hanc eandem, &c.*

*D. Michael Muſcettula.*

*Lecta, lata, & promulgata fuit præſens diffinitiva ſententia, in Aula S. R.C. curia, pro Tribunali ſedente, ac ibidem aſſiſtentibus, magnificis Militibus U. J. Doctoribus Eraſmo de Ponte, Paulo Jannettaſio, Joſepho De Roſa, Aloyſio Maria Macedonio, & Michaele Muſcettula: Cauſa relatore: Regiis Conſiliariis, aliiſque, in numero opportuno. Neap. Die* 11. *menſis Julii* 1670.

*Joſeph Lombardus S.R.C. Actor. Magiſtr.*

*Regiſtr. in ſentent. S.R.C. Anni* 1670. *fol.* 7. *à terg.*

*De Mercat. Secretar.*

Hujus Deciſionis meminit De Luc. *ad Franch. Cent.* 5. *Obſervat.*361. *ex num.*5.

14 Obſervo *num.*14. Minori læſo, facto Tutoris; per
in integrum reſtitutionem ſuccurrendum eſſe. Proba-
tur aſſertum apertiùs *ex l.*1. *&* 2. *C. ſi advers. transact.*
*l. ſi major §. quòd ſi Minor C. commun. divid. Et ex l. ſi in-*
*trà. C. de Temp. in integ. reſtit.* Tu verò nota; in ejuſ-
15 dem electione eſſe: vel contrà Tutorem agere: vel ad
Actus reſciſſionem. Ad tradita rationabilitèr *in l. etiam*
*& in l. fin. C. ſi Tut. vel Curat. Invent.* Et ibi Bart. ſe-
quitur Matin. *de legitimat. perſon. cap.*1. *num.*30. Ni-
ſi in bonis Tutoris, ſivè Curatoris; ei conſultum non
16 ſit. Ludovic. *in Decis.* 55. *n.* 23. Theſaur. *in Decis.*
103. *num.*9. Cavalcan. *de Tut. & Curat. num.* 100. &
nominatìm adverſùs Odd. *de in integr. reſtit. quæſt.*
89. *artic.*7. & Pariſ. *in Cons.* 100. *lib.* 1. *num.* 7. Con-
trarium audactèr ſentientes, affabrè tradit, Mace-
ratenſ. *qui alios colligit in cit. lib.*2. *variar. Reſolut.*9.
*num.*61.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXVIII.
### SUMMÆ.

1 *Discordia; Malum extremum eſt.*

2 *Diviſio; dicitur amica Pacis.*

3 *Diviſioni; faciliter aſſentitur: niſi de Feudo tractetur.*

4 *Pactum, de perpetua unione; non ſubſtinetur.*

5 *Hæredes; non tenentur ſervare Teſtatoris placitum, de perpetua communione.*

6 *Diviſio: ſtante Conſuetudine loci, quòd major dividat, & minor eligat: nùm, facta per ſortem; teneat?*

*Recenſentur Deciſiones, contrà* D. Reg. noſtr. *num.* 7. *Cujus ſequaces adducuntur num.* 8. *& exponitur* Thor. *num.*9.

10 *Fundus; qui comodam non patitur diviſionem: qualitèr dividatur?*

11 *Quis ſit Iudex competens diviſionis?* Maxil. *declarat* Socc. & Fab. *exploditur à* Valaſc.

12 *Diviſioni; ſtandum eſt: modò tamèn captioſa facta non ſit.*

13 *Diviſio, ex capite leſionis; reſcindi poteſt, uſquè ad trigeſimum Annum.*

14 *Læſio, qualis concurrere debeat; ad finem reſcindendi diviſionem? Refertur opinio* D. Merlin. Facchin. & Chriſtin; *quos conciliat* Fab.

15 *Dividens bona propria, tamquam hæreditaria, ſivè communia: quo pactò recuperat.*

16 *Inſtrumenta, & libri communes hæredum; à quo ſint cuſtodiendi? Et nùm filius fratris; majoris; habeat eandem prærogativam? Notatur* D. Gizz. *contrà quem adducitur* D. De Luc. *laudatur* D. Iudex D. Franc. Anton. Feloaga.

17 *Legatarius medietatis prædii; poteſt cogi, ad accipiendam partem, pro diviſo: Adverſus* D. Gizz. *rejectum à* D. Urceoli. *num.* 18. *&* 19.

1 NIhil eſt dubii, quin Diſcordia ſit malum extre-
mum: Tacit. teſte *in lib.*4. *Ann.* & in diſſentio-
ne, nullam conſpici ſalutem; monuit Ceſar *de Bell.*
2 *Gallic. lib.* 5. Undè Martin. illam Pacis matrem voci-

ta-

Digitized by Google

tavit *in Conſ.* 1. *num.* 119. faciliquè negotio adhærendum dixit Rot. Roman. *coram* Ottobono *in Deciſ.* 96. *num.* 12. etſi ad minima ducat: Plutarc. teſte *in lib. de Fortuna.* advertente quoque prudentèr: *Prudentiam diviſam, & diminutam in Artes Mechanicas; degeneraſſe ad eam faciem: qua à Prometheo, ſcintillæ ignis,*
3 *hinc indè ſparſæ; evanuerunt,* Etenìm Potentiæ, Feudiſque, applicari potius; ſumitur *ex cap.* 4. 15. *quæſt.* 2. cujus meminit De Rub. *in Certam.* 8. *num.* 27. Et latiùs D. De Philip. *in Diſſertat.* 24. *ex num.* 9. *ad* 17.
4 Pactum, id circò, de perpetua unione; à Doctoribus improbatur: nè liberum impediatur arbitrium Harppreċt *ad Inſtitut. tom.* 3. *tit. de Obligat. quæ ex quaſi contract. naſc.* §. 3. *ex num.* 47. Et legitur *in l. in hoc judicium* §. *ſi conveniat ff. commun. divid.* Adeò, ut:
5 licèt in Teſtamenti Tabulis, Teſtatoris placito; parere neceſsè ſit, §. *diſponat. Auth. de Nupt.* cum concordant. congeſtis per Carleval. *de Judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 5. *num.* 20. Tap. *in Deciſ. S. R. C.* 33. *num.* 5. Peregrin. *de Fideicom. artic.* 6. *num.* 21. & *artic.* 11. Merlin. *centur.* 2. *Controverſ.* 61. *num.* 11. Giurb. *part.* 1. *Obſerv.* 3. *ex num.* 1. & *per* Valenzuel. *in Conſ.* 105. *num.* 3. Mandatum, de perpetua unione ſervanda; hæredes non obligat Aſin. *de execut.* §. 9. *cap.* 140. *num.* 1. Craſſ. *in* §. *Teſtamentum quæſt.* 72. *num.* 1. & 2. Amplians id, licèt Juramenti Sacramento, paternam voluntatem ſervare; filii obligati ſint. Sequitur Vaſq. *de Succeſſ. creat.* §. 7. *num.* 4. Accedente potiſſimùm; moleſtam, aut rixoſam, unius fratris, qualitatem. Trombett. *de Societat. cap.* 6. *ex num.* 35. *verſic. ſublimita, & num.* 62. Matut. *in Diſquiſit.* 23. *num.* 13. & Caſar. *in quæſt.* 37. *num.* 18. Sed videatur ad rem Thor. *part.* 1. *compend. verb. diviſio bonorum hæreditariorum*, & Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 707.

6 Proponebatur in præſenti deciſione, principalitèr diffiniendum: præmiſſa Conſuetudine loci: quòd in diviſione facienda, major dividat, & minor eligat: Nùm eadem, per ſortem fieri valeat? Partem affirmativam, Decreto ſequuta fuit M.C.V. quam in dubium S.R.C. priùs revocavit: Poſteriùs, dubitans de Conſuetudine, eidem M. C. V. injunxit: quòd, ſuper allegata Conſuetudine, partes audiret.

7 Contradicunt Deciſioni, Durant. *in quæſt.* 17. *in fin.* id determinatum referens, in Senatu Tholoſano: & Thor. *in part.* 2. *verb. diviſio hæreditatis facienda.* deciſum aſſerens, in cauſa Antoniæ Palo, cum hæredibus Sylveſtri Palo, in Banca de Baſile; diviſionem fuiſſe admiſſam per ſortem. Haùd obſtante Conſuetudine Terræ Lubrani Provinciæ Hydruntinæ: diſponente, quod major dividat; & minor eligat: eo potiſſimùm jacto fundamento, Judicium ſortis, communi jure, approbari Bertach. *in verb. Diviſio n.* 70.

8 Ego verò concurro cum D. Reg. noſtro, in diviſione; ſervandam eſſe, loci Conſuetudinem: ſi talis adſit. At ſi non: in Terris Eccleſiæ Canoniſtarum ſententiam: ſicùt in illis, ſeculari Juriſdictioni ſubjectis; Legem Quiritum. Quod apprimè ſuadent D. Gizz. *hoc loco ex num.* 14. Barb. *in rub. de reb. Eccleſ. non alienand. num.* 183. Maxill. *ad Conſuetud. Barens. in Rubric. de Judic. diviſor. in conſuetud. ſi fratres.* De Penn. *in l.* 2. *C. de his, qui ſe defe. lib.* 10. Covarr. *quæſt.* 40. *num.* 3. Simoncel. *de Decret. minor. tit.* 4. *ex num.* 34. Gomeſ. *in Rubric. de Action.* §. *quædam num.* 32. & De Luca *ad Franch. Obſervat.* 675. *num.* 8. Ipſa verò veritas eſt: opinionem illorum, quod major dividat, & minor eligat; ferè ab Univerſo Orbe probatam, legi apud Laderch. *in lib.* 1. *de different. Jur. Civil. & Saxonic. cap.* 31. Rodulph. Forner. *in lib.* 5. *Rer. quotid. cap.* 22. & penes D. Calà *de in integr. reſtitution. quæſt.* 45. *num.* 13. ad rem faciunt tradita per Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* Tacit. *Annal. lib.* 1. & Senec. *lib.* 5. *de Benefic. cap.* 16. Ac legantur, Viv. *Commun. Opin. lib.* 2. *Concluſ.* 130. Creſcent. *in Deciſ.* 3. *tit. de Arbitr.* Le Cirier. *in tract. de Primogen. lib.* 2. *quæſt.* 3. *ex nu.* 24. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *quæſt.* 123. Fich. *inter commun. opinion. lib.* 4. *verb. diviſio.*

9 Nec D. Regent. noſtri turbat ſententiam, determinatio *apud* Thor. *loc. allegat.* propter facti contingentiam. Etenim, ad evitandam fraudem: quæ de facili oriri poterat, adversùs pupillos hæredes, & fœminam: *eodem* Thor. *teſte loc. cit. in fin.* taliter deciſum fuit.

10 Obſervandum ſuccedit, qualitèr Fundus: qui commodam diviſionem non patitur; dividendus ſit? Electionem, dandam eſſe, ex contiguitate loci, ſcribit D. Reg. noſter *num.* 8. quem ſequuntur D. Olea *de Ceſſion. jur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 32. Galter. *in prax. Inſtrum. part.* 3. *principal. Rubric.* 5. *num.* 9. De Luc. *ad Franch. Obſervat.* 160. *num.* 5. & D. Calà *loc. indicat. num.* 41. Aut uni datur Fundus: alteri illius extimatio. Thor. *in citat. part.* 1. *verb. Diviſio Domus, Et verb. Diviſionem non recipientes*, De Ann. *in Conſ.* 81. *n.* 7. *vol.* 1. Maxill. *loc. citat. in conſuetud. Jus prothomiſeos num.* 8. *tit. de Jur. prothomiſ.* Capyc. *in Deciſ.* 63. & *ibi* Petr. & *in Deciſ.* 36. *num.* 1. latè de Vbald. *de duob. fratrib. part.* 11. *num.* 24. & *part.* 4. *ex num.* 21. & Gratian. *in Deciſ.* 169. Vel ad licitationem, devenitur: ut deciſum indicat Thor. *loc. ſupra citat. verb. Diviſio ubi comodè.* Admictuntur tamen iidem hæredes ad licitandum, & plus offerenti traditur. Cancer. *lib.* 3. *Reſol.* 13. *num.* 9. Modò licitari velint, & juſtum prætium offerant: alitèr, extraneis licitatoribus; fiet locus. Ad Tex. *in l. ad officium ff. commun. divid.* Et contrà Afflict. & alios, contrarium ſentientes, voluerunt De Amat. *Reſolut.* 77. *num.* 11. *tom.* 2. Intrigliol. *in Conſ.* 12. *num.* 16. Et latè D. Calà *ubi ſup. ex num.* 41. *ad* 46. quo loco, memorat D. Reg. noſtrum. hìc. Et in diviſione ſocietatis; idem tradiderunt, Hermoſill. *in l.* 3. *Gloſſ.* 6. *num.* 100. *Tit.* 4. *part.* 5. De Leo. *in Deciſ.* 177. & Olea, qui alios, allegat, *loc. adduct. num.* 35.

11 Inſurgit dubium; quiſnàm erit Judex competens, diviſionis: quoties unus, eſt Clericus? Reſpondit Io: Fab. *in* §. *quædam Inſtitut. de action.* præferri Judicem provocantis. At Soccin. voluit: quòd cùm diviſio, ſit actus mixtus, & inſeparabilis: ſivè Clericus provocaverit: ſivè fuerit provocatus, pro diviſione; Judex Eccleſiaſticus, ſit adeundus: *in Conſ.* 14. *lib.* 4. Cujus dictum; in tantùm putat verum, Maxill. *in citat. Conſuetud. ſi fratres. num.* 29. in quantùm, de Judice; antè diviſionem agatur: ſecus, ſi facta diviſione; Clericus conqueratur; Eo namquè caſu, cùm ipſe actor ſit; debet fratres ſuos, coràm eorum Judice, in Jus vocare: ex Regula actor debet ſequi forum rei. *l. actor. C. ubi de re agi oport.* Nec eſt curandum de Fabr. ex quò ipſius dictum, hoc tempore non ſervari: concludit Valaſc. *de Partitionib. cap.* 22. *num.* 16.

12 Diviſioni, ſtandum eſſe: dummodò, captioſè facta non ſit, ſcribit D. Reg. noſter *num.* 20. Faciunt tradita per Thor. *part.* 2. *verb. diviſio bonorum facta.* Et reſcin-
13 di poſſe diviſionem, ad Trigeſimum uſque Annum, ex capite læſionis, dixit Ant. Fab. *in ſuo Codic. Tit. ſi major fact. diffinit.* 7. & Cenſal. *ad Peregrin. de fideicomm. artic.* 16. *pagin. mihi* 40. *verſ. tertio reſpondetur. circ. med.*

14 Quanta verò, concurrere debeat læſio: ut diviſio reſcindatur; videndum hoc loco eſt. Reg. Merlin. voluit, eſſe neceſſariam læſionem: ultrà dimidiam, *in lib.* 1. *Controverſ. cap.* 58. *in fin.* Et probat Fachin. *Controverſ. lib.* 8. *cap.* 36. Sed ſatìs eſſe, illam eveniſſe in quadrante; ſcribit Chriſtin. *in deciſ.* 182. *vol.* 2. Tandèm Faber. diſtinguit, ut hanc poſtremam opinionem; procedat in diviſione facta inter Fratres: anterior verò; inter alias perſonas: *in citat. Cod. lib.* 3. *tit.* 27. *diffinit.* 3.

15 Et illud adijciam: dividentem bona propria: tamquam hæreditaria, aut communia: ſi id ignorantèr factum ſit, diviſione haùd obſtante; ſibi non præjudicare

care

Digitized by Google

cate. l. ſi poſt diviſionem, C. de Jur. & fact. ignorant. D. Hodiern. Controverſ. 38. num. 65. At ſi ſcienter: Jus ſuum, per diviſionem, remiſiſſe cenſeri; dixit Gabr. comm. Concluſ. tit. de Fideicomm. concluſ. 1. Menoch. lib. 3. Præſumpt. 115. & Maceratenſ. lib. 2. Reſolut. 49. num. 28. Niſi majoratui ſuppoſita ſint. Palaez de Majorat. part. 4. quæſt. 35. Alex. in Cont. 168. lib. 5. Dec. in l. ſi ſoror. num. 3. C. de Collat. & Tomaſ. de Majorat. Tit. 12. cap. 12. num. 28.

16 Inſtrumenta, & Libri communes hæredum; eſſe cuſtodienda per majorem natu: ſi omnes hæredes ſint maſculi, & pares in partibus; ſcribit D. Gizz. hic num. 23. & probatur ex l. fin. ff. de fid. inſtrument. & ex l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. famil. erciſc. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap. 10. gloſſ. 7. ex num. 18. Scapp. de jur. non ſcript. lib. 4. cap. 28. num. 10. Pareja de Edit. inſtrum. tit. 5. Reſol. 13. Felic. de ſociet. cap. 40. num. 53. Olea De ceſſion. jur. tit. 7. quæſt. 1. num. 17. Traditque idem D. Gizz. num. 25. eandem prærogativam competere, hæredis ſenioris filio; ſed in contrarium ſtat Alciat. in l. 2. §. ex his. num. 7. ff. de verb. obligat. aſſignans rationem: quia talis facultas retinendi Libros, & Inſtrumenta hæreditatis, penes ſe; reſpicit præheminentiam, & fidem perſonæ, & ſequitur hanc opinionem nominatim contra D. Gizz. De Luc. ad de Franch. Obſerv. 386. num. 4. imò, & deceptum fuiſſe allegando Andreol. dixit, quia reſidet in opinione, pro patruo: ex Giurb. loc. citat. num. 18. Fontanell. de Pact. nuptial. clauſul. 4. Gloſſ. 9. part. 2. num. 65. Quid verò ſi concurrat Fœmina adminiſtratrix vinculi, cum Religioſo præſertim novitio, & Viro proximiore, Libri, & Inſtrumenta; penes quem conſervare debeant? Quæſtionem extricat luculenter optimis mediis ſapientiſſimus, ac Nobiliſſimus Eques Calatravenſis, & I. C. inſignis D. D. Franc. Anton. De Feloaga Criminum in M.C.V. meritiſſimus Iudex in ſuo eleganti Enchirid. Jur. Controverſ. cap. 5.

17 Poſtremò videndum remanet: num ſit verum D. Gizz. dictum num. 27. ex Andreol; qui id habuiſſe, ab Anneo Robert. inquit: legatarium medietatis prædii, non poſſe cogi; ad accipiendam illius partem, pro diviſo: in cujus electione eſt; illam habere pro indiviſo adducens tex. in l. rectè dicimus, ff. de verb. oblig.

Facit pro contrario: quòd inter duos poſſeſſores pignoratitios, hypothecarios, aut uſufructuarios; judicium, communi dividundo competit. Harppreſt. in ci-
18 tat. §. 3. de Obligat. quæ ex quaſi contract. Valaſc. in citat. tract. de partition. cap. 2. Non quidem actione directa, ad proprietatem: ſed actione utili, ad proprietatis commoditatem dividendam: pro conſecutione utilitatis fructus, diviſim à Compoſſeſſore. Urceol. lib. 2. Conſultat. 72. ex num. 20.

19 Et Robert. non dicit id; pro quo allegatur: ſed agit de Legato domus, dividendæ inter hæredem, & legatarium: concludens, ſi Legatarius diviſionem voluerit: propriis expenſis illam facere; curare debere. Et ità per Senatum; pronunciatum adducit textum verò in cit. l. rectè dicimus. benè de more expendit Urceol. loc. citat. num. 25. adverſus D. Gizz. & Andreol.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXIX.

### SUMMÆ.

1 Parùm, & nihil, æquiparari; Adagium eſt.
2 Renunciatio, juxtà mentem Concil. Trident. à Novitiis quandò fieri debeat?
3 Confirmatur Deciſ. ex aliis; & adducuntur Contradictores.
4 Concilii Trident. cap. 16. de Regul. ſeſſ. 25., refertur mens.
5 Aſſenſus Apoſtolicus, alienationi rerum Eccleſiaſticarum, de forma.
Qua in alienatione; non ſit neceſſarius? n. 6.
7 Reſtitutio in integrum; pro modica læſione; non conceditur.
8 Pro modica ſterilitate; non conceditur remiſſio mercedis.
9 Diſpoſitio Concilii Trident. cap. 16. de Regular. ſeſſ. 25., non habet locum in teſtamentis, & Codicillis; adverſùs Spin.
10 Novitius: quando poſſit Teſtamentum à ſe factum; revocare?
11 Teſtamentum factum antè Religionis ingreſſum; nùm per profeſſionem; rumpatur? & num. 12. 13. 14. & 15.
16 Diſpoſitio Concilii in dict. cap. 16., procedit in donatione.
17 Donatio gratuita; nihil à Renunciatione differt.
18 Diſpoſitio Concilii in citat. cap. 16. de Regular., procedit in refutatione Officii.

1 Parùm, & nihil æquiparatur; apud Nos inveteravit Adagium: ſumptum fortaſsè ex l. ſcio. de in integr. reſtit. l. prætor. §. ſed, & ſi. ff. quod cum eo. Et ex l. quamvis, ff. de condit. & demonſtrat. Meminitq; Ariſtotel. in lib. 5. de Republic. cap. 4. in verſic. medium autèm: Et ex noſtris luculenter Barboſ. in axiomat. 175. D. Merlin. Centur. 2. Controverſ. 47.
2 num. 9. & poſt alios, noviſſimè D. De Philipp. in Diſſertat. 13. ex num. 1. Determinatum habes hoc loco: Renunciationem, quam juxta Sacroſanti Oecumenici Concilii Tridentini formam ſeſſ. 25. de Regular. & Monialib. cap. 16. à Novitiis fieri debet intra duos Menſes ante emiſſam profeſſionem (de qua latè Armendariz in addit. ad recompilat. leg. Navarr. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. ex num. 18. Molfeſ. ad Conſuetud. Neap. tit. de Renunciat. quæſt. 16. ex nu. 21. Mirand. in Manual. Prælator. Regular. quæſt. 33. tom. 1. Cavall. commun. quæſt. 806. Staiban. lib. 1. Reſolut. 85. num. 1. & 2. & Gratian. in Deciſ. 37.) licèt modico tempore poſt duos ultimos menſes præcedentes profeſſionem facta ſit; validam eſſe; Comprobat Deci-
3 ſionem. Marant. in Reſponſ. 3. & meminit de ea De Luc. de lin. legal. art. 28. num. 27. Sed habet contradictorem acerrimum Novar. par. 1. quæſt. 78. Et videndus eſt Thor. in ſupplement. verb. renunciatio facta per Militem Hieroſolymitanum.

4 Reverè; ea Concilii. mens fuit: nè reſtringatur libertas, egreſſus novitii: timore, nè bonis omnibus potiatur; quibus ſè, intuitu Religionis, ſpoliaverat. Maceraten. lib. 1. Reſolut. 112. caſ. 62. verſic. mens autem Concilii, & novitiis nolentibus profiteri; ſunt reſtituenda omnia bona; quæ detulerunt, tempore ingreſſus in religione; Nec quid minimum, Religioſi retinere valent: & ab Epiſcopo compelli poſſunt. Meroll. tom. 3. Diſput. 7. cap. 5. dub. 9. num. 158.

5 Confert Deciſioni: quòd, etsi Aſſenſus Apoſtolicus, ſit de forma in alienatione fundi Eccleſiaſtici. Cavalcan. in deciſ. 35. num. 31. Part. 1. Covar. Reſolut. lib. 1. cap. 17. num. 2. Ciarlin. Controverſ. 8. num. 18. Soccin. in deciſ. 445. num. 1. Farinac. in dec. 206. & Sarmient. de redditib. Eccleſ. part. 1. cap. 2. ob cujus defectum: etiam ſi, juſta cauſa interveniat; contractus invalidus reputatur. Magon. in Deciſ. 69. Grammatic. in deciſ. 79. & Theodor. in allegat. 46. num. 15. At ſi alienatio verſaretur, in modici valoris
6 fundi alienatione: Aſſenſum de quo verba facimus, non eſſe neceſſarium; concludunt affabrè Pap. in Deciſ. 156. Cavalcan. in Deciſ. 45. num. 4. & in Deciſ. 46. num. 8. & 75. part. 1. Eo ſtante: nàm modicum; in generali prohibitione non comprehenditur. Abb. in cap. ſuper. de reb. Eccl. non alien.

7 Fa-

Digitized by Google

7 Facit, quòd reſtitutio in integrum; pro modica læſione, non conceditur: ut *in citat. l. ſcio. de in integrum reſtitut.* Et notant Gabriel. *tit. de integrum reſtitut.Conclus.*1. D. Calà *de in integr. reſtitut. qu.* 45. *num.*40.

8 Nec pro modica ſterilitate, remiſſioni mercedis, locum fieri; concludit Boſſ. *de remiſſ.merced.n.*107.

9 Succedit videndum: nùm eadem *Sacroſancti Concilii* diſpoſitio; in teſtamentis obtineat: aut in codicillis? Id non audet determinare Guttierez, *in cap.quamvis pactum. verb. dum nuptui tradebatur. num.* 4. *de pact. in* 6. Tu verò reſpondeas negativè; quicquid ſibi involvat Spin. *de teſtam. gloſſ.*12. *num.* 50. Ex quò in illis; viget diverſa ratio: ob facultatem revocandi. Tap. *in Auth. ingreſſi. C.de Sacros. Eccles. verb. ideoq; nec de his, cap.* 1. *num.* 1. *in fin.* Leſſ. *de Juſtit. lib.* 2. *cap.*41. *dubietat.*4. *num.* 40. Gratian. *tom.*5. *cap.* 807. *num.*30. Eman.Sà, *in summ. verb. Religio.num.*5. Humada *in l.*7. *gloſſ.* 3. *ex num.*4. *tit.*7. *part.*1. Zecch. *de Republic. Eccleſiaſt. Rubric. de Regular. c.* 3. *num.*10. Novar. *in Commentar.*2. *de Regular. num.*51. Cævall. *loc. desup. allegat. q.* 63. *ex num.*7. *lib.* 1. Cancer. *Reſolut. lib.*2. *cap.*8. *num.* 86. Paſcal. *de virib.Patr.poteſtat. cap.*3. *num.*94. De Marin. *in cit. cap.*196.*num.*2. *&* *in tom.* 3. *Allegat.* 96. *num.* 3. Et ſic deciſum referunt, Armendariz *loc. allegat. num.* 21. Cavalcan. *in Decis.* 11. *part.* 3. *num.* 112. *&* 113. Molin. *de Rit. Nupt. lib.* 4. *q.* 99. *num.* 26. & Rot. Roman. *in Decis.* 556. *num.*8. *tom.*3. *part.*4. *recent.*

10 Et quòd Novitius, poſt Religionis ingreſſum: ſed antè Profeſſionem, ad ſui libitum teſtamentum, à ſe factum; revocare poſſit, & alia condere: tradunt perbellè Leſſ. *in citat. num.* 40. de Vecch. *in prax. obſervand. in admiſſ. ad Relig. ſtat. novit. disput.* 8. *dub.* 10. *num.*3. Piſo *Reſol.*8. *lib.*1. *num.*29. Covarr. *in cap.* 2. *num.* 4. *&* 5. *de Teſtam.* Zecch. *loc. allegat. num.* 10. Clar. *in* §. *Teſtamentum. quæſt.* 28. *num.* 6. Et ibi Harppreſſ. *ex num.* 13. Gratian. *in citat. cap.*187. *nu.* 31. & Urceoli *conſultat.*45. *num.*1. *tom.*1.

11 Inſurgit dubium: nùm Teſtamentum factum antè Religionis ingreſſum; per Profeſſionem, rumpatur?

12 Affirmant, ex illo: nam Monaſterium; habetur loco filii. Napodan. *in Conſuetud. ſi moriatur. num.*9. *verb. moriatur.* Et Provenzal. *ibid. obſervat.* 2. *num.* 14. Montan. verò hanc opinionem ſequitur, cum moderatione: niſì in eodem Teſtamento; aliquid, pro alimentis ſuis, Monaſterio relictum ſit: in *controv.* 26. *num.*14. *&* 16.

13 Diſtinguit De Marin. *in allegat. cap.*196. *num.*3. ut tale Teſtamentum: ſi de proximo futuro ingreſſu in Religione, meminerit; firmum remaneat: ſecùs, verò ſi de Religione haùd præcogitavit. Et eandem opinionem; ſequuti ſunt, Paſcal. *loc. indicat. num.* 93. Craſſ. *in* §. *Teſtamentum. quæſt.* 34. *num.* 3. Clar. *ubi ſup.num.*5. & Argel. *de acquirend. poſſeſſ. artic.*8. *num.* 178. *&* 207.

14 Tertia opinio eſt, Dec., quam ſequitur Author Damnatus, *in cap. in præſentia de probat.* ſubſtinentis, nullo modo tale Teſtamentum; per profeſſionem rumpi: quia benè Teſtator, ſi Teſtamentum mutare voluiſſet; utiquè potuiſſet. At ſi non fecit, præſumitur, ſe cum ea voluntate, voluiſſe conformari; Et in eodem albo; ſe ſubſcribunt Spin. *ubi ſup. rub. part.*6. *in fin. num.*3. Covar. *in citat.cap.*2. *num.*5. *&* 6. Merlin. *de legit. lib.*1. *tit.*2. Gratian. *in cit. cap.* 807. *n.*32. *Et ex aliis* Urceol. *in eod. cap.*45. *num.*2.

15 Noviſſimè tandèm, De Luc. *ad Franch. Obſerv.* 424. *num.* 3. fortaſsè diſtinguit aptiùs: Monaſterium incapax, à capace: primo caſu, nullo modo per profeſſionem, Teſtamentum quandocumq; factum, proptèr illius incapacitatem, revocari dicit: licèt de ingreſſu non cogitaviſſet. Secundò verò caſu: ſi de ingreſſu, cogitatum non fuerit: durante vita Monaci, Monaſterium, benè illius bona retinere: & per prædecedentiam hæredis inſtituti, antè Monaci fatum, Teſtamentum caducari; concludit. Cùm caſus evenerit; cogita. Nec deſinas videre, latiùs congeſta, per Caſtill. *de Vſufruct. cap.* 65. Gamm. *in Decis.* 316. *&* 375. Mattienz. *in l.*1. *gloſſ.*3. *num.*4. *tit.*4. *lib.*5. *nov. recompilat.* Facchin. *lib.* 6. *controvers.* 14. *&* 15. De Graſſ. *de effectib. Clericat. effect.*4. *num.* 31. *&* 32. Reginald. *in prax. For. pœnit. lib.*18. *num.*397. Genuenſ. *in practicab. Eccles. quæſt.*332. Bordon. *de Profeſſ. cap.* 5. *quæſit.*33. *&* Urceol. *in cit. cap.*45.

16 Comprehendere, eandem Sanctæ Sydodus; diſpoſitionem: donationem inter vivos; ſcripſerunt Molin. *de Juſtit. tract.*2. *disput.*129. *verſic. ambiget præterea:* Navar. *in cit. comment. de Regular. num.*5. *in fin.* optimè à Sanct. Fauſt. *in Theſaur. Religioſor. lib.*5. *quæſt.*
17 180. Staiban. *Reſolut.* 85. *num.* 5. Etenìm, à donatione nihil, renunciatio gratuita differt. De Afflict. *controvers.* 24. *num.* 6. *&* 7. Covar. *Reſolut.* 4. *lib.* 2. Calcan. *in Cons.*25. *num.*23. *verſic.ſed poteſt.* Maſcard. *de probat. conclus.* 1269. *nu.* 1. Clar. *in* §. *donatio, quæſt.*16. *num.*5. Merlin. *in citat. tract. de legitim. tit.* 2. *quæſt.*11. *num.*3. *&* 4. Gratian. *tom.*3. *discept.*409. *num.* 19. & Rodoer. *in Conſil.* 7. *num.* 1. & à ceſſione *cap. ſuper hoc. & cap. pridem. de renunciat.* Caſanat. *in Conſil.*10. *ex num.*75.

18 Demùm comprehendere etiàm hanc Sanctæ Synodus diſpoſitionem: renunciationem Officii; indicat De Vecch. *loc. deſuper citat. Disput.*8. *dub.*7. *num.*7. qui *num.* 8. comprehendere fidejuſſionem quoquè voluit, & *num.*9. liberationem Tutoris, & Curatoris.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE XXX.

### *SUMMÆ.*

1 *Purgatio moræ; ſemper admittitur: de æquitate S. R. C. quotiès Jus partis; non ſit factum deteriùs* *Recenſetur* ſequaces Deciſionis.

*Et* Deciſ. noviſs., *in caſu à fortiori num.*3.

2 *Deciſio præſens* D. Reg. noſtri: *quo caſu procedat: ſecundum* Prat.

4 *Mora; intra modicum tempus, purgari poteſt. Et quantum ſit modicum tempus; in ſubjecta materia. comprobatur* Gizz.

5 *Fidejuſſor, de aliquem præſentando: intrà quantum tempus; moram purgare poſſit?* D. Petr. *ſtat contrà* Caravit.

6 *Devolutio feudi emphyteutici; in S. R. C. non conceditur: niſì poſt terminos datos debitori; ad ſolvendos cenſus decurſos. Iuſtà* D. Reg. noſter. *quem* D. Rodoer. *Impugnat num.*10.

*Dictum* D. Reg. noſtri, *quando procedat num.*9.

7 *Emphyteuta, quandoquè fuit admiſſus; ad purgandam moram in S.R.C. poſt declaratam caducitatem.* D. Hodiern. & Thor. *ſtant contrà* Grat. & Tuſc.

8 *Creditor emphyteutæ: quandò, ad purgandam illius moram; admittatur?*

11 *Sententia devolutionis, lata: non factis præceptis emphyteutæ, quòd ſolvat cenſus; eſt valida: adverſùs* Prat.

12 Deciſio *præſens* D. Reg. noſtri: *quandò procedat?*

13 *Moræ purgationi: quandò locus non fiat? & num.* 15. 16. 17. *&* 18.

14 *Renunciatio purgationi moræ; qualis eſſe debeat?*

19 *Mora; quibus caſibus, purgari poſſit? & num.* 20. 21. 22. 23. *&* 24.

25 *Sententia lata, contra principalem: quando demanda-*

Digitized by Google

*dari poſſit executioni contrà fidejuſſorem?* De Luc. *ret unà* Gizz.

26 *Dominium directum, præferri pro cenſu, ſuper meliorationibus factis de aliena Pecunia, data ad meliorandum; ſtatuit* Gizz. *Idque* judicatura S. R. C. confirmatur. *num.* 27., *ſed alia* ſententia reiicitur, *num.*28.

29 *Creditor, pro refectione Fundi; Doti præfertur: cum* Deciſion. noviſs.

CAvendum à nimia celeritate, nimiavè mora monuit Alciat. *Emblemat.* 20. Nobis verò tantiſpèr, in hac materia; moræ immorari, liceat.

1 Concluſum eſt hìc de æquitate S.R.C. purgationem moræ, re integrà ità ut Jus partis, non ſit factum deterius; admicti Deciſionem nominatim proſequuntur, Gizz. *hoc loc. n.*16. De Marin. *ad Reverter. in Obſervat.* 142. *num.*3. Staiban. *Reſolut.* 78. *ex num.* 20. *ad* 26. *lib.*1. Franciſc. Prat. *Diſcept.*21. *num.*90. *lib.*1. & *Diſcept.* 48. *num.*15. *&* 16. Rodoer. *ad De Marin. lib.* 1. *Reſol.* 133. *num.* 5. *&* Dom. Conſ. Petr. *in Rit.* 163. *num.*17. *&* *Rit.*173. *num.*11. Memorantque aſſertum ſtylum Thor. *in compend. part.*1. *verb. mora, an committatur.* Sanfelyc. *in Deciſ.* 114. *lib.* 1. De Marin. *in citat. cap.*133. *num.*9. & Marott. *lib.* 1. *controv.*25. *ex*
2 *num.* 61. Et comprobant Deciſionem, Lopez *in l.* 50. *Tit.*5. *part.*5. *Gloſſ.* 1. & in *l.*36. *Tit.*11. *part.*5. *in Gloſſ. verb. abien viſta del Juzgador.* Larr. *in allegat.*63. Matut. *in Diſquiſit.*26. *num.*31. *&* 32. Chriſtin. *in Deciſ.* 162. *num.*6. Gratian. *Diſcept.*658. *num.*25. & Cancer. *lib.*1. *tit. de Fidejuſſor. cap.* 5. *num.* 136. Et procedere in caſu reſciſſionis contractus; interpretatus fuit illam, Prat. *lib.*3. *Diſcept.*4. *num.*27.

3 Et noviſſimè, ſequuta præſenti Deciſione: moræ purgationem admiſſam; vidimus in cauſa Petri Lomer Aurifabro: cum Antonio Caſtagnino, & Antonio Pacifico, etenim Petro ad conventionem devento cum dictis Caſtagnino, & Pacifico, ut in die Paſchatis Reſurrectionis D. N. Jeſu Chriſti anni 1675. ſibi tradere debuiſſent duos vaſus argentifabratos (vulgo Guantere) granatis, notiſſimis gemmulis, incruſtatis, & illigatis, quos eodem die Petrus in obſervantiam pacti Ill. Marchioni Jerro præbere debebat. Credito prædictis argento, atque gemmulis, datoq; arrhabone. advento die ſtatuto; opere non completo; Marchione ab hac Florentiſſima Civitate diſceſſo, petiit Petrus Caſtagninum, & Pacificum cogendos eſſe ad reſtituendum acceptum, nec ipſum vaſus, recipere teneri, ex quo tempus promiſſum diù ceſſerat, imò tempore moti judicii non erant perfecti, & Marchio pro quo opus deſtinatum fuerat alium Regnum appulerat; Irroborabatque jus ſuum ſub obſervantia pacti reſolutivi. At, non obtinuit decreto namque M.C.V. lato die 24. Auguſti ejuſdem anni 1675. excluſa Petri petitione fuerunt admiſſi conventi ad moræ purgationem, quod S. R. C. referente Iudice Galiſio, in Aula Regii Conſiliarii Eraſmi de Ponte, Die 27. Novembris ejuſdem Anni confirmavit. Proceſſus eſt in Banca Franciſci Calenda, apud Scribam Dominicum Polverinum.

Intra modicum tempus, moram purgari poſſe; in-
4 dicat Gizz. *hic num.*11. Et probant apertiùs *Covar. var. reſolut. lib.*3. *Reſolut.*17. *num.*4. Rot. Florent. *in Deciſ.* 60. Gratian. *in deciſ. March.*49. *num.*7. *&* *tom.*4. *Diſcept.*708. *ex num.*18. *ad* 26. Haùd obſtante Juramento. De Marin. *in citat. Obſervat.* 142. *num.* 3. De Amat. *in Deciſ.* 70. *num.* 57. & Gratian. *ead. Diſcept.* 708. *num.* 58. Quod Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limitat.*41. *num.* 25. ad duos Menſes extendit. Sequitur Seraphin. *de Privileg. Jurament. Privileg.*48. *num.* 8. Id tamèn Judicis arbitrio, remiſſum ire; tenuerunt Tiraquell. *in l. ſi unquàm, C. de revocand. Donat. verb. omnia, vel partem. num.* 51. Ludovic. *in Deciſ.*5. *in fin.* Menoch. *de Arbitr. caſ.*7. *nu.* 13. Gratian. *in allegat. cap.*708. *num.*54. & Dom. Petr. *in adduct. Rit.*163. *num.*6.

5 Hinc eſt, quòd fidejuſſor: de aliquem præſentando certo Die: ſi poſt paucos Dies, adventus Diei reum præſentaverit; liberatur: Attento ſtylo S. R. C., & M. C. V. cæteriſq; Tribunalibus teſte D. Petr. *loc. citat. num.* 1. *&* 2. Quo loco; reſpuit Caravit. contrarium ſentientem: Et vide Maſcard. *de Probat. conclus.* 1066. *num.*24. Idquè procedere in fidejuſſore; de præſentando debitore: completis feriis: licèt elapſi fuiſſent quinquè menſes, à tempore, quo ceſſit præſentationis Dies; fundat optimis mediis, De Marin. *in allegat. Reſol.*133. *ex num.*1. *ad* 9. ſed ibidem, eſt videndus Rodoer. *num.*7.

6 Et in emphyteuſi, in caſu caducitatis; prævalere etiàm canonicam æquitatem; pro qua S. R. C. concedit plures terminos, ad ſolvendum cenſus decurſos, antè declarationem devolutionis Fundi; dixit D. Reg. noſt. *num.* 16. Quàm moræ purgationem: licèt Grat.
7 *in Conſ.* 46. *in fin. lib.* 1. & Tuſc. *lit. M. Conclus.* 379. *num.*49. ſcribant, non eſſe admittendam: quotiès emphyteuta, in Judicio fuit vocatus: Quandoq; fuiſſe per S. R. C. admiſſam, poſt latam ſententiam ſuper devolutione; indicant D. Hodiern. *ad Surd. Obſervat.* 29. *num.* 8. *&* 9. & Thor. *in Compend. part.* 1. *verb. purgatio moræ.* Creditorem etiàm, pro ſuo intereſſe;
8 poſſe ſolvere cenſus decurſos; Domino directo: etiàm eo renuente; tradunt Merlin. *de Pignorib. lib.*4. *quæſt.* 76. *ex num.* 8. *Fab. de conjectur. lib.* 8. *cap.* 15. *in fin.* De Amat. *Reſolut.*27. *lib.* 5. *ex num.* 1. *ad* 6. Hunn. *Reſolut. Civil. lib.*3. *tract.*8. *quæſt.*2. Modò, id faciat; antè caducitatem incurſam. Giurb. *in Deciſ.*91.

9 Aſſertum verò, haùd procedere, dixeris: quotiès devolutio; pro pacti obſervantia petitur: Fundamentis jactis, per Prat. *in citat. Diſcept. ex num.*24. Theodor. *in Allegat.*24. *num.* 7. De Luc. *ad Franch. in Obſervat.* 482. *in ultimis verbis*; Atque examuſsìm, in Emphyteuſi Eccleſiaſtica; tradunt, Roman. *in Conſ.* 103. *num.*4. Seraphin. *in eod. tract. de Privileg. Juram. Privileg.* 48. *num.* 17. Et vide Staiban. *in Obſerv.* 36. *ex num.*28. *lib.*1.

10 Praxìm verò memoratam, à D. Regent. noſtr. S.R.C. paſsìm concedere plures terminos emphyteutæ, ad ſolvendum cenſus decurſos, antè declarationem devolutionis Fundi emphyteuticarii; Impugnat, multis mediis, noviſſimè, Rodoer. *in Conſil.* 16. *num.* 6. *&* *ex num.* 38. *ad fin.* Qui *num.* 45. nominatìm reſpuit, D. Reg. noſtr. cujus dictum; in viridi obſervantia eſt.

11 Memoratque Sarn. *in prax. Civil. pagin.* 55. veritate, tamen pollet: quicquid ſibi Prat. involvat *in cit. lib.* 1. *Diſcept.* 27. *num.* 4. ſententiam, devolutionis rei emphyteuticæ: latam, non conceſſis dictis temporibus, ad ſolvendum cenſus decurſos, ſubſtineri, ut deciſum indicat per S. R. C. idem Rodoer. *num.*48. Quo loco, benè obſervat: eundem Prat. juxtà ejus ſcriptas nequaquam obtinuiſſe, & confert ſcriptum per D. Calà *de in integr. Reſtitut. quæſt.*6. *num.*22.

12 Obſerva ulteriùs, in facti contingentia: in qua, cum D. Reg. noſtro moramur, cognitum fuiſſe: haùd moræ purgationi, fuiſſe renunciatum. Potens reverà
13 occaſio: pro qua obtentum fuit: Etenìm, illud eſt certum in Jure, ob illius renunciationem; nullo modo, moræ purgationi locum fieri. Ità Afflict. *in Deciſ.* 174. *in med.* Prat. *in citat. cap.* 48. *num.* 2. *&* *lib.* 2. *cap.*43. Mayner. *in l. nulla intelligitur mora. num.* 47. *ff. de regul.* Gram. *in Conſil. Civil.* 19. *num.*8. Marant. *part.*6. *membr.*9. *Tit. de Except. pagin. mihi* 364. *num.* 38. & De Marin. *in citat. lib.*1. *Reſol.*271. Fortiùs, ſi fuerit conventum; quòd aliàs contractus habeatur, pro non facto: ſi verè, in tempore promiſſo; non fuerit

Digitized by Google

rit impletum: ut deciſum refert, per Rot. Roman. cujus ipſiſſima verba; tranſcribit, De Marin. *loc. nuper indicat.* & in cauſa Vincentii Guarnerii cum Univerſitate Poſtilionis, ac in cauſa Vincentii & Sacrum Regium Conſilium de Medices cum Nuntiante Albano per Regiam Cameram Summariæ, D. Rocc. deciſum indicat *tom. 2. Respons. 93. nu. 21. & 22.* & comprobant Gratian. *tom. 4. Discept. 786. n. 31.* & Viv. *in Decis. 531. num. 5. & 9.*

14 Nùm, qualis qualis renunciatio; ad nominatum effectum obtineat: vel debeat eſſe ſpecialiſſima? non abſre, ſuccedit videndum. D. Rodoer. voluit ſatìs eſſe; in contractu fuiſſe renunciatum, omni legum auxilio: ut moræ purgationi, quoquè; renunciatum dicatur, *loc. cit. num. 31.* Sed affabrè Corbul. *de caus. privat. ob non solut. canon. limit. 41. num. 2.* Tenuit eandem renunciationem; non ſufficere: quin moræ purgationi renunciatum cenſeatur: ſed expreſsè purgationi prædictæ, renunciandum ſit. Sequitur Cephal. *in cons. 25. num. 37. ad 51. lib. 1.* & Gratian. qui contrariam reiicit opinionem: *in allegat. cap. 916. num. 22.*

15 Nec moram purgari poſſe ab illo, qui contractum geminavit; probat Gratian. *loc. nuper citat. num. 9. & in Discept. 708. num. 28.* Bajard. *ad Clar. in §. fin. quæst. 46. num. 61.*

16 Aut ſi in contractu; fuiſſet appoſita certa dies; & pœna. Feliù. *in ejus Margarit. part. 2. verb. mora.* Rodoer. *ad De Marin. cap. 123. num. 5.* Ganaver. *in decis. 26. nu. 3.* Rot. Florentin. *in Decis. 61.* Guid. Pap. *in Decis. 171.* De Afflict. *Controvers. 39. num. 7.* Barboſ. *de potest. Episcop. allegat. 126. regul. 2. num. 56.* & Staiban. *in adduct. Resolut. 17. lib. 1. num. 1. & in Resolut. 36. nu. 9. & 20.*

17 Nec eadem purgatio moræ, conceditur; ad acquirendam actionem. Mantic. *de Conject. lib. 11. Tit. 18. nu. 42.* & de Afflict. *controv. 34. num. 11.*

18 Et tandem mora haùd purgari poteſt, poſt latam ſententiam; dicunt Niger. *de Judicial. Pignor. subast. cap. 30. num. 25.* Caputaquenſ. *in Decis. 234. part. 2.* Et in cauſa Domanii, per Collaterale Conſilium, non fuiſſe admiſſam; tradit Ann. *in singular. 350.* Viv. *in Decis. 442. num. 19.*

19 At purgatio moræ; admictitur: quandò Jus partis, non eſt effectum deterius; licèt certa dies conventa, concurrat. *l. & si post tres. ff. si quis caution. l. sit servum 91. §. sequitur, ff. de verb. obligat.* Matut. *in disquis. legal. 26. num. 31.*

20 Secundò, non intrat mora: nec ad intereſſe tenetur quiſpiam: ſi non ſit perſona, cui ſolvi poſſit, *l. Pecunia fenebris. §. 1. & l. cum quidam. §. Pupillo. ff. de Usur.* Olea *de cession. Jur. Tit. 1. quæst. 6. num. 52.* Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. artic. 26. pagin. mihi 193. vers. ratione moræ.*

21 Tertiò, in illam non incurritur; per adventum diei, in obligatione expreſſum: quotiès debitor, non fuit interpellatus in facto præparatorio, Judicii concernente: non in extrà judicialibus. Gabriel. *commun. Conclus. Tit. de solut. conclus. 9. num. 22.* cum aliis; quos conducit Gratian. *cap. 707. num. 8.*

22 Quartò, idem ſtatuitur; in credito illiquido, per Afflict. *in Decis. 205.* antequàm ſit liquidatum. Bellon. *in Decis. 118.* & Monter. *in Decis. 6. n. 5.*

23 Quintò, aſſertum idem procedit in ignaro quantitatis; quàm ſolvere debet: ex qua ignorantia; evitatur etiam intereſſe. *De Marin. lib. 2. Resolus. 109. num. 9. & 110. num. 6.*

24 Sextò, nec per adventum diei, in contractu appoſiti; in moram incurritur: ſi præcedere debet aliquid, ex parte actoris. De Afflict. *controv. 37. num. 7.*

25 Tradit Gizz. *hoc loco num. 33.* Quòd ſententia lata, contrà principalem debitorem; nocet fidejuſſori contractus: quotiès obligatus reperitur per inſtrumentum, habentem paratam executionem, vigore ſtatuti: aut habenti pactum executivum; Allegat, Coſt. & Aretin. Et meminit de eo, D. Petr. *in Rit. 159. num. 1. tom. 1.* Sed de Luc. per hæc ipſiſſima verba, Gizzii aſſertum ità intelligendum; dixit perbellè. *Quia erroneum est intellectum, simpliciter dictum assertum; & in nullius mentem venit: posse facere demandare executioni, contra fidejussorem contractus, obligatum: mediante publico instrumento, literas executoriales relaxatas; contrà debitorem principalem; cùm necesse sit agere, contra Fidejussorem. sed intelligenda est assertio, de Fidejussore: de judicatum solvendo: de quo loquitur A*retin. ubi ſup. *Aliàs propositio, est merè phantasia; est merum somnium.* Hæc de Luc. *in Observat. ad Franch. 400. num. 3. vers. animadvertendum.*

26 Ulteriùs, nè diutiùs, te detineam. Nota unùm: fortaſsè non inutile: nèc injucundum; Indicat Gizz. *num. 23.* Dominum directum, pro cenſu præferri; ſuper meliorationibus factis in re emphyteutica, de aliena pecunia: data ad meliorandum. Comprobatur aſſertum, ſcito S.R.C. lato: referente. Regio Conſiliario Joanne Baptiſta Jovino per hæc verba.

27 *In Dei Nomine. Amen, &c.*

PHILIPPUS DEI GRATIA REX.

*Visa comparitione olim S. R. C. porrecta per Joannem Baptistam Crescuolo, & Andreanam Cavaliero conjuges, fol. 119. in processu primi voluminis in causa Creditorum hæreditatis quondam Notar. Petri de Palma petentes pro eorum credito capitalis, & tertiarum præferri omnibus creditoribus, ac censui ex causis. in actis deductis cujus tenor talis est, &c.*

*Per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus non esse locum petitis in dicta comparitione, & proindè Dominos censuum domus in actis deductæ præferendos esse, & præferri debere, prout præsenti nostra diffinitiva sententia præferri volumus, & mandamus.*

*Hanc eandem, &c. Joannes Baptista Jovinus.*

*Lecta lata, & publicata fuit præsens Regia diffinitiva sententia in aula S.R.C. ibidem assistentibus, & Curia pro Tribunali sedentibus Magnificis Militibus V. J. D. Ioanne Baptista Iovino causæ Commissario, D. Blasio de Boliaga, Paulo Jannattasio, Joseph de Rosa, & D. Jo: de Herrera Regiis Consiliariis, & aliis in numero opportuno, die 20. Januarii 1664.*

*Vincentius Caprilis Actorum Magister.*

*Registrata in regestro anni 1664. fol. 16.*

28 A qua ſententia cùm pro parte Joannis Baptiſtæ, & Andreanæ; cujus Dotalem pecuniam fuerat data pro meliorando, augumentando, & reparando fundo; ad eundem S.R.C. fuiſſet reclamatum: in dubio, referente D. Conſiliario Paulo Jannattaſio; revocata fuit his verbis.

*In nomine Domini. Amen, &c.*

CAROLUS DEI GRATIA REX,

& Regina Mater, Tutrix, & Gubernatrix.

*Visa supplicatione olim S.R.C. porrecta pro parte Hieronymi Crescuolo reclamantis à sententia S. R. C. lata ad relationem olim Regii Consiliarii Ioannis Baptistæ Iovini, cujus tenor talis est, &c.*

*Per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus benè fuisse reclamatum, & malè judicatum, & proindè Hieronymum Crescuolo, & Lucretiam Crescuolo nominibus, ut in actis præferendos esse, & præferri debere, prout præsenti nostra diffinitiva sententia præferri volumus, & mandamus pro summa verè soluta super meliorationibus factis in domo in actis deducta.*

*Hanc eandem, &c. Paulus Jannattasius.*

*Lecta lata, & publicata fuit præsens diffinitiva sen-*

*tentia in S.R.C. Curia pro Tribunali ſedente, ac ibidem aſſiſtentibus Mag. Militibus V. I. DD. Eraſmo de Ponte, Paulo Iannattaſio cauſæ Commiſſario, Aloyſio Maria Macedonio, Michaele Muſcettola, & D. Petro Guerrero Regiis Conſiliariis, & aliis in numero opportuno. Neap. die 7. Iulii 1673.*
*Ioſeph Lombardus Actor. Mag.*
*Regiſtrata in Regeſtr. anni 1673. fol.*
*De Mercatis Secretarius.*

Prout eſt videre in proceſſu 1. 2. & 3. voluminis, creditorum quondam Notar. Petri de Palma: in Banca Lombardi; apud Scribam Garrupa.

29 Pro creditore: qui pecuniam dedit, ad refectionem adverſus dotem extat; *Conſultat.* Dom. Conſil. de Roſa, atq; D. Regent. Galeot. diſertus locus *in Controvers.* 24. Et ità deciſum fuit in Menſe Julii 1679. referente in Aula Regii Conſiliarii Joannis Baptiſtæ Hodierna, D. Conſiliario D. Petro Cortes: in cauſa Coſtantiæ de Piro; cum creditoribus illorum de Ceraſo. Proceſſus eſt in Banca Falvi; apud Scribam Julium Pepe.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXXI.
### *SUMMÆ.*

1 *Nemo, inauditus; damnandus eſt.*
2 *Renunciatio facta, antè Religionis ingreſſum: intuitu Religionis; non ſubjacet diſpoſitioni* Concil. Trident. cap. 16. ſeſſ. 25. de Regular.
3 Concil. Trident. in eod. cap. 16. *perſonam in sæculo exiſtentem; non compræhendit.*
4 *Renunciatio emiſſa: Habito prius ſuſcepto; diſpoſitioni* Concil. *ſubjacet. Contrarium, noviſſimè deciſum; adducitur. num. 5.*
6 *Monialis, congrua Dos, quando ſit paragium ingreſſarum. Quid, ſi Dos aſſignata fuerit Monaſterio; à Fratribus Monialis?* D. De Marini *retundit* D. Provenzal. *num. 7. Et declaratur* D. Gizz.
*Num paragium, ſivè ſupplementum illius: ei, per patris mortem quæſitum; alteri cedere valeat? nu.* 8.
9 *Paragium, nùm portio virilis; eſſe poſſit; ſi Monaſterium, quod ingreditur ſoror: tantam Dotem conſuevilſet recipere; quanta eſſet portio virilis?*
10 *Diſpoſitio* Concil. Trident. in citat. cap. 16. ſeſſ. 25. de Regular. *locum obtinet in reſignatione beneficii.*
11 *Epiſcopus, non poteſt conferre Beneficia, per Novitium renuncidata: niſi emiſſa illius profeſſione.*
12 *Durante Novitiatu, in Beneficiis habentibus curam annexam; Quid ab Epiſcopo agendum?*
13 Diſpoſitio Concil., *habet locum in Novitio, Majore viginti quinque Annis. Sed non obtinet, in donatione cauſa mortis. num.* 14.

1 NEminem inauditum, damnari oportere: nè quidem nocentem: nè tandèm id innocenti fiat; monuit Plutarc. & in XII. Tabular. legibus verbum hoc, ità ſcriptum fuiſſe; refert, Gell. *Noct. Att. lib.* 17. *cap.* 2. *Antè meridiem causam conſcito: cùm perorant ambo præſentes. Poſt meridiem; præſenti litem, addicito. Si ambo præſentes, Sol occaſus, ſuprema tempeſtas eſto.* Obtinuerat Monaſterium parte inaudita, & indiſcuſſis Juribus: quod poſtmodùm, in gradu reclamationis: malam fovere cauſam, agnoſcens; judicialem terminationem non expectavit. Et litem; concordia, terminavit.

2 Hoc loco, concluſum legitur: Renunciationem factam, antè Religionis ingreſſum, illius tamen intuitu; diſpoſitioni *Sacroſancti Oecumenici Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. 16. de Regular.* non ſubjacere; Quod probant ultrà allegatos, per D. Reg. noſt. *num.* 2. Gratian. *in Decis.* 37. Cened. *quæſt.* 6. *num.* 8. Neguſant. jun. *in Cons.* 10. *num.* 49. Riminald. jun. *in Cons.* 42. *nu.* 56. *vol.* 1. & *in conſil.* 436. *vol.* 4. *num.* 2. Ruin. *in Conſil.* 137. *vol.* 1. *num.* 5. Staiban. *in Obſervat. ad Reſolut.* 85. *num.* 1. 2. & 3. *lib.* 1. & Cavagnol. *in lib.* 1. *Deciſ. conſultiv.* 17. *num.* 12. inquiens *num.* 21. diſpoſitionem *adduct. c.* 16. non comprehendere hunc caſum: ex quò
3 ejus verba diriguntur in contractibus faciendis per Novitium inter vivos. Et proindè non includunt contractum, per perſonam merè laicam; & in ſæculo exiſtentem geſtum. Et ità declaratum per Congregation. Eminentiſs. Cardinal. dicit in contingentia facti: renunciationis inhitæ per D. Evandrum Baronini: qui in ſæculo extans, emiſerat renunciationem, in beneficium fratris: occaſione ſuſceptionis habitus, in quodam Monaſterio Religionis Dominicanæ. Et ità concludunt paritèr Valaſc. *de Partit. cap.* 16. *num.* 22. Caſtill. *de Vſufruct. cap.* 65. *num.* 7. Eman. Rodriq. *tom.* 2. *quæſt.* 47. *artic.* 8. Et ſic deciſum per Rot. Roman. pluriès fuiſſe; legitur apud Reg. De Marin. *in lib.* 2. *Reſolut.* 196. *num.* 13. Et noviſſimè idem, in caſu à fortiori; determinatum vidimus, in S.R.C. referente D. Conſil. de Dura, in Aula Conſiliarii Staibano: in cauſa Venerabilis Monaſterii Sancti Franciſci,
4 Terræ Guardiæ Grælis: ex perſona quondam Fratris Franciſci Scioli: cum Lucretia Scioli; & Capitaneo Julio Procaccino, conjugibus; ceſſionariis Venerabilis Monaſterii Sanctæ Claræ, ejuſdem Terræ: prætendentibus; renunciationem emiſſam per ſororem Victoriam Scioli; nullam declarandam fore: tamquam factam poſt ſuſceptum habitum, ex illo: nam Tex. Concil. loquitur de ingreſſis. Et confert Decretum Congregationis Eminentiſs. Cardinal. Concil. Tridentin. interpetrum, impreſſum penès Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Monaſteria, & Conventus. pagin. mihi* 330. *verſic. dubium illud.* Tandèm petitio; non fuit
5 admiſſa: prout eſt videre, in proceſſu Sancti Franciſci Terræ Guardiæ Grælis; cum dictis Conjugibus; in Banca Julii Amenta, apùd Scribam Joſeph de Juliis. Qua in cauſa; duas compoſui allegationes jam Typis traditas.

6 Obſervo ſecundò: Filiam Monialem: haùd conqueri poſſe: ſi Pater ei ratione Dotis: de Paragio aſſignavit, portionem illam; quam ſolent Moniales, illius Monaſterii, habere: ut vulgò dicimus Paragium ingreſſarum. Quod in caſu ſuo reſtringunt Molfeſ. *ad Conſuetud. tom.* 1. *part.* 3. *de ſucceſſ. ex Teſtament. quæſt.* 8. *ſub num.* 34. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *Pragmat.* 8. *cap.* 65. *num.* 15. Galeot. *in Controv.* 8. *lib.* 2. & De Marin. *ad Reverter. Obſervat.* 1. *num.* 7. ſcilicèt:
7 ut procedat, ſi Monialis patre vivente, profeſſa ſit: ſecùs verò, ſi ingreſſa tantùm: Ità ut mortuo patre; nubendi electionem habeat.

Ex quò, tunc, ſi mallet; in Religione profiteri: aliter dicendum eſt. Contrarium tamèn, adversùs Molfeſ. nominatìm tenet Provenzal. *ad Conſuetud. ſi moriatur. Obſerv.* 11. cujus opinionem ſequuti ſunt Gizz. *hic num.* 9. & De Luc. *ad Franch. Obſervat.* 44. Reſpuit verò Provenzal., De Marin. *in Obſervat.* 52. *num.* 7. & 8. Cujus opinio ſanè communis eſt: nèc ab ea; in judicando, recedendum: quicquid ſibi Provenz. & ſequaces involvant.

8 Additq; *in adduct. Obſervat.* 1. *num.* 7. idem De Marin. Si Patre mortuo, in Monaſterio profiteatur; poſſe Paragium, ſivè illius ſupplementum, in alium transferri. Et approbant hanc ſententiam Salern. *in cit. Conſuetud. ſi moriatur. pagin. mihi* 101. *lit. B. vers.* & *ſicut vir*, & De Georg. *de Dot. de Parag. quæſt.* 13. *n.* 5.

9 Notat hac occaſione unum, non injucundum; in hac materia, Provenzal. *eod. loc. num.* 18. ſcilicèt, ſi Monialis Monaſterium ingreſſa ſit, quò Paragium ingreſ-

Digitized by Google

greſſarum eſſet determinatæ ſummæ: quam, in propoſito caſu; aſcenderet virilem ſororis: Nùm Frater teneatur, eandem quantitatem, pro paragio; Monaſterio dare? Affirmativè deciſum indicat in cauſa Rev. Lucretiæ, & Iſabellæ Scaglione: Monialium, in Venerabili Monaſterio Sanctæ Patritiæ: cum Mutio, & Scipione Scaglione; apud Actuarium S.R.C. Romanum.

10 Sèd an diſpoſitio Concil. procedat in reſignatione Beneficii? Affirmant Pariſ. *tract. de reſignat. Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 5. Cævallos *commun. contra comm. quæſt.* 121. *num.* 4. & 5. Molfeſ. *loc. citat. part.* 4. *Tit. de Renunciat. quæſt.* 16. *num.* 34. & 35. De Vecch. *in prax. Obſerv. in admittend. ad Religion. ſtat. Novit. disput.* 8. *dub.* 7. *num.* 4. Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 38. Et ſubdit Pariſ. *ibid. num.* 7. Epi-
11 ſcopum; non debere conferre Beneficia: niſi facta Profeſſione; Et ità pluriès, per Sacram Congregationem determinatum; refert. At ſi Beneficium, eſſet
12 curatum: ne interim Animarum cura, pateatur detrimentum; ſervietur per aliquem: cui interìm, aſſignari debet de proventibus beneficii; congrua portio: ut ſerviat uſquè ad tempus Profeſſionis; Majol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 6.

13 Eandem Concil. diſpoſitionem, procedere in majore viginti quinque Annis; tradunt Valaſc. *in allegat. cap.* 16. *num.* 27. Peguer. *in decis.* 252. Sanch. *loc. nupèr citat. num.* 7. & Eman. Rodriq. *in citat. tom.* 2. *qu.* 4. *artic.* 13.

14 At, non ſe extendere, in Donatione cauſa mortis; dixerunt Natt. *in Cons.* 181. De Vecch. *in citat. prax. disput.* 8. *dub.* 10. *num.* 3. Homobon. *in Consul. moral. Resolut.* 2. *part.* 6. *respons.* 80.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXXII.
### SUMMÆ.

1 *Cirreus, qui integram quantitatem ſolvit: nùm absquè ceſſione; adverſùs correum, ſe experiri poſſit?*
*Refertur, opinio negans, num.* 2.
*Sed respuitur num.* 3.
4 *Fidejuſſor; qui integram quantitatem ſolvit, absquè ceſſione; nùm adverſùs principalem debitorem; pro illius conſecutione, agat?*
*Adducitur, opinio negans.* Andreol. *ſtat contrà* Fontanell. & D. Merlin. *num.* 5. *Quorum ſententia; verior diiudicatur num.* 6.
7 *Ceſſio Jurium, correo inſolidum obligato, facta, ex intervallo: quando opituletur; adverſùs alios correos? & num.* 8. 9. 10. & 11.
*Quid in fideiuſſore num.* 12. & 13.
14 *Fidejuſſor, qui totum debitum ſolvit; & ceſſionem obtinuit: deducta ejus portione; benè experitur, adverſùs alios confidejuſſores: pro conſecutione quantitatis ſolutæ.* D. Rodoer. declarat Deciſion. *Fallit: ut num.* 15. 16. & 18.
17 *Damnum confidejuſſoris; omnes Fidejuſſores, æqualitèr ſentire debent.*
19 *Fidejuſſor, qui renunciavit* Auth. Præſente C. de Fidejuſſor. *non fruitur benefic. diviſionis: ex* Epiſtol. Div. Adrian.
20 *Renunciatio* Auth. Præſente: *qualitèr concipienda ſit?*
21 *Fidejuſſor indemnitatis: quandò, non obſtante dictæ* Auth. *renunciatione; non poſſit conveniri: niſì excuſſo principali, & num.* 23.
22 *Creditor proptèr debitoris inopiam; poteſt agere adverſùs fidejuſſorem: Principali debitore non excuſſo.*
23 *Creditor, principali non excuſſo; poteſt agere adverſùs Fidejuſſorem campſorem, vel publicum Argentarium.*
25 *Correo, inſolidum obligato: opponente exceptionem utilitatem negotii, ceſſiſſe in beneficium aliorum correorum; competit excuſſionis exceptio.*
*Cum* Deciſion. noviſſimis.
26 *Creditor; cui ſunt obligata Bona ſpecialitèr, & generalitèr: quandò ſuper Bonis generalitèr obligatis; agat: non excuſſis ſpecialitèr hypothecatis?*
27 Diſpoſitio l. 2. de pignorib. *eſt exorbitans.*
*Quibus, in caſibus; procedat num.* 28. 29. & 30.

1 HOc primo loco diſcutiendum eſt: Nùm correus, qui integram quantitatem Creditori ſolvit nulla Jurium ceſſione obtenta; valeat adversùs alium correum agere?

2 Negat D. Reg. noſter *num.* 2. Et eandem opinionem defendunt Laſſart. *de Gabell. cap.* 9. *num.* 31. Grivell. *in Decis.* 80. Et latiùs Fab. *in lib.* 11. *conjecturar. cap.* 1. 11. & 17.

3 Contrarium veriùs: utili namquè, vel negotiorum geſtorum actione, ab alio correo pro eo ſolutum; benè repetit; juxtà Tex. *in l. Perceptione. ff. de his, qui dejecer.* Et probant inter multos Hodiern. *ad Surd. Obſervat.* 308. *num.* 29. Merlin. *de pignoribus lib.* 4. *quæſt* 75. Thor. *in compend. Decis. part.* 2. *verb. correus debendi.* Salgad. *in Labyrint. Credit. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 59. Reg. De Marin. *Reſolut. quotid. cap.* 133. *nu.* 15. Olea *de ceſſion. Jur. Tit.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 36. & Theſaur. *ad Patrem in Decis.* 191.

4 Quid dicendum in fidejuſſore? Negant De Franch. *in Decis.* 55. & ibi Novar. *in verſic. nota tamèn.* Caſtill. *in Decis.* 22. *num.* 38. Parlador. *Rer. quotid. part.* 2. *cap. ult. part.* 4. §. 6. *num.* 1. Hodiern. *loc. citat. num.* 30. Everard. *in conſil.* 1. Rodoer. *ad De Marin. in citat. cap.* 33. *num.* 27. & 28. Laſſart. *loc. citat. num.* 31. Theſaur. *loc. alleg.* Cancer. *var. Reſolut. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 152.

5 Et adversùs D. Merlin. & Fontanell. contrarium ſcribentes Andreol *in controver.* 36. *num.* 5.

6 At Dom. Merlini *loc. indicat. quæſt.* 70. *num.* 6. & 7. & Fontanellæ *in Decis.* 216. Sententia æqua eſt; & uti talis, ſequenda: illamq; probat Tex. *in l. alterius.* 20. *ff. de Tutel. & rat. diſtrah.* Optimè Maynard. *in Decis.* 49. *lib.* 2. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 33. Olea *loc. citat. num.* 38. & noviſſimè De Luc. *ad Franch. in Obſervat. in cit. Decis.* 55. *num.* 2.

7 Obſervandum; ſucceſſivè ſuccedit: An Jurium ceſſio, correo inſolidum obligato: ex intervallo facta, poſt ſolutionem; adverſus alios correos, opituletur?

8 Negant Trentacinq. *in Conſil.* 17. *num.* 24. De Amat. *in Decis.* 31. *num.* 18. Fab. *in citat. lib.* 11. *cap.* 8. & *seq.* Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit.* 19. *num.* 11. De Franch. *in citat. Decis.* 55. *num.* 11. De Luca *de lin. legal. artic.* 7. *num.* 118.

9 Limitat hanc opinionem D. Hodiern. *loc. indicat.* niſì præceſſerit pactum de cedendo: eo quòd ceſſio; quandòcumque fieri poteſt: non obſtante ſolutione, cum vigore pacti facta; cenſeatur ab illo tempore, quo pactum de cedendo, inhitum fuit: Imò, & ipſius pacti vigore; actionem contrà debitorem retinuiſſe, cenſetur Gratian. *Discept.* 286. *num.* 5.

10 Ulteriùs eadem opinio reſtringitur in illo; qui ſuo nomine, non alteriùs correi; ſolvit. quo caſu parùm refert: nùm ceſſio priùs: an poſt ſequutam ſolutionem; facta ſit. Etenìm non cenſetur extincta, & ſublata obligatio debitoris: quaſì, quòd ſolvens, eo caſu; dicatur emptor nominis, ejuſdem debitoris. Latè D. Hodiern. *num.* 4. Olea *ibid. num.* 12. memor D. Reg.
11 noſt. & *num.* 20., hanc Deciſionem extendit in Fidejuſſore, & inſolidum obligato: pro quo legatur Merlin. *in allegat. quæſt.* 70. *ex num.* 30.

12 In Fidejuſſore verò; indubitantèr admittitur: ceſſionem, ex intervallo factam; poſt ſolutionem, opitulari: nàm Fidejuſſor ſolvendo; alterius nomine ſol-



Digitized by Google

viſſe, non præſumitur. Donſperg. *Syntagm.jur. lib.*2. *part.* 1. *cap.* 30. Modiern. *in adduct. loc.* Antonin. de Amat. *Reſolut.* 37. *ex num.* 39. De Afflict. memor præſentis *Deciſionis controvers.*15.*num.*24. & Staiban. *in Obſervat.*82.*num.*36.

13 Sed Olea diſtinguit *num.* 16. Fidejuſſorem coactè ſolventem, ab illo; qui ſpontè ſolvit; Et hoc ſecundo caſu: ceſſionem Jurium, ex intervallo factam; prodeſſe, affirmat: nam videtur ſolviſſe, animo non extinguendæ obligationis. Secùs verò in illo; qui coactè ſolvit, abſquè ceſſione: cùm non emendi nominis; ſed extinguendæ obligationis, cauſa ſolviſſe; præſumatur. Ego tamen, non eſſe recedendum puto à ſententia D. Reg. noſtr. Donſperg. D. Hodiern. *& aliorum.*

14 Et illud obſervo, D. Reg. noſtr. *num.* 7. Fidejuſſorem; qui ſolvit totum debitum, & ceſſionem obtinuit: deducta portione ad ipſum ſpectante; poſſe agere adversùs alios confidejuſſores, pro conſecutione quantitatis ſolutæ: ut ratam eorum ſolvant.

15 Adde benè ſcribentes Joan. Franc. del Caſtill. *loc. citat. num.* 38. Rot.Roman. *in impreſſ. poſt Rodriq. de concurs.credit. Decis.* 40. Rodoer. *in citat. addit.* 133. *nu.* 8. Quo loco, poſitam concluſionem intelligendam eſſe, inquit; in caſu, quo Fidejuſſores eſſent recepti in ſubſidium: abſquè beneficii diſcuſſionis renunciatione: cùm tunc alter eorum, voluntariè ſolvens creditori totum debitum; adversùs confidejuſſores non priùs agere poſſit: nisì diſcuſſo debitore principali; Etenìm creditor, cedendo ei jura; plùs non potuit in eum transferre: quam ipſe habebat; Et per ſolutionem, creditori factam, à quo Iurium ceſſionem obtinuit; nomen debitoris videtur emiſſe; *l. cum is. ff. de ſolut.* Præſid. de Franch. *in citat. decis.* 55. *num.* 12.

16 Hoc tamen admittendum puto in puris Fidejuſſori-
bus: ſecùs verò in inſolidum, etiàm obligatis. Quo
caſu, benè poterit Fidejuſſor, ceſſionis vigore; ab uno
ex aliis Fidejuſſoribus, ſolidum recuperare: dempta
priùs ſua portione: ex quò poterat, id cedens; facere.
Olea memor D. Reg. noſtri *loc. citat. quæſt.* 5. *num.* 7.
& De Luc. *loc. indicat. num.* 7. Quò ponit; concluſio-
nem prædictam, non procedere: quotiès aliquis ex
17 Fidejuſſoribus, inſolidum obligatis; ſolvendo non eſ-
ſet: quia damnum; omnibus communicari debet; au-
toritate. Oleæ *num.* 11. *&* 12. qui *num.* 10. ex Parla-
dor. *cap. ultim. part.* 4. §.6. *n.*3. ponit, quod ſi talis Fi-
18 dejuſſor; qui ceſſionem obtinuit ab altero ex Fidejuſ-
ſoribus, inſolidum exactus ſit: dēpta portione ſua; po-
terit petere: ut ei cedantur jura, adversùs alios confi-
dejuſſores: & inſolidum obligatos; & inſolidum expe-
riri ſimilitèr.

19 Modo nota: Fidejuſſorem, qui diſpoſitioni Auth.
*Præſente. C. de Fidejuſſ.* renunciavit; uti haùd poſſe,
20 diviſionis beneficio, ex Epiſt. Div. Adrian. Talis ta-
men renunciatio; qualitèr debeat eſſe concepta: nec
ſufficere verba generalia; ut talem effectum pariat;
ponunt Calvin. *in Tract. de æquitat. lib.*2. *cap.* 186. &
Bald. *in Conſil.*4.*num.*1.*lib.*1.

21 Reſtringe; quod diximus, in caſu ſuo. Fidejuſſor
namquè, indemnitatis non obſtante renunciatione,
Auth. *Præſente*; conveniri haùd poteſt: nisì principa-
li excuſſo; juxtà luculentèr tradita, per Fontanell. *de*
*pact. Nuptialib. claus.* 4. *Gloſſ.*9. *num.*55. *tom.*1. Suarez
*in Declarat. l.*2. *Tit. de los emplazamientos. pagin.*196.
*num.* 7. 8. 9. 10. *&* 11. Amaya *in Tit. de Decurionib.*
*lib.*10. *l.*7. *num.*7. Muſcatell. *in Prax. part.*1. *modo* 20.
*ſub num.*6. & ibi Prat. Sed id ex Bovadill. *in lib.*5. *cap.*
1. *num.*85. ità intelligit Rovit. *in Pragmat.*5. *num.*20.
*de adminiſtr. Univerſit.* ſi Fidejuſſio nimìs ampla eſ-
22 ſet: aut de principalis inopia; conſtaret. Quòd, in
quocũq; creditore; extendit Scacc. *de cõmerc.* §.2. *Gloſſ.*5.
23 *num.* 26. Quandò verò debitor, dicatur non ſolven-
do; adeundus eſt Jaſ. *in l. decem. nu.*26. *vers. etſi quan-*
*do certum eſt, ff. de verb. obligatio n.*295.

24 Poſſe etiam, principali non excuſſo; creditorem, adversùs Fidejuſſorem agere: ſi, campſor, vel publicus argentarius ſit propter fidem, quæ Argentariis publicis adhibetur; dicit *citat.* Scacc. *num.*295.

25 Obſerva modò S.R.C. in pluribus contingentiis: correo inſolidum obligato; opponente exceptione diſcuſſionis: eò quòd negotii utilitas; pervenit in beneficium correorum: juxtà ea, quæ leguntur in *l. Undè quæritur. ff. comodat.* & apud Bartol. *in l.*3. §. *ubi duo, num.*15. *ff. de duob. reis.* Merend. *lib.*10. *Controvers. cap.* 1. Roderic. *de ann. redditib. lib.*2. *quæſt.*5. *num.*8. Theſaur. *in Decis.*166. *nu.*3. De Franch. *in citat. Decis.*55. *num.*8. Meſa *lib.*2. *cap.*14. *num.*5. Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit.*17. *num.*43. D. Hodiern. *in Controvers.*44. *num.* 19. *&* 76. Solere ei præfigere Terminum congruum; ad procurandam ſatisfactionem, ab aliis correis obligatis: ut determinatum fuit in Cauſa Monaſterii Sancti Severini, hæredis Franciſci Mormilis; contrà Ducẽ Gravinæ: Teſte Staiban. cauſæ relatore, *in Obſervat. ad Reſolut.*72. *ex num.*1. *ad* 29. *citat. lib.*1. Atquè etiam ſub noſtro Patrocinio, in Cauſa Venturæ de Maſſa: cum Thoma Scondito: referente tunc Regio Conſiliario nunc Reg. Antonio Florillo; in Banca Clavelli apud Scribam Vaſſallum. Atquè iterùm, in cauſa Cappellæ Sanctæ Mariæ Matris Dei, erectæ intus Eccleſiam Sancti Marci, vulgò *delli Lanzieri*, hujus fideliſſimæ Civitatis; cum D. Carolo Berrigano: referente Die quarto Maii 1671. D. Conſiliario D. Stephano de Padilla, in Banca Figliolæ: in Proceſſu Gubernatorum dictæ Cappellæ; cum Creditoribus Cæſaris Baſco.

26 In Creditore etiàm, qui habet bona debitoris ſui generalitèr, & ſpecialitèr hypothecata; manifeſti juris eſt: non excuſſo fundo ſpecialitèr hypothecato; poſſe Iura ſua experiri, ſuper bonis generalitèr obligatis: quotiès in contractu, legitur clauſula *dummodò generalitas ſpecialitati non deroget, nec è contra*: pro ut in limitationem *l.*2. *C. de Pignorib.* deciſum affert De Franch. *in Decis.*5. & in Senato Dolano Grivell. *in Decis.*79. in M.C.V. & Tribunali Conciſtor. Regni Siciliæ Caſtill. *in Decis.*98. & in Senatu Pedamontano Cacheran. *in Decis.*156. Et eandem ſententiam; amplexati ſunt Surd. *in Decis.*44. & ibi D. Hodiern. Mar. Antonin. Maceraten. *var. reſolut. lib.*2. *Reſolut.*6. *num.*14. Trentacinq. *Reſolut.*5. *num.*6. Quibus ſubnectantur; quos conducunt Urceoli *Conſultat. Forens. lib.*1. *cap.*22. Anton. Mar. Bertol. *ad Rodriq. de concurs. Creditor. part.*2. *artic.*1. *num.*24. & De Luc. *ad Franch. Obſervat.*5.

Eandem clauſulam, ſolitam à Notariis in contractibus adhiberi; judicant Coſt. *de Remed. ſubſidiar. Remed.*11. *num.*5. Anton. Fab. *de errorib. Pragmatic. Decad.*6. *error.*2. *num.*9. *& error.*3. *num.*7. & Fontanell. *de pact. Nuptialib claus.*4. *Gloſſ.*18. *num.*86.

27 Hujus tandem *l.*2. diſpoſitionem, exorbitantem eſ-
ſe; probant Merlin. *in citat. tract. de Pignorib. lib.*4.
*quæſt.*21. *num.*23. Guttierez. *in Cons.*50. *num.*6. Negu-
ſant. *de Pignorib. membr.*2. *part.*5. *num.*51. Roland. *in*
*Cons.* 36. *lib.*4. *num.*4. Covar. *in lib.* 3. *cap.*18. *num.*
12. & Surd. *in citat. Decis.*44. *num.*11. Propterea procedere, tantùm in caſu ſuo; in ſecundo creditore poſ-
ſidente pignus: quod ei, primus creditor, non facta
28 ſpecialis hypothecæ excuſſione, auferre petit; dicit
Fab. *in lib.*8. *Codic. tit.*8. *diffinit.*27. & Cujac. *in Commen-*
*tar. ad eand. l.*2. *lit.D.* Ità ſcribit. *Nam, ut inſcriptio*
*docet, & contextus ipſe: Imperatores ſcribunt, Lucio*
*poſteriori creditori, ſuum pignus poſſidenti; cui id, vi*
*generalis hypothecæ, non poteſt prior creditor auferre:*
*ſi ei ſufficiat ſpecialis.* Hæc Cujac. qui *lit. C.* ſcripſerat;
29 ejuſdem Legis diſpoſitionem, procedere in illo; qui
priùs ſpecialem, & poſteriùs generalem, hypothecam
obtinuit. Et tradunt quoquè Bellapertic. Angel. & Alberic.

Digitized by Google

beric. *in ead. l.* 2. Ad cujus materiam; alia enucleat, perbellè Donell. *ibid.* & Fab. *in lib.*6.*Conjectur.cap.*13.

30 Nèc procedere eandem *Legem*: quotiès in contractu; adeſt clauſula *Conſtituti. & pracarii*; ſcribit Prat. *in Obſervat.*29. *num.*86. Quo loco; ab oppugnatoribus, defendit De Franch. Et probat Staiban. *lib.*2. *Reſolut.*71. Alias reſtrictiones ponunt Andreol. *in Contr.*256.& Caſtill. *in citat.Deciſ.*98.

Alia ad excuſſionis materiam nè diutiùs, ultrà inſtitutum te detineam; habes apud Coſt. *loc. citat. Remed.* 37. Purlador. *in cap.fin. part.*4. *num.*18.& penes Scacc. *loc.citat.Gloſſ.*5.*num.*420.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE XXXIII.

### *SUMMÆ.*

1 *Cauſa Feudalis, attento Jure communi: nùm compromicti poſſit? notatur* D.Gizz.

*Quìd de Jure Regni? Num.*2.

3 *Aſſenſus Regis: nùm ſit satìs quòd ſuper laudo de re feudali promulgato; impetretur: vel potiùs; obtinendus ſit, ſuper Compromiſſo? Reijcitur* Gizz.

4 ...... *non requiritur in compromiſſo, de re Feudali: quotiès facti quæſtio; eſt facti non Juris. Comprobatur* D.Reg.noſt.

5 *Compromiſſum: quandò ſuper vita, & militia; concedatur? Comprobantur* D.Reg.noſt.& Gizz.

6 ... *fuit conceſſum à Iudice ſecundogenitæ, petenti extimationem Feudi: & ſuper augmento; deberi Paragium.*

7 .... *in Cauſa Paragii, ſuper Feudo: num concedatur? Comprobatur* D.Gizz., *& reſpuitur* D. Georg.*nu.*8.

9 .... *quandò concedatur; poſt rem judicatam?*

10 *Inſtrumentales cauſæ: quandò compromictantur?*

*Quìd in Apocis Banco directis; & Literis Cambii? num.*11.

12 *Clericus, vigore*, Pragm.1.de Arbitr. *non adſtringitur ad compromittendum. Reiicitur opinio* Capyc., *&* Borell., *Et comprobatur* D.Gizz.

13 *Cauſæ præheminentiæ: quandò compromictatur?*

14 .... *legitimati, per Principis reſcriptum: quandò compromictatur?*

*Quìd in ſpurio: vel inter duos ſpurios? num.*15.

16 *Compromiſſum ſuper rebus; Fideicommiſſo ſubjectis: quando fieri poſſit? Declarantur* Carpan. *&* Maſcard. *& reiicitur* Molin.

17 *Minor; comprahenditur ſub diſpoſitione*, Pragm. Odia Litium.

18 *Compromictere; num teneatur Ceſſionarius: ſicut tenebatur cedens? Diſſident* Rovit., Marant., & Afflict. *Sed diſtinguit* Borrell.

19 *Ceſſionarius Conſanguineus; tenetur compromictere: cum* Deciſ.noviſ.

20 *Author laudatus; comprahenditur ſub diſpoſitione*, Pragm.Odia Litium.

21 *Citatio ad Teſtes; ab arbitris fieri non poteſt: ſed fit à Judice, loci: Adverſùs* Caravit.

22 *Inſtantia cæpta, cum defuncto; non tranſit nec activè, nec paſſivè in ſingularem ſucceſſorē voluntarium. Concervatur Sententia* D.Reg.noſtri, *adverſùs*, Conſil. Carleval. *&* Alios.

*Fallit in Feudo. Num.*23.

*In poſſeſſore majbratus. num.*24.

*In fideicommiſſario. num.*25.

*In uſufructu. num.*26.

*Et in Fiſco. Adverſùs* Angel. *num.*27.

1 Quicquìd ſibi dicat D.Gizz. *hìc n.*3. adhùc, apud Interpetres Iuris; expeditum non eſt: nùm, attento Iure communi; Cauſa Feudalis compromitti poſſit? Pro negativa opinione; facit Tex. *in cap. Imperialem de prohibit.Feud. alienat. per Federic.* Quo loco, certi deſignantur Iudices; ad dignoſcendum de Feudis. Pro contraria verò; laudatur Tex. *in cap.*1. §. 1. *Tit. de Leg. Corrad.* Et DD. pro utraquè parte; conducunt De La Rath. *in Theatr. Feudal. part.* 12. *Dilucidat.* 80. & Scrader. *in part.* 10. *de Feud.ſect.* 1. *num.* 116. At in Regno contentio hæc; expedita eſt: ſtante

2 Tex. *Conſtitut.Divæ Memoriæ. & Pragm.Odia litium. de Arbitr.* Quibus ſtatutum, expreſsè legitur; tale Compromiſſum prohiberi: niſi Regis accedat Aſſenſus. Memorant hanc diſpoſitionem, Ricc. *in Collect.* 4052. *part.*9. De la Rath. *loc. indicat. part.* 8. *Dilucidat.*57. *num.*7. De Georg. *in Allegat.*3. *num.*1. Lanar. *in Conſ.* 33. Marant. *in ſpecul.part.*6. *act.*2. *de Compromiſſ. nu.* 22. & Thor., qui alios allegat: memor etiàm D. Regent.noſtr. *hìc, in addit. ad Jo: Franciſc. Scaglion. in allegat. Pragm. Odia litium. pagin.* 114. *verſic. ibi nèc etiàm in cauſis Feudalibus.*

3 Sed, An ſatìs ſit; quòd ſuper Laudo, impetretur aſſenſus? Reſpondit Gizz. *num.*4. negativè. Et eandem opinionem: multis jactis fundamentis, altiori methodo; defendit D. Petr. *Rit.* 50. *num.* 11. Contrarium veriùs, ex affabrè poſitis per Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom.artic.*40.*verſic.obſervo, tamen ex his.* per D. De Marin. *in lib.* 1. *Reſolut.* 67. *& ibi per* Rodoer. *ex num.*11. *ad* 14. Fundamenta tandem contrariæ opinionis; ſolidiſſimè deſtruit D.Mucc. *in qu.*38.*ex n.*24.*ad* 31.

4 Reſtringit Concluſionem D.Reg.noſt. *num.*9. ut non procedat ſi de facto agatur: cùm eo caſu, etſi Contentio ſuper Feudo ſit; compromiſſum, aſſenſu, opus non habet. Secùs verò, ſi quæſtio Iuris eſſet. Probant hoc aſſertum, paritèr Lanar. *in adduct. Conſ.* 33. *num.* 5. Ann. *in conſ.*75.*lib.*2. Bambacar. *in Tit. ſi de Feud.defunct. Milit.ex num.*11.*ad* 16.& Biloct. *in Concluſ.Feudal.*67.*num.*4.

5 Quid, ſi lis eſſet, ſuper Vita, & Militia; ſecundogenito debita? Diſtinguit aptiùs D.Reg.noſt. *num.* 10. Quem ſequitur D. Gizz. *ibid.* Si de taxatione agatur. Quo caſu compromiſſum, haùd aſſenſum Regis neceſſe habere; concludit. At ſi jurgium, ſuper illo verſaretur: an debeatur? Contrarium fatendum eſſe; probat. ſequitur D. Reg. noſtrum nominatìm Gallup. *in Prax.part.*1.*cap.*3.*num.*35. D.Mucc. *loc. citat. num.*4. D. Rocc. *in Reſpons.*51. *num.*2.*tom.*2. Scrader. *in allegat.ſection.*1. *num.* 171. *& ſuper adduct. Pragm. Odia Litium*; tradunt Scaglion. *num.*53. Rovit. *num.*37.& Novar.*num.*18.

6 Cauſam ſororis ſecundogenitæ, cui pars Feudi novi, debita erat: petentis extimationem ejuſdem Feudi, juxtà tempus mortis, non habito reſpectu ad prætium ſolutum: vel ſaldèm, ſuper augumento deberi paragium; fuiſſe compromiſſam: deciſum demonſtrat perbellè D.Reg.noſter *in Conſult.*25.*tom.*1.

7 Et De Georg. *in allegat.* 11. deciſam refert cauſam Marchioniſſæ Braciliani; cujus etiàm meminit Reg. Galeot. *in Controverſ.* 15. *num.* 44. *tom.* 1. quæ in eo verſabatur: An Paragium ſorori deberetur, antè nubilem ætatem defunctæ: Ità ut, ad hæredes tranſmicteretur? fuiſſe compromiſſam.

8 Tu verò nota: compromiſſum, in caſu De Georg. fuiſſe de communi partium conſenſu: etiàm accedente Regis aſſenſu; Initum: ut notat D. Mucc. *loc. allegat. num.* 31. Ea namquè communis Doctorum; ſententia eſt: nullo modo cauſam de Paragio, compromicti poſſe. Optimè Gizz. *hìc num.*10. Et deciſum referunt novitèr in una mèt cauſa, Ill. Duciſſæ Laurentianæ; cum Ill. Duce Andriæ: etiàm Decreti verba tranſcribendo, D.Petr. *ibidem num.* 9., & D. Mucc. *eod.loc.num.*39.

9 Nec

9 Nec res judicata; ſubicitur *Pragm. Odia Litium*
diſpoſitioni. D. Reg. noſt. *in Conſult.*70. *tom.*1. Blanc.
*de Compromiſſ. quæſt.* 4. *num.* 3. *&* 4. Marant. *loc. ci-*
*tat. num.*19. Seraphin. *in Deciſ.*684.*num.*13. Carpan.
*ad Statut.Mediolan. cap.*367. *ex num.*270.Surd. *in De-*
*ciſ.*189.*Quo loco* D. Hodiern. excipit *num.*2. Si adver-
ſùs ſententiam; aliqua opponeretur Exceptio Nullita-
tis: ſcilicet, aut enormiſſimæ læſionis. Vel ſi ſenten-
tiæ; fuiſſet renunciatum, Troyſ. *in alleg.Pragm.*Odia.
*num.* 8. Rovit. *ibid. num.* 27. & Staiban. *Reſolut.* 57.
*num.*63.ſivè lis: fortaſsè, aliqua de cauſa; eſſet dura-
tura.*l. poſt rem judicatam. ff. de re Judicat.* D.Rodoer.
*loc.allegat.num.*3.
10 Inſtrumentales cauſæ: nèc attenta *Pragm. prædicta*;
compromittuntur, Et tradunt Frecc.*de Præſentat.In-*
*ſtrum. part.* 7. *num.* 6. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 6.
*Præſumpt.*38.*num.*19. Quòd ſanè; intelligendum eſt
niſi adverſùs Inſtrumentum; Exceptio talis oppona-
tur, remorans illius liquiditatem Rovit. *eod.loc. num.*
39. 40. *&* 41. De Marin. *eod. lib.*1. *Reſolut.* 66. *num.*
4. Vel via ordinaria: non executivè; creditor expe-
riri petierit. D.Galeot.*in Controverſ.*73. *ex num.*3. *ad*
9. Videatur ad rem, Carpan. *loc. allegat. cap.* 42. *nu.*
224. *& cap.* 156. *num.* 40. Et ſic deciſum: ipſo patro-
cinante: refert Gallup. *loc. quo ſup. num.* 33. Et me-
minit Thor. *tom.* 2. *verb. compromiſſum.* Et Scaglion.
11 *ibid. verſ. ibi ubi eſſent Inſtrumenta*. Idque; aptiùs
extendit, ad Literas cambii; & Apocas Bancales, illi-
quidas; Laganar. *in addit. ad Rovit.loc.citat.ad num.*
41. *in fin. num.* 2. *Et num.* 3. ſubdit; concedendum
eſſe Compromiſſum. etiàm ſi, tales ſcripturæ; eſſent
liquidæ: quotiès à debitore, quantitatis debitæ; fuerit
factum depoſitum.
12 Clericus,nèc etiàm adſtringitur: vigore *citat. Prag-*
*mat.*,Compromictere; Quicquìd ſibi involvat Capyc.
*in Deciſ.* 66. & Blanch. *de Compromiſſ. quæſt.* 3. *pagin.*
103: cum aliis, per ipſum relatis;tradit Gizz. *hic nu.*
11. Et probant examuſsìm Arnon. *in ſingular.* 38. *&*
*in Dialog.* 26.Surd. *in Deciſ.*20. *num.*8. Lanfranch.*in*
*tract.de Arbitr. in* 7. *diviſ. num.* 96. Roland. *in Conſ.*
57. Roch. *de Conſuetud. ſection.* 8. *num.* 68. Ciarlin.
*lib.*2. *Controverſ.*170. *num.*4. Magil.*de Eviction.quæſt.*
6. *ex num.*3. Bellett. *in diſquiſit. Cleric. part.*1.*Tit.de*
*exempt. Cleric. à ſtat. Laicor.* §. 3. *num.* 10. Dian. *de*
*Immunitat. Eccleſ. tract.*1. *part.*3.*reſolut.*43.*&* Mart.
*de Juriſdict.part.*4.*centur.*1.*caſ.*40.
13 Cenſuit quoquè Rot. Roman: materiam præhemi-
nentiæ; haùd compromicti poſſe, ratione præjudicii:
niſi cum ſuperioris auctoritate: vel, ſi de modo ince-
dendi, & conveniendi, in proceſſionibus ageretur;
in una Calaguritana Præheminentiæ: prout eſt videre;
apud Seraphin. *in Deciſ.* 36. cujus meminit Barboſ. *in*
*tract. de poteſt. Epiſcop.allegat.*78.*num.*31.
14 Cauſam legitimati, per reſcriptum Principis: haùd
compromicti; ſcribit Marant. *loc. citat. num.*25. At
Blanch. *loc. citat.quæſt.*3.*num.*4.*&* 5., affirmat:Quo-
tiès in legitimatione; fuerit appoſita Clauſula, *ut A-*
*gnatus ſit*. Et concurrit Barz. *in Deciſ.* 116. *num.* 5.
15 Spurius verò; indiſtinctè, à compromiſſo excluditur:
quia conjunctus, non dicitur.Lup. *de Illegitim.com.*3.
§.1 *num.*76.Carpan. *ubi ſup.cap.*115. *num.*96.Niſi, lis
eſſet: inter duos ſpurios.Marant.*eod.loc.num.*20.*&* 21.
16 De rebus, Fideicommiſſo ſubjectis: Compromiſſum
non fieri in præjudicium fideicommiſſarii; voluerunt
Gomeſ. *Reſolut.* 5. *num.* 2. *tom.* 1. Craſſ. *in* §. *Fidei-*
*commiſſum. art.* 40. *num.* 119. & Fuſar. *de ſubſtitut.*
*quæſt.* 563. *num.* 3. Quia hæres, de eis; liberum non
habet commercium: Et ideò: nèc ſequi poteſt aliena-
tio. Rodoer. *loc. citat. cap.* 67. *num.* 1. Contrariam
partem; defendunt Carpan. *in allegat. cap.*115. *num.*
52. Maſcard. *de Probat. Concluſ.*1239. *num.*106.Quo-
rum opinio; procedit, in compromiſſo, vigore ſta-
tuti: quia ex neceſſitate fit. Quicquid incontrarium;
ſcribat Molin. *de Hiſpan. Primogenit. lib.*4. *cap.*9. *nu.*
28. Ità benè tradunt, Carpan. *in citat. cap.*115. *num.*
55. Blanc. *loc. citat.quæſt.*4 *num.*28. *&* 31. Pinell. *in*
*l.*1. *C.de bon. Matern. part.*3. *num.*44. Marant.*loc. alle-*
*gat. num.* 8. Fuſar. *in citat. quæſt.* 563. *num.* 6. Pere-
grin. *de Fideicomm. artic.* 40. *num.*121. *& ibi*.Cenſal.
*pagin.mihi* 418. *verſic. addo ad num.*119.Quo loco,ad-
17 dit; Minorem etiàm, ſub hoc ſtatuto, includi. Et
Probant Ann. *in ſingular.* 115. & Borrell.*eod. loc.* §.
*Gloſſ.*3.*ex num.*53.
18 Extraneus verò; qui ceſſionem obtinuit, adver-
ſùs cedentis conſanguineum: an teneatur compro-
mictere, ſicut tenebatur cedens? Affirmat Rovit.*cum*
*aliis, per ipſum allegatis loc. quo ſupra num.* 21. Ne-
gant Marant. *num.*24. & Afflict. *in Deciſ.* 74. *num.*3.
Sed videantur. Gallerat.*de Renunciat.lib.*1.*cap.*4.*num.*
67. *&* 74. & Carpan. *in citat. cap.* 115. *num.* 80. Bor-
rell. verò diſtinguit, ceſſionem factam Titulo lucrati-
vo; ab illa Titulo oneroſo. Et primo caſu; concludit
19 pro compromiſſo *in ſumm.Deciſ. tom.*1.*Tit.*63.*ex nu.*
23.Si verò ceſſionarius; fuerit conſanguineus:pro com-
promiſſo; vidi determinatum, in Proceſſu Franciſci
della Monica, & Angeli de Apruzzo, in Banca Cuoci;
vel Comi: ſi memoria non me fallit.
20 In Authore laudato, tandèm locum obtinere com-
promiſſum; probant apertiùs, ex multis, quos vidi
in fonte; Borrell. *ubi ſup.*§.5. *Gloſſ.*3. *num.*317.Thor.
*in cit.addit.verſic.& an author laudatus*, Reverter.*in*
*Deciſ.*406.*num.*2. *& ibi* De Marin. *num.*3.
21 Scribit D. Reg. noſter *num.* 15. quòd citatio ad Te-
ſtes; ab Arbitris, fieri non poteſt: ſed à Judice loci:
quia Arbitri non habent poteſtatem in Teſtes: ſed in
illos tantum; qui compromiſerunt. Diſtinguit Cara-
vit. *in Rit.*295. *num.*26. Arbitros, neceſſarios, & vo-
luntarios. Reg. Rovit. *verò loc. allegat.*aptiùs ſequutus
fuit ſententiam D. Reg. noſtri, quam probat *per Tex.*
*in cap.*1.§. *neque ſuffraganeorum. de For. competent. in*
6. juncta Gloſſ. *in verb. ſuſcipere. in fin.* Et ità ſerva-
tum ſemper vidi, & ſervavi: uti Arbiter in Cauſa
Antoniæ Cacciapuoto; cum hæredibus A. M. D. Joan-
nis Baptiſtæ Boglione; & in aliis contingentiis. Quic-
quìd ſibi velit Caravit.
22 Deniquè obſervo: Quòd, licèt inſtantia, cum de-
functo cæpta, nec activè nec paſſivè in ſingularem
ſucceſſorem voluntarium tranſeat, Teſtibus allegatis
per D.Reg. noſtrum *num.* 5. quibus addendi ſunt opti-
mè ſcribentes; Conſil. Paſcal. *de Virib. Patr. poteſtat.*
*part.* 1. *cap.* 8. *num.* 217. Præſ. De Franch. *in Deciſ.*
545. Molfeſ. *ad Conſuetud. part.*2.*Tit.de perſon.quæſt.*
8. *ex num.* 29. Mart. *in cit. tract. de Juriſdict. part.*2.
*cap.*2. *ex num.*21. *& part.*4. *caſ.*34. *&* 35.*ex num.*13.
Barbat. *de Aſſiſtent. Gloſſ.* 3. *num.* 10. & Fermoſin. *in*
*cap. propoſuiſti, quæſt.*13. *de For.competent.* Quicquìd
ſcribant Urſill.*ad Afflict.in Deciſ.*331.Sanfelic.*in De-*
*ciſ.*2. & Carlev. *de Judic. lib.*1. *Tit.*2. *Diſput.*2. *quæſt.*
7.*ſect.* 3. *num.* 936. contrà quos nominatìm ſcribit de
23 Luc. *ad Franch.in citat. Deciſ.* 545. Fallit id in feudo,
quia cùm de petitione rei Feudalis agatur, ipſius Feu-
di ratione, Dominus non dicitur ex propria perſona
agere:ſed nomine Feudi, ità ut Feudum agere dicatur:
ſicuti cum Rovit. & aliis; concludit D. Reg. noſter *nu.*
24. & 25.Et elegantèr probant Gratian. *tom.*4.*diſcept.*
736. *num.*17.Reg. Tapp.*in deciſ. Ital.*5. *num.*9. Ludo-
vic.Molin. *de Primogen. lib.*4. *cap.* 8. *num.* 6. Thor. *in*
*compend. part.* 2. *verb. Inſtantia cauſæ in Feudalibus*,
*& part.*3. *verb. inſtantia cauſæ*. Robert. Lancellot. *in*
*tract. de attent. cap.*4. *ampliat.* 5. *& cap.*29. *num.*102.
Achill. de Graſſ.*in Deciſ.*6.& præſentis Deciſionis;me-
24 minit de Marin. *lib.*1. *reſol.*185. *in fin.*Sicut in Inſtan-
tia cæpta, cum poſſeſſore Majoratus: ut in ſucceſſores
ſequentes tranſeat, ſcribunt Reg. Valenzuel. *in Conſ.*
60.

Digitized by Google

60. *ex num.*6. P.Molin. *de Juſtit. Diſput.*147.*antè nu.* 3. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. artic.*53. *vers. secundò obſervo.* & D. Rodoer. *ad D. de Marin. in citat. cap.* 185. *num.* 5. Pro ut in Fideicommiſſario adnotarunt Marant. *in ſpec.part.*5.*pagin.*232.*col.*2. Intrigliol.
25 *de Subſtitut. Centur.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 129. & 130. Suarez *in Allegat.* 7. Ludovic. Molin.*loc. allegat.* Peregrin.*de Fideicom. in citat. artic.*53. *num.*19. Fuſar. *de Subſtit. quæſt.* 620. Et in uſufructuario: quotiès Judi-
26 cium, pro uſufructus augmento; formatus reperiretur, fundat D.Hodiern.*ad Surd.in Obſervat.*193.*num.*
27 58.Idque in Fiſco ſucceſſore procedere, aſſerunt Bald. *in l.*1. *num.* 2. *C. ſi pendent. appell. mors interv.* Andr. Facchin. *lib.* 2. *Controvers.* 37. Alfar. *de Offic. Fiſcal. Gloſſ.*16. *ex num.*21. Anton. De Burgos *in cap. fin. nu.* 18. *de Empt. & Vendit.* Peregrin. *de Jur. Fiſci lib.* 7. *Tit.*1. Cenſal. *loc. indicat.* Farinac. *in Fragment. part.* 1. *lit.I. ex num.*180.& Mart. *in cit.cas.*34. *num.*15.ſed contrarium voluit Angel. *in l. tam ex contractibus.nu.* 4.*ff.de Judic.*

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE XXXIV.

### *SUMMÆ.*

*D.Judex* D. Franciſcus Antonius Feloaga, *cum laude adducitur.num.*1.

2 *Pater; num conſentire poſſit:ut Filia Dotem, ſibi promiſſam reſtitui;alteri donet,causa mortis:in ſuorum creditorum fraudem?*

*Negat* Dec. *Adducuntur ſequaces* Epiſcop. de Afflict. D.Olea: & alii.*num.*3.

D.Altimarus;*nominatim.Impugnat* D.Reg.noſtr.,*cujus ſententia,verior judicatur:ex* D.De Luc.*num.*5.

4 .. *in fraudem aliorum Filiorum; poteſt Filio concedere facultatem teſtandi. Intellige;ut num.*7.

6 *Jus competens,vigore conditionis caſualis,aut mixtæ: ad hæredes transmittitur.*

8 Auth.defuncto. C.ad Tertullian: *an habeat locum, in Dote; à Patre profecta: mortua filia abſquè liberis.*

D. Reg. Galeot. *concurrit cum* D. Reg. noſtro *Quibus contradicunt* Novell. Surd. & Boſs. *quos nominatìm confutat* Barboſ.*num.*9.

*Refertur opinio* D.Joan.Bapt.de Luc.*num.*10.

11 *Legitima; onus, nec conditionem admittit.*

12 *Pater dotando Filiam; poteſt imponere pactum quòd Dos ſibi reſtituatur. decedente filia abſquè liberis. Comprobatur* D.Reg.noſt.

*Quìd, ſi poſt mortem Patris; Filia decedat: nùm Fratri hæredi illius, Dos in obſervantiàm pacti prædicti; reſtituenda ſit? num.*13.

14 .. *in Teſtamento; poteſt gravare Filiam, in illo:quod excedit legitimam.*

15 .. *quando poſſit, ad certum tempus; Filio, legitimæ alienationem prohibere? Intellige ut num.*16.

17 .. *Inſtituendo Filium hæredem Univerſalem: qualitèr illum gravare poſſit; de non alienando legitimam?*

18 .. *Quibus aliis modis; poſſit, ſuper legitima, onus imponere?*

1 FUſiùs tradidimus *in Decis.* 8. Qualitèr debitor, poſſit, in creditorum præjudicium; non acquirere, & videndus eſt D.Judex D.Franc.Anton.Feoloaga, laudibus ſemper extollendus in ſuo ſatis docto *Enchirid.jur.controv.cap.*19.Modò videndum eſt; an con-
2 ſentire poſſit Pater: ut Filia valeat, cauſa mortis; donare Dotes, ſibi reſtitui promiſſas? Meminit hujus Deciſion. Gallup. *in prax.Tit. de concurs. Credit.part.* 4.*cap.*2.*num.*15.*in fin.*
3 Concluſio; eſt, pro creditoribus: ea quippè ratione: nam Jus competens, ex contractu; eſt in bonis debitoris; Undè cùm de quæſitis tractetur; in creditorum præjudicium, dimitti non poteſt. Sequitur *Deciſionem* Gizz.Et probant illam apertiùs Fab. *in §. maneat.num.*1. *inſtit. de Societ.* Dec. *in l. non fraudatur.ff.de regul.Jur. Addit.ad eundem* Dec.*in Cons.*260. Epiſcop. De Afflict. *Controvers.jur. reſolut. cap.*80. *ex num.*22. & *ex* D.Reg. noſtr.*hic* D. Olea *de ceſſion. Jur. Tit.*2.*quæſt.*3.*num.*31.
4 At Azeved. voluit; Patrem in aliorum Filiorum præjudicium; poſſe concedere facultatem teſtandi Filio, pro arbitrio ſuo: nam renunciando legitimam, ſibi debitam; acquirere deſinit, *in l.*1.*Tit.*8. *lib.*5.*Recompilat.num.*36.Et in idem deſcendunt Gomeſ. *var. lib.*2.*quæſt.* 127. & Sanchez *de Matrim.lib.*6. *diſput.*4. *num.*19.
5 Et noviſſimè nominatìm, locum iſtum, D.Regent. noſtri: atque ſui ſequacis, De Afflict., reſpuit D. Altimarus. Ea ratione: quòd licet Jura, & Actiones, ſubiaceant diſpoſitioni noſtræ Conſuetudinis;in ſucceſſionum materia,Jus conditionale non ſubjacet: cùm non ſit Jus perfectum, deductum in exercitium. *in Obſerv. ad Decis.Rovit.*85.Quod jam idem Rovit.dixerat.
6 Tu verò à ſententia D. Regent. noſtri; nè diſceſſeris: quam. Propugnando Rovit; egregiè defendit Epiſcop. de Afflict.*in ſed.indicat.* Jus namquè conditionale in patrimonio illius eſt; ad quem ſpectat: imò, ſi ea conditio caſualis ſit: aut mixta; ad hæredes: transmittit, Gomeſ. *lib.*2.*cap.*11.*ex num.* 36.Hunn. *in Encycloped.Jur. part.*3. *Tit.*1. *cap.*5. *ex num.*25. Et Solorzan. *de Jur. Indiar.tom.*2. *lib.*12. *cap.*11. *num.*41. Indè ſequitur, quòd, ſi hoc Jus debitori quæſitum eſt; in ſuorum creditorum præjudicium, dimitti non poteſt: ſufficit enim creditoribus; Jus: licet in ſpe, quod ſit contractu agnitum;& acceptatum D.De Luc.*ad Franch.Obſervat.*101.*num.*28.Et facit Tex.*in l.in fraudem,* ibi *in fraudem creditorum manumittitur; liberque eſſe prohibetur: ſivè Dies pecuniæ ſolvendæ; jam ceſſit: ſivè in Diem, vèl ſub conditione, ſit debitum. ff. qui, & à quib.* & Tex. *in l. Creditores. ibi. Nàm creditores, accipiendos eſſe, conſtat, eos quibus debetur: ſivè purè, ſivè in Diem, vel ſub conditione. ff. de verbor. ſignificat.*
7 Ex quo ſuccedit, quòd ità quoquè, intelligendi veniant, Azeved., Gomez., & Sanchez: cùm ea tantum, quæ abſquè facto noſtro acquiruntur: nequè noſtram declarationem requirunt, poſſint remitti, & renunciari, in creditorum præjudicium: ut ex Cutell. benè de more, contrariis adamuſsìm reſpondens, tradit Olea *loc.citat.num.*31.
8 Obſervo ſecundò *num.* 4. diſpoſitionem Auth. *defuncto. C. ad Tertullian.*, non habere locum in Dote à Patre profecta: Filia mortua abſq; liberis. Pro quo allegatur Tex. optimus *in l. Jure ſuccurſum.ff.de Jure Dot.* Et defendit hanc opinionem latiùs D.Reg.Galeot. *in Controvers.*70.*tom.*2.
9 Sed contrarium probant, Novell. *in tract. de Dot. part.*8. *Privileg.*10. *pagin.*157. *in tract. diverſor.* Surd. *in Cons.*206. *num.*20. & Boſs. *de Dot. cap.*3. *num.* 147. Qui confutat Barboſ. allegatum per D. Reg. noſtr. *in adduct. num.* 4. aſſignans rationem: quia in profectitiis, in Filia Familias, conſolidatis; habet hæredem ab inteſtato. At cùm ipſa Dos profectitia, conſolidata ſit, & pleno Jure quæſita, ſequitur Filiam in Dote, habere hæredem ab inteſtato. Idque probatur ex *l. poſt Dotem.*ſecundùm intellectum Gloſſegraphi, & *l. inter ſocerum.§.cum, inter.ff.de pact.Dotalib.*
10 Noviſſimè tandèm D.Jo:Baptiſt. De Luc. *in tract.de Dot.Diſcurs.*154.*num.*60., dixit: quòd, attenta æquitate, ac veriſimili voluntate; prior opinio, in favorem Patris, ſequenda ſit: licèt ſecunda ſit; magis uſu recepta.
11 Obſervo tertiò: quòd etsì vulgata ſit regula: legitimam; onus, nèc conditionem admittere: vulgata *l.*

*quo-*

*quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſtament.& ibi latiſſimè* Suarez Cucch. *de legitim. pagin.mihi* 114.*num.*3. Afflict. *in Decis.* 306. Gomeſ. *loc.citat.lib.*1.*cap.*11.*nu.* 14. Craſſ. *in §. legitima.quæſt.* 38. *num.* 2. Scrader. *de Feud.part.*10. *ſection.*19. *num.*226. Peregrin. *de Fideicomm.artic.*26. *num.*63.Villalob.*commun. opinion.lit. P.num.* 31. Paltron. *de acquirend. poſſeſſion. quæſt.* 8. *n.*1041. Cævall. *commun. contr.comm. quæſt.*68.*nu.*2. Theodor.*in Allegat.*61.*num.*68. Raudenſ. *in Decis.*14. Præt.*de Interpetr.ultimar.volunt.pagin.mihi* 365.*ſolut.* 6.Bereng. *in l.quartam.ff. ad leg.falcid.n.*279.Capyc.*in Decis.*176.*n.*10.Fuſar.*de ſubſtit.quæſt.*296.Reg.Merlin. *tom.*2.*Controv.*7.*n.*1. Merlin. alter *de legitim.lib.*3. *tit.* 2.*quæſt.*1. *num.*2. & Rodoer. *in addit. ad Reg. De Marin.lib.*1. *Reſolut.*252. *num.*1.& 2. Id procedit, quo-
12 tiès legitima; aſſignatur, poſt mortem Patris: nam eo vivente; Filiæ, legitima non debetur. Proindè; benè pactum: quòd dos; ad eum revertatur: filia decedente abſque filiis ſubſtinetur D. Reg. noſter *hìc nu.* 17. Adde benè loqueres Vaſq. *in citat. l. quoniam in prioribus. num.*437. & 465. Rot. Roman. *in noviſſim. part.*1.*Decis.*488. *num.*2. Merlin. *in Allegat.lib.*3.*Tit.* 2.*quæſt.* 20. *num.* 51. Et conferunt aliqualitèr tradita per Surd. *de Aliment.Tit.*1. *quæſt.*35. & *tit.* 9. *quæſt.* 2. *num.*12. & 13. Petr. *de Fideicomm. quæſt.*15. *num.* 134.Mynſiger.*Centur.*4.*Obſerv.*25.Jo:Le Cirier.*de Primogenit.lib.*1.*quæſt.*17. *num.* 3. Americ. *de patr. Poteſtat.cap.*6.*effect.* 16.*num.*56. Caſſan. *ad Conſuetud.Burgund.rub.*7. *Tit. de ſucceſſionis. col.*912. *num.*5. & Paſcal. *de virib.patr.Poteſtat.part.*2. *cap.*4.*num.*20.

13 Nota tamèn, quòd, Patre ſtipulante pro filia, Dotem ſibi reſtituendam, ipſo Præmortuo ab inteſtato: relicto etiam Maſculo, qui vigore ſtatuti eſcludit ſororem à ſucceſſione: Dotis repetitio, vigore pacti de reſtituenda Dote, cum patre initi; Filio maſculo non competit: licèt dotantis; ſit hæres. Fundamentis pleniſſimè jactis, per Dec.*in Cons.*106. *lib.*1.

14 Mortuo verò Patre, Filiæ relicta Dote; nulli dubium eſt: in illo, quòd excedit legitimam; poſſe gravare: Teſtibus Magil. *de imputat. quæſt.*16.*nu.*12.Theſaur.*lib.*1.*quæſt.*63.*num.*5. Merlin. *in citat. lib.*3.*Tit.*1. *quæſt.*8.*num.*9.& 30.Viv. *in Dec.*238. Vaſq.*de ſucceſſ. creat.*§.10.*num.*259.Fuſar.*quæſt.*297. *num.*8. & Barz.*in Decis.*86.*ex num.*46.

15 Poſſe, Patrem; gravare Filium: de non alienando legitimam, ad certum deſtinatum tempus: ſi dilapidator ſit, aut minor, probant Petr.*cit.tract. de Fideicom. quæſt.*15.*num.*120. Fuſar. *loc.citat.quæſt.*692. *num.*19. Arias de Meſa *lib.*2.*Reſol.*29.*ſub num.*13.Craſſ.*in citat. §.Legitima quæſt.*38.*nu.*14.& 16. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicomm.artic.*36.*verſic. Quintò obſervo*. Merlin. *cit.lib.*3.*Tit.*2.*quæſt.*11.ſcribens, prohibitionem hanc, fieri poſſe: uſquè ad triginta Annos. Et placuit Rodoer. *loc.allegat.num.*12.& Thor. *in comp.Decis. part.*2.*verb. Onus impoſitum*. Quo loco, deciſum refert: prohibitionem prædictam, fuiſſe admiſſam, in minore Viginti quinque Annorum.

16 At Gratian.voluit *in addit.ad Dec.*76.*ſub n.*1.Quòd, etsì relata doctrina, vera ſit: tamèn ſi Filius, pendente tempore de non alienando, juxtà præceptum Paternum; alienaſſet, alienationem ſubſtineri, uſquè ad quantitatem Legitimę; ſequitur Cenſal. *in adduct. loc. vers. ſed declara.*

17 Opinio verò: quòd Pater poſſit, per indirectum, legitimam onerare, communiter approbata eſt. Ut puta, relicto Filio hærede Univerſali: & in Legitima adiecta conditione: ut nullo modo, hæreditas adire poſſit, neq; ſe in illa immiſcere: niſì cum onere, de non alienando Legitimam, ſicut hereditatem: & ubì hoc onus, nolle ſubire, declaraverit: & Legitimam liberam voluerit; in illa tantùm intelligatur inſtitutus: & in reliquo Cajus.Reg. de Marin.*in cit.c.*252.*n.*13. *Et ibi* Rodoer. poſt ferè innumeros, quos colligit Marott.*lib.*1.*Diſceptat.*18. *ſub nu.* 107. Sed vide Facchin. *Controvers.*96. *lib.*5.

18 Alios verò caſus, quibus legitima onerari poteſt, ponunt Vaſq. *in allegat.* §.10. Craſſ. *in eod. §. Legitima. quæſt.*38.Trentacinq.*de ſubſtit. part.*1.*cap.*14. Gabriel. *commun.Conclus. lib.*1.*Tit. de Legitim. Conclus.*1. Maſcard.*de Probat.Conclus.*692. Bereng. *in cit.l. quartam.* Gratian. *Diſcept.*249. & 983. Durant. *de ſubſtit.caut.* 31.& Facchin.*cap.*65.*lib.*4.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE XXXV.
### *SUMMÆ.*

1 D.Mich.Angel.Gizzii, *notatur diligentia.*
*Nonnulla de Proceribus, & Magnatis.*
2 *Mos Procerum, & Magnatum: undè apud Nos, originem traxit! Adverſùs* D.Reg.noſtrum, *ſtat* D. Provenzal: *qui reſpuit*, Ann.
*Nùm, idem contineat: quod Romanorum commune Jus? num.*3.
4 D.Merlin.D.De Marin., D.Provenzal.& D. Hodiern., *ſequuti ſunt præſentem* Deciſ.
5 *Mos Procerum, atquè Magnatum: quìd ſit?*
6 *Proceres, & Magnates, in dubio contraxiſſe; præſumendum eſt: ut eorum contractus, non regulentur, juxtà Morem Nobilium Capuani, & Nidi.*
7 ........ *ſatis eſt: ut in principio contractus, aſſerant: ſe vivere, & contrahere More Procerum, & Magnatum: ut ab eo More, legem, contractus accipiat.*
8 D.Conſil. Carleval, *laudatur.*
9 *Matrimonium contractum, inter Nobiles Capuani, & Nidi: An contractum præſumatur, juxtà eorum Conſuetudinem? contrà* D.Reg.noſtr. *adducitur* Reg. Rovit.
19 *Uſùs Capuani, & Nidi: num verè Conſuetudo ſit: vel Pactum? & ex* D. Altimar., *declaratur* D. Gizz. *num.*11.

1 QUi ſint Proceres, quivè Magnates: quibus vacabantur, & hodiè præſint; diligentèr ex Tiraquell., rem ſeriò differente: & Provenzal., obſervans D.Gizz.*hoc loco*, refert. Principes vocat illos Cæſar Calderin.Miran.*in ſuo diction.verb.Proceres*. Primores Civitatis, Joan.Brittanic.Briſcian.*ad Juvenal. ſatir.*3.*pag. mihi* 42.ſuper illis verbis *Pullati Proceres*; & Sidon.ſic habet.

*Aſt nunc Egregii Proceres, ad ſceptra vocari.*
Et Stroz.Pater.
*Magnanimosquè canit Proceres; & laudibus ornat.*
Atquè Virgil.10.Æneid.
*Tot lecti Proceres, ter denis Navibus ibant;*
*Subſidio Trojæ.*
Ac Mantuan.
*Proceres veneratos Avitos.*
Et alibì.
*Aurati pendent Proceres Patrumque Corona.*
Et iterum,
*Et ingens Nobilium Genus Procerum.*
Deniquè Homer.3.*Iliad.*, ſic cecinit
*Sed concionatores*
*Boni cicadis ſimiles, quæ in ſylva*
*Arbori inſidentes; vocem ſuavem emictunt*
*Tales Trojanorum Proceres ſedebant in Turri.*

Quos Principis, Magnos Cancellarios eſſe; ſcribit Lancellot.Conrad. *in Templo omnium Judic. lib.*1.*cap.* 1.§.4.*Tit.de Offic. Cancellar.magn. ex num.*11.*ad fin.* Et Sipontin.*in ſuo Cornucopia. pagin. mihi* 355. ſic loquitur: *Simili quoquè modo Procerum; à cera deducitur:*

*quod*

Digitized by Google

*quod propriè ſignificat. Prolixum; & in longum productum: quaſi ad ſimilitudinem ceræ extenſum: A quo proceritas, longitudo, aut prolixitas, & proceritèr adverbium, extentè. Proceres verò capita Trabium, propriè dicuntur: hoc eſt mutili quidam extantes: à quo, Principes Civitatis; ſunt Proceres appellati: Quòd ſi, ità in Civitate eminent: ſicut illi, in ædificiis. Magnates* verò; *dici Nobiliores, & Potentiores: quorum magna eſt Potentia, & Authoritas;* notat perbellè Calepin. Paſſerat. *verb. Magnates, & verb. Proceres.* Modò ad Nos.

2 Allucinatos fuiſſe illos, qui ſcribunt: Barones litii, originem moris Procerum, & Magnatum, adinveniſſe; ſcribit *citat.* Provenzal. *in Conſuetud. ſi quis. & ſi qua. Obſervat. ultim. num.* 17. Imò nec illam ad Nos tranſiſſe: attento Jure Francorum: ut ex Mart. indicat D. Reg. noſter *hìc num.* 2. plura ſibi ſuadere; inquit. Admittit tamèn illius introductionem: juxtà Ann. effatum, *in Cons.* 118. *ſub num.* 8. à Baronibus Regni; Sed mendacem appellat in illo; quod, de ejus Poteſtate; diſputatum non fuerit. Videndus eſt etiàm Montan.

3 *in Controv.* 1. *num.* 56. Nùm verò Mos iſtud, contineat idem; quòd Jus Commune Romanorum. Adeas D. Reg. noſtr. *num.* 11. *& in Deciſ.* 98. *num.* 18. 21. 26. 28. 30. *&* 31. Atquè Provenzal. *loco allegat.*

4 Cæterùm; hujus Deciſionis, meminerunt, De Marin. *Reſolut. Quotid. lib.* 1. *cap.* 70. *&* 298. *utrobiquè n.* 6. Merlin. *in Controvers.* 7. *num.* 20. *in fin. & in Controv.* 49. *num.* 1. *Tom.* 2. Hodiern. *in Controvers.* 28. *num.* 64. Quo loco D. Regentem noſtrum: *Præceptorem ſuum; appellat*: Et cum ea, pertranſit; idem Provenzal. *in Obſervat.* 27. *num.* 13. 14. 15. *&* 16. per hęc ipſiſſima verba: *Etſi verum eſt, pro ut cenſeo eſſe veriſſimum: quòd Mos Magnatum, ut inquit, poſt* Minad. *de quo meminit* De Pont. in Conſ. 35. ex num. 1. *Et* Nos *retu-*

5 *limus pro parte* Obſervat. præcedent. *Eſt quædam Conſuetudo; ſivè Forma vivendi; introducta inter Proceres, & Magnates; adèo, quòd illi contrahunt; non debent ab hoc recedere. Et dùm hæc non faciunt, recedunt à Naturali ipſorum Forma: ab ordinario uſu; & proprietate: Et conſequentèr impropriè contractant.*

6 *Et hinc in dubio cenſeri debet: Proceres, & Magnates, ità contraxiſſe: ut contractus eorum; regulari, non debeat, à Moribus, Nobilium Capuani, & Nidi: omni Jure, affirmari oportet ſucceſſionem, quamvis de ea dictum aliquod non proponatur; eſſe regulandam. Ità ut differat à more Nobilium Plateарū iſtarum; Etiam, quia, qui dicit ſe contrahere, juxtà Morem Procerum, & Magnatum; dicit legem, cum qua decidi contractus debeat; & cum qua contrahere intendat*: ut ex Iſern. in Conſtit. Regn. licentiam verſic. ſed quid eſt hoc *Obſervat* D. Reg. Capyc. Latr. in Deciſ. 35. ſub num. 5.

7 *Confirmantur prædicta: quia ex interpetratione Prudentum in Regno; ſufficit quòd Proceres, & Magnates, in Principio, contractus aſſerant: ſe vivere, atque contrahere More Procerum, & Magnatum: ut fuit ſæpius judicatum: & demùm, junctis Dominis Conſilia-*

8 *riis Duarum Aularum, in Cauſa D. Suevæ de Avolos: referente Doctiſſimo Conſiliario, & Collega noſtro meritiſſimo: Virtutum omnium genere ornatiſſimo, Domino D. Thoma de Carleval J. C. Hiſpano. Et tradidit* D. Reg. Capyc. Latr. tunc Collega noſter; in citat. Deciſ. 35. *Ubi, rem hanc exanimavit: mediis allegatis hinc indè; quæ per ipſum videre poterint, à num.* 8. *ad* 12. hæc D. Provenzal.

9 Obſervo ulteriùs *num.* 10. Quòd Matrimonium contractum, intèr Nobiles Capuani, & Nidi; præſumitur contractum, juxtà illorum Conſuetudinem. Ad comprobationem; vide Reg. Tap. *in Deciſ.* 56. cujus meminit, D. Conſil. Petr. *ad Rit. M. C. V.* 1 *ſub num.* 50. ſed hoc dictum, D. Reg. Rovit. non approbat, *in Deciſ.* 100. *num.* 10. Ex eo: nam ſi tali novo uſu, Nobiles

10 prædicti, non ſe ſubmictant; illi ſubmiſſi, dijudicandi non ſint: cùm verè ſit pactum, non Conſuetudo: Juxtà latiùs ſcripta per Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 1. *cap.* 4. De Georg. *in Allegat.* 23. *ex num.* 17. *ad* 22. D. Marcian. *lib.* 1. *Diſput.* 45. *num.* 10. De Pont. *in Cons.* 61. *lib.* 2. *num.* 48. De Franch. *in Deciſ.* 537. *num.* 16. Et ibi De Luc. *num.* 9. Montan. *in citat. Controvers.* 1. *num.* 88. Prat. *lib.* 1. *Diſcept.* 12. *ex num.* 64. *Diſcept.* 36. *ex num.* 21. *& Diſcept.* 37. *num.* 34. Sequitur noviſſimè D. Altimar. *in Obſervat. ad citat. Deciſ. Rovit.* 100. *ad num.* 10.

11 Benè verum eſt, quod Gizz. *hìc num.* 29. ſequutus Merlin. *in adduct. cap.* 49. *num.* 19. tradit, hoc uſum reſpectu Nobilium Platearum Capuani; & Nidi; Conſuetudinem dici: reſpectu verò exterorum; dici pactum. Tu tamen id ità intellige. Nulli dubium eſt, dictum uſum; continere tria capita: unum; quò ad lucrifactionem Antefati: ſecundum; quò ad excluſionem parentum, à ſucceſſione: deniquè, circa diſpoſitionem dotium. Hìnc eſt, quòd contrahendo quiſpiam: non expreſſis omnibus Capitibus, juxtà Merlin. ſenſum: Aut eſt de dictis Plateis; & omnibus dictis Capitibus, ſe ſubmiſiſſe, fatendum eſt: Aut de illis nequaquàm eſt; & eo caſu, requiritur expreſſa ſubmiſſio, omnium capitum. Etenìm, ſi diceret: quòd reſpectu illorum, qui contraxerunt, non ex dictis Plateis eſſe Pactum; ſcriberet rem indubitatam, Quæſtio namquè, in qua verſantur DD. ea eſt: num reſpectu dictorum Nobilium; ſit Pactum, vel Conſuetudo: cùm nemo in dubium revocare poſſit: reſpectu exterorum; non eſſe conſuetudinem: ſed Pactum: pro ut noviſſimè conſiderat *citat.* D. Altimar. Et conferunt, tradita per Fab. de Ann. *in Cons.* 72. & *per* Larath. *in Conſil. ultim.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XXXVI.
### SUMMÆ.

1 *Cautiones, & reì Uxoriæ actiones: quando, & qua occaſione; introductæ fuerint?*

2 *Pater, pro Dote Filio data; tenetur omnia bona ſua, obligare.*

*Amplia: ut num.* 3. *&* 4. *Limita in Matrimonio putativo num.* 11.

5 *.. qualitèr pro reſtitutione Dotis, Filio data; teneatur principalitèr: vel acceſſoriè? Diſſident* Cacheran. & De Aren., *quos conciliat* Manent.

*Quid in Matrimonio, Filii emancipati? Defenditur* Bartol. à Campeg. num. 6. 7. & 8.

9 *Pater, qui vigore ſtatuti præſtitit conſenſum Filio, ſe obliganti, ad reſtitutionem Dotis: nùm obligatus remaneat?*

10 *Conſenſus; quandoquè, non habetur pro juſſu.*

12 Diſpoſitio. l. ſi cùm Dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. Matrim. *non procedit in Patre: qui proptèr Nuptias; Filio donavit.*

13 *Socer; qualitèr teneatur Nurui: attenta* Conſuetud. Filia ducente uxorem?

14 *Diſpoſitio* Conſuetud. Filia ducente uxorem; *non procedit in Dote, Patri ſoluta.*

15 Deciſio præſens: *quo Jure proceſſit? Carpitur* Gizzii Obſervatio.

16 *Hypoteca Dotis; retrotrahitur ad tempus capitulorum Matrimonialium: etiàm ſi, confeſſio Dotis receptæ, ſit facta; longè poſt contractum Matrimonium.*

H 17 Nul-

Digitized by Google

17 *Nullitates adverſùs Decretum : etiàm habentem vim diffinitivi, intrà quantum tempus, proponi debeant; & alias addere ? Et Terminus ſtatutus, pro diſcusſione illarum ; traditur , num.* 18. *ad declarationem* Gizz.

19 *Curſus temporis , ad proponendas Nullitates : nùm currere incipiat à primo die, poſt intimationem Decreti, ſi feriata ſit? Adducuntur pugnantes, S. R. C. Deciſiones . & num.* 21.

D. Gregorius Motilli *cum laude adducitur* .

*Quid, ſi ultimus dies, dicti temporis ; eſſet feriatus? Cum Deciſione num.* 20.

QUincentis ferè Annis, poſt Romam Conditam: nul-
las rei uxoriæ, nequè actiones, nequè cautiones, in
1 Urbe Roma , aut in Latio , fuiſſe ; refert Gell.
*Noctium Acticar. lib.* 4. *cap.* 3. Deindè verò occaſione
divortii , quod egerat cum uxore Spurius Carbilius
Ruga : Anno ab Urbe condita DXXII. fuiſſe introdu-
ctas ; tradit Ser. Sulpit. *in lib. de Dotib.* Hinc Patrem
2 Filio ducente Uxorem: teneri bona ſua , pro reſtitutio-
ne Dotis, in beneficium Nurus obligare ; legitur *in l.
qui liberos. ff. de rit. Nuptiar. & in l. ſi quis inter tres.
§. Imperator. ff. de excuſat. Tutor.* & extant latiùs tra-
dita per Jaſ. *in Auth. res quæ. C. commun. de legat.* Corn.
*in cons.* 256. *lib.* 1. Natt. *in cons.* 61. *col.* 2. *vol.* 1. Roland. *in
cons.* 85. *num.* 25. *&* 36. *vol.* 1. Paul. de Caſtr. *in cons.* 14.
*&* 176. Joan. Campeg. *de Dot. par.* 3. *quæſit.* 166. *num.*
Cavalcan. *de Uſufruct. num.* 190. Cacheran. *in Decis.
Pedemont.* 43. *n.* 17. *& in Decis.* 167. *num.* 9. Peguer. *in
Decis.* 118. *num.* 2. Borrell. *in ſumm. Decis. Tit. de Pri-
vileg. Dot. num.* 340. *tom.* 3. Intrigl. *in Decis. Sicil.* 4. *nu.*
40. *&* D. Hodiern. *Controv.* 9. *num.* 53. ſatiſque eſſe ipſi-
3 us conſenſu, Dotem Filio ſolvi : ut ad illius reſtitutio-
nem, Matrimonio diſſoluto, teneatur ; affabrè notant:
quicquid alii , in dubium revocare auſi ſint; Bald. No-
vell. *in tract. de Dot. part.* 6. *Privileg.* 20. *num.* 8. Cam-
peg. *in allegat. loc. quæſit.* 168. Palat. Ruu. *in Rubric.
de Donat. inter Vir. &* Uxor, §. 21. *ex n.* 4. Menoch. *in lib.*
6. *Præſumpt.* 14. Jul. Capon. *in tract. qui inſcribitur
de Dot. in rubric. ff. ſolut. Matrim. quæſt.* 6. *num.* 10. De
Georg. *Allegat.* 41. *&* Staiban. *in Obſervat. ad Reſolut.
ſuam* 69. *ex num.* 17. *ad* 29. *lib.* 1. Imò, quod mirandum
4 magis eſt ; ad prædicta teneri : etſi expreſsè , ſe ad id
nolle, proteſtatus fuiſſet ; tenuerunt Jo: Baptiſt. de Bott.
*in Cons.* 93. *ex num.* 10. Fab. Turret. *in Cons.* 45. *lib.* 3.
Ant. Fab. *in ſuo Codic. lib.* 4. *Tit.* 9. *diffinit.* 7. *&* Provenz.
*in l. ſi cùm dotem. §. transgrediamur in fin. ff. ſolut.
Matrim.*

5 At qualitèr ; teneatur Pater : principaliter ſcilicet :
vel tanquàm Fidejuſſor ? In primis ; videndum ſe of-
fert . Primam partem defendunt Cacheran. *in adduct.
Cons.* 43. Corn. *in citat. Cons.* 256. & Addit. *ad Rodriq.
de concurs. Creditor. part.* 1. *artic.* 1. *ex num.* 13. At tene-
ri : ſicut fidejuſſiſſet filium; tenent Roman. Cuman. &
Angel. *in allegat. §. tranſgrediamur* . Tandèm aptiùs
Cæſar Manent. diſtinctionis fædere: has, à diametro pu-
gnantes opiniones; concordare conatur, *in Decis. Man-
tuan.* 52. Ut prior opinio ; procedat in Dote ; ipſi Pa-
tri ſolutæ : ſecunda verò , quotiès Dos ; Filio tantùm,
tradita fuiſſet . Tenerique ſolummodò de Peculio; di-
xit Jacob. de Aren. *in eod. §. transgrediamur* .

6 Nùm, ad idem pro Filio emancipato ; Pater tenea-
tur ? ſuccedit obſervandum . Affirmat Campeg. *in in-
dicat. quæſit.* 168. qui *num.* 2. Reſpuit Speculat. *in Tit.
de Donat. inter Vir. & Uxor. §. formatus in verſic. quid
ſi Filius* : Contrarium ſentientem : cùm Pater , ſicut
pro Filio familias ; teneatur ſe obligare ità pro eman-
cipato , *l. fin. C. de Dot. promiſſ.*

7 Sed Bartol. ſtat pro Speculator. *in allegat. l. ſi quis
inter tres. §. ſi quis, in verſic. Imperator. num.* 1. Et ean-
dem ſententiam ; ſequuti ſunt, Coraſ. *in allegat. l. qui
liberos. n.* 50. Alex. *in indicat. §. transgrediamur*, Becc.
*in Cons.* 43. Curt. Jun. *in Cons.* 133. Jacob. Menoch. *in
Cons.* 33. *lib.* 1. *num.* 35. Et probatur per Text. *in eod. §.
transgrediamur* . ibi : *Sed ſi filius Familias ; Maritus
ſit.* Et meliùs per Text. *in l. ſi Filio Familias.* 26. *ff. ſo-
lut. Matrim.* his ipſiſſimis verbis : *Si Filio Familias ;
Dos data ſit : injuſſu Patris ; de Peculio, quidem age-
tur. Sed ſivè proptèr impensas à Filio factas ; agetur :
ſivè propter res donatas à Filio Familias: vel amotas ab
Uxore res peculiares: hoc ipso quòd habet actionem Pa-
ter , ex persona filii ; majus periculum ſit. Et ſìc ; to-
tum eſt præſtandum mulieri; quod in Peculio eſt: Modò
adhùc ſit , quod uxori debeatur.* Peculium verò in Fi-
8 lio emancipato , locum non obtinere ; indicat Text.
*in l. fin. C. de inoff. Teſtament.* Propterea benè ſequitur :
Jura prædicta, in Filio tantùm Familias; adaptari: te-
ſte Barboſ. *citat. §. transgrediamur ex num.* 9.

9 Nec antè poſita concluſio ; procedit in Patre : qui ,
attenta ſtatuti diſpoſitione; conſensũ præſtitit Filio Fa-
milias : ut validè obligaretur , pro Dotis reſtitutione .
Etenim talem conſenſum, authoritatem Filio præſtitiſ-
ſe : ut ejus obligatio , valida ſit ; cenſetur. Alber. *in l.
unic. num.* 5. *in fin. C. de rei Uxor. action.* Et quandoquè
10 Conſenſus ; non habetur pro Juſſu. Gloſſ. *in l.* 1. *§.* 1.
*verb. ſed ibi, non agnovit. ff. de Juſſ.* Nec Patris Conſen-
ſus ; obligat: ſicut Juſſus. Nicol. Boer. *in Decis.* 221.
*num.* 10. Et Deciſionem ; indicat Thor. Cujus memi-
nit D. Reg. noſt. *part.* 1. *verb. prælatio.* At id, abſquè dif-
ficultate , non tranſire ; dixit ex Corn. Paſcal. *de virib.
Patr. Poteſtat. part.* 2. *cap.* 7. *ſub num.* 80.

11 In Matrimonio etiàm putativo , concluſionem præ-
dictam non procedere ; ſcribit Capon. *loc. citat.* Modò
tamèn ; de invaliditate matrimonii , conſtet . Etenim
occaſio illa, nè legitimum Filii matrimonium , impe-
diatur ; ceſſat in præſenti ſpecie . Barboſ. *in l. ſi cùm
Dotem. §. fin. num.* 11. *ff. ſolut. Matrim. &* Tiraquell. *ad
leg. Connubial. Gloſſ.* 8. *num.* 247.

12 Pater quoquè : qui propter Nuptias , aliquid Filio
donavit ; à ſuppoſita obligatione , eximitur : nè du-
plici gravetur onere. Gabr. *in Cons.* 119. *ex nu.* 31. *lib.* 2.
Bartholom. Soccin. *in Cons.* 75. *num.* 8. *vol.* 1. Federic.
Scot. *lib.* 4. *tom.* 1. *Reſpons.* 17. *num.* 8.

13 Atquè etiàm ; nèc firmata Concluſio, procedit : at-
tenta noſtra *Consuetud.* Cujus initium eſt : *Filio du-
cente uxorem* ſub *Tit. de Patr. recipient. Dot.* De qua
meminit, D. Reg. noſt. *num.* 11. *&* 12. Qua, diſpoſitum
eſt : quòd licet de Conſenſu Patris , Dos Filio ; data ſit :
nihilominùs Pater ; in vita non tenetur : ſed ejus hæ-
redes , uſquè ad valorem partis bonorum ; quæ Filio
contingeret : ſi Patri , ſuperſtes remanſiſſet: Niſi Pater;
Dotem recepiſſet ; Etenìm *adduct. Consuetud.* ut notat
Naucler. *in Addition. verſic.* 1. verba dirigit : quotiès
Pater ; aſſentit . Et legitur etiàm , in *Consuetud. ſi Pa-
ter eod. Tit.* Quo cautum occurritur ; Patrem , teneri
ad Dotis reſtitutionem : licèt in Inſtrumento , conti-
neatur ; quòd ipſe , Mater , & Filius ; dotem recepe-
runt : quia Pater potiùs , quàm Mater , & Filius , ſup-
ponitur ; Dotem habuiſſe : dùm ſub ejus ſubjectione
eſt. Napod. *in ead. Consuetud. ſi Pater. verb. Pater*: pro
ut in ſimili, ſupponimus Viro, & Uxore: in contractu,
Pecuniam habuiſſe , confitentibus ; Pecuniam , ad vi-
rum ſol ſi modò perveniſſe. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 5. *ff. ſolut.
Matrim. num.* 5. *verſic. poſſet etiàm* . Bald. Novell. *loc.
citat. part.* 7. *Privileg.* 1. Anton. Fab. *in cit. Codic. Tit. de
Jur. Dot. diffin.* 8. Reverter. *in Decis.* 199. *& ibi* D. Ma-
rin. *num.* 1. De Franch. *in Decis.* 474. *ubi* De Luc. Et
conferunt tradita per Staiban. *lib.* 1. *Reſolut.* 64.

Accedit his, Cyn. *in citat. §. transgrediamur.* Modo
tamèn, Pater ipſe domum regat. Sequitur Cacheran.
*in Decis.* 44. *&* De Ann. *in Cons.* 93. *num.* 22.

14 Obſervo ſucceſſivè *num.* 13. Naucler. *loc. indicat. ver-
ſic.* 3. indubitantèr , tenuiſſe: Mulieri , pro reſtitutione
Dotis,

Digitized by Google

Dotis, mortuo Viro, pro portione illi ſpectante; haùd actionem hypotecariam competere. At de hoc, dubitaſſe S.R.C., ſcribit D.Reg. Noſter. Tractabatur verò, in hac contingentia, de diſcutiendis Nullitatibus; quæ in articulo dubio; non cadunt. *Pragm.4.cap.20.de Dilat.*Et per M.C.V. pro Dotis reſtitutione, fuerat præſtita aſſiſtentia, ſuper bonis ſoceri: poſſeſſis per tertium poſſeſſorem, poſſidentem cum enormiſſima læſione; petentem prætii reſtitutionem: attento quòd ſibi bona prædicta; adjudicata reperiebantur, cum pacto de re-
15 trovendendo;Idcircò S.R.C. protulit Decretum, quòd procedatur ad venditionem Fundi; ſuper quo, per M. C. V. fuerat præſtita aſſiſtentia; & in prætio audiantur omnes.Proindè ignoro,ex quo fonte; hauſit Gizz. *num.*6.ex Doctrina Naucler. Cauſam *præſentis Deciſionis*; fuiſſe determinatam: Mulieri, pro Dotis reſtitutione, contrà ſocerum: attenta *Conſuetud. Filio ducente Uxorem*; tantùm actionem perſonalem competere.

Imò plùs dico. In hac Controverſia procùl dubio: Mulieri adverſùs bona ſoceri; competiiſſe actionem hypotecariam: Quippè ipſe; non tantùm Filii Matrimonio conſenſerat: verùm etiàm, pro certa ſumma, ad ipſum pervencta, contractu aſtrictus erat; ad reſtitutionem Dotis.Propterea, attenta *Conſuetud.ſi Pater*; benè illa, pro quantitate prædicta, experiri poterat, contra bona ſoceri: actione hypotecaria. Faciunt notata per Napod.& Naucler. *ibid.*

16 Ad Deciſionis ornatum; tradit Gizz. quòd hypoteca Dotis; contracta intelligatur, à die Capitulorum Matrimonialium: non verò contracti Matrimonii. Et fundat traditionem pluribus judicaturis; Adde, ità amuſſim tenuiſſe: excluſa contraria opinione; D. Jo: Bapt. De Luc.*in tract.de Dot.diſcurs.*79.*num.*5.Quem ſequitur de Luc.alter *ad Franch.Obſervat.*677.*num.*3. Etiamſi diù, poſt contracta Capitula Matrimonialia, & Matrimonium; Dotis receptæ, confeſſio,per virum facta ſit. Seraphin. *in Deciſ.* 795. Valaſc. *in Deciſ.*5. *num.*13.Afflict. *in Deciſ.*402.*ex num.*9.De Laurent.*in Deciſ.*25.Mareſcott. *lib.*1.*var.cap.*8. *num.*13.Rot. Roman. *in Deciſ.*683.*part.*2.*recentior.*Mart. *in Deciſ.*88. & De Graſſ.*in except.ultim.*Et ità Obtinui: pro Venerabili Monaſterio,Sanctæ Franciſcæ Romanæ Congregationis Olivetanæ Civitatis Vici Equenſis; Cum creditoribus illorum de Naſtaro:in Banca Moncelli.

17 Scribit Gizz.*num.*14.quòd Nullitates: licèt proponi debeant, intrà Terminum ſex Dierum; decurrendorum à Die, poſt notificationem decreti interloquutorii: etiàm habentis vim diffinitivæ,*juxtà Pragm.*4.§.18.*de Dilation.* Et memorant Gallup.*in prax. S.R.C.part.* 3. *cap.*7.*num.*18. Et noviſſimè Motill.*in ſua prax.Tit.de in integr.reſtitut.& nullitat.num.*1.Adeò,ut ſi elapſum ſit tempus prædictum; amplius allegari non poſſint Reg. Rovit. *in Pragm.*5.*de Offic.S.R.C. num.*27.Si propoſitis Nullitatibus in Termino;fuerit poſita clauſula, *ſalvo jure addendi*, poterunt etiàm, dicto Termino elapſo, proponi aliæ Nullitates. Advertat hìc Tyro, hoc tempore, reperiri ſtatutum Terminum, aliorum
18 ſex Dierum, pro addendis Nullitatibus: quæ diſcutiendæ ſunt, intrà duos Menſes, decurrendos à Die, quo fuerunt deductæ: modò eo in tempore, non incidant Feriæ Æſtivæ, vel Nativitatis, aut Reſurrectionis D.Noſtri Jeſu Chriſti,Redemptoris,& Salvatoris noſtri: Quas, non includi in dicto Termino, duorum Menſium,ſancitum eſt *in duabus Pragmaticis ſanctionibus*, Excellentiſ. D.Petri Antonii de Aragona, tùnc hujus Regni Moderatoris:una publicata,*die* 12.*Octobris*1666. quam ad verbum tranſcribit de Sarn. *in ſua prax. Civil.pagin.*50.*Altera, ſub die* 20. *Martii* 1669.

19 Hos verò ſex Dies, datos ad proponendum Nullitates: ſi primus, poſt notificationem Decreti, incideri feriatus: non currere, deciſum demonſtrat D.Conſil. Hodiern. *in Controvers.* 48. Et deciſum fuit, per Regiam Cameram:ultimum Diem feriatum, non prohiberi: quin ſeptimo Die, illæ proponi poſſint: ſub die 17.Menſis Martii 1661. his verbis.

20 *In Cauſa in Regia Camera vertente inter Univerſitatem Terræ Cermigniani, ex una: & Magnificum Euſtachium Sterlich, ejus Baronem, ex altera: ſuper ſolutione functionum Fiſcalium: ſuborto dubio, in terminis Pragmaticæ ſanctionis,an eſſent recipiendæ Nullitates per dictum Magnificum Baronem propoſitæ, ſub die 4.menſis Februarii. primi proximi elapſi, adversùs Decretum per Regiam Cameram latum, ſub die* 14. *Menſis Januarii,currentis anni: Contèdente dicta Univerſitate,nullatenùs illas recipi poſſe, ex quò fuerunt propoſitæ, elapſis jàm ſex diebus, à die notificationis decreti; & ſic contrà diſpoſitionem dictæ Pragmaticæ ſanctionis: Et replicante dicto Magnifico Barone, in die ſexta, poſt Decreti notificationem, non potuiſſe Nullitates præſentare:cùm dies eſſet feriata,in honorem Dei.*

*Facta de prædictis relatione in Regia Camera Summariæ per Ill. Ducem Diani, D. Carolum Calà, Regiæ Cameræ Præſidentem, & Cauſæ Commiſſarium; coràm Spectabili D.Locumtenente,& aliis Dominis Præſidentibus ipſius: per Regiam Cameram, conſenſu fuit proviſum & decretum, pro ut preſenti Decreto decernitur, & providetur: quod Nullitates propoſitæ per Magnificum Euſtachium Sterlich, Baronem Terræ Cermignani, ſub die* 4. *Menſis Febr. proximi elapſi adversùs Decretum, per Regiam Cameram latum, ſub die* 14. *Menſis Januarii, & notificatum ſub die* 27. *ejuſdem Menſis inſtantis Anni, recipiantur, pro ut illas recipi mandatur, & ad earum diſcuſſionem procedatur, audita Univerſitate:Hoc ſuum, Regia Camera, interponente Decretum.*

21 Et tandem,in hac re, nota: quòd licèt ſententia D. Conſil. Hodierna, vera ſit, et recepta: ut paſsìm teſtantur DD.inter quos eſt D. Gregor. Motill.in noſtris Tribunalibus apprimè verſatus, et ſummus practicus, *loc. allegat. num.* 21. *in fin.* Tamèn, per Sacrum Regium Conſilium, contrarium determinatum fuit, in Cauſa Ill. Ducìſſæ Laurentianæ. Cum Ill. Duce Andriæ: referente D. Conſiliario Boliaga, cujus decreti verba tranſcribit D.Mucc.*var.quæſt.forenſ.dilucidat.cap.*38. *num.*39.

## OBSERVATIO

### IN DECISIONE XXXVII.

*SUMMÆ.*

1 *Adducitur,adversùs* D.Regèt. Noſtrum;Anton.Niger.
2 *Annexa, & connexa, quæ ſint, declaratur.*
3 *Feudo vendito; ea veniunt, quæ ratione venditionis, competunt: non quæ venditor, ut alius; poſſidet.*
*Quid, ſi fuerit dictum*; Cum ejus integro ſtatu, juribus, et pertinentiis ſuis:*nùm veniant functiones Fiſcales?* Reg.Reverter. et D. Conſil.Petr.*comprobant Deciſionem num.*4.
*Sed* Reg.De Marin. *declarat. num.* 5.
*Ponderatur locus*, Joan. Vincent. De Anna. *num.* 6.
7 *Legatum omnium bonorum,quæ ſunt in Civitate;Compræhendit, ea quæ ſunt in comitatu.*
8 *factum, pro Maritandis puellis, alicujus Civitatis; compræhendit illas, quæ ſunt de Comitatu.*
9... *bonorum, quæ ſunt in Civitate; compræhendit ea, quæ in ſuburbio ſita ſunt.*
10 *Conceſſum Civibus, in favorabilibus; conceſſum cenſetur Comitatenſibus.*
11 *Legata Domo; cenſetur etiàm legatus Hortus, ibi coherens: & Domus parva: etiam ſi conclave ſit, inter unam; & aliam.num.*12.*&* 13.



Digitized by Google

14 *Fundo ruſtico legato: quandò veniant Inſtrumenta; ibi adjacentia.*

15 *Legatis mobilibus; cenſetur legata merces; cæteraque venialia.*

D. Joannes Baptiſta Mucci *laudibus oneratur.*

16 *Legatum omnium librorum: non compræhendit libros, poſt ſcriptum legatum; à teſtatore quæſitos.*

17 *Feudo vendito, nùm in emptorem tranſeat, quæcumque ſervitus?*

18 *Conceſſio Feudo, an ejus Juriſdictio; conceſſa cenſeatur: ſi de ea, ſpecialis mentio: facta non ſit?*

D. Judex D. Franciſcus Antonius Feloaga *cum laude adducitur.*

19 *Sub Generali alienatione: Feudum an compræhendatur?*

1 ANton. Niger, laborioſus J.C. in ſuo *Tract. de Laudem. Tom.2.quæſt.33.nu.1.* ex Oltrad. *in Conſ.252. ad num.18.* & aliis; quos allegat: venditionem Caſtri, Civitatis, aut Comitatus, & ſimilia; ſub Univerſitate annexa venire; ſcribit. Hoc tamèn dictum; Deciſionis præſentis, veritatem non convellit: Etenim, 2 annexa, & connexa, ea ſunt; quæ ad eundem finem tendunt *l. cùm actum. verſic. planè. ff. de negot. geſt.* licèt in temporis intervallum; cadat: pro ut dici ſolitum eſt. venditionem Vaccæ; Vitulum, quoquè ex indè natum continere. Bartol. *in l. Aurelius 29. §. idem quæſit. num.3. ff. de libert. legat.* & Put. *in Deciſ.213. n.4. part.3.* Hìnc ſequitur, ab altero annexa; conſiſtere nequire. *l. cùm hi. §. prætor. ff. de tranſact.* Et tradit Sigiſmund. Scacc. *in Tract. de Judic. lib.2. cap.11. num. 366. & ſequent.* Qui *num.* 376. hanc annexorum, & connexorum petitionem; Judiciis arbitrio remiſit.

3 Vendito propterea Feudo: in tali venditione, compræhenduntur ea; quæ occaſione Feudi venditi, competunt: non illa; quæ à Feudo, ſeparata ſunt; & alio Jure tamquàm alius, poſſidentur. Cald. *de Empt. & Vendit. cap. 22. num.* 19. Undè vendito Feudo, 4 cum Juribus, & pertinentiis ſuis, integroquè ſtatu; non compræhenduntur fiſcales functiones; quas venditor poſſidebat, ſuper illo: Etenim feudo non cohærent; & Domini perſonam reſpiciunt. Ideò abſque ſpeciali mentione, non veniunt: ut deciſum demonſtrat, D. Reg. Noſter: & comprobant D. Conſil. Petr. *tom.2. Rit.* 216. *num.* 8. Reg. Reverter. *in Deciſ.172. & 342. Et adducto* D. Reg. noſtro, Reg. De 5 Marin. *in Obſervat. ad adduct. Deciſ.172.* Advertens ad propoſitum, de more: quòd quando de his, diſputari contingerit; facti ſeries accuratè diſcutienda ſit. Etenim aliàs, alitèr, hunc articulum determinatum fuiſſe; legitur apùd De Ann. *in Allegat.29.* De Ann. *alterum in Conſ.* 100. Camill. de Medic. *in Conſ.* 7. De Pont. *in Conſ. 63. lib.1. &* de Georg. *in Allegat.50.* Quòd ex fa6 cti mixtura; evenit: Nempè apùd Joan. Vincent. de Ann. *in citat. loc* ex eo; alitèr determinatum fuit: Nam Fiſcales functiones, de quibus agebatur; reperiebantur liquidatæ, loco Introituum Baronalium, à Regia Curia; Et cum eo; tranſit. Conſil. Hodiern. *in Addit. ad* Surd. 241. ſicut in Cauſa Legati, ordinati per Sereniſſimam Bonam Poloniæ: in qua Medic. & alii ſupra allegati, ſcripſerunt; quorum meminit etiàm D. Reg. noſter; legataria obtinuit: quia, perſpecto diſpoſitionis tenore, & Teſtium depoſitionibus conſideratis; apparebat talem fuiſſe Teſtatricis animum: teſte *eod.* Medic. Et apparet ex voto, tùnc Conſil. Morra; tranſcripto ad verbum, per Gizz. *num.6. ad* 11.

7 Modò adnotandum, ad Deciſionis ornatum confert: quòd in Legato de omni eo, quod Teſtator habet in Civitate; compræhenditur Cenſus, impoſitus ſuper bonis, in Comitatu exiſtentibus. De Præt. *in lib.4. de interpetrat. ultimar. voluntat. interpetrat. 1. dub.8. num.* 22. Mart. *de ſucceſſion. part.4. quæſt.* 18. *num.*107. Alios conducit D. Conſil. Petr. *in allegat. Rit.* 216. *num.*3.

8 Hìnc Legatum factum, pro maritandis Puellis Civitatis: compræhendere illas, quæ ſunt in Comitatu; deciſum demonſtrat. Gratian. *in Deciſ.97.* Quia Villa, & Caſtrum; dicitur membrum; & Civitatis pars. *l. qui ex vico. ff. ad Municipal. & l. ſi hæres. §.1. ff. de legat.* 1.

9 Idcircò in Legato, de illo quod Teſtator poſſidet in Patria compræhendit illud, quod eſt in ſuburbio. *l. Uxorem, 29. §. legaverat. Et ibi* Gloſſ. *verb. extendi. ff. de*

10 *Legat.3.* Et in materia favorabili: quicquid Civibus, conceſſum eſt; comitatenſibus etiàm, conceſſum cenſetur. *l. 2. C. de Nundin. l. Civibus. C. de Municip. lib.10.* Marc. *in Deciſ.365. part.1.* Affl. *ad Conſtit. Regn. lib.1. Tit. de Homicid. Clandeſtin. rub.27. num.7.*

11 Et etiam hujus loci inveſtigare: nùm legata, aut vendita domo; venditus, aut legatus cenſeatur Hortus ibi cohærens? Tangunt hanc quæſtionem De Pont. *in loc. indicat. num.71. &* De Marin. *ibid. in verſicul. & an domo vendita.* Sed illam extricant, Gloſſegraphus *in l. Olimpico. in princip. ff. de ſervitut. Urbanor. Prædior.* Natt. *in Conſ.* 429. *&* 446. Eugen. *in Conſil.* 66. *num.* 33. *&* 49. Mantic. *de Conjectur. ultimar. volunt. lib.* 9. *Tit.* 2. *num.* 36. *&* Gulierm. de Benedict. *in repetit. cap. Raynutius. de Teſtam. verb. & Hortus. ex num.1.* Concludentes; pro affirmativa opinione: ſi ad uſum domus; factus, aut emptus fuiſſet; Sequitur eandem ſententiam, Maceraten. *Reſolut.112. caſ.29. lib.1.* Qua eadem attenta ra12 tione; concludendum idem eſt, de Domo parva, magnæ cohærente: ex Tiraquell. *de Jur. Primogenit. quæſt.73.* Surd. *in Conſ.207. num.3. lib.2.* Cephal. *in Conſ.* 144. *num.* 16. Anton. Gabriel. *commun. Concluſ. Tit. de Præſumpt. Concluſ.12.* De Præt. *loc. indicat. dubitat.* 7. *num.39.* Soccin. *Jun. in Conſ.256. lib.* 2. Jo: de Amic. *in Conſ.* 1. *num.* 7. *&* 8. *&* Veggio *in Conſil.55.* Etiàm 13 ſi conclave, inter unam, & alteram Domum; ſit. de Benedict. *loc. allegat.* Cephal. *in Conſ.* 144. *num.* 18. Ancharan. *in Conſ.291. &* Bero. *in Conſ.44. num.35. & 36. lib.2.* Et in legato, Fundi ruſtici; etiàm venire Inſtru14 menta: ſi talitèr conſuetum ſit, aut obſervatum, ſcribunt. Scot. *in Reſponſ.4. ex num.* 18. *tom.* 1. *lib.1. &* Ludovic. *Commun. concluſ. quæſt.* 38. Alitèr verò non compræhenderentur. De Mont. *in tract. de Empt. & Vendit. num.68.* Anchar. Regienſ. *lib.3. quæſt.79.* Alios memorat Cavalcan. *to.1. in Deciſ. Fivizan.44. nu.*119.

15 In legato quoquè, mobilium, & ſuppellectilium Domus: eſſe compræhenſa merces, ceteraque venalia Teſtatoris; deciſum oſtendit Afflict. *in Deciſ.*106. quem doctè: ut ſolet, & eruditè, à D. Regent. Merlin. *controverſ.65. centur.2.* conſtanter defendit, perdoctus, & ingenioſus, D. Joan. Bapt. Mucci *quæſt.29.* Mem initque D. Conſil. Petr. *in Rit.* 132. *ſub num.* 12. *& Rit.* 216. num.11.

16 At, non compræhendere legatum omnium librorum: libros à Teſtatore poſt ſcriptum legatum, quæſitos; legitur *in l. Aurelius. 29. §. Teſtamento. il primo ff. de libert. legat.* Et comprobant Arias de Meſa *variar. Reſolut. lib.* 3. *cap.11. num.10. &* De Marin. *Reſolut.122.* Qui *num.5.* idem procedere in legato argenti; tradit: attentis vulgatis Juribus *in l. ſi ità legatum.* 8. *& in l. fin. ff. de Aur. & Argent. legat.* Et voluit Reverter. *in Deciſ.* 342. *num.2. circ. fin.*

17 Heri fui interrogatus: An vendito Feudo: in emptorem, abſquè ceſſione; quæcumque ſervitus tranſeat; quæ venditori pertinebat? Dixi Bartol. opinionem *in 1. num. 3. ff. de ſervitut. legat.* in ſervitute continua; affirmantem: licet de ea nihil actum ſit: ſecùs tamen, in ſervitute diſcontinua; ab Olea *de ceſſ. Jur.* non approbari. Etenim omne Jus reale, & ſervitutem prædio debitam: in emptorem, citrà ceſſionem, tranſire; Indicat Tex. *in l. Via. §. ſi Fund. ff. de ſervitut. ruſticor.*

Digitized by Google

*ſticor. prædior.* Quam ſententiam, approbant de A-
mat. *in Conſ.* 93. *ex num.* 73. & Noal. *de tranſmiſſ.*
*caſ.*67.
18 Tandem; nè plùs ultrà cœptum inſtitutum, te de-
tineam: Nùm conceſſo Territorio, aut Caſtro ſim-
plicitèr, Juriſdictio conceſſa videatur: licèt de illa;
ſpecialis mentio facta non ſit? Reſolvunt quæſtionem
Capyc. *in Inveſtitur. Feud. verb. Feudorum acceſſoria*
*verb. conceſſo Caſtro*, & noviſſimè D. Franc. Anton. Fe-
loaga J. C. inſignis, ingenii præſtantiſſimus, & erudi-
tæ literaturæ conſpicuus meritiſſimus Judex Maleficio-
rum M.G.V. *in ſuo Enchiridion Juris Controv. cap.* 2.
19 *inſpect.4.num.*134. & an ſub generali alienatione bo-
norum, quæ extant in tali loco, Feudum compræ-
hendatur? extricat Clar. *in* §. *Feudum quæſt.* 31.
*num.*10.

# O B S E R V A T I O
## IN DECISIONE XXXIIX.
### *S U M M Æ.*

1 D. Carol. Ant. De Luc., *notat*, D. Regent. noſtr. *de inconſtantia*.
2 D. Joan. Bapt. De Luc. *præſentem Deciſionem; impugnat.*
3 *Adducitur media opinio*, D. Carol. Anton. De Luc.
4 *Frater; quando teneatur dotare; & redotare ſororem? num.* 5. *Adducitur opinio* Barboſ.
6 *Pater; tenetur dotare; & redotare Filiam. Intellige, ut num.* 7.
8 *Frater uterinus: an teneatur dotare ſororem uterinam?*
*Quid, attenta* Conſuetud. ſi qua mulier, & Conſtit. in aliquibus, *num.* 9.
10 *Pater, dotando filiam: an cenſeatur dotaſſe, de bonis propriis: vel filiæ? Comprobatur* D. Reg. noſter.
*Quid, ſi dixerit: illam dotare de bonis ſuis, & Matris? num.* 11. *aut de bonis ſuis, & Filiæ! num.* 12. & 13.
14 *Copulæ*: Et *natura, refertur.*
15 *Frater dotando ſororem: non præſumitur, id animo donandi; feciſſe.*
16 *Promiſſio Dotis Filiæ, aut ſorori facta, ultra portionem debitam: quando moderetur?*

1 NOtat perbellè D. Carol. Anton. De Luc. *in Obſer-*
*vat. ad Deciſ. De Franch.* 648. *num.* 2. D. Regent.
noſtr. *hoc loco*; pro hærede, deciſionem retuliſſe: & in
*Conſultat.*31. pro Cliente quodam; ſcripſiſſe alitèr.
Hanc verò Deciſionem; ſequitur Epiſcop. de Afflict.
*Controverſ. Jur. Reſolut. cap.*37. *num.*24. Et faciunt tra-
dita per Regent. De Marin. *lib.* 2. *Reſolut. quotid.*
*cap.*166.
2 At pro D. Clara Loffreda, Filia Ill. Principis Mai-
dæ; impugnat deciſionem: expendens pro vi, D. Re-
gent. noſtri rationes, noviſſimè D. Joan. Bapt. De Luc.
*in ſuo tract. de Credit. diſcurſ.* 28.
3 Diſſidium pacare conatur D. Carol. Ant. de Luc. *loc.*
*citat.* Ut ſi Frater, tempore dotationis; hæreditatem,
eſſe idoneam, crediderat. Eo caſu; cenſendum eſſe,
ſe in Sororis beneficium, voluiſſe de proprio obligare:
Niſi ſimplicitèr dotaverit. Et tunc: quatenùs vires
hæreditatis ſuppetant; præſumi, obligationem fuiſſe
conſtitutam. Quo verò ad reliqua; videri, de pro-
prio obligari: ſi non ignoraverit proprium Paragium
non ſufficere. Si autèm ſciebat, hæreditatem non eſſe
idoneam: aut id ſuſpicari poterat probabilitèr: Et eo
caſu, ſe obligando de proprio; dicendum eſſe, illius
debitorem, ſe voluiſſe conſtituere; concludit.
4 Fratrem, in ſubſidium; ſororem dotare teneri: da-
ta parentum impotentia; concludunt Rebell. *de Obli-*
*gat. Juſtit. lib.*5. *de contract. Dot. quæſt.*4. *ex num.*20. Mo-
lin. *de Juſtit. diſput.*224. De Franch. *in Deciſ.*73. *num.*
4. *in Deciſ.*87. *num.*12. & *in Deciſ.*178. *num.*7. Mart.
*de Succeſſ. part.*4. *quæſt.*18. *artic.*6. *num.*38. Petr. *le Fi-*
*deicomm. quæſt.*8. *nu.*312. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan.*
*cap.*3. *Gloſ.*3. *part.*1. *num.*57. Gratian. *Diſcept.*65. *num.*
2. Suarez *in l. quoniam in prioribus C. de inoff. Teſtam. in*
*declarat. l. Regn. limitat.*2. *antè num.*11. Coſt. *de Remed.*
*ſubſid. Remed.*66. *num.*1. Capon. *in tract. cujus epigra-*
*phe eſt de Dot. in l.*1. *ff. ſolut. Matrimon. quæſt.*4. *num.*73.
Rodoer. ad De Marin. *Reſolut.*39. *num.*17. & 18. & D.
Staiban. *in Obſervat. ad Reſolut.*74. *ex num.*17. *lib.*1.
Atque redotare: ſi dotem amiſit, abſquè ſui culpa.
5 Mart. *loc. citat num.*39. Magil. *de Evictione quæſt.*74. *n.*7.
Andreol. *Controv.*332. *num.*2. Staib. *in allegat. Reſolut.*
74. *num.*16. Gratian. *rem pleniſſimè diſſerens tom.*4. *Di-*
*ſcept.*689. & 792. *nu.*15. 16. & 17. Ac De Luc. *ad Fran-*
*ch. Obſerv.* 87. *num.*3. Etiàm de bonis; Fideicommiſſo
ſubjectis. Peregrin. *de Fideicom. artic.*42. *num.*11. 12. &
13. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*531. *num.*100. Hodiern. *ad*
*Surd. in Deciſ.*63. *num.*8. Rodoer. *eod. loc. allegat. num.*
19. Atquè ex fructibus Majoratus. Suarez *loc. indicat.*
Baez. *de non meliorand. Filiab. cap.*12. *num.*39. & Molin.
*de Primogenit. lib.*2. *cap.*15. *num.*57. 58. & 59. ſcribens
*num.*60., teneri quoquè illam, ex Feudo antiquo, non
hæreditario dotare.
At Barboſ. dixit *in l.*1. *part.*4. *num.*140. & *ſeq. ff. ſo-*
*lut. Matrim.* Fratrem, ad redotationem, non teneri:
quotiès illam priùs dotaſſet. Etenìm, attenta æquita-
te: non autem in ſubſidium; dotare tenetur: & ſic
non redotare. Capon. *loc. citat. num.*87. Pater verò; Fi-
liam dotare, & redotare teneri: quotiès opus fuerit:
6 quia Paternum eſt officium; dotare Filias probant.
Baez. *loc. adduct. cap.*16. *num.*72. Cancer. *var. Reſolut.*
*part.*1. *cap.*3. *num.*30. Gratian. *in Deciſ.*95. *num.*15. &
*Diſcept.*466. *num.*1. & *Diſcept.*689. *ex num.*11. Valaſc.
*de Privileg. miſerabil. Perſonar. part.*1. *quæſt.*16. *num.*5.
Fab. *in ſuo Cod. lib.*5. *Tit.*6. *diffinit.*12. Andreol. *in indi-*
*cat. Controv.*332. *num.*6. Molin. *cit. tract. de Primogen.*
*eod. lib.*2. *cap.*16. *num.* 23. Magil. *in ead. queſt.*74. *nu.*5.
Fontanell. *de pact. Nuptialib. clauſ.* 5. *Gloſſ.*1. *part.* 1.
*num.*69. Molin. *citat. tract. de Juſtit. tract.*2. *diſput.*636.
*num.* 14. Boſſ. *de Dot. cap.*4. §. 16. *num.*314. Spin. *de Te-*
*ſtament. Gloſſ.*18. *num.*89. Theſaur. *lib.*4. *quæſt.*17. *num.*
2. & 3. & Peregrin. *in citat. Artic.*42. *num.*24. & 88.
7 Benè verum eſt; illam excutere priùs debere, bo-
na viri demortui: ut redotationi, fiat locus. Gratian.
*in eod. cap.*466. *num.*10. Coſt. *in Remed.*37. *num.*1. Niſì
illius hæreditas; probabilitèr, ſatis non ſit: quia credi-
toribus obnoxia. Magil. *in allegat. loc. quæſt.*78. *num.*
15. Scacc. *de comerc. & camb.* §. 2. *Gloſ.*5. *nu.*264. & 268.
8 Major difficultas eſt: an Frater Uterinus; teneatur
dotare ſororem uterinam? Partem negativam: autho-
ritate Tex. *in l. cùm plures* §. *fin. ff. de adminiſtr. Tutor.*
amplexati ſunt, Provenzal. *in Conſuetud. ſi moriatur.*
*Obſervat.*12. *num.*28. & Cenſal. ad Peregrin. *de Fidei-*
*com. artic.*26. *verſ. quartò limitatur. pagin.*216. Quam
opinionem; interpetrati ſunt, Molin. *in allegat. cap.*
15. *num.*62. & Baez. *eod. loc. num.*30. Ut id non proce-
dat, pro modo alimentorum: Quod probant, Lopez
*in l.*18. *Tit.*16. *part.*6. Rebell. *loc. deſupèr indicat. num.*
11. & Capon. *loc. adduct.* Concludunt alii, pro parte af-
firmativa: Et probant Larrea *in Deciſ. Granat.* 47.
Giurb. *loc. citat. part.*1. *Gloſſ.*3. *num.*60. Tiraquell. *de*
*Primogenit. quæſt.*62. Campeg. *de Dot. part.*4. *quæſt.*23.
De Luc. *ad Franch. Obſervat.*26.
9 Et illud etiàm diſceptatur acerrimè: quìd, attenta
*Conſuetud. ſi qua Mulier, & Conſtit. in aliquibus.* Vide
(nè rem, ultrà inſtitutum; protrahere videar) De Ma-
rin. *cit. lib.*2. *Reſolut.*208. *ex num.*17. Mucc. *quæſt.*11.
De Luc. *ad Franch. Obſerv.*566. Molfeſ. *ad Conſuetud.*
*part.*

Digitized by Google

part.5.quæſt.11.num.23.& Nos tom.2.Obſervat... ubi rem deciſam, invenies.

10 Inquirit D.Reg. noſter num. 17. An Pater dotando Filiam; cenſeatur dotaſſe illam de propriis bonis filiæ? Et reſolvit quæſtionem: quòd, pro concurrenti quantitate patrimonii patris; cenſetur dotaſſe ex bonis paternis; pro reſtanti verò de bonis ipſius filiæ. Quod probant adamuſsim Coſt. de portion. rat. quæſt. 62.Ludovic.in Deciſ.Peruſin.21.num.16.Antonin.var. Reſolut.lib.2.Reſolut.60. caſ.1. Morquech. de diviſ.Bonor.lib.3.cap.17.ex num.21.ad 25. Fragoſ.de Regimin. Reipublic.Chriſtian.part.3. lib.2.de obligat. Parent.diſput.5.rub.de dotand.filiab.§.1.verſic.itèm ſi pater.Maſcard.de Probation.tom.3.concluſ.1150. & Prat. ad Paſcal.de virib.Patr.Poteſtat.part.2.cap.6.verſic.quid autem dicendum?

Sed, ſi patris patrimonii vires; talem dotem ſubſtineant; totam dotem patrem dediſſe; ſupponendum eſt: licèt ejuſdem filiæ; pater adminiſtrator eſſet: Cùm paternum ſit officium, dotare filiam: ideò dotando illam; videtur oneri ſuo, ſatisfeciſſe. Barboſ. loc.deſupèr citat.num.142.verſic.his aptè. Gregor.in lib.9.Syntagm.cap.18.& Gerard.de Petra Sancta in ſingular.71.

11 Quod etiàm procedere; probant: ſi dotando, dixerit pater; ſe illam dotare, de bonis ſuis; & matris: nam præſumitur, de bonis tantùm ſuis, dotaſſe.Mynſiger.ſingular. Obſervat.centur.6. Obſervat.85. Novell. in tract.de Dot.part.6.Privileg.6.Alios laudat Maſtrill. in Deciſ.186.num.1.

12 At, ſi dixerit; de bonis ſuis, & filiæ: pro conſtanti, tenendum eſt, principalitèr pater; ex bonis ſuis dotaſſe; ſucceſſivè, ex illis filiæ. Prat. qui aſſignat rationem loc.allegat.Nam Copula, Et, inter perſonas: in
13 quibus reperitur neceſſitatis ordo; intelligitur ordine ſucceſſivo.Gloſſ.& Repetent. in l.gallus. §.quidam recte.ff.de liber.& poſthum.Cenſal.loc.allegat.art.29.pagin.268. verſic.tertio, & tandèm, & noviſſimè Urceoli tom.2. Conſultat. Forenſ. cap. 70. num. 9. Etſi ſecundùm ejus propriam naturam; æqualitèr dividat: Ad Tex. in l. reos.§.cum tabulis. ff.de duob. reis.l.quamvis. C. de impuber. & aliis ſubſtit. Fuſar. in citat. tract. de ſubſtit. quæſt.325.num.15.& quæſt.403.nu.9. Duard. in Bull. Cœn.lib.2. Canon.10.quæſt.17.num.3. & eod. lib.Canon. 1.quæſt.31.num.4. Matut.in Diſquiſit.legal.47. num.9. Antonin. loc.citat. lib. 1. Reſolut.7. num.7. & Tondut.
14 quæſt.Civil.cap.100.nu.34. Sententiam verò Prat. approbant Jaſ.in Conſ.133.vol.4. Surd. in Conſil.192.num. 29.& Barboſ.loc.citat.num.253.Niſi pater; eſſet inops: Nam tùnc, ex ſolis bonis; filiæ, dotem dediſſe, cenſetur.Campeg.in citat.tract.de Dot.part.1.Privileg.16. num.2.Surd.in Conſ.112.vol.1.num.50.& 51. & Fragoſ. loc.citat.num.16.verſic.quæritur duodecimò.

15 Obſervo, num. 24. quòd frater, dotando ſororem; non præſumitur, id animo donandi: ſed compenſandi, cum Dote; debita ex bonis paternis. Optimè, Guttierez de Tutel.part.3.cap.50. num.74. & de Præt. de Interpretat.ultimar.voluntat.lib.4.dub.6.num.14.

16 Promiſſionem Dotis; filiæ factam, vel ſorori: de aliquibus bonis, ultrà portionem ei debitam; moderari; ſcribit D.Reg.noſter, num.43. Vide ad ornatum l.1.Tit.2.lib.5. nov.recompilat.Regn.Caſtell.Et ibi ſcribentes.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE XXXIX.
### SUMMÆ.

1 *Socius; invito conſocio; fundum indiviſum locat. Comprobatur* D.Reg.noſt.
*Intellige,ut num.*2.
2 ... *ultrà partem ſuam: invito ſocio; nihil facere poteſt.*
4 ... *in locatione Fundi; extraneo præfertur.Comprobatur* D.Reg.noſt.
*Amplia; in prædio ruſtico.num.*5.
*Et, in venditione: ſi juſtum pretium offerat. Retunditur* Gizz.*num.*6.
7 ... *qui in locatione, extraneo præfertur: quando alteri ſocio; penſionem ſolvere teneatur? Et num.*9.10, 11.*&* 12.
8 ... *utens re communi; penſionem non ſolvit.*
*Intellige,ut num.*14.
13 Gloſſ.in l.Sabinus.D.Commun.dividund., *expenditur.*

1 SOcium, validè rem communem, & indiviſam, locari ſolitam: ſocio invito, locare poſſe: eò quòd habens rem communem, & indiviſam, dicitur habere partem, in qualibet parte, tradunt ex l. id quod noſtrum.ff.de Regul.Jur.Felic. de Societat. cap.28.num. 58.Menoch. de arbitr.Judic.caſ.442. num.22. Gomeſ. tom.2.variar. cap.3. Tuſc. commun.Concluſ. lit.C.Concluſ.534. & 542. Gratian. Diſcept.752. num.8. & 13. & Cæſar. in quæſt. pereg.32. ex num.1. Etenim ſocius invitus, novum cogitur habere debitorem. De Pont. de Laudem. quæſt.23.num.18. Coppin. de Legib. And. lib.2.cap.4.num.3.Cromer.in Codic.Enric.4.lib.8.cap.8. ex num.113.Boer.ad Conſuetud.Bituricenſ.Tit.de la retenue de las coſes vend.in frez.§.1. col.2. & de retract.
2 Ligniag.§.5. Quod tamen intelligit Gomeſ. loc.allegat. num.14. Et poſt eum Gratian. num.15. Quod licèt locatio, reſpectu totius, valeat: non tamen in præjudicium alterius, ſubſtineatur. Redditque rationem Cæſar.ibid.num.12.Nam,altero invito, nihil ultrà partem ſuam, facere poteſt. l.Sabinus; & ibi Gloſſ.ff. de negot. geſt. Trombett. de Societ. cap.5.num.4. verſic.accedit.

4 Et in locatione; extraneo præferri: ultrà allegatos, per D. Reg. noſtr. ex num.1., ſubſtinuerunt perbellè Mandell.in Conſ.601.num.7.Decian. in Conſ.281.num. 7.in fin.Oltrad.in Conſ.34.Surd. in Conſ.205.num.3.lib. 2.Mozz.de Societat.de natur. contract.nu.31. Ludovic. in Concl.53. col.16. verſic. ſi ſocius.Gratian. tom.3.Diſcept.526. num.3. Caroc. de locat. & conduct. Tit.de re
5 commun.num.18. & Maſtrill. in Deciſ.4.num.5. Amplians id procedere, etiàm in prædio ruſtico: Quod antè, dixerant, Ripa in l.quo minus.ff. de Flum.num. 140.Bero in Conſ.137.num.12.lib.1.Surd.in Conſ.43.lib. 1.ſub num.12.

6 Atquè in venditione: ſi juſtum prætium, offerat: licèt ab extraneo; plùs offeratur, Ità adamuſsìm, tradunt quicquid ſibi Gizz. dicat, num.1. Fab.de Mont. de empt.& vendit.quæſt.43.num.41. Hermoſill. in l.3. Gloſſ.6.Tit.4.part.5.num.100. Covar.lib.3.var.cap.14. num.6.Fab.in ſuo Codic.Tit.de commun.utriuſque Judic.diffinit.14. Ant. Niger de Laudem.tom.1. quæſt.28. artic.3. ex num.1. Et in tract. de Judicial., & prætor. pignor.vendit.cap.6.§.1.num.28. Barz.in Deciſ.100.nu. 16., & Alphonſ. de Olea in tract. de Ceſſion.Jur.Tit.3. quæſt.2.num.35. Sicque cautum reperiri; attento Jure, hujus fideliſſimæ Civitatis, & Regni; probat ex Afflict.Napodan. & Marant.Reg.de Marin. in lib.2.Reſolut.quotid.cap.161.

7 Ampliatur Concluſio: ſi fundus, quam pro ſe, ſocius conducere vult, commodam diviſionem non recipiat: Cùm eo caſu, poſſit uti, & habere illum: nulla penſionis ſolutione obligatus: ſtante quòd, illo utitur, ad uſum deſtinatum.Gloſſ. in l.Sabinus verb.conſtat.ff.commun. dividund. cujus meminit Caroc.loc.indicat.num.19.

8 Et in ſocio, qui utitur re communi, conſocio, ut penſionem nullam, ſolvere teneatur: ſi ad deſtinatum uſum utatur: quia ea utitur Jure dominii proprii, dixerunt, authoritate l. duo Fratres ff.de acquirend.hære-

re-

Digitized by Google

*redit.*Bartol.*ibid.*Jaſ. *in l.Juris gentium.§.hodiè tamen. ff.de pact.num.7.*Bald.*in repetit.cap.Imperialem.§.præterea.de prohibit. Feud. alienat. per Federic. num.7.* Et aliis,quos laudant,Surd.*in conſ.260.num.10.*Nig.*in citat.Tract.de Laudem. tom.1.quæſt.28.num.23. & tom. 2.quæſt.57.num.24.& 25.*De Marin.*lib.1.Reſolut.319. num.1.&* De Luc.*ad Franch.in Obſerv.160.num.1.*

Sed hoc aſſertum, in Fundo, locari ſolito, limitari, dixit Surd. *in citat.Conſ.43.* Quò caſu, ſocium cogi
9 poſſe, ſtare locationi,concludit: eumque ſequitur Nig. *in allegat.quæſt.28.artic.3.num.25.*

10 Additque aliam fallentiam, Fontanell. *in ſuo tract. de pact. Nuptialib. tom.1. clauſ.4. Gloſſ.2. part. 2.num.8.* in ſocio habitante in Domo individua, qui partem ſuam habitare ſocium, impediit.

11 Tertio: ut eadem concluſio, in prædio ruſtico, non procedat: ex quò tenetur, conſocio, fructus communicare: Etenìm comodum illius,conſiſtit in re extrinſeca: ex Gomeſio, dixit De Marin. *in allegat.cap.319. num.3.*Alios conducit De Luc.*loc.indicat.num.3.*

12 Et tandem, in illo limitari, qui partem Domus, ſocio competere negavit: pro ut eſt caſus, *Deciſion.* de Franch.160.

13 Ampliationem verò traditam, conturbat Caroc.*loc. indicat*: ſcribens allegatam Gloſſ. *in l.Sabinus*: non probare illud, pro quo allegatur: ſed tantùm, quòd ſocius, invito ſocio; poſſit habitare: non tamen loquitur, de penſione: ſtare namquè poteſt, quòd invito ſocio, habitem Domum communem, & teneat ſolvere ratam penſionis.

14 Propterea, dixerunt alii: quod ſi Domus, tam eſſet ampla: ut ſocio, ſufficeret pars ſua: Tunc ratam penſionis, ſolvere non teneri: ſecùs verò ſi proptèr habitationem, pars ſua, non ſufficeret.Ubald.*de duob.Fratrib.par.5.quæſt.9.*& alii,quos conducit Ayll.*ad Gomeſ. lib.3.Tit.de locat.num.15.* & Reg.de Marin.ità ſcribit: *Verè procedit, quandò quis inhabitando in re communi, ad uſum habitationis deſtinata; non impedit ſocium; qui cum eo caſu habitare vult; quin habitet: ſed quando negat ſocio habitationem, ſecùs eſt: cùm in dolo verſetur.* Hæc de Marin.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE XL.

### *SUMMÆ.*

1 *Veritati, & rationi; opinio poſthabenda.* Laudatur Ill. Epiſcop.Caramuel. P.Franciſci Acerbi,*laudes emeritæ.*

2 *Legato Feudo, abſquè Aſſenſu, non debetur æſtimatio: adversùs* D.Reg.noſt.,*&* Gizz.

3 *Legatum rei alienæ, quò ad æſtimationem: quando valeat? declaratur* Gizz.

4 *Extraneo, inſtituto in Feudo, æſtimatio non debetur. Comprobatur* D.Reg.noſt.

5 *Æſtimatio, debetur Feudo donato, contemplatione Matrimonii. Comprobatur* D.Reg.noſt.

6 *Evictio, non promiſſa in donatione, contemplatione Matrimonii,debetur.*

7 *Filii,in donatione,contemplatione Matrimonii:qualitèr patri ſuccedant?* Cenſal. *ſtat contrà* D.Reg.noſtr.*ſed dirimit controverſiam* D.Conſil.Hodiern.

8 *In donatione, contemplatione Matrimonii: quandò filii ſuccedant, tamquam filii: non uti hæredes? Et num.9.10.11.& 12.*

13 Deciſio *præſens, ponderatur & ab ea cavendum in contingentia: ex* D.Staiban.*proponitur.*

1 IN omnibus plùs rationi, & dialecticæ, quàm authoritati deferendum eſſe: nec quærendas ſententias, quæ hominibus placeant: ſed quæ veritati conſentiant, monuit ſapientiſſimus ille, ad miraculum, Ill.Epiſcop.Caramuel.*in ſua Theolog.Fundamental.nu.* 1330.cujus laudes deſcribit R.P. Franciſc. Acerb. Theologus eximius, maximus eruditionis Typus & Celeberrimus Muſarum alumnus in ſuo *Polypodio Apollineo lib.1.pag.46.*Ego,bona venia, D.Regent.noſtri non
2 approbo opinionem: quòd legato Feudo extraneo, abſquè Aſſenſu, debeatur æſtimatio: quam obſervans, ſequutus fuit, Gizz. *hic num.* 1. Etenìm diſponens de Feudo, ſinè Aſſenſu: quemadmodùm, non tenetur pro ipſo corpore Feudi; ſic nec pro æſtimatione:dictum namquè legatum, alienationem importat; quæ cum prohibita ſit; ità prohibitum eſt legari, Et hanc ſententiam: veriſſimam, & receptiſſimam dicunt, & rerum judicatarum authoritate, roboratam oſtendunt, ultrà laudatos, à D.Reg.noſtr., latiùs Montan.*in Controv.80.num.15. & de Regalib. §.ultim. num.12.* Reg. Rovit. *in Pragm. 1.Tit. de Titulor. abuſ. ex num.136.* Reg.Galeot.*in Controv.3.nu.59.* Fulv.Lanar.*in addit.ad patruum in cap. 1. num.40. Tit. de Succeſſ. Feudor.* D. Staiban.*Reſolut.tom.1.Reſolut.99.num.17. & ex num. 40.& tom.2.Reſolut.183.* Biloct. *in Concluſ.Feudal.12.* Reg.De Marin. *tom. 2. Reſolut.cap.45. num.50. & ad Reg.Reverter.Obſervat.359. num.1.* Thor. *in compend. Deciſ.verb.extimatio: An debeatur legato feudo.part.1.* Camill. la Rath. *in Theatr.Feud.part.9.dilucidat.10.*& extat Tex. *in l. idem Julianus.* 41.*§.conſtat etiam.ff.de legat.1.*ibi *ſi verò Saluſtianos hortos, qui Auguſti ſunt, vel Feudum Albanum, qui principalibus uſibus deſervit, legaverit, quod, furioſi eſt, talia legata, Teſtamento adſcribere. Itèm Campum Martium, aut forum Romanum, vel Ædem ſacram, legari non poſſe, conſtat.Sed,& ea prædia Cæſaris, quæ in forma patrimonii redacta, ſub Procuratore patrimonii ſunt: ſi legentur, Nec extimatio eorum, debet præſtari: quoniàm commercium eorum, niſì juſſu Principis, non eſt: cùm diſtrahi non ſoleant.* Hæc Julian. Et concordant Jura *in l.1.§.1.ff.de offic. Procurat.Cæſar. l.Uxor. patrui, & ibi* Gloſſ. *C. de legat. & in l. nulli C. de tranſact.* Et
3 ſic frigidiſſima ratio quam Gizz.dat, *num.* 2. legatum rei alienæ; valere: ſaltèm, ut debeatur æſtimatio *§. non ſolùm. inſtitut. de legat. l.ſervi electione §.fin. ff.de legat.1.& l.cum alienum. C.de legat.* in ſuppoſita ſpecie non applicari ex Julian.patefactum eſt.

4 Secundò obſerva;Cum D.Reg.noſtro *num.3.*Quòd, inſtituto extraneo in Feudo; æſtimatio non debeatur: quia inſtitutio, in aliena hæreditate; expreſſis verbis prohibetur: *in l.fin. C.de Hæredib. inſtit.*Adde Thor.*in Compend.citat.part.1.verb.extimatio,an debeatur inſtituto extraneo.*Reg.Galeot. *in Controv.28.num.40.*Reg. Merlin.*tom.2.Controvers.81.num.68.*

5 Feudo tandèm donato, abſquè Aſſenſu, contemplatione Matrimonii; æſtimationem deberi: ex quo, ea donatio; remuneratoria eſt; & oneroſa: probat D. Reg.noſter *hic num.6.& 7.* Adde ad comprobationem Molfeſ. *ad Conſuetud. part.2. Tit.de bon.quæſt.7.& 8. num.19.*Merlin.*loc.citat.Controv.60.* Thor. *eod.part.1. verb. extimatio Feudi.* Joan.Thom.De Marin.*in tract. de gener.& qualitat. Feud.tit.6. de Feud.antiq.& pa-*
6 *tern.num.40. pagin.mihi 96.* Et ex hujuſmodi donatione; evictionem, etiàm non promiſſam, deberi: ſequuto D.Reg.noſtro; *tradit* De Luc. ad Franch.*Obſervat.205.num.3.*

7 Filii, in donatione facta ab Avo, contemplatione Matrimonii; qualitèr Patri ſuccedant? Obſervandum; modò ſuccedit. In illa ſuccedere, tamquàm hæredes; probat D. Reg.noſter *num.17.* Et eandem ſententiam; ſequuti ſunt, D. Staiban. *tom.1. Reſolut.45. &* D. De Marin.*lib.1.Reſolut.89.num.84.*Sed Contrarium; tradit Cenſalius,*ad Peregrin.de Fideicommiſſ.artic.32.verſic. ſecundò obſervo.*ſubſtinens in illa venire tamquàm Filios.

Digitized by Google

lios. Meliùs verò dixit D.Conſil. Hodiern. hanc quæſtionis reſolutionem; à conjecturis pendere: *in Obſervat.ad Surd.*322.

8 At in hac ſubjecta materia illud eſt certum, in Primis: In donatione facta, contemplatione certi Matrimonii pro Filiis procreandis; Filios uti Filios: non uti hæredes ſuccedere; ità S.R.C. determinante, Die 13. Maii 1637.referente D. Regent. noſtro tùnc meritiſſimo Regio Conſil.pro Ill.Marchione Bariſciani, contrà Joannem Franciſcum Branciam; & D. Franciſcum Caracciolum; patrocinante tùnc Advocato inſigni D. Paulo Staibano: pro ut eſt videre in ejus *Reſolut.*22. atquè etiam in Cauſa Joannis Aloyſii Incarnati; refert D.Hodiern.*loc.allegat.num.*9.*verſic.nec etiàm refragatur*. Et probat Gratian.*tom.*5.*cap.*924. *ex num.*31. Et in his terminis; loquitur Anell. de Amat.*in Conſ.*68.

9 Secundò, idem procedit: ſi per pactum; cautum ſit: ut Filii prædicti; ſuccedant, tanquàm Filii in bonis donatis:non verò utì Patris hæredes.D.Reg.noſter *n.*18. D.Staiban.*eod.loc.*& Rodoer.ad De Marin.*cap.*89.*n.*5.

10 Tertiò: ſi Pater, fuiſſet ſtipulatus, pro ſe, & Filiis: Reg. De Pont. *in Conſ.*25. *num.*4. Caſtill. *in Deciſ.*106. *num.*6. Aufrer. *ad Cappel. Tholoſ. in Deciſ.*454. potiſſimum sì donator: nullo addito vocabulo hæredum, nomine Filiorum in contractu donationis; ſtipulatus ſit.Fontanell.*de Pact. Nuptialib.tom.*1.*clauſ.*4. Gloſſ.9. *part.*1.*num.*10.Lanar.*in Conſil.*89.*num.*10.

11 Quartò: ſi ab Avo, donatio contemplatione matrimonii: facta ſit: aut ab altero conjuncto, proptèr affectionem: ſecùs in donatione ab extraneo facta; in quo nulla poteſt Conſiderari affectio ergà filios donatarii.Reg.Galeot.*in Controverſ.*57.*num.*17.*cit.tom.*1.

12 Quintò: ſi donationem Pater acceptatus fuiſſet, pro ſe, & filiis maſculis: quia ob maſculinitatem expreſſam; in dubio, tamquàm Filii, vocati cenſentur: non autèm utì hæredes Caſtill. *in cit.Deciſ.*106.*ex nu.*6. Rodoer. *loc. allegat. num.*6. & Peguer *in Deciſ.* 239. ſed vide *Obſervat.noſtr.*70.

13 Tandèm obſerva; per S. R. C. in hac contingentia: fuiſſe conceſſam æſtimationem ſubfeudi quaternati, in donatione, abſquè Aſſenſu facta, contenti; & in qua expreſsè, evictio promiſſa non fuerat: Non in beneficium Uxoris, nèc donatarii Filiorum; quibus donatio, contemplatione certi matrimonii, eſt favorabilis: ſed ad beneficium creditorum donatarii. Proindè cavendum ab hac Deciſione; concludit D.Staiban.*in Obſervat.noviſſim. ad Citat. Reſolut.*99. *num.*37. Conſidera quia fortitèr ſtringit.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE XLI.

### SUMMÆ.

1 *Filiis, ex propria perſona, venientibus: quando Matris renunciatio; obſit?*

2 *Neptis, ex Filio: an, attenta* Conſuetud.noſtræ Civitatis *in linea collateralis; ſucceſſione, excludat Amitam?*

D.Conſil. Hodiern. *ſcribit contrà* D. Regentem Noſtrum;*cujus ſententia defenditur num.*4.& 6.

*Reſpuitur* Molfeſ. *ex* Caput. & Rovit. *ex* De Marin. *num.*7.& 8.

*Adducitur diſtinctio* D.Carol.Ant.De Luc.*num.*3.

5 *Statutum eſt ſtricti juris; & nullam extentionem patitur.*

9 *Nepotes; cum Patruis ſuccedunt in ſtirpes, in bonis Patrui præmortui: etiam attenta* Conſuetud. Molfeſius *Reiicitur à* Provenzalio.*num.*10.

11 ... *concurrentes inter ſe in ſucceſſione patrui; ſuccedunt in capita: Adverſus* Andr.Facchin.

1 EX recto, noſtri deſignati laboris, ordine; repetenda eſſent, quæ latius obſervavimus *in Deciſ.* 4.D.Regent.Noſtri, in illo Articulo: Nùm Matris prædefunctæ renunciatio; Filiis, ex propria perſona venientibus, noceat? Quidvè in Linea collaterali? At refugit animus, ſemèl tradita; repetere: nè adverſùs Nos illud occinatur.

*Occidat miſeros crambe repetita Magiſtros*

Sed nè locũ iſtum, illotis manibus tranſiliamus:ad comprobationem nè deſinas legere Ant. Gabriel. *commun. concluſ.tit.de jur.dot. concluſ.*1. *ex num.*43. & *de Statut.Concluſ.*4.*num.*28.Paſcal.*de Virib.patr.poteſtat.par.*3.*cap.*7.*ex num.*53. De Georg.*in Allegat.*30.*à num.*33. Paul.Gallerat. *de Renunc. lib.*1.*cap.*11. *num.*9. Viv. *in Deciſ.*211. Robles *de Repræſent. lib.*2. *cap.*16.*num.*66. 99.& 100.Craſſ. *in § tranſmiſſiò.quæſt.*23.Jo:Petr.Fontanel.*de Pact. Nuptial.clauſ.*9. *gloſſ.unic.part.*1. Avendan. *ad leg. Taur.*40. *Gloſſ.*17. *num.*32. Molin. *de Rit. Nuptiar.lib.*3.*quæſt.*84.*num.*11. Anton.Fabrum *in ſuo Codic. lib.*2.*tit.*3. *Diffinit.*1. & 14. Ludovic. Molin. *de Primogen.lib.*2.*cap.*3.*num.*47. Andr.Facchin.*lib.*3.*Controv.*23. Gomeſ.*in l.*22.*Taur. num.*10. Jacob. Cancer. *var.Reſolut.tom.*3.*cap.*15.*num.*45. Gratian. *tom.*4. *Diſcept.*785.*num.*12. Alex. Trentacinq.*de ſtatut.Reſol.*1. *num.*4. *lib.*1. & *in conſ.*49. Tiraquell. *de Primogenit. quæſt.*40.*num.*117.Mart.*vot.*101. *ex num.*12.Piſtor.*lib.*4.*quæſt.*7. Ann. Robert. *lib.*2. *Rer. judicat. cap.*5. Andreol.*controverſ.par.*3.*controverſ.*212. Marant. *in Conſ.* 104 & *in Diſput.*10.*num.*9. & 33.Reg.Merlin.*in controverſ.*11.*lib.*1.Reg.Galeot.*in controv.*16.*lib.*1. *num.*1. Caput. *in Conſuetud. ſi moriatur part.*3.§.5. *ex num.*8. Hodiern.*ad leg.hac edictali.C.de ſecund. nupt.quæſt.*11. *num.*52.& *Controverſ.forenſ.cap.*34.*num.*14.De Marin. *tom.*2.*Reſol.*189. *ex num.*91.& *Reſolut.*192. & *ad Reverter.in Obſerv.*40.*num.*2. Fab. de Ann. *in conſ.*45. & 92.*num.*19.Vincent.de Ann.*in Allegat.*34. D. Reg.Noſtrum *in allegat.Decis.*4.& *tom.*2. *Decis.*127. *num.*46. & *in Consultat.*76.*ex num.*70. Franc.Rocc.*in Respons.* 71.*num.*17.Paul.Staiban. *Resolut.Forens.tom.*2. *Resol.* 181.Peregrin.*de Fideicom. artic.*52.*ex num.*92. Rovit. *in lib.*1.*Conſil.*23.*num.*24. & 25. Franc. Mar. Prat.*Diſcept.Forens.tom.*3. *cap.*19. *num.*30.De Franch. *in Decis.*32.Molfeſ.*ad Consuetud. tit. de Renunciat.quæſt.*5. *ex num.*16. & *in addit. ex num.*12. quo loco tradit quod ſi talis filius Matris hæres ſit tanto minus percipere debeat quanto Mater habuit, & ità Deciſum habeo ore D.Conſiliarii Jo: Baptiſtæ Hodierna die 14.Decembris 1674. in Cauſa Sacræ Domus Sanctiſſimæ Annuntiatæ hujus Civitatis hæredis Pompei de Fulco cum Diomede, & Joſeph Saggio renunciantis hæredibus in banca de Fuſco, & Videatur De Luc.*super citat. Decis.De Franch.*32.*ubi num.*7.extricare conatur quæ-

2 ſtionem illam,quam dubiam adverſus D.Reg.Noſtrum *in citat.Decis.*4.*num.*16. & *hoc loco* (quatenus de linea collaterali loquitur) reddidit idem D. Conſil. Hodiern. *in Controv.*23.An attento noſtro jure Conſuetudinario: Neptis, ex maſculo in ſucceſſione lineæ collateralis; Amitam excludat? Et licèt in eadem D. Reg. Noſtri ſententia: ultra allegatos à Nobis *in indicat.Obſerv.* 4. deſcendant Jo: Bapt. Thor. *in compend. Decis. verb. Neptis ex Filia.* & *part.* 2. *verb. succedere, an debeat.* & *part.* 3.*sect.*2.*verb.Neptes Defuncti*. & Montan. *in Controv.* 28. *in fin*. Laudatus De Luc., diſtinctionis

3 fœdere; conatur ſedare diſcrimen: Quod aùt Frater; decedit, intrà annum mortis fratris, relicta filia: & tunc Neptis; excludit Amitam, ex jure tranſmiſſo, ex capite juris deliberandi. *l. cum antiquioribus.C. de Jur.deliberand.* ſi verò Frater fratri præmortuus ſit; & pro Amita,hoc caſu,ſuum calculum præbet.

4 Sed hac in re, non cognoſcimus, qua ratione D. Re-

Regentis Noſtri ſententia indiſtinctè probanda non ſit: Etenim caſus iſte; in Conſuetudine, non eſt compræhenſus: Proindè ſub juris communis diſpoſitione; remanſit: ad Tex. *in l. ſi verò. §. de Viro. ff. ſolut. Matrim.* & conferunt; tradita per Provenzal. *in Conſuetud. ſi quis habet. Tit. de Aliment. praſtand. Obſerv.* 2. *num.* 13. Illa namquè: ultrà menſionatas perſonas;
5 non extenditur: nèc ultrà caſum expreſſum. Camill. Salern. *in ead. Conſuetud. in Addit. quæ incipit Ad hanc Conſuetud. verſic. Undè aliàs fuit dubitatum.* Quòd, de quocumquè ſtatuto; ſcribunt innumeri Paraphraſtes Juris; inter quos ſunt Chriſtin. *ad leg. Municipal. Melchin. in proœm. num.* 27. Vinc. Maxill. *ad Conſuetud. Bar. in proœm. num.* 152. Suarez *in lib.* 6. *de Legib. cap.* 1. *num.* 7. Argenter. *ad Conſuetud. Brittan. tom.* 2. *artic.* 323. *num.* 4. *de Feud.* Cavagnol. *ad ſtatut. Montis ferrat. Decret.* 4. §. 4. *num.* 3. *&* *Decret.* 8. §. 7. *num.* 60. Salas *de Legib. diſput.* 21. *ſect.* 3. *num.* 4. Bartholom. Caſſan. *ad Conſuet. Burgund. verb. Conclus. & approbatio. nu.* 4. D. Michael Angel. Gizz. *hic nu.* 16. Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de Aſſaſſin. num.* 22. *&* *in Pragm.* 1. *num.* 3. *Tit. ubi de Delict.* ea proptèr hanc D. Regentis
6 Noſtri ſententiam; examuſſim ſequuti ſunt Capyc. *in allegat. Conſuetud. ſi moriatur. in verſic. Nota ex Gloſſa.* Scipio Buccin. *in Conſuetud. ſed ſi morienti. in Addition. Cujus exordium eſt. ſubingreſſio. verſic. Quid autèm in ſorore.* & ibidem Colut. Coppol. *in verſic. ſcias.* Joan. Angel. Piſanell. *in verſic. Ego.* & Jo: Baptiſt. Thor. *in allegat. Compend. part.* 1. *verb. Neptis ſola, an ſuccedat.* Quicquid indigeſtè ſibi dixerat Napodan. contrariæ ſententiæ anteſignanus. *num.* 111. probatquè hanc noſtram ſententiam, tamquàm magis æquam; Andr. Provenzal. *in Adduct. Conſuetud. ſi moriatur. Obſervat.* 5. *num.* 21.

7 Nèc cures Molfeſ. *ad citat. Conſuetud. par.* 4. *quæſt.* 32. cum hac in re; adeò involutè, confuſèque ſcribat: ut meritò reiiciatur à Læl. Caput. *in citat. Conſuetud. ſi moriatur. part.* 1. §. 9. *num.* 4. ſicut Re-
8 genti Rovit. *in Conſ.* 74. *num.* 10. nominatim occurrit Reg. Donat. Anton. de Marin. *Reſolut. cit. lib.* 2. *cap.* 145. *num.* 15.

9 Obſerva hic *num.* 2. D. Reg. Noſtrum; ſcripſiſſe: Nepotes ſuccedere, unà cum Patruis in ſtirpes, in bonis patrui præmortui; Adde Gall. *de Except. ſucceſſ. Tit.* 4. *Except.* 23. *num.* 112. *part.* 2. Franc. Cenſal. *in Obſervat. ad Peregrin. in citat. tract. de Fideicom. in artic.* 30. *verſic. ſecundus eſt caſus. pagin.* 288. *in edition. Neapol.* & Vincent. Fuſar. *in tract. de ſubſtitut. quæſt.* 482. *num.* 6. nec non ad ornatum videri poſſunt Anton. Gomeſ. *ſuper citat. l.* 22. *Taur. num.* 10. Theſaur. *quæſt.* 90. *lib.* 2. Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus. C. de Inoffic. Teſtament. limitat.* 4. Andr. Tiraquell. *de Primogenitur. in citat. quæſt.* 40. Cævall. *Commun. contr. commun. quæſt.* 197. Vaſq. *de ſucceſſ. lib.* 3. §. 27. Noal. *de Tranſmiſſ. cap.* 8. Mynſiger. *centur.* 3. *Obſervat.* 23. Fab. de Ann. *in Conſ.* 92. *&* 118. optimè ad rem Honded. *lib.* 2. *Conſil.* 65. Dec. *in Conſil.* 83. *à nu.* 53. & Caroc. *in Deciſ.* 38. Id-
10 què procedere etiàm, attenta Conſuetudine, quia hunc caſum; non prævidit, undè ſub juris communis diſpoſitione eſt: Quicquid Molfeſ. involvat *in indicat. part.* 4. *quæſt.* 37., perbellè tradit Conſiliar. Provenzal. *in Allegata Conſuetud. ſi moriatur. Obſervat.* 29. Et antè ipſum Præf. Jordan. Urſin. *de Feud. quæſt.* 6. *artic. unic. ex num.* 3.

11 At ſi inter ſe: non cum patruo, nepotes concurrerent; ſucceſſio erit in capite: quia ceſſat repræſentatio. Ferron. *ad Conſuetud. Burdegalenſ.* §. 6. *col.* 3. Epiſcop. Covar. *in Epitom. de ſucceſſ. ab inteſtat. num.* 8. Jacob. Cujac. *de Feud. lib.* 2. *Tit.* 12. & Fuſar. *in citat. quæſt.* 482. *num.* 1. *&* 7. ſunt verò, qui approbant, etiam hac in ſpecie; ſucceſſionem in ſtirpes: inter quos vidi Andr. Facchin. *lib.* 6. *contr.* 3. Prior tamen opinio; ſæpiùs in judicando obtinuit, Gratian. teſte *in citat. tom.* 4. *Diſceptat.* 709. *ex num.* 29. *ad fin.* & De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.* 24. *num.* 3.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XLII.
### SUMMÆ.

1 *Matrimonia; quandòquè abſquè dote.*
2 *Uxor, vergente ad inopiam viro; Dotes repetit.*
*Eadem: nùm vera, reſtitutio ſit? Affirmat* D. Conſil. De Roſa. *Diſtinguit* Amat. *Sed verior*, ex D. Reg. Merlin. & aliis; *dicitur Opinio negans. num.* 2.
*Limita: ut num.* 4.
3 *Fructus Dotis, Uxori reſtituta: Viro ad inopiam vergente; oneribus Matrimonii, obnoxii ſunt: & ſi quid ſupereſt; Creditoribus Viri pertinent.*
5 *Mulier conſtante Matrimonio: pro dotibus, & Juribus dotalibus; adverſus tertios poſſeſſores, benè experiri petit.*
*An priùs teneatur excutere bona Viri? Et quando? Reiicitur* Montener. *num.* 6.
7 *Bonorum executorum venditio; impeditur, Muliere petente, dotium, & jurium dotalium aſſecuratione. Comprobatur* D. Gizz.
8 *Creditor poſterior: quandò jus offerendi dotem in pecunia, debitoris Mulieri; agentis pro aſſecuratione; potiatur? Enucleatur* Deciſio *num.* 9. 10. 11. *&* 12.
*Alia ad* Deciſionis *ornatum; remiſſivè. num.* 13.

1 SOlonis lege, Athenienſibus cautum oſtendit laborioſus Jo: Boem. Aubanus *in lib.* 3. *De Morib. Gent. cap.* 2. Conjugii, nè benevolentia, pretio fœdaretur; Viris, Dotes, à mulieribus non dari. Quod, et in Germania, Moribus introductum eſſe; dicit C. Corn. Tacit. *De Morib. German. nu.* 6. Dotem non Uxorem Marito: ſed Uxori Maritum; offerre: Atquè afferre, invicem Armorum aliquid. Munera etiàm: non ad delicias muliebres, quæſita, nec quibus nova nupta; comatur: ſed boves, ac frenatum equum, cùm framea, gladioquè. et meminit idem Aubanus *eod. loc. cap.* 12. Modo apud Nos, exiguæ, veræ, aut fictitiæ; dotes aſſignantur: ex quò, vel Uxoris Parentes; excoriantur: Vel Mariti; fraudantur creditores.

2 Vergit, hoc loco; ad inopiam Maritus: Idcircò Uxor; Dotis repetitionem, petit: juxtà Text. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. Matrim. l. ſervum. ff. de Manumiſ. l. ubi adhùc, C. de Jur. Dot.* Et latè ſcripta à Ferrer. *Obſervat. Calon. part.* 3. *cap.* 5. Maſtrill. *in Deciſ. ſicul.* 142. De Amat. *tom.* 2. *Reſolut.* 83. Reg. Galeot. *Controverſ.* 65. *lib.* 1. Hunn. *in Encycloped. Jur. part.* 3. *tit.* 24. *cap. ultim.* Reg. Merlin. *Controverſ.* 52. *centur.* 1. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 15. *Gloſſ.* 2. *part.* 1. *num.* 1. Thor. *in comp. Deciſ. tom.* 1. *verb. aſſecuratio*; *&* *Vot.* 74. Cyriac. *Controv.* 277. *ex num.* 13. *tom.* 2. Gratian. *in Deciſ.* 194. *Et à* Capon. *de Dot. in repet. l.* 2. *ff. ſolut. Matrim. quæſt.* 2. *num.* 4.

2 Nùm verò, talis Dotis repetitio; verà reſtitutio ſit? Affirmant Claud. Seyſel. *in citat. l. ſi conſtante. num.* 45. *&* *ibi* Ruin. *num.* 191. Milanenſ. *in Deciſ.* 7. *num.* 65. Boſſ. *de Dot. cap.* 11. §. 1. *num.* 3. *&* De Roſa *in Conſultat.* 53. *num.* 3. Diſtingunt Giurb. *in Deciſ.* 16. *&* De Amat. *loc. citat.* At ipſa veritas eſt; quòd vera reſtitutio, non ſit: ſed ſimplex quædam translatio Dotis: ut ex fructibus; ſe, maritum, & liberos alat; aliaquè Matrimonii onera, ſuſtineat. Anſald. *in Conſ.* 41. Reg. Merlin. *eod. loc. Contr.* 51. Tondut. Sanleger *Reſolut. Civil.* 39. De Marin. *lib.* 1. *Reſolut.* 20. *num.* 1. *&*



Digitized by Google

3. & ibi Rodöer. num.2.& 3.Bertol.ad Rodriq. de con-
curſ.credit.par.1. artic. 1.num.89.Gayll. Obſervat. 38.
lib.2.Molfeſ.part.6.de Jur.Dot.quæſt.5.num.28.Capon.
loc. citat.n.12.De Luc.ad De Franch. Obſervat.54. n.1.
Olea de ceſſion.Jur.Tit.3.quæſt.7.num.20.ſubdens n.21.
Quòd fructus Dotis, qui ſuperſunt: deductis Alimen-
3 tis Familiæ, aliiſquè oneribus Matrimonii; non ad
uxorem: ſed Viro, ejuſquè Creditoribus; pertineant;
Quod probant apertiùs Gomeſ.ad Leg.Taur.50.ſub nu.
33. Barboſ. in citat.l.ſi conſtante.Et ibi Bartol.et Alex.
Novar.lib.2.qu.4.nu. 10. D.Reg. noſter in Conſultat.54.
nu.47. lib.1. D.Joan. Bapt. de Luc.in tract. de Dote di-
curs. 48. num. 2. & diſcurſ. 140. num. 1. & De Luc.
alter, ſequutus Præſidem ſuum, in Obſervat.617.n.1.
& 8.

4 Hoc autem fallit: quotieſcumquè in Nuptialibus
Tabulis; pactum reperiatur: Dotis reſtitutionem,
faciendam eſſe, etiàm in caſu aſſecurationis illius, vi-
ro, vergente ad inopiam: etenìm per illam; tranſit
in uxorem, plenarium dominium. De Marin. in alle-
gat. cap.20. num. 9. Et ibi Rodoer. num. 36. & 38. de
Amat. in citat. tom. 2. Reſolut. 20. De Luc. ad De
Franch.in allegat. Obſervat. 54. num. 3. & Obſervat.
617.n.8. Et latè Marott.in Diſceptat.14.15.& 16.lib.1.

Et pro eadem Dotis aſſecuratione; poſſe Mulierem,
5 adversùs tertios poſſeſſores, agere: tradunt Novar. in
citat. quæſt. 74. Fontanell. de Pact. Nuptialib. clauſ.
7. Gloſſ. 2. part.2. num. 31. Benintend. in Decis. 68.
Caſtill. in lib.4.Controv. Forenſ. cap. 40. antè num. 68.
verſic. quò ad tertium, & Gayl. in citat. lib. 2. Obſer-
vat. 83. num. 6. Maximè, ſtante clauſula conſtituti,
et præcarii; in contractu poſita: Cùm eo caſu, Mulier:
6 nulla, in bonis viri, facta excuſſione; benè agit contra
tertios poſſeſſores.Fab.lib.5.Codic.Tit.8.diffinit.2.& lib.
7.Tit.34.diffinit.1.& 2.Cùm, aliàs, diſcuſſio in bonis vi-
ri; neceſſaria ſit: quicquid ſcribat Montener.in addition.
ad Oliban. de action. part.2. lib. 1. cap.29. num. 20. Ità
perbellè probant, Caſtill. loc. citat. Thor. in cit. vot.
74.num. 64. Olea loc. allegat. num. 19. Minad. in Conſ.
18. num. 8. Gallup. in prax. part. 2. cap. 9. num. 35.
Fab. in adduct. lib. 5. Tit. 7. diffinit. 25. Capon. loc.
indicat. num. 10. De Marin. ad Reverter. tom. 1. Ob-
ſervat. 152. num. 1. Et noviſſimè Motill. in ſuo Arche-
typo impreſſ. poſt ſuam praxim annotat.1. ſub num. 11.

Nec deſinam adnotare: ſolam aſſecurationis petitio-
7 nem, Judici datam, ad Uxoris inſtantiam: Venditio-
nem bonorum executorum, ad Inſtantiam aliorum
creditorum Viri factam; impediri: Teſtibus Novell.
de Dot. Privileg. 24. part. 7. Maxill. ad Conſuetud. Ba-
renſ.in Conſuetud. Marito ad inopiam vergente.Rodriq.
de execut. cap. 8. num. 10. Olea ubi ſup. nu. 26. & D.
Gizz. hìc num. 2.

8 Obſervo ſecundò: creditori poſteriori, Jus offerendi
Dotem in pecunia mulieri, pro Dotium aſſecuratione,
conſtante matrimonio; denegari, eò quòd, pro illis,
aſſecuranda eſt ſuper bonis ſtabilibus viri. Etenim Do-
tis conditio; poſſet fieri deterior: quia pecunia; de fa-
cili conſumitur. Sed ratio à priori; ea eſt: nam Muli-
er, conſtante Matrimonio; dominium non avocat: ſo-
lùm petit tenutam; ut ſibi de Alimentis proſpiciat.
optimè Mantic. de tacit.lib. 11.tit. 3.num. 32. Molin.
de rit.nuptiar. lib. 3. quæſt.42. num. 41. Gayl. cit. lib.
2. Obſerv. 92. Giurb. in Deciſ. 16. Oſaſch. in Deciſ.
135. Addit. ad Magon. in Deciſ. Luccenſ. 55. lit. B. Fab.
in lib. 5. Codic. tit. 6. Diffinit. 2. & 3. & tit. de Jur.
Dot. Diffinit. 27. Cacheran. in Deciſ. 135. Facchin.
lib. 11. Controverſ. cap. 14. Caballin. in milleloq. 813.
De Marin. in allegat. Obſervat. ad Reverter. 152. n. 3.
& in lib. 1. Reſolut. eod. allegat. cap. 20. num. 15. Ibi-
què Rodoer. num. 8. Reg. Galeot. in allegat. Controv.
65. Theſaur. lib. 2. quæſt. 65. Theſaur. alter in Deciſ.
157. Barbat. in Pragm. aſſiſtentiam. Gloſſ. 2. tit. de aſ-
ſiſtent. Capon. citat. loc. num. 13. & De Luc. ad Fran-
ch. Obſervat. 704. num. 20. & in adduct. Obſervat. 54.
num. 1.

9 Fallit propterea jam firmata concluſio; in vera Do-
tis reſtitutione: Etenìm, per illam; mulier, dominium
avocat. Benè D. Reg. noſter num. 3. Ciarlin. diſcept.
lib. 1. cap. 94. num. 23. Theſaur. in Deciſ. 65. num. 5.
10 & 7. ſicut in mobilibus: quæ vendi debere, & præti-
um in tuto reponi; ſcribit ex Afflict. D. Reg. noſter.
num. 4. Adde Novell.loc.citat. Privileg.47. De Marin.
in ead. Obſervat. 152. num. 3. in fin. Barbat. loc. citat.
& Morot. in quæſt. de Jur. offerend. num. 10.

11 Item ſi bona Mariti; in unico fundo conſiſterent:
commodam diviſionem, non patiente Fab, in citat.
diffinit. 27. & ex eo Rodoer. loc.cit. num.11. Aut ſi ad-
versùs tertios poſſeſſores, actione hypothecaria; expe-
12 riri petiiſſet: pro plenaria Dotis reſtitutione, Thor.
in comp. Deciſ.tom. 2. verb. tertii poſſeſſores. Mart. in
Deciſ. 36. num. 4. Afflict. in Deciſ. 199. num. 2. &
Carthar. in Deciſ. Gen. 8. num. 5.

13 Alia ad ornatum Deciſionis; dant Scacc. De Comerc.
§. 7. Gloſſ. 5. ſub num. 8. & ex num. 54. Prat. diſcept.
44. tom. 3. Novar. quæſt. Forenſ. lib. 2. quæſt. 75.
Gayll. Obſervat. 84. Ripoll. cap. ultim. var. Reſolut.
ex num. 336. Addent. ad Franch. in allegat. Deciſ. 54.
Coſta de Remed. Subſid. remed.1. ex num. 12. & Mer-
lin. de Pignorib. quæſt. 73.

# O B S E R V A T I O

## IN DECISIONE XLIII.

### S U M M Æ.

1 *Creditor poſterior, cum Aſſenſu: quandò præferatur creditori anteriori abſquè Aſſenſu; in liberatione depoſiti perventi, ex venditione Feudi? Pleniſſimè enucleatur Deciſ. & num.2.4.5. & reſpuitur Gizz.nu.7.*

3 *Hypotheca Feudi: non ſtat ſuper pecunia, ex illo perventa. Adverſ.*Caroc.

6 *Creditor, benè experiri petit; contrà debitorem, ſui debitoris.*

8 *Mandatum in rem propriam; ad hæredes tranſit; & ſubſtinetur etiàm, mortuo mandante.*

9 *Creditor abſquè Aſſenſu; poteſt cogere creditorem cum aſſenſu: ut relictis allodialibus; agat ſuper Feudo.*

10 ... *Aſſenſu carens, qui ſuper allodialibus obtinuit; poteſt eandem ſententiam exequi facere, ſuper fructibus Feudi.*

11 *Juriſdictio Feudi; nùm ſequeſtrari poſſit: inſtante creditore abſquè Aſſenſu?* Laganar. *ſtat contra* Gizz.

12 *Revocatio Alienationis Feudi, vigore* Conſtit. Conſtitutionem Divæ memoriæ; *ab utroque contrahente fieri poteſt. Comprobatur* D.Reg.noſt. *adversùs.* Frecc. & Ann.

13 D.Reg.noſter hìc num.20.*declaratur.*

14 *Revocationi alienationis Feudi: an locus ſit: ubi Feudum eſt venditum: & emptori traditum; qui ex illo, fructus percepit; illudquè Regis Aſſenſu, ſuis creditoribus obligavit.*

15 *Revocatio alienationis Feudi: nùm fieri poſſit, poſt porrectum memoriale, pro Aſſenſu?* De Marin. *ſtat contrà* De Pont. *quos* Rodoer. *conciliat.*

*Limita ut num.16.*

17 *Alienationis Feudi revocatio: non procedit, in venditione facta, urgentibus Creditoribus.*

1 AReopagus Italiæ, communi Vocabulo, Sacrum
Regium Conſilium Neapolitanum appellatum,
ex inveterato ſtylo: ad evitandum inutilem circuitum:
creditorem cum Aſſenſu poſteriorem, in liberatione
depo-

Digitized by Google

depoſiti perventi ex venditione Feudi; præferendum eſſe, dicit, creditori anteriori abſquè Aſſenſu: Cùm hypotheca creditoris cum Aſſenſu ſuper Feudo;ſolutione extinguatur: & alitèr poſſet creditor agere, hypothecaria actione; contrà emptorem. Ità, ad propoſitum,de more; concludit, D. Reg. noſter *hìc num.*3.Et approbant Hodiern. *ad Surd. Obſervat.* 306. *num.* 3. *verſ. Tamen.* & De Luca *ad De Franch. in Obſervat.* 64.*num.*1.*in fin.*

2 Reſtringenda verò; poſita, concluſio eſt: ut non procedat, ſi agatur, de liberando depoſito pervento, ex venditione Fundi, per Feudatarium empti: cum pacto de retrovendendo. Quo in caſu, creditor anterior, abſquè Aſſenſu; præfertur poſteriori creditori cum Aſſenſu; eo quòd prætium illud, haùd eſt Feudale: benè tamen burgenſaticum: ut deciſum refert De Franch. *in citat.Deciſ.*64. Etenìm,per redemptionem; hypotheca reſoluta eſt; & ſuper prætio, potiores ſunt, creditores anteriores: etiàm abſquè Aſſenſu. D.Reg.noſtr. *in Conſultat.*56. *num.*3. Nec hypotheca Feudi; ſtat

3 ſuper pecunia depoſitata. De Amat. *lib.*1.*Reſolut.*4.*nu.* 8.Rot.Roman. *in impreſſ.poſt Rodriq.de Concurſ.in Deciſ.*24.*ex num.*1.*ad* 5. nominatìm contrà Caroc.*in Deciſ.*117.ſcribit De Luc.*loc.citat.*

4 Secundò eadem concluſio; non procedit: quotiès contentio eſt, inter creditores, creditoris illius; cujus Feudum venditum eſt: eò quòd, ſi pecunia, quæ ſolvenda venit creditori rei Feudalis; feudalis non eſt: dùm Feudum in pecunia non conſiſtit, *cap.*1. *in fin.de Feud.cognat.*,multò minùs, quando ejus creditoribus, ſolvenda venit. De Franch.qui ſic deciſum dicit: junctis Duabus Aulis S.R.C. *in Deciſ.*75. *num.*7. latè Manent.*in Deciſ.*58.& Hodiern.*loc.indicat.num.*4.

5 Item idem erit: ſi creditor creditoris, cum Aſſenſu; agat adversùs Feudatarium debitorem illius. Amat. *in Conſil.*42.*ex num.*33. D.Reg. noſter *in Conſultat.*84. *lib.*2. Creditori enìm, permiſſum eſt agere; adversùs

6 ſui debitoris, debitorem ex Juribus illius. Fab. *in ſuo Cod.Tit.de compenſat.diffinit.*3. Cyriac. *in lib.*3.*Controverſ.cap.*430.*num.*1. & 8. Cancer. *var.Reſolut. part.*2. *cap.*6.*num.*83. & Olea *de Ceſſion.Jur.Tit.*4. *quæſt.*4. *ex num.*32.*ad* 44.

7 Et deniquè, eandem concluſionem: non procedere dixeris; in ceſſionario creditoris cum Aſſenſu: qui licèt Aſſenſum non habeat, ſi experiri petat tamquàm cedentis procurator: attentis clauſulis in ceſſione contentis: ſcilicèt, *conſtituens eum Procuratorem*, *velut in rem propriam*; & C; præfertur in concurſu, cum creditore poſteriore cum Aſſenſu: quia per ſolutionem ſibi factam, vigore dicti mandati; reſolvitur hypotheca. De Marin. *in lib.*2. *Reſolut.cap.*61.& *ad Reverter.Obſervat.*9.*tom.*1.De Georg.Qui Deciſionem refert, *in repetit.Feudal.cap.*43.*num.*47. *Et noviſſimè* De Luc. *ad Franch. Obſervat.*75. *nu.*6. Quicquìd ſibi involvat Gizz.*hìc num.*6.Qui tandèm refert, juxtà ejus ſcripta: non potuiſſe obtinere; & fuiſſe admiſſam ſententiam noſtram.*num.*9. Quæ, reverà; verior eſt; & in contingentiis, ſemper in noſtris ſupremis Tribunalibus,

8 admiſſa.Mandatum namquè in rem propriam; tranſit ad hæredes: nèc, morte conſtituentis, expirat. Vide; quos allegat De Luc.*loc.nupèr citat.*

9 Ipſa tamen veritas eſt: creditorem abſquè Aſſenſu; poſſe cogere creditorem cum Aſſenſu: ut relictis bonis allodialibus; greſſus ſuos dirigat, ſuper Feudo. De Marin.*in eod.lib.*2.*cap.*16. *num.*15., & *cap.*58. *nu.* 12.Minad.*in Deciſ.*3. D. Petr. *in tom.*1.*Rit.*134. *num.* 19.& De Luc.*ad Franch. Obſervat.*519.*num.*2., & 4.

10 Inſupèr, & idem creditor abſquè Aſſenſu: qui obtinuit contrà debitorem ſuum Feudatarium, in actione perſonali, & ſuper allodialibus; benè poterit inſtare: ut ſententia, ſupèr fructibus Feudi; exequatur: qui vel ſeparati, aut ſeparandi, à ſolo; allodiales judicantur: relicta tamèn neceſſaria portione; pro Alimentis Feudatarii:ut pluriès deciſum;tradit De Marin. *ad Revert. Obſerv.* 503. *tom.* 2. *num.* 3.

11 An creditor, abſquè Aſſenſu: poſſit ſequeſtrari facere, Juriſdictionem Feudi, ſui debitoris? Negat Gizz. *hìc*. Dat cautelam Prat. *ad Muſcatell. part.* 1. *de Fidejuſſor. mod.* 18. *verſic.* 5. Sed Montan. *de Regalib. verb. Poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum*. *num.* 3. Marcian. *lib.* 1. *Diſput.*42. *num.* 30. *Rovit. in Conſ.* 77. *ex num.* 5. *lib.* 2. & *in Pragmatic.* 3. *ex num.* 16. *de Ordin.Judic.* Apertiùs ſcripſerunt: Quòd licèt creditori ob Aſſenſus defectum, Juriſdictionem ſequeſtrari non liceat; benè tamen fructus Feudi, ſequeſtrare poterit. Tandèm Laganar. *ad Rovit. loc. citat. ex nu.* 11. *ad* 19. ſententiam contrà Gizz., apertiſſimè proſecutus fuit. At vide Prat. *lib.* 2. *Diſceptat.* 14. & *in Obſervat.* 1. *ex num.* 23. Sanfelic. *in Deciſ.* 372. *n.* 7. & à Nobis poſita *in Obſervat. hoc libro*.

12 Tradit D. Reg. noſter *num.* 20. cujus meminit De Luc. *in tract. de lin. Legal. artic.* 7. *num.* 152. Adversùs Frecc.licere,tàm venditori, quàm emptori: vigore *Conſtitut. Conſtitutionem Divæ memoriæ*; Feudi alienationem revocare. Quod comprobant De Marin. *lib.* 1. *Tit.* 2. *cap. Conſtit. Regn. num.* 13. Gregor. *de conceſſ. Feud. part.* 8. *quæſt.* 16. Staiban. *lib.* 1. *Reſol.* 1. *num.* 35. 36. & 37. & Mucc. *quæſt.* 36. *num.* 7. Quicquid ſcribat Ann. ſequutus Frecc. *in repetit. citat.Conſtitut.Conſtitutionem Divæ Memoriæ num.*225.

13 Quod intelligas, juxtà tradita per Reverter. *in Deciſ.* 493. juxtà ordinem D. De Marin. ità ſcribentem, *num.* 2. *Quartò ponderabatur* Conſtitut. *hujus Regni* Conſtitutionem Divæ Memoriæ; *tunc demùm locum habere: quandò; facta venditione Feudi, nullo Domini impetrato Aſſenſu, re integra: alter, ex contrahentibus, ſivè ſit venditor, ſivè ſit emptor; revocat, At ubi Feudum eſſet venditum, & emptori traditum:*

14 *adeò quòd, ex illo fructus percepit, propriiſque creditoribus, cum Regis Aſſenſu illud idem hypothecæ ſubmittens: ob quod demùm Feudum illud, à Judice venditur; nullo pacto poterit, eo caſu, revocationi locus eſſe.* Hæc *ille*.

15 Nèc locum habere alienationis revocationem; deciſum dicit, in Cauſa Marchionis Vallis ſiculæ: cum Terra Fluminis frigidi; & Caſale Lombardorum, De Pont. *in tract. de Poteſtat. Proreg. tit.* 8. §. 7. *num.* 2. Pendente reſolutione Aſſenſus penès Regem, vel Proregem; cui, pro illius conceſſione, ſupplicatum eſt. Thor. *in comp. Deciſ. part.* 1. *verb. Conſtitut. Regni Conſtitutionem Divæ Memoriæ*. Sed contrarium, pluribus mediis fundat De Marin. *Reſolut.* 124. *lib.* 1. Quò in loco; tranſcribi curavit *Deciſ.* Reverter. *in manuſcriptis* 100. *lib.* 3. & in impreſſis, induſtria ſua 291. *tom.* 1. Conciliat opiniones Rodoer. *in addit. ad allegatam Reſol. de Marin.* 124. Ut ea revocatio, fieri non poſſit ab illo; qui pro Aſſenſu, Principi preces porrexit: benè tamen, ab altero contrahente: Fundans id, *Deciſ. quadam* Regent. Albertin. Sed videatur ad rem Staiban. *in allegat. Reſolut.* 1.

16 Limitat opinionem ſuam, De Marin. quotieſcumquè res Feudalis, alienata à principio conceſſa fuiſſet, cum facultate alienandi: Regio accedente aſſenſu:Cùm eo caſu, non data juſta cauſa contradicendi pacto Rex, teneretur aſſentire.

17 Deniquè eandem *Conſtitut.* diſpoſitionem, non obtinere, in alienatione ſubhaſta: urgentibus creditoribus: Etenìm debitor, nullo modo Feudi alienationem; revocare poteſt, antè Aſſenſus impetrationem, ſolvendo debitum. Ità, pro indubitato, ſcribunt, De Franch. *in Deciſ.* 620. *num.* 8. Merlin. *Centur.* 2. *Contr.* 81. *ex num.* 28. D. Reg. noſter *Conſultat.* 28. *num.* 83. & *infrà tom.* 2. *Deciſ.* 137. *num.* 10. Marcian. *Diſput.* 91. *num.* 83. Et poſt alios Rodoer.*loc.allegat. cap.*121.*n.* 6.

I 2 Quic-

Digitized by Google

Quicquid, contrà communem opinionem; diſcurrat, *ex num.* 7. Et vide Sanfelic. *in Deciſ.* 292.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXIV.
### SUMMÆ.

1 *Lis; litem parit: & noxa; noxam.*
2 *Notatur* Gizz.
3 *Legatario: quandò detur actio, adverſùs alios collegatarios; quibus integrum legatum ſolutum eſt? Declaratur* D.Reg.noſter. *Et ſequitur diſtinctio* D. Olea *num.*5.
4 *Indebitum dicitur; quod in tertii, præjudicium: ultrà hæreditatis vires; ſolvitur.*
6 *Clauſula* Conſtituti, & ex nunc, pro ut ex tunc; ſequuta morte: *quandò, à tempore donationis; dominium in donatarium, transferat? Comprobatur* D.Reg.noſt.
*Adducitur Opinio contraria* Neguſant. *Et aliorum num.*7. *Et refertur diſtinctio* Reg. Reverter. *num.*8.
9 *Emens rem, cum onere; ſolvendi tertio abſenti: licèt illi, nulla quæratur actio; benè tamèn, ad evitandum circuitum, experiri poteſt contrà emptorem. Comprobatur* D.Reg.noſter.
*Sed per eandem delegationem, & tertiarum exactionem; creditori non præcluditur via: quominùs infuturum; contrà principalem debitorem, agere poſſit. Cum* Deciſion.noviſſ. *num.*11.
10 *Acceptans beneficium, penſione gravatum; videtur ad illam ſe obligare.*
12 *Actio, vigore Juramenti, in Contractu inter alios inito; abſenti quæritur. Comprobatur* D.Reg.noſt.
13 *Teſtator diſponens de Rebus donatis; hæres: & donatarius, tenetur ad onera ei injuncta: Cum* D. Reg.noſt.
Res ità ſe habet. Indigens Pecunia Petrus, mutuò habuit; à Vincentio, & Gabriele Pappalardo, Ducatos Biſmille Octincentum Viginti novem: ſuper Pignore certæ ſpeciei Numiſmatis vulgo *Pezzo d'Otto Reali*, numero 3170. Et priùs, recepto munere Nummorum Aureorum quatuor cum dimidio; Pacto mutuantes; obſtricti ſunt: idem Pignus, Petro reſtituturos, quoties, ipſe Pecuniam mutuò habitam; ſolveret: Ob quòd, ponderatis, *li Pezzi d'Otto Reali*, adinventis *lib.*278. repoſitiſque in ſacculo, juxtà conventionem; Pappalardi retinuerunt.

Pluriès, Pignoris petita reſtitutione (neſcio, quo Fato) non obtinuit Petrus, paratus eodem contextu mutuo datam pecuniam numerare. Adiit propterea Magiſtratum: inſtando viventem Gabrielem, & demortui Vincentii hæredes; cogendos eſſe, ad reſtituendam ſpeciem, Pignoris loco, datam: juxtà pondus, & pactum: aut ſaltem; ad ſolvendum intrinſeci Pignoris, valorem.

Lite legitimè conteſtata, compilatoquè Proceſſu; non abſque innumeris dilationibus: defenſis plenitèr conventis; fuerunt ii, per M.C.V. diffinitivo Decreto, condemnati, ad quantitatem liquidandam: in gratiam Petri. Quod Decretum; jam in rem judicatam, tranſiit: ob Appellationis deſertionem.

Petro inſtante, pro executione Decreti; fuit conceſſus Terminus ſuper liquidatione; Quo tandem, victis ſexcentum aliis dilationibus: compilato, factoquè Calculo: Decreto M. C. V. quantitas Petro debita, ex cauſa intrinſeci valoris Monetæ; liquidata fuit in Ducatis 126. pro quibus etiàm, in debitores, fuerunt relaxatæ literæ executoriales.

Hìnc debitores; ſummam prædictam depoſitaverunt, apud Acta. Quàm, cùm Petrus; ei liberandam inſtitiſſet. Hæredes Vincentii, aſſerendo ſe minores læſos; imploraverunt auxilium reſtitutionis in integrum, adversùs Decreta prædicta.

Et obtinuerunt à ſpectabili Præſide S.R.C. Decretationem, Quod M.C.V. verbum faciat; ad finem prædictum.

Meum verò: dum meæ ſunt partes, Petri Jura tueri; erit oſtendere: bono Jure M.C.V. Decreta prædicta; protuliſſe.

Siquidem, ut rem altiùs deducamus; cauſa in tuto eſt: ex quo, maxima favet Doctorum caterva: Ità rationi conſona: ut doctiſſimi Viri, eam communem ſententiam, fateantur: Nimirùm Monetæ valorem, ſivè
7 auctum, ſivè diminutum, ex tempore contractus; inſpiciendum eſſe: adeò, ut Monetæ diminutæ; ſupplendus ſit currens valor: juxtà extimationem illius temporis. Ità pro indubitato voluerunt.

## IN REPETITIONIBUS, ET GLOSSIS.

Bartol.*in l.Paulus num.*6. *ff.de ſolut.*
Dec.*in l.*3.*ff. de Reb.credit. num.*6.
Donell. *ibid. num.*11.
Philipp.Matth. *eod. loc. pagin.*40.
Cognol.*in l.*2.*C.de Pact.int.emptor.& vendit.*
Pinell. *in l.*2. *C.de reſcind.vendit.par.*1. *rubr.cap.*3.*nu.*14. *lib.*3.

## IN CONSILIIS.

Surd. *in Conſ.*368. *num.*6. *&* 10.*& in Conſ.*392.*num.*14. *lib.*3.
Corn. *in Conſ.*287. *lib.*1.*nu.*28.*& ſeq.*
Ceſal.*in Conſ.*31. *nu.*8.
Menoch. *in Conſ.*49. *nu.*16.
Rub. *in Conſ.*17. *nu.*1. *&* 2.
Decian. *in Reſpons.*11. *nu.*26. *vol.*1.
Paul.Comitol.*in lib.*3. *Reſpons. moral. quæſt.*44. *num.*12.
Fab.de Ann. *in Conſ.*54. *lib.*1.

## IN TRACTATIBUS.

Arniſæus *de Jur.Majeſtat.lib.*1.*cap.*7.*nu.*3.
Iſern. *in Tit.quæ ſint Regal.verb.Moneta.*
Raudel.*de Monet. lib.*2. *cap.*2. *ex nu.*23.
Theſaur. *de Augument.Monet. ex nu.*54.
Boſſ. *de Monet. nu.*2.
Andr. Kol. *in exercit.Leg.cap.*19.
Sola *de Monet. caſ.*24. *&* 48.
Covar. *de veter. Numiſmat.collat.§.unic.nu.*3.*& in lib.*2. *var.cap.*207.*nu.*9.*&* 10.
Mynſiger. *Centur.*4. *Obſervat.*1.
Sitetinus *de Regular. lib.*2. *cap.*7. *num.*148.
Alber.Brun. *de augum.Monet.par.*18. *limit.*10.
Bud.*de Monet. & re numm. lib.*2. *cap.*23.
Molin.*de Contractib. qu.*312.
Facchin.*lib.*2. *Controv.*10.

K 2 Tiraq.

Tiraquell. *de retract. Ligniag.* §.1. *Gloſſ.*18. *nu.*26.
Niger *de Laudem. tom.*1. *quæſt.*39. *artic.*2.
Gayll. & *ibi* Græv. *in lib.*2. *Conclus.*73. *verſ. ampliſſimus.*
Roder. *de Ann. redditib. lib.*2. *qu.*15. *nu.*92.
Roman. *in ſingul.*519.
Berlich. *Conclus.*36. *part.*2.
Cyriac. *in controv.*620. *lib.*4.
Beſold. *de Mutuo cap.*9. *nu.*9.
Felician. *de Cenſib. lib.*4. *cap. unic. nu.*28.
Bocer. *de Jur. Monet. cap.*2. *num.*13.
Bertaz. *de Claus. in claus.*30. *Gloſſ.*7.
Dian. *tom.*8. *tract.*7. *Reſolut.*18.

IN DECISIONIBUS.

Pap. *in Decis.*493. *col.*2.
Boer. *in Decis.*327.
Afflict. *in Decis.*194.
Cavalcan. *in Decis.*16. *num.*40. *part.*2.
Put. *in Decis.*149. *lib.*2.
Hodiern. *ad Surd. in Decis.*237. *nu.*1.
Berlich. *in Decis.*152. & 156.
Buratt. *in Decis.*790.
Theſaur. *in Decis.* 174. *nu.*1.
Seraphin. *in Decis.*944.
Ann. Robert. *rer. Judicatur. cap.*16. *lib.*1. & *lib.*4. *cap.*18.
Reverter. *in Decis.*333. & *ibi* De Marin. & *in Decis.*366.
Larrea *in Decis.*12.
Rovit. *in Decis.*33. *nu.*17. & *ibi* Altimar.
Capyc. Latr. *in Decis.*48. *nu.*7.

8 Idquè in ſolutione Annui Cenſus, procedere, & in
quocumque debito, ſub uſuris; dixit Sola *loc. indicat.*
*caſ.*39. *num.*4. Quem, cum aliis; conducit Nig. *in ad-*
9 *duct. loc. artic.*1. *ex num.*81. In dote. Bald. Novell. *de*
*Dot. part.* 1. *in princip. col.* 1. *ſub num.*2. Azor. *inſtit.*
10 *Moral. part.*3. *lib.*10. *Tit. de Camb. cap.*7. *quæſt.* 2. &
Pancirol. *in Conſ.*186. In Penſione. Hieronym. Gabr. *in*
11 *Conſ.*164. & Gigaſ. *de Penſion. quæſt.*98. & in Frumen-
to: ſivè alia ſpecie: mutuata Laur. de Rodulph. *in cap.*
*conſuluit. de Uſur. part.*2. *quæſt.*27. *nu.*9. *tom.*7. *tract.*
*pag.*22. & Dominic. Sot. *de Juſt.* & *Jur. lib.*6. *quæſt.*1.
*artic.*2. & *quæſt.*12. *artic.*1. *Concluſ.*2.
12 In mutuo etiàm: nedùm ſolutio, in eodem genere;
facienda eſt: ſed, & in eadem bonitate: ut in alleg. *l.*3.
*in fin. ff. de reb. credit.* Et ideò, intrinſecum valorem,
tempore contractus, attendendum; dixerunt P.M. *in*
*cap. olim de Cenſib.* & *J.C. in l. Rutilia Polla.*69. *ff. de con-*
*trah. empt.* & *in l. cùm quis. ff. de action.* & *obligat.* Pro-
13 ptereà, ſi eadem non inveniretur pecunia; illius exti-
mationem, debitor tenetur ſolvere. Thom. Parpal. *in*
*l. cùm quid. ſub nu.*27. *concluſ.*2. & *in l. quod te. nu.*11.
*ff. ſi cert. petat.* De Moneta tamen currenti: conſidera-
to valore antiquæ; Flamin. Cartar. omninò legendus *in*
*Deciſ.*124. Nam quotieſcumquè, intrinſecus valor Mo-
netæ: debiliori pondere, mutatus fuit; eadem non eſt
Moneta. Scacc. *de comerc. Gloſſ.*5. *num.*178. Et deciſum
refert Cavalcan. *loc. indicat. nu.*40.
14 Non Me latet, Nigr. *citat. loc. artic.*2. *num.*55. exti-
mationem Pecuniæ, non à Natura: ſed ab Hominis vo-
luntate, dependere; dixiſſe: atquè adeò, intrinſecum
valorem ab extrinſeco: non ab ipſa materia; atten-
dendum eſſe, concludere. Quandoquè enim pro Au-
ro, & Argento; Staneum, Plumbum, Æneum, & Fer-
15 rum; fuiſſe cuſum: Imò, & etiam Coriceam, & Ligne-
am Monetam: Principis tamen impoſito ſigno: in pro-
batam Pecuniam, fuiſſe expenſam; referunt latiùs Luc.
de Penn. *in l. inter cartulas. num.*4. *C. de conveniend. Fiſc.*
*debitor. lib.*10. & *in l. Domini. C. de Agricol.* & *cenſit.*
*lib.*11. *num.*2. Juven. *in adduct. Hiſtor. Tarent. lib.*3. *cap.*
5. Plin. *lib.*18. *cap.*3. Polidor. Virgil. *de Inventor. Rer.*
*cap.*20. Sola *loc. allegat. in prælud. num.*1. Alex. ab Ale-
xand. *Dier. Genial. lib.*4. *cap.*15. Garzov. *in Plat. Univer-*
*ſal. diſcurs.*142. Uulgo ſangus. Lazius *de Republic. Ro-*
*man. lib.*3. *cap.*3. Sarnenſ. *ad Regul. Cancellar. in reg. de*
*val. exprim. quæſt.*9. & Laganar. *ad Rovit. in Pragm.*
*Regn. Tit. de Monet. num.*21.
16 Sed fallitur Nig. Loquitur namquè contrà Commu-
nem opinionem. Valor enim intrinſecus, in ipſa Mo-
netæ materia charactere, & pondere attenditur: Ex-
trinſecus verò; in extimatione. Afflict. *in adduct. Tit.*
*quæ ſint Regal.* §. *Monetæ. num.*7. Scacc. *loc. citat.* §.2.
*Gloſſ.*5. *num.*180. Cavalcan. *in allegat. Deciſ.*16. *nu.*42.
*part.*2. & Trullench *ad præcept. Decalog. tom.*2. *lib.*7.
17 *cap.*12. *dub.*1. *num.*2. Et quod de Pecunia, viliori ære;
aliquandò expenſa, legitur; id, non abſquè cauſa
eventum occurritur. Urgens occaſio Belli: ut de qua-
dam Moneta in Inſula Melvitana percuſſa, tempore
Obſeſſionis; memorat Scacc. *eod. cit. loc. Gloſſ.*3. *nu.*85.
18 Undè Nicolaus de Montibus Locumtenens Regiæ
Cameræ Summariæ: quem Joan. Pontan. *in lib.* 4. *de*
*Obedient.* Virum integerrimum, & Juris Conſultiſſi-
mum, appellat; potius Officium derelinquere maluit:
quàm Proviſionem quamdam ſubſcribere, mandan-
tem Monetam de novo cauſam, ordine Ferdinandi Pri-
mi; quæ ſub Roberto expendebatur juxtà illius valo-
rem Viginti unius torn. pro Viginti duobus, erogaretur:
ut refert Nicol. Top. *in part.*1 *de Origin. Tribun. lib.*4.
*de Reg. Camer. Summar. orig. cap.*9. *num.*16.
19 Poſitum: id circò aptiùs procedere in debitore, qui
Monetæ ſpeciem ſolvere promiſit; tradiderunt Cephal.
*in Conſ.*32. *vol.*1. Bolognin. *in Conſ.*11. *num.*58. Alciat.
*in cons.*19. *tom.*3. *lib.*8. Maur. Aretin. *de ſolut. cap.*26.
Caſtill. *cap.*10. *num.*45. *tom.*4. *Controverſ.* Cancer. *var.*
*Reſolut. lib.*2. *tit. de ſolut. cap.*6. *num.*146. Sola *caſ.*39.
*num.*4. *verſic.*2. Noguerol. *in allegat.*2. Cyriac. *in Con-*
*trov.*225. *num.* 18. Dian. *loc. citat. Reſolut.* 19. & De
Luc. *ad Franch. Obſervat.* 508. *num.*5. Quod admictit
Scacc. Niſi ejuſdem ligæ, & materiæ; ſolutio facta ſit:
*in allegat. Gloſſ.*5. *ex nu.*102. Et Bocer. *de Regalib. cap.*2.
*num.*229. ampliat in Nummis etiàm generalitèr datis:
ut ejuſdem generis reſtituendi ſint, Cui etſi diſſenſores
non deſint; pro ſe ſtant Covarr. *in indicat. cap.*7. §. *unic.*
Coler. *de proceſſ. executiv. part.*1. *cap.*10. *nu.*7. Weſſem-
bec. *in paratit. ad Tit. ff. de reb. credit. num.*12. *verſic.*
*eadem ratione*, & Borcolt. *de reb. credit. Cap.*7. *nu.*4.
20 Igitur ſi hoc in Mutuo; locum obtinet: quomodò
applicanda non erunt depoſito puro, & ſignato? Re-
ſpondit Papinian. *Quòd ità certum eſt, ſi id actum eſ-*
*ſet: ut corpora Nummorum eadem redderetur. Nam*
*ſi ad tantumdem ſolveretur, convenit: Egreditur*
*ea res depoſiti notiſſimos terminos. In qua quæſtione, ſi*
*depoſiti actio, non teneat, cùm conveniat, tantundem*
*non reddi: rationem uſurarum, haberi; non facilè, di-*
*cendum eſt. in l. Lucius Titius.*24. *ff. depoſit.* Et videan-
tur ad rem pleniſſimè poſita, per Rodriq. *de Concurs.*
*Credit.* & *ibi per* Bertol. *part.*1. *artic.*6. *de Privileg. de-*
*poſit. ex num.*27. *ad* 29. & *ex nu.*200. *ad* 213. & *ſeq.* &
*per* Maceratenſ. *lib.*2. *Reſolut.*13. Indè eſt, Quòd ſi Pe-
trus, eadem Nummorum corpora, pactus eſt; ſibi à
Pappalardis reſtituenda eſſe: nō tantundem res depoſiti;
21 notiſſimos non egreditur Terminos: quorum unus eſt,
ut rei depoſitę neq; dominium, neq; poſſeſſio; in depoſi-
tariũ tranſeat. *l. licet.*17. §. *rei depoſitæ. ff. eod. Tit. depoſit.*
Alter depoſiti terminus eſt: Teſte Gloſſographo *in cit. l.*
24. *verb. Terminos*: ut eadem Pecuniæ corpora reſtituan-
22 tur. Ità examuſsìm legitur in *l. in Nave Sauphei l.* 34.
*ff. locat.* Et confert etiàm Tex. *in l. Mutuum.*2. *ff. de reb.*
*credit.*, & adamuſsìm, in hac qua verſamur ſpecie; con-
cludunt Brun. *in adduct. tract. de Monet. in* 2. *præſuppo-*
*ſit. num.*1. & Scacc. *in eod. tract. de Comerc.* §.2. *Gloſſ.*5.
*num.*124.
23 Nec prodeſt parti, allegare, Reg. Capyc. Latr. *in in-*
*dicat. Deciſ.* 48. Etenim illa, cum noſtra facti ſpecie;
non convenit: tractabatur inibì, non de Pecunia in
ſac-

Digitized by Google

ſacculo : ſed ad numerum conſignata. Et ideò à depoſi-
to; receſſum : ut ipſe Reg. *tradit nu.*8. & ſcribunt Aſin.
*in tract.de execution.* §.7. *cap.*58. *nu.*1. & 2. & Eman.
Coſt.*in l.ſi ex cautione. limit.*2.*nu.*4. *C.de non numerat.*
24 *Pecun.* Indè quid mirum : ſi adverſùs creditorem , S.
R.C.decrevit , ſi ad tantundem Mercator tenebatur:ut
*in adduct.l.in Nave Sauphеii.* ibi *idem Juris eſſe, in de-
poſito: Nam ſi quis Pecuniam numeratam ita depoſuiſ-
ſet ; ut neque clauſam, nequè obſignatam traderet : ſed
adnumeraret ; nihil aliud eum debere , apud quem de-
poſita eſſet : niſi, ut tantundem Pecuniæ ; ſolveret* . Et
legitur quoquè in *l. die ſponſaliorum.* 15. §. *qui Pecu-
niam ff.citat.Tit.depoſit.* At in noſtro themate : Pecu-
niam clauſam , & obſignatam : & ut eandem , in cor-
pore reſtitueretur ; Petrus in depoſitum , Pappalardis
conſignavit.

Igitur certum undecumquè eſt : Pappalardos , ratio-
ne depoſiti ; eadem Pecuniæ corpora , reſtituere teneri:
quæ, ſi non inveniantur ad intrinſecum depoſiti valo-
rem; Petro teneri : quis ſubdubitet ? ſi id in mutuo, rè
ſatis minus privilegiata; depoſiti puri procedit : Imò &
depoſiti, & furti actionem;dari adverſùs depoſitarium:
qui Argentum in ſacculo depoſitum , contrectavit,in-
vito depoſitante ; dixit *J. C. in l.ſi ſacculum.* 29. *ff. de-
poſit.*

Et ex his, Decreta M. C. V. confirmanda fore ; ſpe-
ramus;Cætera ſi deſint; ſuppleant Domini Judicantes.
Sexto Kalend.Februarii 1675.

25 Obſerva modò quòd , etſi communis ſententia ſit
ut in mutui reſtitutione attendatur tempus Contra-
ctus : & ideò decrementum, vel augmentum ; in utile,
ſivè debitoris damnum cedere. Pro debitore ; decer-
tant audactèr Coraſ. *in lib.*4. *Miſcell.cap.*13.*nu.*5.Fac-
chin.*in lib.*2. *Controverſ.*9.*verb.tertia eſt ſententia* , &
Gaill. *lib.*2. *Obſervat.*73.*nu.*9.

26 Quorum opinio procul dubio ; limitatur, in debito-
re monoſo : cujus damno , reprobationem , ſivè muta-
tionem monetæ ; cedere tradunt Tiraquell. *loc. citat.
num.*71. Caroc. *de depoſit. part.*2. *qu.*131. Zabarell. *in
Clement.*2. *de decim.num.*13. *in fin.* Bud.*de Monet.cap.*
26. *num.*5. Reverter.*in Decis.*473. *num.*2. & *in Decis.*
474. *Et ibi* De Marin. & Scacc.*loc.cit. num.*147.

27 At ſuperius benè fundata Concluſio reſtringitur,
quotiès Monetæ valor , intrinſeca bonitate mutatus
fuerit : ſecùs ſi extrinſeca ; per ea quæ afferunt D.Reg.
noſt.*num.*12. Dian.& De Marin. *in ſedib.indicat.*

28 Tandem , tenendum pro coſtanti illud eſt ; Deci-
ſionem iſtam applicari , nè dum in caſu. Depoſiti irre-
gularis , ut ſupra tradidimus ; verum etiam attenta
identitate rationis , in quacumque ſolutione poſt pu-
blicationem *Pragm.*13.*de Monet.*fieri debita,cauſa ven-
ditionis ſerici , aut alterius ſpeciei , ante publicatam
*Pragm.* celebratæ , ut deciſum pluries refert Thor. *in
Compend.Decis.part.*2.*verb.excomputum.*Cujus memi-
nimus *in Obſerv.*17. *nu.*13. rationibus per ipſum poſi-
tis *in ead.part.* 2. *verb. ſolutio pecuniæ.pag.* 644. Inde
eſt , quod ſi pro toto pretio reperiatur facta venditio
annuorum introïtuum , contractus ſubſtinetur pro
ſumma vere debita , dempta quarta parte pretii , ad
tradita per D. Reg. noſtr. *in Deciſ.* 116. & ibi per Nos
*in Obſervat. num.* 9. & Reg. De Marin. dixit *in Reſol.*
20. *tom.*2. *num.*11. valere cenſum in Regno ſi is , qui
cenſum conſtituit ex alia cauſa ſit verè debitor in ea
ſumma , pro qua cenſus conſtituitur , & probant No-
var. *in Pragm.* 1. *de Cenſib.* & *ibi* Rovit. *num.* 8. Salas
*de Contract. in tit. de Cens. dub.* 8. *num.* 13. & Rodriq.
*de ann. reddit. quæſt.* 13. Et certè ſi nulla ſumma eſſet
verè debita , cenſus eſſet in totum nullus De Pont. *in
conſ.* 64. *num.*27. & *in conſil.* 81. *num.* 7. *vol.* 1. & la-
tè Maſtrill. *in Deciſ.* 94. Ergo , ſi quarta pars in præ-
dicto caſu , eſt indebita , cenſus erit pro eadem parte
nullus. Nec dici poteſt præſumi venditorem annuo-
rum introituum ceſſiſſe juri ſuo , quia hoc eſſet dona-
re , & donatio non præſumitur *l. cum de indebito. ff. de
probat.* ſed potiùs error , Bald. *in conſil.* 189. *in fin.* Af-
flict. *in Deciſ.* 40. *num.* 4. Menoch. *in conſ.* 256. *num.*
27. & 28. & *de arbitr. caſ.* 88. *cent.* 1. *lib.* 2. & poſt
alios Staiban. *lib.* 1. *reſol.* 35. *ex num.* 30. atquè adeò
credendum hujuſmodi venditorem introituum , illos
vendidiſſe per tota ſumma , pro re empta ſolvi promiſ-
ſa , ex errore , & inadvertentèr, maximè ſi de muliere,
aut viro juris ignaro agatur , vel ſi contractus celebra-
tus fuerit loco , quo contrahens Peritiores conſulere
haùd potuiſſet , quibus in contingentiis res omni proſ-
ſus difficultate caret.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XLIX.
### *SUMMÆ.*

1 *Anteſatum in Dote , Ducatorum Quatuor mille : at-
tenta* Pragm.1.de Donat. propt. Nupt. *quantum ſit?
Referuntur* ſequaces , Deciſ. *num.* 5.
2 *Dictio* , Infrà ; *incluſionem operatur* .
3 ... Uſquè: *quandò ſit disjunctiva? & num.*6.& 9.
4 ... A: *quandò ſeparationem operetur ? & n.*7. 8. & 10.
11 *Decretum M. C. V. continens ſummam Ducator.* 150.
*exequitur , cum cautione de reſtituendo , in caſu re-
tractationis : attenta* Pragm.3. §. 4. de Offic. S.R.C.
*Diſpoſitio* Pragm. 73. §. 3. eod. Tit. *receſſie ab Aula*,
*numer.* 12.

1 Conſtat ex hic poſitis : explicatis verbis *Pragm.* 1.
*de Donat. propt. Nupt.* ibi *alle Doti di Ducati
Quattromilia , à baſſo; l'Anteſato ſia per Terzo* : Et pa-
ulò poſt , *alle doti di Ducati Quattromilia , inſino alli
Diecimilia ; l'Anteſato ſia à raggione de Ducati Vinti-
cinque per Cento* . Anteſatum Dotis Ducatorum Qua-
tuormille in Virgine ; eſſe Tertiam partem Dotis : eo
2 ſtante,nam dictio *Infra* ; incluſionem operatur. Marc.
Anton. Bard. *in tract. de Tempor. util.& contin.quæſt.*
19.*nu.*19. & Wlpell. *de præpos. & adverb. ſignif.verb.
infrà. pagin. mibi* 48.Quod & de dictione *Uſquè*; quo-
3 què legitur , apud Benedict. Ægid. *in l.* 1.*part.*1. §. 5.
*num.*17. *C.de Sacroſanct. Eccles.* Azeved. *in lib.* 4. *nov.
recompilat. l.* 1. *Tit.*4. *num.*33. Hermoſill. *Tit.*5. *part.*
5. *l.* 24. *Gloſſ.* 2. *num.* 33. Rebuff. *ad leg. Gall. Tit. de
ſentent. proviſion. Gloſſ.* 3. *pagin.* 162. Gonzal.*ad Re-
gul. Cancellar. Gloſſ.* 12. §. 1. *num.* 2. & de dictione *A.*
4 affabrè ; tradunt Scacc. *de Appellat. quæſt.* 2. *num.*57.
Ripa *de Noctur. Tempor. cap.* 63. & *in Obſervat.* 576.
Ricc. *Collectan.* 389. Aſin. *in prax. part.* 1. §. 17. *cap.*
6. Vela *in Diſſertat.* 18. *num.* 16. Gratian. *in Diſcept.*
161. & *in Decis.*124. *num.* 4. Benè ergò; Deciſionem,
5 comprobat Gizz. & in puncto ſequuntur , Thor. *part.*
3. *ſect.*2. *verb. Quarta ſeù Anteſatum.* D. Petr. *in Rit.*
257. *num.* 13. & De Luc. *ad Franch. Obſervat.* 703.
*num.* 2. 3. & 4.

6 Prædicta verò ; conturbat Napodan. *ad Conſuetud.
in proœm. num.* 14. ſentiens , dictionem *Uſquè* ; eſſe
diminutivam : allegans ad id , *Eccles. cap.* 14. *in fin.*&
Iſai. *cap.* 38. Et idem ; dixit Vincent. Maxill. *ad Con-
ſuetud. Bar. Tit. de Minor. in Conſuet. cùm minor. nu.*
2. Et probatur ; ex *l. meminiſſe. ff. de Offic. Proconſul.*
Et aliqua , notant Cyn. *in l. à Calligato. C. de Nupt.*
Bart. *in l. Patronus.* §. 1. *ff. de Legat.* 3. Bald. *in Auth.
hoc ampliùs. C. de Fideicomm.* Alex. *in l.* 1. *ff. ad l. fal-
cid.* Par. de Put. *de Reintegr. Feudor. cap.* 116. Ferrer.
*ad Conſtit. Cathalon. Gloſſ.*3. *ex num.*82. & Mantic. *de
tacit.*

Digitized by Google

tacit. & ambig. conven. lib. 4. tit. 9. num. 10.
7 Et quòd, dictio A, ſeparationem inducat; ſumitur
ex l. cùm ratio. §. fin. ff. de action. empt. per Bald. & Cyn.
in adduct. l. à Calligato; Et tradunt Robert. Marant. in
ſuis ſingularib. Lit. D. verb. Dictio A. & Danz. De
Pugn. Doctor. tom. 2. Tit. de Dictionib. pagin. mihi 612.
verſic. Dictio A.
8 Veriùs eſt, dicere; in hac ſpecie: dictionem A; quæ
idem ſonat, ac Ex; excluſivam eſſe. l. eo tempore. in
fin. ff. de pecul. Et perbellè; notant Maxill. eod. loc. in
proœm. num. 2. ſicuti de dictione: Ex; dicunt Bald. in
Cons. 197. lib. 4. & Tuſc. in Conclus. 276. num. 13. &
A. & Ab. quandoquè idem deſignare; habetur in l. 2.
verſic. initium; & verſic. ex veteri Jure C. de veter.
Jur. Enucleand. Et quod dictio Vſquè, aliquandò etiàm
9 disjunctionem importet: ex aliis quos allegat; dixit
Danz. eod. loc. pagin. 611. verſic. Vſquè. Dictaſquè Di-
ctiones A. & Vſquè, æquiparari; voluit Gratian. Di-
ſcept. 161. num. 21. & 22. Diſtinguens tandèm: ut in
10 odioſis, excluſionem: In favorabilibus verò, inclu-
ſionem, operetur. Et placuit Cened. poſt lib. quæſt.
practic. & Canon. ſing. 1. num. 10.
11 Exemplo Decreti diffinitivi, M. C. V. continentis
ſummam Ducatorum Centum quinquaginta; quòd
executioni demandatur: præſtita cautione in caſu retra-
ctationis. Et tamèn Pragm. 3. §. 4. in Tit. de Offic. S.
R. C., legitur, Statuentes de novo, quòd ſententiæ in
poſterùm proferendæ per ipsam M. C. V. in primis Cau-
ſis Civilibus à Ducatis Centum quinquaginta infrà:
cùm ibi aſſiſtant tres Judices, quos pro poſſe, conabimur
Doctrina, & Experientia idoneos deputare; mandetur
executioni: cum cautione de reſtituendo in caſu retra-
ctationis: non obſtante Appellatione. Confirmant, hoc,
D. Reg. noſtr. effatum; apertiùs Proſp. Petr. ad Capyc.
in Decis. 29. De Marin. ad Reverter. tom. 1. Obſervat.
49. num. 4. De Petr. in Cons. 33. num. 10. Gallup. in
prax. S. R. C. part. 3. cap. 5. num. 48. D. Carol. Petr.
loc. indicat. num. 12. & De Luc. ad Franch. in adduct.
loc. num. 1.
12 Nota unum. Quod modò diximus ſuper executione
Decreti M. C. V., alitèr reperiri diſpoſitum in Pragm.
73. §. 3. in citat. Tit. de Offic. S. R. C. per hæc ipſiſſima
verba: Que las del dicho Tribunal de la Vicaria Civil,
como haſta à quì hà tenido esecution apareiada haſta la
summa de Ciento y cinquanta Ducatos, que dà à qui a-
delante; la tenga haſta la de Quinientos; Et advertit
Carleval. de Judic. tom. 2. lib. 1. Diſput. 8. num. 13. &
noviſſimè Motill. in ejus prax. Tit. de Appellat. diſer-
tion. num. 129. pagin. 117. ſed hæc diſpoſitio; in viridi
obſervantia, non eſt.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE L.
### SUMMÆ.

1 Deciſio præſens: quando procedat? Comprobatur n. 2.
3 Æmulatio: ex quibus probetur?
4 Vicinus: æmulatione ceſſante; Vicinum impedire non valet, quìn altiùs ædificium tollat: prætextu quod ei impediatur aspectus ad Mare. Cum Deciſionibus noviſſim. num. 17.
5 D. Jo: Baptiſta de Luca cum laude adducitur.
6 Diſpoſitio l. ex quo pace. & l. cum dubitabatur. C. de Ædific. Privat. qualitèr procedat?
7 Civitas Conſtantinopolitana deſcribitur.
8 L. ex quo pace. & l. cum dubitabatur. C. de Ædific. Privatis, quo tempore promulgatæ? Neapoli non applicantur. num. 11.
9 Civitatis Neapolitanæ deſcriptio. & num. 14. & 16.
10 Laudatur D. Carolus De Lellis.
12 Neapolitana Civitas, licet Romanorum Municipium, ſuis tamèn Legibus, & Magiſtratibus utebatur.
13 Diſpoſitio l. ex quo pace. & l. cum dubitabatur. abrogata traditur per Conſuetud. ſi quis habet. laudatur D. Gizz.
15 Rev. P. D. Conſtantinus De Notariis cum laude memoratur.
18 D. Vincentii Brilla laudes emeritæ.
19 Deciſ. 10. Præſid. Ganaver. qualitèr proceſſerit?
20 Ædes ſuas unicuiquè licere usquè ad ſidera tollere; quomodò intelligendum? & num. 21. & 22.
23 Ædificans; poſt denunciatum novum opus, quandò attentare dicatur? cum Deciſ. noviſſima.

INcaſsùm aliquandò conquerebatur Andreas Alciatus:
Vicinos ſuos, Marium, & Subbardum, proprias æ-
des, ità altè extruentes; ut ſuarum luminibus domo-
rum; officerent in Emblem. 32. Diverſo Fato, quæri-
tur hoc loco, Petrus Brunus, de Hyacinto Salla, &
Auguſtino Todino: Quibus decreto S. R. C. injuntum
legitur: nè altiùs cæptum ædificium protendant: Vel
quia feneſtris ædium illius; aſpectus ad mare impedie-
1 batur: Vel quia id ad æmulationem; attentare con-
tendebant; At non fuerunt Judicantes ſuper eo; voto
concordes: & unius Judicis, majori numerato ſuffra-
gio; Brunus obtinuit: æmulationis tantum ratione: ut
benè obſervat D. Gizz. hic num. 32., & ità intelligen-
da ſunt poſita per D. Altimar. ad Rovit. in Cons. 19.
2 ex num. 29. & comprobant aſſumptum Coras. Miſcel-
lan. lib. 3. cap. 29. num. 5. Caſſan. ad Conſuetud. Bur-
gund. Rubric. 11. §. 9. num. 4. Cepoll. de ſervitut. Ur-
ban. Prædior. cap. 26. Marſil. in ſingul. 154. Jaſ. in Conſ.
98. Gayll. lib. 2. Obſervat. 69. Cephal. in Cons. 130. &
3 Alex. in Conſ. 147. Et quandò ad æmulationem, id fa-
ctum probetur; tradunt Covar. var. lib. 3. Reſolut. 14.
Rot. Roman. in Decis. 475. part. 1. Diverſor. Menoch.
de Præsumption. lib. 6. Præsumpt. 29. ex num. 23. & Ce-
phal. in Cons. 130. num. 15.
4 Remota tamèn æmulatione: nullo jure, incæptum
opus; impediri poterat: quamquàm Vicini damnum
concurreret. D. Reg. noſter. num. 4. Gratian. Diſcept.
521. num. 53. Paul. Staiban. in Obſerv. ad Reſol. 65. nu.
5 8. tom. 1. & pleniſſimè ad rem D. Jo: Baptiſt. De Luc.
Juris Conſultus Doctiſſimus, & omni humana laude
dignus, in tract. de ſervitut. Prædialib. diſcus. 1. ete-
nim Diſpoſitio l. ex quo pace. alibi, Quoniam pace. 12.
& l. cum dubitabatur. 13. C. de Ædific. privat. & Novell.
63. & 163. localis eſt nec Noſtræ Nobiliſſimæ Civitati
applicabilis.
6 Quod ea Diſpoſitio localis ſit, advertit Gothofred.
in ead. l. cum dubitabatur. his verbis; Ubiquè terra-
rum, non modò in Urbe: ſed in Provinciis, quæ de æ-
dificiis dicta ſunt; obtinent: Excepto proſpectu ad Ma-
re: nam is tantùm Conſtantinopoli, & ejus continenti-
bus dumtaxat; locum habere. jure quidem. Quid in
7 ampliſſima Conſtantinopolitana Civitate; ab uno, ad
aliud ædificium, centum paſſus diſtantia. ſunt, qui ſcri-
bunt, illius latitudinem ingentem, ac lautitiam, proli-
xitudine procùl deſcribi haùd poſſe. teſte Petr. Meſſ. in
ſua Sylv. cap. 11. part. 1. Amplitudinem ſuam, quatu-
ordecim miliaria complecti; & utriuſquè ſexus ſeptin-
centum hominum millia ferè numerari, Portum ejus
comodiſſimum, Urbem triangularem ſeptemquè Col-
les includere referunt Ferrar. in ſuo Lexic. Geograph. &
Jo: Boter. lib. 1. part. Europ. eaquè à Conſtantino Cæſa-
re ſummâ liberalitate ditata: in Illuſtribus Domibus
eos, qui ab Urbe Roma erant, & ex aliis ſecundum ge-
nus electos; Viros rationabiles fuiſſe collocatos; imò ad
tantum faſtigium illam evehere molitum, ut æquam
Imperiali Romæ conſtitutam, Secundam Romam ap-
pel-

Digitized by Google

pellari juſſiſſe tradit Eutrop. *lib.*11.*Rer.Roman.*& memorat Abraham Ortelius *in Teatr. Geograph.* Ibidem Teatris, Portico, Balneis adjectis, Januaquè ad Marem protendente pedum 14075. longitudinis, ac latitudinis 6155.tradit Jul.Cæſ.Capac. *in lib. inſcripto Il Foraſtiero. Giornat.*9.*pagin.*800.

8 Quid hæc omnia cum Noſtra Neapoli. Illud notatu dignum eſt *leges*, quarum verba facimus, fuiſſe promulgatas poſt Conſulatum Lampadii, & Oreſtis VV. CC. hoc eſt anno CHRISTI 533. juxtà compotum Georg. Haloandr. *in Ann. Digeſt. per Conſul. Roman.* vèl circà annum 529. ad 536. ad tradita per D. De Luc. *loc. indicat. num.*11. quo tempore Neapolis à Beliſario obſeſſa reperiebatur, & parva Civitas erat Procop. *de Bell.Go-*
9 *th. lib.*1. utpotè, quæ quatuor tantummodò paræciis, & tribus regionibus, viiſquè conſtaret teſte Falco *in Topograph. Neap.pag.*21.quem ſequitur P.Anton. Caracciol. *De Sacr. Eccleſ. Neap. Monumen.cap.*1.*ſect.*8. Excreviſſe poſtmodum ſub Carolo II. Andagavenſi anno 1305. notat Summont. *nel Hiſtor. di Napol. part.*2. *lib.*3.*cap.*2.*pagin.*359. *verſic. Con queſti contenti.* Et tandem auctam adeò, ut non ſemèl proferre Pomœrium, & Muros finitimis campis, Cliviſquè circumducere oportuerit Caracciol. *loc.cit.* Capac. *ubi ſup.pag.*802. Unde Nobiliſſima, opulentiſſima, & hominum numeroſiſſima eſt; ejus Capita uſquè ad numerum Sexcent. Mill. numerat Taſſon. *in Pragm. de Anteſat. verſ.*5. *Obſervat.*3. *num.* 8. & ultrà ferè innumerabilia admiranda Ædificia, & ſumptuoſiſſimas Domus mirabili artificio ſtructas. Eccleſias, Horphanatrophia, Xenodochia, Monaſteria, & Hoſpitalia in maximo numero numerat Cæſar de En-
10 gen. Caracciol. *nella ſua Napol. Sacr.* & *ibid.* D.Carol. De Lellis vir ſanè doctus & eruditus. Circuitum ejus cum ſuburbiis, duodecim Miliaria complecti ſcribit Capac. *eod. loc. pag.*807. Hoc oculos detinet noſtros: In hoc, definxerunt lumina, Superiores Noſtri: Poſteri quoquè conſpicient, Ædificia hac in noſtra Florentiſſima, & Celeberrima Civitate; ità in ſublime producta: ut non ſolum ad Mare; conſpectum Vicinis impediant. Sed ferè ipſum Cœlum: Nihil refragantibus adductis legibus 12. & 13. Vel quia actu promulgationis parvæ Ci-
11 vitati non conſaciebant. Vel quia haùd uſu receptis; Et quod Neapolis licèt quandoquè Romanorum Mu-
12 nicipium ſuis tamen Legibus, & Magiſtratibus uteretur refert Liv. *Decad.*1.*lib.*8.& *Decad.*3.*lib.*3. & 6. Anno verò 1146. ſivè 1148. ſub Rogerio Normando uſum legiſ Quiritum à Neapolitanis acceptum oſtendit D.De Luc. eod. loc. Conſuetudinibus poſtmodum Noſtris diù ſine
13 ſcriptura vagantibus ad diſſentiones reſecandas; quæ ſuper illatum diſpoſitione oriebantur anno 1306. imperante eod. Carolo in ſcriptis redactis *ut in proœm. Conſuetud.§. præfatis.* & latè notat Summon. *loc. citat. pagin.* 360. datus repertus fuit modus qualiter abſquè Vicini damno ædificia conſtrui debuiſſent, ut in Conſuetud. *ſi quis habet tit. de ſervitutib.* per quam Zenonianam Conſtitutionem, quatenùs uſu recepta reperiretur fuiſſe abrogatam probat *hic* Gizz. rem ſeriò diſſerens *nu.* 10.

14 Bona ratione, quia: aliter vel numquam in hac populoſa Civitate ædificari poſſet: cum juxtà litus Maris condita ſit. Undè Flor. *Urbem ad Mare* appellitavit. *in lib.*1.*cap.*16. & Mantuan. dixit

*Sinuoſa Neapolis; Undis vapulat.*

Cecinitquè Pontanus

*Urbi, & aſſurge, ò Dea; quam ſuperba*
*Muniunt Turres; rigat Unda; ſubterquè,*
*Et ſpecus Sebethiadum ſororum.*
*Ditat, & æquor.*

Notantquè inter multos fuſiùs Jo:Tarcagnot. *de ſit. & laudib. Neap.* Ant. Caracciol. *loc. indicat. ſect.*2. Summont. *ubi ſup.part.*1.*cap.*1. Capac. *in adduct. loc. & in Hiſtor.lib.*1.*cap.*3.*tom.*1. Top. *de Orig.Tribun.tom.*1.*lib.* 1.*prælud.*7.*nu.*3. Epiſcop.Anton.Campan.*lib.*1.*Epiſt.*8.

15 & Rev.P.D.Conſtantin.de Notariis *in ſuo ſatis erudito tract. Dell'Humana perfettione lib.*3. *cap.*6.*pagin. Mihi* 157.*liter.* X. ſemperquè opibus & gentibus floruiſſe; la-
16 tiùs ponunt, Caſſiodor. *lib.*6.*Epiſtol.*23. Surg. *de Neap. Illuſtrat.* Frecc. *de ſubfeud.lib.*3.*ex numer.*37. Balboa *in Monarch. Reg.quaſt.*2.*ex num.*118. Coſt. *in ejus Hiſtor. Neap.* Chronicon Generale Ætat.Mund. *pagin.*42.*ætat.* 3. *& in ſupplement. lib.* 3. *pagin.* 65. ac nonnulla dant Sveton.Tranquill. *in Auguſt. & in Tiber.* Cornel.Tacit. *Annal.lib.*15.& Teatr.Human.Vit. *vol.*3. *pagin.*806.*col.* 2. *& pagin.*903. *&* 904. *& pagin.*963.*col.*1. *& Demùm pagin.*1343.*col.*2.

17 Grebrò propterea, pluribus in contingentiis; Deciſum agnoſcimus: adducta Legum, & Novellar. diſpoſitione, non obſtante: numquam Ædificia in altum protendere, Vicinis inſtantibus; fuiſſe inhibita: quia aſpectus ad Mare, eorum ædibus impediebatur. Ità ſub patrocinio Noſtro: obtinuit Cæſar Ruſſo, in banca Caſtaldi proceſſus eſt apùd ſcribam Palumbo. & ad relationem D. tunc Conſiliarii nunc Regentis Antonii Florilli contrà Venerabile Monaſterium Sancti Laurentii propè Padulam proceſſus eſt penes Franciſcum Granatum S. R. C. ſcribam in banca Lombardi. Ita in cauſa Lelii Balduini, adverſus Rev. Patres Jeſus Mariæ Ordinis Prædicatorum in Banca tunc Cioffi nunc Lombardi fuit determinatum. Ità poſthabita hac D.Regent. noſtri Deciſione nominatim reſolvit idem S.R.C. in cauſa Vincentii Cioffi cum eod. Venerabili Monaſterio Jeſus Mariæ: teſte Laganar. *ad Rovit.in Pragm.*2.*de Monialib.in verſic.ulterius non fiant. num.*6. *&* 7. Ità Deciſum fuit in cauſa Capitanei Pauli Piſano cum Jo:Baptiſta Peluſo ad Relationem Regii Conſiliarii D. Jo: De Dura in eadem Banca Lombardi apud ſcribam Joſeph Frondam. Ita per Rotam Romanam; Deciſum dicit D. De Luc. *in allegat. Diſcurſ.*1. *nu.*6. *&* 8. in cauſa Michaelis De Cola, cum Venerabili Monaſterio Sancti Spiritus. & Ita Demum ſcribit D. Vincent. Brilla optimus J. C. *in ſuo*
18 *Promptuario Juris Neapol.* poſt hæc ſcripta in lucem prodito, & in Biblioteca noſtra pervento hoc die Nonis Junii 1679. *in tit. de ſervitut. cap. unic. num.*36.

19 Quibus non reſiſtit *Deciſ.* 10. Ganaver. etenìm illam: æquitate attenta, fuiſſe promulgatam; legens facilè intuebitur. Inibi, de elevanda Pariete ſupra ripam; ad finem impediendi: ſinè vicini damno, acceſſus ad Pomarium tractabatur.

20 Obſerva ſecundo quod licètcommune axioma ſit: Ædes ſuas, unicuiquè permiſſum eſſe, uſquè ad ſidera tollere: etiam ſi luminibus Vicini officiatur, teſtibus, quos allegant Urceoli memor D.Reg. noſtri *hic num.*1. *in tom.*2. *Conſultat.*75. *num.*9. & Staiban. *in citat. Ob-*
21 *ſervat.*65. *num.*4. Limitandum id; cenſuit Cæpoll. in luminibus ſcolarum *in tract. de ſervitut. Urban. prædior. cap.*39. *Fallent.*10. quem ſequuntur Capon. *in lib. De Dot.in l.*1. *ff. ſolut. Matrim. quaſt. ultim. num.*13.
22 & Andreol. *in Controv.*295. *num.*4. & Scalæ Anton. de Butr. *in l. fin. §. cum autèm. C. de Servitut. & Aqua.* Cæpoll. *in citat. cap.* 39. *ſub num.*4. Sperell. *in Deciſ.* 55. *num.*47. & poſt alios Ciarlin. *lib.*1. *Controv.*30. *nu.* 33. In contrarium ſtat Urceol. *in allegat.cap.*75. Sed vide Cenſal. *ad Peregrin.de Fideicom. pagin. Mihi* 26. *cum ſequent.* & Gratian. *in cit. Diſcept.*896.

23 Nota deniquè: quòd ædificans, poſt novum opus nunciatum; dicitur attentare: atquè adeò, per viam attentati; demoliri debere: tradit Lancellot. *de Attentat. part.*3. *cap.*28. *num.* 78. & Grammat. *in Conſ.* 83. *num.*4. At in Cauſa Cæſaris Ruſſo ſupra nominati: cum ſibi per dictum Venerabile Monaſterium Sancti Laurentii, propè Padulam; fuiſſet nunciatum novum opus: & Decreto D. Delegati dicti Venerabilis Monaſterii; injunctum: nè altiùs ædificium protenderet: ordine non parito; in altum elata Domo: Procuratore Monaſterii inſtante pro Demolutione, & exactione pœ-

næ

Digitized by Google

næ in Decreto contentæ; Non obtinuit: niſi Cæſaris carcerationem. Tandem facto acceſſu per totum S. R. C. ſuper faciem loci; ibidem cauſa in Cæſaris beneficium determinata fuit. ut patet ex prædicto proceſſu apud ſcribam Granatum.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LI.
### SUMMÆ.

1 *Legatum in eodem teſtamento bis ſcriptum: quandò utrumquè debeatur?* Comprobatur Deciſio *num.* 8.
*Quid, ſi bis ſcriptum fuerit, ejusdem quantitatis; in eadem ſcriptura? num.* 2.
3 ... *in duobus ſcripturis, bis ſcriptum; ſemèl debetur.*
*Reſtringe; ut num.* 4.
*Adducitur ſententia* D. Rodoer. *quam comprobatur nu.* 5. *&* 6.
7 *Legato in Teſtamento, omnibus Fœminis de Familia generalitèr relicto: ſi in Codicillis eadem quantitas, pro eadem cauſa, particularibus ejusdem Familiæ Fœminis relicta legatur. utrumquè debetur.*
9 *Legatum an cenſeatur ademptum: ſi Teſtator vivens; Legatario ſolvit; & Teſtamentum non mutavit?*
10 *Filiæ: Cui mille Pater in Teſtamento reliquit, pro Dote: ſi ſupervivens, nuptui tradidit cum Dote Ducatorum Octincentum: an eo mortuo; alii Ducati biſcentum, debeantur?*
11 *Legatum paternum: quandò, cum Dote promiſſa; compenſetur?*
12 ... *fraternum: quandò, cum legato paterno in beneficium filiæ emiſſo; compenſetur? contrà* Bald. Novell.
13 *Pro Maritagio Puellarum alicujus Familiæ; debetur illa, quæ tempore mortis teſtatoris, reperiebatur nupta: & exindè viduata; ad alias convolavit nuptias. Cum* Deciſ. noviſſ.

1 DE illo; diſceptatur hoc loco. Quandò Legatum in eodem Teſtamento bis ſcriptum; ſemèl Legatario debeatur? Pro cujus dubii reſolutione; plures caſus, diſtinguendi ſunt.

2 Primus caſus eſt: ſi Legatum ejusdem quantitatis, pro eadem cauſa: bis in eodem Teſtamento, ſcriptum reperiatur; ſemèl deberi, certum eſt: quoties de contraria Teſtatoris voluntate; non appareat. Eo ſtante: nam qui bis idem promiſit, ipſo Jure, ampliùs quàm ſemèl; non tenetur. *l. qui bis. ff. de verbor. Obligat.* De Luc. *ad Franch.* ſequutus D. Reg. noſtr. *hoc loc. in Obſervat.* 422. *num.* 7. Et voluit Surd. *in Deciſ.* 161. *num.* 3. At, ſi de Teſtatoris voluntate, manifeſtìm appareat; utrumquè deberi: ſcribit Cravet. *in Conſ.* 282. *lib.* 2.

3 Secundus caſus eſt: ſi eadem quantitas; in diverſis ſcripturis: utputà in Teſtamento, & Codicillis; legata fuiſſet: & ſimilitèr ſemèl deberi; probant, Cravett. *in Conſ.* 167. *num.* 10. *vol.* 1. Natta *in Conſil.* 483. *vol.* 3. *num.* 4. *&* 7. Ruin. *in Conſ.* 38. *num.* 16. *& in Conſ.* 133. *in fin. vol.* 5. De Præt. *de Interpetrat. ultimar. voluntat. lib.* 4. *pagin.* 472. *num.* 13. 14. *&* 17. *& pagin.* 674. *num.* 2. Ludovic. *commun. Concluſ. in concl.* 24. *vol.* 4. *verſic. ampliatur decimò.* Surd. *de Aliment. Tit.* 9. *quæſt.* 4. *num.* 11. Viv. *comm. Opin. lib.* 1. *opin.* 824. *&* Cavalcan. *in Deciſ. Fivizan.* 31. *num.* 1. *part.* 3.

4 At, id prodere in eadem ſpecie; in Teſtamento priùs; poſteriùs in Codicillis, legata: non verò in quantitate; quæ de ſui natura, multiplicationem non recipit. Tradunt Menoch. *lib.* 4. *Præſumpt.* 128. *&* Gomeſ. *var. Reſolut. lib.* 1. *de Legat. cap.* 12. *sub num.* 38. *verſic. ſecùs verò.* Indiſtinctè tamen hoc tenuit De Luc. *loc. allegat.* Alitèr ſcribit Rodoer. Quotiès Legati cauſa; recipit incrementum: utputà, ſi pro Dote, Anima, aut

5 quid ſimile relictum ſit. *in addit. ad De Marin. lib.* 1. *Reſolut. quotid. cap.* 273. *num.* 4. & ſumitur ex *l. quincena. ff. de probat.* Et probant Salycet. *ibid.* De Franch. *in adduct. Deciſ.* 422. *num.* 4. Ann. *in Conſ.* 91. *num.* 38. Marant. *in Reſpons.* 1. *num.* 77. *&* Lodoviſ. *in Deciſ.*

6 236. Secùs verò: ſi incrementum, & reiterationem; de per ſe, non reciperet: quia tunc, ob cauſæ unitatem; non reiterabilem ſemèl præſtari debet. *l. libertis.* 18. *ff. de Aliment. & Cibar. legat.* optimè Menoch. *loc. indicat. num.* 18.

7 Tertius caſus eſt: ſi in duobus ſcripturis: ſcilicèt in Teſtamento generalitèr relictum legatur pro Dote omnibus de Familia, in Codicillis verò particularitèr uni ex Mulieribus de eadem Familia, alia quantitas major, vel minor, in Cauſam Dotis, ſimilitèr relicta ſit; Et utrumquè deberi; ſolidè fundat, De Marin. *in citat. cap.* 237. *ex num.* 4. rejectis contrariis argumentis *num.* 8. & videatur Bald. *in Conſ.* 349. *num.* 2. *vol.* 4. *& in Conſ.* 140. *vol.* 5. ſequitur Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. pagin.* 395. *verſic. ſextò obſervo.*

8 Quartus caſus eſt: ſi eodem Teſtamento, duo Legata ſcripta; legantur in gratiam unius: ſed à diverſis porſonis præſtanda: ut deciſum habes, hoc loco. Et probat de Luc. *in loc. præallegat.* Atquè deciſum fuit, per S. R. C. de Anno 1561. in Cauſa Zenobiæ de Laurentiis, cum Antonio de Joanne: referente tunc Regio Conſiliario Felice de Rubeis: ut oſtendit mihi D. Conſil. Cangianus, in quodam Proceſſu in Banca Mancuſii. Præcipuè, ſi unum Legatum; altero majùs ſit: argumento præſentis Deciſionis. Pro qua; adduco Bartol. *in l. ſi conſul. num.* 2. *ff. de Adopt. & in l.* 2. *ff. de ſtipulat. ſervor. &* Phæb. *in Deciſ.* 56.

9 Quid dicendum: ſi Teſtator, Legatum alicui relictum; ſolviſſet: & ſupervivens; Teſtamentum non mutaſſet: nùm debeatur? Affirmant Surd. *in Deciſ.* 14. *num.* 8. Gratian. *in Diſcept.* 565. *num.* 62. *Alios* conducit Urceol. *Conſultat. lib.* 2. *cap.* 83.

10 Fallit in Filia: Cui Pater vivens, pro ejus Dotibus; reliquit Mille: Indè antè Teſtatoris fatum, ab ipſo nupta; Octincentum Viro, pro illius dote, aſſignavit: mortuo demùm Patre, alios Ducatos biſcentum; injuſtè petit: Teſte De Marin. *cit. lib.* 1. *Reſolut. cap.* 93. Et approbant D. Reg. noſt. *in Conſultat.* 17. *num.* 6. *lib.* 1. Arias de Meſa *var. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 11. Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 4. *quæſt.* 30. Contrarium verò; voluerunt Paſcal. *de virib. Patr. poteſtat. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 94. *& part.* 2. *cap.* 6. *num.* 37. Ciarlin. *lib.* 2. *Contr.* 232. Rodoer. *ad De Marin. in adduct. cap.* 93. *num.* 1. *verſic. addo.* Et noviſſimè Altimar. *ad Rovit. lib.* 1. *Conſ.* 32. At eſſe quæſtionem conjecturalem; dicit De Luc. *loc. adduct. num.* 3.

11 Et illud ad ornatum; adnotabo: Patrem, qui priùs Dotem Filiæ; promiſerat: deinde Legatum, in illius gratiam; ſcripſit: Legatum, cum Dote compenſare, voluiſſe indicant. Menoch. *Præſumpt.* 109. *nu.* 16. Pariſ. *in Conſ.* 95. *vol.* 2. *nu.* 38. Petr. Gregor. *de Dot. quæſt.* 12. *& quæſt.* 33. *in fin.* Hieronym. de Laurent. *in Deciſ. Aven.* 56. Diſtingunt verò alii: Legatum ſortis: à Legato ſpeciei. Pro quo lege Menoch. *loc. citat. &* Mantic. *de Conject. lib.* 10. *tit.* 2.

12 In Legato, etiàm Fraterno: ſivè majus: ſivè minus; ſit Legati Paterni: pro Dote Filiæ relicti; procedere idem: ità, ut cenſeatur, Fratrem, Legatum ſuum, cum Paterno; voluiſſe compenſare: quia debitum Paternum, eſt neceſſarium: probant Guttier. *de Tutel. part.* 3. *cap.* 50. *nu.* 74. De Præt. *loc. indicat. lib.* 4. *dub.*

6. *num.*

Digitized by Google

6. *num.* 14. Magon. *in Decis. Florent.* 13. *ex num.* 23.
Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. artic.* 37. *pagin.* 391.
*verſic. ampliatur.* & Paſcal. *in adduct. part.* 2. *cap.* 6.
*nu.* 41. licèt in contrarium propugnet Novell. *de Dot.*
*part.* 6. *Privileg.* 25.

13 Hodie mane, Die 12. Octobris 1675. obtinui pro Julia
Majorino, adversùs Magnificum Curatorem hæredita-
tis quond. Jacobi Anelli Majorino: referente in M. C.
V. Judice Antonio Golino, Cauſæ commiſſario, coràm
Ill. Principe Satriani, Regente dictam Magnam Cu-
riam, & Judicibus Ochoa, Marciano, Vargas y Machu-
ca, & Mareſca: Legatum relictum, pro Maritagio Puel-
larum alicujus Familiæ; debere illi, quæ tempore
mortis Teſtatoris; reperiebatur nupta: & deindè, vi-
dua effecta; ad alias convolavit Nuptias: Rationibus
traditis per Rovit. *in Cons.* 33. *lib.* 1. cujus meminit Cen-
ſal. *allegat. loc. pagin.* 395. *vers. sexto Observo.* Thor.
*compend. Decis. part.* 2. *verb. Legatum factum ab ali-
quo Teſtatore.* & *verb. Legatum factum pro Maritagio
Puellarum.* Proceſſus eſt in Banca de Anſalone.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LII.

### SUMMÆ.

1 *Legatum Alimentorum, alicui factum: ſi velit cum
hærede morari; debetur, etiàm ſi, Legatarius, cum
hærede manere noluerit. Comprobatur* Deciſ. *adver-
sùs* Aſin. & Garavit.

*Fallit: ſi per modum conditionis; id ordinatum reperi-
atur. num.* 2.

*Niſì legitima, accedat causa. num.* 3.

4 *Dictio* Dummodò: *quandò conditionem inducat.*

5 *Alimenta; Uxori relicta: ſi velit cum Filiis morari;
debentur Filiis præmortuis.*

*Amplia, ut num.* 6.

7 *Uxor relicta Usufructuaria: quandò, præmortuis Fi-
liis; integer ei, quæratur Usufructus?*

8 *Alimenta præſtanda in Domo hæredum: ſi extrà il-
lius Domum præſtentur: qualitèr taxanda ſint?*

9 ....*ſumminiſtranda ſunt: juxtà qualitatem per-
ſonæ.*

10 ....*auctis facultatibus; augentur. Et diminutis; non
diminuuntur. num.* 13.

11 ....*Quomodò taxentur? cum* Deciſ. noviſs.

12 *Alimentorum appellatione: quæ veniant?*

14 *Legatum Alimentorum: quandò, pro ultimo Anno; ad
hæredes transmittatur?*

1 HYperaſpiſtica Deciſionis præſens Obſervatio.
Non placet Nobis, clauſulam illam, in Legato
Alimentorum, adjectam *volendo reſtare in mia Casa
con li miei figli*; conditionem inducere: ſequuto Jo:
Bapt. Aſin. *de Execution.* §. 9. *cap.* 50. *num.* 7. & Petr.
Caravit. *apud Thor. in ſupplement. compend. verb. Le-
gatum Uſusfructus.* Etenim, Verbum illud, *Volendo*;
arbitrium Voluntatis, denotat: & ad favorem Lega-
tariæ, Legatum prolatum fuiſſe; inſpicitur. Cavalcan.
*in Decis. Fivizan.* 17. *tom.* 4. *num.* 6. Sanfelic. qui ſic
deciſum dicit, *in Decis.* 203. *in fin. tom.* 2. Et concur-
rit Prat. *ad Pascal. de virib. Patr. poteſtat. part.* 3. *cap.*
8. *verſic.* & *quòd uxor.* Idquè obtinuiſſe etiàm in S. R.
C. Julia Tortelli Vidua D. Franciſci Petra: juxtà tra-
dita, per Amendolam, qui in Caravitam ſcripſit, de-
monſtrat Thor. *citat. loc.* & ipſo referente, Merlin. *Cen-
tur.* 2. *Controvers.* 40. cujus noviſſimè: meminit D. Pe-
tr. *in Rit.* 227. *tom.* 2. *num.* 17. ubi dicit, eandem ſen-
tentiam; executioni, non fuiſſe demandatam: quia
partes, ad amicabilem compoſitionem; devenerunt.

2 Si verò habitandi neceſſitatem; Legatariæ, Teſta-
tor impoſuiſſet: Contrarium procùl dubio; affirman-
dum erit. Ceſſat namquè, hoc caſu; Legatariæ favor;
intratquè hæredis commodum: uti cum ſententia D.
Reg. noſtri *num.* 3. concurrunt Sanfelic. *in citat. Decis.*
203. *sub num.* 8. Trentacinq. *Tit. de Aliment. Resolut.*
1. *ex num.* 24. Borrell. *in summ. Decis. tom.* 3. *Tit.* 22.
*ex num.* 99. *ad* 111. Caſtill. *tom.* 4. *Controv.* 60. *ex num.*
19. Merlin. *in adduct. loc. num.* 40. & 41. Intrigliol. *in
ſingular.* 142. *tom.* 2. *num.* 2. Cavalcan. *de Uſufruct. nu.*
138. & *in Citat. Decis.* 17. *nu.* 5. Cancer. *part.* 1. *cap.*
16. *ex num.* 15. Surd. *de Aliment. Tit.* 4. *quæſt.* 15. *ex
num.* 1. Paſcal. *cit. tract. de virib. Patr. poteſtat. par.* 2.
*cap.* 3. *num.* 103. De Marin. *lib.* 1. *Resolut. cap.* 347. *nu.*
25. & Marott. *Discept.* 38. *nu.* 32. *tom.* 1.

3 Niſì ea cauſa urgeat, cujus occaſione, cum hæredi-
bus habitare; conveniens non ſit. Rodoer. *in Conſ.* 5.
Ut puta, ortæ inimicitiæ cauſæ: aut ſimilis. Ant. Cord.
*de Aliment.* §. *ſi quis ex his. ex nu.* 21. *ad* 35. Ambro-
ſin. *in Decis.* 16. Jac. Machel. *patroc.* 47. Gabed. *in De-
cis. Portugal.* 178. Cavalcan. *in Decis. Fivizan.* 8. *nu.*
52. *tom.* 3. Peguer. *in Decis.* 20. Fontanell. *de pact. Nupt.
claus.* 8. *part.* 11. *ex num.* 32. Jul. Capon. *in tract. cujus
inscriptio eſt de Dot. in l.* 2. *ff. ſolut. Matrim. quæſt.* 8.
*num.* 95. & Thor. *part.* 1. *compend. verb. Alimenta Fi-
liis relicta.* Quandò verò dictio, dummodò, modum,
4 vel conditionem inducat, conſule Ann. *in Allegat.* 132.
*num.* 6. & *in ſingul.* 180. & Danz. *de pugn. Doctor. tom.*
2. *de diction. cap. unic. pag.* 606. *verſic. dictio, dum-
modò?*

5 Modò, ſuccedit obſervandum: nùm talia Alimenta
Uxori relicta, mortuis filiis; debeantur? Primo caſu,
qui verè mixtus eſt: pro Uxore; reſpondet, D. Reg.
noſter cui accinunt Sanfelic. & Merlin. *in ſedib. indi-
cat.* Menoch. *lib.* 4. *Præsumpt.* 123. & Cancer. *lib.* 3.
*Tit. de Legat. num.* 209. Idquè paritèr, affirmandum
6 in Legato: *donèc cum filiis moretur* probant. Theſaur.
*lib.* 1. *quæſt.* 54. *num.* 3. Surd. *loc. cit. tit.* 8. *Privileg.* 23.
& Vivian. Cirocch. *Discept.* 16. *ex num.* 16.

7 Confert, quod Uxori relictæ Uſufructuariæ: liberis
hæredibus inſtitutis: licèt ab talem inſtitutionem, non
integrum Uſumfructum, ſed tantùm Alimenta, juxtà
*Bulgari Consuetudinem*; debeantur: præmortuis ta-
mèn Filiis, ex quò hæreditas ad extraneos devolvenda
eſt; integrum Uſufructum illa validè petit: ſi per
vulgarem ſubſtitutionem; extraneus, in hæreditate
admittendus veniat. Mareſcot. *lib.* 1. *var. cap.* 29. *num.*
15. Gabr. *Commun. Conclus. Tit. de Uſufruct. Concl.*
3. *num.* 10. De Marin. *in citat. Resolut.* 347. *num.* 6. ubi
per plures *numeros sequent.* ponit alios caſus, quibus
uxor: præmortuis Filiis, & admiſſo in ſucceſſione per
aliquam ſubſtitutionem extraneo; integrum Uſufru-
ctum conſequatur.

8 Obſervo ulteriùs in hac Controverſia: S. R. Con-
ſilium, etſi opinionem pro uxore ſequutus fuiſſet: ta-
men, quià morando, cum Filiis, cum minori impen-
ſa illorum; Alimenta præſtarentur: quàm extrà do-
mum: Ideò in ſententia dixit: præſtanda eſſe Alimen-
ta prædicta, juxtà liquidationem faciendam. Quod
approbant Capon. *loc. citat. num.* 95. Petr. de Ubald.
*de duob. Fratrib. part.* 6. *quæſt.* 33. Marcab. ab Anguil-
lar. *in Cons.* 110. Gabed. & Ambroſin. *in ſedib. indi-
cat.*

9 Propterea nota unum. Alimenta, ſivè intrà, ſivè
extra Domum legantis alicui: Hominis, aut Legis di-
ſpoſitione, debita; præſtari debere: juxtà Alimentarii
conditionem. Tiraquell. *de Nobilitat. cap.* 20. *nu.* 141.
& 142. Gratian. *tom.* 1. *Discept.* 104. *num.* 29. & *tom.*
2. *Discept.* 399. *num.* 5. & *tom.* 4. *Discept.* 613. & 750.
*num.* 10. Capon. *loc. adduct. quæſt.* 4. *num.* 5. De Ma-



Digitized by Google

*rin. Reſolut.*349. *num.*2. *lib.* 1. Caſar. *in ſpecul. quaſt. peregrin. quaſt.* 21. §. 2. *num* 28. Et auctis facultati-
10 bus, augenda eſſe Alimenta; docuit latè Salgad. *de protect. Reg. part.*4. *cap.*7. *ex num.*88. *ad* 98. Et videatur Gratian. *in cit. Diſcept.*613. *ex nu.*18. *ad* 25.

11 Qualitèr verò taxentur; ponunt Ricc. *in Collect.* 97. Cavalcan. *in Decis. Fivizan.* 8. *ex num.* 58. *tom.*3. *&* Ann. *in ſingular.*23. At id, Judicis arbitrio; remiſſum iri: probant Menoch. *de Arbitr. caſ.* 169. Cravet. *in Conſ.*189. *in fin.* Gratian. *Diſcept.* 552. *num.* 4. *& Diſcept.*613. *num.*1. 2. *&* 3. *& Diſcept.*954. *num.*37. *&* 38. Undè licèt Scipio Pironti: pro Alimentis ſuorum Filiorum, hæredum inſtitutorum, in ſuo Teſtamento; legaſſet: ſolvendos eſſe Iſabellæ Mareſca, eorum Aviæ, per Tutores dictorum hæredum; Ducatos Mille Annuos: tamen, per S. R. C. referente tunc Judice poſtmodum Regio Conſiliario Cangiano; Alimenta prædicta, fuerunt aucta, ad ducatos mille, & quatuor centum: pro ut eſt videre in Proceſſu in Banca Franciſci Albano, quod ſcribam Anellum Perſicum. Nec non; vide poſita ad rem, per Simon. de Præt. *de interpetr. ultim. Volunt. lib.* 4. *dubit.* 11. *num.* 45. Quæ verò, A-
12 limentorum appellatione, veniant; legitur *in l. verbo Victus.* 43. *ff. de verbor. ſignific. & in l. Legatis.* 6. *ff. de Aliment. & Cibar. legat.*

13 Et illud notà: quòd, ſi pro Alimentis, fructus alicujus Fundi; aſſignati ſint: alimentarius, Collectas ſolvere; non tenetur: quia ſibi, abſquè onere; Alimenta debentur; & indiminuta cum tali oneri ſubjiciatur hæres: ut deciſum demonſtrat Ciarlin. *Controv.* 209. *num.* 14. *tom.* 2. Contraria rejicit Surd. *in allegat. Tit.* 8. *Privileg.* 91. & in Cenſu tradit Coſt. *de portion. rat. quaſt.* 108. *num.* 4.

14 Poſtremò, prætermittendum non eſt: ſi Alimenta, in aliqua Annua quantitate, Viduæ debita; taxata ſint: ea mortua; ad ſuos hæredes tranſmittere integram quantitatem, ultimi Anni: licèt in ipſius Anni principio; Fato laberetur; Probant Marant. *in Reſponſ.* 38. *tom.*3. Capiblanc. *de Baron. Pragm.*5. *nu.* 25. Cancer. *tom.* 1. *de Aliment. cap.*16. *nu.* 32. Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 5. *Tit. de Aliment. quaſt.* 9. *nu.*4. De Præt. *loc. citat. ex num.* 90. *ad* 97. Ricc. *in collect.* 96. Cavalcan. *de Uſufruct. pagin.* 563. *numer.* 138. Trentacinq. *var. Reſolut. Tit. de Aliment. Reſol.*1. *n u.* 16. Sforz. Odd. *de in integr. Reſtit. part.* 2. *quaſt.* 97. *n.*6. Rodoer. *ad De Marin. cap.*152. *nu.*14. De Franch. *in Decis.*155. *& ibi* De Luca.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LIII.
### SUMMÆ.

1 *Pater: attenta* Conſuetud. Barenſ. *non excluditur à ſucceſſione, inteſtata Filii; in Dotibus Maternis. Notatur* Aſcia. *nu.*8.
2 Conſuetud. Bar. Dos à Patre: *non concordat, cum* Conſuetud. Capuan. & Nidi.
3 *Decedenti, ab inteſtato, abſquè liberis; ſuccedunt proximiores: attenta* Conſuet. ſi quis, vel ſi qua.
4 *Patre, & Matre; exiſtente in medio: cùr* Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua; *non obtineat?*
5 *Pater, de Jure* Auth., Codic., & Digeſtor. *Filiis ſuccedit.*
6 ... *attento Jure* Digeſtorum; *excludebat Fratres, in ſucceſſione Filii.*
7 Conſuetud. Bar. Dos à Patre. *non loquitur in Patre, Filio ſuperſtite.*
9 *Filii: quandò, uti Filii; ſuccedant in Dote Materna? Declarantur* Aſcia, & Gizz.
10 *Lucra Maritalia, Matre præmortua: de Jure communi; Filiis, non competunt.*
*Fallit: attenta* Conſuetud. Bar. *cum* Deciſ. *num.*11.

1 Revocato Decreto M. C. V. communi Regiorum Conſiliariorum voto; deciſum hìc habes: Conſuetud. Bar. *Dos à Patre profecta. ſub Tit. de Jur. Dot.* Patrem, à ſucceſſione Filii ab inteſtato decedentis; in Do-tibus Maternis; non excludere: quemadmodùm illa non
2 concordat, cum *More Capuani, & Nidi.* Deciſionem approbant D. Conſiliar. Hodiern. *Controverſ. cap.*34. *num.* 78. D. Reg. de Marin. *Reſolut. lib.*2. *cap.*167. *num.*12. & Noviſſimè D. Carol. Anton. de Luc. *ad Franch. in Obſervat.*391. *nu.*11. *verſic. Filii ſuccedunt, ut Filii.*

3 Ratio à priori; ea eſt: nam ſicut per Conſuetud. noſtræ Civitatis Neapol. cujus exordium eſt; *ſi quis, vel ſi qua.* diſponitur: quòd, aliquo ab inteſtato abſquè legitimis liberis, decedente; ſuccedant in bonis Maternis, proximiores ex parte matris: in Paternis verò itidem hujus lineæ; proximiores: non includitur Pater: Ut præceteris; tradit Provenzal. *in Obſervat. ad citat. Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. Obſervat.*22. *ex num.*11. *ad fin.* Quia illa;
4 non loquitur de Patre, aùt Matre: idcircò; habentur pro omiſſis: & reſpectu eorum, ſucceſſio, remanet ſub Juris Communis diſpoſitione. De Franch. *in Deciſ.*91. *num.* 23. *& ibi* De Luc. Cujus, ſivè Authenticorum, ſivè Co-
5 dicis, intraſpiciamus Jus, ſivè Digeſtorum: etiàm Patrem, filio ſuccedere, abſquè hæſitatione; conſtat. §. *ſi quis igitur, il primo. Auth. de Hæredib. ab inteſtat. venient. Auth. defuncto. C. ad Senat. Conſult. Tertullian. l. ſancimus. C. commun. de ſucceſſ. l. ſcripto Hærede. in fin. ff. Undè liber. l. Jure ſuccurſum. ff. de Jur. Dot. l. nam etſi parentib. ff. de inoffic. Teſtament.* Quo digeſtorum atten-
6 to Jure; Pater ſuccedebat: excluſis etiàm Fratribus, defuncti Filii. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. rub.*7. §.6. *Gloſſ. Mais le pere ſuccedera. verſic. illud erat.*

7 Ità etiàm quia *in citat. Conſuetud. Bar. Dos à Patre:* Patris ſuperſtitis, Filio prædefuncto; nulla mentio facta legitur. ideò Hunc caſum, ſub Juris communis diſpoſitione; relictum, remanet. Ità, in comprobationem *præſentis Deciſionis;* concludit De Luc. *loc. citat.*

8 Nec eſt curandum de Sempron. Aſcia. qui *in determinat.*99. *num.*16. voluit, quòd, attenta *Conſuetud. prædict. Bar.* licèt Pater, filio ſuccedat; eandem ſucceſſionem in legitima tantùm, reſtringatur. Etenim, ſi hic caſus regulatur ſecundùm Jus commune; ſequitur, quòd non tantùm legitima: ſed integra ſucceſſio, juxtà illius diſpoſitionem; patri ſuperſtiti, debeatur. Alia in caſu ſimili; ponderat Napod. *in allegat. Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. nu.* 132. *&* 181.

9 Succedit videndum: num verum ſimplicitèr; ſit ejuſdem Aſc. traditum in *determinat.*9. *num.*23. ſicut Gizz. retulit *num.*4. Quòd Filii; in Dote ſuccedant: uti Filii: non tamquàm Matris hæredes: attenta *dict. Conſuetud. Dos à Patre.* Cùm tale aſſertum procedat, quotiès Filia Dotata: Patre vivente; moritur: quia, cùm *Conſuet. prædict.* Dotem à Patre auferat; & det Filiis: quæ attenta *l. Dos à Patre. C. ſolut. Matrim.*, ad eos non pertinebat. Meritò ſequitur Filios; in tali ſucceſſione, venire: tanquàm Filios: non uti hæredes, providentia tamen *Conſuetud.* At ſi Filiæ Dotatæ; Pater prædeceſſerit: alitèr dicendum eſt. Quia cùm Dos per Patris mortem, ipſi Filiæ, loco ſucceſſionis habeatur; conſequens eſt: ut Filii ſuccedant in Dote, tanquàm Matris hæredes: prout, optimè; concludit Maxill. *in citat. conſuetud. Dos à Patre. ex nu.*7. *ad* 12. Et noviſſimè D. Joan. Bapt. de Luc. *in tract. de Dot. Diſcurſ.*105. *num.*12.

10 Modò occaſione *Conſuetud. Bar.* fas ſit Nobis; unum, extrà ordinem, ponere. Attento altero Jure Municipali, ejuſdem Civitatis, licèt per Tex. in *l. ſi liberis C. de Donat.*

Digitized by Google

*nat. ant. Nupt.* nullo modo Filii, Matre præmoriente;
poſſint à Patre, lucra Maritalia haberi. Fab. *in ſuo Codic.*
*lib.* 5. *Tit.* 1. *diffinit.* 6. De Franch. *in Deciſ.* 182. *num.* 4.
Molfeſ. *ad Conſuetud. Neap. Tit. de Jur. Dot. part.* 7. *quæſt.*
10. & Molin. *de Rit. Nupt. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 145. Benè
11 ab illo petuntur: ut *in Conſuetud. ſi Mariti morte. in Con-*
*ſuetud. extincta Muliere. in Conſuetud. ſi matrimonium.*
*& in Consuetud. in omnibus. Tit. de Donat. inter Vir. &*
*Uxor; & in Conſuetud. ſi alterius. Tit. ſolut. Matrim.*,
& ibi Maxill. Ea ratione: nam Filii, Matre mortua; illius
perſonam (illo jure attento) repreſentant; ejuſquè locum
tenent. At cùm de hoc, in Curia ejuſdem Civitatis Ba-
rii; diſceptari contigiſſet, in Cauſa Franciſci de Attolito,
& Antoniæ de Vento, cum Antonio, & Franciſco Colel-
la: harum *Consuetud.* diſpoſitionis; nulla fuit habita ra-
tio. Fuitquè, pro quantitate petita; præſtita Aſſiſtentia,
ſupèr bonis in Judicio deductis, in gratiam dictorum de
Colella. Introducta poſtmodùm Cauſa in M. C. V. per
viam Nullitatum; inter quas, una erat diſpoſitio prædi-
ctarum *Consuetud.* ſub Patrocinio noſtro: referente tùnc
Judice, poſteà Regio Conſiliario D. Franciſco Rocco; pro
Nullitate, deciſum extitit: Pro ut eſt videre in Proceſſu
in Banca Antonii Cæſarii. Tandèm Partes; ad Concor-
diam devenerunt.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LIV.

### *SUMMÆ.*

1 *Veneno; venenum curatur, quandoquè.*
2 *Privilegio; privilegium: in pari Privilegio, ſuffultis; con-quaſſatur.*
3 *Minor: nùm ſuccurratur adversùs Minorem; per reſti-tutionem in integrum: in mutuo; deperdita Pecunia? Contrà* Fabr. *ſtant* Fontanell. & Staib.
4 *Electio fori: non competit privilegiato, contrà paritèr privilegiatum.*
*Fallit, in Senatu Cathaloniæ. num.* 5.
*Item, adversùs Curialem. num.* 6.
7 *Curialis exterus; trahit reum, ad suum Tribunal. Con-trà* Caravita.
8 ... *ſi vigore ceſſionis; agat: nùm Fori Privilegium; con-ſequatur? Adversùs* Caravit. & Muſcatell.
*Quid in ceſſione: ex causa lucrativa, obtenta? Reiici-tur* Caravit. & *Comprobatur* D. Reg. noſtr. ex aliis: *cum* Deciſ. *num.* 9. *sed contrarium, noviſſimè, decisum refertur.*
10 *Miserabiles personæ; agentes, ex Jure ceſſo, causa lucra-tiva: quandò Fori Privilegium: fruantur? sequitur* D. Conſil. Petr. *adversùs* Capiblanc.
*Quid, ſi ceſſio; in potentiorem, facta ſit? num.* 11. & 12.
13 *Virgo habens patrem fruitur beneficio electionis fori contra* D. Reg. noſtr. & alios *comprobatur* Gizz. & *nu.* 14. 17. 18. & 19.
15 *Pater bonorum profectitiorum filii eſt dominus.*
16 *Filius patre vivente in bonis adventitiis nullum ha-bet commercium.*
19 *Virgo appellatione viduæ continetur.*
20 .. *pro ſtupro in ipsam commiſſo quando electionem fori obtineat! declaratur* Gizz. & *carpitur* Merend.
21 *Stuprans Virginem volentem non punitur.*
22 *Virgo ſi poſt electionem fori factam, lite non conteſtata, virum duxerit; electione non fruitur: comprobatur* Gizz. Deciſione *noviſſima, & num.* 23.
24 *Uxor durante Viduitate gaudet privilegiis viri.*
25 .. *ſtudioſi Vidua fruitur foro demortui viri.*
26 *Fidati Menepecudum Apuliæ non habent privilegium fori contrà Neapolitanos. Carpitur* Gizz. & *reſpuun-tur* alii *cum* deciſ. noviſſ. & *nu.* 27. & 28.
29 *Miserabilis persona non habet beneficium electionis fo-ri contrà tutorem.*

1 VEneno, venenum curari quandoquè, tradit Ca-
ſtor Durantes *in ejus Herb. pagin.* 7. *de Aconit.*
2 Privilegio privilegium conquaſſari, inter pari privile-
gio ſuffultos, habetur in *l. verum* 13. §. *ultim. ff. de mino-*
*rib.* quam ſumpta Regula deſumit Fab. *in suo Codic. tit.*
*de sacrosanct. Eccles. diffinit.* 16. Minorem adverſus mi-
3 norem validè haùd in integrum reſtitutionis beneficio
ſuccurrendum petere, ſi mutuatam ab illo pecuniam
perdidit, ſed contrà Fabr. ſtàt Fontanell. *de pact. nuptia-*
*lib. claus.* 4. *gloſſ.* 12. *num.* 111. & *vide* Staiban. *in obser-*
*vat. ad resolut. suam* 55. *ex num.* 40. *lib.* 1.
4 Quòd verò non hæſitatur apud Noſtros illùd eſt, re-
gulam iſtam adaptari ad materiam *l. unic. C. quand. im-*
*perat.*, ut inter multos quos vidiſſe recordor ſcribunt
ſolidius Franch. *in decis.* 16. *num.* 3. & Capiblanc. *de Ba-*
*ronib. tom.* 1. *pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 349. Niſi in Senatu
5 Cathaloniæ ea de re agatur teſte Cancer. *tom.* 2. *var. cap.*
6 2. *num.* 23. Aut cum Curiali nè à loco occaſione litis,
quo ſuum exercet officium diſtrahatur Pitagn. *apud De*
*Marin. tom.* 3. *resolut. Alleg.* 100. Sanfelic. *in decis.* 291. *n.*
4. Merlin. *controv.* 64. *tom.* 2. Staiban. *in observat. ad re-*
*sol.* 92. *num.* 72. De Ponte *in decis.* 36. *ex num.* 4. Carle-
val. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *quæſt.* 6. *sect.* 7. *nu.* 589.
& noviſſimè D. Collega Altimar. *ad Rovit. in decis.* 49.
7 *num.* 30. licet eo loco ortus non ſit D. Conſil. Petr. *ad rit.*
*M. C. V.* 228. *ex num.* 7. *tom.* 2. quicquid ſibi involvat Ca-
ravit. cujus dictum Noſtra Tribunalia reſpuunt in
*rit.* 132.
8 Amplia, etſi tamquam ceſſionarius agat, etenim di-
ſpoſitionem *Rit.* receſſiſſe ab aula ex Caravit. & Mu-
ſcatell. etiam in ceſſione lucrativa dicit De Luc. *ad*
*Franch. obſervat.* 195. *num.* 1.
9 Sed contrà Caravit. ſtat Carleval. omninò legendus
*loc. allegat. num.* 591. Petr. *in adduct. loc. num.* 11. *juxtà*
*fin.* & D. Reg. noſter *hoc loco num.* 12. ſcribens perbellè
Caravit. diſtinctionem de ceſſione lucrativa, vel onero-
ſa non eſſe uſu receptam, & quod plus eſt Capiblanc.
tradit Caravit. erraſſe *Rituſque* diſpoſitionem in viridi
obſervantia eſſe in noſtris ſupremis ſubſelliis, & ità de-
ciſum fuiſſe addit in cauſa Ignatii Schipani ceſſionarii
ex cauſa lucrativa cum Camilla Chriſtiano, cujus cau-
ſa fuit remiſſa ad Curiam Civitatis Tabernæ *in citat.*
*tom.* 1. *pragm.* 8. *part.* 2. *num.* 132. Contrarium verò hoc
hodie 13. Septemb. 1678. fuit deciſum in cauſa propria
qua ago tanquam ceſſionarius ex cauſa lucrativa D.
Thomæ de Cayano de Sancto Severino, contra Juliam,
& Petrum de Alexio ejuſdem ſtatus per S. R. C. referente
D. Judice D. Hectore Caracciolo in aula D. Conſil. Eraſ-
mi de Ponte denegando petitam cauſæ remiſſionem
ad Curiam Sancti Severini; acta ſunt in banca de Boctis
apud ſcribam Riccum.
10 Et recentius D. Petr. *eod. indicat. loc.* voluit miſerabili-
bus perſonis ex ceſſione obtenta ex cauſa lucrativa
agentibus permiſſam eſſe fori electionem, niſi ea ceſſio
cum fraude facta ſit, & in idem concurrunt De Franch.
*in deciſ.* 195. & *ibi* De Luc. *num.* 2. Conſil. Rocc. *tom.* 2.
*reſponſ.* 47. ſed hoc aſſertum non admictit Capiblanc.
*in ad. pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 351.
11 In ceſſione tandèm in potentiorem facta extat locus
Joan. De Amic. *in conſ.* 24. *num.* 17. pro quo illud addu-
citur fundamentum tales ceſſiones regulariter nullius
roboris eſſe Rodriq. *de execut. cap.* 3. *ex num.* 25. Cujac.
*lib.* 8. *obſervat. cap.* 31. & Olea *de Ceſſion. jur. tit.* 2.
*quæſt.* 4.
12 Secundo obſervandum ſuccedit, an verum ſit Virgi-
nem patrem habentem electionis, & variationis Fori,
Privilegium non gaudere: juxtà tradita, per D. Reg. no-

ſtrum num. 5. Cujus opinionem, ſequuti ſunt Gratian.
Diſcept.tom.1.cap.421.num.69.De Marin.lib.1.Reſolut.
338.Laganar.ad Rovit. in Pragm.1. de remiſſion. cauſ.,
& Novar.de elect.& variat.For. part.2.ſect.2. quæſt.8.
nu.1.& part.1.quæſt.13.ſect.2.nu.3.
13 Sed contrariam ſententiam,ſectantur Gizz. hic num.
5.De Franch.in Deciſ.100.Et ibi,noviſſimè,De Luc.nu.
1.Andreol.in Controv.425.Trentacinq.lib.2.var.Tit. de
citat.Reſolut.2.num.16. Prat. lib.1. Diſcept.13. Calà de
Modo Articul.§.1.Gloſſ.1. num.111. Annichin. de Præ-
vent.quæſt.3. cap.3.ſub num.48. Novar. ſibi contrarius
loc.indicat.part.2.quæſt.7.Capiblanc. adduct.loc. tom.1.
Pragm.8. part.1.num.328.Carleval.loc.allegat.lib.1.Tit.
1.Diſput.2.quæſt.6.ſection.7.num.536.& 537. Joan.De
Kart.in Deciſ.Sardin.72. D.Petr. eod.loc. Rit.230. num.
26.Et noviſſimè D.Altimar. ad Rovit. in cit. Deciſ.49.
num.1.
14 Diſtinguit Danz. Ut prior opinio; procedat in Cauſa
15 Civili: quia Pater in bonis profectitiis; eſt Dominus.
Cald.Pereyr. in l. ſi Curatorem habens. verb. læſis num.
115.C.de in integr.reſtit.minor.Paſcal.de virib. Patr.Po-
teſt.part.1.cap.3.num.10.Et reſpectu adventitiorum, eſt
16 legitimus adminiſtrator,ſuper quibus, lex; Filio(Patre
vivente) vetat omne commercium, tàm ſuper uſufru-
ctu;quam proprietate.l. fin.§. Filiis autem Familias. C.
de bon.quæ liber.Solorzan.de Jur.Indiar.tom.2.lib.2.cap.
25. Paſcal. loc. indicat. ex num. 31. ad 36. Peregrin. de
Jur.Fiſc.lib.5.num.128.Fab.in citat.Cod. Tit.de bon.quæ
liber.diffinit.4.Carleval. ubi ſup. lib.1. Tit.3. diſput.20.
num.2.Duard.de Cenſib. quæſt.18.num.49.& 50.Hunn.
in Encycloped.Jur.part.1.Tit.10.cap.9. ex num.18.Ma-
tin.de legitimat.perſon.cap.4. num.49. & Rot. Roman.
poſt Rodriq. de concurſ. in Deciſ.11. ex num.14. ad 19.
17 In cauſa Criminali verò: Cùm, Patri, Jus accuſandi;
non competat:contrarium tenendum eſſe; concludit ci-
tat.Danz.in tract.de pugn.Doctor.Tit. de remiſſ. cauſ. ex
num.3.
18 Tu tandèm:quicquid ſibi dicat D. Reg. noſter: etſi id
Prætorii ſcito; convallare præſumat; aliiquè contradi-
centes, velint: indiſtinctè dicas, Virginem, Patrem ha-
bentem; Fori electione; atquè variatione, gaudere. Illa
19 namquè,appellatione Viduæ;continetur.Carleval. loc.
allegat. nominatim reſpuens Novar. Et hanc ſenten-
tiam, nullam habere hæſitationem; tradit Prat. ad Pa-
ſcal.loc.citat.part.2.cap.2.pagin.242. verſic. præcedenti,
finitima eſt quæſtio. & De Petr. in Conſ.13.num. 1. Et
ità; determinatum refert, idem Prat. citat. Diſcept.13.
num.101.
20 Quid dicendum in Virgine: pro ſtupro, in ipſam
commiſſo? Affirmat Gizz.num.8.At diſtinguendum pu-
to inter Virginem, quæ ſtuprum, ſub ſpe matrimonii
paſſa fuit:vel violentèr,& illam:cui, accedente volunta-
te;id evenit.Primus eſt caſus Deciſionis De Franch.599.
quam omnes ſequuti ſunt pro electione, & extendunt
etiam in ſtupro violento.In voluntario tamen, Privile-
gium non opitulari; conſtantèr autumo: quia volenti;
non fit injuria: & ſua culpa; Virginitatis qualitatem
amiſit.Foller.in Conſtit.Regn.ſtatuimus num.72. Carle-
val.eod.allegat.loc.num.538.Capiblanc.citat. tom.1. pa-
gin.189.ex num.329.& De Luc. ad Franch. in cit. De-
ciſ.599.num.1. Quicquid ſibi involvat Merend. lib.23.
21 Controv.19.ex nu.1.& ſtuprans Virginem, volentem;
non punitur. Joan.Vel.de pœn. delict.cap.35.num.3.Sot.
de Juſtit.lib.4.quæſt.7.artic.1. Sanchez de Matrim.lib.7.
Diſput.14.num.11.Bonacin.de Matrim.quæſt.4. punct.
17.num.5.Dian.part.1.de circumſtant.Reſol.11. Molin.
de Juſtit.tract.3. Diſput.106. num.1. Sayr. in clau. Reg.
lib.11.cap.2. num.25. Salon.ſecund.ſecundæ, quæſt.62.
artic.2.Contr.5. concluſ.1.Trullench. ad præcept. Deca-
log.tom.2.lib.6.cap.4.dub. 3.num.4.Diaz in prax.cap.83.
nu.4.& 5.& ibi Salzed.lit.C.
22 Nota modò,cum Gizz. hic num.6. Virginem quæ fa-
cta electione Fori, in Cauſa civili, lite non conteſtata,
Virum duxit: illam non gaudere. Ità deciſum fuit pri-
mo Die Februarii 1673. referente in S. R. C. D. Judice
D. Joanne Laenzina,in Aula Regii Conſiliarii Staibano,
in Cauſa Iſabellæ Sacco,cum D.Franciſco Sacco.Proceſ-
ſus eſt in Banca Donati Gambaraſa: inſcriptus, pro D.
Franciſco Sacco, contrà hæredes Not. Joannis Dominici
de Aurilia. Sic paritèr è Contrà:ſi Mulier nupta, con-
23 venta in Foro rei ſitæ,aut domicilii, vidua effecta: va-
riationem,ſibi locum obtinere: deciſum refert D. Mer-
lin.lib.1.Controv.cap.81.Giurb.in Deciſ.82.cujus memi-
nit Nig. de Laudem. tom.1. quæſt. 17. artic.4. num.51.
& 52.
24 Retinere verò Viduam,Mariti Privilegium, pleniſſi-
mè tradunt,Barbat. in Conſ. 4. tom.2. De Caſtr. in Conſ.
147.lib.2.Gaball.in Conſ.125.lib.2. Tiraquell. de Legib.
Connub.l.1.part.1.Gloſſ.1.ex num.30.Theſaur. lib. 1. qu.
90.Facchin.Controv.lib.10. cap.29.lit.D.Fab.de Ann. in
Conſ.108. Et Uxorem Studioſi: mortuo Viro, dùm in
25 Viduitate permanet,Fori privilegium gaudere:teſtatur
Beſold.in diſſertat. de ſtudioſ. Magiſt. licentiat., & Do-
ctorib.cap.2.
26 Tandèm, pro coronide, adverte: haùd veritate: niti
Gizzii traditum, nu.13. Fidatos Menepecudum Apuliæ,
trahere etiàm Cives Neapolitanos, ad ſuum Tribunal.
Memoratquè, hunc Gizzii locum, Coda in compend.Ju-
dic.ordin. cap.3. num.2. verſic. Fidatus namque. Sed de
hac opinione,dubitat Rodoer. ad De Marin. Reſol.213.
num.12.
27 Gizzius allegat De Pont. & Novar. quorum memi-
nit Carleval.loc.indicat.quæſt.6. ſect.8.num.687.& pro-
ſequuuntur Galeot.lib.2. Controverſ.23. num.17. Danz.
in citat.tract.de pugn.Doctor. lib.2. Tit. de Immunitat.
Neap. cap.1. num. 11. Thor. in Compend. part. 1. verb.
Neapolitani, & in addit. ad De Ponte de Poteſtat. Pro-
reg. Tit.4. §.8. num.49. De Marin. ad Reverter. tom.2.
Obſervat.526. num.4. & De Luc. ad Franch. Obſervat.
234. verſic.Cavallarios.
28 Tu tamèn,non cures, De Galeot. Quia, non facit ad
caſum.Item nèc Carleval.Thor.& De Luc.qui referunt
Doctrinam De Pont. & Novar. Sed Articulum, non di-
ſputant.Et lege,Thor.ſibi contrarium, in part. 3. com-
pend. sect.2.verb.Neapolitani Cives. & in Cod. rer. Judi-
cat.allegat.49. num.24. Adversùs verò,De Pont. & No-
var.ſcribit ſolidiùs Caſarus,atquè etiam,contrà De Ma-
rin.Rem quoquè Authoritate Rerum Judicatarum,fun-
dans,pro Neapolitanis, in quæſt. Peregrin. 15. Et ità in
duabus aliis contingentiis,Deciſum fuiſſe:refert Gallup.
in prax.S.R.C.part.2.cap.6. D. Conſil. Petr. in Rit.228.
num.6.tom.2.Et ipſemet obtinui, pro Franciſco Perillo,
Neapolitano,contrà Felicem Golino, fidato Menepecu-
dum Apuliæ referente tunc Judice poſtmodùm Regio
Conſiliario D. Franciſco Rocco. Actuarius Cauſæ fuit
Franciſcus Ulturalis.
29 Obſerva tandèm unum: occaſione facti, hujus Deci-
ſionis:miſerabilem perſonam,electionis Fori Privilegio,
non potiri, adversùs Tutorem conventum: occaſione
redditionis Computorum. Salgad. in Labyrint. Credit.
part.6.ex num.93.D.Conſil.Rocc.tom.1. notab.100. nu.
211.de societat.Paſcal.loc.indicat.part.2. cap.2. nu.109.
Sanfelic.in Decis.134.lib.1.Carleval.loc.indicat. tom.1.
quæſt.6. sect.7.nu.651.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE LV.
### SUMMÆ.

1 *Scribens, tenetur recognoſcere ſcripturam, à ſe ſcriptam.*

Hæres

*Hæres, ſcripturam defuncti. num. 2.*
*Dominus ſui inſtitutoris, & filius patris.*
3 *Vaſſallo, periculoſum eſt, cum Barone, litem habere.*
4 *Scriptura privata, non recognita, haud probat. Fallit. ut num. 5.*
6 *Recognitio ſcripturæ privatæ: num ad effectum* l. ſcripturas. C. qui potior. in Pignor. *ſatis ſit, fieri per duos Teſtes: mortuo tertio.*
7 *Verificatione ſcripturæ privatæ, pendente: num remoretur executio Literarum Executorialium? cum* Deciſ. noviſſ.
8 *Recognitio, privatæ ſcripturæ: num validè petatur, poſt concluſum in Cauſa.*
9 *Hypotheca: quandò oriatur, à die, ſcilicèt factæ ſcripturæ privatæ: vel illius recognitionis? & num. 10. & 11.*
12 *Præſcriptio Juris executivi, in ſcriptura privata: an currat à die, illius confectionis: aut recognitionis?*
13 *Appellatio, ad effectum ſuſpenſivum: non admittitur à Decreto, mandante recognitionem privatæ ſcripturæ.*
14 *Exhibens copiam ſcripturæ, apud Acta: quandò teneatur, exhibere originale? Intellige. ut num. 17.*
15 Pragm. 26. de Offic. S.R.C., *expenditur diſpoſitio.*
16 *Copia privatæ ſcripturæ, apud Acta, exhibita, non probat: niſi exemplata ſit, parte citata. Fallit. ut num. 18. & 19.*
20 *Amiſſio ſcripturæ, ſolo Juramento probatur.*
21 *Pars, quæ relaxavit Copiam ſcripturæ, penès Acta: retento apud ſe originale, eximitur ab obligatione, exhibitionis illius: ſi offerat jurare illud non habere cum* Deciſ. Noviſſ. *& num. 22. 23. & 24.*

1 JOan. Leonardus de Gaudio; obtinuit: Ill. Principem Caſalis Majoris; teneri recognoſcere Apocas, & ſcripturas ſupſcriptas: nè dum ab ipſo Principe, juxtà *Dec.* Grammatic. 34. cujus meminit Nicol. Gravat. *ad Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 27. ſuper verb. quæ quandò.* Et perbellè tradit Caballin. *in Milleloq.* 656. & 667. *part. 2.* ac voluit Dec. *in cap. ſcripta. num. 25. de fid.*
2 *Inſtrum.* Verùm etiàm per Patrem, Ærarios, & Miniſtros: duplici Ratione. Vel quia hæres; tenetur recognoſcere, defuncti ſcripturam: Dominus, ſui inſtitutoris: & Filius, Patris: D. Reg. noſter *num.* 6. quem ſequitur Gizz. *num.* 3. & approbant Granut. & Burſat. quos refert, & ſequitur Cavalcan. *in Deciſ. fiviz.* 17. *num.* 55. *part.* 2. & Deciſionem nominatim ſequuntur Thor. *in ſuo compend. part. 3. Verb. Filius; Patris hæres.* Gallup. *in prax. part. 2. cap. 19. num. 22. in fin. &* Sarn. *in eius prax. Civil. pagin. 11. verſic. hæres verò citatus.* Vel quia, ſatis
3 difficile erat Joanni Leonardo: præſentatas ſcripturas, verificare, in Oppidis Principis, Dominio ſubjectis. D. Reg. noſter *num.* 7. Et quàm periculoſum ſit Vaſſallo, cum Barone litigare, demonſtrant Capiblanc. *de Baron. Pragm. 3. &* Caſar. *in quæſt.* 23.
4 Modò, ad Deciſionis benè firmatæ, ornatum, nota: ſcripturam privatam, non recognitam, nullam mereri fidem: quemadmodùm tota vis illius, à recognitione dependeat. Cravett. *in Conſ.* 73. *num.* 15. *& in Conſ.* 158. *num.* 2. Guttierez *practic. quæſt.* 125. *num.* 6. *lib.* 2. Gratian. *Diſcept.* 677. *num.* 10. *& 12. & Diſcept.* 844. *num.* 28. *& Diſcept.* 907. *num.* 31. Mier. *de Majorat. part. 1. quæſt. 65. num. 4. & 5.* Covar. *practicar. quæſt. cap.* 22. Gait. *de Credit. cap. 2. Tit. 8. ex num.* 3600. Scacc. *de Judic. lib. 2. cap. 11. num.* 897. Genua *de ſcriptur. privat. lib. 1. quæſt. 4. num.* 210. Gallup. *citat. part. 2. cap. 23. num. 1. &* Maſcard. *de Probat.*
5 *concl.* 1301. *num.* 18. Niſi antiqua ſit. Gen. *loc. citat. quæſt. 3. lib. 1. num.* 232. Franc. Marc. *in Deciſ.* 489. *num.* 14 *part.* 2. Put. *in Deciſ.* 146. *part. 1. &* Joan. Jacob. Martin. *in Conſ. 1. num.* 84. Sed vide, incontrarium ſcripta, per Gratian. *Diſcept.* 570. *num.* 29. *&* 30. *&* Matut. de Azeved. *in diſquiſit.* 31. *num.* 15. propter antidatam, quæ facilè, apponi poteſt. In antiquiſſima verò conſentiunt Paul. Granut. *Theor.* 15. *num.* 38. *& alii apud* Cavalcan. *in Deciſ.* 23. *num.* 82. *cit. part.* 2.
6 Ad effectum tamen *l. ſcripturas. C. qui potior. in Pignor. habeant.* ſat eſt quod ſubſcriptio, contenta in privata ſcriptura, per duos Teſtes recognoſcatur: ſi alius teſtis mortuus ſit. Menoch. *de Arbitr. Judic. Caſ.* 134. *num.* 31. Caſtr. *in Conſ.* 134. *col. 1. in med. verſic. iſtud enim procederet. lib.* 1. Avendan. *de Exequend. mandat. part. 2. cap. 30. num. 5. &* Maſcard. *Concl.* 1300. *num.* 28. Addens *num* 31. id faciliùs admitti: ſi alterius Teſtis demortui, ſubſcriptio, per Teſtes; fuiſſet recognita.
7 Undè, expoſitis venalibus quibuſdam ſtabilibus: inſtante Dominico Manſo, aſſerente ſe creditore, Inſtrumenti vigore; Dominici Andreæ Cuccoreſe, in ingenti Pecuniæ ſumma: Cùm ad illorum venditionem impediendam, pro parte Dominici Andreę, apud Acta; fuiſſet porrectum quoddam Albaranum, initum inter Ipſum, & Manſū, quo enervabatur Inſtrumēti vis: cujus vigore, Māſus obtinuerat Literas Exequutoriales: Licèt, pro parte hęredum de Manſo; fuiſſet oppoſitum, d. Albaranum, eſſe quamdam ſcripturam privatam: ex quo, illo fides adhibenda non erat, niſi ſubſequuta verificatione: qua pendente, haud retardari poterat ordinata venditio, in eſecutionem Literarum Executorialium: ſub Die 28. Februarii 1664. etſi, per tunc Judicem M. C. V. D. Joannem de Salamanca, Cauſæ Commiſſarium; Domi, fuiſſet impartitus Terminus, ſuper Albarani verificatione: Poſtmodùm Die Decimo Martii ejuſdem Anni: referente in M. C. V. eodem D. Salamanca; fuit confirmatum Decretum, latum ſub dicto Die 28. Feb. non impedita venditione; in executionem Literarum Executorialium. Indè facto de prędictis Verbo in Aula Ill. Marchionis Latertiæ, per Judicem Golinum Die 7. Maii eiuſdem Anni 1664. fuit cōfirmatum Decretum prædictum; quo ad terminum: ſuperſeſſa interim executione dictarum Literarum Executorialium: idquè confirmatum fuit, per idem S. R. C. eodem Judice Golino referente, Die 12. Julii eiuſdem Anni in gradu in integrum reſtitutionis propoſitæ, pro parte Hieronymæ Pervozzo, Viduæ dicti Dominici; & Matris, & Tutricis ejus filiorum. Proceſſus eſt in Banca Gregorii Breazzani, inſcriptus pro Dominico Manſo, contrà D. Anellum Cuccoreſe U. J. D.
8 Nùm talis recognitio, peti poſſit, poſt Concluſū in cauſa; Affirmativè determinavit S. R. C. teſte Gizzarell. *in Deciſ.* 42. quē ſequuti ſunt Thor. *in citat. compend. par. 2. verb. recognoſcere an teneatur* Prat. *ad Muſcatell. Gloſſ. præſentatas. verſ. eſt etenim.* Gallup. *in allegat. part. 2. cap. 29. num. 7. &* D. Petr. *in Rit.* 238. *num.* 13. *tom.* 2.
9 Oritur ex his modò, al quantiſpèr inveſtigare: an recognitio ſcripturæ privatæ; in tertii, præjudicium, ad tempus, confectionis illius, retrotrahatur; Negant Azeved. *lib. 4. Tit. 15. leg. 6. n. 12. & Tit. 21. Leg. 5. num.* 21. Covar. *in allegat. quæſt. 22. num. 5. & quæſt. 11. num.* 4. Fab. *de errorib. Pragmatic. Decad. 1. error. 1. num.* 19. Cyriac. *Controverſ. 129. num. 10. & Controv.* 533. *num.* 22. Salgad. *in Labyrint. Credit. part. 2. cap. 20. num. 27. & part. 3. cap. 13. ex num. 15.*, *&* Gratian. *tom.* 5. *Diſcept.* 873. *num.* 18.
10 Dari retrotractionem, in præjudicium debitoris: non verò tertii, tradunt, quos allegat, D. Urceol. *Conſultat. Forenſ. cap. 1. nu. 58. lib.* 1.
11 Sed, pro retrotractione, in tertii præjudicium, ad tempus celebratæ ſcripturæ, videantur Merlin. *de Pignorib. lib. 4. quæſt. 15. num.* 4. Rodriq. *de Concurſ. Credit. & ibi* Addit. *part. 2. artic. 1. ex num.* 72. Trentacinq. *var. Reſolut. lib. 2. Tit. de fid. Inſtrum.* Salgad. *loc. indicat. num.* 29. Gait. *loc. quò ſupra cap. 4. tit. 8. num.* 3213. Barbat. *de aſſiſtent. Gloſſ. 12. num.* 253. Thor. *citat.*
*part.*

Digitized by Google

*part.2.verb.ſcriptura privata,& part.3.verb.hypotheca.* Et in hanc ſententiam, deſcendit noviſſimè De Luca, *ad Franch. Obſervat.* 95. *num.* 3. Niſi ea recognitio, inauditis creditoribus, facta ſit. Acoſt. *de Privileg. Credit. regul.* 3. *ampliat.* 3. *num.* 13. Merlin. *loc. citat. num.* 5. & Vela *in Diſſertat.* 21. *num.* 2. In recognitione verò facta per Teſtes, quòd, abſque dubitatione, retrotrahatur, ad tempus celebrationis illius: ex quò ceſſat omnis ſuſpicio fraudis, dixit Bertol. *ad Rodriq. loc. allegat. num.* 75.

12 Succedit videndum: à quo Die, currat præſcriptio Juris executivi, in ſchedula privata; à tempore, ſcilicèt, quo confecta fuit: vel recognitionis? Primam partem, defendit Peguer. exploſis, nominatim contrariis, *in Dec.*49. Et hanc opinionem ſequitur, Urceol. *loc. allegat. num.*59. Et approbant Azeved. *in citat. l.*6. *Tit.*15. *ex num.*6. *ad* 15. & Bajus *in lib.* 3. *collect. Alph. lit.* E. *num.* 64. & *lit.* S. *num.* 30. At præſcriptionem, currere à Die recognitionis, voluit Guttierez *lib.*3. *pract. quæſt.*35. & Vela *Diſſertat.*26. *ex num.*1. *tom.*1. Olea tandèm diſtinguit: recognitionem privatæ ſcripturæ, intrà tempus Decennii factam, ab illa poſt, & primo caſu affirmat, *in tract. de ceſſion. Jur. Tit.*1. *quæſt.*1. *num.* 77.

13 Et illud non derelinquam: à Decreto, mandante recognitionem ſcripturæ, appellari haùd poſſe, ad effectum ſuſpenſivum? Teſtibus Marant. *in ſpecul. part.*6. *act.* 2. *verſic. & quandoquè appellatur. num.*361. Bald. *in Cons.* 335. *vol.* 4. & Cavalc. *loc. citat. num.* 57.

Demùm, hoc loco, velut pro Colophone, liceat articuli non vulgaris, Deciſionem referre: 18. Maii 1672. latam Me perorante in S.R.C. pro DD. hæredibus D. Franciſci Pauli Milazzi; adversùs DD. hæredes D. Franciſci Caſtellet: ſub iſta facti ſerie. Condemnatis dictis Domin. hæredibus de Caſtellet, ad quantitatem liquidandam:
14 in Termino liquidationis; petierunt exhibitionem, Duodecim Apocarum Originalium de recepto: quarum copiæ, uſquè ab Anno 1649. in Proceſſu extabant: exquò productæ fuerant, cum poteſtate relaxandi Copiam.

15 Dicebant dicti de Caſtellet, pro fundamento petitionis; expeditum reperiri in Regno: ſtante *Pragm.*26. & *ibi* Rovit. *de Offic. S.R.C.* ſcripturarum copias; quas exhiberi in Actis, contigerit: ſi pars, cujus intereſt, vel ejus Procurator præſens non fuerit: vel ſaltèm requiſitus: ne dùm collationem prohibitam: verùm nullius roboris eſſe. Indè quòd, etſi copiæ, extãtes in Proceſſu: ab Actuario, illius temporis, fuiſſent collationatæ; de
16 ea collatione, nulla fuiſſet habenda ratio: quia non ſucceſſerat parte citata. Marant. *citat. part.*6. *act.* 10. *de actor. edit. num.* 4.

17 Urgebant prætereà, pro Originalium exhibitione: ex quò exempla non probant. Maſcard. *in Concl.* 711. nulloquè modo, audiendos eſſe Actores: niſi illis exhibitis, dùm penes ſe erant: maximè, quia Originale, intendebant, de falſo rearguere. Guid. Pap. *in Deciſ.*19. *num.* 18. Minad. *in Decis.*40. Capyc. *in Decis.*4. & *poſt omnes* de Marin. *ad Reverter. Observat.*320.

18 Ego verò, ad primum dicebam: Copias, de quibus agimus, ab Anno 1649. ab ipſo Actuario Cauſæ; fuiſſe exemplatas: proindè eis credendum, ac ſi originalia eſſent. Novar. *in citat. Pragm.*26. *num.*5. & 11. *de Offic. S. R. C.* Gallup. *loc. allegat. part.*2. *cap.*7. *num.*21. & per eum
19 temporis curſum, citationem interveniſſe, præſumendum. Flamin. Monac. *ad Minad. loc. citat.* ibi *quæ tamen partis citatio non requiritur: quandò exemplatio eſſet antiqua: quia ex temporis antiquitate; præsumitur, citationem interveniſſe: secundùm communem opinionem relatam per* Curt. hæc Monac. Et probat Gabr. *Commun. Conclus. lib.*1. *de Præsumpt. Concl.*1. *nu.*32.

20 Addebam: Originalia ab Actuario Cauſæ; fuiſſe tradita Sergio Ferruccio, Procuratori dictorum hæredum actorum: illumque mortuum eſſe, eaque occaſione, deperditæ. Et probari amiſſionem ſcripturæ, ſolo Juramento, probatur ex *l. ſi quandò. C. und. vi. l. fin. C. de fid. Inſtrum.* Gloſſ. *in cap. cùm olim de Privileg.* & advertunt Aſc. *in Determin.*201. *nu.*12. Guid. Pap. *in Dec.*244. Cravett. *in Cons.*157. *num.*7. Seraphin. *de Privileg. Juram. Privil.*37. Tiraquell. *in præfat. l. ſi unquam num.*39. *verſic. cui finitimum eſt. C. de revocand. Donat.* Maſcar d. *in Conclus.*910. *tom.*2. *Et* D. Conſil. Petr. *in Rit.*65. *num.*9. *verſic. probari autem scripturam. tom.*1.

21 Undè, in terminis terminantibus, Cancer. dixit, *teneri exhibere scripturam: ſi originale, penès se habeat: & ut à dicta obligatione eximatur, teneri offerre jurare: quòd illud non habet, nec scit ubi ſit: nec dolo fecit, quo minùs haberet, aut sciret. in lib.*1. *var. Resolut. cap.*20. *n.* 26. Idquè, deciſum referens, *in verſic. hoc ità, hoc Anno.* Et ſic practicari inquit *num.*28.

22 Proptereà Decreto Judicis D. Thomæ de Luca. Viri integerrimi, ac illibati: Die 22. Octobris 1671. fuit excluſa petitio, dictorum de Caſtellet. Quo Decretum etſi, ſub Die Decimo Decembris ejuſdem Anni, per S.R.C. in Aula Regii Conſiliarii Eraſmi de Ponte: referente eodem
23 D. De Luca, in dubium revocatum fuiſſet: Tandem, hodie manè: 18. Maii 1672. referente in eadem Aula S.R.C.D. Judice Petro Antonio Comite, fuit determinatum:
24 Quòd M.C.V., procedat ad ea, quæ incumbunt: abſquè alia exhibitione Apocarum Originalium. Votantes, fuerunt Spectab. D. Reg. Ulloa, meritiſſimus Præſidens S.R.C., D. Eraſmus de Ponte, D. Jannettalius, D. Macedonius, D. Muſcettola, D. Guerrero, & D. Silva. Proceſſus eſt, apud Protam, Actuarium M.C.V.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LVI.

### SUMMÆ.

1 *Aſſensus* Cap. 20. *hujus Civitatis, Inſtrumento Dotali dirigitur.*
2 Cap. 20. & 21. *gratiæ: non extenditur ad contractum censualem, initum ex pecunia Dotali.*
3 *Diſpoſitio* cap. 20. & 21. *hujus Civitatis: non patitur extentionem, ultrà Dotem. & nu.*29. *Et Antefatum. Declaratur* Thor. *num.* 4.
*Et illa, quæ veniunt, per viam comprehenſivam. num.*5.
6. .... *ſtrictiſſimè interpetratur.*
7 *Aſſensus* Cap. 20. *Nùm procedat in bonis Feudalibus, fidejuſſoris mariti.* De Marin. *ſtat contra* Reverter. *Et declaratur* Gizz.
8. ... *Obtinet, contrà socerum. Comprobatur* D. Reg. noſter. *Et Patrem dotantem. nu.*22.
9 .... *Num operetur, in favorem mulieris: quoties in Inſtrumento Dotali, non continetur expreſſa, Feudi obligatio? Adducuntur* D. Reg. noſtri ſequaces. & *num.* 10. Amat. & Prat. *ſtant in contrarium. Sed respuuntur. num.* 11.
12. .. *Non eſt subſidiarium. Refertur* Thor. *contrà* D. Reg. noſtr. *cujus sententia limitat*, De Marin. *num.*13.
14 *Diſpoſitio* cap.20. *extenditur ad quodcumque intereſſe Dotis.*
15 ........ *An comprehendat Filias naturales, exteras, in hac Civitate nuptui traditas? Et num.*23. *adversùs* De Marin. & *num.* 24. 25. 26. 27. 30. 31., & 32.
16 *Pater compellitur ad dotandum filiam: etſi illegitima ſit. num.* 17.
18 *Argumentum valet, ab Alimentis, ad Dotem.*
19 *Reipublicæ, intereſt, mulieres eſſe dotatas.*
20 *Pro Dotis causa, semper judicandum.*

21 Expli-

Digitized by Google

21 *Explicatur mens Carol. V. Imperat. ter Maximi*, *in* cap. 20. & 21.
28 Cap. 20. & 21. *comprehendit exteras Neap. nuptui traditas. & n.* 29.
33 *Legitimatio*, *per reſcriptum Principis*: *quid circà ſucceſſionem*, *operetur?*
34 *Aſſenſus*, *in promiſſione de vendendo Feudum*: *non requiritur. Contrà* Gizz. *n.* 35.
36 *Prohibitus alienare, ex promiſſione de vendendo, pœnam non incurrit.*
37 *Gabella*: *non ſolvitur*, *ex promiſſione de vendendo.*

*NUlla fortè cauſa eſt*, *in qua non fœmina litem moverit.*

1 Cecinit Juvenal. *Satyr.* 6. Non obtinuit D. Jumara Caracciola Marchioniſſa Sancti Joannis: ex quò Aſſenſus *cap.* 20. hujus Civitatis, ſolo Inſtrumento Dotali, conceſſus extitit. Staiban. *Reſolut.* 61. *num.* 55. *&* De Marin. *ad Reverter. Obſervat.* 229. atquè adeò ad contra-
2 ctum cenſualem, ex pecunia Dotali celebratum, non extenditur: licèt in ipſis Nuptialibus Tabulis, expreſsè conventum reperiatur: pro ſecuritate Dotium, emptionem faciendam eſſe, Annuorum introituum. *Capit.* nam-
3 què prædictum, de Dote, tantùm verba facit: Idcircò, aliam extentionem, nō patitur. Et ità universè fuiſſe interpetratum; ſcribit *citat.* Staiban. *num.* 55. Hinc eſt, quòd pugnare diceres Deciſiones: Nùm, in Antefato, ejus
4 diſpoſitio extendatur, apud Thor. *in Compend. Deciſ. part.* 1. *verb. Aſſenſus virtute Capituli. & verb. Aſſenſus Cap. Neapolitani.* Niſi expreſſa Catholicæ Majeſtatis, gratia, in gratiam Mulierum, declaratum fuiſſet: Teſtibus De Marin. *ad Revert. Obſ.* 372. *num.* 4. *& eodem* Staiban. *num.* 53. *&* 54. Aſſenſus namquè, ex ſui natura non
5 extenditur: niſi ad connexa, & ad ea: quæ veniunt, per viam comprehenſivam. Rodoer. *ad De Marin. lib.* 1. *Reſolut.* 28. *num.* 8. *&* 10. *&* De Luc. *ad Franch. Obſerv.*
6 649. *num.* 4. *in fin.* Et quòd ſtrictiſſimè, interpetrandus ſit: tradit Reverter. *in citat. Deciſ.* 229. *num.* 3.
7 Propterea idem Reverter. deciſum dicit, ejuſdem *Cap.* 20. Gratiam, non *extendi ad* bona Feudalia illius: qui pro marito fidejubens, bona ſua, pro Dotis reſtitutione, ſubmiſit. Quod benè *in Obſervat.* reſpuit De Marin. declarando quoquè, quæ ſcripſerat, *in lib.* 2. *Reſolut.* 28. *nu.* 15. Et juxtà eandem declarationem, intelligendus eſt Gizz. ejus ſectator, *hoc loc. num.* 3. non tantùm, attento Dotis favore: ſed quia magis menti legiſlatoris congruit. Undè, ſi ex eo, oritur controverſia: quia ipſiſſima *Cap.* verba, diriguntur ad obligationem bonorum Feudalium Viri: eandem Gratiam, fuiſſe Mulieribus conceſſam, legitur: attenta Maritorum negligentia, eorumquè conſanguineorum, parvi curantium. Aſſenſus expeditionem ſuper Feudo viri, uxori obligato. Hæc certè Cauſa, fidejuſſori etiam applicatur: pro ut etiam perbellè, concludunt, Minad. *in Conſ.* 3. Rovit. *omninò legendus in Pragm.* 8. *num.* 4. *de Feud.* Thor. *citat. part.* 1. *verb. Aſſenſus Regis vigo-*
8 *re Capituli.* quod in ſocero, abſquè hæſitatione tranſire, ſumitur ex D. Reg. noſtr. *num.* 9. Et comprobant apertiùs, Thor. *in allegat. loc. verb. Aſſenſus Capituli conceſſus Mulieribus Neapolitanis.* De Marin. *in cit. cap.* 28. *num.* 15. *&* 16. *&* D. Reg. noſtr. *in Conſult.* 29.
9 Hunc aſſenſum, præſumi præſtitum, Inſtrumento Dotali: quotiès, in illo legitur obligatio bonorum Feudalium: poſt D. Reg. noſtr. ſcribit Gizz. *hic num.* 2. De Marin. *loc. citat.* Franciſc. de Amic. *in Tit. de his qui Feud. dar. poſſ.* §. *ſequitur. verſic. & aliàs in ardua Cauſa ſub num.* 8. Thor. *ead. part.* 1. *verb. Aſſenſus Capituli Neapolitani.* Staib. *loc. allegat. nu.* 56. Paſcal. *de virib. Patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 7. *n.* 26. Et priùs dixerat, Camerar. *in cap. Imperialem. pag.* 55. *lit.* G. *verſ. & illud pulcherri-*
10 *mum dubium.* Undè, nè dum expreſſam bonorum Feudalium obligationem: ſed, & ipſam reſervationem aſſenſus, requiri, indicat Rovit. *in Conſ.* 17. *num.* 12. *lib.* 2. Et vide Staiban. *in Obſervat. ad Reſol. ſuam* 60. *ex num.* 5. *ad* 11. *lib.* 1.
11 At, relatam ſententiam: authoritatibus, & rationibus, deſtitutam, dicit, Anell. de Amat. *in Conſ.* 36. Sanfelic. videndus *in Deciſ.* 99. Et hanc opinionem; ſequitur Prat. *ad Paſcal. loc. citat. verſic. cui inhærendum ſententiæ.* Ea ratione: non oportere ab homine, hypothecam exprimi: dùm Lex expreſſerat Regia. Idquè, deciſum recenſet; in Cauſa Marchionis Orioli. Quæ Deciſio, nùm ad caſum faciat; vide allegata, per D. Carol. Brancac. illius Cauſæ Advocatum: apùd De Marin. *in citat. Reſolut.* 28. *ex num.* 20.
12 Obſervandum ſuccedit: nùm Aſſenſus *Capituli*; ſit ſubſidiarius? Negat D. Reg. noſt. *num.* 12. Et eandem ſententiam; defendunt, Molfeſ. *in Conſ.* 3. Paſcal. & Prat. *in ſedib. indicat.* In contrarium; pugnant ſcripta, apùd Thor. *citat. tom.* 1. *verb. Aſſenſus vigore Capituli Neapolitani; & verb. bona Feudalia obligata. & tom.* 2. *verb. Mulieres Neapolitanæ*: id, ex Theodor. *in Allegat.* 39. deciſum indicans.
13 Prior ſententia, quæ certè communis eſt, limitatur in Muliere; quæ ſententiam ſuper Feudalibus, & Burgenſaticis; obtinuit: quia ſi commodè ſuper Burgenſaticis, ſatisfieri poteſt; Judex, non debet permictere, Feudalium venditionem. Minad. *in Deciſ.* 13. *& ex eo* De Marin. *loc. nupèr alleg. num.* 11.
14 Eamdem *cap.* gratiam, comprehendere intereſſe Dotis: etiàm ſi, ob moram debeatur: quia acceſſorium, ſequitur naturam ſui principalis; deciſum refert, per Regiam Cameram, Reverter. *in Deciſ.* 66. *& ibi* De Marin. *num.* 5.
15 Sed: nùm *cap.* gratiæ, comprehendat Filias Naturales exteras, in hac Civitate nuptui traditas; contigit Nobis diſputandum: ſuper quo; ſequens edidimus Reſponſum.

Comperendinationibus relictis; non eſſe hæſitandum, ſubſtineo: procedendum fore, ad venditionem Feudi; de quo agimus: quia verſamur in Filia; à Patre (cujus patrimonium erat ampliſſimum) dotata, in Tabulis Teſtamenti: ſatis parva Dote. Sumus in illo,
16 qui adhùc vivens; compelli poterat: indicta multa captis Pignoribus, atquè etiam perſonali reſtrictione; ad dotandum. Rebell. *de obligat. juſtit. part.* 2. *lib.* 50. *quaſt.* 4. *num.* 4. Cancer. *var. part.* 3. *Tit. de ſponſalib. & Matrim. cap.* 11. *num.* 51. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 3. *Gloſſ.* 4. *part.* 1. *num.* 1. De Franch. *in Deciſ.* 616. *& ibi* De Luc. *num.* 1.
17 Quod procedere, etiàm in illegitima; tradunt Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 45. Paleot. *de Noth. & ſpur. cap.* 49. Cened. *ad Decretal. collect.* 168. *num.* 5. Americ. *de Patr. poteſtat. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 36. Paſcal. *in ſimil. tract. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 37. Gabr. *Commun. Concluſ. Tit. de Aliment. Concluſ.* 1. Alios allegant Capon. *in lib. inſcripto de Dote. in l.* 1. *ff. ſolut. Matr. quaſt.* 4. *nu.* 35. Boſſ. *de Dot. cap.* 4. §. 16. *num.* 216. *&* 217. Tomaſ. *de incapacib. cap.* 21. *num.* 374. Baez. *de non meliorand. Filiab. cap.* 13. *num.* 16. Urceol. *Conſultat. tom.* 2. *cap.* 97. *num.* 7. Et hanc ſententiam; Deciſionibus muniunt, Capyc. *in Deciſ.* 181. Fab. *in lib.* 5. *Codic. Tit.* 5. *diffinit.* 9. Et in caſu à fortiori, Maſtrill. *in Deciſ.* 144. *num.* 18. *& per tot.*
18 Etenìm, valet argumentum, de Alimentis; ad Dotem. Everard. *in Topic. loc. de Aliment. ad Dot.* Undè, ſicut Pater; talem filiam alere; Ità, dotare tenetur: etſi magis Dotis ratio ſtringat; quàm Alimentorum Capon. *loc. citat. num.* 35. *verſic probatur.*
19 Intereſt Reipublicę; mulieres eſſe dotatas; ejuſquè Dotes conſervari; ad Tex. *in l.* 1. *ff. ſolut. Matrim.* & in
20 Dotis cauſa; ſemper judicandum. Novell. *de Dot. part.* 9. *Privileg.* 4. Et anteà; dixerat J. C. *in l. in ambiguis. C. de Jur. Dot.* Privilegia enim; licèt mulieri, principalitèr proſpiciant: ſecundariò, favore Reipublicæ, inducta ſunt:

Digitized by Google

ſunt ut Civitas, liberis repleatur. Saviol. *in citat. l.* 1. *num.* 8. Covar. *in cap. quamvis pactum. de Pact. part.* 2. §. 1. *num.* 5.

21 Atquè hæc fuit potiſſima ratio pro qua Carolus V. ſemper Auguſtus, ter maximus, felicis recordationis; generalitèr ſuum præſtitit aſſenſum ſuper Feudis pro Dotibus Neapolitanarum, vel Neapolitanis nuptarum: ut legitur in *cap.* 20. & 21. hujus Civitatis: tranſcriptis *in Pragm.* 2. & 3. *de Feud.*

22 Quòd promiſſor Dotis, ſub diſpoſitione gratiæ, comprehendatur: conſtat ex deciſis per S. R. C. apud De Pont. *de Poteſtat. Proreg. Tit.* 6. *nu.* 14. Quem ſequuti ſunt, De Marin. *in Reſolut.* 28. *num.* 15. & *in Obſervat. ad Reverter.* 579. *num.* 1. & D. Petr. *in Rit.* 162. *num.* 31. *tom.* 2.

Indè ſi I.B. Pater; fuit promiſſor dotis: quis in dubium revocabit, ejus bona Feudalia, cum Aſſenſu *Capituli*; eſſe M. filiæ obligata.

23 Inſuper eadem gratia comprehendi Filiam Naturalem, ex quo ejus verba, ampliſſima ſunt; deciſum dicit (referente Regente Villano, in Cauſa Ducis Neritonis) Reverter. *in Deciſ.* 250. Et aliàs; bis Judicatum, refert, Ann. *in Conſtit. Conſtitutionem Divæ memoriæ. num.* 140. *in fin.* Cum quo; tranſeunt Rovit. *in Pragm.* 3. *num.* 2. *de Feud.* Thor. *tom.* 1. *verb. Aſſen-*
24 *ſus Capituli præſtitus.* & De Marin. *in citat. cap.* 28. *num.* 14. Quicquid ſibi involvat *in Obſervat. ad Reverter.* 4. & 250. ſubſtinens affirmativam opinionem, procedere, in Filiabus Naturalibus; ortis intus hanc Civitatem: conducens Ann. & Rovit. *in ſedib. indicat.*

25 At ſalva pace; De Marin. non benè interpetratus fuit, Ann. cum quo tranſit. Rovitus. Refert ille Cauſam D. Juliæ de Medicis, filiæ Magni Ducis Hetruriæ; in qua, pro Dote; determinatum aſſerit. Et tamèn, non legitur Magnum illum Ducem; unquàm Neapolim appuliſſe; & D. Juliam, ibidem ortam fuiſſe: Imò veritas, conjecturis dilucidata; eſt in contrarium. Rectiùs equidèm dixiſſet, *Deciſ.* Revert. 4. quæ eſt ea-
26 dem, ac *Deciſ.* 452. De Franch. procedere in ſpuriis; de qua verba facit. in Fœminis verò Naturalibus; Annam. legatur Thor. *loc. citat. Verb. Aſſenſus Cap. conceſſus pro Dotibus.* & *in allegat. Verb. Aſſenſus Capituli præſtitus.*

27 Afferenda hìc ſunt *Capituli* ipſiſſima verba: *A qualſivoglia Donna, che ſi maritaſſe dentro la Città di Napoli, è tanto à foraſtiere, che ſi maritaſſero con Gentil'huomini, e Cittadini Napolitani; quanto gentil' Donne, e Cittadine, che ſi maritaſſero fuora della Città di Na-*
28 *poli.* Meritò propptereà; ſcriptum eſt, apud Rovit. *in citat. Pragm.* 3. *n.* 1. Thor. *in citat. verb. Aſſenſus Capituli præſtitus.* De Afflict. *Controverſ.* 7. *num.* 31. *verſic.* & *licèt.* & Petr. *eod. add. loc. nu.* 21. gratiam fuiſ-
29 ſe conceſſam Mulieribus exteris; cum Neapolitanis nubentibus: ſi illa ad Dotes; reſpectum habuit. Staiban. *Reſolut.* 61. *num.* 52. *lib.* 1.

30 Nec futile erit; conſiderare illud, *qualſivoglia Donna*: quo verbo; compræhenditur legitima, & naturalis; naturalis tantùm, atquè etiàm ſpuria. Soccin. *in l. Gallus. §. etiàm ſi Parente. ff. de liber. & poſth.* Cum aliis adductis per Revert. *in citat. Deciſ.* 250. *num.* 2.

31 Pondero demùm: *e tanto à foraſtiere, che ſi maritaſſero con Gentil'huomini, e Cavalieri Napolitani.* Et benè: Uxor, namquè, ſivè Pontificium, ſivè Cæſareum Jus, introſpiciamus; Privilegio Mariti, gaudere debet. *l. Mulieres. C. de Dignit. lib.* 12. *l. fin.* & *ibi* de Penn. *C. de incob. lib.* 10. De Pont. *in Conſ.* 108. *nu.* 14. Ideò, dato quòd, non ſit Neapolitana: Neapolitano nupta; Neapolitana efficitur; & Neapolitanorum Privilegio, potiri debet. *l. eos. C. de Fabricenſ. lib.* 11. Borrell. *in ſumm. Deciſ. Tit. de For. competent. num.* 160. *tom.* 1. De Franch. *in Deciſ.* 363. *Optimè* Schrader. *de Feud. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 3. Surd. *in Deciſ.* 330. *num.* 22. & *ibi* Hodiern. Gratian. *cap.* 623. *num.* 13. *tom.* 4. Et legatur Molin. *de Rit. Nuptiar.* & *pact. in Matrim. lib.* 1. *comp.* 23. *ex num.* 43. Et ſtatutis viri ligatur, Mart. *in Deciſ.* 93. & Soccin. *in Conſ.* 81. *lib.* 3.

32 Eandem fieri Civem loci, & Civitatis mariti: ob matrimonium; ſcribit Aloyſ. De Leo, *in l.* 1. *Cod. de Uxor. Milit.* & Gratian. *loc. citat.* Quià, per Matrimonium; ad illius originem trahitur Valaſc. *in Deciſ.* 138. Tiraquell. *de Legib. Connub. lib.* 1. *Gloſſ.* 1. *part.* 1. *nu.* 28. Tollitur namquè per illud Mulieris originem; & Viri Forum acquiritur. Bald. *in l. pen. ff. de Juriſdict. omn. Judic.* Demùm Naturalis; nupta, legitimo, & Naturali: Mariti illuſtrata ſplendore; legitima, & naturalis, reputatur. *l. ſi quis Naturalem,* & *ibi* Bald. *C. de Naturalib. Liber.* Dec. *in l. Fœmina. ff. de Regul. Jur.* De Marſil. *in ſingul.* 501. *fol. mihi* 45. Angel. *in §. quòd verò. in fin. Auth. quib. mod. Natural. efficiant.* Amittit ergò Mulier Genus, & Familiam Paternam: & in illam Viri tranſit *l. quicumquè* & *ibi* Bart. *C. de re Milit. lib.* 10. & ſic labitur interpetratio De Marin.

33 Prætereà, in hac noſtra facti ſpecie. M. Equiti Neapolitano, nupta; fuit per Principis Reſcriptum, legitimata, ob quam, omne removetur obſtaculum: Cùm circà ſucceſſionem; tantæ efficaciæ ſit: ac ſi, juſtis nuptiis; nata eſſet. Tob. *in Conſ.* 76. *num.* 23. Americ. *loc. citat. cap.* 5. *num.* 52. Paleot. *loc. allegat. cap.* 45. *num.* 13. Craſſ. *in §. ſucceſſio. ab Inteſtato. quæſt.* 19. *nu.* 9. Lancellot. Corrad. *in Templ. Judic. Tit. de Imper. §.* 4. *cap.* 20. *num.* 12. & Peregrin. *de Fideicom. art.* 23. *num.* 26.

Atquè ex his per horas, haùd prolixè compoſitis, potiùs Fab. Quintil. vel, ut aliis placet Cornel. Tacit. *in Dialog. de Orat.* declamatione motus: *Quid, longis in Senatu ſententiis: Cùm optimi; citò conſentiant.* quam illo dicterio *quandoquè Eloquentia magna; mala eſt*: in ſpem ducimur ſecundùm petitionem D. F. C. eſſe decernendum. Scribebam Idibus Junii Ann. 1673.

34 Inquirit Gizz. *num.* 8. Nùm in promiſſione de vendendo Feudum; Regis requiratur Aſſenſus. Et, ex Biloct. *in Concluſ. Feudal.* 43. dicit, veriorem opinionem, eſſe affirmativam. Et in idem; deſcendunt, Salernitan. *in Deciſ.* 47. Galeot. *lib.* 1. *Controv.* 28. *num.* 19. Et *alii* allegati, per De Marin. *ad Reverter. Obſervat.* 133. *num.* 2.

35 Contrarium, meliùs; ſequutus fuit Afflict. *in Conſtit. Conſtitutionem Divæ Memoriæ.* quem ſequitur De Pont. *in Conſ.* 85. & 86. *lib.* 1. ſcribens: Ità deciſum, in Cauſa Aſcanii Rota; cum Cardinali Columna. Et hanc opinionem; probabilem dicunt, De Marin. *loc. modò citat. in fin.* Et De Luc. *ad Franch. Obſerv.* 48. Nàm in materia Feudali: non dicitur, Feudum alienari: quandò alienatio, tantùm verbo, facta eſt. Ce-
36 phal. *in Conſ.* 101. *lib.* 1. *nu.* 96. Facit, quòd in promiſſione de vendendo; quis, non incurrit pœnam: ac ſi vendidiſſet. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. §. *pluriès. ex num.* 29. Fuſar. *in tract. de ſubſtit. quæſt.* 718. *ex nu.* 26. Tepat. *Tit.* 377. *cap.* 5. Tiraquel. *de utroq; retract. part.* 1. *Gloſſ.* 2. *nu.* 56. & Capyc. *in Deciſ.* 155. *nu.* 7. Quicquid ſibi dicat, Glaud. Seiſel. *in l.* 1. *ff. de nov.*
37 *oper. nunc. num.* 1. Item Gabella: cauſa venditionis, debita; ex promiſſione de vendendo, non debetur. Guttier. *de Gabell. quæſt.* 47. *num.* 19. *Et latè* Olea *de ceſſ. Jur. Tit.* 1. *quæſt.* 6.

OB-

Digitized by Google

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LVII.

### SUMMÆ.

1 *Jus prothomiſeos : nùm obtineat in Feudo hæreditario?*
*Proponitur opinio ajens.*
*Contrarium. num.* 2. De Marin. *reſpuit* De Pont. *cum* Deciſ.
*Sed* De Luca ; *diſtinguit. num.* 3.
*Quìd, in Feudo novo? num.* 4. *contrà* Lanar.
*Aùt ; ex Pacto ; & Providentia. num.* 5.
6 *Prælatio : Nùm Agnato ; adversùs extraneum, competat, in locatione Feudi hæreditarii? Reſolvitur, contrà* D. Reg. noſtr. *&* Gizz. *& num.* 7.
8 *Jus retractus, ratione ſanguinis : quandò competat legitimato?*
9 *Agnati taciturnitas, & præſentia Juris retractus renunciationem inducit.*
*Intellige : ut num.* 13. *Comprobatur* D. Reg. noſter.
10 *Præſens, & tacens ; regularitèr, ſibi non præjudicat.*
*Fallit : ut num.* 11. *&* 12.
14 *Agnato, inhabili ; ad ſolvendum prætium : non competit Jus retractus.*
15 *Jus retractus : ab Agnato, an pro alio ; exerceri poſſit : aùt alteri cedi?*
16 *Fœmina : quandò, adversùs extraneum emptorem ; competat Jus retractus?*
17 *Minor : ut dicatur læſus, in materia retractus ; satìs eſt, rem fuiſſe ſuorum majorum.*
18 *Jus retractus : vivente Patre ; Filiis alienantis, non competit.*
*Quid, Patre mortuo! num.* 19.
20 *Venditor : quandò ad retrahendum ; admittatur! & num.* 21.
22 *Agnatus, retrahens Feudum, Jure ſanguinis, qualem prætium ; ſolvere teneatur?*

NUllum adeò contrarium ſinè contrario altero conſi-
derat Gell. *noct. actic. lib.*6. *cap.* 1. Jus verò atten-
1 dere, quod æquum eſt ; ſcribit Senec. *de Ira cap.* 16.
Undequaquè non eſt certum : licèt maxima Doctorum
caterva ſuadeat ; quorum meminerunt D. Reg. noſter,
& Gizz. quibus ſubnectimus Ricc. *in Collect.* 2055. *part.*
1. *&* Marcian. *in Diſput.* 38. *num.* 1. *lib.* 1. Et rerum
Judicatarum Authoritas, manifeſtìm oſtendat : Jus
prothomiſeos, in Feudis hæreditariis ; locum obtinere :
Ità ut, De Marin. *in Obſervat. ad Reverter. tom.* 1.
*Obſerv.* 22. *nu.* 4. inductam fuiſſe Conſuetudinem tali-
tèr judicandi ; ſcribat. Et Prat. *ad Paſcal. de virib. Patr.*
*poteſtat.* dixit : contrarium hodie in Regni Tribunali-
bus attentare ; pertinaciæ eſſe tribuendum. *part.* 1.
*cap.* 4. *verſ. ulteriùs inſinuabam.* Etenìm D. Reg. no-
2 ſter *num.* 52. refert, apertiùs ab aliquibus ex Domi-
nis ; fuiſſe dubitatum : An ea opinio in puncto Juris ;
verior ſit. Ed adversùs illam ; adamuſſìm ſcripſit, De
Marin. Qui in ſpecie præſentis *Deciſ.* partes Ducis Ma-
riliani ; ſubſtinuit : pro ùt eſt videre, *in lib.* 2. *Reſolut.*
*cap.* 116. quo *loc. n.* 16. *Deciſionem apud* Reg. De Pont.
11. in gratiam Juliæ Muſcettulæ ; fuiſſe prolatam : quia
Votantes ; mederi voluerunt : ſicquè illam Matronam
conſolari : ex ore D. Reg. Conſtantii ; refert : additquè
concordes undecim Votantes, in Cauſa D. Mariæ Ca-
rafa cùm D. Alonſo Sancio : Die 18. Decemb. 1626.
contrarium judicaſſe. Quod & incalluit, *tom.* 3. *Alle-*
*gat.* 137. *& ad Revert. in adduct. Obſerv.* 22. faciunt-
què tradita, per Wlt. *in lib.* 1. *de Feud. cap.* 11. *num.* 85.
Matt. Berlich. *practicab. Concl. part.* 2. *Concluſ.* 57. Er-
neſt. Cothman. *in Cons.* 2. *ex num.* 176. *vol.* 1. *ac per*
Staiban. *in Obſervat. ad Reſolut.* 2. *ex num.* 11. & vo-
luit De Franch. *in Decis.* 1. *num.* 29.
3 Pacando diſcrimine ; noviſſimè De Luc. diſtinguit,
*in Obſerv. ad cit. Deciſ.* De Franch. 1. *num.* 22. Ut po-
ſtrema opinio ; procedat : re non integra, factiſquè ſub-
haſtationibus, & capta poſſeſſione. Prius verò ajentium
placitum : re integra, & poſſeſſione haùd habita, lo-
cum ſibi vindicare ; concludit. Niſi Feudum, Titulo,
decoratum ſit : nam ſucceſſor illius : abſquè controver-
ſia ; prælationem obtineret. De Marin. *in citat. Alle-*
*gat.* 137. Bilocl. *in Concl. Feud.* 19. *num.* 8. qui *num.*
12. hoc Jus, de quo ſcribimus : in Feudo novo, nequè
pertinere ; ſcripſit. Et probant apertiùs Maſtrill. *in De-*
4 *ciſ.* 8. *in fin.* De Curt. *in suo diverſor. Feud. part.* 2. *cap.*
4. *num.* 43. De Pont. *in citat. Deciſ.* 11. *num.* 11. De
Marin. *lib.* 1. *Reſolut.* 24. *nu.* 11. *& in indicat. cap.* 116.
*lib.* 2. *num.* 8. Quicquìd ſibi dicat, Lanar. apud eun-
dem, De Marin. *in Allegat.* 93. Conferuntquè tradita,
per Borcholt. *ad Conſuetud. Feud. cap.* 8. *ex num.* 145.
Hartam. Piſtor. *quæſt. jur. lib.* 2. *quæſt.* 4. *& per* Wlt.
*loc. alleg. cap.* 10.
5 In venditione tandèm Feudi ; ex pacto : quòd Agna-
to, prælatio competat ; ſunt Jura aperta, *Cap.* 1. *§. Titius.*
*Tit. ſi de Feud. defunct. convent. ſit. & in cap.* 1. *§. ſed*
*etiam res. Tit. per quos fiat inveſtit.* Scribitquè De Ma-
rin. *in cit. Obſervat.* 22. *num.* 4. *& in adduct. Reſolut.*
233. *num.* 1.
6 Quìd dicendum ; in locatione Feudi? Reſpondit D.
Reg. noſter *num.* 7. deciſum pro Agnato ; quem ſequi-
tur Gizz. *num.* 2. addens ità paritèr determinatum ; In
Cauſa affictus, Civitatis Gravinæ ; Et in Cauſa affictus,
Terræ Orioli. Sed contrarium, conſtantèr, tenendum
eſt : per Tex. *in cap.* 1. *§. donare Tit. qualit. olìm pot.*
*Feud. alien. in alleg. cap.* 1. *§. ſed etiàm res Tit. per quos*
*fiat inveſtit. & in l. lex quæ Tutores. C. de Admini-*
*ſtrat. Tutor.* Et probant perlatè, De Afflict. *Controv.*
20. *num.* 7. *Et* De Marin. *in indicat. cap.* 133. *num.* 34.
deciſum, ità indicans : junctis DD. Conſiliariis, Duarum
7 Aularum, S. R. C. in Cauſa affictus, Terræ Guardiæ :
excludendo Filium primogenitum ; Ducis illius : in
Banca Sarri. Item in Cauſa affictus, Terræ Petræ Pa-
ganæ ; pro Aloyſio Minutolo : adversùs D. Fabium Je-
ſualdum ; Filium, & immediatum ſucceſſorem, D.
Franciſci, utilis Domini Terræ prædictæ : penès Scla-
vum. Quam determinationem memorat De Marin. *in*
*ead. Obſervat.* 22. *nu.* 4. *in fin.* & hæc eſt veritas : Quic-
quìd, ſibi contradicentes ; involvant.
8 Curioſa ; ſuccedit indagatio : Nam ad retractum ſan-
guinis ; legitimatus, admittatur? Pugnant Interpetres :
etenìm, Dec. negat, *in Cons.* 275. *num.* 5. Et in idem ;
deſcendunt, De Benedict. *in cap. Raynutius. verb. &*
*Uxorem. nu.* 187. *de Teſtam.* & Maſueri. *in sua prax.*
*de retract. nu.* 10. *pag.* 81. Sed contrarium, defendunt,
Intrigl. *de Feud. cent.* 2. *art.* 1. *num.* 268. Lup. *de ille-*
*git. comm.* 3. *§.* 1. *num.* 76. & Covar. *deſpons.* 2. *part.*
*cap.* 8. *§.* 10. *num.* 9. Conciliat verò, has diſcordantes
ſententias, Tomas. *in tract. de legitimat. Tit.* 14. *cap.*
16. *num.* 847. Ut opinio affirmativa ; procedat in legi-
timato, per ſubſequens Matrimonium, Contraria ve-
rò ſententia, in legitimato, per Principis Reſcriptum ;
niſì alienatio, à Patre facta ſit. Carpan. *ad Statut. Me-*
*diolan. cap.* 417. *ex num.* 184. *tom.* 1. & Tiraquell. *de*
*retract. Ligniag. §.* 1. *Gloſſ.* 8. *num.* 8.
9 Modò ; Obſervandum eſt. *nu.* 24. An præſentia Ju-
ris retractùs renunciationem inducat? Affirmat Gloſſ.
*in l. cum proponas.* 16. *C. de pact.* Guilerm. de Cun. *in*
*l.* 1. *§. ſcientiam. ff. de tributar.* Cum aliis ; quos con-
ducit, Nig. *de Laudem. tom.* 2. *quæſt.* 37. *num.* 10. *pa-*
*gin. mihi* 399. quorum noviſſimè, meminit, Rodoer.
*ad De Marin. in allegat. cap.* 233. *num.* 4.

10 At regularitèr, præſens, & tacens; ſibi, non præju-
dicat. Gratian. lib. 1. Diſcept. 38. num. 19. Peregr. de
Jur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 20. in princip. Alios, alle-
gat, Reg. de Philip. in Diſſertat. Fiſcal. 2. nu. 41. præ-
ſertìm: ſi actus, qui geritur, illius favorem non reſpi-
ciat. Merlin. Cent. 2. Controv. 58. ſub num. 4. Maſcard.
de Probat. tom. 2. Concluſ. 1158. num. 25. Etiàm ſi, a-
ctum ſubſcripſiſſet: modò tamen, id, muneris ſui cau-
11 ſa, fiat. Gallerat. de Renunc. cap. 10. ex num. 10. lib.
5. Merlin. in ead. Centur. 2. Controv. 3. num. 15. Robert.
Rer. Judicat. cap. 14. verſic. veluti Tutela. lib. 4. ſecùs
verò: ſi actus, citrà eſercitium, actus ſit. Cujac. ad l.
12 92. de Legat. 1. lit. C. verſic. ſubſcriptio. Et in illo, qui
actui interceſſit, ſcribunt, Chriſtin. in Deciſ. 181. num.
3. lib. 1. & De Philip. loc. indicat.
13 Amplexandam idcircò, hac in re, Weſſembec. ſen-
tentiam, in Conſ. 35. num. 14. probè dixit, D. Reg.
noſt. Ut tunc Juri retractus, per præſentiam, renuncia-
tum cenſeatur: quotiès Agnatus, ad illum finem, in
contractu interveniat. Et probant apertiùs, Anchar.
Regiens. part. 2. quæſt. 17. De Gambilio. in Conſ. 127.
Tiraquell. de retract. §. 1. Gloſſ. 9. num. 139. Menoch.
in Conſ. 58. vol. 1. Bald. in Conſ. 102. vol. 2. Bero in Conſ.
192. vol. 2. num. 8. & 9. Alex. in Conſ. 131. vol. 2. ex n.
4. Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. pagin. 161. num. 14.
& Gabriel. Tit. de Rer. alienat. Concluſ. 2. lib. 3.
14 Ulteriùs, & illud obſerva: Jus retractus, haùd illi
competere, qui ad ſolvendam pecuniam, pro retractu
neceſſariam, inhabilis eſt. Probat aſſertum, Matienz.
in l. 7. Gloſſ. ultim. nu. 2. Et conferunt, notata per Re-
verter. ad adduct. Deciſ. 22. in fin.
15 Nùm Jus retractus, pro alio exerceri poſſit, inquirit
D. Reg. noſt. num. 46. Et in negativa opinione, reſi-
det: quam optimè probant, Giurb. in Deciſ. 51. num.
5. Larrea in Alegat. 120. nu. 26. Gallerat. loc. cit. tom.
2. lib. 1. cap. 4. nu. 124. Cùm tale Jus, perſonaliſſimum
ſit: nec alteri ceſſibile. Carpan. loc. deſup. adduct. ex
num. 364. Hunn. in Encycloped. Jur. part. 3. Tit. 15.
cap. 1. num. 29. Arias de Meſa. Reſolut. 21. num. 10. lib.
1. De Luc. ad Franch. Obſervat. 242. Et nominatìm,
adversùs Boer. & Roland. tradit Olea ſequutus D. Reg.
noſtr. in tract. de ceſſ. Jur. Tit. 3. quæſt. 2. num. 13.
16 Fœminis, in alienatione Feudi in extraneum, Jus
retractus competere: quotiès, ab alienantis ſucceſſio-
ne, non fuerint excluſæ, concluſum habes, hoc loco
num. 55. Videantur Nevizan. in Conſ. 33. ſub nu. 8. De
Marſil. in ſingul. 39. Dec. in l. Fœminæ. ff. de Regul. Jur.
num. 95. & in rub. C. undè Legitim. num. 2. & in Conſ.
13. num. 4. lib. 1. Brun. de Statut. excluſ. Fœminar. ar-
tic. 12. quæſt. 9. Jacob. Novell. de Jur. Prothomiſ. §. 1.
ex numer. 12. & Bovi. de Statut. præſcript. Gloſſ. 3.
num. 34.
17 Atquè etiàm, deciſum obſervo, in præſenti loco,
num. 53. ſatìs eſſe minori: ut in materia retractus, di-
catur læſus: Fundum alienatum fuiſſe, ſuorum ma-
jorum. Ità legitur in l. ſi in emptione. ff. de Minorib. Fon-
tanell. in Deciſ. 47. nu. 16. Fab. in ſuo Codic. Tit. de in
integr. reſtit. Minor. diffinit. 10. & Hermoſill. in l. 4.
Tit. 5. part. 5. Gloſſ. 12. nu. 9.
18 Nota tandèm: Patre alienante vivente: Filiis, Jus
retractus, pretio reſtituto, non competere: quia nulla
Lex Feudalis allegari poteſt, diſponens, quòd Jus
illud alienantis, Filiis, vivo Patre, competat. Facchin.
lib. 7. controv. 19. Wlt. de Feud. cap. 11. num. 88. Quos
ſequitur, De Marin. in citat. cap. 116. nu. 36. reſpuens
ibi Scrader. part. 1. de Feud. cap. 7. num. 54. Contra-
19 rium ſentientem. Quìd verò, Patre mortuo? Colliges
ex Clar. in §. Feudum quæſt. 42. num. 12. & 14. Nec
20 ipſe alienans, admictitur: ut Agnatus, ad retrahen-
dum. Angel. de Gambilio. in allegat. Conſ. 127. Tira-
quell. in citat. §. 1. Gloſſ. 9. num. 30. & 37. Cumia. ad
Rit. Regn. Sicil. cap. 6. num. 30. Niſi emptor, alteri de
21 agnatione primi venditoris, alienaret. Eo namquè ca-
ſu, ad retrahendum, admicteretur: Teſte Tiraquell.
loc. paulò antè allegat. num. 43. & Weſſembec. in Conſ.
2. num. 59.
22 Nec derelinquam: Agnatum præferri, petentem in
emptione Feudi, teneri ſolvere juſtum pretium: non
tamèn augmentum, per extraneum, ex æmulatione
oblatum. De Afflict. in appendic. in citat. Controv. 20.
Sed vide: cùm caſus acciderit, D. Reg. noſtr. in Con-
ſul. 96. lib. 2. Tap. in Deciſ. 59. S.R.C. Scrader. de Feud.
part. 8. cap. 7. num. 41. & De Puteo de Reintegr. Feud.
pagin. 77. in cap. an ſi fuit conceſſa num. 9.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LVIII.

### SUMMÆ.

1 *Jus præſentandi Inſtrumetum*, via Rit. M.C.V. *Viginti Annorum interſtitio, à Die ortæ actionis; præſcribitur. Comprobatur* D. Reg. noſter.

2 . *Executivum; ſpatio Annorum Triginta præſcribitur. Comprobatur* Deciſ. *Et recenſentur* ſequaces.

3 *Executio ſententiæ; præſcribitur Triginta Annorum ſpatio*: Cum Deciſ.

4 *Jus executivum; Creditori an competat; pro Annis decurſis; poſt ſpatium Annorum Triginta?* Epiſcop. de Afflict. *pugnat*; cum Conſil. Carleval.

*Quìd, in præſentatione Inſtrumenti;* via Ritus? *Reſpuitur* Gizz. *num.* 5.

*Traditur cautela; pro Creditore. num.* 6.

7 *Pactum executivum ex quibus inducatur? Comprobatur* Gizz. *Ejusquè Pacti formula, deſcribitur. num.* 8.

9 *Jus executivum; exercetur, etiàm contrà debitoris hæredes. Declaratur* D. Mucc. *num.* 10.

11 *Inſtrumentum, ad* Rit. *formam: non præſentatur, contrà debitoris hæredes.*

12 *Duo præcepta, regularitèr fiunt debitori, ad ſolvendum, vigore pacti executivi: vel ejus hæredi, pro obtinendis literis Executorialibus, realitèr.*

*Intellige: ut num.* 17.

*Aut fit citatio, ad dicendum: contrà Pactum. nu.* 13.

14 *Literæ Executoriales, vigore Pacti: nùm adversùs principalem debitorem, relaxari poſſint realitèr, & perſonalitèr?* Laganar. *reſpuit* Mauſon. *ſed defenditur num.* 16.

15 *Ponderatur locus*, Author. incert. in addit. ad Judic. Robert.

18 *Obligatio penès acta. tàm attento Jure Quiritum: quàm Municipali, executionem paratam obtinet.*

*Quantò Tempore, præſcribatur? num.* 19.

*Qualitèr, elapſo Decennio, incuſetur? Confutatur* Thor. *num.* 20.

*Quìd, adversùs debitoris hæredes? num.* 21.

*Quo pacto, incuſetur, in Curia Romana. num.* 22.

1 CErtum indubitatumque eſt apud *Noſtros* Jurium
Interpretes: poſt viginti Annos, à die nativitatis
actionis, Inſtrumentum, via *Rit. M.C.V.* 166. præſenta-
ri haùd poſſe: ex quò pœnalis actio, tantò præſcribitur
Tēpore: ut, inter multos, probant apertiùs, D. Reg. noſter
*hìc n.* 1. Gizz. *n.* 14. Thor. *in comp. Deciſ. p.* 1. *Verb. Inſtru-
mentū liquidari nequit. Et verb. Inſtrumentū, liquidari
non poteſt.* Danz. *de pugn. Doctor. tom.* 1. *Tit. de Inſtrum.
cap.* 3. *n.* 6. 63. & 64. Novar. *lib.* 2. *quæſt.* 36. Rovit. *in
Pragm. Rubr. de Inſtrum. liquidat. num.* 38. Frecc. *de
Subfeud. lib.* 2. *§. pluribus autem modis. num.* 37. Tar-

tagl.

tagl. *in prax. cap.*1. *num.*39. *& ibi* Grimald. *in addit. incipient. Stylus Curiæ. verſic. iſta duodecima.* De Franch. *in Deciſ.* 341. *& ibi* De Luc. *num.* 1. *&* 2. *&* D.Petr. *in Rit.*167. *num.*2.

2 Jus verò executivum, Triginta Annorum interſtitio; præſcribi: quia per Nobile Judicis officium; exercetur. Quòd, tali ſpatio præſcribitur; deciſum obſervo, hoc loco: & Deciſionem nominatìm ſequuntur, Epiſcop. de Afflict. *Controv.*49. *num.*30. D.Petr. *ubi ſup. num.*7. *& in Rit.*128. *& num.*22. Motill. *in prax. pagin.* 172. *num.* 8. De Luc. *in adduct. Obſ.* 341. *verſic. prædicta procedant.* & D.Staiban. *in Obſervat. ad Reſol.* 82. *nu.*12. *&* 13. & eandem ſententiam probant Barboſ. *in l. ſicut.*3. *ex num.* 154. *C. de præſcript. Trigint. vel Quatrag. Ann.* De Pont. *in Deciſ.* 18. *num.* 14. *&* Balb. *de præſcript. part.*4. *partis quartæ. quæſt.*31. *n.*1.
3 ad inſtar executionis ſententiæ; quæ, tanto temporis intervallo, præſcribitur: ut illius vigore: via executiva, agi non poſſit; ut deciſum dicit, Gallup. *in prax. part.* 3. *cap.*2. *num.*51.

4 Hanc veriſſimam ſententiam reſtringit, Carleval. *de Judic. lib.*1. *Tit.*3. *diſput.*4. *ex nu.* 16. ut procedat, quò ad Annos decurſos tantùm; antè præſcriptionis tempus: non verò pro tertiis decurſis, poſt dictum tempus; & in futurum decurrendis. Et in idem; deſcendunt, Rodr. *de Ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.*9. *nu.* 69. Avendan. *de Cenſib. cap.*103. *num.* 8. *&* Pap. *ad Caravit. in allegat. Rit.* 167. *num.*32. quod, in præſentatione Inſtrumenti via Rit. locum habere voluit Gizz. *hic nu.*18.

5 At in contrarium; apertè ſtat, De Afflict. *eod. loc. num.*30. *verſic. Mihi tamen.* Sequutus Gomeſ. *ad Leg. Taur.*63. *num.* 2. *verſic. ſed quæritur.* Hæv. Volanno. Foller. Caravit. & Duard. *in ſedib. indicat.* per eund. Carleval. *eod. loc. num.*17. fundans id, ſoliditſimis rationibus; quas ipſe videre poteris, *in verſic. Rationes.* Nè alienos labores tranſcribere videar. Nec diſſentit D. Petr. *ubi ſupr. num.* 3. *verſ. Alii autèm credunt. in fin.* Et applicantur quoquè, contrà Gizz. in præſentatione Inſtrumenti; ſcribentem.

6 Petente idcircò creditore, Viginti novem Annatas, vel minus; præſcriptionem evitabit: Niſi, vel ex ipſemet actoris confeſſione, aùt alio prompto Documento; actionem, per Triginta Annos, non fuiſſe exercitam: Vel intrà illud tempus, exactum; ipſe debitor doceret. Quia, hoc conſtito; in creditoris poteſtate non erit: fraudulenta petitione, ejus quod verè debetur; in præſcriptionis Jure, jam debitori quæſito, præjudicare: probante id *eod.* De Afflict. *antè num.* 31. *verſic. quòd ſi creditor.* Et applicari dicterium iſtud etiàm, in inſtrumenti ad formam Rit. præſentatione: quatenùs cenſus intrà Decem, & novem Annos, vel minori ſpatio decurſos; poſtularet: Probat D.Petr. *in allegat. Rit.* 167. *num.*9.

7 Quibus verbis, Pactum Executivum concipiatur; ponit Gizz. *hic n.*1. Et antè ipſum Coler. *de Proceſſ. execut. cap.*5. *part.*1. Memoratquè De Sarn. *in Prax. Civil. pagin.*78. *ſect.*1. Et tranſcribit ipſiſſima ferè verba: quibus, in Contractibus utuntur Notarii; Laganar. *Ità*
8 *quod; habeat promptam, & paratam executionem, tàm realem, quàm perſonalem: etiàm via executiva, & Juris forma, non ſervata: more Penſionum Domorum hujus Civitatis; & Obligationum liquidarum M.C.V. quibuſcumquè Juribus, in contrarium fortè facientibus; non obſtantibus. & c. quibus renunciat, & c. in addit. ad Rovit. in cit. comment. ad Pragm. Regn. in Pragm.* 1. *de cenſib. verſ. contrà tertios poſſeſſores num.*6. Hoc-
9 què Jus, exerceri poſſe contrà debitoris hæredes; firmant Mauſon. *de cauſ. execut. ampliat.*14. *ex num.*20. Galter. *in prax. Inſtrum. in ſecunda ſecund. partis princip. Rubric. unic. n.*38. *verſic. ſecundò ſublimita.* Quia actiones, & Obligationes; ad hæredes, & contrà hæredes, tranſeunt. *L. unic. C. ut Action. ab hæred. & contr. hæred.* Latè Cyriac. *Controv.*193. *num.*3. *lib.*1. Staiban. *citat. lib.*1. *Reſolut.*63. *num.*14. Parlador. *Rer. quotid. cap. ult. part.*1. §.1. *num.* 11. Theſaur. *lib.*2. *quæſt.* 67. *n.*10. *&* Fab. *de Errorib. Pragmatic. Decad.*80. *Error.*6.

10 Ex quo, non video, qualitèr ſuſtineri poſſit; traditum per D. Mucci *in quæſt.*20. *num.* 20. denegantem, adversùs hæredes; exercitium Pacti executivi: quotiès debitor principalis, in contractu; Fundum hipothecavit; & Pactum Executivum appoſuit: expendens ad id, *Rit. M.C.V.*178. Niſi fortaſsè, ſcribere maluerit; ad-
11 versùs debitoris hæredes; non poſſe præſentari Inſtrumentum, ad *Rit.* formam: prout adductus *Rit.* diſponit; & deciſum indicat D.Reg. noſt. *hoc eod. tom.*1. *Deciſ.*115. & ibi fuſiùs Nos. Et tradunt Galter. *loc. citat. ex num.* 27. *&* Thor. *in Compend. part.*3. *ſect.* 2. *verb. pœna liquidationis Inſtrumentorum; & in verb. Pragm.* 8. §.7. *in med.*

12 Modus autèm, qualiter hoc Pactum, executioni demandetur, explicat Gizz. *num.*2. Et ipſa, noſtrorum Tribunalium Praxis admittit. Etenim, fiunt debitori, ad minus Duo Præcepta; quod ſolvat tertias decurſas, vigore dicti Pacti: ſivè, ſortem; ad tempus promiſſam: indè relaxantur Literæ Executoriales. Notant hanc eandem praxim D.Petr. *in adduct. Rit.*167. *num.*7. *&* Sarn. *loc. indicat.*

13 At, in contingentia huius Deciſionis; Sacrum Regium Conſiliũ, dixit: eſſe citandùm debitorem ad dicendum Cauſam, quarè, non debeat exequi, vigore Pacti Executivi. Quam praxim; tradunt Galter. *loc. allegat. num.* 38. *&* Mauſon. *ubi ſup. quæſt.*2. *Concluſ.* 2. *ſub num.* 31. *verſic. amplia quartò.* Quem nominatim: neſcio quo Fato; reſpuit Laganar. *loc. adduct. num.*8. tùm ex quò, ſcripſit M. C. V. citationem, adversùs
14 debitorem; demandare ad ſolvendum: vel dicendum cauſam, quarè; exequi, non debeat realitèr, & perſonalitèr, vigore dicti pacti: tùm quia ad id; expendit auctoritatem Author. Innominati, *ad Franc. Anton. de Judic. Robert. in tract. de liquid. Inſtrum. conſid.*4. De eo quòd attinet ad allegatam formulam: potiùs, ad rem non facere, quàm contrà Mauſonii aſſertum ſcribere; dixeris: ponderando verba adaptare adversùs
15 tertium poſſeſſorem, poſſidentem fundum; hypothecæ ſubmiſſum: quem perſonali executione reſtringendum, numquàm potuiſſe obtinere; fatetur. At de illo, ſuper perſonali reſtrictione: quam numquàm Judices, neque ſcribas, M.C.V., ſomniaſſe, aſſerit:
16 Non video, qualitèr adversùs principalem debitorem Florid. Mauſonii doctrina; amplexanda non ſit: dum Pactum, teſte eodem Laganar. verba conceptionis tranſcribente; id importet ibi, *promptam & paratam executionem, tam realem, quàm perſonalem.* Et practicatum quandoquè; teſtati ſunt Nobis, Marcus Averſana; Franciſcus Albanus; & Marcus Salernus: M.C.V. Actorum Magiſtri accuratiſſimi; Et leguntur plura Decreta Franciſci Mariæ Prati, Regii Conſiliarii Sanctæ Claræ in banca Laviani apùd Scribam Dominicũ Romanum: quòd facilè, ſaltèm ad evitandum inutilem circuitum; ſubſtinendum eſt. Relaxatis namquè, vigore Pacti, de quo ſcribimus, Literis Executorialibus, adversùs debitorem principalem, in bonis: indè, re-
17 latione facta ab Alguzerio, ſe bona ad exequendum, non inveniſſe; regulariter fit Decretum, *quòd debitor conſignet executionem explicitam: alias, capiatur de perſona;* cujus Praxis meminit Sarn. *loc. allegat.*

18 Paratam quoquè executionem; obtinere: attento Quiritum Jure, atquè noſtro Municipali; Obligationes apùd Acta ſtipulatæ: ſumitur ex *l. eum, pro quo. ff. de in Jus vocand. & ex Rit. M.C.V.* 128. Et latè; tradunt De Franch. *in Deciſ.* 118. *num.* 7. *in Deciſ.* 200. *num.* 22. *& in Deciſ.*656. Theodor. *in Alleg.*39. *n.*1. D.Rocc. *in Reſpons.* 21. *nu.*5. *to.*1. D.Merlin. *in Contr.*66. *nu.*2. *to.*2. D.Reg. noſter *hoc eod. vol. Dec.*103. *ſub n.*21. *& t.*2. *Dec.*



Digitized by Google

138. *num.* 25. Quam, Triginta Annorum curriculo,
19 præſcribi; notant Fab. *in ſuo Cod. lib.* 7. *Tit.* 13. *diffinit.*
10. Afflict. *in Deciſ.* 245. *num.* 12. & 13. Et alii allegati per Conſil. Petr. *in citat. Rit.* 128. *num.* 21. Quicquid ſibi Thor. involvat, *in Vot.* 81. *part.* 1. ſcribens, quòd
20 Decennio elapſo, à die nativitatis actionis; Judicio ordinario, creditori agendum erit. Etenim hoc caſu, citatur debitor; ad dicendum cauſam, quarè obligatio, incuſari non debeat. quo, ſatisfactionem aùt aliam peremptoriam exceptionem opponente; retardatur illius incuſatio: & probans allegatam exceptionem abſolvetur. Carleval. *in ead. Diſput.* 4. *num.* 13. & 14. & Sanfelic. *in ſect.* 38. *ſua Prax. ſub num.* 23. Idquè contrà debito-
21 ris hæredes, paritèr procedere; dixit D. Rocc. *in adduct. Reſpons.* 21. *num.* 5. Sanfelic. *in Deciſ.* 215. *num.* 11. *tom.* 2. Et conferunt, à Nobis tradita; *in Obſerv.* 138. *tom.*
22 2. Et quòd in Curia Romana, abſquè partis citatione: Obligatio, penès Acta ſtipulata, non incuſetur, tradit D. Joan. Bapt. De Luc. *in tract. de Credit. Diſcurſ.* 112. *num.* 8.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LIX.
### SUMMÆ.

1 *Major, poteſt inhærere in integrum reſtitutioni, petita à Minore: cùm quo litem habet.*
2 *Reſtitutio in integrum, à Minore petita: Majori litis conſorti, in Judicio individuo, prodeſt.*
3 *Æqualitas, ſervanda eſt in Judiciis.*
4 *Terminus: conceſſa privilegiato reſtitutione, ad pinguiùs probandum, communis eſt, cum utraquè parte.*
*Nec illi, privilegiatus: in præjudicium alterius partis, renunciare valet. num.* 5.
6 *Nominatione teſtium ab una ex partibus facta, altera pars utitur: licèt illi, non inhæſerit.*
7 *Procurator, acceptando Decretum, ſuo principali non præjudicat, nè ab illo, appellare valeat: etſi lapſi ſint, Decem Dies.*
8.... *Non valet, appellationi renunciare, in principalis præjudicium.*
9.... *Termino probatorio; renunciare haùd poteſt: cum* Deciſ. noviſſ.
10.... *Non præjudicat principali; petendo Terminum: cùm in Cauſa; dandus non ſit.*
11 *Nominationis renunciatio; per Procuratorem facta: principali non præjudicat.*
12 *Dotis conditio: in quo, à Marito; deterior fieri poſſit!*
13 *Fœmina: ex quibus maſculietur.*
14 *Ætas; ad maſculiationem obtinendam; quæ requiratur.*
15 *Interpellatio fratris: pro maſculiatione obtinenda; neceſſaria eſt.*
*Qualis debeat eſſe? num.* 16. & 17.
18 *Impotentiam fratris, excludi maſculiationem, ſcribunt,* D. Reg. noſtr. & Gizz.
*Adducitur opinio* Caputi, & Bottilierii.
*Contrarium verius, ex* Provenzal. *proponitur, & carpitur* Gizz. *à* De Luc. *num.* 19.
20 *Soror: maſculiatur: ſi legata Dote, à Patre; frater diſferat illam maritare.*
21 *Maſculiatio, in præjudicium illius; retrotrahitur, qui diſtulit maritare.*
22 *Paragii quantitas: qualitèr, taxanda ſit in maritata, vel maritanda? Declaratur* de Amic. *ex* Bottilier. & *num.* 23. 24. & 25.
26 *Paragium; an taxetur: attento tempore mortis Patris? Adducitur opinio contrà* D. Reg. noſtr. *ſed conciliatur: num.* 27. & 28.
29 *Legitima; eſt quota Bonorum: non Hæreditatis. Et in corporibus, præſtanda eſt. num.* 30.
31.... *in Pecunia, aſſignari non poteſt: niſi, Aſcendentibus, debeatur. num.* 34.
*Fallit: ut num.* 32.
33.... *ex Cauſis, in uno corpore deſcendenti, aſſignari poteſt.*
34 *Vita, & militia, taxatur ad inſtar legitimæ.*
35........ *Num debeatur, à ſecundò genito, Tertiò genito per mortem Primò geniti? Notatur* Gizz. *num.* 36. & 38. *Declaratur num.* 39. *ejus* Deciſio *comprobatur num.* 40. *Sed exploditur num.* 41. & *laudatur* D. Jo. Bapt. Mucci.
37 *Collateralì: an Vita, & Militia, debeatur?*
42 *Secundò genito: quid ex Feudo novo, debeatur? Et qualitèr Feudum æſtimetur? Adversùs* Gizz. *num.* 43.
44 *Bona, Fideicommiſſo ſubjecta: in ſubſidium validè, pro Dote deſcendentis conſtituenda, alienantur.*
*Adducitur reſtrictio* Conſil. Paſcal. *num.* 45. & 46.
47 Auth. res quæ. C. Commun. de Legat. *non procedit in linea Collaterali: contrà* D. Reg. noſtr. & Gizz. *num.* 48. & 49.
*Intellige: ut num.* 50.
51 *Diſpoſitio* Auth. *res quæ, procedit in intereſſe Dotis. Defenditur.* Gizz.
*Atquè in Antefato. num.* 52.

1 Illud, in primis; obſervandum eſt: reſtitutioni in integrum; Minori conceſſæ: Majorem, cum quo litem habet; inhærere poſſe: juxtà Tex. *in l.* 1. & 2. *C. ſi adverſ. tranſact. l. Minor.* & *ibi* Gloſſ. & *in l. quod ſi Minor. §. reſtitutio. ff. de Minorib.* & *l. unic. C. ſi in comm. eademquè cauſ.* Et ſcribunt perbellè Speculat. *in §. videndum. in Tit. de dilat. verſic. in ſumma.* Mut. *in Rit. Sicil.* 134. *num.* 23. Cumia *in Rit.* 78. *num.* 25. Ramon. *in Conſ.* 41. Petrus Bimius *in Conſ.* 98. *vol.* 1. *num.* 31. Tap. *in Conſtit. Regn. Minorum Jura. num.* 7. Afflict. *in Conſtit. Regn. Obſcuritatem. ex num.* 20. & Conſil. Petr. *ad Rit. M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 71. *num.* 6.
2 Illamquè prodeſſe Majori, litis conſorti, in Judicio individuo; tradiderunt Maſtril. *in Deciſ. ſicut.* 42. Gam. *in Deciſ. Luſitan.* 291. *num.* 1. Afflict. *in Deciſ.* 213. Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. in Deciſ.* 55. *verſic. adde quòd ſi reſtitutio.* Thor. *in compend. Deciſ. part.* 1. *verb. reſtitutio in integrum competens Minori,* & *verb. reſtitutio in integrum competens Minori: an extendatur.* Gallup. *in Prax. S. R. C. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. 13. & 14. Muſcatel. *in Prax. part.* 6. *Gloſſ. in integrum num.* 8. Ricc. *in Collect.* 639. Borrell. *in ſumm. Deciſ. tom.* 1. *Tit.* 56. *num.* 34. Secùs in dividuis, ſivè diviſibilibus. Donell. *in comment. Jur. Civil. lib.* 21. *cap. ultim. verſic. quæ de re.* Reverter. *in Deciſ.* 164. & *ibi* De Marin. De Luc. *ad Franch. Obſerv.* 269. & D. Staiban. *in Obſerv. ad Reſolut.* 15. *num.* 4. & *in Obſervat. ad Reſolut.* 55. *num.* 13.
3 Ea potiſſima ratione: nàm in Judiciis; æqualitas eſt ſervanda. *l. cùm Pater.* 79. *§. evictis. ff. de legat.* 2. *l. fin. C. de fruct.* & *lit. expens.* & *l. fin. C. de Cupreſſ. lib.* 11. De Franch. *in Deciſ.* 420. *num.* 2. David Doring. *in Biblioth. Juris Conſult. verb. Æqualitas.* Specialitèr in iis, quæ per in integrum reſtitutionem; uni ex litigantibus, conceduntur *l. petendæ.* 6. *C. de Tempor. in integr. reſtit.* & *ibi* Bartol. Proindè, Terminus reſtitutionis in integrum,
4 ad pinguiùs probandum; communis eſt, cùm non privilegiato. Bartholom. de Capua *in ſingul.* 154. Muſcatell. *loc. citat. lib.* 1. *part.* 6. *Gloſſ. Communis.* Prat. *in Obſervat.* 52. *num.* 11. & 12. Et quod plùs eſt: conceſſa, ad pinguiùs
5 probandum Minori, vèl alteri perſonæ privilegiatæ, in integrum reſtitutione; in adverſarii præjudicium renun-

nunciare haud valet. Afflict. *in Deciſ.*89. *& ibi* Urſill. Staiban. *loc. allegat.* Et quòd, nominatione Teſtium, ab
6 uno ex litigantibus facta, poſſit uti altera pars: notat Rovit. *in Pragm.*7. *de Ordin. Judic. num.*22.

7 Obſervo ſecundò *num.* 3. Procuratorem, acceptando Decretum; Principali non præjudicare, nè appellare valeat: licèt Decem Dies, ad appellandum; lapſi ſint. Ità paritèr ſcribunt, Matin. *de legitim. perſon. cap.*16. *num.*53. Odd. *de in integr. reſtit. part.*2. *quaſt.* 69. *nu.*24. & Veſtr. *in Prax. lib.*7. *cap.*3. *num.* 24. Nèc
8 in Principalis præjudicium; renunciare appellationi. Donad. *de Renunciat. cap.* 19. *num.* 151. Chriſtin. *in Deciſ. Belgic.*17. *num.*9. *vol.*1. & *vol.*2. *Deciſ.*107. *num.* 17. Thor. *in comp. Deciſ. verb. Procuratores an poſſint. tom.*1. Papon. *in lib.*19. *Tit.* 5. *arreſt.*8. & *Tit.* 41. *arreſt.*1. Borrell. *loc. citat. lib.* 2. *Tit.*3. *nu.*1359. De Luc. *ad Franch. in Obſervat.*579. *num.*1. & noviſſimè Reg. De Philip. *in Diſſertat. Fiſcal.* 2. *num.* 78. & 79.

9 Et Termino probatorio: Procuratorem, renunciare non poſſe; indicat De Marin. *lib.* 1. *Reſolut.* 66. *num.* 7. & *poſt eum* Conſil. Petr. *cit. tom.*1. *Rit.*69. *num.*13. Et determinatum fuit, ſub Patrocinio Noſtro per S. R. C. in Aula Regii Conſiliarii Eraſmi De Ponte: referente D. tùnc Judice nùnc Regio Conſiliario, Thoma De Luca, in Cauſa D. Antoniæ Milazzi, cùm illis de Gaminea; & Torelli. Proceſſus eſt in Banca Caſtaldi, apùd ſcribam Olivares.

10 Sicut, nèc Procurator, præjudicare valet ſuo principali; petens impartiri Terminum in cauſa: cùm in illa dandus non ſit: utputà, quia de mero Juris articulo agitur: aut executivè. Cævall. *commun. contr. commun. tom.* 3. *cap.* 815. *num.* 40. D. Petr. *in Rit.* 134. *num.*15. Et in caſu à fortiori; deciſum indicat De Luc. *in citat. Obſervat.* 579. *num.* 4. Cujus Deciſionis; meminit quoquè Gizz. poſt noſtros labores confectos in lucem editus *in Obſervat.* 189. *tom.* 2.

11 Renunciationem quoquè nominationis, per Procuratorem factam; Principali non officere: quìn Teſtes examinandi ſint, in loco nominato; dicit, D. Petr. *in Rit.*260. *num.*58. & 59.

12 Obſervo tertiò *num.* 5. Dotis conditionem, deteriorem fieri non poſſe: vulgata *l. Attilicinus.* 17. *ff. de Pact. Dotal. lib.* Quam concluſionem; in ſorte intelligendam eſſe: non verò in Fructibus; voluit, Ant. Fab. *in ſuo Cod. lib.*5. *Tit.*9. *diffinit.*2. Cùm in illis, pro Tempore Matrimonii; poſſit maritus, deteriorem conditionem facere: attento quòd Matrimonio durante; ad ipſum pertinent. Joſeph Ludovic. *in Deciſ. Lucens.*21. *num.* 13.

13 Obſervo quartò *num.*7. ubi D. Reg. noſter; Scribit: ad inducendam ſororis maſculiationem; tria requiri.

14 Primo ætas ſexdecim requiritur annorum: in quibus ſoror non fuerit à Fratre; maritata. Pro quo obſerva, eandem Ætatem debere eſſe completam: Ità ut, ſi unus deficiat Menſis; maſculiatio locum non obtineat. Provenzal. *in Conſuetud. ſi moriatur. Obſerv.*20. *num.* 19. & *in Obſervat.*21. *ſub num.*1. Et probatur: attentis verbis ejuſdem *Conſuetud. in §. eas autem. ibi. Annos ſexdecim completos.*

15 Secundò, quòd Frater; interpellatus, ſivè requiſitus ſit; congruo loco, & tempore: ea ratione, nè Frater excuſetur, ſe ignoraſſe; ſororem voluiſſe ad Nuptias feſtinare. Læl. Caput. *in allegat. Conſuetud. part.* 1. §. 10. *num.* 21. Satis verò eſt, hanc interpellationem;
16 extrajudicialem eſſe: Etenìm; actio Sorori competit: Conſuetudinis providentia, & condictione, ex ea. Provenzal. *in allegat. loc. Obſervat.* 33. *num.*10. Quem ſequitur De Luc. *in Obſervat. ad De Franch.* 412. *num.* 5. Et in idem; videtur deſcendere, D. Reg. noſter *num.* 25. *in fin.* Quatenùs, referens Cauſam Juliæ Capyciæ Galeotæ; petentis virilem: illam non fuiſſe excluſam, inquit, ob defectum interpellationis; quam per Teſtes probaverat: ſed quia, alia requiſita; deficiebant. Et certè, ſi interpellatio prædicta; Judicialis eſſe deberet: utiquè numquàm, aut rarò: fieret: proptèr quamdam Sororis erubeſcentiam, in adeundo Judicem, adversùs Fratrem, pro habendo Viro.

17 Verum tamèn, eſt; Sorori Judiciariam interpellationem, utiliorem forè. Quo caſu, Judex; Fratri præfigit Terminum, ad reſpondendum: an ſolus hæres eſſe velit: dando Sorori Dotem de paragio: aùt cùm illa ſuccedere. Juxtà tradita per D. Reg. noſtr. *num.*8. & latiùs per Provenzal. *in Obſervat.* 24.

18 Et demùm quòd Frater requiſitus; habeat facultatem eam maritandi: ità ut malitioſè, non differat; Sororem maritare. D. Reg. noſt. *num.* 7. Quem adducto. Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 4. *quaſt.* 1. *num.* 8. refert Provenzal. *in Obſervat.*21. *num.*1. & ſequitur Gizz. *hìc num.* 13. Sed hanc opinionem; limitat Caput. in Fratre; qui anteà potuit: cùm ſequens difficultas, non excuſet. *in citat.* §. 10. *num.* 65. & dixit etiàm Bottilier. *in tract. de ſucceſſ. dilucidat.*1. *cap.* 1. *Theor. num.* 36.

19 Indiſtinctè verò ab opinione D. Reg. noſtri, Gizz. & *aliorum*, cavendum opinor, nam verbum illud *facultatem*, quod legitur in *Conſuetud.* non ponitur pro potentia, & impotentia; ſatisfaciendi: ſed ad finem, ut juxtà Patrimonii vires, Paragium, à Fratre debitum; reguletur: nec impotentia Bonorum; Fratrem excuſare poteſt: quia non de ſuo, ſed de Patris Patrimonio; Sorori Paragium aſſignare tenetur: cùm in Fratris beneficium, introductum ſit, Paragium in Pecunia ſolvere: nè partem Bonorum, ſicut in Legitima; dare cogatur. Pro ut perbellè concludit Provenz. *in adduct. Obſervat.* 24. *ex nu.* 5. *ad fin.* quem ſequitur De Luc. *loco alleg. num.* 4. ideò cavendum à Gizz. dixit.

20 Multò minùs; excuſabitur Frater: ſi Dos à Patre, in Teſtamenti Tabulis; legata fuiſſet: ut deciſum tradit De Franch. *in citat. Deciſ.* 412. *ſub num.* 4. Probat De Ponte *in Conſ.* 50. *ex num.* 7. Et ſequitur Provenzal. *eod. allegat. loc. num.* 17.

21 Qua occaſione; nota: quòd Maſculiatio, in præjudicium ejus, qui diſtulit maritare; retrotrahitur: Juxtà poſita per Bottilier. *loc. indicat. theorem.* 40. *num.*6. & per Caput. *loc. allegat. par.* 1. §. 6. *ex num.* 26.

22 Obſervo quintò: Paragium in maritata; legitimam non excedere. Idquè probant, Larath. *in Conſ.*26. *nu.* 39. Maſtrill. *ad Petr. de Gregor. in tract. de Dot. de Parag. quaſt.* 9. Fuſc. *in ſingul.* 105. *lit. F.* Tutius *in Allegat.* 3. *num.* 5. & 8. D. Capyc. Galeot. *lib.* 2. *Controv.* 16. *num.* 22. De Luc. memor D. Reg. noſtr. hìc in *Obſervat. ad Franch.*618. *verſic.* & *quòd Paragium.* At in maritanda; arbitrari poſſe, uſquè ad virilem por-
23 tionem: qualitate Conjugum conſiderata, Filiorum numero, & Patrimonio; voluerunt Maſtrill. *in Deciſ.* 48. *num.* 3. Rovit. *in Pragm.* 24. *num.* 57. *de Feud.* Thor. *in Compend. tom.* 1, *verb. paragium à fratre ſorori debitum.* & *verb. paragium, quomodò taxandum.* Hodiern. *in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. quaſt.*26. *num.* 20. Paſcal. *de Virib. Patr. Poteſtat. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 183. Staiban. *in Reſol.* 102. *ex num.* 25. *ad* 49. *tom.* 2. Tap. *in Deciſ. S. R. C.* 14. *num.* 41. Loffred. *in Conſ.* 26. Grammat. *in Deciſ.* 57. Piſanell. *in citat. Conſuetud. ſi moriatur. pag.* 94. *vers. circa Paragium.* Provenzal. *ibid. Obſervat.* 12. *num.* 8. Larath. *loc. indicat.* Anell. de Amat. *in Conſ.* 59. *nu.* 7. Molfeſ. *part.* 3. *quaſt.* 9. & *part.* 4. *quaſt.* 16. & Caput. *in adduct. loc. part.* 2. §. 6. *num.* 1. qui *num.* 4. *pagin.* 221. ſcribit: quandoquè congruam Dotem, æſtimatam fuiſſe portionem; intèr virilem, & legitimam. Virilem tamen, excedere non poteſt: nè ratio excluſionis, in Fratris beneficium introducta; in ejus odium retorqueatur. Provenz. *in allegat. Obſerv.* 12. *nu.* 25. quicquid; deciſum dicat, Franc. de Amic. *in Tit. de his qui Feud. dare poſſ. num.* 7. quem declarat Bottilier. *loc.*

Digitized by Google

*loc. citat. Theor.* 51. *num.* 22. & ſequitur, De Luc. *loc.*
*cit.* In Filiabus verò Procerum, & Magnatum: quan-
24 doquè Paragium, fuiſſe taxatum, infrà Legitimam;
refert Salern. *ad Napod. in Conſuetud. eas autèm. verſ.*
*Paragium, quid ſit?* Capyc. *ibid. in verſic. an Mulier*
*excludatur.* & Provenzal. *loc. paulò antè indicat. nu.* 3.
25 In Monialibus tandèm ſatìs eſt; quòd aſſignetur Pa-
ragium: quod vulgò dicimus ingreſſarum: ſivè Patre
vivente, ſivè mortuo; Moniales fiant. Provenzal. *Ob-*
*ſervat.* 11. *pagin.* 22. & *noviſſimè* D. Rodoer. *in Cons.*
26. *memor* D. Reg. noſtri *hoc loco ex num.* 17. *ad* 22.
Sed vide Reg. Galeot. *in Controv.* 8. *tom.* 2.
26 Obſervo ſextò: Paragium, taxandum eſſe, juxtà
tempus mortis Patris. D. Reg. noſt. *num.* 16. Quia le-
gitimæ; loco ſucceſſit: Idquè in Legima voluerunt:
nulla habita ratione augmenti, aùt bonorum hæredi-
tariorum detrimenti. Cucch. *de Legit. pag.* 67. Mace-
ratenſ. *var. Reſolut. lib.* 2. *Reſolut. ultim. cas.* 8. Pere-
grin. *in Cons.* 42. *lib.* 1. *nu.* 26. Pancirol. *in Cons.* 124.
*num.* 31. & Paſcal. *de virib. Patr. Poteſtat. part.* 2.
*cap.* 4. *ex num.* 16.
27 Sed contrarium inſinuant Aym. *de Alluvion. cap.*
20. Vaſq. *de ſucceſſ. lib.* 2. §. 20. *num.* 229. Merlin. *de*
*Legit. lib.* 5. *Tit.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 27. Ricc. *in Collect.*
632. Et ſic deciſum, junctis Aulis S. R. C. in Legitima
Filiæ debita, ſuper officio; tradit de Georg. *in Allegat.*
40. cujus meminit Thor. *in Compend. Decis. part.* 1.
*verb. Legitima debita alicui Filiæ.*
28 Tu verò, D. Regent. noſtri, & aliorum placitum;
procedere dixeris, in augmento extrinſeco: ſecundam
verò opinionem; in augmento intrinſeco. Benè Ma-
ſtrill. *in Decis.* 251. *ex num.* 15. & *in addit. ad Petr.*
*de Gregor. loc. alleg. quæſt.* 24. & 25. De Franch. *in*
*Decis.* 61. *num.* 16. Et Facchin. *Controv.* 26. *lib.* 4. &
*in Controv.* 5. *lib.* 12.
29 Modò obſervanda. Succedit Concluſio altera. Legi-
tima, licèt quota bonorum ſit: non hæreditatis: Juxtà
ſententiam D. Reg. noſtr. *in Conſult.* 112. *nu.* 21. *tom.*
2. Merlin. *loc. citat. lib.* 1. *Tit.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 4. &
Prat. *lib.* 1. *diſcept.* 14. *num.* 20. & *ad Paſcal. loc. al-*
30 *legat. in verſic. pro ſententia verò Authoris. cum ſeq.*
atquè adeò ſuper omnibus corporibus pręſtanda, Schra-
der. *de Feud. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 47. & Suarez *in l.*
*quoniàm in prioribus. C. de inoff. Teſtam. ampliat.* 11.
31 Undè in Pecunia, aſſignari non poſſe; tenuerunt,
Magil. *de Imput. quæſt.* 11. *num.* 18. Pariſ. *in Cons.* 45.
*lib.* 2. *num.* 5. Decian. *in Conſil.* 79. *num.* 17. Americ.
*de Patr. Poteſt. effect.* 16. *num.* 39. & Facchin. *in citat.*
*lib.* 4. *Controv.* 33. Niſi id, uno ex hæredibus; haùd
32 expediret: eo namquè caſu, Judicem poſſe illam aſſi-
gnare in Pecunia; voluit D. Reg. noſter *num.* 8. quem
ſequitur Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. art.* 36. *pa-*
*gin. mihi* 357. *verſic. sed limita hanc concluſionem.*
33 Contrarium tamèn voluerunt, Cephal. *in Cons.* 42. *nu.*
8. & Pariſ. *in allegat. Cons.* 45. *num.* 6. & Molfeſ. vo-
luit, ex cauſis: Legitimam à Judice; in uno corpore
34 aſſignari poſſe *in Cons.* 9. *sub nu.* 17. & 18. Et quòd
Aſcendentibus, legitima in Pecunia aſſignari poſſit; te-
nuit Cancer. *var. Reſolut. tom.* 1. *Tit. de legit. cap.* 3.
35 Vitam, & Militiam, taxari ad inſtar Legitimæ, ſcri-
bunt, Petr. de Gregor. *in adduct. quæſt.* 2. *num.* 8. &
*de Vit. & Milit. quæſt.* 2. & 7. *num.* 4. Theodor. *in*
*Allegat.* 81. Ann. *in Cons.* 4. *num.* 52. Maſtrill. *in*
*Decis.* 64. *num.* 2. Illamquè Filio Tertiò genito, à Se-
36 cundò genito; qui Primò genito ſucceſſit: non debe-
ri, Deciſum, referente Horatio Marcheſio; Gizz. *hic*
ſub Die 29. Novemb. 1592. ſatìs frigidè refert. Nàm
licèt adhùc; clarum non ſit: proptèr pugnantes De-
37 ciſiones, & Doctorum Claſſicorum, Authoritates:
nùm illa, in linea Collaterali, debeatur: pro ut eſt vi-
dere apùd Capyc. *in Decis. ultim.* Theodor. *in Allegat.*
20. Marcell. de Maur. *in Allegat.* 76. *nu.* 20. De Marin.
*in lib.* 2. *Reſolut.* 45. *num.* 7. Thor. *in compend. Decis.*
*part.* 1. *verb. Vita, & Militia.* Capon. *in tract. de*
*Dot. in l.* 2. *ff. solut. Matrim. quæſt.* 8. *num.* 41. & De
38 Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 73. *num.* 3. Illud ta-
mèn eſt certum, hanc Deciſionem, à Gizz. relatam,
eandem eſſe, ac illam penès Gizzarell. *in Decis.* 37.
quam, non tàm ſiccè, mutuò accepit Thor. *in com-*
*pend. part.* 2. *verb. Vita, & Militia, an debeatur in*
*Linea Collaterali?* Et eadem, qua ratione proceſſerit,
39 oſtendit, De Georg. *in Allegat.* 9. Dicens adeò fuiſſe
excluſum Tertiò genitum, à petitione Vitæ, & Mili-
tiæ, contrà Secundò genitum: ob mortem Primò ge-
niti: quia Tertiò genitus, Vitam, & Militiam habue-
rat, ex eodem Feudo, tempore mortis Patris. Undè
concludit, talitèr judicatum: nè duplici, Feudum
onere, gravaretur. Extatque ſupèr hoc, determinatio
altera, lata in Regia Camera Summariæ, nemine con-
40 tradicente: apùd Reverter. *in Decis.* 471. & *ibi* De
Marin.
41 At noviſſimè, Deciſionem relatam per Gizz. ſivè
potiùs Gizzarell. ſolidiſſimis mediis nominatim ad tru-
tinam revocat D. Joan. Bapt. Mucc. *J. C. perdoctus va-*
*riar. quæſt. Forens. dilucidat. quæſt. ultim.* concludens
in Feudo Antiquo, Collateralibus, Vitam, & Mili-
tiam, deberi: quotieſcumquè Feudum, primo loco,
alicui ex aſcendentibus, fuit acquiſitum.
42 Traditquè Gizz. in Feudo Novo, per Patrem quæſi-
to: ſtante illius morte, in Secundò geniti electione, eſ-
ſe: aùt velit vitam, & militiam: vel partem pretii. ex
D. Rovit. Et voluit anteà Iſern. *in cap. Imperialem. §.*
*præterea Ducatus in addit. num.* 39. & 40. Subditquè
idem Gizz. *num.* 26. Feudi æſtimationem, faciendam
43 eſſe, attenta emptione: non verò tempore Mortis, Pa-
tris. Nota, contrarium ſatìs ad propoſitum tenuiſſe, De
Pont. *in Cons.* 79. *num.* 1. & 2. Minad. *in Conſtit. in ali-*
*quibus. in* 7. *notab. num.* 13. Fab. de Falc. *in Allegat.* 12.
*num.* 20. *in impreſſ. poſt Staglion. ad Pragmat. Regn.* D.
Reg. noſt. *in Conſult.* 25. *ex num.* 6. *ad* 34. & Proceſſus
illorum de Cecere, quorum Cauſæ Deciſionem, refert
Gizz. in Banca de Amico, nùnc de Amenta, haùd in-
venitur. Neſcio quo Fato.
44 D. Reg. noſter tradit *nu.* 21. Cauſam Dotis, Deſcen-
dentis Fideicommiſſo non ſubjacere: attenta diſpoſitio-
ne Auth. *res quæ. C. commun. de Legat.* quà de re latè
Vincent. Paleot. *in tract. de Dot. num.* 85. Bald. Novell.
*in ſimil. tract. part.* 6. *Privileg.* 13. *num.* 2. Jul. Capon.
*in eod. tract. in l.* 2. *ff. ſolut. Matrim. quæſt.* 8. *num.* 2.
Petr. *de Fideicom. quæſt.* 8. *num.* 330. Peregrin. *in ſimil.*
*tract. artic.* 42. & *ibi* Cenſal. Vincent. Fuſar. *de ſub-*
*ſtit. quæſt.* 531. & noviſſimè D. Staiban. *in Obſervat.*
*ad Reſolut.* 73. *lib.* 1. In ſubſidium tamèn, bonis libe-
45 ris non extantibus D. Reg. noſt. *num.* 22. Et proba-
runt Surd. *in Decis.* 62. & *ibi* D. Hodiern. *nu.* 14. & *in*
*Controvers.* 31. *num.* 37. Campeg. *de Dot. part.* 1. *quæſt.*
8. Coſt. *de Remed. ſubſid. Remed.* 6. *num.* 1. Capon. *loc.*
*citat. num.* 2. Cancer. *var. Reſolut. lib.* 1. *Tit. de Dot.*
*cap.* 9. *num.* 102. De Pont. *in Cons.* 49. *nu.* 1. & 2. Cen-
ſal. *loc. nupèr allegat. verſic. hæc concluſio, & verſic.*
*tertiò declaratur.* De Luc. *ad Franch. in Obſervat.* 519.
*nu.* 5. D. Joan. Bapt. de Luc. *in tract. de Dot. Diſcurſ.*
145. *num.* 64. quod tamèn, limitat, Paſcal. *loc. indi-*
46 *cat. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 19. quotieſcumquè, cum Le-
gis proviſione, concurrit proviſio Hominis.
47 Sed an diſpoſitio, citat. Auth. *res quæ.* procedat in
Linea Collaterali? Affirmant D. Reg. noſt. *num.* 21.
& Gizz. *num.* 29. Et eandem opinionem, defendunt.
Sed malè, Menoch. *in Conſ.* 33. *num.* 41. Riminald.
Jun. *in Conſ.* 324. *num.* 12. & Franc. Claper. *cauſ.* 2.
*quæſt.* 4. *in princip.* Quia eadem ratio Dotis, tàm in
Deſcendenti militat: quàm in Collaterali.
48 Contrarium verò: attenta diſparitate rationis:
Aſcendens namquè, ſi de Dote cogitaſſet, utiquè di-
ſpo-

Digitized by Google

ſpoſuiſſet ſatis aptè: tutati ſunt innumeri ferè allegati
per Fuſar. *in allegat. quæſt.* 531. *num.* 95. quibus ſub-
nectantur Maynard. *in Deciſ.* 18. & 21. D. Hodiern.
*in citat. Obſerv. num.* 18. D. De Marin. *lib.* 2. *Reſolut.*
17. *num.* 8. Cenſal. *loc. indicat. pagin. mihi* 426. *ver-
ſic. ſed hæc declaratio.* Gaſpar. Theſaur. *ad Patrem in
Deciſ.* 192. Fontanell. *de Pact. Nuptialib. tom.* 2. *clauſ.*
5. *Gloſſ.* 1. *part.* 2. *ex num.* 6. Capon. *loc. allegat. nu.*
2. *verſic. Reſpondeo ſecundò*. Odd. *de Fideicom. quæſt.*
38. Viſcont. *ad De Franch. in Deciſ.* 241. & *ibi* De
Luc. qui *num.* 2. *verſ. media concilians*. ex aliis, hoc
49 diſcrimen, ità pacari dicit: Ut hæc ſecunda opinio,
procedat in conſtitutione Dotis: quià de lucro tracta-
tur. At D. Regent. noſtr. & *aliorum* placitum, proce-
dere, in Dotis reſtitutione: quià tractatur de damno,
Hanc tamèn diſtinctionem: etſi ipſe De Luc. ſub dubio
50 referat, ab ea cavendum cenſeo ad tradita per Cen-
ſal. *pag.* 316. *verſic. duodecimò declaratur*. & per Rot.
Roman. *poſt Rodriq. de concurſ. Credit. in Deciſ.* 12. &
50. Niſi caſus in illo erit, qui de ſuo, Fœminam Dota-
re teneretur: pro ut in Fratre, qui inopem Sororem,
dotare cogitur. Vel ipſa Soror, per ſtatutum excluſa,
per exiſtentiam maſculorum, à quibus per Fideicom-
miſſum exclusa, reperiretur. Fuſar. *loc. allegat. nu.* 99.
& 100. & Cenſal. *eod. loc. pagin.* 436. *verſic. ſed non
ideò dictas*.

51 Concurro modò cum Gizz. *num.* 29. *in med.* Fidei-
commiſſum, pro Intereſſe Dotis: tàm ſi per conven-
tionem, quàm ſi occaſione moræ, debeatur, ſub-
verti poſſe. Quod probant Prat. *ad Paſcal. loc. citat.
verſic. ad num.* 39. D. Joan. Bapt. de Luc. *in allegat.
tract. de Dot. Diſcurſ.* 45. *nu.* 40. & *in tract. de Feud.
Diſcurſ.* 26. *num.* 13. & Carol. Anton. De Luc. *in Ob-
ſerv. ad Deciſ. De Franch.* 613. licèt contrarium, de-
fendere conetur, Reg. Galeot. *in Controv.* 21. *num.* 21.
52 *lib.* 1. Atquè etiàm, pro Antefato: juxtà ſententiam
Gizz. ſcribunt D. Hodiern. *loc. citat.* Bald. Novell. *in
adduct. loc. Privileg.* 13. *num.* 3. Capon. *in ead. quæſt.*
8. *num.* 90. Gayl. *in Obſervat.* 137. *num.* 11. *lib.* 2.
Fab. *in ſuo Codic. lib.* 6. *Tit.* 23. *diffinit.* 4. & 5. &
Cenſal. *ubi ſup. pag.* 425. *verſic. quartò declaratur.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LX.
### SUMMÆ.

1 *Pectus, ferreum habuit, qui primus Ratem, Pelago commiſit.*
2 *Æneas, Tempeſtate correptus; Mortem deſiderat.*
3 *Alcimenes Philoſophus: potiùs relictam ſibi hæreditatem, repudiare maluit: quàm Marathonis Flumen, vadare.*
4 *Naufragium: qualitèr probetur?*
5 *Cauſa naufragii, eſt Summaria, & in illa proceditur, levato velo.*
6 *Probationes ſupèr naufragio, recipit Judex loci, ubi illud contigit. Comprobatur* D. Reg. noſter.
7 *Teſtes, ad probandum naufragium: in ſubſidium, ſatìs eſt, quòd ſine Nauta, & Magiſtri ejuſdem Navis. & num.* 8.
9 *Naufragium; probari debet intrà tempus unius Anni.*
10 *Probationes ſupèr Naufragio: quandò, parte non citata, recipiantur?*
11 *Vicinus: quandò, timore Incendii, poſſit devaſtare intermediam Domum, alterius vicini? Refertur Opinio* D. Reg. noſtr. & *num.* 12.
*Adducitur placitum*, Aymon. Cravett. *num.* 13.
*Intellige: ut num.* 14. & 18.
15 *Funes alterius Navis, præcidens; ad præcavendum ſuæ Navis naufragium: quandò, ad emendam damni, teneatur?*
16 *Tex. in* l. Quod ait Prætor. ff. de Incend. Ruin. & Naufrag. *ponderatur. & num.* 17. & 19.
20 *Navis ob maris tempeſtatem, derelicta: ſi ab uno Nauta, ſalva efficiatur: nùm illius fiat?*
21 . . *quæ, iter ſuum agens: Ventorum vi, ad litus appulit, ibiquè naufragium paſſa eſt: Cujus damno cedat, Domini nè, an Mercatorum; quorum Merces tranſvehebat?*
22 *Alia*, ad Deciſionis *ornatum, remiſſivè.*

1 I*Lli robur, & æs triplex.*
*Circa pectus erat, qui fragilem trunci,*
*Commiſit Pelago ratem,*
*Primus: nec timuit præcipitem Africum.*
2 dixerat Horat. *Carmin. lib.* 1. *Ode* 3. Hinc fera Tem-
peſt: te oppreſſus Æneas apùd Virgil. *lib.* 1. *Æneid.* de-
clamat
. . . . *O terquè, quaterquè beati,*
*Queis antè ora Patrum, Trojæ ſub menibus altis*
*Contigit oppetere.*

3 Alcimenes propterèa Philoſophus, ſubitam hanc
Fortunæ commutationem pertimeſcens: relictam, po-
tiùs repudiare hæreditatem maluit: quàm Marathonis
Flumen, vadare. Hieronym. Lilio Teſte, *in ſua Silv.
var. lection. part.* 4. *cap.* 13.
4 Agitur hìc: qualitèr Naufragium, probetur. Paucis
me expediam. In ejus Cauſa, Summariè proceditur,
5 & levato velo. *l. de ſubmerſis. C. de Naufrag. lib.* 11.
& *ibi* Andr. de Barul. Marant. *in ſpecul. part.* 6. *Tit.
& pervenitur aliquandò per viam inquiſitionis num.*
145. & Ferrett. *de re Naval. lib.* 8. *num.* 79.
6 Judex, qui probationes recipit, eſt ille, ubi caſus eve-
nit, licèt incompetens: attenta diſtantia loci, & mor-
tis periculum: quibus atteſtationibus, coràm compe-
tenti Judice, plena præſtatur Fides: ut ex Bartol. ſcri-
bit D. Reg. noſter *nu.* 2. & adamuſsìm tradiderunt Cap-
pel. Tholoſ. *in Deciſ.* 458. *num.* 2. Stracc. *de aſſecu-
rat. Gloſſ.* 28. *num.* 2. Franc. Marc. *in Decis.* 889. *num.*
12. *part.* 2. & Maſcard. *de Probat. tom.* 1. *Conclus.* 272.
*num.* 4.
7 Teſtes, ſatis eſt, quòd ſint Nautæ, & Miniſtri Navis.
Ad Tex. *in l. quoties. C. de Naufrag. lib.* 11. Et perbellè
tradit Barthol. Soccin. *in conſ.* 17. *vol.* 1. *num.* 5. Facit
pro ratione, quòd tempeſtate correptus, de ſe ipſo ſcri-
pſerat Ovid. cùm Pontum peteret *lib.* 1. *de Triſtib.
eleg.* 2.
*Quodcumque aſpicio, nihil eſt, niſi Pontus, & Aer:*
*Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.*
in ſubſidium tamen: quoties alii haberi non poſſunt.
Aufrer. *ad Cappell. Tholos. in citat. Decis.* 448. *num.* 2.
Joan. de Plat. *in l.* 2. & 3. *Tit. de Naufrag.* Franc. Marc.
*in alleg. Decis.* 882. & Anton. Gabriel. *commun. Con-
clus. Tit. de Teſtib. Conclus.* 9. Satiſquè eſt, caſum pro-
8 bari: attenta Naturali Juſtitia: haùd obſervata Civili
ſolemnitate Hipp. de Marſil. *in ſingul.* 24. quem ſequi-
tur Maſcard. *in adduct. loc.*
9 Tempus: quo, quis, Naufragium probare debet, eſt
Unius Anni: alitèr, præcluſa eſt via agendi. Bartol.
Joann. de Plat. Joan. Oldemdorp. & Jacob. Rebuff. *in
sedib. indicat. per* Maſcard. *in eod. loc. tom.* 2. *Conclus.*
1091.
10 Partis citatio non requiritur: ſi abſit à loco, ubi re-
cipiuntur Teſtes, ſupèr probatione Naufragii Gabriel.
*loc. citat. Tit. de Citat. Conclus.* 1. *num.* 352. *verſic. deci-
mo octavo, limita,* & Maſcard. *in allegat. Concluſ.* 272.
*nu.* 9. & 10.
11 Obſervo, *n.* 14. Vicinum: ob Incendium, in alterius
Vicini Domo ortum, poſſe alterius Vicini, Domum in-
ter-

termediam, deſtruere: nè ad ejus Domum, Incendium perveniat: pro quò nèc de dolo, nec Legis Aquiliæ, actio-
12 ne, teneri. Et *num.* 15. ſubdit, teneri ad emendam damni. Comprobant aſſertum, Franc. Turzan. *in Concluſ.* 185. *num.* 5. *lib.* 1. Petr. de Ubald. *de duob. Fratrib. part.* 8. *num.* 19. *tom.* 6. *tract. pagin.* 156. Stracc. *de Naut. part.* 5. *§. ſed nec eſt. num.* 2. *eodem tom.* 6. *part.* 1. *pagin.* 310.
13 Sed Aym. Cravett. *in Conſ.* 319. *num.* 6. *in fin.* voluit: nèc de dolo, nèc ad emendam damni, teneri Vicinum, qui alterius Vicini, Domum deſtruxit: pro tuenda ab Incendio Domo ſua. Id ſibi ſuadens ex Tex. *in l.* 3. *§. quod ait Prætor.* & ibi Gloſſ. *ff. de Incend. Ruin. & Naufrag.* Et approbat, Maſcard. *eod. tom.* 2. *Concl.* 893. *num.* 6. Hanc opinionem, ſequitur noviſſimè, Dominic. De Rub. *in certamin.* 1. *num.* 76. & in conductore, extendit Caroc. *in tract. de locat. Tit. de Negot. geſt. num.* 19. & Maxill. *ad Conſuetud. Bar. in Conſuetud. Creditor. ex nu.* 3. *in Tit. de Pignorib.*
14 Ego verò, cum illis, qui mediam tenuerunt ſententiam, libentèr concurro: ſcilicèt ut D. Regent. noſtri, & aliorum laudati, *nu.* 11. procedat concluſio: quotieſcumquè non probaretur, quòd illa Domus, ab igne omninò fuiſſet conſumenda. At ſi adduceretur probatio in contrarium, ſecùs dicendum eſt. Optimè Carpan. *ad Statut. Mediolan. part.* 3. *cap.* 375. *num.* 48. & Ferret. *in adduct. tract. de Re Naval. lib.* 7. *n.* 6.
15 Et cum eadem diſtinctione, procedendum fore in illo, qui alterius Navis, Funes præcidit, ad ſuæ Navis Naufragium præcavendum: Ut tùnc, ad damni emendam, teneatur: quotieſcumquè non probaretur Navem illam omninò à naufragio conſumendam fuiſſe. Argumento citat. *§. quod ait Prætor.* Quo loco Ulpian.
16 ſupponit, Incendium, ortum habuiſſe in domo: quæ à Vicino, defendendi cauſa, diſſipata fuit: & ea occaſione, nèc Lege Aquilia: teneri voluit. Subditquè Gloſſ. *in Verb. & non puto.* id procedere: Niſi certum
17 eſſet, Ignem non eſſe, ad Domum Vicini perventurum ex *l. ſi quis Fumo. §.* 1. *ff. ad leg. Aquil. & l. ſi alius. §. eſt. ff. quod vi aut clàm.* Et facili negotio, Naufragio,
18 uterquè caſus applicatur: ut in Incendio, tradiderunt, Cened. *ad Decretal. Collect.* 40. *ex num.* 1. Mex. *in prag. tax. pan. Concluſ.* 6. *num.* 115. Joſeph Ludovic. *in Deciſ. Peruſin.* 10. *num.* 15. & *in Deciſ.* 25. , ac in
19 Naufragio notat Scacc. *de Comerc. §.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 135. diſpoſitio enim loquẽs de Domo, habet locum in Navi. D. Reg. Galeot. *in Reſponſ. Fiſcal.* 13. *num.* 103. Et ſumitur *ex Tit. de Incend. Ruin. & Naufrag.*
20 Quid dicendum: ſi Navis; in evidenti, erat conſtituta periculo: & Nauta, in ea exiſtens, ſua induſtria, illam conſervet, cum mercibus: an Domino, reſtituere teneatur? Cùm mercibus, illam domino, reſtituere teneri: debita tamèn ſibi ſoluta mercede, reſolvunt probè Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *Canon.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 5. *verſic. Et revera juxta fin.* & Ugolin. *de Cenſur. Pontific. Reſervat. part.* 2. *cap.* 4. *§.* 2. *num.* 4. Et conſerunt tradi-
21 ta per Cicer. *De Offic. lib.* 1. & 3. Et in Navi, quæ iter ſuum agens, Ventorum vi: nulla Navigantium ope, ad litus ducitur: Ibiquè naufragium paſſa, damnum, Domino cedi, & merces, Dominis, reſtituendas eſſe: dixit Reverter. & *ibi.* De Marin. *in Deciſ.* 213.
22 Alia, ad ornatum Deciſionis: nè diutiùs hic immorer, habes apùd Galeot. *in citat. Reſponſ.* 13. Maſcard. *in Concluſ.* 272. Caroc. *loc. cit. Tit. de Incend.* De Marin. *ad Revert. in Obſerv.* 77. D. Reg. noſtr. *in Conſultat.* 135. Thor. *in comp. part.* 3. *Verb. Incendium.* Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *cap.* 41. *num.* 3. Rovit. *in Deciſ.* 59. & *ibi* Altimar. De Luc. *ad Franc. in Obſervat.* 268. Rocc. *De Offic. in Tit. de bon. Naufrag.* & *in Tit. de præd. bon. hoſt.* & Petr. *in Rit.* 47. *tom.* 1. *num.* 13.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LXI.

### SUMMÆ.

1 *Paternum Amorem, nullus vincit.*
2 *Pater, longiorem Vitam Filio deſiderat: quàm ſibi.*
3 *Omnis Patris cura, ergà filium ſtat.*
4 *Beneficia, quæ à Parentibus accipimus, maxima ſunt.*
5 *Filius eſt pars corporis Patris: imò unum corpus, cum illo.*
6 . . . *dicitur Vox Patris.*
7 *Patre, & Matre, exiſtente in medio:* Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. *non obtinet; tàm in ſucceſſione inteſtata: quàm ex Teſtamento. num.* 12.
*Comprobantur* D. Reg. noſt. ac Gizz.
*Aſſertur ratio. num.* 8. & 9.
10 *Avo, vel Avia, exiſtente in medio: Num ejuſdem* Conſuetud. *diſpoſitio, obtineat?*
*Proponitur Opinio ajens.*
*Contrarium num.* 11. Provenzal. *reſpuit* Rovit., & De Luc. Rodoerium.
12 *Filius, attenta* Conſuetud. Neap. *tenetur Patri in Teſtamento, de bonis antiquis, legitimam relinquere.*
13 *Parentes, in ſucceſſione inteſtata filii, admittuntur cum Fratre, ex uno latere defuncti: attenta* Conſuetud. prædicta. *Comprobatur* D. Reg. noſter, *adversùs* De Alexandr. Piſanell. & alios.
14 *Frater utrinquè conjunctus, & ex uno latere tantùm: num per Patris exiſtentiam, concurrant? Attenta* eadem Conſuetud.
*Refertur Opinio*, Reg. de Marin.
D. Rodoer. *conatur interpretari.* D. Reg. noſtr. *num.* 15.
*Vide num.* 16.
17 *Patre, vel Matre, exiſtente in medio, non ceſſat* Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua: *In Matrimonio contracto, juxtà uſum Capuani, & Nidi. Comprobatur* D. Reg. noſt.
18 *Filius, in Teſtamento, tenetur relinquere legitimam Patri: quamquàm Matrimonium inter Parentes, contractum ſit, juxtà uſum Capuani, & Nidi* D. Altimar. *reſpuit* Reg. De Marin. & alios. *num.* 19.
20 .. *validè, Parentes inſtituit: licèt Matrimonium illorum contractum ſit, juxtà uſum Capuani, & Nidi.*
21 *Unicam Dotationem in Civitate ſufficere: qualitèr intelligendum!* *Declaratur* D. Reg. noſtr.
*Quid in Regno! num.* 22.
23 *Fœmina minor, non adhùc Dotata: attenta* Conſuetud. *facit partem in beneficium maſculorum.*
24 *Frater conſanguineus: quandò Sororem conſanguineam, Dotare teneatur?*

1 PAternum: quis vincet Amorem? Nullus, reſpondit Ariſtotel. *lib.* 8. *Ethicor. cap.* 12. Et plenè Prat. *ad Paſcal. de Virib. Patr. Poteſtat. part.* 3. *cap.* 1. Undè Alciat. *Emblem.* 30. ſcribit

*Aerio inſignis pietate Ciconia Nido,*
*Inveſtes pullos, pignora grata, fovet.*

2 Longiorem vitam Filio optat. Ovid. teſte *lib.* 6. *faſt.*

*Eſt mihi ſitquè precor noſtris diuturnior Annis,*
*Filia, quæ felix ſoſpite ſemper ero.*

3 Omnis cura ergà illum verſatur, Virgil. ità ſcribente *Æneid. lib.* 1.

*Omnis in Aſcanio cari ſtat cura Parentis.*

Salutẽ Filii, propriæ præponit: juxtà Tertul. *in lib.* 2. *adverſùs*

Digitized by Google

ſùs Marcion. per hçc ipſiſſima verba: Quis enim: non ma-
gis Filiorum ſalutem, quàm ſuam, curat. Indè Senec. De
4 Benefic. lib. 6. cap. 24. declamat Itaquè Beneficiorum
maxima ſunt, quæ à Parentibus accipimus: dùm aut
neſcimus, aut nolumus. Faciunt tradita per Dominic.
5 De Rub. in Certam. 7. n. 171. Indè Paterni corporis par-
tem, Filium appellitavit, Terent. in Heautontimorument.
& Ariſtotel. loc. alleg. lib. 5. cap. 5. Imò unam, eandemquè
perſonam. J. C. in l. fin. circ. fin. C. de Inſtit. & ſubſtit.
Hennig. Arnis. de Republic. lib. 1. cap. 4. ſect. 2. ex num.
6 27. Et illius Vocem, dici, demonſtrat Tex. in §. ei verò.
Inſtit. de inutilib. ſtipulat.
7 Modò obſerva Conſuetud. noſtræ Civitatis, circa Jus
ſuccedendi, quò ad Parentes, Juri communi Quiritum
conformari: ex quò communiter vocitatur Patre, & Ma-
tre, exiſtente in medio. Conſuetud. ſi quis, vèl ſi qua. non
obtinet D. Reg. noſter. num. 1. Gizz. num. 1. Et perbellè,
probant, Andr. de Iſern. in rubr. de natural. ſucceſſ.
Feud. num. 6. & 7. quem, hujus firmiſſimi Axiomatis
authorem, prædicat Rovit. in quæſt. Illuſtr. impreſſ.
poſt comment. ad Pragm. Regn. n. 18. Napodan. in citat.
Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. n. 132. & 180. Piſanell. ibid.
verſic. Napodan. Frecc. in verſic. contrarium pagin. 114.
De Leo in verſic. nota. De Franch. in verſic. Conſuetudo
pagin. 115. De Rub. pagin. 1. à tergo. in verſic. & quid
dicendum in Patre. Provenzal. ibid. in Obſervat. 22. ex
n. 11. De Penn. in l. 1. vers. & faciunt. C. de imponend. Lu-
crat. deſcript. lib. 10. Minad. in Decis. 38. Montan. in Con-
trov. 1. ex n. 24. Hodier. in Controv. 34. n. 74. Marcian. lib. 2.
cons. 1. n. 20. Rovit. in Cons. 28. tom. 2. Prat. diſcept. 41. n. 4.
lib. 1. & diſcept. 6. n. 2. lib. 2. Ricc. in Collect. 3218. De Pont.
in Cons. 61. & 73. Theodor. in Alleg. 1. De Georg. in Alle-
gat. 29. ex n. 13. Molfeſ. part. 4. quæſt. 44. & 46. Thor. in
Compend. part. 1. Verb. Conſuetudo Neapolitana. Ann. in
Cons. 2. num. 16. & in Cons. 129. num. 3. Ann. alter in Al-
legat. 70. & 117. Cenſal. ad Peregrin. de Fideicom. pagin.
mihi 215. verſic. quibus omnibus. in fin. De Marin. lib. 1.
Reſolut. 70. num. 5. & ibi Rodoer. num. 2. & 12. idem De
Marin. eod. lib. 1. Reſol. 142. & in Obſervat. ad Decis. Re-
verter. 331. num. 1. ac dixerat idem Reverter. ibid.
8 Ea potiſſima ratione: nàm Conſuetud. loquitur de
Proximioribus, ex parte Patris, & Matris: atquè adeò
Patrem, & Matrem, non includit, quibus verbum illud
non convenit: cum ſint principia, non principiata. Mi-
nad. loc. citat. Molfeſ. loc. allegat. tom. 1. Tit. de ſucceſſ. ab
9 Inteſtat. quæſt. 44. ſivè potiùs verbum illud, Proximio-
res, contentivè accipi debet: ut omnes in ulteriori gradu
exiſtentes, excludat: ut in Jure, ex parte Patris, aut Ma-
tris, non ſit: Patre, & Matre proximior. Provenzal. loc. al-
legat. num. 23.
10 Quod paritèr procedere in Avia, vel Avo, exiſtente in
medio, voluerunt Capyc. in Decis. 210. Molfeſ. loc. modò
adduct. quæſt. 45. Piſanell. in Conſuetud. & ſi Teſtator. pa-
gin. 283. verſic. nota quòd. De Marin. in citat. cap. 70. nu.
14. & ibi ſuus Rodoer. ex num. 4. idem De Marin. ad
Reverter. Obſervat. 331. num. 2. Rovit. in Cons. 98. & in
citat. quæſt. Theodor. in Allegat. 17. num. 5.
11 Sed in contrarium urgent, De Franch. in Decis. 92. &
in allegat. addit. ad Napodan. in citat. Conſuetud. ſi quis,
vel ſi qua. verſic. non habet locum in fin. Fab. de Ann. in
Cons. 130. num. 45. & 46. Salern. ad Napodan. in Conſue-
tud. & ſi Teſtator. verſic. ſi Conſuetud. Thor. in compend.
Decis. pars. 1. Verb. Avia exiſtente in medio. Reverter. in
citat. Decis. 331. Gizz. hìc num. 5. De Pont. in Cons. 61.
tom. 1. Galeot. ad De Medic. in cons. 11. num. 24. Montan.
in cit. Controv. 1. ex num. 23. Ann. in Cons. 130. ex nu. 45.
tom. 2. & nominatim, adversùs Rovit. ſcribit Provenzal.
in indicat. loc. Obſervat. 23. & contrà Rodoer. dixit De
Luc. in Obſervat. ad citat. Decis. de Franch. 92. qua de
re Nos alibi fuſiùs.
12 Quod verò tradidimus Conſuetud. ſi quis, vèl ſi qua:
non obtinere, Patre, aut Matre, exiſtente in medio, in-
telligendum eſt, tàm in ſucceſſione Inteſtata: quàm ex
Teſtamento. Etenim, decedente Filio, Fati ordine muta-
to, Patre ſuperſtite: in ejus ſupremis Tabulis, illi tenetur
legitimam, ſuper Bonis Antiquis, relinquere: Teſtibus
Napodan. in adduct. Conſuetud. & ſi Teſtator. Verb. Pro-
ximiores. num. 34. Et in Conſuetud. Filius Familias. ver-
ſic. ſi nolint. num. 18. Alios allegat De Marin. lib. 2. Re-
ſolut. 129. num. 2. Et iterùm in citat. Reſolut. 70. nu. 18.
atquè iterùm in allegat. Reſolut. 142. Et tandèm in ad-
duct. Obſervat. ad Reverter. 331. num. 1. in fin.
13 Obſerva, num. 4. quòd, attenta diſpoſitione Citat.
Conſuetud. in ſucceſſione Inteſtata Filii: admitti, inſimùl
cum Patre, Fratrem demortui, ex uno latere conjun-
ctum, in bonis illi obvenctis, ex eo latere: quo Frater con-
junctus eſt. Nam licèt regularitèr Patre, vel Matre exi-
ſtente in medio, ceſſet Conſuetudo: id intelligendum eſt,
quò ad ipſos Parentes: non per viam ceſſationis: ſed non
comprehentionis. Et ideò, quò ad alios in Conſuetudine
nominatos: nulla facta lateris diſtinctione utriuſquè, vel
unius, non ceſſat. Prout concluſum extitit, in præſenti
Deciſione, quam approbant Thor. in cit. compend. par. 1.
Verb. Fratres conſanguinei. Prat. in cit. lib. 2. diſcept. 7.
Viv. in Deciſ. 397. num. 13. & in Deciſ. 469. nu. 8. Franc.
Monal. in conſ. 13. num. 6. lib. 1. Provenzal. in Obſervat.
23. qui num. 32. nominatìm reſpuit De Alex. Piſanell. &
Comitem de Peruſio. De Marin. in ſæpius indicat. cap.
70. num. 5. Flamin. Monac. ad Minad. in Deciſ. 38. num.
3. in fin. quo loco, ſic deciſum dicit: quamvis paulò antè,
contrarium ex Piſanell. fuiſſe practicatum, aſſerat. Cui
occurrunt Molfeſ. loc. citat. quæſt. 46. num. 14. & Pro-
venzal. in adduct. loc.
14 Sed quid dicam: ſi cum Parente, Frater utrinquè con-
junctus, & Frater ex uno latere, concurrerent? Excluſio-
nem Fratris, ex uno latere conjuncti, defendit De Ma-
rin. in eod. cap. 70. num. 13. Et videatur Prat. in cit. Di-
ſcept. 7.
15 D. Rodoer. verò, ibidèm reſolvere conatur quæſtio-
nem; his ipſiſſimis verbis: Eſſe admittendum ſuperſtitem
Parentem, unà cum Filiis ſuis; defuncto Fratri, utrin-
què conjunctis: deindequè portionem illam Fratribus
prædictis obventam: juxtà formam Juris Communis, eſ-
ſe dividendam, cum aliis Fratribus, ex uno latere tan-
tùm conjunctis: ſervata forma Conſuetud. Et ità Paren-
ti providetur. Nam ejus portio: non diminuitur, per im-
mediatum concurſum aliorum defuncti Fratrum, &
etiam liberis: ac abſurda vitantur. Et in effectu: ità eſſet
intelligenda dicta noviſſima Deciſio, tradita per cit. Ca-
pyc. Latr. Hæc ille num. 24.
16 Ego tamen à ſententia D. Reg. noſtr. recedendum eſ-
ſe; non ſum voti ex quò exiſtentia Parentis; Conſuetudo
omninò non elidit: quia, non per viam ceſſationis ad-
mittitur; ſed non comprehenſionis. Et ideò cum eo, con-
currit; etiàm Frater, ex uno latere conjunctus: ſicut &
utroquè latere. Firmant id, D. Altimar. ad Rovit. in Conſ.
29. vol. 2. in ſpecie præſentis Deciſionis compoſito. Thor.
par. 3. compend. verb. Fratres utrinquè conjuncti. Paſcal.
de Virib. Patr. Poteſtat. par. 2. cap. 1. num. 119. Provenzal.
in adduct. Obſervat. 23. num. 20. Fab. Turrett. in Cons. 89.
lib. 2. num. 4. & De Luc. in Obſerv. ad Decis. De Franch.
91. num. 4.
17 Velim modò: ut quæ tradita ſunt ſuprà, de ſucceſſio-
ne Filii ab Inteſtato; in Parentum gratiam, intelligas:
juxtà poſita, per D. Reg. noſtr. num. 15. Niſi Matrimo-
nium contractum fuerit: ſecundùm Uſum Capuani, &
Nidi. Nàm, cùm per contractum Parentes; Filiorum ſuc-
ceſſiones, renuncient: Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua; locum
non obtinet. Conſil. Melior. inter Conſil. Reg. Rovit. citat.
vol. 2. Conſil. 28. num. 6. Reg. Galeot. ad Camill. De Medic.
in Cons. 11. num. 29. Provenzal. eod. loc. Obſervat. 22. &
Barbat. de Fideicom. par. 2. cap. 5. nu. 96.
18 At, num Filius: attento Uſu Capuani, & Nidi; tenea-
tur in Teſtamento: Patri legitimam relinquere? Negat,



Digitized by Google

ex De Franch. *in Deciſ.* 552. Reg. de Marin. *in allegat. cap.* 70. *num.* 16. Et eandem opinionem; ſequuntur De Luc. *in Obſervat. ad citat. Deciſ. De Franch.* 552. *&* Barbat. *loc. citat. num.* 105. In contrarium verò, pro Patre;
19 ſolidiſſimè decertat, D. Altimar. Collega Doctiſſimus, in ſua ſatis expolita *Obſervat. ad Deciſ. Reg. Rovit.* 99. *num.* 10. Adducens ad id, Montan. *in Controverſ.* 1. *num.* 61. Facit quod valida eſt, Patris inſtitutio; à Filiis facta,
20 licèt Matrimonium; contractum ſit, inter Parentes, juxtà Uſum Capuani, & Nidi: nèc cum illo, concurrere poſſunt proximiores; ex eodem uſu vocatos: ut deciſum indicat Minad. *in Deciſ.* 28. ſequitur Rovit. *in allegat. Deciſ.* 99. *num.* 9. & probat Marcian. *lib.* 2. *Diſput.* 83. *num.* 35.

21 Obſervo *num.* 8. attenta *Conſuetud.* noſtræ Civitatis: per unicam Dotationem Fœminam; ab omni ſucceſſione, eſſe excluſam. Quod ſanè intelligendum eſt: ut excluſa intelligatur per Dotationem, ab illa linea; qua fœmina Dotem habuit: ut puta, ſi à Patre; à linea Paterna: ſi ex bonis Matris; à linea Materna. Quicquid ſibi dicat Rovit. Quem, rejecto Ann., ſequitur D. Reg. noſter. Hanc Noſtram ſententiam; probat Napodan. *in Conſuetud. ſi qua Mulier. num.* 10. ibi: *Ut Soror; excludatur à ſucceſſione Materna: dummodò habeat Paragium ab ipſis bonis Maternis, & hoc ſequitur: & ſic, ut excludatur à bonis Maternis, non ſufficit Dotari de bonis Paternis tantùm: & ut excludatur à bonis Paternis: non ſufficit Dotari de Maternis tantùm: ſed ut excludatur ab utraquè ſucceſſione, debet Dotari de bonis utriuſque. Et ità loquitur* Conſuetud. ſi moriatur. *Hæc* Napodan. Qui *num.* 25. ſubdit *itèm nota, quòd cùm hæc Mulier habet Paragium de bonis Paternis, & Maternis: erunt nè duo Paragia, an unum pingue, ex utriuſquè bonis? Reſpondeo: ſi Die votorum habuit Paragium ex Paternis, poteſt de Maternis petere aliud Paragium, quod non habuit: prout hæc Conſuetudo vult. Et tunc, non erit Paragium: ſed portio legitima Jure Naturæ.* Et deniquè idem Napodan. *in Conſuetud. ſi moriatur.* ità ſcribit, *num.* 96. *Nota benè quod Mulier dotata, excluditur à ſucceſſione Paterna, & Materna: & hoc, cùm habeat Paragium, ex utriuſquè bonis.* Hactenùs Napodan. Et probant inter multos apertiùs Reg. Galeot. *in allegat. Conſ.* 11. *de Medic. num.* 34. Reg. Rovit. *in Conſil.* 68. *num.* 14. *lib.* 1. Ann. quem malè reiicit D. Reg. noſter. *in Allegat.* 70. *num.* 8. *& in Allegat.* 81. *num.* 4. *&* Reg. De Marin. *ad Reg. Reverter. in Obſervat.* 52. *ex num.* 4. *& in Obſervat.* 417. *num.* 2. Quæ omnia: cùm in quadam contingentia, pro Angela Sgamminato, contrà Camillum Sgammato, ejus Fratrem Germanum, allegaſſem, referente In S.R.C. Regio Conſiliario D. Joanne de Herrera, in Aula Regii Conſiliarii Eraſmi De Ponte, obtinui, in ipſo litis ingreſſu, ſequeſtrum: pro ut eſt videre in Proceſſu In Banca Andreæ de Martino. Tandem Partes, ad juſtam conventionem devenerunt.

22 Attenta verò *Conſtitut. Regni* poſitum, indubitantèr pertranſire, demonſtrant, D. Reg. noſter *num.* 9. Reg. Galeot. *loc. allegat. num.* 33. Ann. *in citat. Allegat.* 81. *verſic. ſecùs in Regno. num.* 6. *&* Molfeſ. *in adduct. part.* 4. *qu.* 29. *num.* 15.

23 Obſervo ulteriùs *num.* 12. Fœminam, non adhùc Dotatam, ob ejus Minorem ætatem, facere partem, in Maſculorum beneficium: Ità ut maſculi, partem eorum habeant, Jure ſucceſſionis: & Sororis, Jure accreſcendi. videatur individualis Doctrina Napodan. *in Conſuetud. ſi qua Mulier. pagin.* 207. *verſ. utrinquè num.* 11. quam ſequitur Cenſal. *loc. citat. artic.* 27. *pagin.* 215. *verſic. quini, & idem in med.*

24 Eſſet ultimo loco diſcutiendum: quandò Frater Conſanguineus Sororem Conſanguineam Dotare teneatur. ſuper quo *hoc eod. volum.* ſenſum meum aperui. Interìm, nè illotis (ut ſolet dici) manibus, hoc ultimum, D. Reg. noſtr. dictum pertranſeam, perquire ea; quæ copioſiùs tradiderunt, Gratian. *Diſcept.* 65. *tom.* 1. Provenzal. *in adduct. loc. Obſervat.* 12. De Marin. *in citat. lib.* 2. *Reſol. cap.* 206. Et noviſſimè D. Mucci *quæſt.* 11.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXII.
### SUMMÆ.

1 *Fructus maturati, & non exacti; vivente Teſtatore: quandò veniant, ſub diſpoſitione* Conſuetud. Neap. *Comprobatur* D. Reg. noſter.
2 . . *Beneficii maturati; & à ſolo ſeparati: vivente Beneficiato; ad illius pertinent hæredes.*
3 . . *à Die vacationis Beneficii, uſquè ad poſſeſſionem, in Regno Neapolitano; ad Rev. Cameram Apoſtolicam ſpectant.*
4 . . *Anni, quo poſſeſſor Majoratus obiit, ad quem pertineant: ad hæredem: an ad ſucceſſorem in Majoratu? & num.* 5.
6 . . *pendentes; habent connexionem cum Fundo; & dicuntur pars Fundi.*
7 *Dotis fructus, pro rata temporis; dividuntur, inter demortui Viri hæredes; & ſuperſtitem Uxorem.*
8 *Fructus pendentes, tempore mortis gravati; Fideicommiſſario debentur. Comprobatur* D. Reg. noſtr.
*Quid in Penſionibus Domorum? num.* 9. *&* 10. *Adverſùs* D. Staiban. *ſtant* D. Reg. De Marin. & alii.
*Et in annuis Introitibus. Declarantur* Gizz. & alii ex D. Conſil. Hodiern. *nu.* 11. 12. 13. 14. *&* 15.
R.P. Antonius Roſſi Soc. Jeſ. *cum laude memoratur.*
16 . . *pendentes in Feudo: tempore devolutionis: cui debeantur?*
17 . *Civiles, pro rata temporis; inter emptorem; & venditorem, dividuntur.*
*Quid, in venditione facta, ex cauſa retractus: vigore Pacti de retrovendendo? Declaratur* Gizz. *ex* Leſſ. & Reg. De Marin. *num.* 18.
19 . . *pendentes, in Fundo ſub haſta vendito: an licitatori, debeantur.*

1 CONcluſum eſt hìc Fructus bonorum Antiquorum, maturatos, & non exactos: vivente Teſtatore: vel perceptos antè adhitam hæreditatem; ipſam augere. Quod placuit etiam, Conſil. Rocc. *in Reſponſ.* 81. *num.* 27. *lib.* 1. Thor. *ad De Pont. de Poteſt. Proreg. Tit.* 9. *num.* 15. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. Artic.* 49. *pagin.* 502. *verſic. Decima ſecunda ſit aſſertio.* Reg. de Marin. *in lib.* 1. *Reſolut. quotid. cap.* 70. *num.* 26. *& ibi* ſuus Additionator, & Aſſecla Rodoer. *num.* 37.

2 Obſervo ſecundò: quòd Fructus maturati, & à ſolo ſeparati; ad hæredem Beneficiati ſpectant: pendentes verò; ad ſucceſſorem in Beneficio, vel Eccleſiæ: ex quò Beneficiatus; Uſufructuario aſſimilatur. Adde Anton. Corſet. *in ſingular. verb. Clericus.* Bellett. *in Diſquiſit. Clerical. part.* 1. *Tit. de Bonis Clericor.* §. 15. Pariſ. *de Reſignat. Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 13. De Marin. *in eod. lib.* 1. *cap.* 152. *num.* 11. *Et ibi* Rodoer. *num.* 15. Navar. *De Redditib. Eccleſ. quæſt.* 2. *monit.* 13. *& Conſ.* 7. *de ſucceſſ. ab Inteſtat. & in Conſ.* 3. *de Pecul. Clericor.* Maceratenſ. *var. Reſolut. lib.* 1. *Reſolut.* 46. Cenſal. *loc. indicat. pagin.* 502. *verſic.* 3. *in princip.* Auguſtin. Barboſ. *de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. Allegat.* 117. *num.* 6. *& in addit. pag.* 933. *nu.* 7. *memorat Bullam Julii III. cujus meminit* D. Reg. noſter *num.* 6. An verò illa, in Regnis Hiſpaniarum, & ſtatu Mediolani; uſu recepta ſit? Pluribus Judicaturis, demonſtrat *in ead. addit. num.* 8. Et videantur, ad rem Rodoar. *de ſpol. quæſt.* 5. *ex num.* 6. *&* De Pont. *in Dec.* 12.

3 At in hoc Neapolitano Regno; fructus beneficii: à Die

Digitized by Google

Die vacationis, uſquè ad poſſeſſionem; beneficiati ſad Reverendam Cameram Apoſtolicam, ſpectant: attenta *Conſtitutione* Beatæ Memoriæ Pii V. de qua meminit Pariſ.*loc.cit. lib.*10. *quæſt*.6. *num*.40. Et faciunt, poſita per Capiblanc.*de Baronib. tom*.1. *pagin*.99. *num*.51. *in noviſſim. impreſſ*.

4 Fructus verò Anni; quo Majoratus poſſeſſor, defunctus eſt: inter ſucceſſorem, in Majoratu, & illius hæredes; dividendos eſſe: dixerunt Molin. *de Primogenit. lib*. 3. *cap*.11.*num*.12.Covar.*lib*.1.*var.cap*.15. *num*.14. *&* Intrigliol.*de Feud.cent*.1.*quæſt*.57.*ex num*.69. Sed fortaſsè, aptiùs; diſtingunt alii. Fructus pendentes, ab illis, qui

5 jam percepti, aut maturati ſunt: quos ad hæredes defuncti poſſeſſoris, ſicùt pendentes, ad ſucceſſorem pertinere; concludunt, Navar.*in citat.tract.de Redditib.Eccleſ.ead. quæſt*. 2. *monit*. 15. *num*.1. Melchior Palaez Mierez *de Majorat.part*.4.*quæſt*.24.Eſcobar. *de Ratiocin. comput*. 20. Garz. *de Expenſ. cap*. 16. *num*.6. Eò quòd, Fructus

6 pendentes: proptèr connexionem, quam habent cum Fundo; pars Fundi dicuntur.Bartholom.Caſſan. *ad Conſuetud.Burgund.Rub*.4.§.2.*verſ. Tous meubles num*.20. Fab.de Mont. *in tract. de Empt. & Vendit. quæſt*.6. *ex num*.22.Viv.*in Deciſ*.8.*num*.19. Gaſp. Baez. *de Decim. cap*.28. *num*.2.

7 In Fructibus tamèn Dotis; aliter dicendum eſt. Etenìm, pro rata Temporis; dividuntur inter ſuperſtitem Uxorem; & demortui Viri Hæredes: attentis oneribus Matrimonialibus: quæ, vivens vir; ſubſtinuerat. Rot.Roman. *in Deciſ*.323. *num*.2. *part*. 11. *Recentior*. Capon. *in ſuo tract. de Dot. in quæſt*. 10. *ſup. l*. 2. *ff. ſolut. Matrimon.ex num*.3.

8 Quid dicendum, in Fructibus maturatis, & non exactis, in vita gravati: nùm ad ipſius hæredes, an ad Fideicommiſſarium, pertineant? Communitèr tenent; pro Fideicommiſſario: rationibus prolixè poſitis, per Mantic.*de Conjectur.Ultimar. Volunt.lib*.7. *Tit*.10. *num*.24. Barrii *de ſucceſſion.lib*.8. *Tit.qui Fructus ven. num*.50. Viv.*in adduct.Deciſ*.8.*num*.9. Molin. *eod.lib*.3. *Tit*.11. *num*.2.Coſt.*de Portion.rat.quæſt*.28.*num*.9. D.Staiban. *Reſolut*.26.*lib*.1.*ex num*.14.Rodoer. *loc.indicat. num*.2. *dixitquè* D.Reg.noſter *nu*.1.

9 Quod, idem D.Staiban.*num*.13.extendit, in Penſionibus Domorum maturatis; in vita gravati: ut non, ad gravati hæredes: ſed ad Fideicommiſſarium; pertineant: Ex Tex. *in l. poſtulante* 44. §. *ſed hujuſmodi. ff.ad Trebell*.

10 Meliùs, tenuerunt *Alii*: ſubſtinentes Penſiones, pro rata temporis; dividendas eſſe, inter Hæredem, & Fideicommiſſarium: quia ſolvuntur in fine Anni.Covarr. *in allegat.cap*.15.*num*.1.Fuſar.*de ſubſtit.quæſt*.626. *nu*.71. *& ſeq*.De Marin.*ad Reverter.Obſerv*.246.*num*.1. Cenſal.*loc.citat.verſ. Nona ſit aſſertio*. De Franch. *in Deciſ*. 160.*nu*.6., *&* Tomas.*de Trebellian. Tit*.8. §.1. *cap*.33. *num*.34.

11 Idquè in Annuis Redditibus, procedere; aſſerit, Gizz. *hic*: Quia pro exactis habentur. Et comprobant aſſertum, Præt.*de Interpetr. Ultimar.Volunt.pagin*.347.*num*. 4.Duard.*de Cenſib*.§.3.*quæſt*.19.Fuſar. *loc.citat.num*.73. Giurb.*in Obſervat*.44.Peregrin.*in citat. Artic*.49.*num*. 100.Et hæredi, deberi ratam illorum, maturatam uſquè in Diem mortis gravati; ſcribunt: quos allegat Gizz.*nu*. 5.quibus ſubnectè Cenc. *de Cenſib.par*.2.*quæſt*.2.*Artic*. 4.*ſub num*.76. Gig. *de Penſion. quæſt*.52. *num*.53. Rot. Roman.*penès Farinac. in Deciſ*.240.*part*.1.*& in Deciſ*. 278.*part*.3. Cavalcan. *de Uſufruct. num*.242. Maſtrill. *in Deciſ*.115.*num*.10.Cenſal.*in citat.Artic*.49.*vers.decima ſit aſſertio*.*&* Rodriq.*de Ann. Reddit.lib*.3.*quæſt*. 6.*num*.5.

12 At Gizz.aſſertum, intelligendum eſſe; tradit, Hodiern. *in Controv*. 4. *num*. 35. quotiès Domus ab Uſufructuario; locata fuiſſet; & Annui Redditus, ipſi fuiſſent promiſſi: quia tùnc conductores, aliiquè debitores; videntur poſſidere, Nomine Poſſeſſoris. Sequitur hanc ſententiam De Luc. *ad Franch. in Obſerv*.13. *num*.3. Et fundatur ex *l. defuncta. ff. de Uſur*. Et quòd Uſufructuarii

13 hæredibus: Annui Introitus, in vita illius maturati, debeantur; deciſum refert, Peregrin. *in Deciſ*. 83. Et tra-

14 dunt alii, quòd quamquàm rata Annatæ maturatæ, poſt mortem uſufructuarii; ejus hæredibus debeatur:

15 Exactionem tamèn illius; ad proprietarium pertinere: qui dividet, cum hæredibus uſufructuarii. Covar. *in citat.cap*.15.*num*.10.& Antonell. *de Tempor. legitim. artic*.26.*num*.14.Sed adverte, quòd Hodiern.*in citat.Controv*.4. *ex num*. 13. contra uſufructuarii hæredes depugnat, quem latiſſimè comprobat Rev.P.Antonius Roſſi Soc. Jeſ. Juris Conſultorum, Conſultiſſimus in Juris Reſponſo pro Domo Profeſſa ejuſdem Societatis; quod imprimendum curavi, poſt hanc Obſervationem.

16 Fructus pendentes in Feudo: ſi devolvantur antè Kalendas Martii, ad hæredes feudatarii pertinent: at ſi poſt, debentur Domino.De Marin. *in citat.cap*.152.*nu*. 4.& *ibi* Rodoer.*num*.3.idem De Marin.*ad Reverter. in Obſervat*.246.*num*.1.& Tomas. *de Primogenit. Tit*.24. *num*.1.

17 Et tandèm, fructus civiles, prò rata temporis: dividendos eſſe, inter emptorem, & venditorem, demonſtrant Covar. *in citat. cap*.15. *num*.3. Molin. *de Primogenit.lib*.3. *cap*.11. *num*.9. De Marin. *in citat. cap*.152.

18 *num*.7.quod Gizz.extendit ex Barbat. *num*.9. in venditione facta ex cauſa retractus: vigore pacti de retrovendendo. Tu verò, id intelligas: juxtà tradita, per Leſs. *lib*.2.*de Juſtit.cap*.21. *dubitat*.15. *num*.123. De Marin. *ad Reverter. in Obſervat*.338. *num*.3. *& lib*.1. *Reſolut*. 54.*ex num*.2.& per Capiblanc.*in citat.pagin*.99. *in noviſſim.tom*.1.

19 Modò, velùt pro Colophone, videndum remanet: num licitatori, debeantur fructus pendentes, in fundo, ſub haſta vendito. Negant Theſaur.*in Deciſ*.56.Valaſc. *in Deciſ.Conſult*.37.Surd.*in Deciſ*.294.*num*.12. & Cancer.*var.tom*.1.*Tit. de ſentent. & eor.execut. cap*.17. *ex num*.508. Sed vide, nè diutiùs te detineam Ant. Nigr. *de Judic. ſeu Prætor. Pignor. cap*. 34. §. 8. Subiicio hic reſponſum *P.Antonii Roſſi*, cujus memini *num*.15.

Octavius Erculanus hæredem inſtituit Uſufructuariam Fauſtinam Calojani uxorem, & poſt ejus mortem fabricam Domus Profeſſæ Societatis Jeſu Civitatis Neapolitanæ hæredem proprietariam: & quia ſupponitur vivente ipſa Fauſtina fuiſſe maturatos, & non exactos multos annuos introitus debitos à diverſis ex contractibus celebratis cum dicto Octavio, mortua dicta Fauſtina uſufructuaria, orta eſt controverſia inter fabricam prędictam proprietariam, & hæredes, ſeù donatarios dictæ Fauſtinæ ſuper dictis fructibus non exactis, ſed maturatis in vita ejuſdem Fauſtinæ.

Contendunt dicti hæredes, ſeu Donatarii introitus prædictos ad ſe pertinere, contradicente fabrica prædicta hærede proprietaria, cujus jura abſquè dubio ſunt potiora, quod probare conabimur. Primò ex exemplo fideicommiſſarii, & hæredis gravati. Secundò immediatè, & directè ex natura uſusfructus.

Ad evidentiam primæ probationis meritò nobis ſupponere licet, eſſe receptiſſimam concluſionem in S.C., annuos introitus maturatos, ſed non exactos in vità hæredis gravati, ipſo defuncto, non ſpectare ad ipſius hæredes, ſed deberi fideicommiſſario, juxtà celeberrimam *deciſionem* Vincentii de Franchis 13. in qua habita fuit maxima diſcuſſio, undè meritò eam ſequuntur omnes Reginicolæ, & ferè omnes exteri, uti teſtantur antiqui, & noviſſimi addentes ad deciſionem prędictam, qui alias deciſiones alioſquè Doctores concordantes ibidem congerunt, quibus ego addo Coſciam *reſolut. iuris*, *lib*.2.*quæſt*.22.*in appendice*, *num*.2.*& ſeq*.Thor. *p*.1.*compend. verbo fructus* Dom. R. Conſ. Staibanum *reſolut*.26.*num*. 14. aliam *Deciſ*.refert Laratta *conſ*.71.

N 2 unde

unde miramur iſtam deciſionem citatam ad oppoſitum. Mancell. *conſ.*79.*num.*1.*&* *conſ.*275.*num.*1.2.4.5.*&* 9. Surd. *conſ.*84. *num.*4. Beroum *conſ.*133.*num.*7.9.*&* 18. *lib.*2. Magrett.*poſt plurimos in pragmatic. Regni Siciliæ*, §.9.*&* 10.*obſervat.*7.*num.*1.ubi *num.*2. bis ità deciſum. ità etiam deciſum in Rota Romana cum maxima diſcuſſione, in *Romana canonum coram* Ubaldo, 4. *Decembris* 1623.quæ habetur poſt Cenc.*de cenſibus tom.*2. *pr. editione Deciſ.* 135. & eſt deciſio magiſtralis, quæ reperitur etiam poſt Duard. *eod.tract. tom.* 2. *Deciſ.*10.

Fundantur autem hujuſmodi deciſiones duobus *textibus* expreſſis in *Tit. Digeſtorum ad Trebellianum*, nempè *l. poſtulante* 44. §. *ſed & in hujuſmodi*, quem ità ſummat Bartolus. *Actiones, quæ quæruntur ex proviſione Defuncti veniunt in reſtitutione.* Alter *textus* eſt *l. deducta* 58. §. *qui poſt tempus*, quam ſimiliter Bartolus ità contrahit. *obventiones poſt mortem ex judicio Teſtatoris provenientes, ſi per hæredes exactæ non fuerint, veniunt in fideicommiſſo, alias ſecus.*

Ratio autem utriuſquè *textus* eſt, quia ſupponuntur obventiones nõ exactæ per hæredes,& debitæ ex judicio, ſeu ſtipulatione, & contractu defuncti, & nullum omninò eſt verbum in illis Juribus ſignificans, ideò non pertinere ad hæredes hæredis, quia ageretur de hærede gravato, non verò de hærede Uſufructuario.

Hinc ergo evidenter deducitur, idem Juris eſſe, ubi controverſia eſt inter hæredes uſufructuarii hæredis, & hæredem proprietarium, dummodò (ut in noſtra ſpecie) Obventiones ſivè cenſus, aut annui introitus, vel penſiones ex locatione(nam de his etiam expreſsè loquitur Marcellus *dicto* §. *ſed & in hujuſmodi*, ibi *item quæro, & de penſionibus, quia locationum obligatio in hæreditate fuit*) debeantur ex contractu defuncti, & per hæredem uſufructuarium exactio realis, & actualis facta non fuerit, itaut condemnatio debitorum ab hærede uſufructuario procurata non ſufficiat, ut expreſsè traditum eſt dicta *Deciſ.*13.de Franchis *num.*7.& dicta *Deciſ.*135. poſt Cencium *num.*11. ibi: *etiam ſi alias hæres fuiſſet diligentiſſimus in curanda exactione, & conſtituendo debitorem in mora, ut quia citaverit in judicio, & fecerit condemnare debitorem.*

Nec quidquam obſtat dicere, quod ideò hujuſmodi obventiones non exactæ ad fideicommiſſariũ pertineãt, quia tales obvẽtiones ſunt in hæreditate,& fideicõmiſſarius,ut inquit Marcellus d.§.*ſed & in hujuſmodi, qualis nunc eſt hæreditas, deſiderat ſibi reſtitui.* ad hoc enim ſolidiſſimè reſpondet Hodierna *controverſiarum cap.*4. *nu.*47. ibi.*Reſpondeo, uſufructuario nil aliud competere, quam exercitium actionis pro perceptione fructuum, quod ſervitus perſonalis appellatur, l. uti frui, ff. ſi uſufr. pet.* Surd. *conſ.* 227. *num.*19. Velaſq. *de partit. cap.*33. *nu.* 12. *in fine, quæ per mortem uſufructuarii extinguitur, & ideò proprietario, & non ejus hæredi actionem dandam eſſe affirmarunt jura ſuperius allegata, & ob id* Surd. *d. conſ.*227. *num.* 19. *dicit nec poſſe debitorem conventum à proprietario pro fructibus debitis in vita uſufructuarii, opponere de jure uſufructuarii, etiam ipſo uſufructuario vivente, ex eo, quia uſusfructus ſervitus dicatur, quæ à tertio opponi non poteſt.*

Et ego addo aliam reſponſionem non minus ſolidam, & fortaſſe clariorem, & faciliorem, ex qua retorquetur argumentum, & noſtra ſententia fortiùs roboratur. Sicut poſt mortem hæredis gravati debet reſtitui fideicommiſſario hæreditas, ità poſt mortem uſufructuarii ipſo jure uſusfructus conſolidatur cum proprietate,& ille, qui erat proprietarius tantùm hæres, evadit hæres, & dominus proprietatis, & uſusfructus: ſimiliter, ſicut obventiones non exactæ reperiuntur in hæreditate poſt mortem hæredis gravati,ità reperiuntur poſt mortem uſufructuarii in ipſo uſufructu; ergo ſicuti debentur fideicõmiſſario,quia reperiuntur in hæreditate, ità etiam debentur proprietario, quia reperiuntur in uſufructu,qui jam pertinet ad proprietarium,poſt mortem uſufructuarii.

Quinimò triplici ex capite potiora eſſe debent jura proprietarii, quam fideicommiſſarii in hoc articulo.Primò,quia fideicommiſſarius debet accipere hæreditatem de manu hæredis gravati, nec fit ipſo jure dominus hæreditatis per mortem hæredis gravati. hæres autem proprietarius, ſtatim ac mortuus eſt uſufructuarius, fit hæres ſimpliciter, & cum proprietate ipſo jure uſusfructus conſolidatur, nec ulla eſt opus reſtitutione per hæredem uſufructuarii facienda, ergo non minus, ſed multò magis habebit proprietarius uſumfructum, una cum juribus ad obventiones non exactas,quia reperiuntur in ipſo uſufructu conſolidato.

Secundo,quia fortius habet jus hæres gravatus, quam hæres uſufructuarius, nam hic in omnium ſententia nullum habet dominium rerum hæreditariarum; at verò in communiſſima ſententia hæres gravatus eſt verè dominus etiam proprietatis rerum hæreditariarum, ut evidenter probat Molina *Societatis Jeſu de Juſtitia, & Jure tract.*2. *diſput.*3. paulò poſt initium, Rota Romana *parte* 5. *Recentiorum Deciſ.* 200. *num.* 13. Ill. de Luca *tract. de feudis diſcurſu* 89. *& tract. de fideicommiſſis diſcurſu* 57. *nu.*17. ubi hanc ſententiam appellat veriorem, & *diſcurſu* 59. *num.* 6. ubi ait eandem firmiter teneri à Rota.

Tertio, quia eſt receptiſſima Doctorum ſententia, quod filius hæres gravatus non teneatur imputare in legitimam fructus ex reliqua hæreditate perceptos, uti per *textum* in *l. ſcimus* §. *repletionem, Cod. de inofficioſo teſt.* tradit Duran. *Deciſ.*76. *num.*3. Pereg. *art.*49.*num.* 39. De Franch. *Deciſ.*522. ubi communi omnium voto ità deciſum, & item ità deciſum, teſtatur Rovit. *tom.*2. *conſ.*61.*in fine*,& utrobiq; addẽtes innumeros congerunt concordantes. At verò contrà, verior, & receptior eſt ſententia, fructus ab uſufructuario filio perceptos in legitimam eſſe imputandos, Seraphin. *Deciſ.*1365.Merlin. *de legit.lib.*2.*Tit.*2.*n.*38.Rota Rom. *poſt ipſum* Merlin.*Dec.*31.*à n.*5.Mareſcott.*variar.reſol.lib.*2.*cap.*86.*n.*8.

Vidit vim hujus noſtræ confirmationis Hieronym. Leo *Deciſ.*128. *num.*9. *&* 15. dum cupiens defendere hæredem hæredis gravati adversùs fideicommiſſarium, utitur illorum opinione, qui volunt, reditus inexactos ſpectare ad uſufructuarii hæredes, excluſo proprietario, ex qua infert, multò magis admittendos hæredes hæredis gravati, quia hic fortius habet jus, quàm uſufructuarius.

Directè etiam, & independenter ab exemplo fideicommiſſarii,dicendum eſt,introitus non exactos ſpectare ad d. Fabricam proprietariam, ut in puncto probat latè Reg. de Ponte *Conſ.* 100. *à num.* 4. uſquè ad *num.* 16.*t.*1. ubi loquitur in terminis *deciſionis* De Franchis 168. in qua ipſe fuit advocatus, & ibi agebatur inter uſufructuarii hæredes,& proprietarium ſuper introitibus annuis non exactis, & concludit his verbis, *num.*17. *verſic. Patet ex his deciſio puncti, ad quemnam fructus pertinent, tractando articulum inter merum uſufructuarium, & proprietarium.*

In iiſdem terminis latiſſimè, & optimè idem fundat, & contraria reſolvit omnia, Dom. R. Conſil. Hodierna *controv.*4.*à num.*13.cujus authoritas in hoc puncto prævalere debet omnibus, tum, quia, non ſicut adverſarii perfunctoriè, ſed ex profeſſo, & omnibus hinc inde diſcuſſis, tractat articulum; tum quia ipſe in contrarium ſcripſerat, & obtinuerat, & poſt victoriam voluit pro proprietario pugnare, una veritate ductus, non verò, uti cauſæ inſerviret,ut ipſemet *dicto num.*13. proteſtatur, ibi. *ideò mutando ſententiam, pro veritate articuli nonnulla ſcribere volui.*

Eundem Hodiernam in hoc puncto citat, & ſequitur Rodoerius *ad Reg.de Marinis tom.*1. *obſerv.*152.*n.*7.& rurſus in *Conſil.*37.*num.*18. ubi in puncto loquitur contrà

trà

Digitized by Google

trà ceſſionarium uſufructuarii;ibi. *non pertinent ad ejus hæredes, aut ceſſionarios, ſed ad proprietariam.* Nec ullum legi, qui majus in hoc jus tribuat ceſſionario uſufructuarii, quàm hæredi ipſius ceſſionarii, unde admodum miratus ſum ex adverſo contrarium affirmari, ſine ullo authore, & contrà receptum axioma. nemo plus juris in alterum, quàm ipſi competat, tribuere poteſt. vulgata *l. nemo*, 54. *D. de reg. jur.*

Imò prò hac ſententia meritò citari poſſunt omnes illi, quos citavimus in terminis fideicōmiſſarii, quia omnes docent, & docere tenentur, quod annui introitus non exacti, licèt maturati, non habeantur pro exactis, quia ſecus fideicommiſſario non poſſent deberi, ſed hæredi hæredis gravati, cum certum ſit, reditus jam maturatos in vita hæredis gravati, & ab eodem exactos, ad ipſum pertinere, ſine ullo reſtitutionis onere. hoc ipſo autem, quod hujuſmodi reditus non habentur pro exactis, ſunt ſolùm fructus maturi, maturi autem fructus in omnium ſententia pertinent ad proprietariū, non verò ad hæredem uſufructuarii, per *textum* rotundiſſimum *l. in ſingulos annos*, 8. *D. de ann. legat.* in fine, ibi. *Quod in uſufructu non ita eſt, cum fructuarius, etiamſi maturis fructibus, non dum tamen perceptis, deceſſerit, hæredi ſuo fructus non relinquat.* item per *text. l. ſi uſufructuarius meſſem*, 13. *D. quibus modis uſusfr.* ubi remanet indubitatum, fructus nondum à ſolo ſeparatos, aut ab arbore, tempore mortis uſufructuarii, ad proprietarium pertinere; & ſolùm ſub dubio remanet, an, ut cedant hæredi uſufructuarii, ſatis ſit, eſſe ſeparatos, etiam ſine opera ulla uſufructuarii, an etiam requiratur, ut ſint reconditi, aut ſaltem ipſius fructuarii opera ſeparati, ità ut non ſit ſatis, ſi ab arbore per ſe, ſine ullius opera, fructus deciderint. Et etiam per *text. l. defuncta*, 63. *D. de uſufr. & quemadmodum quis, &c.*

In puncto autem, quod hujuſmodi annui reditus, qui civiles fructus appellantur maturati, & non exacti, non habeantur pro recollectis, ſeu exactis, ſed ſint, & habeantur fructus pendentes, latè probat Socin. ſen. *conſ.* 100. *à num.* 2. *verſic. Sed his non obſtantibus, contrariam ſententiam veriorem exiſtimo, quod antequam pecuniæ ſint exactæ, dicuntur potiùs fructus pendentes, quam percepti, & recollecti.* quam ſuam ſententiam adeò doctè, & ſolidè probat, vix ut aliquid addi poſſe videatur.

Socinum in hac traditione ſecuntur, & commendant communiter DD. Cravet. *conſ.* 212. *num.* 8. ibi. *pulchrè* Soc. *in conſ.* 100. *in cauſa Jo. Baptiſtæ Saracchi.* Pariſius *conſ.* 40. *vol.* 1. *num.* 8. ibi. *tales reditus* (nempè cenſus, & reditus annui) *non exacti, dicuntur pendentes, quouſquè actualiter non fuerint percepti, ut diffusè proſequitur* Socin. *conſ.* 100. *hanc concluſionem comprobans deciſionibus, & rationibus, & contrariis reſpondens.* Aug. Berous *vol.* 2. *conſ.* 133. *n.* 9. ibi. *penſiones, aliæquè ſimiles obventiones, quæ non debentur habito reſpectu ad fructus naturales, ſed propter aliud, nūquam dicuntur percepta, ſed potius pendentes, antequam fuerint actualiter exactæ.* item Surd. *conſ.* 84. *nu.* 4. ibi. *Clarum eſt, quod fructus hi, & obventiones conſiſtentes in laudemiis, non poſſunt dici percepti, antequam laudemia fuerint exacta, ſed pendere dicuntur, quidquid ſit in fructibus naturalibus, vel penſione, quæ ſolvitur propter fructus, ut concludit* Socin. *in conſ.* 100. Card. Tuſch. *lit. F. conclus.* 497. *num.* 10. ubi commendat d. Socini *conſ.* Et, quod caput eſt, Socini doctrinam (licet ipſo non citato, ſed citatis ſolùm Beroo, & Surd. *loc. cit.*) ſecuta eſt Rota R. *in Romana Canonum Coram Ubaldo* 4. *Decembris* 1623. *num.* 8. ibi. *habentur uti fructus pendentes, quamvis fuerint maturi, donec actualiter non fuerint exacti.* hæc *deciſio* habetur poſt Cencium *de cenſ. Deciſ.* 135. & poſt Duard. *eod. tract. t.* 2. *Dec.* 10. Addo Salyc. (apud Ber. *loc. cit. nu.* 22. *fine*) *in l. Julianus, §. ſi fructibus, D. de action. emp.*

Rationes autem hujus doctrinæ ſunt plures, & efficaciſſimæ.

Prima eſt, quia fructus naturales: maturi non habentur pro perceptis, dum in arboribus, ſeu ſolo pendent, niſi ſaltem ſint ab ipſis ſeparati; ergo fructus civiles maturi non habentur pro perceptis, ſeu exactis, dum ſunt adhuc apud debitorem, niſi ab ipſo debitore ſint ſoluti. nulla enim afferri poteſt diſparitas; imò argumētum eſt à fortiori quia arbores, & ſolum nequeunt reſiſtere habenti jus accipiendi fructus naturales; ſicut debitor poteſt reniti, & repugnare, & de facto non ſolvere creditori habenti jus accipiendi, & exigendi; atquè ità multò difficilius hi poſſunt haberi pro perceptis, quàm illi; nam illi, ob nimiam facilitatem percipiendi poſſunt faciliùs haberi pro perceptis, quod in iſtis, ob poſſibilem reſiſtentiam, non eſt dicendum.

Et licet in civilibus non cadat, quod pēdeant naturaliter, corporaliter, & materialiter; cadit tamen, quod pendeant civiliter, æquivalenter, & formaliter; nam ſicuti, licet verè non ſint fructus naturales, ſunt re vera fructus civiles, quia dant aliquod emolumentum illos habenti, ſicut dant fructus naturales, propter quam ſimilitudinem fructus appellantur; ità propter eandem ſimilitudinem datur in ipſis, quod pendeant, nō quidem naturaliter, dum non ſunt fructus naturales, ſed pendent civiliter, quia ſunt fructus civiles tantum, ſeu legales, quia legibus præſcriptum eſt, ut debeantur. Porrò ſicuti fructus naturales naturaliter pendent in arboribus, ſeu ſolo, quia ſunt de corpore arborum, ſeu ſoli, ità fructus civiles civiliter pendent apud debitorem, quia ipſe eos debet ſolvere, ſeu pēdent in ejus crumena, & bonis. Vel dici poſſunt pendere civilitèr in ipſa actione ad illos percipiendos, quæ hujuſmodi fructus parit, unde debentur proprietario, ad quem devolvitur actio.

Altera eſt ratio, quia in his fructibus datur mediū inter eſſe futuros, & eſſe exactos, quod mediū eſt, eſſe maturos jam, & nō purè maturādos, nec jam exactos; nam datur hoc mediū in fructibus naturalibus, qui antequam ſint maturi, ſunt futuri, ſeu maturandi, & poſtquam ſunt maturi, fiunt percepti, quando ab ipſo ſolo, ſeu arboribus ſeparantur, & donec ſeparentur ſunt in medio ſtatu, nempè ſunt maturi, ſed non percepti, ergo etiam dari debet medium in fructibus civilibus, nempè, quando nec ſunt maturandi, nec exacti; ſed ſolum maturati, & exigendi. alioqui, qua facilitate dicunt adverſarii, fructus civiles hoc ipſo, quod maturati, hoc eſt ceſſit, & venit dies eorum ſolutionis, habentur pro exactis, eadem dicemus, fructus naturales, hoc ipſo, quod maturi ſunt, haberi pro perceptis, & recollectis; imò dici poſſet hoc faciliùs, quia, ut ſupra diximus, ſolum, ſeu arbores non habent liberum arbitrium, per quod repugnare poſſint perceptioni, & recollectioni. & profectò in ſententia contraria, annui introitus nunquam eſſent pendentes, ſeu maturati tantùm, ſed aut futuri, ſeu maturandi, aut jam exacti, quod nemo negaverit eſſe abſurdiſſimum.

Tertia eſt ratio, quia rei veritate annui introitus maturati, & maturatiſſimi, ut ità loquar, ſi non ſunt exacti, exacti non ſunt; igitur, ut habeantur pro exactis, expreſſum jus requiritur, & magna ratio; quod jus, & ratio militet in illo articulo, in quo prætenditur hæc fictio, & paradoxum, quod non exactum pro exacto habeatur; igitur, ut hujuſmodi introitus nō exacti habeantur pro exactis, ad effectum tranſmiſſionis ad hæredes uſufructuarii, jus, & ratio convincens ad hunc ſpecialem effectum requiritur.

Nequeunt autem adverſarii uti ratione illa vulgata, & brocardica, adeoquè fallaci, quod proximè accingendus habeatur pro accincto, quod parum diſtat, nihil diſtare videtur, quia in hac materia tranſmiſſionis hæc regula fallit, alioqui uſufructuarius tranſmitteret fructus naturales maturos, quia ſunt perceptioni proximi, undè haberentur pro perceptis, adeoquè ad hærede uſufructuarii pertinerent.

Nequè illa juris regula *l. qui actionem, D. de reg. juris.*

*Qui*

Digitized by Google

*Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur*, favere poteſt adverſariis, quia etiam uſufructuarius habet jus percipiendi fructus naturales maturos, ad quos percipiendos jus habet, eos tamen non tranſmittit. Tantum abeſt, ut hæc regula ſit pro hærede uſufructuarii, ut contrà illum militet, quod inter alias rationes, ponderat Socin. *cit. conſ.* 100. *vol.* 1. *num.* 2. *in fine*, ibi. *In veritate non dicuntur exacti, qui potuerunt exigi, & non fuerunt exacti, ut patet per text. in l. qui actionem habet, D. de regul. juris, ubi loquitur per verbum videtur, quod denotat fictionem, l. non videtur, D. de acquir. poſſeſſ.*

*Textus in l. ſi poſſeſſor*, §. 1. *D. de petit. hæreditatis* neque obſtat, licèt in eo dicatur, quod pecunia dicitur redacta, non ſolùm illa, quæ eſt exacta, ſed etiam illa quæ eſt in nominibus debitorum, & exigi potuit: etenim ad hunc *textum* optimè reſpondet Socin. *cit. num.* 2. his omninò verbis. *Nec obſtat text. d. l. ſi poſſeſſor*, §. 1. *quia, quātum ad terminos illius textus, dicuntur redacti, adhoc, ut malæ fidei poſſeſſor ad talem pecuniam, & uſuras teneatur, qui non ſolùm tenetur de perceptis, ſed etiam de percipiendis.*

Et ego puto, per *textum* illum evidenter convinci oppoſitum, quod ſcilicèt non habeatur pro exacto id, quod exigi potuit, quia quando pecunia exigi potuit, & non eſt exacta, liberatur poſſeſſor hæreditatis cedendo actionem adversùs debitorem, ut *gloſſa* ibi, verbo, *exacta eſt*, dum ſubdit, *ut tunc actio cedatur*, & citat *text. in eadem l.* §. *ait Senatus, verbo bonæ fidei*, qui hoc expreſsè decidit, ibi. *Sed ubi habet actionem, ſufficit, eum actionem præſtare*, & Odoffred. ibidem concordat. At ſi, quod exigi potuit, pro exacto haberetur, non ſatis eſſet actionem præſtare, ſed deberet præſtari pretium, ſicuti ibidem expreſsè ait *textus*, præſtandum eſſe pretium, ſi ſit exactum, ut explicat *gloſ.* in explicatione caſus *d. l. ſi poſſeſſor*, ibi. *Pone, quod tu bonæ fidei poſſeſſor vendidiſti res hæreditarias. diſtingue: aut habes pretium, & teneris præſtare pretium.*

Rurſus, nomine *redactæ pecuniæ*, in illo *textu* non ſignificari *pecuniam exactam*, conſtat, quia diſtinguit *textus* inter *pecuniam redactam, & exactam*, dum ait: *redactam ſic accipiemus, non ſolum jam exactam, verum etſi exigi potuit, nec exacta eſt*: quod ſi non diſtingueret, ſenſus eſſet implicatorius, nempè ſenſus eſſet, *exactam ſic accipiemus, non ſolum jam exactam, ſed etiam, quæ non eſt exacta*; itaquè diceret, eandem pecuniam eſſe exactam, & non exactam.

Apud Papinianum ergò in illo *textu*, *redactæ pecuniæ* nomen eſt commune ad pecuniam ſolutam, & ſolvi promiſſam, cum hoc tamen diſcrimine, quod ſi ſit redacta per ſolam promiſſionem, actio ſit cedenda; ſi etiam per ſolutionem, ipſa pecunia ſit præſtanda.

Ex his apparet breviſſimè, & ſolidiſſimè ſcriptum ab Hodierna *cit. controv.* 4. *num.* 41. ad finem tranſmiſſionis, in fructibus his civilibus requiri exactionem, vel, quod ſint uſufructuario promiſſi.

Nec unquam S. Conſ. apùd de Franchis declaravit, ad effectum tranſmiſſionis ad hæredes uſufructuarii, ſufficere maturationem in ejus vita, & non requiri exactionem, & in hoc differre fructus civiles à naturalibus, ut patet apud ipſum in *Deciſ.* 168. *in fine*, dum inquit. *Facta prædictorum diſcuſſione S. Conſilium aliter non judicavit, quæ ex prædictis opinionibus eſſet verior, nec plenè diſcuſſit differentiam inter fructus naturales, & penſiones; ſed viſis ampliſſimis clauſulis, &c. judicavit ex clauſulis prædictis.*

Veriùs dici poteſt, per idem S. C. fuiſſe declaratum, annuos introitus maturatos non haberi pro exactis, dum *Deciſ.* 13. ejuſdem de Franchis, judicavit, ſpectaviſſe ad fideicommiſſarium, qui ſpectaviſſent utiquè ad hæredem hæredis gravati, ſi maturatio in hujus vita haberetur per exactione; cum conſtet, fructus maturatos, & exactos ab hærede gravato, ſpectare ad ejus hæredem, & non ad fideicommiſſarium.

*Deciſio* 254. ejuſdem non fuit deciſio S. C. ſed ipſius de Franchis tantùm aliquod decretum Domi factum, ut patet *num.* 11. ibi. *undè prædictis attentis judicavi*, & eſt in aliis omninò terminis, nempè, an annui introitus maturati vivo teſtatore pertineant ad ejus hæredem, an verò ad legatarium ſortis; nos verò loquimur favore hæredis proprietarii, cujus favor, & jus univerſale prævalet. & in omni caſu prævalere debet *Deciſio* illa *S. C.* 13. ut paulò ante ponderatum eſt.

Quod in eadem *Deciſione* 254. dicitur *num.* 9. & fuit fundamentum de Franchis, ut conſtat *d. num.* 11. nempè, quod *annui redditus debentur de per ſe principaliter, & non acceſſoriè ad capitale, quia illud nullo modo debetur, ita ut exigi poſſit, ſed pro illo ſolùm annui redditus ſunt debiti*. Hæc, inquam, traditio nec vera eſt omninò, nec, ſi vera eſſet, officeret. Non officeret, quia etiam fructus naturales debentur fructuario principaliter, & non acceſſoriè ad arbores, ſeu ad ſolum, quia hæc nullo modo debentur; & tamen fructus naturales non dum percepti ab ipſo fructuario, ad proprietarium pertinent. Falſum eſt, annuos redditus non deberi acceſſoriè aliquo modo ad capitale, quia, ſi, ut ipſemet fatetur De Franchis, pro capitali annui reditus ſunt debiti, utiquè ſunt ad illud acceſſorii in hoc ſenſu, quod propter illud debentur, igitur, cui illud debetur, debentur & ipſi: nec, quia non poteſt peti capitale, ideò annui reditus non debentur propter ipſum capitale, nam utiquè ſoluto capitali, ipſi reditus non debentur, ergò tota ratio, cur debeantur reditus, eſt, quia non eſt ſolutum capitale, aliud igitur eſt, annuos reditus deberi, quia debetur capitale; & hoc eſt falſum; aliud eſt, annuos reditus deberi, quia non debetur capitale, & eſt demortuum; & ità ideò debentur annui reditus, quia debitori à creditore traditum eſt capitale, ità ut apud ipſum eſſet demortuum; & hoc eſt veriſſimum, & ſatis ſuperquè eſt, ut ipſi ſint aliquo modo acceſſorii ad capitale, & ex conſequenti, quod defuncto fructuario, debeantur maturati ipſi proprietario, cujus eſt capitale, nam ſemper debet eſſe verum, quod cujus eſt capitale, ipſi debeantur reditus.

Eſt etiam falſiſſimum, quod vir alioqui doctus dixit, annuos reditus pro capitali debitos, eſſe ſimiles penſionibus debitis ratione locationis Domus, ruris, Molendini, & ſimilium, quæ penſiones debentur hæredi uſufructuarii pro rata fructuum perceptorum, juxtà *text. cit. l. defuncta*, 63. *D. de uſufr. & quemadmodum.* etenim hujuſmodi annui introitus nullo modo debentur habita ratione ad fructus aliquos, quia debentur habita ratione ſummæ capitalis acceptæ, quę ex ſe fructus nullos parit; & hoc ipſo, quod traditur venditori annuorum redituum, tranſit in ejus dominium, & ab eo conſumitur, undè nihil remanet, quo fruatur emptor, cum hoc ipſo, quod fruitur pecunia, illam à ſe abdicat, uſus enim pecuniæ, in conſumptione conſiſtit; & ità planè eſt abſurdum, quod idem dixit, quod debitor cenſus quotidie fruitur pretio in venditione cenſus accepto.

*Ponderantur ex facto aliæ rationes peculiares pro Fabrica Domus Profeſſæ.*

Annui introitus decurſi in vita uſufructuariæ, vel fuerunt facilis exactionis, vel difficilis, ſive de jure, ſive de facto. Si fuerunt facilis exactionis, applicatur traditio recepta limitans in hoc caſu concluſionem firmatam pro uſufructuarii hærede, cui nocere debet defuncti negligentia in exigendo reditus, qui facilè poterant exigi. Paulus de Caſtro alioqui contrarius in quæſtione generali, *conſ.* 214. *volum.* 2. *num.* 3. propè finem, ibi. *Sed ſi hæres fuiſſet negligens, tunc poſſent procedere jura in contrarium allegata.* poſt alios, ut indubitatum, idem tradit Andreol. *controvers.* 423. *num.* 31. quibus ego addo Beroum *d. conſ.* 133. *vol.* 2. *num.* 22.

Digitized by Google

*num.* 22. in noſtris terminis docentem, debere conſtare de diligentia in exigendo, ne imputetur negligentia.

Aut fuerunt difficilis exactionis, ut re vera fuerunt, & ſunt, tunc ſuccedit alia concluſio favens ex alio capite proprietario, nempè, quod hujuſmodi reditus, licet decurſi vivente uſufructuario, re vera non erant ità maturi, ut dici potuiſſent exacti. in puncto Angel. *d. l. ſi poſſeſſor, §. redactæ, D. de petitione hæreditatis*, ubi explicans illum *textum*, verbo, *ſi exigi potuit*, ſubdit, *ſecus ergò, ſi non potuiſſet, quia fidem fecit de pretio, & non dum dies venit, vel etiam ſi venit, non potuit de facto exigere, propter potentiam forſan, aut abſentiam adverſarii*. prædictam Angeli doctrinam ſequitur Socin. *d. conſ.* 100. *num.* 3. *volum.* I. Ubi vides, etiam in terminis *d. §. redacta*, in quo ſpes omnis eſt adverſarii, illum *textum* intelligi ſolùm, ubi facillima de jure, & de facto fuiſſet exactio.

Roboratur hoc motivum ex latè, & optimè traditis per Beroum *d. conſ.* 133. *à num.* 14. *& ſeqq.* ubi ſolidè fundat, obventiones, quæ ex aliquo impedimento exigi non potuerunt, haberi pro fructibus immaturis, quos conſtat ad hæredes fructuarii non tranſmitti.

Eſt & alia facti conſideratio circa introitus debitos ab illis de Bucca, quia fuerunt cùm ſuo capitali relicti fabricæ, cum hoc onere. *con obligo però, che d. fabrica, durante la vita di d. Fauſtina, li debbia pagare l' intereſſe di quella quantità ſi averà dà detta lite à 7. per* 100. hoc ſanè legatum, & onus eſt conditionale, ſi ſcilicèt recuperabuntur, &, quia maximam partem, in vita Fauſtinæ non ſunt recuperati, utiquè legatum, & onus eſt caducatum, ut in terminis noſtris optimè fundat Berous *d. Conſil.* 133. *num.* 15. omninò legendus, & ità circa hos introitus, qui ſunt maximæ quantitatis, nulla eſt difficultas. Sed ſola difficultas eſt, quia patrimonium debitoris eſt ferè totum ab aliis, licèt injuria, occupatum.

Sumus etiam extra litem in omnibus ex alia facti conſideratione, nempè quia fabrica Domus Profeſſę fuit inſtituta ab Octavio tantùm poſt mortem Fauſtinæ uſufructuariæ hæredis inſtitutæ, quo caſu receptiſſima eſt DD. traditio, uſufructuariam evadere etiam proprietariam hæredem ab initio, cum onere tamen fideicommiſſi ad beneficium inſtituti poſt mortem in proprietate; & ſic in noſtra facti ſpecie, Fauſtina fuit nomine tenus hæres uſufructuaria, re tamen ipſa fuit hæres etiàm in proprietate, gravata tamen poſt mortem reſtituere hæreditatem fabricæ; atquè ità verſamur in ſpecie *Deciſionis* De Franchis 13. in Regno prorſus indubitatæ, ut initio dictum eſt, & ipſi fatentur adverſarii.

Porrò propoſitionem illam, quod inſtitutus in uſufructu tantùm vita durante, nullo dato hærede in vita, ſed tantùm poſt mortem, ſit re ipſa hæres ab initio, gravatus tamen ad beneficium inſtituti hæredis poſt mortem, habent infiniti authores. Duos tantum referum, qui alios plurimos congerunt.

Andreol. *controv.* 22. *num.* 9. apùd quem Bald. Angel. Imol. Salyc. Alex. Barbat. Jaſ. Grot. Socin. ſen. Ruin. Dec. Angel. Aretin. Pariſ. Bertrand. Berous, Bellon. Dilect. Socin. jun. Sylvan. Natta, Cephal. Craſſ. Rolan. Riminald. Hieron. Gabriel, Menoch. Mareſcott. apùd quem *Deciſio* R. R. qui ſunt 29. computato ipſo Andreolo.

Fuſarius verò *conſ.* 195. *num.* 7. pro eadem ſententia citat 37. *DD.* Addo etiam Addentes *ad Covarruv. lib.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 34. qui alios referunt.

Eſt autem adeò vera hæc ſententia, ut minimè indigeat conjecturata mente teſtatoris, imò etiam contrà expreſſam ejus voluntatem procedit ex juris diſpoſitione, ut paſſim docent ejus ſententiæ authores, & nominatim Cravetta *conſil.* 821. *verſic. Secundò reſpondetur, quod ex proprietate*, & rurſus *verſic. Secundò Reſpondetur argumentum hoc*. Addo poſt alios Caſtill. *quotid. controv. p.* 3. *c.* 17. *à num.* 108. & noviſſimè De Roſa *conultat.* 34. *à num.* 39. *& ſeqq.* ubi latè fundat, inſtitutum in uſufructu, ſeu in re certa evadere proprietarium, nullo inſtituto in vita in proprietate, licet teſtator expreſſim prohibuerit, ne aliquid inſtituto in uſufructu, vel in re certa accreſceret, pro qua concluſione *num.* 42. citat *DD.* 17. in *lecturis*, & 11. in *conſiliis*, & 14. in *tractatibus*, eamquè dicit *veriorem*, & *communiorem*, & probat d. ratione, quia hoc provenit ex juris diſpoſitione, non verò ex voluntate teſtatoris.

Sed ubi conjectura aliqua indigeremus, habemus in hac cauſa potiſſimam, quia ſcilicet Octavius prohibuit Trebellianicæ detractionem, quo caſu, ne ſit ſuperflua prohibitio facta hæredi uſufructuario, cui non competit Trebellianica, præſumitur uſufructuarius inſtitutus etiam in proprietate, ut optimè fundat Cephal. *conſ.* 472. *num.* 60. *&* 63. *in fine*, ſequitur Bellon. *de jure acereſc. cap.* 7. *qu.* 16. *num.* 446. *&* 447.

Eſt, & alia conjectura, quia, ut rectè arguit Cephal. *d. conſ.* 472. *num.* 59. *non differunt gravare poſt mortem, & relinquere in vita tantum*, Socin. *l. cum avus, ſub num.* 26. *verſic. itèm in contrarium, col.* 10. *de condit. & demonſtrat. ſed ubi quis eſt gravatus poſt mortem, haud dubiè fideicommiſſum eſt, & gravamen verſatur circa utilia, & remanet directa, ergo idem eſt, ubi exiſtunt verba, in vita tantum, ut hic*. Hæc Cephalus, quæ decidunt in puncto hunc pro nobis articulum.

Ex his, ſaltem conjunctis, nullum eſſe poteſt dubium, quin omnes introitus non exacti à Fauſtina, pertineant ad fabricam.

*Per* M. C. Vic. die 23. Novembris 1678. *fuit prolatum decretum præambuli in beneficium d. fabricæ virtute ſubſtitutionis adjectæ in teſtamento qu. Octavii Herculani, apùd* Garrupam, *& ità deciſum juxta allegata, quod pertinet ad articulum ultimo loco propoſitum; & deinde pro executione decreti* M. C. *fuit mandatum, quod debitores correſpondeant d. fabricæ etiam pro maturatis, ſed non exactis in vita d. Fauſtinæ, apud eundem* Garrupam actor. mag.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE LXIII.
### *SUMMÆ.*

1 Afflicti Deciſiones: *num realitèr* S. R. C. *ſint?*
2 *Anteſatum, an ad Filios, ſpectet: ſi Patris hæredes non ſint? attenta* Conſuet. Neap.
*Reprobatur* Afflict. *num.* 3. *Vide num.* 5. 8. *&* 9.
*Quid in Matrimonio contracto juxtà uſum Procerum, & Magnatum? Refertur altercatio* D. Reg. Noſtr. De Pont. Molfeſ. Mont. Gizz. *& aliorum. num.* 3. 4. 6. *&* 7.
10 .... *non conſtitutum; ſoluta dote: an debeatur? Defenditur* D. Hodiern. à D. Regente Noſtro. *& nu.* 11.
*Quid attenta* Conſuetud. Neap. *Notatur* D. Reg. Noſter. *num.* 13. *&* 14.
12 .... *eſt debitum voluntarium.*
15 .... *conſtitutum, non debetur: niſi dotis, ſatisfactio intercedat.*
*Fallit: ut num.* 16. 17. 18. *&* 19. *cum* Deciſ. noviſſim.
*Quid in Anteſati medietate; debita proptèr Oſculum? num.* 20. *Declaratur* Gizz. *num.* 21.
*Alia ad materiam. num.* 22. 23. 24. *&* 25.

1 EXploratum omninò, non eſt, an epigraphe illa Afflicti Deciſionibus adjecta: nempè *Deciſiones* S. R. C.

*S. R. C.* veritate nitatur. Etenim Gamerar. *in cap. Imperialem pagin.* 21. *lit. Q.* ac Loffred. *in Conſ.* 42. *& in cap.* 1. *§. quæſitum. ver. prima declaratio. Tit. de Capit. qui cur. vend.* tanti Senatus Determinationes, illas haud eſſe; audactèr affirmant. Quod in totum; approbare non audeo; repetam verò Ovid. verba *in Art. Poetic. verſ.* 504.

*Telephe, vel Pelen, malè ſi mandata loquaris.*
*Aut dormitabo, aut ridebo.*

Nam eod. Ovid. Auctore *verſ.* 359.

*Quandoquè bonus dormitat Homerus.*

2 Erravit Afflict. *in Deciſ.* 314. dum deciſum dixit: Attenta *Conſuetud. Neap.* in Antefato, filios ſuccedere: etſi Patris; hæredes non ſint: Teſte Antonio de Januario. Pluribus namquè in contingentiis: contrarium determinatum, ab eodem Italiæ Areopago; legitur apud De Marin. qui Joannis Angeli Piſanelli Typis mandari curavit Reſponſum, *in lib.* 2. *Reſolut.* 22. *ex num.* 10. & priùs notaverat *in addit. ad Napod. in Conſuetud. Quartam autem. pagin.* 250. *& in addit. ad cit. Afflict. Deciſ.* 314. *verſic. Antefatum.* Firmat aliis exemplis Urſill. *in annot. ad eand. Deciſ. num.* 5. Addit *hoc loc. num.* 5. alteram Deciſionem Gizz. Et Ego, ſic determinatum: referente Conſiliario Julio Palmerio Die 23. Decembris 1601. legi in Proceſſu Creditorum Fabritii Manſo in Banca Figliolæ. Probantquè ſententiam:

3 reprobato Afflict. (modò aliter, Pacto; cautum non ſit) Ricc. *in Collect.* 51. *&* 52. De Medic. *in Conſ.* 43. *num.* 19. Pellic. *ad Conſuetud. Anvers. cap.* 4. *nu.* 113. De Bott. *in Conſuet. Quartam autem. pag.* 250. *verſic. Antefatum.* Rovit. *in Conſ.* 4. *num.* 8. *vol.* 2. Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 7. *quæſt.* 14. *num.* 4. Taſſon. *in Pragm. de Antef. vers.* 4. *Obſerv.* 4. *num.* 62. Thor. *part.* 1. *comp. verb. Filii mortua Matre.* Reverter. *in Deciſ.* 23. *& ibi* de Marin. *& lib.* 1. *Reſolut.* 15. *num.* 1. *& citat. lib.* 2. *Reſolut.* 23. *ex num.* 2. Hodiern. *in l. hac edictali quæſt.* 12. *num.* 60. *&* 84. *& ad Surd. Deciſ.* 8. *num.* 3. Borrell. *in ſumm. Deciſ. part.* 3. *tit. de Donat. propt. Nupt. num.* 83. Marcian. *Diſput.* 93. *lib.* 1. Staiban. *in Reſolut.* 80. *num.* 24. *lib.* 1. *& in Obſerv. ad Reſolut.* 91. *num.* 5. Marott. *in Diſcept.* 15. *num.* 3. *lib.* 1. De Falc. *in Allegat.* 11. *in impreſſ. poſt Scaglion. ad Pragm. Regn. nu.* 7. *& ibi* Thor. Rodoer. *ad De Marin. in allegat. cap.* 15. *num.* 5. *&* De Luc. *ad Franch. in Obſervat.* 106. *num.* 3.

4 Licèt Matrimonium; contractum ſit: juxtà morem Procerum, & Magnatum: eandem firmatam Concluſionem, procedere, tradit D. Reg. noſt. *num.* 6. authoritate ſententiæ latæ in Cauſa Comitis Montellæ, in Anno 1570: referente Conſil. Altimaro; cujus meminit De Bott. qui ſuum in illa judicatura; calculum præbuit, etſi in M. C. V. Judex reſideret, *in Conſuetud. More Magnatum pagin.* 132. *verſic. Die* 14. *Martii.* Necnon Sempron. Aff. *in Determinat.* 12. *num.* 8. ejuſquè formalia verba tranſcribit Molfeſ. *in allegat. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 21.

5 Irruit in illam De Pont. *in tract. de Poteſtat. Proreg. Tit.* 9. (qui, partes Comitis Montellæ: tunc Advocatorum facilè Princeps; ſubſtinuit: ut eſt videre, in *Conſ.* 110. 111. 112. 113. *&* 114. *vol.* 2.) per hæc ipſiſſima Verba. *D. Reg. Salernitanus tunc S. R. C. Præſidens: qui tenebat contrariam opinionem, veriorem; & ſecundùm eam, voluit facere Deciſionem. Elegit, & adjunxit Judices, in Cauſa ſibi meliùs viſos. Et tandèm ſecundùm Fata Cauſarum; fuit illa Deciſio contrà Comitem Montellæ: cum maxima diſcuſſione, & disparitate Votorum.* Hæc De Pont. ea ratione motus: nam

6 attento Communi Jure; in Antefato Filii ſuccedunt: utì Filii, non utì hæredes. Auth. *hæres. C. de ſecund. Nupt.* Et cùm mos Procerum, & Magnatum; Juri communi Quiritum concordetur. Provenz. *in Obſervat.* 27. *num.* 4. *& in Obſerv.* 29. *num.* 9. *ad Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua.* Ann. *in Conſ.* 2. *num.* 2. & D. Reg. noſt. *in Deciſ.* 35. *num.* 3. *&* 11. ſequitur quod Filii: in Matrimonio, more Procerum, & Magnatum contracto; uti Filii, ſuccedere debeant. Propterea duram, & exorbitantem eandem Deciſionem; appellat idem De Pont. ſequitur Molfeſ. *part.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 13. Pro eo ſtat Montan. *in Controv.* 1. *num.* 44. Et ab illa cavendum; dixit Gizz. *hic num.* 6.

7 Sequacibus tamen, & rationibus (quicquid ſibi obſtrepentes velint) *relata Deciſio*; deſtituta non eſt: Imò, & in contingentiis admittendam eſſe; dijudico. Mos namquè Magnatum: Teſte *eod.* De Pont. *in Conſ.* 95. non conformatur cum Jure Communi Romano: Niſi in illo; quod eſt expreſſum. Cùm ergò definitum in hoc more, non legatur: ut circà Antefati ſucceſſionem, ſit ſtandum juri Communi; ſequitur manifeſtè *Conſuetudini* ſe contrahentes ſubjeciſſe: ut optimè tradunt uterquè Marcian. *Unus in Conſ.* 53. *num.* 3. Alter. *in Diſput.* 99. *num.* 49. & Bottilier. *de ſucceſſ. ab Inteſtat. Tit. de exclus. Parag. & Maſcul. cap.* 1. *Theorem.* 14. *ſub num.* 4.

8 Inſignis propterea, apud Nos; ſemper exiſtimata fuit cautela, eo tempore ejuſdem Deciſionis occaſione, adinventa (ſi credimus De Pont.) Ut ſpeciali Pacto, in Tabulis Nuptialibus conveniatur: quod in Antefato; ſuccedant filii, utì filii, non utì hæredes: ad finem evitandi *Conſuetud.* diſpoſitionem: Ut adamuſsim obſervo practicatum in præſentis Deciſionis provincia; quam comprobant, De Pont. *loc. citat. num.* 25. Molfeſ. *cit. num.* 21. *in ultim. verb.* De Marin. *in adduct. cap.* 22. *num.* 3. *& ibi* Rodoer. *num.* 5. & Marott. *in allegat. Diſcept.* 5. *num.* 3.

9 Aut ſi Filius generaliter, paternam repudiaſſet hæreditatem: aliis non extantibus liberis; ſubdit Staiban. *lib.* 1. *Reſolut.* 32. In quibus Terminis, applicari poſſet Afflict. opinatum: de quo cum Cicer. 2. *de Orator. verſ.* 79. dicam: *Et iſtam oſcitantem, dormitantemquè ſapientiam; Scævolarum, & reliquorum Beatorum otio, concedimus.*

10 Modò obſervandum ſuccedit, inter inſignes Digladiantes; cui potiùs aſſiſtat Aſtrea Conſil. ſcilicèt Hodiern. *ad Surd. in Obſervat.* 214. vel potiùs D. Reg. noſtro *num.* 7. ſcribenti Antefatum, non conſtitutum, deberi: quotiès dos ſoluta demonſtratur. Concordat cum eo Urſill. *contrà Afflict. ſuum in Deciſ.* 242. *num.* 3. & Mar. Anguiſciol. *in Conſ.* 25. *&* 152.

11 At pro D. Hodiern. ſtant inter multos Fontanell. qui Deciſionem ſui Senatus; refert *in tract. de Pact. Nuptialib. tom.* 2. *Clauſ.* 7. *Gloſſ.* 1. *part.* 1. *nu.* 16. Mantic. *de Tacit. lib.* 20. *Tit.* 3. *ex num.* 1. Maxill. *ad Conſuetud. Bar. in Conſuetud. ſi mariti morte nu.* 19. *Tit. de Donat. int. Vir. & Uxor.* Proſp. Petr. *ad Capyc. in deciſ.* 65. *num.* 1. & hanc ſententiam: rejecta D. Reg. noſtr. & aliorum contraria opinione; communiter approbatam recenſent Clar. *in §. Donatio. quæſt.* 11. *nu.* 3. ac Molin. *de Rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 237. & nominatim contrà D. Reg. noſtr. firmat De Luc. *ad Franch. in Appendic. ad Obſerv.* 503. *cent.* 6. *pag.* 200.

12 *verſic. Antefatum.* Antefatum namquè; debitum voluntarium eſt. D. Hodier. *loc. citat.* Arias de Meſa *lib.* 2. *var. Reſolut. cap.* 9. *nu.* 17. Galeot. *tom.* 1. *Controv.* 29. *ex num.* 5. & Thor. *in Compend. part.* 1. *verb. Legatum factum à Viro.*

13 Fortiùs in hac noſtra Fideliſſima Civitate, in qua, per *Conſuetud. Quartam autem*; cautum id reperitur: Cujus meminit D. Reg. noſt. *num.* 8. quo loco, licèt Napodan. *ſuper ead. Conſuetud. verb. Conſtitutam. nu.* 14. (Etenìm error fuit; ſcribere *num.* 8.) in ſuam partem trahere conetur: dum dixit, Maritum habentem Dotem; injuſtè facere: ſi non dat Donationem propter Nuptias. Advertendum volo; Napodan. non ultrà caſum poſitum, *num.* 16. extendendum: Etenim

*ibi,*

Digitized by Google

*ibi*, promiſſionem conſtitutionis Antefati, per legitimam ſtipulationem, in Terminis ejuſdem *Conſuetud.* ſufficere; affirmat: dote ſoluta. Optimè Anton. de Alexand. qui Deciſionem S. R. C. refert, *in Addit. ad Napod. loc. citat. lit. B. & C. ibid.* Frecc. *lit. D. pagin.* 252. De Bott. *lit. A.* & Grammatic. *lit. B.* Qui duas Deciſiones S.R.C. memorat *pagin.* 253. Et tradunt Trentacinq. *lib. 3. Var. Tit. de Matrimon. Reſolut. 3. num. 2.* De Pont. *in Conſ. 10. lib. 1. num. 23.* Scop. *ad Gratian. in Deciſ. 97. num. 25.* De Marin. *Reſol. 24. tom. 2. & ad Reverter. Obſerv.* 214. *num.* 3. & Rovit. *in Conſ. 50. ex num.* 8.

14 Nec valet argumentatio: Taxatum in noſtris Municipalibus Legibus, ad certam rationem; reperiri Antefatum. D. Galeot. *in citat. Controv. 29. ex num. 261.* Ut illius conſtitutio; neceſſaria non ſit. Etenim ea conſtitutio; voluntaria eſt. Meſa, & Galeot. *loc. allegat.*

15 Ulteriùs ad rem nota. Promiſſam Antefati conſtitunem: nec ſatis eſſe; ut Mulieri debeatur: niſi Dotis ſolutio, intercedat. Grivell. *in Deciſ.* 41. Thor. *part. 1. compend. verb. Antefatum.* Afflict. *in allegat. Deciſ. 242. & ibi* Urſill. *num.* 1. Petr. *loc. citat.* Ricc. *in Collect.* 87. Maſtrill. *in citat. Deciſ. 73. num.* 12. Barboſ. *in Auth. Dos data. C. de Donat. propt. Nupt. nu.* 10. Taſſon. *loc. adduct. pagin.* 307. *num.* 47. Molfeſ. *ubi ſup. part. 7. quæſt. 6. num. 4. & 5.* Amat. *in Conſ. 92. num. 1.* Prat. *tom. 2. Diſcept. 36. num.* 4. Facchin. *Controv. 68. lib.* 8. Marant. *tom. 2. Reſponſ. 12. nu.* 1. De Marin. *Reſolut. 24. num. 2. lib.* 2. Et D. Reg. noſt. *in Conſultat.* 124. *num.* 49. *tom.* 2. Niſi, ex aliis cau-

16 ſis; ejus conſtitutio proceſſerit, Piſanell. *in citat. Conſuetud. Quartam. verſic. noto ex iſta Gloſſ.* De Georg. *in Allegat. 45. num. 18. & ſequent.* Marcian. *in Conſ. 58. ex num. 7. ad 13. & in Conſil. 60. nu. 14.* & Theodor. *in Allegat. 13. num.* 16. Contrarium verò indicat De Marin. *in allegat. cap. 24. ex num. 2. ad 8.*

17 Hæredes verò Mariti; teneri ad ſolutionem promiſſi Antefati: quoties ab illo dilatio ad ſolvendam Dotem; data fuiſſet: Etenim id ſibi imputare debet ſcribunt: Afflict. *in Deciſ. 333. num. 2.* Molfeſ. *loc. citat. quæſt. 6. num.* 9. Fontanell. *ubi ſupra Clauſ. 7. Gloſſ. 1. part. 2. num.* 68. D. Rocc. *in Reſponſ. 139. nu. 7.* De Georg. *in cit. Allegat. 45. ex num.* 20. Staiban. *de intereſ. tit. 4. quæſt. 1. num. 33.* De Amat. *in cit. conſ. 92. nu.* 3. Altimar. *ad Rovit. in citat. Conſ. 50. num. 3. & noviſſimè* D. Carol. de Roſa *in cit. Conſuet. Quartam autem*

18 *num.* 6. vel in cauſam mutui, Dotis cauſa mutata, reperiatur. Grammatic. *in Deciſ.* 97. quem ſequuntur Urſill. *ad Afflict. in citat. Deciſ. 333. nu.* 1. Piſanell. *ad eund. in adduct. Deciſ.* 242. & De Marin. *in allegat. lib. 2. Reſolut. 140. num.* 15.

19 Deberi ergò Antefatum, pro rata Dotis ſolutæ: niſi Mariti culpa; id actum ſit: concludunt, Afflict. *in citat. Deciſ.* 242. De Georg. *in cit. Allegat. 45. num.* 3. De Marin. *lib. 1. Reſolut. 14. num. 3. & ibi* Rodoer. *num.* 3. Surd. *de Aliment. Tit. 1. quæſt. 42. num. 56. & Tit. 7. quæſt. 17. nu.* 35. Molin. *de Rit. Nupt. lib. 3. quæſt.* 1. Et fuit deciſum: referente D. Conſil. Franciſco Rocco, Die 30. Martii 1669. in Cauſa Franciſci Otra: cum hæredibus Caroli de Ritiis. Proceſſus eſt in Banca de Litto.

20 Etiàm, ſi tractaretur de medietate Antefati; debita propter Oſculum. Eleganter tradunt Maxill. *in alleg. Conſuetud. ſi Mariti morte. num.* 24. Ubi notat, hac in re, Napodan. ſatis ſimpliciter; fuiſſe loquutum. De Franch. *in Deciſ. 503. num. 23. & ibi* De Luc. *nu.* 6. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ. 61. nu.* 6. De Marin. *in cit. cap. 14. num. 5. & in lib. 2. cap. 24. num.* 7. Molfeſ. *loc. adduct. quæſt. 8. nu. 6. & in allegat. quæſt. 6. nu. 6.*

21 Quid dicendum, in Oſculo violento? Reſpondit, pro integra medietate, Gizz. *num. 9. in fin.* fretus authoritate, cujuſdam determinationis M. C. V. ſequitur illum nominatìm De Luc. *ad Franch. loc. allegat. num.* 5. Et Ego; in idem concurro: quotiès, contractis tantùm ſponſalibus, matrimonio non conſumato; Vir deceſſerit. Ea ratione: nam Virginitati illius; multum derogatum eſt; & Oſculum, eſt pars adulterii. De Marin. *ad Reverter. Obſervat. 221. num.* 2. At, ſi Nuptiæ ſequutæ ſint, contractis ſponſalibus: eo caſu, pro rata Dotis ſolutæ, Antefatum deberi; certò tenendum eſt: cùm per Matrimonium; delicto ſatisfactum, videatur.

22 Velim modò, quòd licet verum ſit: Fœminam, proptèr Oſculum; Antefati, medietatem lucrari. ad Tex. *in l. ſi à Sponſo. C. de Donat. ant. Nupt.* Napodan. *in citat. Conſuetud. Quartam. num.* 29. De Georg. *in adduct. Alleg. 45. num.* 2. De Franch. *in allegat. Deciſ.* 503. Gomeſ. *ad l. Taur. 5. verſic. pulchrum tamen ſub num.* 6. Sanchez *de Matrimon. lib. 6. Diſput. 18. nu.* 3.

23 id cum moderatione, intelligas: ut non procedat in Fœmina, quæ paſſa eſt Oſculum, antè Duodecimum Annum: Teſte Thor. *part. 3. comp. verb. Antefatum, an debeatur Uxori.* Aut ſi in Uxoris gratiam; datum

24 ſit. Napodan. *loc. citat. pagin. 257. num.* 34. & De Franch. *in Deciſ. 182. num. 19. & in allegat. Dec.* 503.

25 Deniquè idem procedere: ſi Oſculum, datum ſit per Procuratorem, cum ſpeciali mandato; dixit Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap. 13. Gloſſ. 3. num.* 32. ſed in contrariùm; ſtat Cutell. *de Donat. contempl. Matrim. tract. 1. Diſcurſ. 3. part. 3. num.* 9.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE LXIV.

### *SUMMÆ.*

1 *Filio: Dotem Patris conſenſu, aut Matris; recipiente: eo mortuo; ad illius reſtitutionem, Parentes non teneri: ſed ejus hæredes, quatenùs Bona, in hæreditate remaneant, pro portione præmortui Filii: attenta* Conſuetud. Neap. *& num.* 4.

*Fallit: ut num.* 6.

2 *Mulier, mortuo viro: num eadem* Conſuetud. *attenta contrà ſocerum viventem; validè experiri petat: ut adveniente tempore; Dos ſibi reſtituatur? Et nu. 7. Comprobatur* Deciſ.

3 *Creditor, in Diem: quandò antè diem; agat: ut adveniente Die; debitum ſibi ſolvatur.*

5 *Maritus: pendente dilatione Anni, ad reſtituendam dotem; poteſt cogi ad præſtandam cautionem de ſolvendo, finito Anno. Sequitur* D. Reg. noſt.

*Quid; ſi renitens fuerit: talem præſtare cautionem?*

8 *Retentio: quandò hæredibus Viri; competat, adversùs Uxorem, Dotem repetentem: Non reddita ratione adminiſtratæ Tutelæ. Declaratur* Gizz. *num.* 10. *& 11.*

*Quid in Antefato? nu.* 9. D. Reg. noſt. *ſtat contrà* Gizz.

*Quid in Intereſſe Dotis? Contrà* Gizz. *ſcribunt* D. Reg. Galeot. & Merend. *ſed concervantur Opiniones; ex* Conſil. De Roſa *num.* 12.

13 *Intereſſe Dotis: non debetur Mulieri; quæ, tempore mortis Viri, ſibi ſatisfacere poterat.*

14 *Vidua, ingrediente tenutam bonorum Viri; pro Dote; Fructus, cum ſorte, compenſantur.*

1 Scripſeram *in Obſervat. 36. ex num.* 13. Patrem, vel Matrem, alioſquè ſuperiores: Filio, ducenti Uxorem, & Dotem, cum alterius ipſorum conſenſu, recipiente: demùm mortuo; ad Dotis reſtitutionem, non teneri: ſed eorum hæredes, pro portione; ad Filium



Digitized by Google

lium ſpectante: ſi ſupervixiſſet. Juxtà tradita in *Conſuetud. Filio ducente Uxorem*.

2 Modò videndum incidit: An, pro Dote Mulier, Viro mortuo; adverſùs ſocerum, validè experiri petat: ut adveniente tempore, ei fiat reſtitutio illius ex portione; quam ejus Vir, ſi ſupervixiſſet, habiturus

3 fuerat? Concluſum extitit contrà Mulierem: eo quod, etſi creditori, in diem permittatur; antè diem agere: ut adveniente die, debitum ſibi ſolvatur; id ſuccedit: quia in creditoris beneficium; jam orta eſt actio. Thor. *in Compend. Deciſ. part.* 1. *verb. agere antè Tempus*. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. Artic.* 40. *verſic. Addo. pagin.* 497. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 42. *nu.* 27. *tom.* 1. Cancer. *var. Reſolut. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 41. De Medic. *in Conſ.* 148. Caſtil. *in Deciſ.* 17. *lib.* 1. Rot. Roman. *in Deciſ.* 15. *num.* 19. *&* 20. *in impreſſ. poſt Rodriq. de Concurſ. Credit.* Surd. *in Deciſ.* 120. *& ibi* Conſil. Hodiern. & Nos latè *in*

4 *Obſervat.* 151. Quod, in præſenti ſpecie; haud applicatur: dum attenta *Conſuetudinis* diſpoſitione; Mulieri: ſocero vivente; nulla in bonis, vel perſona, adverſùs illum actio competat: benè tamen, contra hæredes, pro portione; quatenùs bona, in hæreditate remaneant. Judicium enim, quod à futuro eventu pendet; non ſubſtinetur: quia ad Judicem, tractus futuri temporis; non ſpectat *l. quemadmodum ff. de Judic. l. Atherus. §. in hoc judicio. ff. de Aqu. Pluv. arcend. cum concordant*.

5 Undè, contrà Maritum: Anni dilatione pendente; ad Dotem reſtituendam, in mobilibus conſiſtentem: quia actio jam orta eſt, eaquè dilatio conceſſa à Lege reperitur; demortuæ Uxoris hæres, rectè agit antè Annum, ad præſtandam Cautionem, de ſolvendo, finito Anno: illaquè non præſtita, relicto medii temporis interuſſurio; cogitur, Anni circulo non expectato, ſtatìm Dotem reſtituere. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. part.* 1. *cap.* 13. *Gloſſ.* 6. *ex num.* 21. *ad* 35. *& cap.* 16. *Gloſſ.* 2. *nu.* 10. Acac. Anton. de Ripoll. *var. Reſolut. Tit. de Dot. recuperand. cap.* 10. *nu.* 70. *&* 111. Carleval. *de Judic. lib.* 1. *Tit.* 3. *Diſput.* 8. *ſect.* 4. *nu.* 28. Cancer. *var. tom.* 1. *cap.* 9. *ex num.* 102. Garz. *de Expenſ. cap.* 8. *ex num.* 20. *ad* 53. Lopez *in l.* 31. *Tit.* 11. *part.* 4. & Fontanell. *de Pact. Nupt. Gloſſ.* 3. *part.* 11. *num.* 5.

6 Reſtringe tamen, hanc veriſſimam Deciſionem; in caſu ſuo. Etenim, attenta *Conſuetud. ſi Pater & Mater*; pro conſtanti contrarium tenendum eſt. *Conſuet.*

7 *filio ducente Uxorem*. namquè dirigitur, quandò Pater; præſtitit aſſenſum: non quandò Dotes recepiſſe, faſſus fuit. Quo caſu; benè, antè tempus agitur: ut adveniente tempore; Dotes reſtituat. Ad Tex. *in leg. unic. §. exactio. C. de rei Uxor. Action.* & tradit adamuſsìm Naucler. *in adduct. Conſuetud. ſi Pater. nu.* 1.

8 Scribit Gizz. *hoc loc. num.* 11. Nullam hæredibus Viri, adverſùs Uxorem; Dotis retentionem competere: occaſione non redditæ rationis adminiſtratæ Tutelæ; Firmant id Guttier. *de Tutel. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 52. Maſtrill. *in Deciſ.* 189. Eſcob. *de Ratiocin. cap.* 24. *num.* 29. Cavalcan. *de Tutor. num.* 219. Molignat. *de Retent. num.* 40. *verſ. ex his igitur*. Neguſant. *de Pignor. part.* 5. *membr.* 1. *num.* 7. De Georg. *in Allegat.*

9 36. *num.* 10. & in Antefato extat locus D. Reg. noſtr. *in Deciſ.* 197. *nu.* 58. Quicquid *hoc loco* ſibi Gizz. dicat.

10 At id intelligas: niſi adminiſtratæ Tutelæ exceptio; per evidentiam, liquida demonſtraretur. Tuſc. *in lit. C. Concluſ.* 490. *num.* 14. Cum aliis congeſtis per Merend. *Var. lib.* 22. *cap.* 41. Signorol. *in Conſ.* 49. *col.* 2. *verſic. item*. & per Maſtrill. *in citat. Deciſ.* 189. *nu.* 6.

11 Aut ad Matris Tutricis manus; conſtaret, tot bona perveniſſe: quibus ſibi ſatisfacere potuiſſet. De Georg. *in adduct. Allegat.* 36. *ex num.* 6. Theſaur. *quæſt. Forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 28. *num.* 3. Molignat. *loc. cit. quæſt.* 41. Merlin. *de Pignor. lib.* 2. *quæſt.* 33. *num.* 8. Gratian. *Diſcept. cap.* 129. *nu.* 21. 40. *&* 41. *& in Deciſ.* 179. *n.* 2. Rot. Roman. *poſt Salgad. in Labyrint. Deciſ.* 24. *num.* 4. Barz. *de Decim. Tutor. præſt. cap.* 4. *num.* 44. Sabell. *var. Reſolut. cap.* 8. *ex num.* 44. Mareſcott. *var. Reſolut. lib.* 2. *Reſolut.* 121. *num.* 68. Cancer. *lib.* 1. *Tit. de Tutor. cap.* 7. *nu.* 112. Ann. *in ſingular.* 214. Fontanell. *tom.* 1. *de Pact. claus.* 4. *Gloſſ.* 18. *part.* 5. *num.* 43. Paſcal. *de Patr. poteſtat. part.* 3. *cap.* 10. *nu.* 43. & Poſt. *in Reſol.* 24. *num.* 30.

12 Limitat placitum ſuum Gizz. *num.* 12. in intereſſe Dotis. Sed contrà illum; ſtant Reg. Galeot. *in Controv.* 60. *num.* 15. *lib.* 2. & Merend. *loc. citat. num.* 5. ſubſtinentes: per exceptionem redditionis computorum adminiſtratæ Tutelæ: non retardari ſatisfactionem, Intereſſe Dotis. Quod intelligit, De Roſa *in Conſult.* 36. *ex num.* 21. in Intereſſe debito per contractum: ſecùs ſi deberetur proptèr moram. Quo in caſu; applicari Gizz. opinionem, dixeris: atquè paritèr *Deciſ.* De Franch. 642. quam benè expendit *citat.* de Roſa *eod. loc.* & etiam apud De Marin. *tom.* 3. *Reſolut. in Allegat.* 123.

13 Demùm: velut pro colophone; ponam: Intereſſe Dotis; Mulieri ſuperſtiti, ab hæredibus demortui Viri, non deberi: quotiès de Dote ſatisfacere ſibi poterat. Antonin. De Amat. *lib.* 1. *Reſolut.* 49. *num.* 101. Manent. *in Deciſ.* 79. & Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 284. *ſub num.* 6. additquè Conſil. Hodiern. *ad Surd. in*

14 *Deciſ.* 240. *num.* 14. Quòd ſi Mulier, Viro mortuo; ingreſſa ſit tenutam Bonorum illius: donec Dos ſibi reſtituatur, percipiendo fructus; illos, cum ſorte compenſari. Qua de re, Nos alibì fuſiùs; diſſeremus.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LXV.

### SUMMÆ.

1 *Judicium reivindicationis fructuum; reſtitutionem trahit*.

2 .... *hypothecarium; reſtitutionem fructuum, non trahit: contra* Capyc.

3 D. Rodogr. *notatur*.

4 *Bonæ fidei poſſeſſor: an teneatur ad reſtitutionem fructuum à Die litis conteſtatæ: vel publicationis? & num.* 6.

Maſtrill. *ſtat contrà* D. Reg. noſtr. *num.* 7.

*Adducitur ſententia*. Berlich. *num.* 8.

D. Caſarus; *notatur. num.* 5.

9 *Fructus non reſtituit; qui in poſſeſſorio obtinuit; & in petitorio ſuccumbit*.

10 .. *in Judicio petitionis hæreditatis; debentur à Die mota litis*.

11 *Poſſeſſor bonæ fidei; à fructuum reſtitutione non excuſatur: ſi ex illis ſit factus locupletior*.

12 *In retractu: quando quis; in mala fide, conſtituatur?*

13 *Perempta inſtantia: non perimitur mala fides. Contrà* Rovit.

14 *Condemnatus ad fructuum reſtitutionem, à Die litis conteſtatæ; qualis conteſtatio, attendi debeat: ſi lis bis conteſtata fuiſſet, & num.* 15.

16 *Perempta inſtantia; perimitur vitium litigioſi*.

17 *Emptor Fundi, ſuper quo lis inchoata fuerat, antè emptionem: inſtantia perempta; audiendus eſt*.

1 NOn omnis actionis natura adverſùs poſſeſſorem intentata; fructuum reſtitutionem, ſecum trahit: Proptereà hujus *Deciſion.* authoritate; diſtinguit De

Digitized by Google

De Marin. *in Obſervat. ad Reverter.* 559. *num.* 2. rei-
vindicationis Judicium : quod fructuum reſtitutionem,
trahit : ad Tex. *in l. item veniunt . §. Fructus . ff. de
petit. hæreditat. in l. Fructus . ff. de rei Vindicat. &*
2 *in l. ſi Fundus . §. in Vindicatione in fin. ff. de Pignor.*
ab hypothecario , quo fructus , ſivè antè ſivè poſt litis
conteſtationem percepti ; non reſtituuntur : quicquid
dixerit Capyc. *in Decis.* 177. Nam poſſeſſor per Judi-
cium hypothecarium ; non conſtituitur in mala fide :
ſed confirmatur in bona : cum intentio actoris ; ea ſit:
ut Fundus per conventum poſſeſſus ; ſit in bonis , & de
bonis venditoris ; à quo cauſam habet : atquè adeò rei
Titulum corroborat , Sanfelic. *in Decis.* 159. *num.* 7.
Marcian. *in Diſput.* 58. *nu.* 44. De Marin. *loc. allegat.
& in lib.* 1. *Reſolut.* 155. *num.* 3. *& ibi* Rodoer. *ex
num.* 4. qui *num.* 3. *in fin.* malè hanc . D. Reg. noſtri
3 *Decis.* prolatam in Judicio hypothecario aſſerit : dum
in Judicio reivindicationis , prolatam fuiſſe ; liquidò
conſtat .
4 Obſervo ſecundò : bonæ fidei poſſeſſorem ; ad fru-
ctus reſtitutionem , teneri : non à Die litis conteſtatæ :
ſed, publicationis Proceſſus; undè caveto à Caſar. *quæſt.*
5 *Peregrin.* 26. *nu.* 9. ſcribente ; hoc in loco: fuiſſe con-
demnatum poſſeſſorem , ad fructuum reſtitutionem
6 perceptorum à Die litis conteſtationis. Deciſionem ve-
rò ſequuntur Rot. Luccenſ. *in Decis.*47. Ricc. *in Prax.
Reſolut.* 61. *num.*11. Rodoer. *loc. citat.* & De Luc. *ad
Franch. Obſervat.* 31. *num.* 1. *in fin.*
7 At , quòd debeantur à Die litis conteſtatæ; quia per
illam inducitur mala fides ; dixit Maſtrill. *in Decis.*
131. *num.* 9. & Rebell. *de Obligat. juſtit. part.* 1. *lib.* 2.
*quæſt.* 4. *num.* 8. Ego verò , hac in re : non puto , re-
cedendum eſſe ; ab opinione Matth. Berlich. ità ſcri-
bentis : *Tum deniquè , licèt bonæ fidei poſſeſſor , à tem-*
8 *pore litis conteſtatæ ; fiat malæ fidei poſſeſſor ; & ad re-
ſtitutionem fructuum perceptorum , & percipiendorum
teneatur* l. litigator 2. verſ. ex eo tempore exquo . C.
de fruct. & lit. expenſ. l. item veniunt . 20. §. petitam.
ff. de petit. hæredit. l. 48. §. 2. ff. de A. R. D. *Hoc ta-
mèn verum eſt in illis ; qui per litis conteſtationem , ve-
rè in mala fide conſtituuntur : puta ſi res Feudalis , vel
Emphiteutica , aut locata , aut prorsùs aliena ; peta-
tur : aut vindicetur ob felloniam , ob commiſſum : vel
quia tempus locationis , tranſactum ſit : veraquè ſit
cauſa vindicationis , & petitionis ; quam etiam ſcit
poſſeſſor , conductor , emphiteuta , & vaſſallus : ſed con-
temnere obſtinatè nihilominùs velit ; tunc meritò fit
coydemnatio fructuum perceptorum , & percipiendo-
rum . Secus eſt : ſi Ergo rem emo ab eo cujus eſſe puta-
bam . Tu verò dicis , eam ad te pertinere , nihilquè ad-
ducis , præter petitionem & nunciationem: tunc , quia
bonam fidem verè habeo : nunciatio , vel litis conteſta-
tio , me non verè , ſed fictè ; efficit malæ fidei poſſeſſorem ,
& obid à fructibus perceptis , & percipiendis ; meritò
excuſor : donèc ſententia diffinitiva feratur ; & in rem
judicatam tranſeat.* Ut pulchrè & elegantèr tradit Joan.
Garſ. in Tract. de expenſ. & meliorat. cap. 44. incip.
ferè ultimus . num. 44. ibi quo præmiſſo inſurgit . nu.
45. & num. ſequent. *Hæc* Berlich. *in Decis.* 7. ſubſti-
9 nens aptè eodem loco : nèc ad fructuum reſtitutionem,
teneri illum ; qui in poſſeſſorio obtinuit , etſi in petito-
rio ſuccumbat . Sequitur De Marin. *lib.* 2. *Reſolut.* 92.
10 In judicio petitionis hæreditatis : fructus deberi , ſta-
tìm poſt litem motam ; indicat Tex. *in cit. l. item ve-
niunt . §. item non ſolùm. & in l. sed & ſi lege. §. ſi an-
tè litem . & §. conſuluit . ff. de petit. hæredit. & in l.* 1.
*C. eod. Titul.* Et probat De Marin. *ad Reverter. Obſer-
vat.* 560. *nu.* 2. *in med.* ſed videantur Lancel. Galta.
*in Conſuetud. Alexan. probib. relinq. Uxor. verb. non
poſſit . quæſt.* 6. & Matt. Weſſemb. *in Cons.* 6.
11 Et ab hac fructuum reſtitutione ; illud non ambigi-
tur : bonæ fidei poſſeſſorem , ex illis locupletiorem
factum : nullo modo excuſari poſſe ; quin , reſtituere
teneatur . Ann. *in Allegat.*113. Sanch. *ad Præcept. De-
calog. cap.* 23. Urſill. *ad Afflict. in Decis.* 59. *&* 240.
*num.* 4. Theodor. *in Allegat.* 75. De Marin. *loc. paulò
antè indicat.* Ricc. *in citat. Reſolut.* 61. *nu.* 10. & Co-
varr. *var. Reſolut. lib.* 1. *cap.* 3.
12 In retractu tandèm : quis in mala fide conſtituitur ,
à Die depoſiti ; à quo Die , fructus reſtituere tenetur :
Maſtrill. *in Decis.* 148.
13 Demùm obſerva : quod perempta inſtantia ; non
perimitur mala fides : quia citatio , & litis conteſtatio,
cùm ſint facti ; pro infectis , haberi non poſſunt: Atquè
adeò effectus cauſatus ab illis, perempta inſtantia , non
perimitur . Ità cum D. Reg. noſtr. *num.* 21. Quicquid
ſibi velint ſequaces Reg. Rovit. *In Pragm. in rubr. de
inſtant. Caus. non reſtit. num.* 8. Et prætèr adductos
per eundem idem docent Rebuff. *ad Conſtit. Gall. Tom.*
3. *Tit. de Fructib. Artic.* 1. *Gloſſ. unic. nu.* 39. Afflict.
*in Conſtit. Regn. Accuſatorem . num.* 6. Tiraquell. *de
retract. Lign. §.* 15. *Gloſſ.* 2. *ex num.* 18. Gallup. *in
Prax. part.* 2. *cap.* 18. *nu.* 43. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*
626. *num.*52. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicomm. Art.*
49. *pagin. mihi* 500. *verſic. sed quæſtionis* . memor D.
14 Reg. noſtr. Addens inibi : quod ſi quis fuerit condem-
natus , ad fructus reſtitutionem ; à Die conteſtationis
litis : ſi lis fuit bis conteſtata , ut puta priùs , antè pe-
remptionem inſtantiæ , poſteriùs poſt inſufflationem
ſpiritus vitæ ; teneri ipſum reſtituere perceptos , à Die
primæ conteſtationis litis . Capyc. *in Decis.* 11. *ex nu.*
3. Quem ſequitur Fuſar. *loc. preallegat.* Niſi inſtantia ;
15 per renunciationem , perempta fuiſſet : Cum eo caſu
à Die ſecundæ conteſtationis litis ; Fructus reſtituendi
ſint . Cancer. *Var. Reſolut. tom.* 3. *cap.* 16. *sub num.*
17. *in fin.*
16 Benè verum eſt , per peremptionem inſtantiæ ; pe-
rimi vitium litigioſi : propterea fundus in Judicio de-
ductus, ac ſi nulla ſuper illo lis, mota fuiſſet : Inſtantia
perempta; alienari poteſt. Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.*4.
*Tit. de Litig. num.* 39. Lancellot. *de Attentat. part.*2.
*cap.*4. *ex num.*504. Molfeſ. *in Conſ.*47. *in* 2. *part. n.*23.
17 Gallup. *loc. indicat. nu.* 33. Atquè adeò , novum poſ-
ſeſſorem , audiendum fore ; S.R.C. dixit : Teſte Urſill.
*ad Afflict. in Deciſ.*331. *num.*1.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXVI.

### *SUMMÆ.*

1 D. Gizz. *notatur.*
2 *Actio ad ſervitutem : An in ſingularem ; tranſeat ſuc-
ceſſorem ? & num.* 3. 4. *&* 5.
6 *Servitus Pecoris paſcendi , & ad Aquam appellendi ;
Prædio cohæret.*
7 *Prædiorum Jura , capitis diminutione ; non pereunt.*
8 *Servitus perſonalis : quandò in ſingularem ſucceſſo-
rem ; tranſeat ? Et num.*9.
10 *Doſſitia ſervitus eſt.*
11 . . . . *qualis ſit ? Qualis apertura . Et num.*12.
13 D. Petr. *ſcribit contra* Capyc. & Afflict. *At pro eis ;
refertur* Deciſio noviſſima *nu.*14. *ſed vide nu.*15.
16 *Concedens , unam aperiri feneſtram ; alias prohibuiſ-
ſe cenſetur.*
17 *Clerici : Conſuetudinibus Neapolitanis non ligantur ;
in materia Juris congrui.*

OMnes Homines natura libertati ſtudere; & conditio-
nem ſervitutis odiſſe ; ſcribit C. Jul. Cæſ. *De Bell.*



Digitized by Google

Gallic. lib.3. pagin. 64. cui accinit Tacit. lib.3. Annal. nu.7. Quid ſervitute amarius! Cicerone teſte ad Attic. In hac Deciſionis Provincia de Servitute agitur; allegat illam Conſiliar. Petr. ad Rit. M. C. V. tom. 2. Rit. 166. nu. 115. in fin. Nobis verò ſuper ea Primùm ob-
1 ſervandum; occurrit: quòd ignoro cur indignum fortaſsè obſervatione; Gizz. cenſuerit: dùm præteriit: Subobſcurum apud Claſſicos D.D. adhùc eſt: quandò actio,
2 ad ſervitutem, cum omni ratione ex ea competentis in ſingularem ſucceſſorem tranſeat? Sunt qui realem ſervitutem, cauſam continuam habentem; à diſcon-
3 tinua diſtinguunt. Et Primo caſu, affirmativam opinionem; rectè adaptari, concludunt: interpretando
4 Text. in l. quòd conclave. ff. de Damn. infect. inter quos; ſunt, Bartol. in l. qui Duas. ff. de ſervit. legat. & alii allegati, per Surd. in conſ.17. nu.6. & 23. cum ſequent.
5 At aptiùs id; reſolverat Ulpian. illam in emptorem; omninò tranſire: etſi de ea nil dictum ſit, in l. ſi Aquaeductus.47. ff. de Contrahend. Empt. & Papinian. vo-
6 luit Pecoris paſcendi ſervitutem, item ad aquam appellendi; prædii magis: quam perſonæ; videri: in l. pecoris paſcendi. 4. ff. de ſervitut. Ruſtic. Prædior. Quo etiam Titulo Paul. in l.23.§.2. ſervitutem quoquè cum fundo publicatam: quamquàm de ea, nihil loquutum ſit; cenſeri, dixit. Cujus aſſignat rationem Cajus: nam
7 prædiorum jura, capitis diminutione, vel morte; non pereunt. in l. jura prædiorum. ff. quemadmod. ſervit. amitt. quam ſententiam; perbellè, amplexati ſunt, D. Reg. Noſter ex nu.12. Aym. Cravett. in Conſ.105. lib.1. Nicol. Noal. de Transmiſſ. caſ. 67. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.639. Ariſmin. Tepat. var. Tit.566. cap.9. Roman. in Conſ.5. & Nic. Cyriac. Controverſ. lib.1. cap.27.
8 Monitos velim; hanc ſententiam, in reali ſervitute procedere: non autem in perſonali: quia tunc; perſonam non egreditur. l. pro parte. ff. de ſervitut. l. quadam. §. nihil intereſt. & ibi Jaſ. ff. de Edend. & l. ſi hæres
9 inſtitutus. §. fin. ff. ad Trebell. Approbat hanc diſtinctionem D. Reg. Noſter num.14. & illam apertiùs inter multos; ſequuti ſunt, Mar. Giurb. in Deciſ.84. ex nu. 10. Mar. Antonin. Maceratenſ. Var. Reſolut. lib.2. Reſolut.55. num.21. & Tiraquell. de Retract. Conſang. §.8. gloſſ. 5. num. 6. Nec non videndus eſt Surd. in allegat. Conſ.17. ex num.22. Ejus propterea ſervitus naturæ eſt, ut ſi fundum, qui fundo meo ſerviret: emiſſem; ſublata eſt, atquè ſervitus confuſa, adeò ùt ſi rurſus illum vendere velim, niſi nominatim ſervitus imponam, illa adjuncta non dicitur. Camerar. in cap. Imperialem. lit. P. & Q. fol.37. Rovit. in Deciſ.72. num.15.
10 Inter ſervitutes, Doſſitias, aliaſquè aperturas à Conſuetud. numerari indicat, D. Reg. noſt. num.15. Quo loco, cum Napodan. declarat, Doſſitiam; eſſe fineſtram, ſatis arctam, ità quod, non ſit, ſinè lumine: Aperturam verò; comprehendere ſervitutem aſpectus. At obſerva: Ubicumquè in noſtris Conſuetud. fit mentio de apertura; intelligitur, Doſſitium, Totum rotundum,
11 vel Apertura ad modum feneſtræ; cum cantonibus: ut habetur in Conſuetud. & ubicumquè, ſub Tit. de ſervitut. Memoratquè Caravit. in Rit.86. num.3. Et videatur Thor. in Compend. Deciſ. part.1. verb. ſervitus. Propterea in noſtris Tribunalibus, ferè ad regulam; introductum eſſe, dicunt nonnulli, non mediocris fari-
12 næ viri: Quod, niſi Doſſitia, cum Cantonibus modulatis; facta ſit; non permittatur: ex Caravit. eod. loc. Excepta illa; quæ ferreis, non ligneis cancellis; reparata eſt. Afflict. in Deciſ. 225. cujus meminit Frecc. in Apoſtill. ad Citat. Conſuetud. & ubicumqui.
13 In hanc verò opinionem, noviſſimè adversùs Capyc. quem allegat D. Reg. noſter num.4. atquè in Afflict. loc. à Nobis dato; irruit D. Conſil. Petr. ſubſtinens, eleganti, & ingenioſo calamo: nullibì, in noſtris Conſuet. probatum legi, aperturas ſinè cantonibus; protinùs forè claudendas: Imò pro ſe; caſum deciſum refert, per S.R.C. in cauſa Urſinæ Cerqua, cum Vincentio Apicella; in Rit. 86. ex num. 11. ad fin. In Cauſa
14 verò Petri Pauli Gallo, cum Urſula de Chriſtophoro, & & Fabio Molignano: atquè iterùm pro Thoma Mannara, cum Hyppolita Fontana; contrarium deciſum legitur, in Proceſſu ejuſdem Thomæ: in Banca Lombardi, tùnc Caprilis. Conferuntquè tradita per Molin. de Juſtit. Diſput.11. §. penult. & praxim adducit Urſill. ad Afflict. ut ſtatim accedat Tabularius; qui dictas feneſtras, claudi faciat, cum calce & puteolana: licèt antiquas, & diù forſan toleratas, per legitimum præſcriptionis ſpatium: in Deciſ.265. num.118. ſed hanc
15 ſententiam; reſtringit citat. D. Petr. quotiès ex aperturæ clauſura ſcala, ſeù membrum Domus; abſquè lumine, remaneret. In adduct. loc. vers. verùm admiſſo. Et dixerat priùs Capyc. in addit. ad Conſuetud. ſi quis habet parietem. verſic. nota quia. in fin. & Urſill. loc. citat. num.116.
16 Ad comprobationem illius dicti, D. Reg. noſt. nu.17. quòd concedens unam aperiri feneſtram; alias prohibuiſſe, cenſeatur: Obſerva, ità fuiſſe per S.R.C. determinatum, Teſte Affl. in Deciſ.298. Et perlatè probant Urſill. ibid. Alex. Raudenſ. in Deciſ. Piſan. 5. num.8. Theſaur. in Deciſ. Pedamont. 206. num.2. & Aloyſ. de Leo in l.2. num.7. C. de Sacroſanct. Eccl.
17 Clericos: non ligari Conſuetud. Neap. in materia juris congrui; ſcribit D. Reg. noſt. num.23. Adde videndos, Ann. in Conſ.112. Molfeſ. ad Conſuet. part.2. quæſt.34. Reg. Galeot. in Contr. 61. ex num. 18. lib.1. Rodoer. ad De Marin. in Reſolut. 55. & Mart. in tract. de Juriſdict. part.4. caſ.30.

## OBSERVATIO

### IN DECISIONE LXVII.

### SUMMÆ.

1 *Privilegium Juriſdictionis, conceſſum perſonæ Magnæ qualitatis, contra Pupillos, & Viduas; in ſingularem ſucceſſorem non tranſit. Adversùs* Reg. Rovit. & Thor. *comprobatur* Deciſ.

*Fortiùs: ſi Feudum; Regi apertum erat: à quo ſingularis ſucceſſor; Inveſtituram obtinuit. num.3.*

*Refertur limitatio* Deciſion. & D. Capiblanc. *nu.4.*

2 *Expreſſio; per generalem relationem: quid operetur?*

5 *Diſpoſitioni* l. unic. C. quand. Imperator. *per generalem derogationem; non officitur. Comprobatur, aliorum authoritate,* D. Reg. noſter.

*Quid, per clauſulam abdicativam? Recenſetur altercatio; inter* D. De Marin. & D. Capiblanc. *nu.6.*

7 *Renunciatio* l. unic. C. quand. Imperat. *etiam juramento vallata; non obligat. ſequitur* Gizz. *reprobato* Novar. ex D. Carleval. & aliis ex D. Conſil. Petr.

8 *Privilegio* l. unic. *Baroni competenti in vaſſalli præjudicium: haud renunciari poſſe, traditur.*

NIhil facilius, quam reprehendere alium, dixit Plutarc. Nos verò non latet Eccleſiaſt. cap. 11. monitum *Antè quam ſcruteris, ne reprehendas: intellige priùs, & tunc increpa.* Scrutati ſumus, & audivimus Rovit. in Deciſ. 6. & in Pragm. 1. nu.43. Tit. Ubi De Delict. quis conven. deb. atquè Thor. indiſtinctè loquentem in part. 3. compend. verb. Privilegium conceſſum. ſect.2. Et locum iſtum, in Viduæ gratiam, D. Reg. No-
1 ſtri approbamus; Etenim Privilegium Juriſdictionis, ampliſſimè conceſſum etiàm contrà Viduas, ac Miſerabiles perſonas; Perſonæ magnæ qualitatis: in ſingularem ſucceſſorem; haud ejuſdem qualitatis; non tranſit:

Digitized by Google

ſit: cum ſingularis illa prærogativa conceſſa; præſu-
matur illius magni Principis, inſpecta qualitate:
atquè adeò in nova conceſſione perſonæ non æquè
ſimili collata non cenſetur: licèt in conceſſione di-
ctum ſit: cum omnibus Privilegiis, & Prærogati-
vis; ut talis tenebat: aut, ut pleniùs Anteceſſores
tui, tenuerunt. Comprobant adamuſsìm Deciſionem,
Iſern. Evangeliſta Feudorum in cap. 1. §. hujus autem
generis verſic. conſueverunt Barones. Tit. ex quib. cauſ.
Feud. amict. De Pont. in tract. de Poteſt. Proreg. Tit. de
Election. Official. 3. §. 1. num. 34. & ibi ſuus Additio-
nator Thor. Reg. Reverter. in Deciſ. 344. & ibi Reg. De
Marin. num. 1. & 2. Capiblanc. de Baronib. tom. 1.
Pragm. 5. ex num. 64. D. Reg. Merlin. apud eundèm Ca-
piblanc. eod. loc. tom. 2. Pragm. 8. cap. 61. nu. 10. & 15.
ubi caſum, in ſimili facti contingentia; deciſum refert.
Et noviſſimè De Luc. ad Præſid. de Franch. in Obſerv.
125. num. 3. in Obſervat. 193. num. 4. Et iterùm in Ob-
2 ſervat. 275. num. 9. Expreſſio, namquè, per generalem
relationem; propria expreſſio, non eſt. Jaſ. in l. Gallus.
§. iden. credendum. num. 17. in prim. lectur. ff. de liber.
& Poſth. Grat. in Conſ. 28. num. 5. lib. 1. vel ſi propriè
Generalis eſt; impropriè verò ſpecialis. Gratian. Di-
ſcept. tom. 1. cap. 28. nu. 34.
3 Certiùs: ſi poſt devolutionem, ob lineam finitam:
aut alia ex cauſa; Feudum alteri fuiſſet conceſſum: haud
priùs de Regalibus conceſſis, facta mentione: licet in
inveſtitura; legeretur clauſula: prout tui Prædeceſſores
tenuerunt, & poſſiderunt. Etenìm Jura illa Regalia in
alio Privilegio, conceſſa: tamquàm Principi reſervata;
non veniunt: quia per devolutionem; omnia Jura, ad
Regem ſunt devoluta: nec Primum Privilegium; am-
plius, eſt in conſideratione. Optimè Montan. de Regal.
verb. bona vacantia. num. 13. Quem ſequitur De Ma-
rin. in adduct. Obſerv. 344. nu. 2. circa med. Et confe-
runt tradita per Novar. in tract. de Elect. For. lib. 2.
quæſt. 9.
4 At firmatam concluſionem oppugnat Capiblanc. in
allegat. Pragm. 5. num. 65. in med. Quotiès prærogati-
væ, magno Principi conceſſæ; tranſeunt in ſingula-
rem ſucceſſorem: ut puta, ſi inveſtitura caneret: Pro
ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & ab eis cauſam
habentibus, ſeù habituris: Pro ut eſt inveſtitura non-
nullarum Terrarum; facta Conſalvo Ferdinando de
Corduba, Duci Sueſſæ, Anno 1507. à Rege Ferdinan-
do Catholico. facit Tex. in l. 1. ff. de Conſtit. Princip.
Confert potiſſimùm Deciſioni: quia, ut diſpoſitioni l.
5 unic. C. quand. imperat. inter Pupill. & Vid. derogatum
cenſeatur; ſpecialis derogatio requiritur: ut notat D. Reg.
noſter n. 7. Et latiùs tradunt Gallup. Prax. S. R. C. part.
2. cap. 6. num. 60. Caſtill. Controv. lib. 3. cap. 27. nu. 7.
Borrell. in ſumm. Deciſ. Tit. 56. tom. 1. Thor. in com-
pend. part. 1. verb. remiſſio cauſarum viduarum. Alios,
pleno calamo; cumulant Carleval. in tract. de Judic.
lib. 1. Tit. 1. Diſput. 2. quæſt. 6. ſect. 7. num. 578. 579. &
580. & Capiblanc. in adduct. tom. 2. cap. 43. & tom. 1.
Pragm. 8. part. 1. nu. 299. Ità, ut nihil circà hoc opere-
tur clauſula abdicativa, de cognoſcendo delicta: etiam
6 quò ad alios Judices: ut deciſum indicat, De Marin.
lib. 1. Reſol. 286. num. 6. & 7. Sed; in contrarium ſtat,
Capiblanc. cit. tom. 2. Pragm. 8. cap. 37. num. 12. Au-
thoritate Gratian. in Diſcept. 182. nu. 13. Res verò ad-
hùc; dubia eſt: nec Judices, qui protulerunt ſententiam
per De Marin. relatam; fuerunt voto concordes: Ideò
maturiùs cogitandum.
7 Privilegio, ejuſdem l. unic. miſerabilibus perſonis
impartito: haùd renunciari poſſe; demonſtrat Gizz.
hic. nu. 3. & 4. Nec Juramentum ſuper tali renuncia-
tione emiſſum, obligare; proſequuntur eandem ſenten-
tiam, Thor. in allegat. Compend. part. 2. verb. renuncia-
ri an poſſit per viduam. Coſt. de Remed. ſubſid. inſpect.
98. nu. 9. Maſull. ad Capyc. in Deciſ. 9. num. 18. & in
Deciſ. 160. nu. 7. Cancer. var. part. 2. cap. 2. nu. 29. Capi-
blanc. in adduct. tom. 1. Pragm. 8. part. 1. nu. 301. Bar-
boſ. in l. elegantèr. nu. 50. ff. ſolut. Matrim. Alios refert;
reprobato Novar. in Prax. elect. For. sect. 3. quæſt. 7. ex
num. 5. perbellè Carleval. loc. indicat. num. 598. Nam
talis renunciatio; Miſericordiam tolleret, ac bonis
Moribus obeſſet. Vertitur etiam in eodem Privilegio,
magis favor publicus, quàm privatus: nè miſerabiles
perſonæ, à Potentioribus opprimantur, & ut in Repu-
blica, æquitas ſervetur. Et videantur Epiſcop. Sperell.
in Decis. 156. nu. 48. Præſid. Ganaver. in Decis. 56. &
De Luca ad De Franch. in Obſervat. 193. Quicquid
ſibi involvant Mynſiger. in Obſervat. 88. Centur. 1. &
alii, quos adducit D. Conſil. Petr. in tom. 2. Rit. 231.
num. 11. in fin.
8 Nec Baronem habentem Privilegium citat. l. unic.
poſſe, in Vaſalli præjudicium, renunciare, probant
Paſcal. de Virib. Patr. Poteſtat. part. 2. cap. 2. nu. 107.
Capiblanc. in allegat. Pragm. 8. part. 2. nu. 72. tom. 1.
Novar. de Gravamin. Vaſallor. lib. 1. Gravam. 140.
Carleval. eod. loc. citat. num. 599. Borrell. loc. adduct.
num. 53. Et ſic deciſum dicit De Franch. in Decis. 541.
& ibi De Luc.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LXVIII.

### SUMMÆ.

1 Reverend. D. Hyacinti Pecorarii Abb. Olivetani, lau-
des emerita.
2 Inſtantia num currat in S. R. C. Contrà Staiban. ſtant
D. Petr. Prat. & Alii.
3 .... quot vicibus reſtaurari poſſit? D. Petr. reſpuit
Urſill.
4 .... reſtaurari, an poſſit: ſi de ejus peremptione, fue-
rit oppoſitum. Comprobatur Deciſ. rejectis Minad.
Queſad. & aliis.
Robert. Marant. limitat Deciſion. num. 5.
6 Inſufflato ſpiritu Vitæ inſtantiæ peremptæ, parti ex
adverſo, ſunt reficienda expenſæ. Comprobatur D.
Reg. noſtri traditum, Intellige: ut num. 9.
Ampliatur in Minore, & muliere. num. 7.
Sed excuſatur Pauper: Cum deciſ. noviſſ. num. 8.
10 Inſtantia, per monitionem ad dicendum, perpetuatur:
Adverſùs Gallup.
11 Cautela, adducitur: nè inſtantia perimatur: ſi ſtat
per Judicem, quominus, cauſa terminetur.
12 Inſtantia, in cauſis Eccleſiaſticis, in Foro Eccleſiaſti-
co: non perimitur. Concordantur Rovit. Ricc. & alii.
13 Sententia lata, poſt peremptionem inſtantiæ, an ſub-
ſtineatur?
Quid in ſententia, lata per S. R. C. num. 14. Comproba-
tur D. Reg. noſt.
Aut in Decreto ejuſdem Tribunalis? Diſſident Rovit.
& Tapp. num. 5.

1 DEmortuæ cauſæ: noviſſimè petente, Reveren-
diſſimo P. Abb. D. Hyacinto Pecorario Congre-
gationis Olivetanæ, digniſſimo Viſitatore, & Sancti
Officii Regni hujus meritiſſimo Conſultore: Patruo D.
Thereſiæ Pecorariæ Uxoris meæ Dilectiſſimæ, & Con-
cordiſſimæ: Natalibus claro, ſcientia clariſſimo; Con-
ſcientia integerrimo aſſidua ad Deum oratione, in Pau-
peres Pietate miro: Patrocinium ſuſcepi pro Venerabi-
li Monaſterio Sancti Leonis Civitatis Butunti ejuſdem
Congregationis, in cauſa principali hujus Deciſionis,
prolatæ in incidenti, cum illis De Rogadeo: in qua la-
bo-

Digitized by Google

borioſam compoſni Allegationem jam Typis traditam,
quam hìc tranſcribere non curo: nè plùs juſto volu-
men excreſcat.
2 Obſerva, adhuc clarum haud eſſe: Num Inſtantia,
currat in noſtro S.R.C. Partem negativam, defendunt
D.Staiban. Cent. 2. Reſolut. 134. num. 8. & alii: quos
memorat D.Petr. in Rit.248.ex nu.33. quo loco in ver-
ſic.Iſthac.Contrarium inſinuat,& hanc opinionem, ſe-
ctantur Prat. ad Muſcatel. verb. metodicè. pagin. 397.
col.2. & ad Paſcal.de Virib. Patr. Poteſt. part.1. cap.8.
verſic. ad num. 223. & in lib.2. Diſcept. cap.17. Reg.
De Marin. ad Reverter. tom.2. Obſervat. 578. num.1.
& 2. & in lib.2. Reſolut. cap.79. Gallup. in Prax. S.
R. C. part. 2. cap. 18. quorum opinionem crebriùs in
Praxi obtinere, notat Greg. Motill. in Prax. S.R.C. Tit.
de Gradib. termin. nu.31.
3 At, quot vicibus Inſtantia, reſtaurari poſſit? Non ul-
tra duas vices, Reſpondent Muſcatell. in Prax. S. R. C.
part.7. Gloſſ. ſententias. nu.51. Thor. in Compend. De-
cis. part.1. verb. Inſtantia perempta. & Anell. de Sarn.
in ſua Prax. Civil. pagin. mihi 28. verſic. ſemel. Uſquè
ad tertiam vicem: indicat Borrell. in ſumm. Decis.
tom.1. Tit.64. num. 84. Donad. de Renunciat. tom. 1.
cap.26. num.65. Aſin. in Prax. §.2. cap. 16. Et quotiès
opus fuerit Urſill. ad Afflict. in Decis.356. nu.5. quod
placitum Conſil.Petr. impugnat eod. loc. num.47. verſic.
imò, & quinta. Cùm Principis indulgentia, tanta eſſe,
non debeat: ùt alios nimìs gravet, ac lites efficiat im-
mortales.
4 Modò obſervandum ſuccedit: num inſtantia, re-
ſtaurari poſſit: ſi de ejus peremptione, fuerit oppoſi-
tum? Partem negativam adſtruunt Minad. in Decis.5.
& alii quos conducunt Petr. loc. indicat. num.48. Sarn.
ubi ſup. & Queſad. in Diſſertat. 13. num. 81. Contra-
rium fuit deciſum per S. R. C. in contingentia præſen-
tis Deciſionis, quam approbant Gallup. in allegat. loc.
nu.45. De Luc. ad Præſid. de Franch. in Obſervat.643.
nu.2. Thor. in adduct. compend. part.3. sect.1. verb. In-
ſufflatio ſpiritus. & Annichin. qui Deciſiones concor-
des cumulat, in tract. de Prævent. cap. 2. Dub. unic.
num. 60.
5 Limitat hanc Deciſionem Marant. Ut non proce-
dat: quoties pars ab obſervatione Judicii, fuiſſet abſo-
luta: in ſuo specul. part.5. Tit. Et omnia fiant durant.
inſtant. num.5. Quam reſtrictionem affabrè proſequu-
ti ſunt, Scacc. de Judic. Gloſſ.14. quæſt.7. nu.40. Can-
cer. var. lib.3. cap. 16. num. 57. Tit. de Lit. conteſtat.
& Matin. de Legitimat. perſon. cap.32. num.30.
6 Nota tamen, in Praxi: quòd obtenta inſufflatione
vitæ, inſtantiæ peremptæ; in Cauſa ad ulteriora, haùd
proceditur: niſi refectis Expenſis parti ex adverſo: ut
tradit D.Reg.noſt. hic num.14. & ponunt Grammat. in
Decis.91. Thor. part.2. verb. procedi non poſſit. & part.3.
Sect.1. verb. actor perempta. Molfeſ. ad Conſuetud. Tit.
de Renunciat. quæſt. 1. num. 53. licèt ille qui Inſuffla-
7 tionem Inſtantiæ obtinuit; Minor ſit; aut Fœmina Pa-
ſcal. Teſte in citat. part. 1. cap. 8. ex num. 203. Sforz.
Odd. de in Integr. reſtit. quæſt. 10. part. 1. artic. 3. in
fin. Maſtrill. in Deciſ. 70. num. 15. Gallupp. loc. alleg.
8 nu.42. At pauper, ab hac expenſarum refectione; ex-
cuſatur. Bald. in l.2. §. ſi quis in Judicio. ff. ſi quis cau-
tion. Et deciſum extitit per S.R.C. Junctis Dominis Cō-
ſiliariis Duarum Aularum, ad relationem Conſiliarii
Joannis Baptiſtæ Jovini; Die 19. Junii 1654. in Cauſa
Troyanæ Mele, cum Roberta Stoppa. Proceſſus eſt in
Banca Marcelli Figliola: Inſcriptus, inter dictam Tro-
janam; & Vincentium, & alios de Cicala.
9 Reſtringe hoc, de refectione expenſarum, traditum;
ut tunc procedat, quoties ab Actore; inſufflatio ſpiri-
tus, peremptæ inſtantiæ, petatur. At non à Reo; cui
nulla imputatur mora Reg. Rovit. in Pragm.2. de In-
ſtant. Cauſ. num. 15. Conſil. Petr. in adduct. Rit. 248.
num. 54. & Motill. loc. citat. num. 28.
10 Obſerva ulteriùs D.Reg.noſtr. dixiſſe n.13. per Mo-
nitionem ad dicendum, poſt compilatum Proceſſum;
inſtantiam, uſquè ad Novennium durare: ſed perpe-
tuari; meliùs tradidit, in Deciſ.123. num.6. Et probant
Paſcal. in allegat. cap.8. num.30. Petr. eod. loc. num.40.
& De Luc. in adduct. Obſervat. 643. num.3. Noviſſimè
11 tandem Motill. dat cautelam: ut anteà, quàm facto
Judicis, inſtantia pereat; prorogetur, prævia Moni-
tione, parti notificanda. loc. citat. num. 32. Nec cures
Gallup. ſcribentem ubi ſup. num.21. per Monitionem
ad dicendum, in ſolum Triennium, inſtantiam per-
durare.
12 In cauſis verò Eccleſiaſticis, & Beneficialibus: Inſtan-
tiā non perimi; notarunt apertiùs, Marcheſ. de Commiſ.
part.1. de Commiſ. appell. extr. Roman. Cur. cap.6. ſub
num.89. Ricc. in Collect.1350. & 1452. Gravat. ad Ve-
ſtr. in Prax. lib.3. cap.5. n.6. & 7. Tuſc. lit.I. Concluſ.
202. ex num.1. Mar. Antonin. Maceraten. var. Reſo-
lut. lib.2. Reſolut. 9. num. 17. In contrarium; tamen
ſtat, Rovit. in cit. Tit. de Inſtant. Cauſ. Pragm.1. nu.1.
ſequutus Covarr. in cap. Quamvis Pactum part.2. nu.4.
de Pact. in 6. Sed prior ſententia, in Tribunalibus Ec-
cleſiaſticis; paſſim recepta eſt.
13 Tandèm; videndum remanet: nùm ſententia lata
poſt peremptionem inſtantiæ; nulla ſit? Reſponſio uni-
verſalis, eſt affirmativa: ut notat D.Conſil. Petr. in ſe-
piùs allegat. Rit.248. nu.3. Fallit, in Sententia lata per
14 S.R.C. in quo illam profertur, nomine Regio: Teſte
D. Reg. noſt. num.19. Quem ſequuti ſunt cit. D. Petr.
& De Luc. At id in Decretis: non procedere; tradide-
15 runt, Thor. in cit. part.3. ſect.1. verb. Inſtantia. Et Tap.
in Deciſ.38. Quod, non admittit, Rovit. ex illo: nàm,
cùm attenta diſpoſitione, Pragm.3. §.1. de Offic. S.R.C.
facultas inſufflandi ſpiritum vitæ, Inſtantiæ peremptæ;
eidem S.R.C. conceſſa ſit: proferendo Decretum: cen-
ſendum eſſe; concludit: ipſo actu; Spiritum vitæ in-
ſufflare. In citat. Pragm.1. de Inſtant. Cauſ.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXIX.

### SUMMÆ.

1 *Referuntur Advocati; qui Cauſam præſentis* Deci-
ſionis, *defenderunt.*
2 Capitulorum Regni; *referuntur Exornatores* D.Alti-
mari Laudes.
3 *Mortuo, vel mutato Judice; Citato, & Contumaciæ
incuſatæ; non ſubſtinentur.*
4 *Citatio; ſex menſium ſpatio, Circumducitur. Defen-
duntur* D.Reg.noſt. & Coda; à Motill.
5 *Contumaciæ; poſt notificationem Citationis: infrà
quantum tempus ſint incuſandæ?*
6 *Ponderatur differentia; inter* Ritum 122. & 123.
7 *Citatio Circumducta; habetur prò non facta; & Vi-
tium litigioſi, non inducit.*
8 *Litis pendentia; inducitur per libelli præſentationem:
parti intimatum.*
9 *Judex, ſuper nullitatibus notoriis: abſque partis op-
poſitione; procedit.*
10 *Contumaciæ: qualitèr incuſentur? Declaratur* D.Reg.
noſt.

1 CAuſam præſentis Deciſionis, pro Epiſcopo Um-
briaticenſi; defenderunt D. Jo: Antonius Pari-
ſius, & D. Julius Cæſar Galluppus: prout eſt videre
in hujus Prax. S. R. C. part.2. cap. 6. vers. ſed adverte
in

Digitized by Google

2 *in fine*. Ubi praxim *Capitulorum Regni*, latè exornat:
quòd munus prolixè expleverunt, D. Petr. *in Conſ.*65.
Prat. *lib.* 3. *Diſcept.* 43. *& ad Paſcal. de Virib. Patriæ
poteſt. part.*4. *cap.*7. *in verſic. Nos verò, & in Obſervat.*
57. Sanfel. *in Prax. ſect.* 30. Staiban. *in Reſol.* 39. *&
in Obſervat. lib.* 1. Muſcatell. *in Prax. part.* 1. *Gloſſ.
ſententia.* Ann. *in Allegat.*7. Vant. *de Nullitat. ex de-
fect. Juriſdict.* Stephan. Aufrer. *in tract. de Poteſt. ſe-
cular. ſuper reb. Eccleſ. Regul.* 2. *&* 4. Mar. Anguiſ. *in
Conſ.*141. *& ſeq.* De Ponte *in Conſ.*96. De Curt. *in Di-
verſor. Feud. part.*2. *ex num.*144. Mar. Antonin. Ma-
ceratenſ. *Var. lib.*1. *Reſol.*56. De Graſſ. *de Effectib. Cle-
ric. Effect.* 1. *ex num.* 975. Maſtrill. *in Decis.* 79. Ca-
mill. Borrell. *de Reg. Catholic. Præſtant. cap.* 71. *num.*
214. *verſic. Vigeſimus nonus caſus.* De Marin. *lib.*1. *Re-
ſol. quotid. cap.*328. Fontanell. *in Deciſ.*322. Tap. *lib.*
3. *Jur. Regn. Tit. Quandò Rex inter perſonas Eccleſia-
ſtic.* Mart. *de Juriſdict. part.*4. *cent.*1. *cap.* 38. Ambro-
ſin. *de Immunit. Eccleſ. cap.*20. Pater Diana *part.*1. *Re-
ſolut.*30. Epiſcop. Squillant. *De Privileg. Clericor. cap.*
7. *dub.*3. D. De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.* 639.
*&* 701. D. Blaſ. Altimar. laudibus ſemper extollendus
*in Obſervat. ad Decis. Rovit.*58. *Et noviſſimè in ſuo
eleganti Tract. de Nullitatib. Rubric.*5. *quæſt.*6. memor
D.Reg.noſt. *hoc loco.*

3 Obſervo *num.*12. quòd mutato, aut mortuo Judice,
Citatio, & Contumaciæ incuſatæ: non ſubſtinentur:
ità ut, à ſucceſſore in officio, nova citatio, expedien-
da ſit: eaquè executa, iterùm incuſentur contuma-
ciæ. Adde Cancer. *Var. Reſolut. tom.*2. *cap.*14. *Tit. de
Procurat.* Nicol. *in Prax. Civil. num.* 130. Andreol. *in
Controver.*96. *num.*3. Gratian. *in Decis. Marchiæ* 108.
Muſcatell. *loco Cit. part.* 7. *Gloſſ. ſententiam*. Scialoya
*de For. Competent. cap.*2. *nu.*29. Rovit. *in Pragm.*4. *de
Ordin. Judic.* D. Petr. *in Rit.* 108. *num.* 10. Qualitèr
verò hoc dictum, intelligendum ſit, exponit Sanfelic.
*loc. cit. sect.* 59. *nu.*5. Cujus verba tranſcribit De Luc.
*ad De Franch. in Obſervat.* 457. *num.* 8. Et probat D.
Altimar. *ad Rovit. in cons.* 85. *num.*12. & Cancer. li-
mitat: quotiès reperirentur, adversùs debitorem re-
laxatæ literæ executoriales: *ubi ſupra tom.* 3. *Reſolut.*
17. *Tit. de ſentent. & ear. execut.* dixerat Ferrer. *part.*
3. *Obſervat. cap.*132. Et probat Muſcatell. *loc. Cit. part.*
3. *Gloſſ. ſervata. num.*67. Contrarium verò: ſi tracta-
tur de executione ſententiæ, indicat Caravit. *in Rit.*
128. *num.*8.

4 Obſervo ulteriùs, *num.*15. Citationem, ſex men-
ſium ſpatio, circumduci: ut habetur *in Rit.* 121. ubi
Caravit. ſic ſervari teſtatur *num.*1. & tradit Marc. An-
ton. Cod. *in Compend. Judic. ordin. cap.*1. *ſub num.*16.
*verſic. factis Citationibus*, Contrà quem, nominatìm
armatur Motill. *in ſua Prax. Civil. Tit. Grad. Citation.
num.*36. *pagin.* 18. *& ad Celim. de liq. Inſtr. pag.* 16.
*verſic. ad nu.*13. ſcribens non advertiſſe diſpoſitionem
*Rit.*121. eſſe antiquatam, & ſervari diſpoſitum *in Rit.*
5 123. quo loco *num.* 8. Caravit. ſic habet *in Magna Cu-
ria ſervatur quòd ſi Citati ſunt de Civitate, & expe-
ctatur per menſem: ſi extrà Civitate, per duos* cõcurrit.
Gallup. *loc. Cit. part.*2. *cap.*2. *num.* 24. At non adver-
tit Motill. verba *Rit.* 121. adaptari Corpori ſcripturæ:
6 ut rectè notant, Muſcatell. *part.* 2. *Gloſſ. Tribunali,
num.*8. Marant. *in ſpecul. part.* 6. *verb. rectè concipia-
tur Citatio num.*68. *verſic. & ſciendum.* Sanfel. *loc. Cit.
de Ordin. Judic. num.*3. Tartagl. *in Prax. cap.*4. *nu.*8.
Galter. *in Prax. liquid. inſtrum. part.*3. *principal. Ru-
bric.*2. *num.*50. D.Petr. *in cit. Rit.*121. *num.*2. Et fuiſſe,
in hac præſenti *Decis.* conſideratum; ſumitur ex illa,
*num.*16. ibi. *Erat expedita citatio Die* 23. *Septembris*
1632. & paulò poſt ibi. *non fuerit executa dicta Citatio:
niſi in Menſe Septembris* 1633. Sicut diſpoſitio *Rit.*
123. poſt executam Citationem. Gallup. *loc. Cit. part.*
2. *cap.* 4. *num.*8. quam Circumductionem in S.R.C. &
& Regia Camera Summariæ: non ſervari; teſtatur
*num.* 10.

7 Subjungit D. Reg. noſt. Citationem Circumductam:
Citationem non dici: haberique, ac ſi in Mundo non
eſſet. Probat Cabed. *in Deciſ.*14. *num.*37. Afflict. *in De-
ciſ.*366. *num.* 14. & in *Conſtit. ſi quem noſtrorum num.*
4. Molfeſ. *in Conſ.*4. *num.*31. Caſar. *in quæſt.*33. §.2. *num.*
29. D.Petr. *in Citat. Rit.*121. *num.*4. unde fit: ut litis pen-
8 dentia, quæ ſola libelli notificatione inducitur: Gra-
tian. *in Diſcept.*389. *num.*12. De Marin. *in Obſervat. ad
Reverter.*87. *&* 224. per citationis Circumductionem;
vitium litigioſi ceſſet. Baron. *de Citat. quæſt.* 46. *num.*9.
Sanfelic. *loc. Cit. ſeſſ.*35. *num.*14. & Barboſ. *de Poteſt. Epi-
ſcop. Alleg.*19. *num.*18.

9 Inſupèr Obſervo *num.*26. Quòd quotieſcumquè nul-
litates ſunt notoriæ, abſquè partis oppoſitione: Judex
ſuper illis pronunciare poteſt: reiiciendo executionis
petitionem. Adde benè ſcribentes Mandos. *ad Roman.
in Cons.*51. *lit. B. verſic. Excuſationem*, & Prat. memorem
D.Reg.noſt. *in Reſpons. Crimin.*34. *ex num.*22. *ad* 25.

10 Et tandèm Obſervo D.Reg. noſt. ex Caravit. *in Rit.*
123. *num.*4. ſcripſiſſe *num.*29. Primam Contumaciam;
incuſari, in ultimo die termini: ad Comparendum da-
to. Firmat id Motill. in *loc. citat. Tit. de Gradib. Citat.
num.* 25. *&* 243. Quo loco invehitur, contrà quoſdam
recentiores practicos; aſſerentes: Primam Contuma-
ciam incuſari primo Die; poſt ultimum Diem termini
præfixi. Quod D. Reg. noſter, aliqualitèr etiam innuere
videtur, *poſt num.*28. in illis verbis *Et ideò hic fuerat no-
tatum eſſe incuſatam Primam Contumaciam Die* 12.
*Quia in Die* 11. *elapſi erant Novem Dies, appoſiti in ci-
tatione; ad quod fuit producta fides obſervantiæ, & Sty-
lus Actuariorum: tàm S. C. quàm M. C. V.* Hactenùs D.
Reg.noſt.

At nè in Errorem Tyrones incidant; illud pro certo
habeant: Stylum S.R.C. illum eſſe: ut Prima Contuma-
cia juxtà D. Reg. noſtri traditionem; incuſetur, & in
M. C. V. quotiès in Citatoria Proviſione; reperiatur
Ordinatum: quòd poſt tot Dies; Citatus compareat: Ut
ſumitur ex *Rit.* ejuſdem M. C. V. 123. Si verò ità
mandatum non legatur; in tuto eſt, ex inveterato ſtylo
M. C. V. tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus:
Contumaciam Primam; incuſari in ultima Die termi-
ni. Motill. *loc. Cit.* Et determinatum fuit in S. R. C. refe-
rente tunc Judice, nunc Regio Conſiliario D. Michaele
Muſcettola in Cauſa illorum de Vecchione: ſub Patro-
cinio Noſtro. Proceſſus eſt in Banca de Angelis. Tem-
pus verò incuſandi ſecundam Contumaciam; Idem, eſt
in utroquè Tribunali. Et ità intelligendus eſt D. Carol.
Anton. de Luc. Qui hanc D. Reg. noſt. *Decis.* de eo,
quod de Contumaciis tradit; ad verbum tranſcribit, *in
Obſervat. ad Decis. De Franch.* 639. *num.* 3. *in verſic.
Circa Intellectum.*

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LXX.

### *SUMMÆ.*

1 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & liberis, & ſucceſſori-
bus, utriuſquè ſexus; ex corpore legitimè deſcendenti-
bus: non eſt hæreditaria.*

2 *Pater, in emphyteuſi ex pacto; Filios præjudicare, haud
valet.*

3 *Conceſſio emphyteuticaria: qua menſio hæredum, facta
eſt; hæreditaria dicitur.*

*Nec, abſquè hæreditaria qualitate; acquiritur. nu.* 4.
*Et acquirens; tenetur ad onera. nu.*5. *&* 36.

6 La-

Digitized by Google

6 *Lacedæmonii:non Cornuum, Tubarumve ſignis:ſed Tibiarum modulis;in Prælio utebantur.*
7 Pileus,& Bulgarus; *involuerunt Jura feudalia : ſecundùm* Nigr.
8 *Joannes Baptiſta Caſtaldus Marchio Caſſiniani:Et Joannes Matthæus ejus Germanus Epiſcop. Puteolanus; memorantur. nu.*9.
10 Præſidis de Franch. *laudes emerita.*
11 *Vicinus ; cogitur vendere Fundum : pro Eccleſia ampliatione,vel ejus Atrio, conſtruendo.*
12 *Philippus* II.Hiſpaniar. *Rex; conceſſit in Feudum capitale controverſum.*
13 *Creditor , vel legatarius abſquè aſſenſu ; poteſt cogere ſucceſſorem in Feudo;ad illud vendendum.*
*Quid eo renuente faciendum?*
*Intellige:ut num.*14.
15 *Feuda in Regno;ſunt hæreditaria.*
16 *Regnum Neapolitanum: eſt hæreditarium.*
17 *Feudum:hæreditarium dicitur:quotiès pro hæredibus; conceſſio prolata eſt.*
18 *Conceſſio pro hæredibus,& ſucceſſoribus; in perpetuum eſt hæreditaria.*
19 *. . . . . ſe filiis hæredibus ; eſt hæreditaria : ex pacto, & providentia.*
20 *Differentia inter conceſſionem mixtam,& ex pacto, & providentia refertur.*
21 *Inveſtitura pro ſe , filiis , & hæredibus, eſt hæreditaria.*
22 *Menſio hæredum in inveſtitura ;facit illam hæreditariam in Regno.*
23 *Conceſſio pro ſe , filiis , hæredibus , & ſucceſſoribus: ab eo legitimè deſcendentibus: utriuſquè ſexus , eſt hæreditaria.*
*Amplia: ut num.*24.
25 Deciſ.6.Præſid.De Franch.,*expenditur.Et num.*27.29. 31.& 33.
26 *Clauſula poſita in executivis:quandò,principalem,alteret diſpoſitionem?Et nu.*28.30.32.& 34.
35 *Repetitio verbi hæredum , in inveſtitura : quid operetur?*
37 Jaſonis,& Bruni *opinio carpitur:ex* Modeſtin. Piſtor.
38 *Fructus , à ſolo ſeparati , Burgenſatici ſunt, & Allodiales.*
39 *Succeſſor in Feudo, ex pacto , & providentia , facto inventario:non tenetur creditoribus defuncti.*
40 *Inventarium : non prodeſt ſucceſſori, in Feudo hæreditario,adversùs defuncti creditores.*
*Amplia in Feudo mixto: contrà* Phanuc.& Clar. *nu.*42.
41 *Hæres,facta defuncti, non impugnat.*
43 *Judicium , ad vendendum Feudum , ſatis eſt: ut cum poſſeſſore incoëtur.*
44 *Veritas,ſæpè laborat: numquàm extinguitur.*
45 *Emptum ex pretio bonorum Antiquorum: quando dicatur Antiquum?Et num.*46.47.49.& 50.
48 *Bona empta , ex pretio bonorum Fideicommiſſo ſubjectorum; illi ſubrogata cenſentur.*
51 *Fraus in ſpecie* Conſuetud.*etſi* Teſtator: *ex quibus dignoſcatur.*

1 CОnceſſionem emphyteuticam pro ſe, & liberis, & ſucceſſoribus utriuſquè ſexus, ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus:nulla hæredum facta mentione; hæreditariam non eſſe:atque adeò per obligationem, ſivè alienationem, Patrem, Filiis non præjudicari, con-
2 cluſum habes hoc loco.Deciſionem ſequitur Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. artic.*32. *verſ. addo ad num.*15. *pagin.* 322. Et in idem deſcendunt, apprimè Trentacinq.*lib.*3.*var. de Jur. Emphyt. Reſolut.*3. *num.*7. & 8. Franczius *de Laudem.cap.*8.*num.*11.Natt.*in Conſil.*475. Joan.Dilect.Durant. *de Art. Teſtand. Tit.*11. *Cautel.*10. Nig.*de Laudem.tom.*2.*quæſt.*14.*artic.*1. *num.*7. Alciat. *de Præſumpt.Regul.*1.*Præſumpt.*31.*num.*1.Franc.Veg. *in Conſ.*51.*num.*19.Surd.*in Deciſ.*11.*in fin.* Facchin. *lib.* 4. *Controv.* 88. & Olea *de Ceſſion.Jur. Tit.* 3. *quæſt.* 4. *num.*34.
3 Fallit tamen in conceſſione pro hæredibus acquiſita: Teſtibus Cyriac. *in Controv.*146. Covarr.*lib.*3.*Reſol.*18. *verſic.ſexta Concluſio.*Mareſcot.*lib.*3.*Var. Reſolut.cap.*1.
4 *num.*27.& *ſeq.*Merlin.*de Legitim.lib.*2. *Tit.*1. *quæſt.*4. *num.*1.Quia,cùm abſquè hæreditate,ſucceſſor illam acquirere haud potuit;conſequens eſt:ut ad onera hæreditaria;teneatur.Gratian. *Diſcept.*471. *ex num.*16.
5 At quia ſuper diſcrimine, & convenientia inter conceſſionem hæreditariam , ex pacto , & providentia , & mixtam : nupèr pro D. Franciſco Caracciolo ab Aloyſio , contrà Ill. D. Joannem Jacobum de Medici Marchionem Marigniani; allegationes Jurium compoſui:ad Deciſionis ornatum, tranſcribendas eſſe;Curavi.
6 Summos Bellatores Lacedæmonios : non Buccinarum,Tubarumve ſignis: ſed Tibiarum modulis in Prælio uſos fuiſſe; refert, ex Tucydide auctore *Hiſtor. Græca* celeberrimo, Aul. Gell. *Noct. Atticar. lib.*1. *cap.*11. Temperabant enim Tibicinis numeris; aſperum illius, turgidumque ; At Pileus , & Bulgarus copiarum legalium ductores(ſi Ant. Nigro credimus ; id aliorum au-
7 thoritate; ſcribente, *tom.*1. *de Laudem. quæſt.*33. *num.* 35.) Vocibus ; Ex pacto, & Hæreditarium: turgidum, aſperumve ; Imperialis Feudorum Juris involuerunt, exaſperarunt . Pugnant adhùc jurium Interpretes ; ad dignoſcendas has ſpecies . Certamus , & Nos in hac ſpecie facti.
8 Demortuo Jo:Baptiſta Caſtaldo , Marchione Caſſiniani , Comite Pradenæ , Calvattone , Spinetæ , & aliarum Villarum , Barone ſuburbiorum De Laverara, & Coltignara in Inſubria,& Brinaſci in ſtatu Mediolani, Capitaneo Generali, & Viceregi in Regno Ungariæ: in ſupremis , quas condidit , Tabulis Anno 1560. Filio Ferdinando inſtituto : in Codicillis Mariæ Victoriæ Filiæ , pro dotibus Ann. Ducat. 250. cum eorum capitali debito ſuper cenſalibus Sanctiſſimæ ANNUNTIATÆ hujus Nobiliſſimæ Civitatis ; reliquit , necnon Gemmas, quæ traditæ erant , ad cuſtodiam Comitiſſæ Sancti Floriani.
9 D. Jo : Matthæus Caſtaldus , meritiſſimus Epiſcopus Puteolanus , Jo: Baptiſtæ frater , & procurator : Die 18. Decembris 1561. Iſabellæ Caſtaldo in pretium Officii Actorum Magiſtri Civitatis Foggiæ ; tradidit , ex dicto Capitali ſuper Cenſalibus , Annuos Ducatos centum : cum rata Capitalis.
Item idem Epiſcopus Ferdinandi procurator Jo:Baptiſtæ hæredis ; exegit Annualitatem ejuſdem Capitalis: à primo Die Decēbris,1562. uſquè in Diem 5.Maii 1569.
10 Obiit Ferdinandus Anno 1571.cui ſucceſſit Livia:quæ cum Amita contrahendo,eam decepit:adeò ut referente Vincentio de Franchis , tunc Regio Conſiliario nulli ſecundo: ſententia S. R. C. deciſum fuerit contrà ipſam ac proindè Ann. Ducat. 250. ſuper Cenſalibus ; ſpectare Mariæ Victoriæ pro præterito; & in futurum : unà cum eorum Capitali: eandemquè Liviam condemnatam; ad rehemendum Capitale , per Epiſcopum alienatum , & ad reſtituendum Gemmas : deductis Alimentis Mariæ Victoriæ,per Liviam præſtitis.
Proceſſit ultrò S. R. C. factaquè liquidatione ; Decreto ejuſdem , declaratum fuit: Creditum Mariæ Victoriæ , omnibus Liviæ deductis prætenſionibus , ultrà Capitale ſuper Cenſalibus, ob ſolam exactam annualitatem;aſcendere ad Ducatos 3371. pro quibus obtentis literis executorialibus in forma Cancellariæ , Livia obtulit,in vim executionis.
Ann.Ducat. 1650. ſuper Arrendamento Olei , & Saponis:
Ann.Ducat.550. ſuper Pretio Sancti Georgii: &
Ann. Ducat. 230. qui percipiebantur ex quadam Domo,ad Divum Paulum, hujus Civitatis.

Et

Digitized by Google

Et deindè Decreto ejuſdem ſupremi Tribunalis; ſequuta fuit adjudicatio Ann.Ducatorum 269.3.8. ex bonis oblatis: ad rationem octo pro centenario, ſuper Domo in platea Sancti Pauli.

11 Pro ampliatione Eccleſiæ,ejuſquè Atrio conſtruendo; cogi poſſe Vicinum, fundum ſuum vendere; indubium legitur,apud Gizzarel.& *ibi* Addent.*in Dec.*38.Marant. *in Reſponſ.* 28. *part.* 2. Sperell. *in Deciſ.* 58. *part.* 1. Mart. *de Juriſdict. par.*4. *cent.*2.*caſ.*171.*num.*4.Thor. *in ſupplem.verb.Vicinus.*Novar.*in pragm.*2.*de Monialib. Collect.*3.Petr.*de Poteſtat.Princip.quæſt.*4. *n.*39.Guſman. *de Eviction.quæſt.*52.*ex num.*19.Novar.*part.*2.*quæſt.*51. Covar. *lib.*3.*cap.*14. *num.*7. *& ſeq.* & penès alios: quos, pleno calamo, cumulant Bottilier. *in Diſſertat.*7. *num.* 27. & Capon. *in controv.* 1. qua attenta occaſione, condemnato Marchione Marigniani, hærede Marchionis Caſſiniani: mediante perſona Liviæ jam defunctæ; inſtantibus Rev. Patribus Theatinis; ad vendendam domum prædictam: factoquè pretii depoſito: etsi inſtitiſſent hæredes Mariæ Victoriæ, pro liberatione Capitalis, & Tertiarum; id non obtinuerunt: exquò decreto S.R.C. ſtatutum fuit: citrà præjudicium Jurium dictorum hæredum; Depoſitum convertatur in emptionem, ad beneficium hæredum quondam Marchionis: quæ ſtare deberet, loco evictionis domus, & fideicommiſſi, ab eodem Marchione ordinati.

Indè depoſito in tot Annuorum introituum, ab hærede Marchionis, emptione implicato quæ temporis viciſſitudine, vel potiùs emptoris incuria, qui debebat cautiùs agere; ferè inexigibilis eſt. Quod dedit petitionis cauſam Actori: eſſe ſibi ſatisfaciendum, pro dicto ejus credito; ſuper partita Olei, & Saponis: vèl ex illius pretio: ſuper quo jam inſtructum eſt judicium.

12 Excipit Marchio Capitale prædictum per Philippum II.immortalis recordationis fuiſſe conceſſum Marchioni Caſſiniani Jo:Baptiſtæ,in Feudum ex pacto,& providentia: ea propter ſuper illo D. Franciſco nullum jus competere.

13 Meum verò: dùm meæ ſunt partes, D. Franciſci jura tueri; erit oſtendere: quantùm exceptio prædicta; ab ipſo Juris tramite, aberret. Expediti Juris eſt creditorem, vèl legatarium aſſenſu carentem: ad finem, ut ſibi de credito, ſatisfieri poſſit; poſſe cogere ſucceſſorem in Feudo,ad illud vendendum:eoquè renuente; vinculis mancipari: ità faſſi ſunt, uno ore; quorum nonnulli rem deciſam referunt, De Franch. *in Decis* 1. *&* 704. Thor. *part.*1.*verb.Feudatarius*, *& part.*2.*verb.Feudum vendere.*D.Capyc.Latr.*in Decis.*6.*nu.*1.*&* 18.& *ibi* Gizz. *num.*8. De Pont. *De Poteſt. Proreg. Tit.de Aſſens. Reg. ſup.Dotib.*§.1.*n.*23.Rovit.*in cons.*77.*n.*2.Marcian. *to.* 1. *Diſput.*27.Tap. *in Conſt. Contumacem.* De Marin.*tom.* 2.*Reſol.*80.*num.*3.Gallup.*in prax.part.*3.*cap.*3.*num.*16. Fab. De Ann.*in Cons.* 4. *numer.* 73. *lib.* 1. De Mar. *ad Gizzarel. in Decis.* 28. maximè in noſtra Facti ſpecie; in qua bona Burgenſatica non extant. Brun.*in cons.*36. *inter Conſil. Feudal.Diverſor.*Monac.*ad Minad.in Decis.* 13. *num.* 12. Loffred. *in cons.* 12. Frecc. *de ſubfeud. Different.*5.*Feud.ex pact. & hæredit. lib.*3.

14 Haud Patrum, & Seniorum traditiones ignoro; poſitum axioma: admitti in Feudo hæreditario: non in illo; quod dicitur, ex pacto, & providentia: ſicquè per Regium Collaterale Conſilium; fuiſſe intellectam doctrinam,Jacob.de Belviſ.teſtatur De Franch.*in Decis.* 704. *num.*4.

15 At ſpecies in qua verſamur; hæc eſt ſumus in Feudo hæreditario ( non ex pacto, uti decepta pars aſſerit) hæreditarium: exquò omnia Feuda in Regno; ſunt hæreditaria:pro ut ex Cap.Regn.*conſiderantes.*deſumunt apprimè Loffred.*in Cons.*1.*n.*60.Afflict.*in Dec.*240.*n.*10. De Franch.*in cit.Dec.*1.*&* 387.Marcian.*in Cons.*16. *poſt n.*19.De Pont.*in Cons.*3.*n.*63.*& loc.cit.*§.3.*nu.*16.*& Tit. de Refutat.num.*26.*& ibi* Thor. Reg. Capyc.Latr.*lib.*1. *Conſultat.*23. *num.* 40. De Curt. *in Divers.Feud.* §.*num ex altera.num.*138.Molfeſ.*ad Conſuetud.part.*3.*quæſt.*2. *num.*8. Ann. *in Cap.* 1. *ſub num.* 111.& Conſil. Petr.*in Rit.* 220. *nu.* 27.*tom.* 2. Illa à capite regulando: hoc

16 namquè Regnum; quòd hæreditarium ſit: ipſa inveſtitura in beneficium Caroli Ducis Andegavenſis, ab Urbano IV. Pontifice Maximo; demonſtrat, Napodan. *in Conſuet. etsi Teſtator.Gloſſ.ſuper verb. diſponere.verb. præterea hodiè*, *&* ibi Salern.*verſ.dicit Napodan.* Frecc. *in citat.lib.*3.*fol.*390.*nu.*14. *verſ. teneamus.* Theodor.*in Allegat.*22. *num.* 11. Cutell. *in Deciſ.* 27. *num.* 26. De Marin.*cit.lib.* 2. *cap.*86. *num.* 7. De Falc.*in allegat.* 24. *num.* 19. *&* 20. *in impreſſ. poſt Scaglion. ad Pragm.* & noviſſimè D. Reg. De Philip. *in Diſſertat.* 32. *num.* 17. *&* 18.

17 Hæreditarium, inquàm, eſt Feudum; de quo agimus: Nàm conceſſio; pro hæredibus facta eſt: etsi propria Feudi natura, ſit: ut detur, pro ſe, & hæredibus: Revert.*in Deciſ.*337.*num.*2. *in fin. & ibi* De Marin.Et in dubio, ſic interpetrandum; ſcribit Mynſiger. *Cent.*4. *Obſerv.*2. De Curt. *de Feud. ex pact. fol. mihi* 66.*num.* 140. Et priùs; dixerat Napodan. *in cit. Conſuetud. etſi Teſtator. verb. diſponere.*

Hæc ſunt ipſiſſima Regis Philippi verba.*Regia noſtra auctoritate,& ex plenitudine poteſtatis;eidem* Jo:*Baptiſtæ Caſtaldo Marchione Caſſani, pro ſe filiiſquè ſuis ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, utriuſquè ſexus, in perpetuum Annuos Eſcutos mille, & Quincentos Auri: per eum, ejus Filios, Hæredes, & ſucceſſores.* Et paulò poſt: *inveſtientes ipſum Joannem Baptiſtam Caſtaldum ejus Filios,Hæredes, & ſucceſſores,ut ſupra.*Et inferiùs: *volenteſquè & decernentes expreſsè, quòd præſens donatio,& conceſſio; ſit,& eſſe debeat; eidem Joanni Baptiſtæ Caſtaldo, Filiiſquè, hæredibus,& ſucceſſoribus, in perpetuum.* Et demum: *redditibus ſuprà contentis eidem Jo: Baptiſtæ Caſtaldo, ejuſquè Filiis, Hæredibus, & ſucceſſoribus: ut ſupra, in perpetuum.*

Quid clarius: ſi conſideres conceſſionem factam; Jo: Baptiſtæ, ejuſquè Hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum: non negaveris, Feudum, de quo agimus, eſſe

18 hæreditarium: & ideò, à ſucceſſore, abſquè hæreditaria qualitate; illud acquiri non poſſe Roſental. *in tract. de Feud. cap.* 2. *concluſ.* 33. De Marin. *de Gener. & Qualitat.Feud.Tit. de Feud.hæredit. num.* 34.*&* 36. De Put. *de finib. Feud. cap.*33. *num.*3. *&* 13. Afflict. *in cap.*1. *num.*7.*Tit.de eo qui ſibi, & hæredib. ſuis.*Revert. *in Deciſ.* 79. *& ibi* De Marin.*nu.* 1. *& in citat. cap.*86. *nu.*9. Facchin.*Controv.*3.*lib.*7. Maſcard. *de Probat.tom.*2. *Concluſ.* 767. Boſſ. *de Princip. & Privileg. num.* 304. Merlin. *de Legitim.lib.*2.*Tit.*1. *quæſt.*4. *num.*1. Scrader. *de Feud.ex num.*19.Frecc. *de Different. int.Feud.ex pact. differ.*10. 16. *&* 33. De Curt. *in Diverſor. fol.* 48. *num.* 48.*&* 52. Urſin. *Part.*2. *quæſt.* 3. *art.*1. *num.*30.*pagin.* 79.*verſic. Mantic. limitavit.* Piſtor. *lib.*2. *quæſt.*1.*num.* 1.& Urceoli. *lib.*1. *Conſult. cap.* 32. *num.*22.

19 Vel,ſi verba illa,*pro ſe Filiis, & Hæredibus*, ad trutinam revocaveris, adhùc Nobis Jura favent: quia, ſi hæreditariam, ex pacto, & providentia; conceſſionem dixeris: ſecutus Jaſ.*in Cons.*57. *num.* 1. *lib.* 1. *& in Cons.* 56.*col.*1. *lib.* 3. Cravet. *in Cons.* 197. *poſt num.* 5.Grat. *in Cons.*4. *num.*42. *lib.*1.Brun. *in Cons.*54. *num.* 2. *& in Cons.*80. *num.*14. Tap. *in Decis.*2. *num.*195. Gallup.*in metod. Feud.part.*1.*cap.*5. *ex num.*26. Maſtrill.*in Decis.* 56.*num.*15. Rovit. *ad Pragm. in rub. de Feud. num.* 19. ubi ponit differentiam inveſtituræ: nullo hæredis vocabulo prolato; ab illa, pro ſe, & Filiis hæredibus;

20 Quo caſu, filium non ſuccedere, abſquè hæreditaria ultimi poſſeſſoris qualitate:Cujus facta haud impugnare valere; concludit optimè. Et anteà, dixerant, ex noſtris Iſern. *in Cap.* 1. *de alienat. Feud. Pater. & in cap.* 1. *de ſucceſſ. Feudor. num.* 7. Camerar. *in cap. Imperialem.§. præterea pag.* 96. *lit.* I.K. *&* L. De Franch. *in Decis.*1. *num.*22.



Digitized by Google

*num.* 22. Et ex alienigenis Giacchar. *in Collect. verb.*
21 *Feudum.ex n.*41. Propterea conceſſionem pro ſe, Filiis, &
Hæredibus; ſimplicem, hæreditariam eſſe: *Ex cap.*1.
*Tit. an Agnat.* & Valaſc. *de Jur. Emphyt. quæſt.*44.
*num.* 5. tradit Reg. Capyc. Latr. *in Decis.* 70. *lib.* 1. Et
videatur Joſuè Amicangel. *de Feud. quæſt.* 1. *ex num.*15.
Imò (& eſt certum in Regno) quotieſcumquè hæredum,
in conceſſione; mentio facta legitur: hæreditarium eſſe;
22 dixit De Pont. *in Tit. de Refutat. Feud.* §. 10. *num.*10.
deciſum teſtatur, Camerar. *eod. loc. pag.*96. *lit.* R. *verſic.*
*ex quibus* & voluerunt Carol. Kitheberg. *de Feud. ex pact.*
*& provid. cap.*3. *ex nu.* 8. & Alb. *in Cons.* 541. *num.* 10.
23 Demùm conceſſio, in qua verſamur, eſt pro Filiis,
Hæredibus, & ſucceſſoribus, legitimè deſcendentibus,
utriuſquè ſexus. Indè propterea indubium eſt; inveſtituram
eſſe hæreditariam: Teſtibus Clar. *in* §. *Feudum.*
*quæſt.* 9. *num.* 8. Sigiſmund. *in Cons. Feud.* 52. *num.*55.
Iſern. *in cap.*1. §. *etſi libellum. nu.*9. *ubi* Liparul. *in verſic.*
*ſed numquid. Tit. de alienat. Feudor. Pater.* Pariſ. *in Cons.*
4. *lib.* 1. *num.* 27. Maſtrill. *in Decis.* 172. *num.* 32. *&*
33. De Marin. *de gener. & qualitat. Feud. Tit.* 5. *num.*
31. Mart. *de Clauſul. part.* 2. *cap.* 21. Afflict. *in Decis.*
140. 195. *num.*7. *& in Decis.* 204. De Franch. *in citat.*
*Decis.*1. *num.*21. *& in Decis.*187. *num.*5. Capyc. *in Inveſtit.
Feud. Rub. clauſul. verb. clauſula prædicta fol.*95.
*& in Rubric. Feudorum genera. verſic. hæreditaria. fol.*
224. *in prim. Concluſ.* De Curt. *in Divers. pagin.*48. *num.*
54. Marilian. *in Decis. Jan.*58. *in fin.* Thor. *part.*1. *comp.*
*verb. Feudum hæreditarium. & part.* 3. *verb. Feuda*
*hodiè in Regno.* Ann. *in ſingular.* 206. Et talem eſſe formam,
inveſtiendi in Regno, ſumitur: ex Pragm.18.
*De Feud.* & indicat, Iſern. *in cap.*1. §. *Naturales. Tit. ſi*
*de Feud. defunct. Milit. & in cap.*1. §. *& ſi libellum.*
*Tit. de alienat. Feud. & in Conſtit. de ſucceſſionibus.*
*verſic. acquiſitis. num.*70.
24 Etsì conceſſio facta ſit, pro Filiis Maſculis hæredibus,
& ſucceſſoribus. Bart. *in l. in Jus jurandum.* §. *ſi liber.* ff. *de*
*oper. libert.* Caſtrenſ. *in l. pro hæred.* §. *qui tamen.* ff. *de acquir.
hæredit.* De Belviſ. *in cap.*1. *Tit. de eo qui ſibi, & hæredib., & ibi* Alvarad. *n.*5. *verſ. quæro.* Cravett. *in Cōs.*131.
*num.*8. Alciat. *in Cons.*1. Roſent. *in cap.*2. *Concl.* 38. De
Gregor. *de conceſſ. Feud. part.* 6. *cap.* 6. *in fin.* Dec. *in*
*Cons.* 78. *num.*2. Loffred. *in Cons.*1. *num.* 43. Silvan. *in*
*Cons.* 30. Afflict. *in cap.*1. §. *ſimiliter. Tit. de cap. qui*
*cur. vend.* De Curt. *loc. citat. fol.*48. *num.*53. De Marin.
*de Gen. & qualit. Feud. tit.* 5. *num.* 12.
25 Scio per adverſarium, dictitari: Obſtare, De Franch.
*Decis.* 6. ubi conceſſio, *ex Pacto*, & *Providentia*; judicata
dicitur: licèt in illa hæc ipſiſſima legerentur
verba: *Mandans, quod reſpondeat tibi, liberis, & hæredibus*:
Teſte Thor. *par.* 1. *verb. Feudum conceſſum*
*pro ſe.*

At non advertit: Feudum, illa in contingentia facti,
conceſſum fuiſſè *pro ſe, & liberis*: & in fine Privilegii,
appoſitam legi, clauſulam prædictam: & ſic in exe-
26 cutivis, & quia, habitum fuit pro conſtanti: Clauſulam,
in executivis, non alterare principalem diſpoſitionem,
ad tradita per Torniol. *in Conſ.* 26. *num.* 45.
Gallerat. *de Renunc. lib.*4. *cap.*8. *tom.*1. Petr. *de Fideicom.*
*quæſt.*14. *num.*97. *Et per alios conductos ab* Olea *de Ceſſion.
Jur. part.*1. *quæſt.*3. *num.*11. Rot. Roman. *poſt ipſum*
*in Deciſ.*32. *num.*5. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*593. *nu.*168.
Macerat. *var. lib.*2. *Reſolut.*23. *num.*15. *&* 16. obtinuit
Camilla Berlenga: Feudi conceſſionem, fuiſſe, ex pacto,
& providentia. Propterea legatur D. Reg. Galeot. *lib.*1.
*Controv.*57. *num.* 20.
27 Hìnc obſerva non abs rè *Deciſion.* De Franch. difficultate
non carere. Etenìm adversùs illam; ſtat Curt.
Jun. *in Cons.*3. cujus Boſſ. meminit *in cit. tract. de Princ.*
*num.* 307. Nec illud, quòd clauſula in executivis: non
alterat principalem diſpoſitionem, caret dubitatione;
28 Id enim negant, Rip. Roland. Riminald., Menoch.,
Honded., & *Barz.* apud Fuſar. *loc. alleg. num.*170. Gratian.
*Diſcept.*609. *num.*17. & Maceratenſ. *Reſolut.*3. *lib.*1. *nu.*
10. Cùm clauſulæ, in quacumquè Inſtrumenti parte
appoſitæ, legantur, aliquid debeant operari: ex quò,
partium voluntate, à Notario cenſentur appoſitæ. Capon.
*de Pact. quæſt.*30. *num.*54.

Propterea fortaſsè Feudum, de quo De Franch. loqui-
29 tur: non ex ſimplici pacto, conceſſum, affirmarem:
ſed potiùs hæreditarium mixtum. Id arguens, ex poſitis,
per Rovit. *in Conſ.*59. Capyc. Latr. *in cit. Deciſ.*
70. Theod. *in add. Alleg.* 22. Gallup. *loc. indicat. part.*
1. *cap.*5. & De Marin. *in eod. cap.*86. *& ad Reverter. Obſerv.*
79. Sumus in Principe, qui habet leges in ſcrinio
30 pectoris: ob accepta beneficia concedente: non in Notario,
ob purum ſalarium; inter ignaras partes, ſtipulante.
Undè pro coſtanti teneo: Clauſulam, quamquàm
in executivis appoſitam, aliquid operari debere:
ſi incidentèr appoſita non ſit. Deaxart. *in Decis.*
*Sardin.*29. *nu.* 13. & in ſpecie Lanar. *in Repetit. Feudal.
fol.* 389. *num.* 30. Quod prætermiſit De Franch.
31 quia lis erat; inter Hæredem, ex corpore, & Teſtamentarium:
contrà quem; ſatis ſatiſquè erat: Feudi
conceſſionem, non fuiſſe hæreditariam.
32 Eſt hic, & illud adnotandum: quod clauſula, tunc
in executivis, appoſita, dicitur: quandò poſt contractum
perfectum, poſita, legitur. Oſaſch. *in Dec.* 164.
*num.* 2. *&* 3. At ſi poſita ſit, poſt ſtipulationem perfectam:
continuando ſermonem, non ex intervallo, operatur
augmentum. Gratian. *in cit. cap.* 609. *ex nu.*
9. ſolæ enim Clauſulæ Generales, poſt ſpecificatos caſus
expreſſæ, aliquid novi expreſſis, non addunt: eodem
Gratian. Teſte *tom.* 5. *Diſcept.* 982. *num.* 22.
33 Clauſula in Inveſtitura, de qua agit De Franch.
quòd *reſpondeat ipſi liberis, & hæredibus*, poſita, erat
poſt verbum *mandans*. Et ſic, in executivis: pro ut
Ipſe obſervat, *num.* 9. & ad rem noſtram tradit Prat.
*lib.* 3. *Diſcept.* 30. *num.* 84. *&* 85. At in caſu, in quo
34 verſamur, poſita eſt, in ipſis verbis ſubſtantialibus Inveſtituræ:
ibi, *in perpetuum Annuos Ducatos Mille,*
*& Quincentos Auri per eum, ejus filios, hæredes, &*
*ſucceſſores*; Ideoquè extrà difficultatem, ſumus. Gratian.
*cap.* 451. *num.* 16. *& in citat. cap.*609. & Olea
*loc. citat. num.* 13.
35 Eandemquè clauſulam, Philippus Rex invictiſſimus,
in pluribus locis Inveſtituræ repetiit: ob quòd,
inquit Oſaſch. Feudum hæreditarium reputari: *in Dec.*
23. *num.* 33.
36 Indè ſuccedit, quòd dum Capitale, de quo agimus,
conceſſum eſt in Feudum hæreditarium: Marchio Marignani
ſucceſſor, tenetur ſatisfacere D. Franciſco Caracciolo
creditori. Camerar. *fol.*18. *num.*33. *&* 34. Andr.
de Iſern. *in cap.*1. *num.* 6. *de Inveſtit. de re alien.* &
Frecc. *de ſubfeud. Different.* 5. licèt cum moderatione
admittat Jaſ. *in l. commodis.* ff. *de re judicat.* in ſubſidium,
ſcilicèt, creditore inſtante, ſuper fructibus Feudi,
executionem fieri poſſe; ſequitur Albert. Brun. *in*
37 *Cons. Feud.* 18. *col.*2. Contrarium verò, veriùs exiſtimaverunt,
Modeſtin. Piſtor. *in quæſt.*122. *nu.*20. *part.*
3. Camerar. *loc. citat.* Curt. Jun. *de Feud. part.*3. *quæſt.*
4. *principal. ex nu.*47. Scrader. *cit. tract. de Feud. part.*
4. *ſect.*3. *num.*4. Scult. *ad Modeſtin. Piſtor. quæſt.* 160.
*ex num.* 19. *part.*3. Hartam. Piſtor. *quæſt.* 34. *lib.*1. *nu.*
38 38. Fructus enim, ſivè ſeparati, ſivè à ſolo ſeparandi,
Allodiales, & Burgenſatici, judicantur.
39 Et illud addendum: differre Feudum ex pacto, ab
hæreditario: Nam in Feudo ex pacto confecto inventario,
ſucceſſor non tenetur creditoribus defuncti, Phanuc.
*de Inventar. quæſt.* 243. *num.* 14. *&* 17. *in tract.*
*divers.* Intrigliol. *de Feud. cent.*1. *quæſt.*51. *num.*129.
Pinell. *in l.* 1. *C. de Bon. Matern. part.* 3. *sub num.* 93.
Minad. *in Conſtitut. in aliquibus notab.* 3. *num.*10. *&*
*in cap.*1. *an Agnat.* Tap. *in Dec.*2. *artic.*2. *nu.*155. *Col-*

*later.*

Digitized by Google

*later. Conſ.* De Marin. *in cit. cap.*86. *nu.*9. & Reg. Latr. *in alleg. Deciſ.*70. *num.*36.

40 At in Feudo hæreditario, Inventarium non prodeſt. Soccin. Jun. *in Conſil.* 132. *lib.*2. Pariſ. *in Conſ.*65.*lib.*3. Cum. *in Conſ.* 163. Andr. *in cit. cap.* 1. *num.* 2. Amicang. *loc. indicat. quæſt.*3.*num.*13. *lib.*1.Fab. De Ann. *in Conſ.*5. *lib.*1. Covar. *lib.*2. *Reſolut.*18. & Urceol.*ubi ſup. num.*27. *&* 28. Quia hæres, factum defuncti:non

41 impugnat. Roland. à Vall. *in quæſt.* 182. *num.* 1. *in tract. de Inventar. diverſor.* Erneſt. Cothman. *in Conſ.* 2. *ex nu.*176. *vol.*1. Craſſ. *lib.*1. §. *hæreditas. quæſt.*12. *num.* 29. Berlich. *part.* 2. *Conclus.* 57. *ex num.* 3. De Pont. *ubi ſup. Tit. de Proviſ. num.* 15.

42 Demùm, in mixto: nùm hæredi Inventarium, proſit, adhùc expeditum non eſt. Ajentium opinio, arridet Phanuc. *eod. loc. ex num.*15. & Clar. *in cit.* §. *Feudum. quæſt.* 42. *ex num.* 14. *& quæſt.* 43. *num.* 2. ſed contrarium: quia in Feudo mixto; ſuccedit hæres ex ſanguine, cum hæreditaria qualitate: fundat Cyriac.*in Controv.*720. *ex num.*41.

Marchio Marignani, eſt hæres, abſquè Inventario. Is namquè Joan. Baptiſtæ patris Inventarium haùd cònfecit: nec apud Acta, legitur Inventarium hæreditatis Ferdinandi, filii Joannis Baptiſtæ, Marchionis Caſſiniani: ſicut nec ipſius Marchionis, aut Liviæ neptis.

43 Neque illud obeſt, non fuiſſe auditos alios prætenſos hæredes in burgenſaticis: ſed ipſum ſolum Marchionem. Etenim ſatis fuit D. Franciſco, Judicium cum poſſeſſore, inchoaſſe. Tap. *lib.*2. *Deciſ.*45.

Ex quibus, in ſpem ducor: cogendum eſſe Marchionem, ad vendendam Feudales hoſce redditus: illud Livii memorans juxtà Adagium relatum per Claud.Min. *ad Alciat. Emblem.* 18. Veritatem, laborare ſæpè:ex-

44 tingui, nunquàm. ſcribebam Idibus Aprilis 1673.

Obſervandum, pro Deciſionis coronide, ſuccedit: quòd emptum ex pretio bonorum Antiquorum, ad terminos Noſtræ *Conſuetud.* dicatur Antiquum. Et ſic,

45 Conſuetudinis diſpoſitioni, ſubjectum: ut probant congeſti per D. Reg. noſtr. *num.* 48. & apertiùs, Deciſionibus convallant, Gallup. *in Prax. S. R. C. part.*3. *cap.*2. *num.* 27. De Georg. *in Repetit. Feudal. cap.* 43. *num.*10. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.*369. *num.*10. Ricc. *in Collect.*1850. Montan. *in Controv.*8. *num.* 8. D. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 15. *num.* 59. Donad. *de Renunc. cap.*13. *num.*48. Thor.*in Comp. tom.*1. *verb. Pretium*, *& tom.* 3. *part.* 1. *verb. Bona empta.* Capon. *de Dot. in Rub. ſolut. Matrim. quæſt.*4. *nu.*33.& De Luc. *ad Franch. in Deciſ.* 604. *verſic. ultim.* Idquè, abſquè controverſia pertranſire:etiam attento Jure Quiritum, oſtendunt inter multos, aptiùs Caſtil. *de Tert. cap.* 4. *num.*15. *verſic. unde res ſubrogata*. Peregrin. *in Deciſ.* 2. *num.*10. Giurb.*ad Conſuetud. Meſſan. cap.*25. *Gloſſ.* 8. *num.* 7. Molin. *de Primogen. lib.*4. *num.* 28. & Tiraquell. *de Utroq. retract. Tit.*1. §. 42. *Gloſſ. unic. n.*28.

46 Sed contradicit De Rub. Qui ſic, deciſum refert, *in addit. ad Conſuet. & ſi Teſtator.pag.*3.*n.*17. *àt. verſ. ſed pone.* Et eandem opinionem, ſequuti ſunt De Pont. *de Poteſt. Proreg. Tit.*9.*n.*17. Merlin.*tom.*2.*Controv.*90. De Marin.*lib.*1.*Reſol.*70. *ex n.*22.*& ibi ſuus* Rodoer.*n.*63.

47 Prior ſententia, magis communis eſt: & probatur, ex *l. Imperator.* §. *fin. juncta l. ſequenti. Et ibi* Bartol. *ff. de Legat.* 2. *& ex l. in Fideicommiſſo.* §. *nonnumquam. ff. de uſur.* Et ratio, ea eſt: nam licèt eadem res, non ſit; ſuccedit tamen loco prioris rei, & ejuſdem naturam ſapit. Undè bona empta, ex pretio bonorum, Fideicommiſſo ſubjectorum, illorum loco, ſubrogata

48 dicuntur. Peregrin. *de Fideicom. Artic.* 40. *num.*44. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*720. *num.* 14. De Marin. *lib.*2. *Reſolut.* 18. *num.*1. & Magon. *in Deciſ. Florent.* 149.

49 Reſtringit ſuam opinionem, D. Merlin. in illo, qui confeſtìm, ex pretio rei venditæ, alia comparavit bona: Etenim, attenta feſtinatione, cenſetur ideò emiſſe: quia ſubrogare voluit, in locum rei venditæ: ex Tiraquell.*& aliis n.*39. *&* 40. Et De Marin. idem limitat

50 aſſertum:accedente fraude:*n.*24.*& lib.*1.*Reſol.*24.*n.*7. Fraus verò, in ſuppoſita ſpecie: ex quibus, interveniſſe, dignoſcatur: referunt latiùs Naucler. *in Addit. ad*

51 *citat. Conſuetud. & ſi Teſtator. pagin.* 12. *àt. verſic.* 11. Salern.*in Conſuetud. ſi qua Mulier. verſic. quoniam tractat. pagin.* 208. De Georg. *in Allegat.* 22. Molfeſ. *ad Conſuetud. tom.*1. *part.* 3. *quæſt.*1. *& tom.*2. *in Addit. ad eand. quæſt.* 1. D. Reg. noſter *in Conſult.* 123. Rodoer. *ad De Marin. in citat. Reſol.*24. & De Roſa *in adduct. Conſuet. etſi teſtator. ex num.* 13. *ad* 19.

## OBSERVATIO

### IN DECISIONE LXXI.

### *SUMMÆ.*

1 *Indultus: non comprehendit accuſationes: non dum inſtitutas. Comprobatur* D. Reg. noſt. *aliorum placito.*

*Contradicunt*, Grat. & Bajard. *num.*2.

*Refertur diſtinctio*. De Marin. & ſequac. *num.*3.

4 . . . *quandò: abſquè partis remiſſione opituletur? Et num.* 5. 6. *&* 7.

8 *Generalis abolitio, à Principe conceſſa: quas pœnas comprehendat? Et num.* 9.

10 *Gratia, pro delicto, obtenta: haud prioris facta mentione: quandò ſuffragetur? Et num.* 11.

12 *Indultus conceſſus, patefacienti delictum: non opitulatur illi, qui tantùm inditia produxit.*

13 . . . *non gaudet ille, qui delicta detegere promiſit: ſed non exactè, promiſſa probavit.*

14 *Torqueri, num poſſit ille, qui Indultum obtinuit: ſalvo intereſſe partis civilitèr.*

IMperium crudele: mitem verò indulgentiam, vocitavit Pontanus: quaſi quòd ità clementia; probanda ſit: ut adhibeatur Reipubl. cauſa, ſeveritas: ſinè qua, adminiſtrari civitas, non poteſt: Teſtè Cicer. *de offic.* At illam, temporis ornamentum eſſe: atquè certiſſimam ſalutem, probat Senec. *lib.*1. *de Clement.* Statui-

1 tur hoc loco: Indultum, haùd non inſtitutas accuſationes, comprehendere. *Deciſionem* memorat Lagnanar. *ad Rovit. in Pragm.* 2. *de Abolit. verſ. Concordia. num.*1. & probant De Franch. *in Deciſ.*509. *& ibi* De Luc. *num.*4. Danz. *ad Grammatic. in Deciſ.* 4. *nu.*23. *&* 24. & Thor. *part.*1. *verb. Indultus admittitur.* Nec delinquentes poſt conceſſam abolitionem: ut pro munere in quodam Advocatorum conſeſſu injuncto; Articulo ſedulò obſervato (oh magnum excogitatum!) conſulendo; reſpondit prolixiùs Carol. De Roſa *in ſua Gloſſographia ad Conſuetud. Neapol. pagin.* 32. *ex num.* 293. *verſic. proponebatur. ad num.* 363.

2 Sed repugnat Grat. *in Conſ.*137. *vol.*1. *& vol.*2. *Conſ.* 144. explicans id in Bannito indultato de ſuis delictis, ex quò alium Bannitum interfecit, & demum compertum fuit: ultrà delicta, pro quibus habuit Indultum, aliud commiſiſſe; Cujus apud Judicem inquiſitio, antè Indultum formata non fuerat: pro quo, nec eſſe moleſtandum; concludit, ſequitur Bajard. *ad Clar. in* §. *fin. quæſt.* 59. *num.*93.

3 Aptiùs diſtinguit De Marin. ut prior opinio procedat: ſi ad partis petitionem, criminum abolitio, obtenta ſit: ſecùs, ſi illa, Principis motu; proceſſerit. *in lib.* 1. *Reſolut.* 159. *ex num.* 2. ſequitur Rodoer. *ibid. num.*3. & anteà adamuſsìm probavit Foll. *apud Rovit. in*



Digitized by Google

*in Pragm.* 1. *num.* 13. *& ſeq. de Abolit.* Et conferunt tradita per Catalan. *de Indult. cap.* 2. *num.* 4. *& cap.* 8. *numer.* 16. & per Maſtrill. *de Indult. General. cap.* 9. *&* 45.

4 Unum pro indubitato habeas: Indultum abſquè partis remiſſione: non opitulari: ut habetur *in Rit.* 272. 273. *&* 275. Et ſcribunt Marant. *in ſpec. part.* 6. *Tit. de Inquiſit. num.* 56. Ann. *in cap.* 1. *num.* 252. *Tit. de Vaſall. decrepit. ætat.* De Pont. *de Poteſtat. Proreg. Tit.* 1. §. 4. *num.* 8. De Marin. *ad Reverter. in Obſ.* 236. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *Pragm.* 6. *num.* 61. Thor. *in cit. part.* 1. *verb. Compoſitio facta*, *& verb. Indultus conceſſus.* Bajard. *loc. cit. num.* 106. & in terminis ge-
5 neralis abolitionis ab altitudine D. Joannis de Auſtria conceſſæ; deciſum indicat: quicquid ipſe incontrarium declamaſſet Prat. *in Reſponſ. Crim.* 78. Niſi juſta acceſ-
6 ſerit occaſio: Conrad. teſte *in lib.* 1. *de Templ. Judic. cap.* 1. §. 4. *verſ. ſtatuit.* Et probant Caravit. *in Pragm.* 1. *num.* 71. *de Exul.* Grand. *de Bell. exul. pag.* 163. *& in noviſſ. pag.* 84. Thor. *ad De Pont. loc. alleg. num.* 6. Sanfelic. *in Deciſ.* 53. Reverter. *in adduct. Deciſ.* 236. *& ibi* De Marin. & in generali abolitione: pro bono pa-
7 cis, emanata; ſcribit Decian. *lib.* 3. *de Abolit. quand. imped. accuſat. num.* 69. *verſic. Quarta conſideranda eſt.* & poſt ipſum Prat. *loc. citat. num.* 11. Et vide quos allegant Rovit. *in Rubric. de Abolit. & in Pragm.* 7. *de Compoſit. num.* 18. Sanfelic. *in Deciſ.* 49. 51. *&* 142. & D. Merlin. *tom.* 1. *cap.* 68.

8 Et illud non omittam: pœnas pecuniarias ex interceptis fraudati Vectigalis, ſivè controventione Bannorum, ſub generali abolitione, comprehenſas venire: ut deciſum indicant, Thor. *part.* 2. *verb. Pœna* ac Reverter. *in Deciſ.* 549. *& ibi* De Marin. ſubdens *num.* 2. per eandem, remiſſas cenſeri pœnas pecuniarias, debitas, occaſione præſentati Inſtrumenti, ad formam Ri-
9 tus: aut incuſatæ obligationis; penès acta: ex quò, ob incurſum perjurium, debentur: Cujus cauſa; criminalis eſt. Reg. Moles *in Tit. de Jur. Doban. Deciſ.* 26.

10 Nota unum, quod non ex trivio, excepi: Gratiam delinquenti conceſſam, pro ſecundo delicto, haud facta mentione primi; non opitulari: ſubreptionis ratione. Boſſ. *de Remed. ex ſol. Clem. ex nu.* 35. Mart. *Deciſ.* 503. *num.* 15. Maſtrill. *in cit. tract. de Indult. cap.* 28. *num.* 6. Clar. *§. fin. quæſt.* 59. *num.* 9. De Marin. *in adduct. cap.* 159. *nu.* 1. *& ibi* Rodoer. & De Luc. *ad Franch. Obſerv.* 330. modò tamen delicta, ejuſdem generis ſint:
11 non verò, ſi diverſi: aut ſi gratia, pro ſecundo delicto, obtenta, non contineret generalem diſpoſitionem: ut puta, quòd ſit gratia illius delicti, & aliorum, per prius commiſſorum. De Marin. *loc. cit. num.* 5. *&* 6.

12 At, quid reſpondebis de illo, qui Indultum obtinuit: ex quò delictum quoddam promiſit patefacere, & tandèm, ſola Judici deduxit indicia? Dixeris, non gaudere: Cùm aliud ſit indicare, aliud revelare. Capiblanc. *in cit. Pragm.* 6. *num.* 146.

13 Et ità, determinatum in Collaterali Conſilio, demonſtrat Montan. in Indultu conceſſo, cum cauſula: *ponendo en claro todo lo eſpueſto.* Et tamen, non omnia probavit: etenim ea conditio, individua eſt: nec plures reſpicit perſonas: *in Controv.* 71.

14 Deniquè nota: torqueri poſſe reum, qui Principis indulgentiam, criminum obtinuit: ſalvo intereſſe partis, civilitèr: Carrer. teſte *in Prax. Crim. pagin.* 80. *num.* 25. Bajard. *ad Clar. in alleg. §. fin. quæſt.* 64. *nu.* 14. Caball. *Cent.* 1. *caſ.* 28. *nu.* 17. *in addit.* & De Marin. *ad Reverter. in Obſervat.* 266. Ea potiſſima occaſione: nam licèt cauſa Civilis ſit, habet cum ſe, delictum connexum. Sed non deſinas videre Thor. *in Comp.* qui *part.* 3. *verb. Torqueri.* Deciſionem refert.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXII.

### *SUMMÆ.*

1 *Jus jurandum: licèt apud Nationes varium; innoxiè ſemper ſervatum, oſtenditur.*
2 *Perjuri: qualiter multati!*
3 *Pœna præſentationis Inſtrumenti: qua reus plectitur; qua? Et num.* 4.
5 *Debitor; qualitèr audiatur: deſcripta pœna in Libro Inferni?*
6 *Gratia medietatis pœnæ: à quo, & quomodo fiat?*
7 *Clauſula*, modo non ſit exacta, nec executa; *operatur, debitore vinculis mancipato. Comprobatur* Deciſ.
8 *Significatus carceratus: an audiatur? Contra* Reg. Rovit. *ſtat* De Luc. *quem rejicitur.*
9 *Sententia S.R.C. per ſuccumbentis carcerationem; dicitur executa.*
10 *Executio ſtabilium: relictis mobilibus, ſubſtinetur.*
11 *Pœna liquidationis Inſtrumenti; Fiſco debetur: ſi lecta lata; ſcripſerit ſubactuarius: & Creditor, dixerit, haud inſtrumentum* ad Rit. *formam præſentaſſe.*

1 Varium licèt, & multiplex, apud Univerſi Orbis nationes, Jus Jurandum fuerit: ut *in Boetic.* Pauſaniæ, *in lib.* 5. Alexandri Dier. *Genial. cap.* 10. *in Argenid.* Barclari *lib.* 1. *pagin.* 43. *ac in lib.* 5. *pagin.* 504. *in lib.* 21. *Antiq. lect.* Rodigini *cap.* 15. *in Comment.* Lipſii *ad Tacit. lib.* 15. *Annal. pagin.* 459. *in lib.* 3. Polibii *Hiſtor. & in comment.* Cæſaris *de Bell. Civil. lib.* 2. *&* 3. undè Bryſeis Achilli per hæc ipſiſſima verba, Juramentum præſtat, apud Ovid.

*Per tamen oſſa Viri ſubitò malè tecta ſepulcro.*
*Semper juditiis, oſſa verenda mihi:*
*Perque triumfortes Animas (mea numina) fratrum;*
*Qui benè pro Patria, cum Patriaque jacent.*
*Perque tuum, noſtrumque caput, quod junximus una*
*Perque tuos enſes.*

*& lib.* 3. *Faſtor.*

*Anna per hanc Juro; quam quondàm audire ſolebas.*
*Tellurem.*
*Perque Deos comites.*

Æneas verò ad Didonem, penès Virgil., ſic ait.

*Funeris haù tibi cauſa fui; per ſidera teſtor;*
*Per ſuperos*

Et alibì

*Per caput hoc juro.*

alibiquè.

*Tango Aras; medioſque Ignes, & Numina teſtor.*

Ac in Horat., legitur

*Jurandaſque tuas, per nomen; ponimus Aras.*

Per Jovem lapidem, jurare: ſanctiſſimum Jusjurandum, fuiſſe habitum; oſtendunt Gell. *lib.* 1. *cap.* 21. Liv. *lib.* 1. *Decad.*, & Cicer. *Epiſtol.* 22. *lib.* 7. Proſerpinam, conſueviſſe Jurare. Siculi: tradit Natal. Comes *Mytholog. lib.* 3. *cap.* 13. Pythagoreos, Quaternarium, maximum Juramentum, exiſtimaſſe; notat Plutarc. *de Placit. Philoſoph. lib.* 1. Muliebre Diviniſſimum Juramentum nomen Druſillæ, & Lucinæ; dat Dion. *lib.* 58. & Tacit. *Annal. lib.* 2. *num.* 11. ità ſcribit: *Germanici Juravere Amici dexteram morientis contingentes; ſpiritum antè: quam ultionem, amiſſuros.* Sanctè tamen ſemper innoxièque ſervatum; demonſtrat, Gell.
2 *lib.* 7. *cap.* 18. Patres enim, nullo ad ſtringendam fidem, vinculo Juramenti, fortiùs; exiſtimarunt. Plutarc. *in Numa.*, & Cicer. *de Offic. lib.* 3. Perjuros propter eà; excecatos habes, in *cap. Criminis Diſtin.* 75. Capitis pœ-

na

Digitized by Google

na ſubjectos in lib.1. Reg. cap.2. & in Levit lib. 1. cap.
5. in fin. ſicquè paſsìm, ab Ægyptiis ſervatum; indi-
cat Diodor. ſicul. lib. 2. rer. Antiq. cap. 3. illiſquè im-
minere multam, numquàm non creditam; dixit Gro-
ter. de Jur. Bell. lib.2. cap.13. Rubrio crimini, dari vio-
latum Perjurio, Nomen Auguſti; oſtendit Tacit. lib. 1.
Annal. Et propriam pœnam: Divina; exitium: Hu-
mana, dedecus eſſe; legitur in l.12. Tabul. cap.18. Ma-
jores verò noſtri; Manus obtruncatione, puniebant:
3 ut in Conſtit. eos qui scientèr. cujus meminerunt Af-
flict. in Conſtit. Grandis utilitas. ſub nu.5. Thor. part.
3. comp. verb. Perjurii pœna. Galter. in Prax. Inſtrum.
part. 1. prima part. verb. curet debitor. num. 8. Frecc.
de liquid. Inſtrum. part.6. Prat. lib.1. Discept.15. num.
70. & ad Paſcal. de virib. Patr. Poteſtat. cap. 8. verſic.
ad num.2. & in Respons.15. nu. 16. & in Respons.38.
num.6. D. Reg. Galeot. in Controv. 54. num. 22. vol.1.
in cujus locum, ad Rit. formam, præſentato Inſtru-
4 mento; ſucceſſit pœna ſolutionis unius Caroleni: pro
quolibet Ducato: teſtibus D. Reg. noſtr. in Decis. 45.
num.18. & in Dec.55. num. 6. Amendol. ad Franc. in
Dec.366. num.11. Annichin. de Prævent. cap.6. quæſt.
1. sub num.19. Prat. in Respons.68. num. 1. & Marott.
5 lib.1. Controv.9. num. 45. Qua notata in libro Inferni:
non auditur debitor: niſi poſt illius realem ſolutionem.
Prat. in Respons. 34. num.31.

6 Hìc nota, Tyro: integram pœnam; nèc Fiſco ſolvi:
ſupplicantibus enim contumacibus condemnatis, à Re-
gio Collaterali Conſilio, gratiam medietatis obtinent.
Tap. de Præſtant. Regal. Cancell. Tit. de Poteſt. nu.28.
& totius, ſi parvæ quantitatis fuerit; practicatum vi-
dimus in perſona Dominici Geſina, liquidati ad Inſtan-
tiam Antonii Ficaccio: in Banca de Albano: & in per-
ſona Franciſci de Maria: contrà quem, Inſtrumentum
præſentaverat, Cajetanus Margarita: in Banca de An-
ſalone.

7 Sciendum tamèn hujuſmodi gratiam, fieri: cum
clauſula, modò pœna non ſit exacta, nèc executa: ut
benè advertit D. Reg. noſter, hìc decisum tradens: per
debitoris carcerationem; pœnam executam videri; at-
què adeò gratiam obtentam, debitore jam vinculis
mancipato: non opitulari. Concurrunt in idem D. Con-
ſil. Petr. in Rit.134. num. 9. & D. Altimar. ad Rovit.
in Decis.91. num.40.

8 At Rovit. inquit, ſignificato ſat non eſſe; in carce-
ribus ſe conſtituere: ut audiatur, ſuper reviſione: ſed
debere re ipſa ſolvere: In Pragm. 5. num. 48. in fin. de
Adminiſtr. Univerſit. Obſervantiam verò contra-
rium demonſtrare, ipſe Rovit. ſub obſcurè indicat. Et-
enìm, per carcerationem; ſignificatoriam executam
dici: exploſo Rovit. advertit De Luc. ad Franch. in Ob-
servat. 347. nu. 3. Quo loco ex D. Reg. Noſtro hìc nu.
18. per ſuccumbentis carcerationem, S.R.C. ſententiam;
9 executionem demandatam videri: & ideò benè proce-
di valere; in Cauſa reclamationis. Quod jam deciſum
tradidit Capyc. in deciſ. 169. Et probaverat Bartol. in
l. ſi is qui. §. quædam ff. ad l. falcid.

Adverte tamen, nullo modo ſignificatoriæ executio-
nem, remorari; per appellationem interpoſitam: niſi
effectualis ſatisfactio intercedat; in executionem Pragm.
5. de Appellat. Inde eſt, ſolutionis vicem carcerationem
debitoris non operari: juxtà tradita per Proſper. Cara-
vit. & Hieronym. de Martin. ad Afflict. in Decis. 30.
vers. juxtà prædicta & vers. an dicatur ſatisfactum.

10 Proſequitur ulteriùs D. Reg. noſter hoc loco ſuper di-
ſpoſitione l. à Divo Pio. §. in Venditione. ff. de re judi-
cat. Qua in re: non ingratum, ſubnectam. Executio-
nem ſtabilium: relictis debitoris mobilibus; validam
reputari: quia ordo traditus in cit. §. in venditione; non
eſt introductus pro forma: ſed ad Judicis inſtructio-
nem, & debitoris utilitatem. Carlev. de Judic. lib. 2.
Disput.1. nu.12. ſic deciſum tradit De Franch. in De-
cis.441. & ibi De Luc. Hodiern. ad Surd. in Decis.173.
num. 15. & alii apud Petr. loc. nuper alleg. num.5.

11 Tandem, nota: Pœnam, cauſa præſentati Inſtru-
menti Fiſco deberi quamquàm lecta lata, ab uno ex
Subactuariis M.C.V., ſcripta ſit; & creditor aſſerat, ſe
haud Inſtrumentum, ad Rit. formam, præſentaſſe: ut
Deciſum tradit Thor. in contrarium adducens ponde-
rata per Lanar. in part. 2. comp. verb. Pœna ex Inſtru-
mento.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXIII.
### SUMMÆ.

1 *Clericus Beneficiatus: Habitum non deferens; Fori Privilegio, gaudet. Comprobatur* Deciſio.
*Quid ſi penſionem poſſideat? Refertur Opinio negans. num.2. quam declarat* Barboſ. *num.3.*
*Proponitur diſtinctio* Diaz. & ſequac. *num.4. ſed præponitur ſententia, pro Clerico. num. 5.*
*Ampliatur aſſumptum; in Præſtimonio. num. 6.*
7 *Clericatus: num per Bullam Beneficii; probetur?* De Graſſ. & alii; *ſtant contra* D. Reg. noſtr. & Gizz.
8 *Bulla Beneficii: de per se; impedit Forjudicationis ſententiam.*
9 *Depoſitio Clerici, recepta coràm Judice laico: absquè ſui Ordinarii licentia; non tenet: adversùs* D. Reg. noſtrum. *& num.* 10.
11 *Licentia, quæ à Curia Archiepiscopali Neap. conceditur Clerico: pro ferendo Veritatis Teſtimonio, coram Judice laico; subscribitur à Vicario illius Curiæ. Respuitur* D. Reg. noſter.
12 *Clericus: quamvis interdictus, excomunicatus, aut suspensus; Fori Privilegio, gaudet.*

1 NOli tangere Chriſtos meos. Concluſum habes,
hoc loco. Clericum Beneficiatum; Fori Privi-
legio gaudere: quamvis Habitum, & Tonſuram: non
deferat. Deciſionem ſic ſimplicitèr ſummat Gizz. Et fir-
mant illam laudati per D. Reg. noſtr. nu.2. quibus ſub-
necte Foller. in Prax. Crim. Tit. Aud. excusat. nu. 47.
Cened. in Pract. Canon. lib.1. quæſt. 4. num. 29. Soarez
de Paz in Prax. tom. 1. prælud. 2. num. 6. & 7. Trul-
lench. ad Præcept. Decalog. tom.2. lib.7. cap.12. dub.5.
n.11. De Pont. in Cons.24. vol.1. De Marin. to.1. Resol.56.
& tom.2. Resol.13. ex n.2. ad 6. & Resolut.47. n.9. &
tom.3. Allegat. 124. num. 26. Garz. de Benefic. part.2.
cap.2. num.4. Gonzal. ad Regul. Cancell.8. Gloſſ.5. §. 5.
num. 6. Salzed. ad Bernard. cap. 61. num. 6. Morla in
Empor. Jur. part.1. Tit.2. in Prælud. num. 138. Sanfe-
lic. vol.2. Decis.220. Sperell. in Decis.66. Gram. in De-
cis.81. De Franch. in Decis. 189. num.5. Urſill. ad Af-
flict. in Decis.24. nu. 19. Cavalcan. in Decis. Fivizan.
10. num.21. tom.2. Ricc. in Decis.607. nu. 2. Maſcard.
de Probat. tom.1. Conclus.202. Caſtr. Pal. tom. 2. tract.
12. Disp. unic. punct. 1. cum sequent. Barboſ. lib.1. de
Jur. Univers. cap.39. §.12. Guttier. quæſt.7. lib.1. Bel-
lett. in Disquiſit. cleric. part.1. Tit. de favor. Cleric. §.
8. num.7. Squillant. de Privileg. Cleric. cap.4. nu.251.
cap.6. num.12. & cap.7. num.25. Azeved. in l.1. num.
9. Tit.4. lib.1. nov. recompilat. Thor. part.1. comp. verb.
Clericus Beneficiatus. Volpel. in Cons.110. num.5. Joan.
Leonard. Rodoer. ad De Marin. in cit. cap.56. num.1.
Scacc. de Judic. cap.11. num.19. Barboſ. de Offic. Episc.
Allegat.12. num.2. D. Conſil. Petr. in Rit. 15. num.8.
tom.1. & Rit.235. num.19. tom.2. & noviſſimè D. Al-
timar. in tract. de Nullit. Rub.9. quæſt.27. hujus Deciſio-
nis memorem num. 4.

2 Quid

Digitized by Google

2 Quid ſi penſionem ſolitam Clerico concedi; poſſideat. Negat Gonzal. *in ſede allegata per* D. Reg. Noſtrum *num.* 13. Dian. & alii *apud Bordon. Controv. Moral. cap.* 16. *Tit. de effect. profeſſ.* Ricc. *in Deciſ. Cur. Archiep. Neap.* 71. *nu.* 11. & *in Decis.* 172. *nu.* 10. *part.* 2. Cened. *in allegat. quæſt.* 4. *num.* 32. & Genuenſ. *in Prax. Cur. Archiep. cap.* 7. *num.* 7. *pagin. mihi* 71. Cùm penſio: à Beneficio Eccleſiaſtico; differat. Capyc. *in Decis.* 200. *nu.* 3. Felyn. *in cap. ad Audientiam. de Reſcript.* Leſſ. *de Juſtit. lib.* 2. *Tit. de Benefic. cap.* 34. *dubit.* 37. *nu.* 201. & Joan. de Sel-
3 va *de Benefic. part.* 1. *quæſt.* 3. Quorum opinionem, intelligit Barboſ. *loc. alleg. num.* 8., procedere in penſione: non excedente ſexaginta Ducatos Auri de Camera: Cum Bellet. *in indicat.* §. 8. *num.* 11.

4 Sed diſtinguit Diaz. *quæſt. Canonic.* 62. *nu.* 10. ut jam relata opinio; procedat in ſimplici penſione: non verò in Clerico poſſidente penſionem in Titulum. Sequitur Caball. *cent.* 3. *Reſol. criminal. caſ.* 124. Et approbat Rodoer. *loc. citat. num.* 7.

5 Indiſtinctè tandem, pro Clerico; tenent Armendariz. *in Recompilat. Leg. Navar. in addit. lib.* 2. *de For. compet. n.* 5. & 7. De Pont. *in Cons.* 19. *vol.* 2. *nu.* 25. Alterius *lib.* 1. *de Cenſur. Disput.* 16. *cap.* 1. & *lib.* 5. *Disput.* 20. *cap.* 1. Lazart. de Alcavala *cap.* 29. *num.* 24. Mart. *de Juriſdict. part.* 2. *cap.* 32. *ex num.* 45. *pagin. mihi* 237. Vilar *del Patronado di Catalajud part.* 4. §. 3. *nu.* 12. Campanil. *in divers. Jur. Canon. Rubric.* 4. *cap.* 6. *num.* 5. & *Rubric.* 9. *cap.* 8. *num.* 17. Portul. *in tract. de las competencias de las Juriſdictiones. quæſt.* 3. *num.* 20. & Thor. *in Compend. part.* 1. *verb. Clericus penſionem*: id extendens, *ibid. verb. Clericus qui à Rege*, in Clerico; qui ex Regia nominatione, penſionem obtinuit. Etenìm etsì penſio, appellatione Beneficii, non veniat; benè tamen beneficio æquiparatur: & cùm pars ſubſtantialis Beneficii, ſit; multotiès ipſius loco, capitur. Mart. *loc. allegat. qui num.* 46. ſic pluriès, à noſtris Tribunalibus; judicatum dicit.

6 Traditum quoquè, procedere dixeris in Clerico; qui Præſtimonium, ſivè Fatanſiam, poſſidet: quia Beneficii; comprehenditur appellatione. Ricc. *Reſolut.* 327. *num.* 2. *verſic. ſufficeret ſecundò.* Ludoviſ. *in Decis.* 54. *num.* 1. Creſcent. *de Conceſſ. Præbend. deciſ.* 8. Pariſ. *de Reſignat. Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 1. *ex num.* 123. & Garſ. *loc. citat. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 117.

7 Modò tranſeamus ad alia; indicat Gizz. *hoc loco nu.* 4. ſequutus D. Reg. noſtr. *in Decis.* 173. *num.* 30. Bullam Beneficii ſatìs non eſſe, ad probationem clericatus: ad finem obtinendi Cauſæ remiſſionem; ad Judicem Eccleſiaſticum. Vidè in contrarium poſita, per Maſull. *ad Capyc. in Deciſ.* 81. Gramm. *in Decis.* 81. De Graff. *de effectib. Clericat. in Prælud. nu.* 221. & per Maſcard.
8 *de Probat. Concl.* 1233. *num.* 3. Et illud patet; eandem de per ſe, Forjudicationis ſententiam impedire: teſtibus De Franch. *in Deciſ.* 329. & Scialoya *in Prax. cap.* 11. *num.* 16.

9 Obſerva *nu.* 36. Clerici depoſitionem: abſquè Epiſcopi, ſive ipſius Vicarii, licentia: coràm Judice laico receptam ſubſtineri; probant idem ada muſsìm Bellett. *in adduct. Disquiſit. part.* 1. *Tit. de Cler. teſt.* §. 1. *nu.* 1. Hodiern. *ad Surd. in Decis.* 129. *num.* 3. Xamar. *part.* 1. *rer. Judicat. Definit.* 17. *num.* 32. Ann. *in ſin-*
10 *gular.* 128. & Sanfelic. *in Decis.* 262. *tom.* 2. ſed contradicunt Viſcont. *in verb. Clericus ſi de facto.* Folter. *in Rit.* 144. *pag.* 83. & De Angel. *ad Foller. in Tit. de Episcop. & Cleric. num.* 9. quia Clericus abſquè Epiſcopi, vel Vicarii licentia; coràm laico Judice, teſtificari non valet. Genuenſ. *in Prax. cap.* 42. *nu.* 4. Gratian. *tom.* 5. *Discept.* 910. *num.* 17. Campeg. *de Teſtib. reg.* 91. 296. & 297. Cizzius *Discept.* 168. *num.* 7. Maſcard. *tom.* 3. *Concl.* 1364. *num.* 61. & De Graff. *loc. allegat. effect.* 10.

11 Ulteriùs Tyro; Obſerva: non eſſe verum aſſertum à D. Regente Noſtr. licentiam Vicarii, ſuper depoſitione facienda per Clericum, coràm Judice laico: non ſubſcribi ab ipſo Vicario; hujus Civitatis: ſed tantùm ab Actorum Magiſtro: Etenim Praxis, digitotenùs; in dies contrarium demonſtrat. Ipſiſſima verò verba licentiæ; talia ſunt: *Concedatur petita licentia ſupplicanti, ſe examinandi in ſupradicta Cauſa merè Civili tantùm, & ſuper Articulis non concernentibus alicujus Infamiam, negativam, vel repulsam*, & adhibita priùs ſubſcriptione Vicarii; poſtremò ab ejuſdem Curiæ Actuario ſubſcribitur.

12 Et tandèm, adiiciam unum: Clericum excomunicatum, interdictum, vel ſuſpenſum: haùd à Judice laico; cognoſci poſſe: eiquè ad ſuum tribunal remiſſionem competere: probat affabrè De Graff. *Effect.* 1. *nu.* 641. quem ſequitur Barboſ. *loc. indicat. Allegat.* 8. *num.* 19.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE LXXIV.
#### *SUMMÆ.*

1 Deciſionis, & Rit. 65. & 235. *referuntur ſequaces, & expoſitores.*
2 *Forjudicationis ſententia: ex quo contenta in citatione; non fuerunt ſervata: quandò nulla ſit,*
3 *Amici, & Vicini: qualitèr antè forjudicationis ſententiam; citandi? Adverſùs* Danz.
*Et Agnati? Declaratur determinatio apud* Sarn. *nu.* 4. & 5.
6 *Armantes, per Campaneam; pro Forjudicatis habentur; licet ſententia; talitèr declarati, non ſint.*
7 *Agnatus, vel Cognatus: nùm valeat dicere de nullitate; ſententiæ Forjudicationis: Reo, Vinculis non detento?* Gizz. *ſcribit contrà* Franch. *quem defendunt* Maſtrill., Danz., & Epiſc. De Afflict. *num.* 8.

1 AD ornatum primæ partis præſentis *Deciſionis*, & *Rit.* 65. & 236. videantur prolixè tractantes Caravit. *in eod. Rit.* 235. & ibi Tap. *in lib.* 1. *Jur. Regn. Tit. de Episcop. & Cleric.* D. Petr. *in cit. Rit.* 65. & 235. Mart. *de Juriſdict. part.* 2. *cap.* 31. De Palm. *penès Prat. in Reſpons.* 47. *num.* 55. idem Prat. *ad Muſcatell. in Prax. Gloſſ. Competentes, ad num.* 13. & *lib.* 2. *Diſcept.* 35. *num.* 20. D. Reg. Noſter *in Deciſ.* 172. Graff. *de Effectib. Cleric. effect.* 1. *num.* 1259. De Franch. *in Deciſ.* 189. & 329. Sanfelic. *in Deciſ.* 7. & 10. *tom.* 1. & *in Decis.* 260. & 277. *tom.* 2. Rota *in Floril. concluſ.* 21. Bellug. *in ſpecul. Princip. Rubric.* 11. §. *videamus.* Capyc. *in Deciſ.* 161. & *ibi* Proſp. Petra. Grammatic. *in Decis.* 81. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 27. Squillant. *de Privileg. Cleric. cap.* 15. Salgad. *De Reg. Protect. part.* 1. *cap.* 1. Urries *de Clericat. Cognit. part.* 1. Caput. *de Regim. Reipubl. cap.* 1. Victoria *in Relect. de Poteſtat. Eccleſ. ſect.* 7. Fragoſ. *de Regimin. Reipubl. part.* 1. *lib.* 2. *Diſput.* 4. §. 4. Oliban. *de Jur. Fiſc. cap.* 2. Bovadill. *lib.* 2. *Politic. cap.* 18. Gayll. *in Obſervat.* 37. *lib.* 1. Decian. *De Poteſtat. ſecular. ſuper Eccleſiaſtic. perſon. Regul.* 2. *in ultim. part.* Cutell. *de Immun. Eccles.* Garz. *de Nobilit. Gloſſ.* 9. *ex num.* 28. & Caſſan. *ad Conſued. Burgund. rub.* 1. *Artic.* 5.

2 Agitur hìc potiſſimùm: quandò Forjudicationis ſententia; nulla ſit exquò, ſollemnitas debita: in citatione ſervata non fuit: nequè in relatione Nuncii. Qua de re videndus eſt D. Merlin. *Controverſiar. Forens. tom.* 2. *cap.* 39. Et ſequitur *hunc locum* Danz. Cujus meminit Sarn. *in Prax. Crimin. cap.* 14. *de Forjudicat. num.* 28. & 29.

3 Ami-

Digitized by Google

3 Amicos, & Vicinos: ſat eſſe, in Forjudicationis ſententia, per edictum citari; indicat D.Reg.noſter *n.* Contrarium videtur ſuadere Danza *loc. praalleg. nu.*35. in illis verbis, *debebant enim ſpecialitèr, & expreſſè citari Amici, & Vicini.* Sed pro D. Reg.noſtro; ſtant Scialoya *de Forjudicat.cap.*11.*n.*4.D.Merlin.*loc.indicat. n.*23. & D.Rocc.*de Offic. Rub.*15. *de Offic. Commis.General. num.*175. Idquè procedere: etiam in Agnatis abſentibus;dicit De Sarn.*loc. citat. pagin.*133. referens ci-
4 tatiònem Eleonoræ de Leonardo, detruſæ in Monaſterio Sanctæ Claræ Civitatis Sueſſæ, filiæ Joannis (de cujus Forjudicatione agebatur) per edictum executam, fuiſſe admiſſam. Tu verò exemplum hoc ultrà caſum ſuum: nè extendas. Etenìm illud, eſt certum: Conſanguineos, & Affines; ſingularitèr citandos eſſe: ut ex Rovit. probat D. Reg. noſter *nu.* 22. & Merlin. *loc. alleg. num.*21. ſpecies verò ſuper qua facta eſt determinatio, apud Sarn., erat Armationis per Campaneam; & ſeditionis: qua occaſione, nullus ordo in Forjudicationis ſententia; conſiderandus veniebat: dum pro
5 Forſjudicato; habebatur: licèt ſententia; talis declaratus, non extitiſſet. Capiblanc. *in Pragm.* 8. *part.*2. *nu.* 128. *& seq. de Baronib. tom.* 1. Rovit. *in Pragm.* 12. *num.*5. *de Exulib.* & Rocc.*ubi sup. num.*180. Benè verum eſt: quòd Agnatus, degens extrà Regnum; ſingularitèr non citatur: ut advertit Gizz. *hoc loc. num.*7.
6 Et probaverant Tap. *in Decis.S.R.C.* 50. & Merlin. *in adduct. cap.*39. *nu.*20. *&* 21. Et dixit noviſſimè Sarn. *eod.adduct.loc. in vers.& quandò citatur.* Quod etiam; procedit: ſi Agnati, & Cognati; ignoti ſint: cum eo caſu, licèt in Regno reperiantur; tamquàm incerti ſufficit: ut per proclama citentur. Scialoya *in alleg. cap.*11.*num.*4. & optimè D. Rocc. *loc.citat. num.*178. *&* 179. *& in Respons.*92. *nu.*14. *tom.*2.

7 Tradit Gizz. *nu.*2. Agnatum, vel Cognatum: Forjudicato vinculis haùd mancipato: non valere dicere de nullitate ſententiæ Forjudicationis: quamquàm ex eiſdem Actis appareat: contrà *Deciſionem* De Franch. 688.Quam,tamquàm emanatam,nō juxtà Juris Regulas; numquàm fuiſſe ſervatam: ex Rovit. ſubdit, & ſcribit Danz. *tom.*1. *de Pugn. Doctor. Tit. de Forjudic. cap.*1. *num.*28. fuiſſe in Regia Viſitatione inquiſitum contrà Laurentium Foglia, Auditorem Lucerinum:ex quo, Agnatum audivit ſuper Nullitatibus propoſitis; adverſus Forjudicationem:Reo in fortiis, non exiſtente.

8 Sed urget in contrarium Maſtrill.*in Decis.Sicil.*161. *num.*17. qui ſic ſervari in Regno ſuo;ſcribit:ipſumquè ſequitur Danz. *loc. paulò antè adducto ex nu.* 24. *ad* 28. Idquè, rei Judicatæ authoritate, fundans, tranſcribendo etiam Proviſionem, quandam Regii Collateralis Conſilii: ſubdens, *intantum quod quaſtio iſta eſt ſopita*, & hanc ſententiam ſequitur Epiſcop. De Afflict. *Controv. Jur. Resol. cap.*11. *num.*8.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXV.

### *SUMMÆ.*

1 *Homicida: nè dum tenetur ad pœnam: ſed ad intereſſe etiam, lucri ceſſantis.*
*Cujus intereſſe, actio ad hæredes, & contrà hæredes; porrigitur.num.*2.*&* 3.*& Fisco præfertur.*
*Si plures sunt delinquentes; insolidum tenentur: etſi ab inquiſitione; abſoluti ſint nu.*4.
5 *Judex, ex officio, poteſt damnare vulnerantem, ad Intereſſe partis.*
6 *Intereſſe, ex causa illati vulneris: Nobilibus, non reficitur.*
7 *....non reficit hæres: ex causa illius delicti, morte puniti.*
*Quid, ſi ea de cauſa, reus ad Triremes, damnatus ſit? num.*8.
*Vel homicidium, commiſerat, provocatus ad pugnam? num.*9.
*Honoris causa. num.*10.
*Conſervationis bonorum num.*11.
12 *Moderamen inculpatæ Tutelæ: quomodò dicatur.*
13 *Doctor,non provocat: nec provocatur ad Pugnam.*
14 *Doctoratus, cum diſpenſatione Ætatis, præfertur in Senatu, Collegam ſuum: qui abſquè Ætatis venia, poſt ipſum, Lauream fuit conſecutus. Reiicitur* Gizz. ex Recch.
15 *Scholaris qua ætate,doctoretur: ad Terminos.* Pragm. 7. §.5. de Scolar. Doctorand. *Reiicitur* Gizz.

1 HOmicidam: nè dum ad pœnam, verùm etiam ad intereſſe partis, expenſarum: ſcilicèt erogatarum in Medicinis, & aliis, occaſione ulneris erogatis, & lucri ceſſantis, teneri ſtatuit D. Reg. noſter *hic nu.* 1. Probant fuſiùs aſſumptum Paſcal. *de Virib. Patr. Poteſtat. part.* 4. *cap.*3. *nu.*38. Ludovic. *in Concl.* 39. Wlpell. *de Pac. quæſt.* 64. Navar. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.*57. Sanch. *in Conſil. part.*1. *lib.* 1. *cap.*4. *dub.*2. Dian. *part.* 2. *Tract.* 6. *miscell. Resolut.*53. Barthol. à Sanct. Fauſt. *de Reſtit. quæſt.* 2. *Disput.*25. Villalobos *Tract.* 11. *Diffin.*27. Bonacin. *de Reſtit.Disput.*2.*quæſt. ultim. sect.* 2. *punct.* 1. *num.*6. De Petr. *in Cons.*29. & noviſſimè De Luc. *ad Franch. Observat.* 460. *num.* 1.
2 Quarum petitionis actionem, ad hæredes tranſmicti; tradunt, Bonacin. *loc.citat. punct. ultim. num.*2.Solon *in secunda secunda quæſt.* 62. *Artic.* 2. *Controv.* 7. Filuc. *in Tract.* 32. *cap.*8. *quæſt.* 5. & videſis Roſſignol. *ad Clar. in §. Homicidium num.*75. *verſic. etſi hæredes.* & Dian. *in adduct. Tract.* 6. *Resol.* 54. *& ead. part.* 2.
3 *tract.* 5. *Miscell. Resol.* 22. Et contrà hæredes Martin. Navar.*part.*2.*Decret.in* 5. *Præcept. Decal.cap.*15. *n.*25. Etiam ſi ulnerans; ab inquiſitione, fuiſſet abſolutus. Marant. *in Prax. part.* 4. *Diſtinct.* 1. *numer.* 5. *&* 20. & Cavalcan. *de Vsufr.sub num.* 232.Et ſi plures delin-
4 quentes, ſint; omnes inſolidum teneri, firmat ex *l. non Vulgaris. §.fin. verſic.ſi duo.ff.de Furt.* Afflict.& Urſill.
5 *in Decis.*215. Judicemquè ex Officio,ad illas condemnari poſſe; voluit De Franch. *in Decis.* 333. *num.* 5. quem ſequitur Viſcont. *in Decis.* 464. ſed vide Prat. *tom.*4. *Discept.*14. & De Luc.*in Obs. ad cit.Decis.*333. *num.*5.
6 At reſtringit firmatum, Corbul. *in lib.*1. *quæſt.*31. *Artic.*3. *vers.notetur:* ut procedat; cum ignobilibus, & vulgaribus: eo fundamento jacto:.Nam Nobiles, damna, de quibus ſcribimus, condonant faciliùs. Concurrit in idem Sanchez *in adduct. loc. dub.*12. *num.*6.
7 Quòd eadem concluſio, locum non habeat adverſus hæredes puniti ob commiſſum delictum morte:optimis rationibus, fundat Leſſ. *de Juſtit. lib.* 2. *cap.* 9. *Dub.* 22. *num.* 139. ſecùs in condemnato ad Triremes:
8 quem teneri ad intereſſe partis, dixit Sarn.*in ſua Prax. Criminal. cap.*20.*de Condemn.pro Delict.*Cui, licèt contradicant nonnulli: quorum memor fuit D. Reg. noſter *num.* 4., & De Luc. *in alleg. Observ.* 460. *num.* 3. apertiſſimè illius ſententiam,probant Coſta. Capiblanc. Maſull. & Paſcal. in ſedibus indicatis per D.Reg. noſtrum *num.*7. Andreol. *in Controv.*269. Sanfelic.*in Decis.*226. Vermigliol. *in Cons.*263. & ità per Reg.Collaterale Conſilium deciſum, de Anno 1661. contrà Franciſcum Bernacca, tradit Reg. Ant. Capiblanc. *in Addit. in corpore ad Tract.de Baronib.Joan.Franciſc.genitoris sui tom.*1. *Pragm.*6. *num.*105. Et certiùs, ſi ea condemnatio extraordinaria, proceſſit non ex defectu probationum: ſed ex cauſis conſideratis; ordinariam pœnam minuentibus: ut pluriès deciſum fuiſſe, dicit idem

Digitized by Google

idem Reg. Anton. *ibid.* Id comprobans ex traditis per De Franch. *in cit. Deciſ.*333. *ſub nu.*6. *&* 460. ac per D.Reg.noſtr. *hoc loco.* At ſi à pœna ordinaria, recederetur: quia Teſtes producti, eſſent Fœminæ, vel Minores, ſivè probationes, Paterentur, aliquam imperfectionem quæ in judicio Civili, conjungi poſſent. De Luc. *loc. cit. antè num.*4. Eam verò imperfectionem, non impedire: quin condemnatus ad Triremes, transmictatur: quia publico ſervitio, confert; ſcribunt Caball. *caſ.* 146. & Guaz. *ad Defenſ. Reor. Defenſ.* 6. *cap.*1.

9 . Nec poſita concluſio procedit, contrà provocatum ad pugnam: etiam ſi in defenſione, modum exceſſiſſet, & provocantem, interfeciſſet: is enim, provocationis attenta cauſa, ad intereſſe non tenetur: quia per provocationem condonaſſe videtur, tribuendo provocans poteſtatem provocato, ut ad ſui defenſionem; ipſum interficere, valeat: ut *Deciſum* legitur *hic nu.* 23. & optimè firmant Sanch. *in cit. Conſ.part.*1. *lib.*1. *cap.* 4. *dub.* 10. *num.* 4. Barth. à Sanct. Fauſt. *in alleg. diſput.* 25. *quæſt.*8. Azor. *tom.*3. *lib.*5. *cap.*3. *quæſt.* 7. Bonacin. *loc. indicat. num.* 2. Dian. *in adduct. Reſol.* 53. De Luc. *in cit. Obſ.*460. *num.*4. & plenè Maſcard. *de Probat. tom.* 2. *Concluſ.* 1131. & in Homicida aggreſſoris ſui, cum moderamine inculpatæ tutelæ, tradunt perbellè Achill. Pedroch. *in Conſ.*36. *nu.* 340. Jacob. Airer. *de Homic. neceſſ. part.*1. *ex num.*382. Maſcard. *loc. cit. nu.*29. Laurent. de Palazolis *in Conſ.* 43. *inter Conſil. crimin. Capol.* Gomez. *tom.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 20. Molin. *de Juſtit. tom.*4. *Tract.* 3. *Diſput.*11. Lel. Zech. *de Caſib. Reſervat. caſ.*13. *de Homicid. verſic. quartò fallit.* Chriſt. de Paz. *ad Leg. ſtyl.* 58. *ex n.*2. Covarr. *in Clement. ſi Furioſus, part.* 3. *§.unic. num.*1. Ricc.*part.*4. *Collect.*792. Cardoſo *in Prax. Judic. & Advoc. verb. Homicidium num.*5. Græv. *in Pract. Camer. Imperial. lib.*2. *Concluſ.*110. Gambarupt. *de Caſib. Reſervat. verb. Homicidæ voluntarii num.*7. In Homici-

10 dio commiſſo, ex cauſa defenſionis bonorum: quæ ad vitam ſunt media; probant adamuſsìm eandem ſententiam, Sot. *de Juſtit. lib.*5. *quæſt.*1. *Articul.* 8. Cardoſ. *loc. citat. nu.*8. Molin. *in cit. Tract.* 3. *Diſput.*16. *num.*1. *verſic. contrarium.* Gregor. de Valentia *tom.*3. *diſput.* 5. *quæſt.*8. *punct.*4. *dub.* 3. Craſſ. *Commi. Opin. tom.*2. *lib.*9. *Tit.*10. *nu.*13. & Covar. *in cit. §. unic. n.*6.

11 idem in Homicidio commiſſo, ex cauſa Honoris, placuit Zecch. *in adduct. caſ.*13. *verſ. ulteriùs dubitatur.* Azor. *Inſtitut. Moral. part.*3. *lib.*2. *cap.*1. *quæſt.*16. Prat. *in Reſponſ. Crim.*24. *num.*71. & D. Conſil. D. Carol. Petr. *tom.*1. *Rit.*5. *num.*19.

12 Quomodò dicatur moderamen inculpatæ tutelæ? cum Sayro Reſpondit D. Reg. noſter *num.*26. Tu verò videbis prolixiùs tractantes Azòr. *loc. citat. quæſt.*2. Galb. *de Omn. Gener. Homicid. nu.*44. Chrico *Comm. opinion. tom.* 2. *lib.*9. *Tit.* 10. *num.*13. *verſ. ſed primò.* Chriſtoph. de Paz. *in cit. l.*58. *nu.*5. Græv. *in alleg. Concl.*110. *conſid.*1. *ex num.*9. & Rebell. *de Obligat. Juſtit. part.*1. *lib.* 3. *quæſt.*12. *num.*7.

13 Hoc die, interrogatus fui: num Doctor provocatus ad Duellum, abſquè infamiæ nota, illud recuſare valeat. Reſpondi affirmativè, & addidi: nec ipſum, alium provocare poſſe Put. *de Re Milit. Tit. quand. Armig. provoc. Doctor. lib.*6. *ex nu.*3. *pagin.*402. *tom.*16. *Tract.* Mut. *De Duell. lib.*3. *cap.* 6. Jacob. del Caſtil. dictus de Villa Sancta *in ſimili Tract. lib.*1. *cap.*3. *nu.*12. Recch. *in Gloſſ. ad Privileg. Alm. Colleg. part.* 1. *verſ. modum verò. §.*4. *nu.*64. & noviſſimè Januar. Stantion. *in ejus vol. non dum typis edito, del Duello. lib.* 1. *cap. ultim. verſic. Per fine. pagin. Mihi* 39. *&* 40. Quo loco, veriſſimam concluſionem iſtam, limitat in illo, qui Armorum etiam profitetur uſum.

14 Tandèm pro coronide, non præteribo Gizzium, *nu.* 12. ſcribentem Doctorem, qui doctoratus Lauream, antè 21. Annum completum, cum Regia diſpenſatione, eſt conſecutus: non præferri illi, in Almo Collegii Senatu, qui abſquè ætatis venia, Lauream deindè adeptus fuit: niſi realitèr interìm ad Annos 21. pervenerit, idquè ad ſuos uſquè Dies tractatum, in alienis codicibus non inveniſſe, aſſerit. *num.*11. Sed contradixit Recch. quem fortaſsè ultrò non legit *in adduct. Gloſſ. part.*1. *§.*4. *pagin.* 107. *ſub nu.*47. & Praxis ejuſdem Almi Collegii, admittit: quo hoc tempore Senatorum ferè major pars, ætatis venia obtenta, à Collaterali Conſilio, Lauream doctoratus, conſequuti fuerunt: & tamèn præferuntur poſterioribus Doctoribus, etsì in perfecta ætate interìm graduatis: turpè enim eſt dicere, Rex Me Doctorem fecit, non Vigiliæ meæ. Recch. *loc. allegat.* Noviſſimè verò D. Vincent. Brilla *in ſuo Promptuario Juris Neapolitani*, poſt hæc ſcripta in lucem proditus. *Tit.*19. *cap. un. à num.*16. latiſſimè pro Gizz. depugnat. Cujus ſententiam; fateor veram: ubi quis per fraudem, & ſinè diſpenſatione, antè deſtinatam ætatem; Lauream ſit adeptus. Tunc enim, licèt fortaſsè valida eſſet promotio; illa quidem certè tertio non officeret: ad ea, quæ idem tradit, *num.*30. *& ſeq.* ac præſertìm *nu.*38. *in fin.*

15 Nec veritate pollet Gizz. aſſertum: Ætatem, pro Doctoratu, *Pragm.* 7. *§.*5. *de Scolarib. Doctorand.* Annum 21. completum, expoſcere: Etenìm, ſic in illa diſponitur, *Neſſuno ſi poſſa Graduare, ſe non havrà l'Età di Ventuno Anno*, & Regula eſt, Annum inceptum, in favorabilibus, haberi pro completo. *l. ad Rempublicam. ff. de Munerib. & Honor.* Odd. *de in Integr. Reſtit. part.*1. *quæſt.* 2. *artic.* 8. Cancer. *lib.*2. *Reſolut.*1. *de Minorib. nu.* 102. Reg. Sanfelic. *in Deciſ.* 209. Marant. *lib.*4. *Reſponſ.*46. Bottilier. *de Succeſſ. ab Inteſtat. theorem.*35. *num.*3. Paſcal. *de Virib. Patr. Poteſtat. part.* 1. *cap.*9. *nu.* 33. *& ibi* Prat. qui in *verſic. quod autem*, ſic Deciſum dicit, ipſaquè Almi Collegii Obſervantia, in dies demonſtrat: attingentes Vigeſimum primum Annum, graduari, extantquè ſuper ead. Pragm. latiùs tradita per D.Reg.Florill.& D. Judic. Mareſc.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXVI.
### SUMMÆ.

1 *Carceris nomenclatura: quo pacto, ſumpſerit Ethymologiam? Diſſident* Iſidor., *&* Calepin. *à* D.Conſil.Petr.

2 *Carcer: Cur introductus?*

3 *Carceratus; qui fracto carcere aufugit: qua pœna plectatur? & num.*8.

*Quid, ſi frangere tentaſſet?*

*Vel in detento, pro Cauſa Criminali? num.*4. *Laudatur* D.Laurentius Caſaburus Urries.

*Aùt, ſi Carcere aperto, reperto, exiiſſet? nu.*5.

6 *Vaſallus, qui Baronali carcere fracto, ad M. C. V. aufugit: non punitur?*

7 *Carceratus injuſtè, poteſt, fracto pariete, à carceribus aufugere. Defenditur* Menoch. *à* D. Regent. Noſtro.

9 *Eximens carceratum, pro debito Civili de manu Familia Curiæ: qualiter puniatur?*

*Refertur lapſus* Caravit. *&* De Palm.

*Item* D. Regentis Noſtri, *& aliorum: ex* Summont. Coſt. Roſ. *&* Caſtald. *atque ejuſdem* Summont. *num.* 10.

11 *Creditori adverſùs eximentem debitorem, de manu Familiæ Curiæ; competit actio, pro debito.*

12 *Cre-*

Digitized by Google

12 *Creditor, cui ſatisfactum eſt ab eximente carcerato: num Jura ſua cedere, teneatur?*
*Quid in carceris Cuſtode? num.* 13.
14 *Carceratus, qui fractis carceribus, vel de manu ſatellitum, aufugit: an Eccleſiaſtica gaudeat immunitate!*
15 *Fractor carcerum: quandò appellet?*

1 CArcer, vèl à coercendo Ethymologiam ſumpſit: juxtà Iſidor. effatum *in lib.* 5. *Origin.* & Calepin. *in verb. Carcer.* vel à carendo, & Cœlo: ut ſit idem carcer, ac locus; Cœlo carens, aeris aſpectu, ac Sole jucundiſſimo: ac tradita per D. Petr. *in Rit.* 40. *num.* 1. Mala manſio eſt. *l. apud Labeonem §. quæſtionis. ff. de Injur.* & dixerat Prat. *in Reſpons.* 20. *num.* 1. Sivè Urbanus, ſivè Caſtrenſis, ſivè Ruſticus; ſit: De quibus Lipſ. *ad Tacit. in lib.* 1. *Annal. pagin. mihi* 75. *& lib.* 3. *pagin.* 155. *& ſeq.* muniunt illum Saluſtio teſte: undiquè parietes, atquè inſupèr Camera lapideis fornicibus juncta: ſed inculta, tenebris, & odore; fœda, atquè terribilis ejus facies eſt. Inde nè dum ad reorum
2 cuſtodiam introductus fuit: *l.* 1. *C. de Cuſtod. Reor. & l. aut damnum. §. ſilent ff. de Pœn.* Avendan. *lib.* 2. *de met. cap.* 46. *num.* 14. verùm etiàm ad pœnam *cap.* 3. *de Pœn.* Ugolin. *de Poteſtat. Epiſcop. cap.* 4. §. 12. *num.* 3. & Barboſ. *in ſimil. Tract. Alleg.* 107. *num.* 20.
3 Agitur hoc loco: qua pœna, plectendus ſit ille; qui fracto carcere, aufugit. Id Judicis arbitrio, remiſſum iri; ſcribit D. Reg. noſt. ſequitur nominatim Deciſionem D. Petr. *in Rit.* 43. *num.* 7. *verſ. materiam.* Et procedere etiam, adversùs fracturam Carcerum tentantes; ait Genuenſ. *in Prax. Cur. Archiep. cap.* 50. Referens *ibidem* quoſdam carceratos, ex quò carceres frangere tentaverant: ultrà delicti pœnam; per eandem Curiam, fuiſſe ad remigandum damnatos. Additquè Grammatic. *in Vot.* 37. deciſum in perſonam quorumdam: qui fractis carceribus; non aufugerunt: quia impediti: Tormento Torturæ, traditos, faſſis Criminibus; laqueo fuiſſe ſuſpenſos: meminit Thor. *in Comp. part.* 1. *verb. carcerati pro Furtis.* & *part.* 2. *verb. carcerati conſpirantes,* refert duos, qui carceres M. C. V. frangere conſpiraverant: delictis eorum coacervatis; fuiſſe morti traditos; atque tortos: tamquam cadavera.
4 Item carceratum, pro occaſione criminali detentum qui fracto carcere, aufugit; haberi pro confeſſo, & convicto: tradit Tex. *in l. ſi Apparitor. C. de Cohortal. lib.* 12. *l. Milites Agrum §. ejus fugam ff. de re Milit. & in §. ſi quis verò accuſatus de Adulterio. Auth. ut nulli Judic.* Accurſ. *in l. in eos. verb. puniendi. ff. de Cuſtod. Reor. & in l.* 1. *verb. capite. ff. de Effract.* plenè Paul. Ghirl. *in Tract. de Relaxat. carcer. Tit. de fug. incarcer. n.* 12. Jo: Andr. id in Rot. Roman. diſputatum referens *ad Speculat. in Tit. de Præſumpt.* §. 2. *verb. Violentia.* Viv. *Commun. Opin. lib.* 1. *opin.* 119. Feliù *in ejus Margarita verb. fugiens. pagin.* 103. Joan. Thierry. *in Tract. de Fug. nu.* 11. *verſ. tertio niſi.* & latiùs Maſcard. poſt hæc ſcripta, viſus, *de Probat. tom.* 1. *Conclus.* 265. Qui *n.* 6. *&* 7. Hegeſiſtratū illum Eleum, cujus meminit Herodot. *in Calliope* Author Teatri Human. Vit. *vol.* 2. *lib.* 4. *fol. mihi* 358. *col.* 1. & Rev. Domin. D. Laurent. Caſabur. Urries vir Atavorum ſtemmatibus clarus: Virtute, & literarum gloria immortalis, *nelle Quattro Stagioni pagin.* 137. qui à Lacedemoniis in vincula conjectum: ferratis ſoleis victum, dimidium pedem, ut ſe compedibus eximeret præciſum: deceptis excubitoribus, ſubrupto muro; periculum aufugit. Atquè Ariſtomenem Meſſennium, ad ignem acclinatum: combuſtis vinculis, interemptis Cuſtodibus; clàm Spartam ingreſſum: affixis Calciæci Templo illorum ſcutis, inſcripto hoc Epigraphe: ARISTOMENES ILLÆSUS A LACEDEMONIIS EVASIT. libertatem priſtinam conſecutum: Polyæno teſte, *lib.* 2. & citat. Teatro *vol.* 7. *lib.* 2. *fol. mihi* 1744. *col.* 2. pro Reis confitentibus haberi.

5 Niſi carcere aperto; exiiſſet: etenìm is, pro confeſſo, & convicto; non habetur: etſi Judicis arbitrio puniatur: ad tradita per Boer. qui alios *allegat in Deciſ.* 215. *num.* 13. Et Ann. *in cap.* 1. *Tit. de Vaſall. decrepit. ætat.* deciſum refert unum ſingulare per S. R. C. Vaſallum
6 quemdam: qui fracto carcere Baronali, ad M. C. V. aufugit; illius cauſam ad eandem Baronalem Curiam fuiſſe remiſſam, cum carcerato: injuncto, ut de Juſtitia provideret, citrà pœnam fracti carceris: etenìm, fugiens ad ſuperiorem, frangendo carcerem; non punitur.
7 Quid dicam in injuſtè carcerato! Confutat Menoch. ſcribentem carceris parietem infringere; & impunè eundem aufugere valere: D. Reg. noſter *num.* 2. Sed pro Menoch. ſtant Boer. *in cit. Deciſ.* 215. *num.* 30. & De Marſil. *in Prax. crim. §. diligentèr. num.* 50. *verſ. nam hoc non credo*, & in *§. attingam. num.* 37. *verſ. item intelligo.* & quòd nè dum ei fugere liceat: ſed, & ad aliorum fugam cooperare; tradunt Leſſ. *de Juſtit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 5. *dubit.* 5. *num.* 18. 24. *&* 25. Covar. *Reſolut.* 2. *num.* 12. Domin. Sot. *de Juſtit. lib.* 5. *quæſt.* 6. *artic.* 4. Grammat. *in Conſ.* 51. *num.* 5. *&* 6. & *alii* apud Rebell. *de Obligat. Juſtit. lib.* 1. *quæſt.* 12. *ex num.* 3.
8 Eandem pœnam arbitrariam, applicandam eſſe: attento facto, & qualitate perſonæ: adverſus carceris effractorem, pro debito Civili detentum probant Laganar. *ad Rovit. ad Pragm. in Rubric. de Carcerat. n.* 3. & De Luc. *ad Franch. in Obſervat.* 442. *num.* 2. Idquè etiàm pro-
9 cedere in illo: qui carceratum, ex cauſa æris alieni, è manu Familiæ Curiæ, exemit: dixit Cagnol. *in l.* 1. *§. is videtur. num.* 27. *ff. ſi quis Jus dicend. non obtempt.* cujus meminit Menoch. *de Arbitr. judic. caſ.* 583. *num.* 2. Et probant Boſſ. *de Captur. num.* 15. *& de Carcer. num.* 7. De Marin. *ad Reverter. tom.* 2. *Obſerv.* 383. *num.* 1. Rodoer. *ad De Marin. Reſol. lib.* 1. *cap.* 115. *num.* 27. & Conſil. Rocc. *de Offic. pagin.* 361. *num.* 18. *&* 19. Undè damnatum quempiam, pro tali delicto convictum, ad exilium per biennium; refert Viv. *in Deciſ.* 93. Et legitur apud Thor. *in Comp. Deciſ. part.* 3. *verb. eximens carceratum.* Et De Franch. deciſum dicit: ſuo ævo, fuiſſe applicatam pœnam relegationis, Nobili, & Plebejo Triremis: refecto partis intereſſe. *in cit. Deciſ.* 442.
10 Hac ſumpta occaſione; memorat D. Reg. noſt. *num.* 14. Regni hujus florentiſſimi clavum ſubſtinente D. Petro de Toleto: tres Juvenes Nobiles ſedilis Portæ Novæ, qui quemdam, pro debito civili carceratum, de manibus ſatellitum exemerunt; fuiſſe jugulatos à quodam ejuſdem Proregis mancipio; & per pedes ejus cadavera tracta in Platea Caſtri Novi: ſepulta tandem in Capella, intus Caſtrum prædictum: nullumquè ex Judicibus M. C. V., ſuum in ea ſententia calculum præbuiſſe; dicit, Referunt etiam id Capac. *in ejus lib. inſcripto il Foraſtiero Giornat.* 6. *pagin.* 462. & D. Conſil. Petr. *in Rit.* 161. *num. ultim.* notans ex D. Reg. noſtro Caravitam errore lapſum: dum hoc, ſub Duce de Alcalà eveniſſe, ſcribit: ſequitur Caravitam Honuphrius de Palma apud Prat. *in Reſpons. crimin.* 49. *num.* 27. At ſub Prorege Toleto id D. Reg. noſter, contigiſſe, ex Ulloa: dum hac in fideliſſima Civitate tumultuabatur, de introducenda inquiſitione; ſcribit rectiùs: tradens Antonin. Caſtald. *in ejus Hiſtor. quæ manuſcripta circumfertur lib.* 2. *ex pagin.* 91. *ad* 94. atquè Summont. *in Hiſtor. tom.* 4. *lib.* 9. *cap.* 1. *pagin.* 199. Fràciſcum Loffredum tunc Regiam Cancellariam Regentem, & S. R. C. Præſidem, noluiſſe tali ſententiæ ſubſcribere: Cujus opinionem licèt ſequutus fuiſſet Regens Jo: Martialis, tandem coactus, in contrariam partem ivit, ejuſquè authorem Scipionem de Summa, appellat Caſtald. Qui, id benè ordinare D. Petrum potuiſſe, affirmavit: tamquàm, ut ajunt, Capitanio à Guerra. Quod verè crudele nimis fuiſſe, exclamant,

Q De

Digitized by Google

De Angel. *in Prat. ad l. addictos. C. de Epiſcopal. audient. num.* 4. Sanfelic. *in Deciſ.* 44. *num.* 1. & Amendol. *ad De Franch. in cit. Decis.* 442. *num.* 4. Benè verùm Summont. *loc. allegat. pagin.* 196. non pro debito, hominem illum, à ſatellitibus captum, maluit: ſed exquò contumelias protulit in Regentem M. C. V. imò nec pauperem fuiſſe ſcribit: ſed Nobilem Plateæ Portæ Novæ, Ceſarem Capuanum nominatum. Et concurrit Coſto: qui ſe de re edoctum, aſſerit, ab ipſiſſimis mortuorum Agnatis, *nelle sue Annotat. pagin.* 154. *à tergo*: & Juvenes jugulatos, Jo: Aloyſium Capuanum, Ceſaris fratrem, Fabritium de Alexandro, de ſedili Portus, & Antoninum Villamari, Nobilem Siculum. At hos tres, etsì unum ex Nobili Proſapia Capuana, ſecundum de Alexandro, tertium deniquè, non de Familia Villamari: ſed de Nobili Genere ejuſdem ſedilis Portæ Novæ, de Saſſone fuiſſe, legitur apud Caſtald. qui rerum, quæ ſuo ævo in Patria curioſiùs vidit, poſterorum memoriæ tradidit: Infaſtumquè illorum Diem fuiſſe Vigeſimum Maii Anni 1547. hora decima ſexta, notat. Sed variat Mambrin. Roſeus *nella Hiſtor. del Regn. pagin.* 138. quem ſequitur Coſt. *in citat. loc. fol.* 155. infortunatos Juvenes illos adhuc adultos: non tantum Tres fuiſſe, verùm Quinquè: quorum duo Ceſarem Saſſonem, & Aloyſium Villamari, à Prorege Toleto gratiam obtinuiſſe, indicat Coſto: Jo: Aloyſium Capuanum verò, Antoninum Villamari, & Fabritium de Alexandro, à Mauro quodam ejuſdem Proregis, mancipio, jugulatos ſcribit. In illo certè Summont. & Coſt. fuerunt decepti: Carceratum namquè, non Nobilem, ſed quemdam obſcuri nominis pauperem, pro debito parvæ quantitatis, captum teſtantur Caſtald., Ulloa, D. Reg. noſter, De Palma, Petra, Roſeus, & cæteri ſupra laudati. Corpora deniquè jugulatorum, in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Monſerrato, contrà Caſtrum Novum, tumulata fuiſſe, rectè refert Summont. *eod. loc. pagin.* 200. Concordat Roſeus: & habui ex quadam memoria Incerti Authoris ejuſdem temporis M. S. & Romæ ſub Pontificatu Sixti V., quemdam famulum fuiſſe morti traditum, quia aſellum pro civili debito executum à manibus familiæ Curiæ exemerat; refert vidiſſe Farinac. *de Carcerib. & Carcerat. quæſt.* 32. *num.* 6.

11 Reficiendum, quoquè ab eximente carcerato pro civili debito, intereſſe parti, legitur in *l. quotiès. C. de Exactorib. Tribut.* Et comprobant latiùs Jaſ. *in l.* 1. *§. quòd Prætor. num.* 8. *ff. nè quis in Jus vocand.* Cagnol. *loc. citat. num.* 72. Guid. Pap. *in Decis.* 579. *num.* 1. & D. Conſil. Rocc. *in adduct. tract. de Offic. Rubric.* 14. §. 12. *num.* 19.

12 Suboritur dubium: an creditor teneatur illi, qui
debitum carcerati à ſe exempti ſolvit, Jura ſua cedere?
Reſolutivè dicas quod non, etenim in delictis; Jurium
ceſſio, eſt prohibita. Bart. *in l.* 1. *§. ſi plures ff. de eo*
13 *per quam fact. erit.* & in Cuſtode carceris cujus dolo
Carceratus aufugit; tradit latiùs Olea *de Ceſſion. Jur.
Tit.* 5. *quæſt.* 6. *ex num.* 16. quicquid ſentiant in contrarium
Alberic. & Menoch. apud Farinac. *tom.* 1. *quæſt.*
131. *nu.* 84. quorum dictum probaveris: quotiès
carceratus, cuſtodis negligentia accedente, aufugit,
ſequutus Oleam *eod. loc.*

14 Num verò carceratus, qui fractis carceribus, aut è ſatellitum manibus aufugit; Immunitate Eccleſiaſtica gaudeat; Adeas Conſil. Petr. *in cit. Rit.* 43. *num.* 9. & 13. Gambacurt. *de Immunitat. Eccles. lib.* 4. *cap.* 18. & Jo: Bapt. Mucc. *in quæſt.* 10.

15 Deniquè illud addere, non fugit: Delinquentem, qui carcere fracto aufugit; non appellare: Ant. Auguſtin. teſte *in Decis. noviſſ. Rot.* 1149. *numer.* 3. quia is habetur pro confeſſo, & convicto: ad tradita per Nos *ſup. num.* 4. Modò mancipatus carcere Judicis Decreto, in eum Juriſdictionem habente: aut principali, & valida inquiſitione tenebatur. Vel oſtio aperto, aquæ, ignis, aut ſimilis imminentis periculi, timore, etiam vi adhibita, non exiiſſet. D. Altimar. *de Nullitatib. Rubr.* 14. *quæſt.* 16. qui *num.* 15. nec concurrentibus his: carceris effractorem, in totum appellatione, & de nullitate dicere, privari: quin in caſibus, quibus confeſſus utitur, juvetur, concludit; quorum *in quæſt.* 11.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LXXVII.

### SUMMÆ.

1 *Stultus eſt reus: qui cùm poteſt aufugere; petit abſolvi.*

2 *Contumax, ſe defendendo, non auditur.* Annichin. *ſtat contrà* Caravit.

*Amplia: ut num.* 3. *&* 4. *limita, ut num.* 5.

6 *Contumacia: per intermediam perſonam; purgatur.*

7 *Pœna contumaciæ in Regno: qualis ſit? Et num.* 8. 9. 11. 12. 14. *&* 15.

*Defenditur* D. Carol. Rota, à Gizz.

10 *Refertur opinio* Danz. & aliorum.

13 *Contumaciæ; ſoluta pœna, firma remanet, quò ad delictum.*

16 *Pœna contumaciæ, in hac Civitate: quanta ſit?*

17 *Clericus contumax; Judici laico, pœnam non ſolvit.*

18 *Civilis contumax: qualitèr ſuam purget contumaciam: adverſùs* Gallup.

*& in quibus terminis; audiatur? num.* 19.

*Num Forum declinet? & quando? num.* 20. *&* 21.

*Quid, per in integrum reſtitutionem?* Gallup. De Marin. & alii *ſcribunt contrà* Odd. Cancer. & De Luc. *num.* 22. *&* 23.

24 *Manutentio, vaſallis denegatur, adverſùs Baronem: abſquè Tituli exhibitione.*

PLanta, nè à patrio ſolo evellatur, Naturæ miraculum,
in Baara, frequens legitur, apud Joſeph. *de Bell. Judaic.
lib.* 7. *cap.* 2. P. Nieremberg. *de la Oculta Filoſofia part.* 2.
*de la curioſa Filoſofia lib.* 1. *cap.* 25. *pag.* 24. & penès Du-
1 rant. *in Herbar. pag.* 62. *cap. de Baaras.* Stultũ indè Elia-
nus, vocat reum: qui cùm poteſt aufugere; petit abſol-
vi. Monitum ab Alcibiade Viro gnaro amplexatum:
ab Athenienſibus ad capitale Judicium vocato; de ma-
tre etiàm diffidente: quia fieri poterat, ut errore du-
cta, nigrum calculum, pro albo inferret, oſtendit, Plu-
tarc. *in Alcibiad.*

2 At reus citatus, non veniens ad Judicium reſponſu-
rus; contumax reputatur: ita ut, ſe defendendo in Ju-
ribus ſuis; non audiatur: Prat. teſte *in Reſponſ.* 43. *nu.*
6. quicquid ſibi Caravit. involvat; quem rationabili-
tèr carpit Annichin. ſequutus à Conſil. Petr. *in Rit.*
220. *num.* 9. & à De Luc. *ad Franch. in Obſ.* 271. *n.* 1.
3 nè dum in cauſa pro qua contumax fuit reputatus: ve-
rùm, & in aliis etiàm civilibus: ut habetur *in cit. Rit.*
220. Et probant Sanfelic. *in Prax. ſection.* 26. *num.* 8.
Prat. *tom.* 3. *Diſcept.* 20. *num.* 98. D. Petr. *loc. cit. nu.* 2.
Thor. *in Comp. part.* 2. *verb. contumax.* haùd refragan-
4 te: quod antè contumaciæ incurſum, lis cœpta fue-
rat. Prat. *in adduct. Reſponſ.* 43. *num.* 7. & De Luc. *loc.
indicat. num.* 3. Idquè ampliandum ex Urſill. putat
5 D. Petr. in contumacis ceſſionario. Quod intelligas: ſi
ceſſio, in fraudem facta ſit.

6 Purgata, verò, contumacia, licèt procuratoris interpoſita perſona: in Juribus ſuis audiri reum; indubium eſt; probatquè Caravit. *in Rit.* 211., quem ſequu-

ti

Digitized by Google

ti ſunt Proſp.Petr. *ad Capyc. in Deciſ.5.ſub nu.* 1. & D.
Carol.Petr.ejuſdem Proſperi nepos meritiſſimus *in cit.*
*Rit.*211. *num.*1.
7 At qualis ſit pœna contumaciæ, obſervandum ſuc-
cedit? Reſpondit D.Reg. noſt. virtute Conſtit. *Novem*
*Unciarum.* in Regno, eſſe Tertiam partem bonorum,
& concordat *Rit.* 132. verba faciens in criminali con-
tumacia: pro ut in civili *Rit.*133. accinunt Carleval.
*de Judic. lib.*1. *Tit.*1. *diſput.*2. *quæſt.*7. *ſection.*2. *num.*
849. Borrell. *in collect. Deciſ. Tit.* 46. *de Contum.*
*num.* 144. & alii apud D.Carol.Petr. *in cit. Rit.* 133.
*num.*1.
8 Sed Marant. ſummus practicus *part.*6. *membr.*2. *ſub*
*num.*9. dixit, de communi Curiarum ſtylo, in aliqui-
bus locis pœnam, de qua ſcribimus, redactam eſſe ad
Tarenum unum: & in aliis, ad unum Auguſtalem.
Propterea loci conſuetudinem ſervandam, concludit
D.Conſil.Petr. *in adduct. Rit.*211. *nu.*14. *in fin.* in quo
*Rit.*211. diſpoſitum lego: quod ſi quis pro Bannito fide-
9 juſſoribus datis de judicio ſiſti ſolutis Carolenis triginta
duobus, illum è Banno extrahi debere. Et Reg. Tap.
10 ſervari in noſtris ſubſelliis tradit, *in Conſtit.Clementiæ.*
mulctam Carolenorum decem.
11 Modò fas ſit audire Danz. in hunc modum loquen-
tem: *Nos verò hic ſervamus, quod quantitas contuma-*
*ciæ; ſolvitur ſecundùm qualitatem delicti, & perſo-*
*narum: non ultrà verò ſummam Carolenorum triginta*
*duorum, poſitam per* Caravit. *quandoquè decem vel*
*quindecim, vel viginti, aliàs triginta Carolenos: quan-*
*doquè triginta duos: & ultra triginta duos, non pro-*
*greditur.* Hæc ille *Tom.* 1. *de Pugn. Doct. Tit. de Con-*
*tumac. cap.*1. *poſt num.* 6. Et in idem concurrunt No-
var. *in Deciſ.*180. Scialoya *in Prax. Forjudic.cap.*1.*nu.*
14. *&* 15. Rota *in Florileg. Concluſ.*9. *nu.*31. & Ricc. *in*
12 *Collect.*3473. ſubditq; Danz. *recordor verò, tempore quò*
*erat Auditor Antonius Gargano, integerrimus: qui pro*
*purganda contumacia Joan.Baptiſtæ Mirra, Caſtri Gene-*
*ſtræ; juſſit ſolvi Ducatos ſex. Et audio in aliis Au-*
*dientiis, ultrà ſummam per* Caravit. *taxatam exigi,*
13 *male hoc ſervatur: Nam licèt contumacia purgetur ra-*
*tione Juris ipſius; tamen remanet firma quò ad deli-*
*ctum; & pœnam cumulat, ipſa contumacia.* Alberic.
in l.Senatus. num. 5. ff. de Accuſat. *Cùm contumacia;*
*delictum fictum dicatur: & proindè ſumma Ducati*
*unius, poſita per* Tap. *ſufficiens eſſet, ad illud compen-*
*ſandum: & ſemper Ego ipſum allegavi, & plurièс ob-*
14 *tinui. Verùm quandò Judex vellet rigorem ingredi, &*
*tractaretur de gravi delicto, vel de perſona diviti, vel*
*Fiſcus in neceſſitate eſſet; poſſet tolerari: ut major*
*quantitas Carolenorum decem; ſolvatur: dummodò*
*Triginta duorum non excedat.* Uſquè hìc Danz. quem
ſequitur Sarn. *in Prax. crimin. cap.* 26. *de Contumac.*
*num.*4. *fol.*194.
15 Cavendum propterea à Gizz. qui *n.* 7. à D. Regent.
*num.*25. & à Rot. *loc.citat. concluſ.*4. cavendum dixit;
conſtantèr affirmo. Etenìm, his temporibus, *citat.*
*Regn.Conſtit.* circà exactionem Tertiæ partis Bonorum;
receſſit ab Aula. Super quo nè te deterreat *Deciſ. præ-*
*ſens* ubi *num.*31. determinatum legitur, obſervandas
eſſe *Conſtitutiones Regni*, & *Ritus M. C. V.* eò quòd in
adduct. *Rit.* 211. pœna contumaciæ; eſt Caroleno-
rum triginta duorum: quæ ſucceſſit loco Tertiæ par-
tis Bonorum.
16 Nota unum. Neapolitanum contumacem in Crimi-
nalibus; ſolvere Carolenos decem Fiſco: & à Regente
M.C.V. in calce Memorialis mandari ſolitum; quod
fiat gratia contumaciæ reo, perſonalitèr comparente.
At ſi ad purgandam contumaciam non compareat
reus; tunc ejuſdem Tribunalis Fiſci Patronus, arbitrio
ſuo contumacem componit: ad tradita per D. Petr. *in*
*Rit.*233. *num.* 4. *&* 5. & Nos millièѕ ex Praxi in con-
tingentiis ſumus experti.

17 Clericus verò contumax, incurſæ contumaciæ, Ju-
dici laico; pœnam non ſolvit; ſtante illius incapacita-
te. Clar. *in §.fin. quæſt.* 36. *num.*5. Scialoya *loc. indicat.*
*Cap.*2. *num.* 31. Covar. *in quæſt.*33. *num.* 2. Danz. *loc.*
*cit. cap.*2. *ex num.*1. *ad* 5. Et ſi fortaſsè exacta reperia-
tur; reſtituitur. Grammat. *in Vot.* 27. Caravit. *in Rit.*
65. *num.*1. Farinac. *de Inquiſ. quæſt.*8. *n.*17. & Foller.
*in Prax. Crim. Rub. & audiantur excuſatores. nu.*39.
*circ.med.*
18 Poſtremò adverte. Contumacem civilem: refectis
expenſis; audiri: juxtà Tex. *in l. ſancimus* 25. *C. de*
*Judic.* tradunt Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 70. *num.* 3.
Sanfelic. *in Prax. sect.*38. *ex nu.*1. Scaglion. *ad Pragm.*
*Rubr. de Interpos. ſecund. Decret. num.* 14. & D. Petr.
*in Rit.*28. *nu.*9. quicquid ſibi Gallup. involvat, ean-
dem refectionem; non eſſe uſu receptam *in Prax. part.*
1. *cap.*5. *nu.*53., *& part.*2. *cap.*4. *n.* 22. in terminis ta-
19 men in quibus cauſa reperitur. Urſill. *ad Affl. in Deciſ.*
133. *n.*4. ex doctrina Innocent. *in cap. præterea. de dilat.*
Poterit verò opponere omnes Exceptiones; quas anteà
poterat: ſi præſens fuiſſet; & uſquè ad illum actum,
tacuiſſet: Ut in *Pragm.*5. *de Ordin. Judic.* Gallup. *loc.*
*alleg. num.* 38. excepta exceptione declinatoria Fori.
20 Afflict. *in Deciſ.cit.*133. Prat. ad *Muſcatell. Gloſſ. ve-*
*niens. col.*1. *verſic. ad num.*5. *part.* 2. *fol.*42. Novar. *in*
*Collect.* 69. *Pragm.* 1. *num.* 1. *de Contum.* Mangrell. *ad*
*Bartol. in l. de die.§.plani.ff. qui ſatiſd. cogant.* De Franch.
*in Deciſ.*417. *nu.*1. *& ibi* Ricc. idquè procedere, etiàm
ſi prima Contumacia, incuſata fuerit; deciſum refert
Motill. *in Prax. Tit. de Grad. citat. num.* 31. quod li-
mitandum dicit Carleval. *citat. loc. Diſput.*2. *quæſt.*6.
21 *sect.*7. *num.* 600. in illo, qui declinatoriæ exceptioni;
haud renunciare valet: cùm tacita renunciatio, quæ
oritur ex contumacia; plùs quàm expreſſa, operari
non poſſit. Mangrell. *ubi ſup.* Afflict. *in ead. Deciſ.*133.
*num.* 5. Carleval. *lib.* 1. *quæſt.*8. *sect.* 2. *num.*1001. &
Tuſc. *Concluſ.*1027. *num.*4.
22 Ampliat poſitam concluſionem, in minore, Gallup.
*loc. cit. num.* 40. quia is adverſus omiſſam declinato-
riam haud reſtituitur: quaſi parùm ſivè nihil interſit,
coràm uno, vel alio Judice litigare: potiſſimùm, quia
Exceptio hæc; merita cauſæ nõ tangit. Innocent. *in Cap.*
*coràm. verb. juſtum. de in integr. reſtit.* De Marin. *lib.*2.
*Reſol.*198. *ex num.* 1. Rovit. *in Pragm.* 1. *de Minorib.*
*num.* 19. Alios allegant Gallup. *loc. cit.* & De Luc. *ad*
*Franch. in Deciſ.*439. *n.*1. *& n.*2. ſequutus Odd. id Ju-
dicis arbitrio remittendum putat: ut dignoſcat quale
damnum, ex tali omiſſione; Minori obveniat; ità ut
reſtituendus ſit. & probat Cancer. *lib.*2. *Tit. de Minorib.*
*cap.*2. *num.*202.
23 Obſerva *nu.* 15. *cum ſequent.* Vaſallo denegari ma-
nutentionem poſſeſſionis, adverſus Baronem agenti:
abſquè Tituli exhibitione. Vide Tex. *in cap. cum*
*perſona* 7. *de Privileg. in* 6. De Marin. *lib.*2. *Reſol.*115.
*nu.*16. *ad Reverter. Obſer.* 449. *num.*2. Capiblanc. *de*
*Baronib. lib.*2. *Pragm.*11. *cap.*77. *nu.*6. Staiban. *tom.*2.
*Reſol.*188. *nu.*42. 46. *&* 50. Montan. *de Regalib. pagin.*
61. *verſ. Flumina navigabilia num.*8. Cancer. *loc. citat.*
*cap.* 14. *ex nu.* 42. *lib.*3. Poſt. *de Manuten. Obſerv.* 42.
alios, pleno calamo; cumulat D. Reg. de Philipp. me-
mor etiam D.Reg. noſtr. *in Diſſertat.*1. *quo loco;* latiùs
materiam *cit. cap. cùm perſona.* exornat ex *n.* 109. *ad*
128. *& per tot.*



Digitized by Google

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXVIII.
### SUMMA.

1 *Arma antiqua: quæ? Et quis illorum, inventor fuit?*
2 *Armorum prohibita delatione; num neceſſaria ſit apprehentio cum illis; ad finem exequendi ſtatutum? Refertur opinio affirmativa. & num.* 4.
*Adducitur contrarium: ex* Campanil. *nu.* 3.
*Affertur opinio,* Maur. Burg.
*Atquè* Cavalcan.
*Quid ſi cum Armis prohibitis; deliquiſſet? num.* 5.
6 *Vulnerans aliquem, cum Armis prohibitis: qua pœna; plectatur?*
*Refertur ſententia,* Bertaz. Cavalcan. & Rovit. *nu.* 7. *Vide num.* 10.
*Item, &* Cæphal. *quem* Bajard. *reſpuit num.* 8.
*Intellige: ut num.* 9. *&* 11. Bajard. *ſtat contrà* Caſſan. *&* Laganar. *Declaratur.*
12 *Fiſcus, licèt in Regno non appellet; cenſetur inhærere partis appellationi. & num.* 13. *&* 14.

1 A*Rma Antiqua; Manus, Ungues, Denteſque fuere: Et Lapides; & item Sylvarum fragmina rami.* refert Decian. *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 10. *pagin.* 150. *tom.* 2. Tubalchain verò Artem Ferrariam primò adinveniſſe; tradunt Polidor. Virgil. *lib.* 2. *de Inventor. rer. cap.* 19. & De Benedict. *in cap. Raynutius. verb. mortuo itaquè Teſtatore. el primo. num.* 16. *de Teſtam.* Et Arma aenea, ex inferis prodiiſſe, dicunt, Tarcagnot. *part.* 2. *Hiſtor. lib.* 17. & Guicciardin. *lib.* 1. Tu verò ſi eruditioni ſtudes; vide Biond. *in Rom. Triumf. lib.* 6. Genebrard. *in Cronic. lib.* 4. Canz. *de Pugn. DD. tom.* 2. *Tit. de Homicid. cap.* 3. *ex num.* 1. & Polyanth. *noviſſimar. noviſſ. verb. Arma. part.* 1. *pagin.* 123.

Cæterùm *Deciſionem iſtam*, allegat, & ſequitur Laganar. *ad* Rovit. *in Pragm.* 4. *de Arm. num.* 2. Et deci-
2 ſam habes ancipitem quæſtionem illam: num Armorum delatione prohibita, apprehentio cum illis, ad effectum infligendi pœnam in ſtatuto contentam; adversùs aſportantes, neceſſaria ſit? D. Reg. noſter *hic nu.* 1. in affirmativa reſidet opinione; quam adamuſsìm probant De Marſil. *in Prax. Crim. Tit. de appreben. ſivè de inven. delinq. in fragant. cap.* 78. *num.* 2. Scap. *de Jur. non ſcript. cap.* 161. *nu.* 13. Covarr. *quæſt.* 33. Bellon. *in Conſ.* 49. *num.* 4. Rip. *de Noctur. Temp. cap.* 8. Urſill. *ad Afflict. in Decis.* 21. *num.* 17. Decian. *loc. cit. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 5. Prat. *ad Muſcatell. Tit. de cognit. seù probat. delict. Rub. de probib. Armor. aſpor. ad nu.* 8. *& in Reſpons.* 9. *ex num.* 49. Mart. *de Juriſdict. part.* 4. *Cent.* 1. *caſ.* 7. *num.* 8. Novar. *quæſt.* 3. *ex num.* 1. *tom.* 1. Peguer. *in Decis.* 55. *num.* 1. Rovit. *in Pragm.* 1. *nu.* 7. *de Arm.* Bovadill. *tom.* 1. *Politic. cap.* 13. *nu.* 105. Megal. *tom.* 1. *moral. verb. Arm. nu.* 6. Sanfelic. *in Decis.* 43. *ex num.* 1. Petr. *in Rit.* 68. *nu.* 9. & Danz. *eod. loc. cit. de Arm. tom.* 3. *cap.* 5.

3 Adverſatur his exdiametro Campanil. *in diverſ. Jur. Canon. Rubric.* 4. *num.* 20. *verſic. non tamen.* Sed Maur. Burg. *de mod. procedend. ex abrupt. quæſt.* 23. *num.* 234. voluit eandem probationem; ſatis eſſe: ut reo tortura inferatur. Et demùm Cavalc. dixit, eſſe conſideranda verba ſtatuti, *in Tract. de Brach. Reg. part.* 1. *num.* 117. Tu verò non recedas à ſententia D.
4 Regent. noſtr. quæ magis communis eſt: ejuſquè ſolidiſſima fundamenta; dat Prat. *in alleg. Reſponſ.* 9. *ex nu.* 50. quo loco *num.* 57. diſpungit diſpoſitionem *Pragm.* 8. *de extract.* Hanicque ſententiam in noſtris Tribunalibus receptam in contingentiis, oſtendit Thor. *in ſupplem. compend. verb. Arma prohibita*, & in toto Orbe Chriſtiano Covar. *loc. alleg. in fin.* Niſi de cri-
5 mine, cum Armis prohibitis, reus fuiſſet convictus: ut benè ſcribit D. Reg. noſt. *num.* 2. quem ſequitur Laganar. *loc. cit. num.* 6.

6 Obſervandum modò ſuccedit: vulnerans aliquem, cum Armis prohibitis: an duabus pœnis plectendus veniat, delicti, ſcilicèt, & aſportationis Armorum? Bertazol. dixit utraquè pœna, mulctandum eſſe: quem ſequitur Add. *in Conſ.* 105. *verſic. quarto. lib.* 1. Et
7 eandem opinionem, ſequuti ſunt, Cavalcan. *in loc. indicat. part.* 4. *num.* 148. Et Rovit. *in citat. Pragm.* 4. *num.* 5.

8 Cæphal. verò voluit: quòd ſi quis, cum parvulo ſclopo, aliquem fuerit aggreſſus: pro aggreſſione tantùm, puniendus ſit: licèt pœna delationis Armorum à ſtatuto impoſita: major eſſet: *in Conſ.* 204. *nu.* 41. Et conferunt tradita per Reverter. *in Deciſ.* 180. *num.* 2. *in fin.* ſed hanc opinionem Bajard. reſpuit: quia deterioris eſſet conditionis delator, quàm, qui, cum illo deliquit: *ad Clar.* §. *fin. quæſt.* 84. *num.* 26.

9 Tertia aliorum ſententia: hæc eſt: ut ſi, non ex intervallo, delictum commiſſum ſit: aſportationis ſcilicèt, & vulneris: eo caſu, puniri delinquentem pœna majoris delicti: quia aſportationis pœna confunditur, cum illa delicti: ſi major ſit. Ità concludit D. Reg. noſt. *hic* & latius Gloſſ. *in l. qui in crimine. C. de accuſat. verb. plurima.* Viv. *comm. Opin. verb. Statutum puniens.* Danz. *loc. indicat. cap.* 8. *num.* 19. Marſil. *in l. ſi rixa. ff. de ſicar. num.* 15. Sanfelic. *in add. Deciſ.* 43. *num.* 7. Clar. *in cit. quæſt.* 84. *nu.* 4. *in fin.* qui ſic deciſum per ſuum Senatum refert, & allegato nominatim D. Reg.
10 noſtro: exploſo Rovito, tenent D. Petr. *in cit. Rit.* 68. *nu.* 12. Laganar. *ubi ſup. nu.* 7. & De Luc. *ad Franch. Obſ.* 324. *num* 7.

11 At, ſi ex intervallo, delictum commiſſum fuiſſe, pateat: ut puta ſi primò cum Armis, fuerat apprehenſus reus, & ſub fidejuſſione relaxatus: indè cum eiſdem Armis deliquiſſet, juxtà caſum propoſitum, ex Bart. & Bald. per D. Reg. noſtr. *nu.* 4. Aut ſi deliquerit cum Armis prohibitis, & poſteà ex intervallo, cum eiſdem, aut aliis Armis, per Curiam captus fuerit. Et tunc, utraquè pœna plectendum, affirmo: quia duo delicta ſunt: nec unum, ad aliud præparatorium: pro ut optimè innuit Tex. *in l. numquàm plura. ff. de privat. delict.* Et tradunt perbellè Clar. & Bajard. qui Caſſan. reſpuit. Et ità; intelligendus eſt Laganar. *ubi ſup. num.* 8.

12 Poſtremò, obſervandum, & illud eſt: Fiſcum; quotiès is, qui querelam propoſuit, appellavit, cenſeri adherere appellationi: quia poſſet in pejus contrà inquiſitum, ſententia reformari: ità cōcluſum legitur *hic n.* 9. 10. *&* 11. conferunt tradita per eund. D. Reg. noſtr. *in Deciſ.* 153. *n.* 25. hunc locū memorat D. Conſ. Petr. *in Rit.* 18. *n.* 10. & ſequuntur Conſil. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 143. *nu.* 13. & De Luc. *ad Franch. in Deciſ.* 465. *num.* 5. Fiſcus
13 enim, etſi in Regno à Decretis abſolutoriis; non appellet: ut habetur in *Rit.* 258. *&* 261. & tradunt latè: Novar. *ad Pragm. in Collect.* 152. *num.* 3. Sanfelic. *in Decis.* 351. *num.* 19. *tom.* 3. De Franch. *in Decis.* 148. *sub num.* 1. *in Decis.* 467. *&* 470. *num.* 9. *& in Decis.* 722. *num.* 19. Capibl. *de Baron. Pragm.* 8. *nu.* 125. De Marin. *lib.* 1. *Reſol.* 150. *& ibi* Rodoer. & Petr. *in add. Rit.* 258. *num.* 1. Idquè, ex conſuetudine per totam Italiam, receptum, oſtendit Ciarlin. *lib.* 1.
14 *Controv.* 10. *num.* 156. à notorio tamen gravamine habet recurſum de Pont. *de Poteſt. Proreg. Tit. de Elect. Offic.* §. 1. *num.* 52. Et cenſetur aderere, interpoſitæ appellationi, per reum: ut *in Pragm.* 7. *de Appellat.* quod tamen procedere; dixit Prat. *tom.* 3. *Diſcept.* 40. *num.* 78. quotieſcumquè in Judicio; non adſit accuſator,

Reg.

Digitized by Google

Reg. De Pont. *loc. cit. num.* 33. De Franch. *in Deciſ.* 467. *ex nu.* 6. & Sanfelic. *in Deciſ.* 22. *num.* 22. & 23.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE LXXIX.

### SUMMÆ.

1 *Fœminarum imbecillitas; exponitur.*
2 *Reſtitutio in integrum adversùs termini probatorii lapſum; competit mulieribus etiam Majoribus; comprobatur* D. Reg. noſter.
3 *Licèt fœmina; Virum habeat. num.* 3.
*Meretricibus etiam. contrà* Ricciull. *nu.* 4.
5 *Privilegium electionis Fori; Meretricibus competit.*
6 *Beneficia, uti ex litigantibus conceſſa; litis conſortibus proſunt.*
7 *Actor: num cogere poſſit adverſarium; ad petenda beneficia? Reſpuitur diſtinctio* Gallup. *ſequuto* D. Conſil. Petr.
8 *Beneficia; uni conceſſa: non impediunt quin in eadem cauſa alteri privilegiato; concedantur.*
9 ..... *num in alterius partis damnū: poſt conceſſionem; renunciari poſſint? Sequitur diſtinctio* De Marin.
10 ..... *quandò tertio ad Cauſā venienti; concedenda ſint?*
11 ..... *quibus competant?*

1 INgenium Muliebre; dānatum demonſtrat P. Franc. Acerbus Soc. Jeſ. *in ſuo Polypod. Apollin. lib.* 2. *pag.* 314. undè Fœminam nullam depugnare: Severo imperitante; ſtatutum eſt: Xiphilin. teſte *in Sever.* Cùm *nō imbecillis tantùm, & impar laboribus sexum: ſed (ſi licentia adſit) ſævus, ambitioſus, poteſtatis avidus*: ut Taciti ſcribentis, verbis utar, in *lib.* 3. *Ann.*

Hinc apud Lipſ. *in Comment. ad eund. Tacit. lib.* 15. *Annal.* quiſpiam non inſulſus Poeta; ſic loquitur

*Stat ſexus rudis inſciusquè ferri;*
*Et pugnas capit, improbus viriles;*
*Credas ad Tanaim, ferumquè Phaſim;*
*Thermodontiacas calere turmas.*

Indè ejus ejulationem, in extremo periculo, haùd eſſe deferendam; monuit Cæſ. *de Bell. Gallic. lib.* 7. *pagin. mihi* 183.

2 Succurendis propterea Mulieribus, licèt majores ſint per in integrum reſtitutionis beneficium, adversùs termini probatorii lapſum; ſcribit D. Reg. noſter *hic num.* 1. Cui inter multos; accinunt Marant. *in Prax. act. ultim. Tit. & quandoquè appellat. ex nu.* 79. Feliū. *in ejus Margarit. part.* 2. *verb. perſona.* Gallup. *in Prax. part.* 2. *cap.* 30. & Petr. *tom.* 1. *Rit.* 152. *num.* 3.
3 non obſtante quod virum habeant. Imbrian. *de Prim. & ſecund. Benefic. Conſid.* 2. *num.* 71. & *ex num.* 81. *ad* 84. Motill. *in Prax. Tit. de Grad. termin. Rub. de Benefic. num.* 40.

4 Meretrices quoquè; hoc beneficio juvari: quia miſerabilium perſonarum appellatione veniunt; probant De Franch. *in Deciſ.* 233. Gallup. *loc. cit. num.* 6. Et perbellè Imbrian. *eod. loc. num.* 89. *cum ſeq.* etſi contrarium, tenacitèr aſtruere audeat, Ricciull. *de Stat. perſonar. quæ in reprob. ſtat. ſunt lib.* 2. *cap.* 28. Contrà quem urgent ſatis tradita per Imbrian. adverſarias ratiunculas reſpuentem. Et facit quod ipſe Ricciull. ſcripſerat *cap.* 29. has ſpurcas lupas, ſub ſtatuto de mulieribus generalitèr loquente; venire compræhenſas: optimè Paſcal. *de Virib. Patr. Poteſt. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 99.
5 dixitquè Ricciull. eiſdem Electionis fori privilegium competere: quod comprobant elegantèr; Novar. *de Elect. For. ſect.* 2. *quæſt.* 34. *num.* 8. Ricc. *in collect.* 163. & 188. Gratian. *Diſcept.* 962. *num.* 20. & Thor. *part.* 1. *Comp. verb. beneficium leg. unica.*

6 Obſervo *num.* 3. beneficium conceſſum uni ex litigantibus; litis conſortibus prodeſſe. Vide ad comprobationem Montan. *de Tutor. & Curat. cap.* 33. *nu.* 117. Guttier. *lib.* 1. *quæſt.* 67. Odd. *de in integr. reſtit. part.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 4. Hoſuald. Illiger. *ad Donell. lib.* 21. *cap. ult. lit.* Q. Gallup. *loc. cit. cap.* 31. *num.* 13. De Marin. *ad Reverter. obs.* 164. De Franch. *in Deciſ.* 269. & *ibi* De Luc. Capyc. *in Deciſ.* 173. Thor. *cit. part.* 1. *verb. reſtitutio in integrum.* Maſtrill. *in Deciſ.* 42. & Barboſ. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 63. *ff. ſolut. Matrim.* Imò, & cogi poſſe:
7 ut illo, alii privilegiati litis conſortes; utantur: nè lites fiant immortales; dixit D. Reg. noſter *num.* 7. & 12. Probat Thor. *loc. cit. verb. beneficium conceſſum uni collitiganti.* Et meminit Petr. *in Rit.* 71. *num.* 6. id tamen in Mulieribus rantùm: non in minoribus; procedere: adducta D. Reg. noſtri, authoritate; indicat Gallup. *in alleg. cap.* 31. *n.* 7. Sed Pratus dixit, quòd attenta *Pragm.* 16. *de Ord. Judic.* præfigente terminum, quo beneficia, à perſonis privilegiatis petenda ſint; hodie non poſſe Judicem cogere partes, illa petere: *in addit. ad Muſcatell. Gloſſ. in integrum. verſ. autem.* quem ſequitur D. Petr. *loc. citat. num.* 7. *in fin.* Et quòd, conceſſis beneficiis
8 colligitanti privilegiato: alteri colligitanti privilegiato, virtute ſuæ perſonæ, alia concedenda ſint; tenet D. Reg. noſter *num.* 13. quem ſequitur Motill. *in adduct. loc. num.* 59.

9 Obſervandum ulteriùs illud in præſenti eſt: privilegiatum; poſt conceſſum ſibi beneficium: illi, in alterius colligitantis præjudicium; renunciare non poſſe. Tap. *in Conſt. Minorum Jura num.* 6. Muſcatell. *in cit. Prax. Gloſ. defendendo. num.* 2. Prat. *in Obſer.* 52. *nu.* 12. Maſtrill. *in adduct. Deciſ.* 42. *nu.* 8. Gallup. *in cit. cap.* 31. *num.* 14. Thor. *in cit. part.* 1. *verb. Beneficium ſi eſſet conceſſum.* D. Petr. *in alleg. Rit.* 71. *num.* 6. *in fin.* & Motill. *eod. loc. num.* 54.

Quod tamen, De Marin. *ad Revert. Obſ.* 174. interpretatus eſt: ut ea concluſio procedat, re non integra: ut putà, ſi parti Decretum, quo conceſſum fuit beneficium; non fuiſſet notificatum. Et dixerat priùs Imbrian. *ubi ſup. Conſid.* 7. *ex num.* 96. Et ſequitur noviſſimè De Luc. *ad Franch. in Deciſ.* 269. *num.* 1. niſi verſaremur in cauſis diviſibilibus. Quo caſu, nè dum à privilegiato, conceſſum beneficium renunciari poſſe: verùm nec litis conſorti prodeſſe; fundat apertiùs Barboſ. *loc. citat. num.* 63. & De Marin. *ad Reverter. in Obſerv.* 164. *ex num.* 1.

10 Tradit Gizz. *hic, num.* 5. adversùs Urſill. quòd Beneficia, tertio privilegiato, ad cauſam venienti, pro ſuo intereſſe, non competant: ſi anteà principalibus fuiſſent conceſſa. Comprobat id Ann. *in Conſ.* 98. *num.* 13. licèt contrarium aliàs, deciſum referat *num.* 10. Cujus meminit Thor. *loc. cit. verb. Beneficia, an ſint tertio*: Nec illa fore concedenda illi, qui tamquàm intereſſe prætendens, non vocatus; ad Judicium acceſſit: & apparet ei, nō competere Jus. Deciſum demonſtrat Gallup. *in cit. cap.* 31. *num.* 16. Sicut, & illi tertio, ad Judicium venienti: elapſis temporibus, *in citat. Pragm.* 16. præfixis: beneficia non eſſe concedenda: voluit De Luc. *ad Franch. in Deciſ.* 261. *num.* 3. *in fin.* ſed vide in contrarium Afflict. *in Deciſ.* 15. & *ibi* Urſill. quos ſequitur D. Reg. noſt. *in Deciſ.* 164. *num.* 2.

At tertio, in Judicio venienti, poſt latam ſententiam: ex eo fortaſſè annullatam, quia malè concepta fuerat; beneficia competere: contrariis exploſis; optimis mediis, tradit Imbrian. *Conſid.* 5. *ex num.* 35. Sicut, & Mulieri uti tertiæ, in Judicio venienti: petendo paragium in bonis fratris; deciſum habes penès Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 235.

11 Et tandèm ſingularitèr adverto Scholarium Collegiis; beneficia competere: quia in illis; plurimi minores

ha

habentur: Imbrian. teſte *conſid.*4. *num.*103. Montibus etiam pro mulieribus maritandis; dicit deciſum Thor. *part.*3. *verb. Beneficium*, & Collegio: in quo mulieres, Pupilli, & Minores, inhabitant: ſcribit Salernitan. *in Deciſ.* 23. Senibus denique: ſi cum ſenectute, gravis concurrat infirmitas; voluerunt Marcian. *Diſput.* 19. ex *num.* 8. Novar. *de Privileg. Miſerab. perſon. in præfat. num.* 3. Rocc. *in Reſp.* 82. *num.* 2. Staiban. *in Reſol.*155. *num.*84. *tom.*2. Valaſc. *de Privileg. Pauper. quæſt.* 18. *part.* 3. Imbrian. *Conſid.* 5. *n.* 170. De Luc. *ad Franch. Obſ.* 608. *nu.*1. & perbellè examinant Prat. *ad Paſcal. loc. cit. part.* 2. *cap.* 2. *verſ. ad num.* 104. *&* *ad Muſcatel. part.* 6. *Gloſſ. proſequendum pagin.* 217. *verſic. adde accuratè* & Merlin. *Controv.* 52. *tom.* 2. ac Cicer. Declamat quod *ſenectus ipſa; eſt morbus.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXX.

### SUMMÆ.

1 *Jus deliberandi: Cur à Prætoribus; introductum? ejus terminus; quantus ſit. num.* 2.
*Quando; minui poſſit. num.* 3. *&* *qualitèr. num.* 4.
*Conceſſum à Judice, abſquè præfinitione; eſt Triginta Dierum. num.* 5.
6 ....... *præſcribitur; Triginta Annorum, interſtitio.*
7 *Filius; qualitèr ad ſucceſſionem admittatur: præſcripto deliberandi jure. & num.* 8. *&* 9.
10 *Jus deliberandi; ad hæredes tranſmittitur. Quid in Fiſco; ſucceſſore: confiſcationis cauſa? nu.*11. *&* 12.

1 Prætores, nè quis imprudentèr hæreditario onere alligaretur; Jus deliberandi introduxerunt. *l.*1. *§. ultim. ff. de Jur. delib.* Mynſing. *in §. extraneis inſtit. lib.*2. *de hæred. qualit.* Menoch. *de Arbitr. caſ.*1. *cent.*1. deliberare igitur poteſt extraneus intra centum Dies:&
2 Filius aut Aſcendens intrà Annū; à Die ſcientiæ delatæ hæreditatis: ſi adire illam, vel repudiare; mavult. Ignoranti verò: id tempus, uſquè ad Annos Triginta; ampliatum eſt: ut benè tradit D. Reg. noſter *hic ex nu.* 1: Et probant latiſſimè Marant. *in l. is poteſt num.* 267. *ff. de Acquir. hæred.* Gom. *var. Reſol. tit. de Traſmiſ. hæredit. num.*51. Gabr. *Concl.*8. *&* 9. *Tit. de Præſcript.* Matin. *de Legitimat. perſon. cap.*20. *num.* 33. Bilot. *in Conſult.* 7. Coſt. *in l. Gallus. §. quid ſi tantùm part.*5. *num.* 106. *ff. de lib. & poſthum.* Caval. *in Deciſ.* 346. *num.* 2. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. §.* 7. *lib.* 1. *Tit. de Tranſmiſſ. num.* 16. De Marin. *lib.* 1. *Reſol.* 218. *&* *ibi* Rodoer.
3 At hoc præfinitum tempus, à Judice minui poſſe; non eo inficias. Craſſ. *de ſucc. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.*6. *&* 7. *&* Sigiſm. Scacc. *de Comerc. §.*7. *Gloſſ.* 6. *num.*5. *verſ. eſt etiam.* Nec D. Reg. noſter *num.* 6. diſſentit; quotiès de dando curatore: non de hæredis excluſione;
4 agitur. Etenim ſi ipſe hæres, Judici terminum ad deliberandum petierit; is Novem Menſium eſt *l. fin. §. & hæc quidem.* ibi *à noſtris quidem Judicibus Novem Menſibus: ut neque ex Imperiali largitate; aliud tempus eis indulgeatur: ſed, etſi fortè datum; pro nihilo habeatur. C. de Jur. delib.* ſin autem Judex terminum
5 ad deliberandum non præfinierit: illud ad Triginta Annos extendi; benè tradit, De Marin. *loc. adduct. num.* 13. *& ſeq.*.
6 Elapſis verò Annis Triginta: non adita hæreditate; hoc Jus, præſcriptum oſtendit D. Reg. noſt. *num.* 3. ſequitur Gizz. *num.*1. Et probant Cavall. *Commun. contr. commun. quæſt.* 714. Theſaur. *in Deciſ.*4. & Gallus *de Except. Tit.*2. *Except.*2. *part.*3. *num.* 27. Filium verò, qui intrà hoc tempus, hæreditatem non adiit: poſſe tanquam Agnatum intrà alios Triginta Annos eam a-
7 dire legitur *in l.* 1. *§. ſed videndum ff. de ſucceſſ. edict.* Et tradunt perbellè Mantic. *de Conject. lib.* 12. *Tit.*14. *num.* 28. Marant. *loc. alleg. ex num.* 100. Thor. *part.*3. *Comp. verb. Jus adeundi.* De Marin. *loc. cit. ex num.* 16. Rodoer. *eod. loc. num.* 7. memor D. Reg. noſtr. *hoc loc.* & Matin. *in indicat. cap.* 20. *num.* 37. Niſi adiit,
8 qui tamquam filius; petat in hæreditate admitti. *l. legitimis.* 5. *ff. und. Cognat. §. admonendi. Inſtit. lib.*3. *de hæredit. quæ ab Inteſtat.* Gloſſ. *in cit. §. ſed videndum verb. ſuccedat.* addens: id quoquè procedere, in filio; qui ſimplicitèr repudiavit: quia in totum re-
9 pudiaſſe cenſetur. Tiraq. *ad Leg. Connub.* 16. *Gloſſ.*7. *num.* 79. & Surd. *in Deciſ.* 140. *num.* 10.
10 Modò nota. Jus iſtud deliberandi; ad hæredes tranſmitti: adeò ut, ſi tempore in hoc Jure præfinito, adhuc non expleto: hæreditate neq; adita neque repudiata, hæres ab humanis decedat: hæres illius, ſivè ſuus, ſivè extraneus ſit, intrà termini reſiduum; repudiare, vel adire poſſit: teſtibus Gomeſ. *Reſol.* 9. *ſub num.* 51. *lib.* 1. & Cavaler. *in Deciſ.* 504. *num.* 8.
11 Quid dicendum in Fiſco ſucceſſore, ex cauſa confiſcationis? Reverter. affirmat: exploſo nominatim Cuman. ipſumquè ſequitur De Marin. *in Deciſ.*421. ſcribit Clar. *in §. fin. quæſt.*78. *num.* 25. *verſic. tu verò*
12 *dic.* & Rodoer. *loc. cit. num.* 4. Contrarium verò aptiùs ſcribunt Decian. *in Conſ.* 18. *vol.*1. *nu.*338. Cephal. *in Conſ.* 321. *vol.* 3. Nell. *de Bannit. part.* 1. *ſecund. temp. quæſt.*30. Cutell. *de Donat. contempl. Matr. tom.* 1. *tract.* 1. *diſcurs.* 2. *part.* 2. *ex num.* 26. Craſſ. *in §. Jus deliberandi. quæſt.*22. Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 5. *Tit.* 1. *num.* 84. Mut. *in Deciſ.* 49. Surd. *in cit. Deciſ.* 140. *num.* 7. Anton. de Vall. *Tract. var. lib.* 4. *quæſt.* 8. *ex num.* 46. Gratian. *in Diſcept.* 271. Noal. *de Tranſmiſ. caſ.*8. *num.* 148. Arias de Meſa *var. Reſolut. lib.* 3. *cap.* 42. & Olea *de Ceſſion. Jur. Tit.*2. *quæſt.* 3. *num.* 10.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXXI.

### SUMMÆ.

1 *Judex: quibus ex cauſis: recuſari poſſit?*
2 *Affinitas; juſta cauſa recuſationis Judicis, dicitur: adverſùs* Marc.
3 *Judex affinis: ad quem gradum; ſuſpectus, habetur? Et num.* 4.
5 *Recuſationis propoſitio: ex cauſa inimicitiæ, terminis* Pragm. *non alligatur.*
. *Amplia, in omni ſuſpicione notoria: contrà* Prat. *num.* 6.
7 *Judex ex cauſa affinitatis, recuſatus: ceſſante affinitate, in cauſa non intervenit. Comprobatur* D. Reg. noſter. *& carpitur* Gizz. *num.* 8. *&* 9. *adverſus* Milan. & Fontanell.
10 .. *ſemel legitimè recuſatus, abdicatur ab eo juriſdictio: ut ſi alter, ipſi ſuccedat non ſuſpectus, cauſa ad illum non redeat.*
11 *Affinitas durat: ſoluto matrimonio.*
12 *Judex: cauſa recuſationis, fit recuſantis inimicus.*
13 *Inimicus reconciliatus: non poteſt eſſe Judex.*
14 D. Reg. noſtrum *non repugnare* Reg. Rovit. in Deciſ. 50. *oſtenditur ex* D. Altimar. *contra* D. Staiban.

1 Octoginta quatuor; indicat cauſas, Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ.* 28. *part.*2. Cujus Rodoer. meminit

Digitized by Google

minit *in Conſ.* 4. quibus Judex, recuſari poteſt: quas ſparſim; memorant Theodor. *in Allegat.* 87. Intrigl. *in ſing.* 80. *lib.* 3. Rovit. *in Pragm.* 1. *de ſuſpic. Offic.* Gallup. *in part.* 1. *Prax. cap.* 4. Fragoſ. *de Regim. Reipub. part.* 1. *lib.* 5. *Diſput.* 12. *num.* 214. *tom.* 1. & Caſar. *in Quæſt. Peregrin.* 1. *&* 8. At illas è duobus oriri principiis: Amoris ſcilicèt, & Odii; tradit D. Petr. *in Rit.* 265. *num.* 104 Amoris potentiſſimus affectus; dat, Alciat. *Emblem.* 106., & Odii. Senec. 1. *de Clement.* Cicer. 2. *de Offic.*, *&* 1. *Epiſt.* 19. *ac in Reſp. pro Aruſp. &* Lipſ. 4. *Polit.* 11. Undè confert Annæ Comnenæ, monitum: apud Anonimum, *nello Zimbellate al zimbello*, *pagin.* 79. *ſi quis Hiſtoriam, pro ut convenit, ſcribere ſuſcipiat, hunc, & Amore & Odio vacare, oportet.*

2 Valida recuſationis occaſio; eſt Affinitas. Sic in *præſenti Deciſione* lego. Probant aſſumptum Farinac. *de Teſtib. quæſt.* 54. *num.* 57. De Franch. *in Deciſ.* 719. *& ibi* De Luc. Reverter. *in Deciſ.* 153. *num.* 3. Et ſequutus nominatìm D. Reg. noſtr. D. Petr. *loc. cit. nu.* 124. *verſic. ſic etiam Affinis.* quicquid ſibi involvat Franc. Marc. *in Deciſ.* 725. contrà quem ſtat Fontanell. *in Deciſ.* 11.

3 At uſquè ad quem gradum, Judex Affinis, recuſari poſſit; videndum eſt. In cauſa generi non dubito quin ille non interveniat: quia is loco filii eſt, & quòd plus; habes penes Revert. determinatum in genero procuratore generali unius ex litigantibus, *in adduct. Deciſ.* 153. quem ſequitur De Marin.

4 In ſecundo Affinitatis gradu recuſationi; adhuc eſt locus Thor. teſte id deciſum aſſerens, in perſona Regentis Tappiæ, Viri D. Marianæ de Leiva filiæ Beatricis Caraſæ, Sororis patruelis Juſtinæ, Uxoris Hieronymi Bucca: litem habentis, cum Octavio Indelli, *in compend. part.* 2. *verb. Suſpitio Officialis.* Et probat Gallup. *lco. alleg. num.* 35. Atquè iterùm; deciſum id Rovit. dicit, in perſona Præſidentis Mormilis: exploſo Milanenſ. *in Deciſ.* 1. *in cit. Pragm.* 1. *ex nu.* 27. Quod, ad tertium affinitatis gradum; extendit, Xamar. *de Offic. Advocat. part.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 54. ultrà quartum, quandoquè in ſuo Senatu admiſſam recuſationem; refert Fontanell. *in cit. Deciſ.* 11. Et uſquè ad ſeptimum Affinitatis gradum; dicit deciſum, Gallup. *eod. loc. num.* 34.

Biloct. verò *in Conſ.* 1. *nu.* 28. & Maynard. *in Deciſ.* 98. *lib.* 1. in ea opinione fuerunt: non ultrà quartum Affinitatis gradum, ſuſpicionem ex cauſa inimicitiæ; validè proponi poſſe: quod admittit De Luc. Jure communi attento, *in tract. de Lin. Artic.* 29. *num.* 24. At ſtante in Regno Lege Municipali in *Pragm.* 15. §. 15. *de ſuſpic. Offic.* diſponente recuſationem Judicis, ex capite inimicitiæ: ad tertium Affinitatis gradum incluſivè, computandum, juxtà Jus Canonicum, proponi poſſe; quæſtio de qua agimus, nullas habet ambages: niſi inimicitia totam non comprehenderet familiam: cùm eo caſu, non ultrà ſecundum gradum admittendam eſſe; tradit Novar. *in cit. Pragm.* 15. *nu.* 23. D. Reg. noſter *in Conſult.* 101. *num.* 8. D. Petr. *ubi ſup. num.* 162. & De Marin. *ad Reverter. in Deciſ.* 517. *num.* 7. *quo eod. loc. num.* 5. Unum mirabile tradit;

5 talem ſuſpicionem, termino in *Pragmatica* de ſuſpicione alleganda ſtatuto; non alligari; poſſeque proponi, uſquè ad actum eſpeditionis Cauſæ. Quod in omni

6 ſuſpicione notoria Fontanell. admittit *in Deciſ.* 19. nec reſiſtit Prat. *in Diſcept.* 16. *tom.* 2. quia in illa contingentia, quicquid ipſe declamaſſet; non potuit obtinere: & judicaturas id ſeriò fundantes; recenſet Thor. *in Supplem. verb. Suſpitio quando eſſet notoria, & part.* 3. *verb. Depoſitum.* De Marin. *in Reſolut.* 114. *tom.* 2. Petr. *in alleg. Rit.* 265. *num.* 64. Caſar. *in quæſt.* 13. & De Luc. *ad Franch. in Deciſ.* 431. *num.* 4.

7 Obſervo ſecundò: recuſatum Judicem Affinitatis occaſione: etſi Matrimonium abſquè liberis diſſolutum ſit; in cauſa ampliùs intervenire non poſſe: in nihilo refragante quod affinitatis cauſa; ſoluta ſit: ſi effectus, eſt conſumatus; ſic deciſum demonſtrat D. Reg. noſter *hoc loco*: quem ſequuntur Gallup. *loc. citat. num.* 9. Petr. *in citat. Rit.* 265. *num.* 124. & De Luc. *ad Franch. in Obſerv.* 719. *num.* 7. *& in adduct. Artic.* 29. *num.* 25. Et eandem ſententiam ſeriò comprobant Pertr. *in Conſ.* 93. *part.* 1. Berrett. *in Conſ.* 138. Rovit. *in Conſ.* 10. *& in Deciſ.* 50. & ibi D. Altimar. Gratian. *in Diſcept.* 100. *num.* 14. & Staib. *tom.* 2. *Reſol.* 117. effectum verò; conſumatum dici: quotiès per Decretum; diffinitum fuit: quod non interveniat; notat D. Altimar. authoritate literæ *præſentis deciſionis*, *in verſ.* 1. *in fin.*

8 Propterea, non ab re à Gizz., cavendum arbitror: diſtinguente *num.* 11. Articulum per hæc ipſiſſima verba: *Opinio, quam tuentur* D. De Franch. & D. meus eorumquè Aſſeclæ; *procedit, quando non remanent reliquiæ, & ſic filii, & alii deſcendentes. Opinio verò* Milanenſ. *quam ſequitur* Seſſe *in Decis.* 414. *num.* 25. *procedit quando ſuperſunt filii, & alii deſcendentes*: etenim Fontanell. Rovit. & Ferrer. quos ad comprobandam diſtinctionem ſuam allegat *eod. num.* 11. in illam deſcendunt opinionem: ut ſi reliquiæ remanſerint; recuſatio ſuum obtineat locum. At locus ille D. Reg. noſtri, quem fortaſsè Gizz. non benè legit; in ea facti ſpecie verſabatur: quo per mortem D. Mariæ Ruffo, Principiſſæ Scyllæ abſquè filiis; erat diſſolutum matrimonium, habitum cum Principe Biſiniani, & Scyllæ, D. Tiberio Carafa: & ſic Affinitas diſſoluta reſiquiis non remanſis. Et tamen recuſati validè fuerunt, Conſil. D. Flaminius de Conſtantio, & Conſil. D. Thomas de Franchis; ſuffragia ferentibus, peritiſſimis viris: ut eſt videre *num.* 4. *&* 8. Ecce quod à diametro; pugnant Fontanell. Rovit. & Ferrer. Niſi Gizz. dicere voluiſſet: utrumquè caſum, pro recuſatione; determinatum fore: etenìm filiis ſuperſtitibus; dant Fontanell. & Ferrer. ſi verò non; & deciſum fuit *hoc loco.*

9 Et revera quicquid dicant Milan. Fontanell. & alii: ſivè adſint reliquiæ, ſivè non, cum effectu conſumato; ſemper obtinet recuſatio: ſemèl namque legitimè recuſatus; ab illo totalitèr abdicatur juriſdictio: ut ſi

10 alter non ſuſpectus, illi ſuccedat; cauſam non redeat. Sanfelic. *in Deciſ.* 79. *lib.* 1. & Petr. *in alleg. loc. num.* 99.

Facit etiam, quod *Pragm.* 15. *in* §. 15. *ſuperiùs indicat.* in numeratione gradus Juri Canonico conforma-

11 tur. Qua Lege attenta, per matrimonii ſolutionem; non ſolvitur Affinitas. Gloſſ. *in* §. *ſocrum. verb. affinitate Inſtit. de Nupt.* ibi *hæc litera ſibi contraria videtur: nam, ſi ſoluta eſt Affinitas, non ergò debent nuptiæ ratione Affinitatis impediri. Sed dic diſſoluta, & c. diſſoluto Matrimonio, propter quod contingit Affinitas: ſed ipſa Affinitas non eſt diſſoluta.* Et tradunt perbellè Div. Paul. *ad Roman.* 7. Sot. 4. *ſentent. part.* 2. *diſtinct.* 41. *quæſt. unic. artic.* 1. *ſolut.* 3. *verſic. ad tertium deniquè.* Indè ſi durat Affinitas, cujus cauſa, admiſſa eſt recuſatio; ſuſpitio non ceſſat. De Luc. *in cit. artic.* 29. *num.* 25. *verſic. indiſtinctè.*

12 Deniquè & illud patet: inter Judicem recuſatum, & recuſantem; ortam ex eo inimicitiam, dici. Thor. *part.* 2. *verb. Compater.* Petr. *loc. citat. num.* 99. *&* 102. Fontanell. *in Decis.* 1. *num.* 4. *& in Decis.* 28. *num.* 7. Blanc. *de Indic. num.* 42. Farinac. *in Prax. quæſt.* 49. *& in fragm. verb. Judex regularitèr recuſatur. num.* 848. Maynard. *in Decis.* 88. *num.* 1. *tom.* 1. Caſar. *in cit. qu.* 13. *nu.* 4. *&* 5. Proindè ſatis durum eſſet: Judicem recuſatum; in eadem cauſa, interveniri poſſe.

13 Inimicum reconciliatum: non poſſe, in cauſa reconciliati; intervenire: indicat, D. Reg. noſt. *num.* 7. Adde Staiban. *in cit. Reſol.* 117. *num.* 30. Ricc. *in* *Collect.*

Digitized by Google

*Collect.* 423. *& in Deciſ.* 168. *part.* 1. Baron. *de Effect. Inimic. eff.* 116. *num.* 20. Thor. *in Cod. rer. Judicat. Caſ.* 57. & noviſſ. D. Altimar. *ad Rovit. in cit. Deciſ.* 50. *num.* 9. qui paulò antè, *in verſic. ubi obſerva.* ad propoſitum, ut ſolet; conſiderat adverſùs Staiban. *in*
14 *alleg. Reſol.* 117. *nu.* 25., D. Regentem noſtrum *hoc loc. num.* 7. *verſic. & quamvis.* non repugnari Reg. Rovit. *in adduct. Deciſ.* 50. *num.* 6. ex quò termini; non ſunt pares: ut quiſquè legens; facilè intuebitur.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXXII.

### SUMMÆ.

1 *Judex: num teneatur, brachium ſuum impartiri, ſententiæ lata per Judicem, alieni territorii: abſquè Cauſæ cognitione?*
De Marin. *repugnat* Deciſ. *Et reſpuit* D. Gizz. *num.* 2. *quem Defenditur, num.* 3. 4. *&* 5.
*Intellige: ut num.* 6. 7. *&* 8. *cum* Deciſionib. noviſſim.
9 *Reconventio, in Brachii imploratione: non admittitur: cum* Deciſ. noviſſ.
10 *Brachium ſeculare: quo tempore, peti poſſit?*
11 *Epiſcopus quandò ſeculare Brachium, implorare poſſit: & è contra?*
12 *Brachium, qualiter in M. C. V. literis executorialibus, per inferiorem Curiam expeditis, concedatur.*

1 ORdinem ſcriptionis, dum ſequimur; confitemur D. Reg. noſtri, adverſarium De Marin. *lib.* 2. *Reſol.* 112. ſubſtinentem audacter: Judicem in Brachii imploratione, ſuper executione ſententiæ latæ; per Judicem alterius Juriſdictionis: non poſſe de viribus ſententiæ, ſivè de illius Juſtitia, vel Injuſtitia; cognoſcere: ſuppoſita Judicis incompetentia reſpectu, utriuſquè partis. Et, quòd plùs eſt corroborat id, *in tom.*
2 2. *ad Revert. Obſ.* 502. *num.* 1. Et in Gizzium; invehitur: tranſcribentem Decretum Sacr. Reg. Conſ. vel quia prolatum in particulari cauſa, vel quia nunquam uſu receptum à noſtratibus. quamquam per modum legis condendæ; publicatum. Pro De Marin., ſunt Senatus determinationes, apud Merlin. *Tom.* 2. *cap.* 58. & penès Sanfelic. *Tom.* 2. *Deciſ.* 293. Atquè videantur tradita, per Mart. *de Juriſdict. part.* 3. *cap.* 16. & per Mar. Antonin. Macerat. *lib.* 1. *Reſolut. ultim. caſ.* 32. *&* 47.
3 Sed pro D. Regent. noſtro; ſtat nè dum quod De Marin. in ſua facti ſpecie, pro cliente; non potuit obtinere: verum quod ea ſit communis ſententia, ut ultrà congeſtos per eum *num.* 3. probant latè Roland. *in Conſ.* 37. *lib.* 1. *num.* 7. *&* 8. Cened. *ad Decretal. collect.* 105. *nu.* 13. Perez *lib.* 3. *Ordinam. l.* 4. *Gloſ.* 3. *Tit.* 1. Aviles *in Cap. Prætor. cap.* 20. *verb. Uſurpan. num.* 20. Mut. *in cap. Regn. Sicil.* 112. *num.* 12. *Tom.* 2. De Graff. *de Effect. Cleric. effect.* 1. *nu.* 827. Ripoll. *Reſol.* 1. *nu.* 526. Antonin. De Amat. *lib.* 1. *Reſolut.* 39. Azeved. *in lib.* 4. *recom. Tit.* 1. *l.* 15. *nu.* 1. Navar. *in cap. cùm contingat. Remed.* 1. *num.* 8. *verſ. ex prædict. de Reſcript.* Gallup. *in Prax. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. Allegat.* 107. *num.* 16. Matin. *de Legit. perſon. cap.* 31. *num.* 18. Reverter. *in cit. Deciſ.* 507. Capiblanc. *de Baronib. Pragm.* 8. *part.* 3. *num.* 4. *&* 6. Danz. *de Pugn. Doct. Tit. de Brach. conceſſ. cap.* 1. *ex nu.* 14. *tom.* 1. Petr. *Tom.* 2. *Rit.* 262. *num.* 8. & Staiban. *in Reſolut.* 136. *ex num.* 13. *Tom.* 2. *& in Obſerv. ad Reſol.* 50. *num.* 64. *tom.* 1. *Reſol.*
4 Quorum ferè; unicum fundamentum eſt: Judicem Brachium ſuum, ſuper ſententia nulla vel injuſta; impartiri non teneri: teſtibus Sbroz *de Off. Vicar. Epiſcop. lib.* 1. *quæſt.* 190. *ſub num.* 7. Cevall. *lib.* 4. *quæſt.* 897. *num.* 89. Cened. *in quæſt. Canon.* 36. *ex num.* 13. *lib.* 1. Gravat. *ad Veſtr. lib.* 8. *Prax. cap. ultim. nu.* 41.
5 Aut ab incompetenti Judice prolata Rodolfin. *de Brach. ſæcular. & Eccleſ. nu.* 17. Vant. *de Nullitat. ex defect. Proceſſ. num.* 127. Barboſ. *in allegat. num.* 26. *in fin.* Feliù. *in ſua Margarit. var. Concluſ. verb. Judex alterius Territorii.* & Matin. *loc. citat.* Imò iniquè procedere: ſi injuſtam ſententiam; exequerit: probant Silvan. *in Conſ.* 17. *num.* 1. & Rebuff. *in Tract. de Sentent. Præjudic. art.* 1. *Gloſſ.* 9. *num.* 6.
6 Firmatam concluſionem; reſtringe: ut non procedat in ſententia lata ſuper Crimine hæreſi, à Judice Eccleſiaſtico; in qua laicus dicitur merus executor. Mich. de Agia *de Exhib. auxil. Concl.* 3. *pagin.* 126. Mirand. *de Ordin. Judic. quæſt.* 1. *Artic.* 5. *Concluſ.* 5. Capiblanc. *loc. allegat. nu.* 5. Barboſ. *eod. loc. num.* 27. *& in Allegat.* 40. *nu.* 50. De Marin. *in cit. Cap.* 304. *& ibi* Rodoet. *nu.* 1. Rodolphin. *loc. indicat. nu.* 16. Genuenſ. *in Prax. cap.* 36. *nu.* 3. Suarez de Paz. *Tom.* 2. *Prax. prælud.* 2. *nu.* 30. Garſ. *in Decis. Fidei.* 2. & quòd Judex laicus debeat, abſquè mora (oculis, ut dicunt clauſis) talem ſententiam exequi, ſcribunt Pegn. *in Director. Inquis. par.* 3. *com.* 85. Wlpell. *de Libertat. Eccleſ. part.* 3. *nu.* 32. & Azeved. *loc. indicat. num.* 9.
7 Iterùm, reſtringe illam: ut in Judice inferiore, non procedat. Etenim is adamuſsìm: nulla præcedente cauſæ cognitione, ſuperioris Judicem ſententiam, executioni demandare tenetur. Feliù *loc. citat. verb. Judex inferior.* & Staiban. *in adduct. Obſerv.* 50. *n.* 65.
8 Tandèm; reſtringe: ut non procedat firmata concluſio, in ſententia à Judice alterius Juriſdictionis lata: quotiès quicquàm ad illius Juſtitiam obumbrandam; opponeretur. De Roſ. *in Conſultat.* 4. Et fuit determinatum per S.R.C. referente Conſil. Staibano, in Cauſa Lucæ Cangiano, cum Hieronymo Citarella, de Menſe Januarii 1676. Proceſſus eſt in Banca de Neapoli pro Venditto, penès Scribam Hiacyntum Imbrognum. Et ità, intelligenda ſunt; tradita, per Merlin. Sanfelic. *&* De Marin. dictaquè modò relata Deciſio; non repugnat D. Reg. noſtri *Deciſioni*; Etenìm hoc in themate; plura adverſùs ſententiam, opponebantur: ut eſt videre *ex num.* 17. *ad fin.* Et comprobatur, noviſſima determinatione lata, ſub Noſtro Patrocinio, hoc Die 8. Auguſti 1678. (poſt hæc omnia in unum conſarcinata) in S.R.C. votantibus Regiis Conſiliariis Ill. Comite De Legardi Aulæ præfecto, D. Scipione Martino, D. D. Carolo Petra, Cauſæ Commiſſario, D. D. Joanne Baptiſta de Afflicto, & D. D. Didaco Galliano: in Cauſa Canonici D. Julii Minutolo: petentis Brachii Implorationem; Cuidam mandato eſecutivo, per Auditorem Rev. Cameræ Apoſtolicæ expedito, contrà Not. Angelum Ollettinum; Cujus jura ſub noſtro tutamine ſunt. Qua in cauſa adverſùs ſententiam; multa, in Juſtitia oppoſuimus. Proindè; fuit dictum. Quod Infrà Viginti Dies, pro omni termino nominationis & Beneficii; partes deducant incumbentia, ſuper Brachii Imploratione: Patrocinante pro ſuccumbente D. Julio, D. Blaſio Altimari J.C. ingenioſo, & erudito. Acta ſunt in Banca De Spera.
9 Videndum; ſuccedit: num, in Brachii imploratione; reconventio admittatur? Gizz. hìc in ſuo tranſcripto Decreto quatuor Aularum S.R.C. de eo ſtandum eſſe Juri; reſpondit. At non eſſe admittendam: quia non principaliter officium Judicis imploratur: ſed incidentèr, & per modum cognitionis, extrà Judicialis; dicit Marant. *part.* 4. *verſic. An ſit Judicium convent. diſtinct.* 6. *nu.* 36. *pagin. mihi* 126. quem ſequitur Maſtrill. *in Decis.* 41. *nu.* 8. Et fuit deciſum Die 13. Maii 1665. per S.R.C. adverſùs Scipionem Maradeam: Acta apud Garrupam demonſtrant; cujus determinationis meminit

Digitized by Google

minit De Luc. *ad Franch.in Obſ.*376. *num.*4. *in fin.*

10 Tempus verò, quò deveniri poſſit, ad Brachii ſæcularis implorationem, ponunt, ex aliis Gravat. *loc.citat. verſ.ad quod* & Rodolphin. *ubi ſup. nu.*47. ut ad illud deveniri non poſſit: niſi poſt quatuor Menſes; à Die latæ ſententiæ: ex quò tale tempus; dare condemnatis, conſueverant.

11 Cæterùm Epiſcopus, Brachium ſæculare; implorare valet: quoties per ſe ſententiam ſuam; exequi non poteſt: Genuenſ. *in indicat. cap.* 36. Bovadill. *Politic. cap.*17. *nu.*8. Rodolphin. *ubi ſup.nu.*45. Gratian. *Diſcept.*66. *ex num.*8. Mart. *loc. citat. part.* 1. *cap.*52. & ità è contrà: Menoch. *de Arbitr.caſ.*452. & Capiblanc. *in adduct. loc. nu.*4.

12 Deniquè advertant Tyrones M.C.V. Brachium ſuum literis executorialibus expeditis per Curiam inferiorem, vigore obligationis incuſatæ; non impartiri: niſi ipſius Obligationis inſeratur tenor: ut de illarum legitima relaxatione; dignoſcere valeat: ex Sanfelic. *in Decis.*64. *num.*8. & 9. De Marin. *in cit.Obſervat.*502. & D.Petr. *Tom.*1. *Rit.*28. *poſt num.*18.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE LXXXIII.

### *SUMMÆ.*

1 *Sententia lata, prò, aut contrà mortuum; eſt ipſo Jure nulla.*
*Fallit. nu.*2.3.4.& 7. *vide de praxi, nu.*8.& 9.
*Quid, ſi ante litigantis mortem, in cauſa reperiretur concluſum. nu.*5.
*Vel citatio, ad ſententiam executa. nu.*6.
10 *Judici: qualitèr de morte litigantis, conſtare debeat? & num.*11.
12 *Uno ex actoribus mortuo, ante prolatam ſententiam: num reſpectu viventis, ſubſtineatur?*
*Quid, reſpectu correi, inſolidum obligati? num.*13.
*Aut in ſententia lata, in actione perſonali? Defenditur* Gabriel. à D.Reg.noſtr. *nu.*14.
*Quid dicendum, in actione hypothecaria? n.*15.& 17.
16 *Creditor poteſt experiri hypothecaria actione, contra unum ex pluribus hæredibus: unoquoquè bona hypothecæ ſuppoſita, poſſidenti.*

1 HUmanum Judicem, in mortuas partes, Juriſdictionem non exercere. Etenim mors omnia ſolvit; protritum in dies dicterium eſt; memorantque Viv. *in Decis.*52. *nu.*6. & Caren. *in Reſolut.*87. *nu.*16. ea proptèr, ſi adversùs mortuum, vel pro mortuo; ſententiam proferre contingerit: nullius momenti eſſe; firmat *hoc loc.* D.Reg. noſter, probantque paritèr Gizz. *hìc.* Rot.Roman. *in Decis.*78. *part.*7. *Recent.* Amendol. *ad Franch.in Deciſ.*245. Borrell. *in ſumm. Deciſ. lib.*2. *Tit.*30. *nu.*213. & 214. Cancer. *var. Reſolut. Tom.*3. *cap.*17. *nu.*323. Thor. *in Compend. part.*3. *verb.Proceſſus compilatus.* Carleval. *de Judic. Tit.*2. *Diſput.*1. & *Diſput.*2. *num.*173. Gratian. *in Diſcept.*18. *ex nu.*19. Cavaler. *in Deciſ.*396. Marcian. *in Diſput.* 87. Guazzin. *ad Defenſ.reor. Defenſ.*35. *caſ.*27. la Rat. *in Conſ.* 17. Mar. Antonin. Maceratenſ. *var. Reſolut.lib.*1. *Reſolut. ultim.caſ.*43. Valenzuel. *in Conſ.*155. *nu.*41. *vol.* 2. Gallup. *in Prax. part.*3. *cap.*6. *nu.*15. Merlin. *Tom.* 2. *Controv.*23. Papon. *lib.*19. *Tit.*8. *Arreſt.* 14. Caroc. *de Except.in Except.*42. Franc. Prat. *in Diſcept.*29. & 30. *lib.*1. Imbrian. *de Prim. & ſecund.Benefic.Conſiderat.*5. *num.*46. & idem D.Reg.noſter, *in conſult.* 113. *nu.*9. prout in cauſa criminali: ex quò morte; delictum extinguitur: ſcribunt Schifordeg. *ad Fabr. lib.* 1. *Tract.*10. & *lib.* 2. *Tract.* 1. *quæſt.*9. & 10. Gomeſ. & *ibi* Ayllon. *Tom.*3. *Var. cap.*1. *ex nu.*78. Peregr. *de Jur. Fiſc. lib.*4. *Tit.*5. *ex nu.*1. Novar. *de Gravamin.Vaſallor. gravam.*143. *Tom.*2. & Guazzin. *loc. cit. nu.*1. Qui etiam in moribundo; id procedere, tradit, & in eodem albo ſe ſubſcribunt, Maſtrill. *in Decis.*137. *nu.*4. & D. Conſil.Petr. *in Rit.*166. *nu.*97.

2 Niſi ſententia, declaratoria ſit: quotiès ipſo Jure quis per ſtatutum, aliquo privaretur: Etenim, qui declarat, nil novi agit. Tuſc. *lit. D.Concluſ.* 98. *num.*8. & *lit.M.Concluſ.* 396. Bajard. *ad Clar. in §.fin. quæſt.*51. *num.*36. & De Marin. *ad Reverter. Tom.*1. *Obſerv.*94.
3 *nu.*3. Quod in pœna pecuniaria, potiſſimùm obtinere: in qua mortuum incidiſſe, Judex declarat, tradit De Afflict. *in Reſol.*48. *nu.*82. *verſ.imò quandò.* ad cujus dicti ornatum adeas Prat. *in Reſponſ. crim.*48. Aut liberta-
4 tis, vel favor Eccleſiæ, intraret. D. Reg. noſt. *num.*3. Capucaquenſ. *in Decis.*140. *part.*3. & Gratian. *loc.cit. num.*23.

5 Idem ſi concluſio, antè mortem litigantis, in cauſa facta ſit. De Afflict. *loc.cit.nu.*83. *verſ.imò quandò.* Maſtrill. *in Dec.*137. *nu.*19. *verſ. Conciſtorium.* & Merlin. *Contr.*23. *num.*16. *tom.*2. ſed contrarium, determinatum dicit, D.Reg.noſter *in præſenti Deciſione*: ubi, dictum fuiſſe, refert: iterùm ad cauſæ expeditionem, procedendum fore, ex eiſdem actis, ſequitur hanc veriſſimam ſententiam De Luc. *ad Franch.Obſ.*245. *n.*7. & Deciſione comprobat Gizz. *nu.* 11. At ſubſtineri ſen-
6 tentiam, de qua ſcribimus: ſi Citatio ad illam antè litigantis mortem, executa ſit, tradunt Gratian. *in cit. Diſcept.*18. *num.*27. Mil. *in verb. ſententia lata contra mortuum.* & Addit. *ad Buratt.in Decis.* 240. *in fin.* Pa-
7 ritèr ſi adversùs procuratorem: Cum quo, lis fuerat conteſtata, ſententia prolata fuiſſet, in hæredum damnum: probant Saluſt. *lib.* 2. *Prax. cap.*13. *num.* 28. & Motill. *in Prax. Tit.de Grad.termini. num.*37. Idcircò in Praxi, ſervatum vidimus: mortuo principali, conſti-
8 to de hærede, Decreto ordinatum: *Quod tranſlato Judicio in hæredem, procedatur cum procuratore in Actis conſtituto, cum quo lis conteſtata fuerat in hæredis damnum.* Sed ſi de hærede non conſtet: jacenti hæreditati, dari Curatorem, ſcribit Minad. *in Decis.* 35. ſtante illo, quòd per conteſtationem litis, procurator eſt effectus illius Dominus. *l.nequè Tutores, & l.nulla & ibi* Jaſ. & Alex. *C. de Procurat.* At, non conſtito de hærede, intrat illud: quòd per mandantis mortem, mandatum extinctũ eſt. Monac. *ad Minad.in cit.Deciſ.* 35. & Rovit. *in Rubric.de Procurat.* Benè verùm quòd D.Petr. diverſimodè hoc practicatum, vidiſſe, dicit: Etenim quandoquè de hærede non conſtito: Judicis decreto, ità mandante, in cauſa fuiſſe proceſſum cum procuratore, cum quo lis conteſtata fuerat: *in Rit.*105. *nu.*11. *Tom.* 1. quod Nos in pluribus contingentiis ſumus practicati. Qualitèr verò adversùs talem procu-
9 ratorem, ſententia ſit proferenda: ponit Rub. *de validitat. legal.in Controv.*51. *num.*20.

10 Ad rem, de illo tractandum dijudico: nùm Judici de morte litigantis, ex Actis conſtare, debeat: ut prolata ſententia, infringatur? Opinio ajens, invenitur apud, Coſt. *de Jur. & fact. ignor. cent.* 2. *Diſtinct.* 74. *num.*7. Maſtrill. *in allegat. Deciſ.*137. *ex num.*13. Angel. *in Conſ.* 123. Mil. *loc. indicat.* Rebuff. *ad Conſtit. Gall. Tit.de ſentent. artic. ultim. Gloſſ. unic. num.*10. *Tom.*3. Tepat. *Var. lib.*1. *Tit.de ſentent. diff. col.*1. *pag.* 305. Gayll. *Obſerv.* 109. *lib.*3. *num.* 4. Gratian. *in cit. cap.*18. *nu.*28.32.& 33. Rub. *loc. indicat. Contr.*50. *ex num.*4. & De Luc. *in adduct. Obſerv.*245. *num.*2. *verſ. contrariam opinionem.* Illo ſtante: nam opinio, veritati prævalet, in illis: quæ publici Officii ratione, expediuntur: Jaſ.in *l.Barbarius Philippus. nu.*61. & 66. *de Off. Prætor.* & Dec. *in cap.poſt ceſſionem.n.*60. *de Probat.*



Digitized by Google

11 At, etſi Veritas intemerata, in ipſo bono elucet: quandoquidem ſunt veræ eſſentiæ rerum, eædem, eodemquè modo, & ſenſibus, non comprehendantur: ſed mente. Gariglian. *in Platon. Phædon. pagin.*22. ab Aulis exulat. Quint. *lib.*6.*cap.* 1. Jo: Thuil. *in Comm.ad Alciat. Embl.*35.*pagin.*196.*n.*4. & D.Reg. De Philipp. *in Diſſert.*27. *num.* 26. *&* *ſeq.* ac laborat: Muret. *Var.lect. lib.*8. *cap.*10. & Thuil.*loc.cit.Embl.*28. *n.*4. *pagin.* 166.ſed premitur non opprimitur eod.Thuilio, ità conſiderante: & Carolida *in Delit. Poet. Germ. part.*2. *pag.*194. *nu.*93. Et licèt filia, temporis ſit:Gell. *Noct.Attic.lib.*12.*cap.*11.ac Patronum in cauſis non habeat, ſe ipſam defendit Cicer.*in Vatic. & pro Cæl.* Caſar. *quæſt.*11. *num.*1. *& quæſt.* 13. *num.* 38. De Rub. *in Certam.* 6. *nu.*8. Et haùd reſiſtente, quod unica ſit. Anthon.de Freundeberg.*de Reſcript.Morat. Tit.*7.*Concluſ.*30. *num.*57. Henrig. *de Fidejuſſ. cap.* 40. *num.* 4. Aſtreæ baſis, dicitur. D.De Philipp.*Diſſert.*37. *nu.*5. & omnium virtutum Regina. D.Petr. *in Rit.*70. *num.*1. Propterea ſatis eſſe litigantem obiiſſe: etſi apud Acta patefactum, id non dignoſcatur: ad finem, ut prolata ſententia,executionem non obtineat:probant apertiùs, & meliùs, De Franch.*in cit.Deciſ.*145. Rip. *in Obſerv.* 22. Aſin. *in Prax.* §.31. *ampl.*21. *num.*3. Cancer.*lib.*3. *Tit.de sent. & eor. execut. cap.*17. *num.* 329. Vant. *de Null. ex defect.Juriſdict. num.*106. & Golin. *de Procurat.part.*3. *cap.*4. *nu.*45.

12 Succedit, videndum: quid ſi unus ex litis conſortibus, antè prolatam ſententiam, Fato ceſſit? In uno ex actoribus mortuo, extat præſens punctualis *Deciſio*, bona ratione fulcita: quia cauſa, ab unico pendebat libello individuo:& ideò unica,proferenda erat ſententia.

13 In correo verò: Quid dicam?Plures reſolvam caſus. Sentẽtiam latam cõtrà plures inſolidum obligatos;quorum unus reperitur mortuus: Cùm contrà unum ex inſolidum obligatis, pro toto Aſſe, executioni demandari poſſit, ſuſtineri dixit, D.Reg. noſter *ex num.*15. Probat Gallup. *loc. citat.* Et ſequitur De Luc. *nu.*5. *in*

14 *fin.* Paritèr ſi in actione perſonali, fuiſſet lata, quæ de ſui natura, diviſibilis eſt: Gabriel. *in Conſ.* 56. *vol.* 1. contrà quem, malè ſtat D. Reg. noſter ſaltèm ratione æquitatis: nè annullata ſententia, actor novas expenſas erogare teneatur. Caval. *in Deciſ.* 483. Gallup. *loc. cit. num.*15.

15 Ulteriùs: ſententiam latam in actione hypothecaria, adverſùs plures hæredes, bonorum poſſeſſores debitoris,ſuſtineri contrà alios: non obſtante,quòd tempore promulgationis ſententiæ, unus ab humanis diſceſſerat:conſtantèr,tenendum affirmo: exemplo *Deciſ.*12. *nu.*6. *&* 7. Gizzarell. Etenim indiſtinctè creditor, virtute hypothecæ, poteſt agere contrà unum ex

16 hæredibus,fundum hypothecæ, ſuppoſitum,poſſidentem: in nihilo refragante, quòd alii cohæredes, poſſideant alia bona, ſimilitèr hypothecæ obnoxia. *l. pro hæreditariis.* §.*niſi pignus. C.de hæredit.action. l.fin. C.ſi unus ex plurib.* Neguſant. *de Pignorib. membr.*1. *part.* 8. *princip. nu.*16. Faber *de Errorib. Pragmatic. Decad.* 80. *Error.* 7. *&* 8. Noguerol. *Allegat.*4. *ex nu.*44. Nig. *de Laudem. Tom.*1. *quæſt.*7. *artic.*7. *num.*64. Facchin. *lib.*2. *Controv.*47. Hermoſill. *in l.*32. *Gloſſ.*3. *ex nu.*38. *Tit.* 5. *part.* 5. *& in l.*5. *Tit.* 2. *Gloſſ.* 1. *&* 2. Cævall. *Commun. contr. commun. quæſt.*76. *& Tom.* 3. *quæſt.* 784. Matin.*de Legitimat. perſon. cap.*20. *nu.*38. Cenc. *de Cenſib. quæſt.* 98. *nu.*29.*&* 30. Gratian. *Diſcept.*16. *ex nu.*10. Rodriq. *de Execut.cap.*4. *ex num.*14. Covar. *lib.*3.*cap.* 18. *nu.*2. Parlador. *part.* 1. *Rer. quotid. cap. fin.* §.1. *ex num.*15. Duard. *de Cenſib.* §.5. *quæſt.*16.*nu.* 25. & Rodoer.*ad De Marin. Reſolut.*163. *nu.*5. Propte-

17 reà executioni demandando ſententiam contrà hæredem viventem, ſuper uno fundo pro tota quantitate, jure id creditor agit: quod aliqualitèr, admittere videtur, D.Reg. noſter *nu.*13. *&* 16.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXXIV.
### *SUMMÆ.*

1 *Hæreditas, non adita: non tranſmittitur.*
*Amplia, ut nu.*2.
*Limitatur in filio: qui potentia ſuitatis;hæreditatem non aditam, tranſmittit. nu.*3.
*Quid, in hæreditate materna? num.*4.
5 *Tranſmiſſio,Jure ſanguinis: qualitèr fiat?*
*Quid, ex potentia ſuitatis?* De Luc. *ſtat contra* D. Reg.noſtr. *Cujus adducuntur ſequaces.num.*6.
7 .... *hæreditatis Jure ſanguinis: quibus locum obtineat.*

1 HÆreditatem, non aditam: non tranſmitti, voluerunt Jura, in *l.ſi ex pluribus. ff.de ſuis, & legitim. hæredib. l. ex Militari.* §.*fin. & ibi* Bartol. *ff.de Militar. Teſtam. l.unic.* §.*in noviſſimo. verſic.hæreditatem. C.de Caduc. tollend.* Et tradiderunt *plenè* DD. *in l. in Ventre. ff. de Acq. hæredit.* Medic. *de Defin. part.* 2. *Definit.* 79. *num.* 5. Donat. à Finà *inter Comm. Opin. lib.* 4. *Tit. de ſucceſſ. Edict. num.* 23. *& lib.* 6. *Tit. de Jur. delib. num.* 45. Durant. *de Art. Teſtand. Tit.* 11. *Caut.*1. *nu.*1. Mut.*in Deciſ.*49. *ex nu.*24. Duaren. *de Jur. accreſcend. lib.*2. *cap.* 17. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Tit. Dos droict. & appart.* §.14. *nu.*12.*&* 13. Et noviſſimè D.D.Hieronym.Calà *de in Integr. Reſtit. quæſt.* 43. Cujus rei, ea Anima eſt: nam hæredibus, aliud haùd tranſmittitur: niſi, quod defunctus habuit. *l.nihil eſt aliud.*24. *ff.de Verb. ſignif.* At cum hæreditas non adita: in bonis demortui, non ſit. *l.prætia rerum in princip. ff. ad Leg. falcid.* ſequitur:tranſmitti illam, non poſſe. *l.id quod noſtrum. & l.nemo plùs Juris. ff.de Regul.Jur.* Et probat Jaſ.*in l.Emancipata.*4. *num.*15.*C. qui admitt.* Hujus verò Axiomatis reſtrictiones, dant Theſ.*lib.*4.*quæſt.*78. Gomeſ. *Var.Tom.*2. *Tit.de Tranſmiſſ.hæred.*& Craſſ. *de ſucceſſ.Tit.de Tranſmiſſ. quæſt.* 20.

2 Dictumque axioma,in patre etiam,qui priùs, quàm filii defuncti hæreditatem adiit, labuit fato: filii namquè ſuperſtites,illam haùd tranſmittunt: teſtibus,quos D.Reg.noſter laudat *num.*4.Quibus adde benè ſcribentes Paul.de Caſtr. *in Conſ.*304. *juxta fin.verſ.ex his relinquitur. lib.*1. Bertrand. *in Conſ.*220. *Tom.*7. *num.*1. Hodiern. *ad Surd.in Deciſ.*138. *nu.*17. Noal. *de Tranſmiſſ. cap.*8. *nu.*16. Capon. *Tom.*1. *Contr.*56. *nu.* 10. Et vide Altimar., qui hunc Deciſionem exornat: *in Obſerv. ad Deciſ.Revit.*85. *nu.*39. *&* 40.

3 Sed fallit è contra: quia filius, potentia ſuitatis:hæreditatem licèt non aditam, nè dùm ad filios: verùm ad cæteros deſcendentes, etiam extraneos; tranſmittit: teſte D.Reg.noſtro *hoc loc.nu.*6. *&* 7. Et probant apertiùs Morot. *in Conſ.* 56. *nu.*2. Mantic. *de Conject. lib.*5. *Tit.* 5. *nu.*14. Matin.*de Legitim. perſon. cap.*20. *nu.*32. De Luc.*de Linea Artic.*26. *nu.*3.& D.Cal.*loc.cit.nu.*2. Et ſi talis filius, in aſcendentis vita: de cujus ſucceſſione tractatur; non eſſet natus: imò nec conceptus:quia licèt non admittatur ex propria perſona; admittitur, mediante perſona ſui aſcendentis, Jure tranſmiſſionis. Gayll. *lib.*2.*Obſerv.*131.*num.*1.Craſſ. *in* §.*tranſmiſſio. quæſt.*26. *nu.*5. Gomeſ. *Tom.* 1. *cap.*9. *num.*44. Tiraq. *de Retract. Ligniag.* §.1. *Gloſſ.*9. *nu.*93. & Noal.*loc.cit. nu.*97.

Digitized by Google

*nu.*97. & 107. quam tranſmiſſionem in filio emancipato; procedere voluit, Gayll. *cit.lib.*2.*Obſerv.*13. contrà quem ſtat Capon. *in Controv.*55.

4 Quid in Matris hæreditate? Contrarium fatendum eſt. Etenim, licèt filius maternam hæreditatem, non aditam tranſmittat; id non evenit potentia ſuitatis: Surd. *in Dec.*140. *num.*2. quia filios, in poteſtate non habet. *§. cæteri. Inſt. de hæred. qualit.* & *§. fœmina. Inſtit. de Adopt.* ſed ſanguinis. Hodiern. *loc. cit. num.* 15. & *in Contr.*34. *num.*26. Et fieri tranſmiſſionem iſtam;

5 non ut aditam: ſed ut adeundam; dixit De Franch. *in Deciſ.*32. *num.*2. Surd. *in Deciſ.*238. *num.*3. Mart. *vot.* 121. *num.*2. & Pap. *in Dec.*300. Quod, in quacumquè tranſmiſſione, Jure ſanguinis, procedere, ſcribit Robles *de Repreſent. lib.* 2. *cap.* 20. *num. ult.* Et ex quocum-

6 què capite, hæreditas tranſmittatur. De Luc. *loc.cit.nu.* 13. ſed hoc dictum: non admittit, D. Reg. noſter *nu.*16. Et videantur Cancer. *part.*3. *cap.*31. *num.*53. 58. 156. & 164. Fabr. *de Conject. lib.* 14. *cap.* 1. & Vela *in Diſſertat.*11. *num.*36.

7 Tandem tranſmiſſio Jure ſanguinis; ad lineam deſcendentem, applicatur tantum: non verò ad aſcendentes, vel collaterales. *l.unic. C.de his, qui ant.apert. Tabul.* Trentacinq. *de ſubſt. part.*1. *cap.*6. *nu.*21. Cujac. *in cit. Rub. de his qui ante.* Matin. *loc. cit. verſ. ſecundò limitatur.* & De Luc. *eod.loc.num.*4. Aliàs tranſmiſſionis ſpecies, habes apud De Marin. *Tom.*3. *Alleg.* 118.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE LXXXV.

### *SUMMÆ.*

1 *Judex Taxionarius: quis dicatur?*
2 . . *alterius Judicis; eſt ſuſpectus. Ampliatur. num.*4.
3 . . *habens cauſam conſimilem, non intervenit.*
5 . . *Non intervenit; in cauſa alterius Judicis: contrà quem in altera cauſa, votum ſuum dixit: licèt non nocuerit.*
6 . . *eſt ſuſpectus, in cauſa Advocati contrarii.*
7 *Compater; non judicat in cauſa: quamquàm ſit compater alterius conjugis.*
8 *Tertius veniens ad Cauſam, poſt concluſum obtentis beneficiis; nùm ſuperſedere faciat? Contra* Gizz.
9 *Minori Authori laudato ad Cauſam venienti poſt ſententiam: non juvatur in integrum reſtitutione.*

1 HOſtienſis, Magiſter, Judicem Taxionarium, appellitabat Judicem alterius Judicis: quaſi, quod tacitè inter ipſos, taxatum fuiſſet, de modo procedendi: juxtà illud *bona me la fai; bona te la faccio*: *in Tit. de*

2 *Recuſat. Judic. delegat. num.*4. Hanc igitur legitimam eſſe recuſationis cauſam, aptiùs probat, D. Reg. noſter *hic* & pleniùs Spad. *in Conſ.* 197. *num.* 5. *lib.*2. Jo: Andr. *in cap. legitimam. num.*1. *verſ. decimo, quia de Appellat. in* 6. & *ibi* Domin. de Sanct. Gemin. *col.*1. Maynard. *in Deciſ.*89. *part.*1. Sanfelic. *in Deciſ.*81. *num.*4. Chriſtin. *in Deciſ.* 149. *vol.*2. Et deciſum: junctis Tribus Aulis S.R.C., referunt Novar. *in Pragm.* 15. *de ſuſp. Offic.* & Thor. *part.* 1. *comp. verb. ſuſpitio, an obſtet Judici, qui litem habet.* Et eandem ſententiam, proſequuti ſunt, D. Rodoer. *ad De Marin. in Reſol.*109. *nu.*2. & D. Conſil. Petr. *in Rit.*261. *nu.*119. extatquè ſuper eo Tex. *in cap.*2. *verſ. Humani moris eſt.*16. *quæſt.*2.

3 Ampliatur firmata Concluſio: ut procedat in Judice, habente conſimilem cauſam: Etenim præſumitur taliter judicare: ut judicatum mallet in cauſa propria: Gloſſ. & *ibi* Abb. *in cap. cauſam, quæ el* 2. *de Judic.* Cavalc. *in Deciſ.*28. *part.*2. *ſub nu.*114. Marant. *part.* 6. *Rub.* & *quandoquè appellatur. act.*2. *nu.*46. Et conferunt, tradita per De Pont. *in Deciſ.*32. cujus meminit Thor. *eod. loc. verb. ſuſpectus Judex: recuſari an poſſit.*

4 Extende eandem Concluſionem, in Judice, qui eſt Judex, Generi alterius Judicis: is nam loco filii, habetur: ut deciſum in perſonam Conſil. Honuphrii de Palma, dicit D. Conſil. Petr. *loc.cit.num.*119.

5 Ulteriùs, extende poſitam concluſionem in Judice, alterius Judicis: qui in alia cauſa, votum ſuum adversùs illum, protulit: licèt votum uti ſingulare, non nocuerit: quia, etſi non nocuit cum effectu, per ipſum non ſtetit, quin noceret D. De Marin. qui ſic deciſum refert, *in cit. cap.*209. ſequitur D. Rodoer. *ibid. nu.*1.

6 Nec judicabit ille, in Cauſa Advocati: qui in aliqua contingentia, adversùs Judicem, Patrocinium præſtitit. Rovit. *in Pragm.*1. *de ſuſpit. Off. num.*55. De Marin. *ubi ſup. cap.*210. Rodoer. *loc.cit. nu.*3. Thor. *Tom.* 3. *sect.*3. *verb. ſuſpectus Judex*: ſtante odio probabili, quòd adversùs adverſarios Advocatos contrahitur. Put. *de ſyndic. verb. ſuſpicio. cap.*1. *nu.* 5. Fab. *in C. Tit.* 4. *diffin.* 1. *num.* 4. & Xamar. *de Offic. Judic.* & *Advoc. part.*2. *quæſt.*4. *nu.*56.

7 In cauſa etiam, qua Compater, habeat aliquale intereſſe: Judex ſuum calculum, non præbet. De Graff. *Except.* 24. *num.* 66. Sanfel. *in Deciſ.* 83. & D. Petr. *loc. cit. num.* 134. Et fuit deciſum, in Cauſa Lauræ David, & filiorum Lucretiæ Cimminæ, & aliorum creditorum Paulini Cimmino, Die 13. Septembris 1617. & confirmatum, per Regium Collaterale Conſilium: ut eſt videre in Proceſſu Franciſci, & Thomę Cimmino, cum Creditoribus Conſtantini Cimmino: in Banca De Litto. In cauſa verò, Uxoris, Judicem mariti Compatrem intervenire, deciſum dicit, De Marin. *ad Reverter. Obſ.* 457. Quam determinationem, ex eo eveniſſe: quia recuſatio, propoſita fuerat, poſt lapſum Termini, contenti in *Pragm.*15. *§.*6. *de ſuſpic. Off.* refert D. Petr. *ibid. num.* 142. rationabilitèr contrarium deciſum referens in altera contingentia. Ad cujus fundamentum, habes eruditam, & laborioſam allegationem, doctiſſimi, cujuſdam Viri: ſuppreſſo tamen nomine: impreſſam apud Sarn. *in Prax. Civil. pagin. mihi* 99. ſuſpicionem deniquè, ex cauſa Compatratus: non illigari Termino *in Pragm.* cõtento, tradunt Thor. *in ſupplem. verb. ſuſpicio quandò eſſet notoria.* & De Luc. *ad De Franch. Obſ.*431. *num.* 4. *circ. med.*

8 Eſt deniquè obſervandum, Gizz. *hoc loc. num.* 8. ſcribere: nullo jacto fundamento: Curſum cauſæ, tertio ad cauſam veniente, poſt factam concluſionem, non impediri: licèt ei, pro ſuo Privilegio, conceſſa ſint beneficia. Tu verò, hoc aſſertum, dicas procedere in tertio: qui ad cauſam veniens, non facit ſuperſedere ſecùs in illo, qui curſum cauſæ, impedit. Pro quo, adeas Revert. *in Deciſ.* 323. & *ibi* De Marin. De Luc. *ad Franch. Obſ.* 261. & D. Calà *de in Integr. reſtit. quæſt.* 33. *nu.* 42. Reſtitutionem verò in integrum, minori,

9 ad Cauſam venienti: uti authori laudato, poſt ſententiam S. R. C. jam cæptam exequi: non competere, deciſum fuit in Cauſa Jeſuminæ de Ambroſio, cum Venerab. Cappella Matris Dei Sanctiſſimi Roſarii, Terræ Palmæ: referente Die 13. Novembris 1675. in eodem S. R. C. D. Conſil. De Dura. Proceſſus eſt in Banca Figliolæ.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXXVI.

### SUMMÆ.

1 *Depoſitio principalis, in Termino non oblata: quandò illius curſum impediat? Adversùs* D. Gizz. *&* Alios. *Quandò; currere incipiat? num.* 2.
*Uſquè ad quem Actum; peti poſſit? Cum* Deciſionib. noviſſ. *num.* 3. *&* 4.
5 *Abbatis ſola depoſitio, tamquàm principalis: num ſatis ſit, ut parti depoſitionem Monaſterii petenti; ſatisfiat? & num.* 6.
7 *Cedens ad inſtantiam debitoris ceſſi, tenetur poſitionibus reſpondere*: Cum Deciſ. noviſſima.
8 *Deponere; quis teneatur: priùs Actor: vel Reus? Receditur* à D. Gizz.
9 *Depoſitio principalis: num Literis Cambii proteſtatis, concedatur?*

1 Anteà quàm præſentis Deciſionis provinciam funditùs introſpiciamus, animadvertendum illud eſt: non eſſe verum Gizz. dictum *num.* 2. quòd, niſi depoſitio principalis in calce Termini oblata ſit, Terminus ipſe, non currat. In quod etiam erratum, ceciderunt Gallup. *Part.* 2. *de Depoſit. cap.* 19. *num.* 1. & Sarn. *in Prax. Civil. noviſſ. part.* 1. *pag. mihi* 4. *verſ. Addas*. Etenìm ipſa veritas eſt, terminum tunc non currere: quotiès in illius calce, depoſitio petita ſit, & in implementum petitionis, non oblata: ut perbellè tradunt, De Luc. *ad De Franch. Obſ.* 220. *nu.* 4. & Motill. *in Prax. Tit. de Grad. Term. num.* 15. Meliùs
2 propterea, ſcripſerat Scaglion. *ad Pragmat. pagin. mihi* 55. *num.* 15. Et repetiit D. Petr. *in Rit.* 70. *num.* 7. Ut: donec petita depoſitio, fiat, Terminus non currat: illaquè recepta, nec adhuc currere: niſi Judicis interloquutoria, mandatum ſit, ut currere incipiat: ſcribunt Caravit. *in Rit.* 69. *num.* 5. *in fin.* Thor. *part.* 3. *verb. Terminus*. Sarn. *loc. cit. verſ. & quod non currat.* & D. Altimar. *ad Reg. Rovit. in Deciſ.* 18. *num.* 10.
3 Eandem depoſitionem principalis, uſquè ad concluſionis actum, excluſivè, peti poſſe: niſi ſuper novis, & remota calumnia, petatur, legitur in *Pragm.* 4. §. 7. *de Dilat.* quam memorant Gizz. *hìc num.* 3. Prat. *ad Muſcatell. Glos. Concluſio part.* 7. *num.* 9. D. De Marin. *lib.* 2. *Reſol.* 235. *num.* 3. D. Petr. *in Rit.* 93. *num.* 1. Motill. *loc. indic. num.* 13. & D. Altimar. *ad Rovit. in Deciſ.* 34. *num.* 32. Ac, determinatum fuit, ſub Patrocinio noſtro: in Cauſa Antonii De Lavo, cum U. J. D. D. Anello Cuccoreſe: Cui, S. R. C. Decreto, injunxit: ut deponeret ſuper poſitionibus præſentatis, concernentibus factum, quòd contigit poſt concluſionem: referente. D. Conſil. Hodierna, in Aula D. Conſil. Rocco. Proceſſus eſt in Banca de Montecorvino, apud Scribam Carbone.
4 Et in Cauſa, ejuſdem Antonii, cum Paulo de Diana, in eadem Aula: referente Judice Golino Die 23. Septembris 1674., fuit dictum: quòd dictus Antonius, deponat ſuper poſitionibus præſentatis: licèt Ego, pro dicto Antonio, oppoſuiſſem: poſitiones prædictas, fuiſſe præſẽtatas, poſt Monitionem ad Dicendum ſuper expeditione cauſæ: nec illas continere quid novi, quod poſt concluſionis actum, contigiſſet. Sed non obtinui (ut retulit mihi D. Conſil. Rocco) ex æquitate: Etenìm Paulus nihil in Termino produxerat: & principalis depoſitio, loco probationis, habetur. Proceſſus eſt in Banca Calendæ, apud Scribam Pulverinum.
5 At, ut ad individuum Deciſionis deveniamus Obſervandum eſt: Num Abbatis ſola depoſitio, ſatis ſit: ut ſatisfactum dicatur petitioni partis, quòd Monaſterii deponeret? Thor. affirmat. *in ſupplem. part.* 1. *verb. depoſitio ſola*. Confert ad rem Abbatis, Prioris, Præpoſiti, Rectoris, ſivè alterius adminiſtratoris depoſitione Monaſterio præjudicari. Abb. *in Cap. Dilectus. de Cappell. Monachor.* illoſquè deponere teneri veritatem, quam ſciunt, & per ſubditos audierunt: ſcribit Rovit. Etiamſi eorum ſcientia, contraria ſit illis, quæ à ſubditis audierunt. Quo in caſu, admitti depoſitionem, inquit: ſi dicat ex parte mea, credo ſic: & ex parte Eccleſiæ, ſic. in *Pragm.* 8. *num.* 31. *de Ord. Judic.*
6 D. Reg. noſter verò tenuit, cum Abbate ſive Abbatiſſa, deponere debere, aliquas Moniales, ſivè Monachos, de cauſa informatos. Et obtinui pro D. Franciſco Caracciolo de Aloyſio: Contrà Venerabile Monaſterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ hujus Civitatis, in Tribunali Nuntiaturæ Apoſtolicæ. Unde, Monaſterium, ex perſona Monaci agente, tenetur deponere Monaſterii Superior cum ipſo monacho Rovit. *in Pragm.* 1. *n.* 74. *de ſuſpit. Offic.* Gallup. qui ſic deciſum refert, in *cit. cap.* 19. *num.* 9. & D. Petr. *in Rit.* 70. *num.* 6.
7 Cedentem etiam ad inſtantiam debitoris ceſſi, poſitionibus, reſpondere teneri: quia magis inſtructus, cenſetur: tradunt Marant. *in l. ſi Actor. ex num.* 71. *ff. de Procurat.* De Leo. *in Deciſ.* 211. *ex num.* 11. *ad* 20. *lib.* 2. Urſill. *ad Afflict. in Dec.* 79. *num.* 5. Bertaz. *clauſul.* 29. *Glos.* 9. *num.* 4. Sanfelic. *in Deciſ.* 169. *Tom.* 2. Larrea *de Juram. Calum. cap.* 15. *ex num.* 417. & D. Petr. *in eod. Rit.* 79. Et Obtinui in S. R. C. referente D. Regio Conſil. D. Joanne Baptiſta de Afflicto: pro Catherina de Creſcentio, cōtrà Thomam Mezzadonna. Proceſſus eſt in Banca Laviani, apud Scribam Romeum. Et cedentis depoſitionem ſi Judicialis ſit, ceſſionario nocere: probant Farinac. *de Teſtib. quæſt.* 60. *num.* 354. & Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *cas.* 473. *num.* 11. Et vide Rendell. *de Jur. Prothomis.* §. *in primis. num.* 71. Marilian. *in Deciſ.* 21. *num.* 6. Afflict. *in Deciſ.* 163. *num.* 3. Mut. *in Deciſ.* 14. *num.* 10. Borrell. *in ſumm. Deciſ. Tom.* 2. *Tit. de Confeſſ. ex num.* 78. Cyriac. *Controv.* 27. *lib.* 1. Thor. *verb. confeſſio cedentis. Tom.* 1. Salgad. *in Labyrint. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 33. Gratian. *Diſcept.* 287. *ex nu.* 9. De Leo. *in cit. Deciſ.* 211. *nu.* 16. Tiraq. *de Retract. Ligniag.* §. 2. *Gloſſ.* 2. *num.* 14. Amend. *ad Franch. Deciſ.* 55. *num.* 15. Maſcard. *de Probat. Concl.* 374. Verall. *in Deciſ.* 93. *&* 131. *part.* 1. Ludovic. *Concl.* 4. *verſ. declara.* 16. & Noguerol. *in Allegat.* 22. *num.* 12.
8 Quis teneatur priùs deponere: Actor: an Reus? inquirit D. Gizz. *hìc num.* 4. Et relato diſſidio inter Michalor. & Gallup., ſequitur Rovit. ſubſtinentem, Actorem priùs deponere teneri. Et tenet D. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 17. *num.* 12. Tù verò dicas, illum priùs deponere teneri, à quo primò depoſitio fuit petita: ut perbellè tradit Matin. *de Legitim. Perſon. cap.* 32. *num.* 68. Et approbant D. Petr. *in cit. Rit.* 70. *nu.* 12. & D. De Luc. *in alleg. Obſ.* 220. *num.* 4.
9 Pro coronide tandem nota: Principalis depoſitionem petitam, in materia literarum Cambii proteſtatarum concedendam eſſe: ut ex Maſull. *ad Capyc. in Dec.* 146. *num.* 6. *in fin.*, deciſum refert Thor. *eod. Tom.* 1. *verb. depoſitio principalis an ſit admittenda.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXXVII.

### SUMMÆ.

1 *Præſidens S. R. C. ſuſpectus in judicando an ſit ſuſpectus*

*ctus in delegando? & num. 4. 5. & 6. comprobatur* Deciſio.
2 *Judex delegatus, poſt recuſationem, cauſam ſubdelegare non poteſt.*
3 *Pontificem Maximum poſſe cauſam Judici recuſato delegare, quis dixerit.*
7 *Præſide S. R. C. ſuſpecto, non ſunt ſuſpecti Regii Conſiliarii.*
8 *Recuſato Epiſcopo uti ſuſpecto, Vicarius dicitur etiam recuſatus.*
*Quid è Contra? num.* 10.
*Aut ſi Vicarius procederet tamquam Delegatus? nu.* 9.

1 INquiritur hoc loco. an Præſidens S. R. C. ſuſpectus
in Judicando, ſit pariter ſuſpectus in delegando?
Facit pro opinione negativa communis traditio, quod
ſuſpectus in judicando, non eſt ſuſpectus in delegando,
teſtibus allegatis per D. Reg. noſtr. *num.* 1. quibus ad-
de Menoch. *in cons.* 1159. *num.* 6. *tom.* 12. Schrader.
*de Feud. part.* 10. *ſeſſ.* 4. *num.* 12. Cravet. *in conſ.* 232.
*nu.* 9. Corn. *in cons.* 262. *col. ult. lib.* 3. Maſtrill. *in
Dec.* 234. *num.* 23. *& ſeq.* & Vant. *de Nullit. ex defect.
juriſdict. delegat. num.* 33. quo loco concluſionem li-
mitat in delegato recuſato, qui poſt recuſationem ſub-
2 delegare non poteſt, juxtà Tex. *in cap. Judex. de off. de-
leg. in* 6. & Marcheſ. dixit Pontificem poſſe delegare
3 cauſam Judici recuſato. *de Commis. utriusquè ſignat.
commis.* 3. *part.* 1. *cap.* 1. *nu.* 22. ſequitur Maceratenſ.
*lib.* 1. *Reſol.* 50. *num.* 35.
4 Placuit aliis, quòd ſuſpecto Præſide S.R.C. ex cauſa
inimicitiæ nequeat cauſas committere, inter quos ſunt
Novar. *in pragm.* 15. *num.* 1. *de ſuſpic. offic.* & Gallup.
*in prax. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 27.
5 Et Staiban. voluit Præſidem S. R. C. recuſatum in
illis ſe ingerere haud poſſe, quæ aliqualem requirunt
cauſæ cognitionem, ut puta determinationes, quæ ab
ipſo auditis, vel monitis partibus, proferuntur. *tom.* 2.
*Reſol.* 110. *nu.* 50. & placuit Sanfelic. *in prax. ſection.*
40. *num.* 16. & aliis adductis per D. Petr. *in Rit.* 265.
*num.* 94.
6 Deniquè ipſa veritas eſt Præſidentem S. R. C. ſuſpe-
ctum in judicando, eſſe pariter ſuſpectum in delegan-
do, ſive occaſione inimicitiæ, ſivè alia quacumquè
cauſa recuſatio obtinuerit, ea ratione, quia in delegan-
do poteſt multum recuſanti nocere. meminit hujus De-
ciſ. D.Petr. *loc. cit.* & ſcripſit Sarn. *in prax. Civil. pagin.
mihi* 43. *vers. ſuſpectus Judex.*
7 Suſpecto verò Præſide ejus Conſiliarii non ſunt ſu-
ſpecti. Capyc. *in decis.* 138. Bovadill. *lib.* 3. *Politic.
cap.* 8. *num.* 124. *tom.* 2. D.Petr. *eod. loc. num.* 90. Quod
8 in Vicario Epiſcopi non obtinet, etenim Epiſcopo
tanquam ſuſpecto recuſato, Vicarius etiam recuſatus
dicitur, quamquàm nulla adverſus illum occaſio ſu-
ſpitionis adſit Burg. *in cap. cæterum nu.* 128. *de Re-
ſcript. tom.* 2. Sbroz *de offic. Vicar. lib.* 3. *quæſt.* 14. Stai-
ban. *in cit. reſol.* 110. *num.* 19. Rodoan. *de reb.
Eccleſ. non alien. cap.* 3. *nu.* 29. etiamſi talis Vicarius
fuiſſet à Papa confirmatus, Quarant. *in ſumm. Bullar.
verb. Archiepiſcopi authoritas. num.* 19. & Bovadil. *loc.
cit. lib.* 1. niſi tamquam delegatus procederet Scacc. *de
9 Appellat. quæſt.* 8. *num.* 76. Sbroz. *loc. citat. ex num.*
8. ſed in contrarium urget De Laurent. *de Judic. ſu-
10 ſpect. cap.* 4. *num.* 11. Recuſato tandem Vicario ſuſpe-
cto, non propterea dicitur recuſatus Epiſcopus Scacc.
*eod. loc. num.* 57. *&* 85. Sbroz. *ubi proximè lib.* 3. *quæſt.*
15. qui *in quæſt.* 16. *num.* 8. inquit, quòd ſi occaſio
recuſationis Vicarii, Epiſcopum tangeret: tunc ſuſpiti-
onis cauſa, ab Epiſcopo non cognita, alteri committitur.
Et probat De Laurent. *in cit. cap.* 4. *num.* 6.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXXVIII.

### SUMMÆ.

1 *Tutor, tenetur deponere, uti principalis: inſtante parte ex adverſo.*
*ejusquè, depoſitio: pupillo quandò noceat? nu.* 2. *&* 3. *Declaratur* Matin.
4 *Procurator: quandò poſitionibus adverſarii, reſpondere teneatur?*
5 *Mandatum Procuratoris, ad reſpondendum poſitionibus: quale eſſe debeat? Declaratur* D. Reg. noſter.
6 *Principalis: quandò abſquè præſentia Advocati, vel Procuratoris, poſitionibus adverſæ partis, reſpondeat?*

1 COmmuni voto S.R.C. dixit hoc loco, teneri Tuto-
rem: inſtante adverſario; deponere, ſuper poſitioni-
bus præſentatis, per verbum Credo, & nõ Credo: ſervata
forma *Pragm.* 8. *de Ordin. Judic.* Deciſionem memorat
D.Conſil. Petr. *in Rit.* 70. *num.* 6. *circ. med. & Apoſtilla*
Piſanelli, tranſcripta per Thor. Cujus meminit D. Reg.
noſter *ante num.* 2. Deſcribit quoquè De Marin. *lib.* 2.
*Reſol.* 235. Et quòd Tutor, teneatur jurare in Ani-
mam ſuam; tradit Aſin. *de Execut.* §. 8. *cap.* 53.
2 Eandem depoſitionem in Foro contentioſo, ſuper
poſitionibus præſentatis, parte ex adverſo petente, fa-
ctam à Tutore, Curatore, aut ab Eccleſiæ Prælato;
pupillo adulto, ſive Eccleſiæ nocere: quia ad patefacien-
dam veritatem recepta eſt; probant Bart. *in l. certum
§. ſed an, & ipſos. num.* 1. *& ibi* Cuman. *num.* 2. *ff. de
Confeſſ.* Soccin. *in Cons.* 57. *num.* 10. *lib.* 4. & alii apud
3 Gratian. *Diſcept.* 878. *num.* 3. Confeſſio verò ab eiſdem
perſonis facta, abſque neceſſitate Judicii Eccleſiæ: vel
Pupillò, nullum inferre præjudicium; probat perbellè
Barboſ. *de Off. & Poteſt. Epiſc. Allegat.* 125. *nu.* 3. Et ſic
eſt intelligendus Matin. *de legit. perſon. cap.* 6. *nu.* 44.
4 Obſerva *num.* 6. Procuratorem, dominum litis effe-
ctum, procuratorio nomine: uti principalis, ſuper
poſitionibus adverſarii; deponere teneri. Adde Sanfelic.
*in Prax. sect.* 48. *num.* 14. licèt principalis depoſuiſſet
D.Petr. *in Rit.* 93. *num.* 2. Imò principalem: adverſario
inſtante: interrogari poſſe, ſuper poſitione, negata à
procuratore: deciſum oſtendit Thor. *part.* 2. *verb. Depoſi-
tio principalis.* Benè verum eſt: Procuratoris depoſi-
tionem, ſi abſquè ſpeciali mandato facta ſit; principali
non nocere: Borrell. *in ſumm. Decis. Tit. de Procurat.
num.* 210.
5 At intellige: quòd etſi mandatum ad reſpondendum,
tamquàm principalis, ſatìs ſit Procuratori; ut noceat
Domino juxtà ſcripta per D. Reg. noſtrum, *num.* 6.
Et Deciſum dicit Thor. *part.* 2. *verb. Depoſitio princi-
palis.* tale mandatum continere debere ſpecialiſſimam
authoritatem; ad ſic, & ſic reſpondendum. Prat. *ad
Muscatell. par.* 3. *Gloſſ. hæreditaria. vers. notabis.
& part.* 5. *lib.* 1. *Gloſſ. Legaliores. ad num.* 30.
D. Petr. *in cit. Rit.* 93. *num.* 3. D. De Marin. *ad Re-
vert. in Obſer.* 40. *num.* 3. Et ſic, deciſum dicunt Ro-
vit. *in Decis.* 34. & Thor. *loc. indic.* tranſcribens alle-
gationem Alexandri Palmerii.
6 Tandem unum extrà inſtitutum noſtrum, ad rem;
liceat adnectere: quòd, licèt principalis abſente Ad-
vocato, vel Procuratore, poſitionibus reſpondere tenea-
tur; id in Ruſtico limitatur ſecundùm Marant. *in l. ſi
Actor. ex num.* 62. *ff. de Procur. & in Prax. part.* 6.
*Tit. de Poſit. num.* 15. Otero *de Paſc. cap.* 32. *num.* 21.
Borell. *loc. alleg. tom.* 2. *Tit.* 1. *num.* 115. *&* 179. &
D.Al-

Digitized by Google

D. Altimar. *ad Revit. in citat. Deciſ.* 34. *num.* 14.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE LXXXIX.
### SUMMÆ.

1 *Cur idem Tribunal, in eadem re; diverſa ſentiat?*
2 *Diffamatus in Judicio: num Actor, vel Reus; ſit?*
*Refertur diſcrimen inter* Affliɛt. *&* Capyc. *Eorumquè ſequaces dantur. num.* 3. *&* 4.
*Refertur media opinio*, Cavalcani, *& notatur* D. Reg. noſter, *num.* 5.
*Adducitur Opinio* D. Reg. noſtri: *approbata, per* D. Conſil. Petr. *num.* 6. *& declarata per* D. Altimar. *num.* 7.
*Affertur ſententia* Gayll. *quam, ſequitur* D. De Marin. *contrà* D. Reg. Sanfelic. *nu.* 8. *&* 10.
*Memoratur locus*, D. Judicis D. Hieronymi Calà: *cum laude. num.* 9.
11 *Intentans remedium*, l. diffamari. *unà cum remedio* l. ſi contendat. ff. de Fidejuſſor. *non tenetur probare jactantiam.*
12 *Diffamatus; eſt reus intentato remedio.* l. ſi contendat.
13 *Citatus: ſi ſua putaverit, intereſſe; eſt reus voluntarius.*

1 AFfectui mutato adſcribit Gariglian. *ad Platon. Epinom. pagin. mihi* 8. cur de eadem re, idem Tribunal diverſa ſentiat: quòd & Ariſtoteles; priùs dixerat, *in lib. Ethicor.* ibi *ſunt affectus, propter quod, cùm ſe immutent; differunt in judicationibus.* Unum apud Nos admiratione dignum eſt; penes Affliɛt. Ille Actor; reputatur *in Deciſ.* 268. qui eodem diffamationis
2 Judicio à Capyc. *in Deciſ.* 18. reus judicatur. Porrò uterquè, habet ſuffragatores.

3 Pro Affliɛt., decertant allegati, per D. Reg. noſtrum *num.* 4. Inter quos; reponantur Troyſ. *in Pragm.* 1. *de Prævent. n.* 12. *& ibidem* Marcell. Bon. Lopez *in l.* 46. *Tit.* 2. *part.* 3. *Gloſſ.* 3. Donad. *de Renunc. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 34. Galter. *in Prax. Inſtrum. part.* 3. *partis* 2. *principalis Rub. fuerit ab eo præventus. num.* 12. *&* 13. D. Conſil. Petr. *in Rit.* 190. *num.* 7. quo loco *num.* 4. advertit. De Franch. *in Deciſ.* 657. in hanc eandem opinionem inclinaſſe; quod & obſervaverat Sanfelic. *in Deciſ.* 168. *num.* 2. *lib.* 1. Et idem conſtantèr defendunt Fontanel. *de Pact. Nuptial. claus.* 5. *Gloſſ.* 8. *part.* 14. *num.* 55. ac Annichin. *de Prævent. quæſt.* 1. Et videantur Novar. *de Elect. For. ſect.* 1. *quæſt.* 1. Barboſ. *in Axiomat. Jur. verb. Actor.* & Urſell. *Concl. Jur. verb. Actor.* 44. Et contrà Affliɛt. non auſus fuit affirmare Franc. Prat. *in Obſervat.* 98.

4 At Capyc. meliori Fato; defendunt, quos laudat D. Reg. noſter *num.* 5. & in idem deſcendunt Proſ. Petr. *ad eund. num.* 6. Ant. Gabriel. *lib.* 3. *Tit. de Action. concluſ.* 6. Sigiſmund. Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 24. *nu.* 43. Stephan. Gratian. *Tom.* 1. *Diſcept.* 85. *n.* 9. Ciarlin. *in Controv.* 34. *ex num.* 1. *ad* 12. *lib.* 1. Mart. *de Juriſdict. part.* 4. *Centur.* 2. *cas.* 185. Mar. Antonin. Maceratenſ. *lib.* 1. *Reſolut.* 64. *poſt num.* 4. Gagliard. *de Abſolut. à Juram. §. quartum. num.* 34. Contar. *in cit. l. Diffamari. quæſt.* 1. *num.* 3. Cacheran. *in Deciſ.* 151. Maſull. & Viſcont. *ad Capyc. eod. loc. num.* 2. Cyriac. *in Controv.* 161. Conſalv. Guar. *in Prax. tom.* 3. *cap.* 9. *§.* 1. *nu.* 4. Amendol. Viſcont. Ricc. & De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 385. idem De Luc. *in citat. Deciſ.* 657. *num.* 2. *&* 3. Fontanell. *in Deciſ.* 238. *lib.* 2. Rodoer. *ad* De Marin. *in Reſolut.* 257. Carleval. *de Judic. tom.* 1. *Diſputat.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 199. *&* 202. Maſtrill. *in Deciſ.* 14. *nu.* 19. *& in Deciſ.* 239. *ex num.* 13. *ad* 18. Salgad. *in Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 2. *§.* 2. *nu.* 11. D. Altimar. *ad Reg. Revit. in Deciſ.* 1. *nu.* 14. *& in Appendic.* Gallup. Qui cauſam præſentis Deciſionis defendit, & obtinuit *in Prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 89 Anell. de Sarn. *in Prax. civil. pagin.* 27. *& pagin.* 86. *ſeſſ.* 17. & D. Judex D. Hieronym. Calà *de in Integr. Reſtitut. quæſt.* 26. *num.* 13.

5 Cenſuit Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ. Fivizan.* 17. *num.* 14. *part.* 1. (quem à Capyc. non diſſentire, ignoro, qualitèr dixerit D. Reg. noſter *num.* 5. *circ. fin.*) ſequutus Gherard. Mazzol. *in Conſil.* 14. *num.* 3. *&* 14. Ut dicta paulò antè; procedant; poſt quàm Judex aſſignaverit tempus; ad agendum: ſecùs; dùm diſceptatur: an ſit diffamatus.

6 Ulteriùs D. Reg. noſter; exiſtimavit Capycii dicti, loci obtinere in diffamato: petente, ſe ad rem, vel factum, cujus cauſa diffamatur; non teneri; & diffamanti perpetuum ſilentium imponi: ex Soccin. Peregrin. & aliis *num.* 7. ſequitur D. Conſil. Petr. *loc. indicat. num.* 6. & videantur Giurb. *in Deciſ.* 44. Epiſcop. Marant. *in lib.* 3. *Reſpons.* 13. Graſſ. *de Except. in Prælud. num.* 165. ſed hoc aſſertum procedere: cùm quis; vellet di-
7 cere de Nullitate contractus permutationis: utputà, aut venditionis, vèl tranſactionis, non per præventionis viam: ſed principalitèr petendo contractum lacerandum eſſe, occaſione læſionis doli, metus, & ſimilium: quia tunc cùm petens contractum annullari; principalitèr petat: & primò ad Judicium provocet; dici actorem: tradit noviſſimè D. Altimar. *in Tract. de Nullitat.* Dum hæc, ſub prælo ſunt; in lucem prodito. *Rubric.* 3. *quæſt.* 1. *nu.* 40.

8 Alitèr diſtinguit Gayl. *in Obſerv.* 11. *lib.* 1. ſcilicèt: ſi in ipſo diffamationis Judicio, agitur; & diffamatum eſſe actorem: ſi verò propoſitis Juribus, & tunc exquò diffamationis judicium penitùs exſpiravit; ideò diffamatum dici reum, concludit. Sequitur D. Reg. De Marin., qui ſe ità obtinuiſſe; refert *in lib.* 2. *Reſolut.* 6. quo loco ex *nu.* 5. tranſcribit Annotationem quandam Piſanell. adversùs Affliɛt. Et in his terminis; lata fuit præſens Deciſio: ut eſt videre *num.* 7. & approbat *citat.*
9 D. Judex Calà Juris Conſultus perdoctus; & eruditus: ex *num.* 30.

10 Tandèm: non latet Nos: traditam diſtinctionem; adverſarium ſuum prædicare. Regent. Sanfelic. *in citat. Deciſ.* 168. *nu.* 4. ex illo: nam Judex; præparantis dicitur Judex, cauſæ præparatæ. At non advertit Vir ille in Terminis noſtris, Axioma iſtud; non applicari: cùm conventus ad proponendum Jura ſua: juxtà diſpoſitionem *l. diffamari.* coràm alterius Juriſdictionis Judice; citari poſſit. Præſ. de Franch. *in Deciſ.* 385. Reg. De Marin. *in adduct. Reſol.* 257. *& ibi* Jo: Leonard. Rodoer. Garſ. Maſtrill. *in allegat. Deciſ.* 14. *nu.* 20. & Thor. *in Compend. Deciſ. part.* 1. *verbo cauſa diffamationis commiſſa.*

11 Pro coronide; illud obſervandum, non ab re, ſuccedit: quod à diffamato in præſenti Deciſionis ſpecie, junctim, cum remedio *l. diffamari.* propoſitum fuerat remedium. *l. ſi contendat. ff. de Fidejuſſ.* Gallup. teſte. Quo in caſu: probationem jactantiæ, haùd neceſſe haberi; concludit D. Reg. noſter *in Conſult.* 114. *num.* 27. Et antè ipſum; Covar. *lib.* 1. *Var. cap.* 18.

12 Imò in terminis *l. ſi contendat* diffamatum cenſeri reum; tradunt Fontanell. *ead. part.* 14. *num.* 49. Muſcatell. *loc. cit.* & D. Joan. Bapt. de Luc. *de Foro competent. Diſcurs.* 69. *num.* 13. Et quòd citatus: ſi ſua putaverit
13 intereſſe; ſit reus voluntarius: ac proindè Fori declinatoriam competere; indicat Scaglion. *ad Pragm. Regn. pagin.* 23. *num.* 50. Et ad *Deciſionis* ornatum; vidè Matin. *de Legit. Perſon. in prælud. ex nu.* 102. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicomm. Art.* 48. *pagin.* 487. Salgad. *loc. cit. cap.* 2. *§.* 1. *ex num.* 19. Hodier. *ad Surd. in Deciſ.* 26. De Amat. *lib.* 2. *Reſol.* 32. Octav. Caracc. *de For. Privileg. remiſſ. quæſt.* 20. Alfan. *in Collect.* 228.

Seſſ.

Digitized by Google

*Seſſ. in Decis.* 115. *Tom.* 1. De Pont. *de Poteſt. Proreg. Tit. de Proviſion. fier. ſolit.* §.4. *num.* 34. & Mauſon. *de Caus. execut. Ampl.* 40.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XC.

### SUMMÆ.

1 *Barone ſuſpecto: ex capite inimicitiæ; qualitèr cauſa, ipſi remittenda?*
*Comprobatur* Deciſ. 10. *aliorum placito, & Judicaturis. num.* 2.
*Laudes*, Ill. D.D. Dominici Cioffi, Marchionis Oliveti. U.J.D. Joſeph Ruſſus; *Cum laude, memoratur.*
*Salvatur Opinio* Frecc. *à* D. Reg. noſtr. *num.* 3. *&* 5.
4 *Suſpectus ex capite inimicitiæ: non valet alteri; cauſam delegare.*

1 MArini Frecciæ, Viri ſapientis, effatum nominatìm quodadmodò explanatum; tradidit D. Reg. noſter hoc loco. Item, & M.C.V. in dubiè revocatum Decretum: juxtà tradita per Capiblanc. rejecto Caravit. *in Rit.* 165. *num.* 35. *in med.* in illo: quòd Barone ſuſpecto, etſi ei cauſa Vaſalli à M.C.V. remittatur; eadem M.C.V. Judicem eligit. Etenìm; ad praxim introductum eſt: cauſæ remiſſionem; Baroni decerni: conditione addita, ut eligat Judicem, in Civitate. Deciſionem ſequitur nominatìm Gallup. *in Prax.*
2 *part.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. Et ità ordinatum; oſtendit Mihi U.J.D. Joſeph Ruſſus, ingenioſus in M.C.V. criminum Advocatus, in cauſa Antonii Ruſſo, Terræ Marani, apud Scribam Papa: referente, tunc Judice Maleficiorum D.D. Petro Cortes, nunc Regio Conſiliario. Nec non in cauſa Honuphrii Paſſaro; apùd Scribam Gaudiano: referente, illibatiſſimo eo tempore criminum Judice D.D. Dominico Cioffi, Marchione Oliveti: nunc Regii Coll. Conſilii, totius Regni à Secretis: viro morum candore ſuaviſſimo, Atavorum ſtemmatibus claro, filio meritiſſimo Regii Conſiliarii D. Marci Antonii. Et tradunt inter multos latiùs, eo fundamento jacto; electionem Baronis, non tolli: ſed exercitium. Capiblanc. *Tom.* 1. *de Baron. Pragm.* 8. *part.* 2. *n.* 105. *in fin.* Thor. *part.* 1. *verb. Vaſallus Baronis. in verſ. tandèm ſubdit.* Sanfelic. *in Decis.* 63. *Tom.* 1. Viſcont. *in verb. Baro.* Maſtrill. *in Decis.* 147. Danz. *de Pugn. Doct. Tom.* 1. *Tit. de Official. in gener. cap.* 9. *ex n.* 10. & D. Petr. *in Rit.* 165. *num.* 95.
3 Reſtringe; modò aſſertum: ſalvando opinionem Frecc. Ut procedat; in gravi inimicitia. & eſſe uſu receptam; demonſtrat Capibl. *Tom.* 2. *Pragm.* 3. *ex nu.* 11. *verſ. limitatur.* Et in idem veniunt Sanfelic. *in cit. Decis.* 68. *num.* 30. Rovit. *in Pragm.* 11. *de ſuſpit.* Caravit. *in adduct. loc. nu.* 35. *propè fin.* De Pont. *de Poteſt. Proreg. Tit.* 3. §. 1. *num.* 21. & Conſil. Petr. *in Allegat. loc. n.* 95. Meminitquè iterùm Capibl. *in indicat. Pragm.* 8. *part.* 2. *num.* 104. quo loco *num.* 103. dat praxim: ut parte petente: à D. Prorege, ejuſquè Collaterale Conſilio; decerni ſolitum ſit: quòd pro illa vice; cauſa M.C.V. delegetur: Vel, citrà præjudicium Privilegiorum Baronis; Cauſa remaneat. Et conferunt tradita per Surgent. *de Neap. Illuſtrat. cap.* 15. Suſpectus namquè, ex
4 capite inimicitiæ; cauſas delegare, non valet: juxtà tradita per Nos *in Obs.* 87. & fuſiùs per Thor. *in Codic. caſ.* 57. *nu.* 5. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 4. *num.* 17. Montan. *de Regalib. pagin.* 145. *num.* 30. & per Maſtrill. *de Magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 17. *nu.* 86.
5 Nec reſiſtit abſurdum; conſideratum per D. Reg. noſtr. *num.* 23. quòd vaſalli ad omne libitum; ſe eximerent, à Juriſdictione Baronis: vel pòrrigendo capita Judicibus ſuperioribus: vel in illum, Judicium inſtituendo. Etenìm allegare inconveniens; non eſt ſolvere argumentum. & Frecc., loquitur in gravi inimicitia: non occaſionata per calumniam, ad finem proponendæ ſuſpitionis. Unum notabile dat Taſſon. ob Peccata Populi; in Regno eſſe Barones: *in Pragm. de Anteſat. verſ.* 3. *Obs.* 4. *num.* 21. *pagin.* 195. Et qualitèr crucientur in Inferno; refert Alex. ab Alexand. *Dier. Genial. lib.* 6. *cap.* 2. & Caſar. *in Quæſt. Peregrin.* 33. *num.* 14. Verùm hoc dictum eſto: ſalva pace, plurimorum optimorum.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XCI.

### SUMMÆ.

1 *Diſpoſitio* Pragm. 16. de Ord. Judicior. *tam actori; quàm reo, adaptatur. Reprobatur* Thor.
2 *Tempus petendi Beneficia: quale ſit? Adverſùs* D. Reg. noſtrum, *&* Verde.
3 Pragm. 16. de Ord. Judic. *non procedit in hæreditate jacente: licèt, Curatorem habeat.*
4 *Pœna adverſùs abutentes Benefic. quanta ſit?*
5 *Sententia Aſſiſtentiæ eodem modo; quo exequitur: num eodem revocetur? Defenditur* D. Gizz.
6 *Clerico litiganti pro bonis Patrimonialibus: quarè Beneficia non concedantur? Reprobatur.* D. Gizz.

JOan. Baptiſt. Thor. meritò caſtigatus legitur *hoc loc. & in Decis.* 136. in Judiciis namquè; ſervatur æqualitas; & actor ſicut reus ad imparia non judicantur. Etenim quod in uno in noſtris ſanctionibus diſpoſitum habetur; pro alio applicari quoquè non ambigitur. Ha-
1 bes ergò deciſum diſpoſitionem *Pragm.* 16. *de Ordin. Judicior.* qua ponitur tempus petendi in integrum reſtitutionem ad pinguiùs probandum; communi vocabulo, in Regno, beneficia appellatum; tàm actori, quàm reo adaptari. *Deciſionem* ſequuntur, reprobato Thor. D. Conſil. Petr. *in Rit.* 71. *num.* 8. & Motill. *in Prax. rub. de Grad. publicat. pagin.* 80. *num.* 59.
2 Obſerva modo: Primum Beneficium; peti debere, intrà Triginta Dies; decurrendos à Die, poſt intimatam publicationem: ſi in Termino factæ ſint probationes: ſin autem non; à Die poſt notificatam concluſionem. Secundum verò; intrà alios Triginta Dies: poſt lapſum tempus petendi Primum Beneficium: Ut ex *cit. Pragm.* 16. ſcribunt Feliù *Var. Concluſ. part.* 2. *verb. perſonæ. verſ. nota. pag.* 32. & Motill. *ubi ſup. pagin.* 79. *num.* 55. demonſtrans *ibid.* in erratum iviſſe D. Franciſcum Verde *ad Gallup. part.* 2. *Prax. Tit. de Prim. & Secund. Benefic. cap.* 31. *num.* 25. *lit.* E. ſcribentem: Terminum prædictum; currere à Die notificatæ Publicationis: aùt Concluſionis reſpectivè; Quod & ſcripſit quoquè D. Reg. noſter *num.* 7. reſiſtente Pragmatica, *frà il Termine di Trenta Dì, dopò fatta, & intimata legitimamente la Publicatione.*
3 His verò temporibus *in Pragmatica* præſcriptis hæreditatem jacentem; non alligari: licèt Curatorem habeat: quin præfixo Termino antè prolatam ſententiam Beneficiorum petitioni locus fiat; determinatum indicat, Rovit. *in Decis.* 41. Probat Staiban. *in Reſol.* 140. *num.* 13. *& in Reſol.* 176. *num.* 28. & ſequitur D. Petr. *loc. citat.*
4 Obſerva aliud Tyro, hoc loco, *num.* 14. *circ. med.* abutentibus Beneficiis conceſſis; ſtatutam reperiri mul-

ctam

Digitized by Google

ctam Duodecim Ducatorum *in Pragm.*19.§.20.*de Offic. Magiſtr. Juſtit.* auctam *in Pragm.* publicata 25. *Maii* 1666. §. 6. in Ducatis Viginti quatuor; quæ ejuſdem quantitatis erit: licèt in Judicio: plures ſint litigantes: ut ex Doctrina Bald. *in l. Ordinarii. C. de Reivindic.* probat Scaglion. *ad Pragm. pag.* 115. *num.* 5.

5 Nunc venio ad D. Gizz. ſcribentem *num.*3. ſententiam aſſiſtentiæ; eodem privilegio,executioni demandari;eodem rovocari: dictum mutuò habitum, à D.De Franch. in *Deciſ.*136.probatum ex Gait. *de Credit.cap.* 4.*quæſt.* 7. *ex num.* 895. *verſic. veruntamen.* Prat. *in Obſer.*59.*& ad Paſcal. de Virib.Patr. Poteſt.part.*1.*cap.* 8. *verſ.ſcripſi ego.* Barbat. *de Aſſiſtent. Gloſ.*1.*nu.* 52. *verſic.& quamvis.* & à De Luc.*in Obſerv.ad cit.Deciſ. De Franch.* 136.At in contrarium urgent Rovit. *in Pragm.* 2. *de Appellat. num.* 3. cujus meminit Paſcal. *num.* 145. Cævall.*de Cognit.per viam violent.quæſt.*24. *nu.*75.*part.*2.*& in lib.* 4. *Commun. contra commun. quæſt.* 897. *num.* 862. *in verſ. ex qua reſolutione.* Sententia verò De Franch. tutior eſt: etenim, quæ in retractu procedunt; in distractu, applicantur. Theſaur. *in Deciſ.* 122. Et à pari, ambulant; miſſio in poſſeſſionem; & poſſeſſionis revocatio. *l. Judex.* & *ibi* Bald. *C.Comm. & Epiſt.* Dec. *in l. cavere jubere.* ff. *de Jur ſdict. omn.Judic. in ſecund. notab.*

6 Modò D. Gizzii: Cujus in uno; opinionem probavimus: in alio; reprobare fas ſit: ſequutus namquè Novar., adverſus quem loquuti ſunt validè, Urſill. Imbrian. & Ricc. Probavit *num.* 4. Clericum pro bonis patrimonialibus: ad cujus titulum ordinatus, reperitur; Beneficiis de quibus verba facimus, uti poſſe. Contrarium veriùs, ut ultrà Urſill. & alios, quos *eod. num.* conducit; affabrè tradunt Iſern. *in Conſtit. ſtatuimus.* Speculator. *in §. qualitèr. verſ. ſed numquid Clericus. de in Integr. Reſtit.*Felin.*in Cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ. num.* 8. *de Conſtit.* Odd. *in Tract. de Reſtit. in Integr. part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 8. Caravit. *in Rit.* 219. *num.* 1. Marant. *part.*6. *Tit. & quandoquè appellatur.num.*39. De Graſſ. *de Effect. Clericat. effect.* 1. *ex num.* 337. & deciſum dicit Thor. *verb. Beneficia an ſint concedenda Abbati.* Bona namquè Clericorum; ab Eccleſiaſticis differunt: nec pari Privilegio; utuntur. Felin. *loc.citat.* Coler. *de Proceſſ. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 206. Phæb. *in Deciſ.* 19.*num.* 48. *& ſeq. Tom.*1. Renat. Koppin. *de ſacr. Polit. Forenſ. lib.* 3. *Tit.* 2. Tiraquell. *de Retract. Conſanguin.* §. 32. *Gloſſ. unic. ex num.* 80. Valaſc. *in Conſult.* 131. *tom.* 2. Menoch. *in Conſ.* 800. *num.* 47. Laſſart.*de Decim. vendit. cap.*19. *num.*45.Et Fagundez *in* 8. *Præcept. Decalog. lib.* 8.*cap.* 43. *num.* 23. niſi, de exemptione tractetur. *cap. fin. de Vit. & Honeſtat. Cleric.* Covar. *Reſolut.*4. *nu.*2. *lib.* 1. Alban. *in Conſ.* 480. *ex num.*17. Abb. *in cap. cum ſit Generale. col.*2.*de For. competent.* Ancharan. *in Clem. præſenti num.*1. *de Cenſib.* Roland. *in Conſ.*17. *in fin. vol.*4. Mart. *de Juriſdict. part.* 4. *Centur.*1. *caſ.* 49. *num.* 3. & Anſald. *in ſimil. Tract. part.* 5. *Tit.* 3. *cap.* 4. *ex num.* 32. *ad fin.*Eccleſia tandèm, non ex alio reſtituitur: quia ejus bona;ſub alterius cura ſunt Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. in Alleg.* 75. *num.* 39. Clericos verò in rebus eorum tractandis; omnem induſtriam adhibere, præſumitur. Barboſ. *loc. citat.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XCII.
### SUMMÆ.

1 *Relevii nomenclatura: quo pacto ethimologiam ſumpſerit? Diſſident* Prat. & De Luc.
2 *Relevium. Qualitèr in Regno, introductum!*
3 *. . . . eſt onus Feudatarii: non Feudi.*
4 *Relevii ſolutio: quid importet?*
5 *Debitum contractum, pro ſolutione Relevii; damno omnium hæredum cedit. Comprobatur* Deciſ.
6 *Fiſco pro Relevio; competit hypotheca: contrà* Gizzarell. *&* Thor.
7 *Relevium: quis ſolvere debeat? Et quando? num.* 8.
9 *Quantitas; quæ ſub Relevii nomine, Regiæ Curiæ debetur: quanta ſit?*
10 *Inveſtituram: intra quantum tempus, ſucceſſor in Feudo; petere teneatur? Pupillo, vel Univerſitati: num currat? Cum* Deciſionib. noviſſimis *num.* 11. *Aut Curatori patrimonii decocti? num.* 12.

1 Relevium ſolventem, vaſallum: non Dominum relevare; indicat Prat. *Diſcept.*9. *lib.*2.*& ad Paſcal. de Virib. Patr. Poteſtat. part.* 4. *cap.*1. *verſic.Ingenioſa.* quem impugnat ingenioſè,De Luca *in Obſervat. ad De Franc.* 425. *num.* 2. Moribus in Regno intro-
2 ductum eſſe; probant De Gregor.*de Conceſſ.Feud.part.* 8.*quæſt.* 16. *tit. de Jur. Relev.* Frecc. *de ſubfeud. lib.*2. *auth.*3. & Reverter. *in Deciſ.*419. *num.* 1. *& in Deciſ.* 528. *num.* 2.

3 Feudatarii verò, non Feudi onus eſt: teſte D. Reg. noſtro *num.* 1. noviſſimè ſequuto ex Carolo de Roſa nominatìm *hic quia error fuit ſcribere Deciſ.* 52. *in Gloſſograph. ad Conſuetud. Neap. pagin.* 240. *num.* 33. cùm veniat, extrà Feudi naturam; & extrinſecè. Iſern. *in cap.* 1. *§. ſimiliter. num.* 16. *in addit. Tit. per quos fiat inveſtit.* Borrell. *in ſumm. Deciſ. rubric.* 38. *de Relev. num.*1. *&* 2.*part.* 1. Integrè propterea; à Primogenito ſolvitur. Loffred. *in cap. Imperialem.§. firmitèr. de prohibit. Feud. alienat. per Federic.* Camerar. *ibid. pag.* 13. *lit.* D. Afflict. *in Deciſ.* 252. Maſtrill. *in Deciſ.* 112. *num.* 13. & Tomas. *de Primogenit. Tit.*16. *cap.* 7. *de Relev. ſolut. num.* 80. ſicquè ſemper fuiſſe ſervatum; tradit Liparul. *ad Iſern. in cap.*1. *§. ſed & res.verſic.medietas fructuum.Tit.per quos fiat inveſtit.* Quem ſequitur Maſtrill. *in cit. Deciſ.* 112. *num.*14. & Thor.*part.*1.*verb.Relevium an ſit integrum ſolvendum.*

4 Ejuſquè ſolutio antiquæ inveſtituræ renovationem: & Juramentum fidelitatis importare; dixit Capan. *de Relev. part.* 1. *quæſt.* 4.

5 Debitum tamen contractum, per defunctum Feudatarium, pro Relevii ſolutione; cedere in damnum omnium hæredum: in Burgenſaticis, ſcilicet, & Feudalibus; determinatum dicit D. Reg. noſter. Bona equidem ratione. Etenim Feudum abſquè alia Inveſtitura, & Relevii ſolutione; in ſucceſſorem tranſit: onus verò Feudatarii eſt ſolvere relevium;quod hæredis onus eſt: & ideò debitum hæreditarium; dicitur. Propterea debitum ea occaſione contractum, per contributum; ad omnes hæredes pertinet: ut concludunt, ultrà allegatos per D. Reg.noſtrum, *hoc loco num.* 10. Provenzal. *in Conſuet. ſi moriatur. Obſerv.*15.*num.*14. De Marin. *lib.* 2. *Reſolut.*162. Galeot. *Controv.*22. *lib.*2. Brancac. *penes Capan. loc. cit. part.* 4. *quæſt.* 6. & De Afflict. *in addit. ad Controv.*46.*&*47. *num.* 55. rejecto ſolidiſſimis rationibus De Curt. *in diverſor. Feud. cap.* 9. *num.*18. *&* 20.

6 Obſervandum ſuccedit:Fiſco pro relevio;hypothecam competere: quia pro omni debito Fiſcali; datur: teſte D. Reg. noſtro *num.*4. At meliùs: quia ex lege Inveſtituræ Feudatarius;remanet obligatus ad onera,& debita, Feudi occaſione: pro quibus Fiſco; tacita competit hypotheca. Et quòd Jus Relevii, in Feudi conceſſione reſervatum cenſeatur; tradunt allegati per Maſtrill. *in adduct. Deciſ.* 112. *num.* 24. Propterea quicquid ſibi Gizzarell. dicat, *in Deciſ.* 8. *num.* 7. & Thor. *in verb.* Re-

Digitized by Google

*Relevium: an exigi valeat part.* 2. D. Regent. Noſtri
ſententiam in cõtingentiis;amplexandam eſſe dijudico.
Quam ſequitur Staiban. *lib.* 2. *Reſol.* 176. *ex num.* 70.
Et juxtà illam, ſemel, atquè iterum in Regia Camera
Summariæ deciſum,oſtendit Moles:Cujus Deciſionem;
tranſcribit Thor.

7 Modò videndum confert: Relevium; à quo ſolvi
debeat? Per ſucceſſorem in Feudo, Titulo univerſali;
reſpondit Iſern. *in cit. cap.* 1. §. *ſed, & res. verſic. ſed*
*nunc quæritur. col.* 2. *Tit. per quos fiat Inveſtit.* ſequi-
tur Reverter. *in citat. Decis.* 528. *num.*2. & Rodoer.*ad*
8 *De Marin. lib.*1. *Reſolut.* 126. *num.*56. Undè per con-
tractum donationis: aut ſimplicis refutationis;non ſol-
vitur. De Marin.*in Arreſt.*702.niſi fraude intervenien-
te Maſtrill. *in indic. Decis.* 112. *num.* 2. De Marin. *ad*
*Revert. in Obſervat.* 564. *num.* 1. Et vide eundem Re-
vert. *in Decis.* 261. *&* 403. & Staiban. *in Obſerv. ad*
*Reſol.* 49. *ex num.* 11.

Hìnc deſume: Per refutationem factam contempla-
tione Matrimonii; Relevium non deberi: ad tradita
per Thor. *part.* 1. *verb. Refutatio*. Moles *in Decis.*7.
*Tit. de jur. Relev.* Rocc. *Reſpons.*42. *ex num.*30.*Tom.*
1.Etiamſi facta fuerit;ex nunc pro tunc,ſequuta morte.
Reverter. *in Decis.* 404. *& ibi* De Marin. Et quòd
ſucceſſor in Feudo: cauſa Clericatus Feudatarii, vel
Monachatus, ab onere ſolutionis Relevii immunis ſit;
probant De la Rath. *in Theatr. Feudal. Tom.* 2. *part.*
12. *Dilucidat.*73. *num.*9. & Rodoer. *in addit.ad Reſol.*
*De Marin.* 166. *num.* 8.

Eccleſia: etiàm per mortem Prelati; Relevium non
ſolvit. Capan. *loc. citat. quæſt.* 28. *num.* 1. Rovit. *in*
*Pragm.* 2. §. *Item volemo. num.* 16. *de Offic. Procurat.*
*Cæſar.* & latè Prat. *in Obſerv.* 8. *ex num.* 19. Paritèr
nec ſucceſſor in Feudo; ad Relevium tenetur: ſi Anno
quo Feudatarius deceſſit; cadat ſolutio Adhoæ. ſic de-
ciſum indicat Reverter. cujus meminit Prat. *ad Paſcal.*
*loc. cit. verſic. præcedenti collimat.* Thor. *part.*1. *verb.*
*Relevium an teneatur ſolvere.* Et nùm ſolvendum ſit
Relevium ob mortem viri; Cui Feudum in dotem
datum fuit! Extricat De Marin.*ad Rever.Obs.*45.*ex n.*1.

9 Quantitas, quæ ſub Relevii nomine Regiæ Curiæ
ſolvitur; eſt medietas fructuum illius Anni: quo Feu-
datarius moritur. D. Reg. noſter *num.*8.*&* 10.Et vide-
antur. Capan. *part.* 1. *quæſt.* 18. *& part.* 2. *quæſt.* 5.
De Marin. *in Arreſt.* 174. & Barbat. *de Divis. Fruct.*
*part.* 2. *cap.* 14. Cum deductionibus memoratis per
De Pont. *de Poteſtat. Proreg. Tit.* 8. §. 4. *num.*15. per
De Afflict. *loc. citat. ex nu.* 37. *ad* 70. & per Hodiern.
*in Controv.* 47.

10 Inveſtitura deniquè, petenda eſt, intra Annum, &
diem, à Die ſupremi fati Feudatarii decurrendum: in-
tra quod tempus, Feudatarii mortem ſucceſſor,
Curiæ denunciare debet: niſi Miles ſit: cui Terminus
prædictus uſquè ad Annum & Menſem, ampliatus
legitur:*in cap.* 1.*quo Tempor.mil.& in cap.*1.*de Cap.Co-*
*rad.* Sed adversùs Militem facit Iſern.*in cit.cap.*1.Nùm
verò Tempus prædictum ſit utile,vel cõtinuum:& qui-
bus in caſibus, purgatio moræ admittatur: tradunt
Bocer. *de Feud. Tit. de Mod. amiſſ. Feud. ex num.* 21.
& Conſil. Petr.*ad Rit.*4. *num.*16. Qui paulò antè, ſub-
ſtinet:Pupillum à pœna duplicati Relevii,ob denuncia-
tionem non factam in Termino, à Tutore, mortis Fe-
udatarii, eſſe excuſatum. Quod paritèr legitur in De-
creto Generali Regiæ Cameræ, apud De Marin. *in Ar-*
11 *reſt.*563.At id Ego, pro Duciſſa Sancti Pauli, obtinere
haud potui. Cui determinationi accinit Deciſio altera
relata per D. Calà de *in integr. reſtit. quæſt.*6. *num.*2.
In cauſa verò cujuſdam Univerſitatis, deciſum legi per
Regiam Cameram Summariæ Die 14. Junii 1661. non
teneri ad pœnam duplicati Relevii: in Proceſſu Civi-
tatis Nolæ, & Caſalium, cum Regio Fiſco: apud Lau-
12 rentium de Fiore. Et quod Curator patrimonii decocti
immunis ſit à pœna duplicati relevii, ob Feudatarii
mortem intrà annum, & diem non denunciatam, pro-
bat De Roſa *loc. allegat. ex n.* 30. Cauſam verò dupli-
cati Relevii Principis Caſalis Majoris à Creditoribus,
& Curatore Patrimonii illius tranſactione cum Regio
Fiſco terminatam fuiſſe legitur in Proceſſu Releviorum
Larinæ,& Caſalis Majoris apùd Martium de lo Puorto.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLIII.
### *SUMMÆ.*

1 *Obligatio, nec res, in dubio; Feudalis præſumitur.*
2 *Solutio Relevii; facit præſumptionem, rem eſſe Feu-*
*dalem.*
*Sed admittit probationem in contrarium.num.*5.
3 *Qualitas Feudalis; probatur per aſſertionem partis.*
*Per deſcriptionem in Quinternionibus.Reiicitur* Thor.
*num.* 4.
6 *Nemora; præſumuntur eſſe Baronis.*
7 *Flumina, & Aquæ decurſus; ad Baronem pertinent.*
8 *Paſcua, in dubio: Cujus præſumantur, Baronis; an*
*Univerſitatis? Adversùs* D. Gizz.
9 *Baro: quot Animalia in paſcua; immittere valeat?*
*Adducitur contra* Rendell. *&* alios; Ganaver. *Quem*
*reſpuunt* Borrell. *&* alii! *& num.* 10.
11 *Homines Univerſitatis; non ſunt teſtes idonei, in*
*cauſa paſcui.*
12 *Monaci pro Monaſterio: quandò teſtificari valeant?*
13 *Mercatura & induſtria, Miniſtis prohibetur.*
14 *Articulus: nùm res ſit Feudalis, nec nè: Vel Feudum*
*ſit planum,aut quaternatum:quandò determinandus,*
*remittitur Regiæ Cameræ. & num.* 15. *contra* Ann.

1 INdubium eſt, in dubio: nec rem, nec obligationem
Feudalem præſumi. Cravett. *in Cons.pro Genero.nu.*
446. Natt. *in Cons.*460. *num.* 6. Curt. Jun. *in Cons.* 41.
*num.* 2. *& in Cons.* 140. *num.* 10. *& in Cons.* 158. *nu.*
2. Clapper. *in Decis.* 74. *lib.* 2. Maynard. *in Decis.* 35.
*lib.* 4. Roſental. *de Feud. cap.* 1. *Concl.* 14. & D. Petr.
*in Rit.* 244. *num.* 17.

2 Solutio Relevii: nùm præſumptionem, pro qualitate
Feudali, inducat? inquiritur hoc loco. Affirmant Ho-
diern. *in Controv.* 47. *nu.* 47. *&* 48. Capiblanc. *de Ba-*
*ron. Tom.*2. *Pragm.* 1. *cap.* 4. *num.*6. Et conferunt,tra-
dita per Nigr. *de Laudem. Tom.*1. *quæſt.* 29. *Artic.*4.
*num.*18.Facit quòd,ex ſola partis confeſſione,aſſerentis,
3 Domino rem eſſe Feudalem, Feudi qualitas probetur.
Iſern. *in cap. Imperialem.* §. *Præterea. Tit. de probib.*
*Feud. alienat. per Federic.& in cap.*1.*verſic. quid nàm*
*tamen.Tit.de Controv.inter Maſcul.& Fœmin.*Schrader.
*de Feud. lib.* 1. *part.*5. *cap.* 5. *ex num.* 3. Maſtrill. *in*
*Deciſ.*105. *ex num.*12.*ad* 17. Roſental. *loc.cit.lib.*1.*cap.*
6. *num.*4. Maur. *in Allegat.* 21. *num.* 12. Reverter. *in*
*Deciſ.* 399. *ſub num.*3. *& ibi* De Marin.
4 Additquè Hodiern.*ibid.num.*49.quod eadem qualitas,
probatur per deſcriptionem in Quinternionibus Regiæ
Cameræ Summariæ: præcipuè ubi principalitèr non
agitur, nùm fundus Feudalis ſit: nec nè. Quod pro-
batur ex Gloſſ. in *l. ſicut.* §. *ſed ſi quæratur. verſ. &*
*poſſeſſori. ff. ſi ſervit. vindic.* Et ſcribunt Ann. *in Conſil.*
129. *num.* 47. *&* De Pont. *in Conſ.* 30. *ex num.*13.*lib.*1.
Quicquid? malè, cum Jacob. de Gell. *de Jur. Adhoæ.*
*num.* 65. deciſum dicat Thor. *part.* 1. *verb. Feudalis*
*res: an efficiatur.* Etenìm actus, Feudi naturæ con-
venientes, in contingentiis adhibiti, rem Feudalem
deſignant. Knichen. *de Saxonic. non provocand.Jur.*
*verb. Ducum Saxoniæ.cap.*3.*ex nu.*336. *& de Inveſtit.*
*action. part.*1. *cap.* 1. *ex num.* 207. *ad* 210. Et alii pe-



Digitized by Google

nès D. De Philip. *in Diſſert.* 32. *num.* 60. & apud D. Alti mar. *ad Rovit. in Deciſ.* 72. *num.* 8.

5 Ipſa tamen Relevii ſolutio, ità vehemens non eſt: ut probationem in contrarium, non admittat: teſtibus Bald. *in cap.* 1. *Tit. de Vaſal. qui contr. conſtit. Lothar. verſ. & quid ſi dubitatur.* Bell. *in Conſ.* 10. *num.* 8. De Pont. *in cit. Conſ.* 30. *num.* 12. *&* 13. Poſth. *de Manut. Obſerv.* 31. Galeot. *in Contr.* 51. *ex num.* 45. *lib.* 1. Peregrin. *de Fideicom. Art.* 52. *ex num.* 144. & De Marin. *loc. alleg.*

6 Obſervo ſecundo. Nemora, de Jure, & Antiqua Conſuetudine, præſumi eſſe Baronem: non Univerſitatis. Quod paritèr probant Capan. *de Relev. part.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 14. De Pont. *in Conſ.* 97. *lib.* 1. Capiblanc. *ubi ſup. Tom.* 1. *Pragm.* 11. *num.* 23. Spera *de Paſc. num.* 65. & Rovit., admittit: quotiès de illorum conceſſione, appareat. *in Rubric. de Paſc. num.* 8. *in fin.* Flumina

7 quoquè, & Aquæ decurſus, Baronibus pertinere: ſcribit Prat. *Tom.* 1. *Diſcept.* 49. *ex num.* 17.

8 At, quid in paſcuis? Pro Barone, decertat D. Gizz. *num.* 7. Et antè ipſum Frecc. *de ſubfeud. Auth.* 6. Pro utraquè parte, recenſet DD. Rovit. *eod. loc. nu.* 8. Et in gratiam Univerſitatis aptiùs, tradunt Urſil. *ad Afflict. in Deciſ.* 290. *num.* 12. Cravet. *in Conſ.* 154. Oter. *de Paſc. cap.* 9. *num.* 14. Capiblanc. *loc. nupèr cit. num.* 22. *&* 198. *& Tom.* 2. *Pragm.* 8. *cap.* 41. *num.* 13. *& in Pragm.* 11. *cap.* 74. *num.* 2. & Spera *loc. indicat. nu.*

9 269. In illis verò, poſſe Baronem immittere tot Animalia: quot duo ex ditioribus vaſallis; innuunt Capiblanc. *Tom.* 1. *Pragm.* 12. *num.* 28. Aviles. *in cap.* 3. *Prætor. Gloſſ. Juriſd.* Rendell. *de Paſc. part.* 2. *cap* 4. Frecc. *loc. cit. Auth.* 46. & Novar. *in Rubric. de Paſc. public. nu.* 2. *lib.* 11. *Cod.* Sed Ganaver. deciſum refert per Regiam Cameram Summariæ; Baronem, in illis gaudere: tamquàm unum Civem: *in Deciſ.* 37. *num.* 3.

10 Meliùs tandèm; dixit Thor. *ad De Pont. de Poteſtat. Proreg. Tit.* 3. §. 2. *ad num.* 4. *& in Comp. Tom.* 4. *verb. Animalia. & verb. Epiſcopus.* Id Judicis arbitrio, remiſſum iri: qui conſiderata qualitate, & quantitate Paſcui, ut aptiùs ſibi videbitur; ſtatuet. Et ſic deciſum referunt, Ann. *in ſingul.* 80. Capiblanc. *in cit. Pragm.* 12. *num.* 29. & Borrell. *de Magiſtratib. lib.* 4. *cap.* 6. Et approbant Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 388. Medic. *in Conſ.* 146. De Franch. *in Deciſ.* 301. Monac. *ad Minad. in Deciſ.* 32. *num.* 33. *ad fin.* & Spera *loc. alleg. nu.* 61.

11 Obſervo ulteriùs: Homines Univerſitatis: non eſſe idoneos teſtes, in cauſa Paſcui. D. Reg. noſter *num.* 9. Quia ea cauſa, tangit ſingulos: ut ſingulos. Adde Bertach. *in verb. Teſtes, qui eſſe poſſunt. num.* 29. Dec. *in Conſ.* 343. *num.* 4. *& in cap. inſuper. de Teſtib. num.* 7. But. *in cap. cùm manc. de Teſtib. num.* 3. *lib.* 2. *part.* 2. Fulgoſ. *in l. in Jus vocare.* §. *qui manumittitur. nu.* 1. *ff. de in Jus vocand.* Jaſ. *in l. ſi quis, nec cauſam: num.* 13. *ff. de Reb. Credit.* Covar. *in quæſt.* 18. *nu.* 4. Seſſe, *in Deciſ.* 196. *&* 396. *ex num.* 22. Baragot. *de Reprobat. Teſt. num.* 33. *Tom.* 13. *Tract.* De Roſat. *de Teſtib. part.* 1. §. *expedita. ex nu.* 36. *eod. Tom.* 13. Nell. *in eod. Tract. & Tom. num.* 91. & Capibl. *in cit. Pragm.* 11. *Tom.* 1. *n.* 3.

12 Undè Monacos, eſſe idoneos Teſtes pro Monaſterio, in cauſa, qua non tanguntur ſinguli, ut ſinguli: ſed ſinguli, ut univerſi; notant Maſcard. *de Probat. Tom.* 1. *num.* 11. Ricc. *in Reſol.* 36. & Caſar. *in quæſt.* 50. *n.* 14.

13 Obſervo quartò *num.* 14. *circ. med.* ex diſpoſitione Regię Pragmaticæ; Miniſtris Regiis prohiberi induſtrias, ſivè mercaturas. Vide ad rem Arias de Meſa, *lib.* 3. *Reſol.* 36. *num.* 19. Merlin. *de Pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 82. *num.* 1. Scacc. *de Camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 3. *limit.* 17. *num.* 16. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 11. Klock. *de Ærar. lib.* 2. *cap.* 131. *num.* 4. Chriſtin. *in Deciſ.* 86. *Tom.* 2. Sanfelic. *in Dec.* 105. *lib.* 1. *num.* 15. Paſcal. *de Virib. Patr. Poteſt. part.* 1. *cap.* 4. *nu.* 9. Facchin. *lib.* 2. *Controv.* 78. Carleval. *de Judic. Tom.* 1. *Tit.* 1. *diſput.* 3. *num.* 1. *& Tom.* 2. *Tit.* 3. *diſput.* 8. *nu.* 102.

14 Obſervo deniquè, quòd licèt Articulus: nùm res Feudalis ſit, nec nè: ſivè an Feudum ſit planum, vel quaternatum ſimplicitèr, aut ſecundùm quid; determinetur in Regia Camera Summariæ, ad quòd Tribunal S. R. C. in dies talem Articulum determinandum remittit: ut patet penès D. Reg. Noſtrum *in Conſult.* 3. *Tom.* 1. *& in Deciſ.* 186. *& ibi* Noſtr. *Obſervat.* De Franch. *in Deciſ.* 7. De Marin. *lib.* 1. *Reſol.* 146. *nu.* 4. Gallup. *in Prax. part.* 2. *cap.* 6. *nu.* 75. Galeot. *in Controv.* 24. *Tom.* 1. *& in Controv.* 1. *Tom.* 2. Carleval. *cit. Tom.*

15 1. *num.* 75. Fallit tamen: quandò agitur de poſſeſſorio ſummariiſſimo: tunc enim Articulus, non remittitur ad Regiam Cameram decidendus: ut deciſum indicat De Georg. Cujus meminit D. Reg. noſt. *nu.* 18. *in Deciſ.* 33. *nu.* 14. alteram Deciſionem dat Galeot. *in cit. Controv.* 24. *ex num.* 25. *ad* 29. & Sanfelic. *in Deciſ.* 70. *in Addition.* Quicquid ſibi involvat Anna *in Allegat.* 21. quem affert Gizz. *hic nu.* 1. & Thor. *loc. cit. part.* 1. *verb. remiſſio Cauſa poſſeſſorii*: quia ejus opinio, communitèr improbatur: teſte D. Rodoer. *ad Marin. in alleg. Reſol.* 146. *nu.* 12.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XCIV.

### SUMMÆ.

1 *Veſtes lugubres, & lectus Vidualis: de generali conſuetudine; Uxori debentur, ab hæredibus Viri. Etiamſi ſua pecunia; ſe veſtiat. Comprobatur* D. Gizz. *Ampliatur in Muliere; quæ dotem non dedit. nu.* 2. *Quandò expenſas prædictas; Vidua reſtituat? Declaratur* D. Gizz. *nu.* 4.

3 . . . . *Appellatione expenſarum funebrium; veniunt. Contrà* Bertrandum, & Aſinium.

5 . . . . *quandò compenſentur cum legato mobilium; à Viro relictorum? & num.* 8.

6 *Legatum factum filio; cum legitima compenſatur.*

7 . . . *relictum filiæ; cum dote compenſatur.*

9 *Debitum voluntarium: non compenſatur cum legato, à debitore ſcripto.*

10 *Legatum, Agnato relictum: nùm compenſetur cum medietate ei debita; bonorum antiquorum, vigore* Conſuetud. ? *Et num.* 13. Cum Deciſ. Noviſſ.

11 . . . . *Epiſcopo relictum: non compenſatur cum quarta Canonica; illi debita.*

12 . . . *relictum ſecundo genito: non compenſatur cum vita, & militia.*

14 *Declaratur, præſens Obſervatio.*

1 Conſuetudine ferè totius Orbis, introductum reperiri: Mulieri viduæ, deberi ab hęredibns premortui Viri veſtes lugubres, & lectum vidualem, ſcribunt allegati per D. Reg. noſtrum, & Gizz. *utrumquè hoc loco num.* 1. quibus ſubnectantur Cancer. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 153. *& lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 35. Pellic. *ad Conſuet. Anverſ. cap.* 3. *ex num.* 498. Ricc. *in Collect.* 98. Theſaur. *in Deciſ.* 43. Ann. *in ſingul.* 541. De Petr. *in Conſ.* 57. Surd. *de Aliment. Tit.* 4. *quæſt.* 2. Covar. *in cap. Raynutius. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 10. *de Teſtam.* Bertol. *ad Rodriq. de Concurs. credit. part.* 1. *Artic.* 1. *de Privil. dot. nu.* 172. *&* 173. De Leo *in l. decreto. num.* 4. *C. de Procurat.* Erneſt. Cothman. *Vol.* 4. *Reſpons.* 8. *nu.* 20. Feliù *part.* 2. *verb. Veſtes.* & De Luc. *ad Franch. in Deciſ.* 413. *num.* 1. quo loco ſequutus D. Gizz. ſcribit, illas deberi: etiamſi, ære ſuo, Vidua ſe veſtiat.

2 Traditum modò, abſquè limitatione; intelligas. Etenim hæredibus demortui Viri, haùd prodeſt, illi Uxorem dotem non ſolviſſe, aut promiſiſſe: id namquè honoris viri occaſione factum eſt, quem uxor luget.

Luge-

Digitized by Google

Lugere fœminis, honeſtum eſt; Tacit. teſte *de Morib. German. pagin. mihi* 439. Et confert illud Ovid. 3. *Faſtor.*

. . . *à funere conjugis, uxor*
*Subſtinet in Vidua triſtia ſigna domo.*

3 Optimè Cancer. *in cit. cap.* 9. & Theſaur. *in alleg. Decis.* 43. Et contineri has expenſas, ſub nomine funebrium impenſarum; tradunt adamuſſim Surd. *in Dec.* 255. *n.* 27. Moller. *ad Conſtit. Saxon. part.* 1. *conſtit.* 26. Avend. *in l.* 30. *taur. Gloſſ. unic. num.* 8. Soccin. *in Cons.* 134. *num.* 30. Tuſc. *lit. F. Concl.* 536. *Tom.* 3. & Berlich. *Conclus.* 64. *num.* 90. *part.* 1. Quicquid ſibi Bertrand. involvat, *in Cons.* 304. *vol.* 1. quem ſequitur Aſin. *in l. at ſi quis. §. funeris causa. ff. de Relig. & ſumptib. funer.* Hæ namquè veſtes, ad pompam neceſſariam pertinent Beuther. *de Jur. Prælat. cap.* 23. *part.* 1. *vers. ſin voluptarii.* Buchard. *in Diſſertat. de Pignorib. sect.* 7. *Conclus.* 2. & Cujac. *lib.* 11. *Obſerv.* 21.

4 Si interrogaveris: num illæ, ob tranſitum ad alia vota, reſtituantur? Negans, non indiſtinctè, reſpondebo: parvifacta determinatione, cujus meminit, Gizz. *nu.* 4. Etenim vel illa intra Annum, ad alias convolavit Nuptias; & eo caſu reſtitui debent. At ſi poſt Annum, & non video, cùr reſtituenda ſint. In cauſa namquè Comitiſſæ Saponariæ: pretium Veſtium lugubrium, & aliorum fuit liquidatum in ducatis octocentum; & tamen, ad ſecundas convolavit Nuptias: ſed poſt Annum luctus. Rovit. teſte *in Cons.* 97. *lib.* 1. Cujus meminit Thor. *part.* 2. *verb. Veſtes lugubres.* Et comprobat *part.* 1. *verb. lectus Vidualis. & part.* 3. *verb. lectus Vidualis.* Et videantur: benè aſſumptum, probantes. Staiban. *Tom.* 2. *Reſol.* 152. *num.* 14. *&* 19. D. Altimar. *in cit. Cons. Rovit. &* De Luc. *loc. alleg. num.* 3. Dixi parvipendendam allegatam Deciſionem à D. Gizz. exquò Sylvia Maggio: quo tempore, ad aliàs tranſivit Nuptias intrà, vel poſt Annum luctus, non dicit.

5 Compenſari cum veſtibus lugubribus, & lecto Viduali, legatum mobilium, à Viro Uxori relictum, Deciſum legitur hoc loco. Comprobant Deciſ. D. Rocc. *in Reſpons.* 64. Mocc. *in Sylv. cas. Forens. cap.* 11. *nu.* 20. Capon. *in l.* 2. *ff. ſolut. Matrim. quæſt.* 5. *num.* 15. & Scopp. *ad Gratian. in Decis.* 47. *num.* 29. cum talia; Titulo lucrativo, debeantur: legis tamen neceſſitate, & ex eo hæres, duplici gravaretur onere. Medic. *de Compenſat. part.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 4. Menoch. *lib.* 3. *Præſumpt.* 10. *num.* 13. *& Præſumpt.* 109. *nu.* 6. *lib.* 4. Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 6. *quæſt.* 11. *num.* 18. & Urceol. *lib.* 1. *Conſultat.* 39. *num.* 19. Quicquid involvat De Petr. *in Cons.* 57.

6 Legatum propterea filio relictum, in legitima imputari, tradunt Craſſ. *in §. Legitima. quæſt.* 20. *num.* 1. Surd. *de Aliment. Tit.* 9. *quæſt.* 34. Vaſq. *de ſucceſ. §.* 30. *num.* 242. Magil. *de Imputat. quæſt.* 12. Simon de Præt. *de Ultim. Volunt. lib.* 3. *pagin.* 150. *num.* 17. Merlin. *de Legit. lib.* 2. *Tit.* 2. *quæſt.* 1. *ex nu.* 4. Barz. *in Decis.* 86. *num.* 22. Theſaur. *in Decis.* 58. Put. *in Decis.* 212. *lib.* 3. *nu.* 4. Rot. Roman. *in Decis.* 66. *nu.* 7. *part.* 1. *diverſor. & part.* 4. *Decis.* 408. *num.* 2. Magon. *in Dec.* 4. *num.* 25. De Marin. *ad Reverter. in Decis.* 366. *nu.* 1. & Hodiern. *ad Surd. in Decis.* 293. *num.* 1. Quod, &
7 in filia procedere: cui legatum, in dotem imputari; voluerunt Peregrin. *de Fideicom. Artic.* 36. *num.* 135. Merlin. *loc. cit. quæſt.* 8. *num.* 1. licèt illud totam Dotem, ſivè partem, importet Maſtrill. *in Deciſ.* 200. *nu.* 8. & Conſil. Hodiern. *in Controv.* 31. *num.* 9.

8 Et deciſum refert Thor. *in Compend. verb. Legatum factum à Viro. part.* 1. Legatum à Viro, Uxori relictum omnium mobilium: animo compenſandi cum bonis ſervitiis, & aliis juſtis cauſis, compenſari cum fructibus, per Virum perceptis, ex bonis extradotalibus uxoris. Et probant Afflict. *in Deciſ.* 44. Peregrin. *loc. cit. Artic.* 11. *n.* 32. Et optimè Cavagnol. *in Deciſ. Conſult.* 24.

9 Quod fallit, in debito voluntario: cùm Legatum à debitore, creditori ſcriptum: non compenſari, tradunt Fontanel. *de Pact. Nuptial. Clauſ.* 7. *Gloſ.* 3. *part.* 6. *in fin.* Menoch. *in adduct. Præſumpt.* 409. Covar. *in Cap. cùm officiis. Tit. de Teſtam. num.* 2. Farinac. *in Deciſ.* 649. Mantic. *de Conject. lib.* 10. *Tit.* 2. & Urceol. *loc. allegat.* Undè Legatum, uxori relictum: cum Antefato, non compenſari, ſcribunt Bald. *in Conſ.* 58. *lib.* 2. Jaſ. *in Conſ.* 124. *Tom.* 4. Lup. *de Donat. int. Vir. & Uxor. §.* 2. Reg. Galeoc. *lib.* 1. *Controv.* 29. *num.* 1. Et deciſum, indicat Revert. *in citat. Deciſ.* 366.

10 Tandèm, illud annotabo: legatum ab Agnato relictum: non compenſari cum medietate bonorum Antiquorum, vigore Conſuetudinis *etſi Teſtator.* competentium: rationibus politis, tradunt Buccin. *in ead. Conſuetud. pag.* 174. *verſic. ſed nota.* Caput. *in Conſuetud. ſi moriatur. part.* 2. *§.* 11. *ex num.* 45. & Hodiern. *in l. hac edictali. C. de ſecund. Nupt. quæſt.* 7. *num.* 32. *& quæſt.* 19. *nu.* 20. Exemplo quar-
11 tæ Canonicæ, Epiſcopo ratione relitti, ad pias cauſas debitæ: cum qua Teſtator, legando Epiſcopo, compenſatio haud inducitur: nam ad illam; legatarius: non Teſtator, tenetur. Dec. *in Auth. præterea. in* 7. *notab. num.* 13. *limit.* 5. Atquè Vitæ, & Militiæ, cum qua
12 Legatum paternum, non compenſari: quia ad illam primogenitus tenetur, probat Afflict. *in Deciſ.* 138. *in* 2. *dub.*

12 At quòd Legatum aut inſtitutio, ab Agnato ordinata: cum medietate bonorum Antiquorum, compenſetur: ſcribit Jo: Dominic. Goſcia *Var. lib.* 2. *Reſolut.* 19. 20. *&* 21. Quo loco, evertere conatur fundamenta, jacta per Buccin. & ſequaces: probantquè Amat. *in Conſ.* 74. *num.* 56. Molfeſ. *part.* 2. *de Bon. quæſt.* 13. *num.* 8. Thor. *in ſupplem. comp. verb. compenſatio an admitti debeat pro Legato.* Rovit. *in Conſ.* 94. *num.* 43. *Tom.* 1. & Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 119. *ex num.* 12. videtur mutaſſe ſententiam, & in hanc propendere. Et ità reperio deciſum, de Anno 1666. referente in S. R. C. D. tùnc Regio Conſiliario, nùnc Regente Antonio Florillo: in Cauſa Antonii, & Horatii de Franco, cum Aurelia de Franco: in Banca tùnc Caſalenæ; pro Venditto. Cum caſus evenerit cogita.

14 Omnia verò quæ uſquè adeò obſervavimus, intelligenda moneo: niſi alitèr de Teſtatoris voluntate, evidentèr appareat. Buccin. *loc. citat.* Afflict. *in indic. Deciſ.* 138. *in fin.* Burſat. *in Conſ.* 67. *num.* 27. Merlin. *in citat. quæſt.* 8. *num.* 5. *&* 6. Menoch. *in Conſ.* 206. *nu.* 94. & Mar. Antonin. *var. Reſolut. lib.* 2. *Reſol.* 86.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE XCV.
### *SUMMÆ.*

1 *Gubernatores Eſtauritæ, quæ regitur per Laicos; poſſunt apud Judicem Laicum conveniri. Comprobatur opinio* D. Reg. noſtr. *aliorum placito.*
*Adducitur diſtinctio* Gizz. *& aliorum: quam improbant* Gabr. Duard. Mart. Caſar. & alii, *num.* 2. 3. 4. *&* 7. *ſed approbatur. num.* 13.
*Refertur opinio* Gonzalez. *num.* 5.
*Traditur placitum* Genuenſ. Duard. Barboſ. & aliorum. *num.* 6.
*Sententia*, D. De Marin., *refertur. num.* 8. *&* 9.
*Sed repugnat* D. De Pont. *num.* 10.
*Opinio* Cavalcan. & aliorum, *ponitur. num.* 11.
12 *Hoſpitalia, & Confraternitates: quæ ſub Regis immediata protectione ſubſunt, Epiſcopus viſitare nequit.*
14 *Beneficium reſtitutionis in integrū, Confraternitatibus Laico-*

*Laicorum competit: ſive cum Epiſcopi authoritate erectæ ſint: ſivè non.* Defenditur Fontanell. à D.Gizz.

15 *Reipublicæ, Villæ, Caſtro, Univerſitati, & ſimilibus; quo pacto, in integrum reſtitutio, concedatur?*

16 *Sollemnitates requiſitæ in alienatione bonorum Eccleſiæ: num ſint neceſſariæ, in alienatione bonorum Confraternitatis?*

*Refertur opinio negans. num.* 17.

*Contrarium. num.* 18.

*Adducitur diſtinctio* Gratian. & Quarant. *num.* 19, *quam reprobatis* Guttierez. & Ricc. *num.* 20. *approbant* Barboſ. & alii *num.* 21.

1 ALlegatis Guttierez, Maſtrillo, & De Pont. concludit D.Reg.noſt.hìc, *n.*6. Gubernatores Eſtauritæ, quæ regitur per Laicos, poſſe apud Judicem Laicũ conveniri. Quod dixerat Abb. *in Conſ.* 31. *num.* 1. ibi, *nec per iſtam Fraternitatem, deſinunt iſti eſſe de Juriſdictione Judicis ſæcularis.* Et approbant Pariſ. *in Conſ.* 50. *nu.* 26. Anton. Gabriel. *de Pia Cauſ. Conclus.* 1. *lib.* 6. *num.* 15. Hieronym. Gabriel. *in Conſ.* 162. *lib.* 1. Natt. *in Conſ.* 62. *nu.* 6. Mandoſ. *de ſignatur. Grat. pagin.* 69. *verſic. Quid autèm dicendum.* Ann. *in ſingul.* 90. Cened. *Quæſt. Canonic. in quæſt.* 22. *num.* 14. Cævall. *Comm. contr. Commun. quæſt.* 897. *ex num.* 982. Covar. *Pract. quæſt. cap.* 36. *num.* 8. Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ.* 27. *num.* 69. *part.* 1. Parlador. *part.* 3. *Differ.* 5. §. 1. *num.* 9. Mart. *de Juriſdict. Part.* 2. *cap.* 10. *num.* 25. *& cap.* 18. *num.* 1. Afflict. *de Jur. Protomis. in princip. ex num.* 12. Mareſcot. *lib.* 2. *Reſolut.* 62. Tiraquel. *de Pia Cauſ. in præfat. num.* 6. Marant. *in Conſ.* 133. *num.* 5. Tomas. *de Diſpoſit. ad Pias Cauſ. Tit.* 1. *cap.* 4. *n.* 64. Capiblanc. *de Baronib. Tom.* 1. *Pragm.* 8. *part.* 3. *nu.* 63. Rodoer. *ad De Marin. lib.* 1. *Reſol.* 117. *num.* 29. Cafar. qui innumeros alios allegat, & pluries rem deciſam, refert *in Quæſt.* 18. *ex num.* 4. *ad* 9. Et Deciſionem iſtam ſequuntur Staib. *lib.* 1. *Reſol.* 37. *num.* 13. *&* 14. & Scop. *ad Gratian. Obſerv.* 232. *num.* 4.

2 Sed Gizz. diſtinguit: Collegium cum Epiſcopi authoritate fundatum; ab illo, abſquè ea erectum. Et primo caſu: Judici Eccleſiaſtico; ſubeſſe; affirmat: ſecundo verò, apud Judicem Laicum conveniri poſſe, concludit. Et idem ſentiunt Alex. *in Conſ.* 9. *lib.* 1. Torniol. *in Conſ.* 70. *ex num.* 13. Burſat. *in Conſ.* 60. *num.* 27. Menoch. *in Conſ.* 1025. *num.* 11. Gratian. *Diſcept. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 1. *& lib.* 2. *cap.* 481. *num.* 11. Mar. Antonin. *Var. Reſolut. lib.* 1. *Reſolut.* 14. *nu.* 1. & P. Gambacurt. Soc. Jeſ. *de Immunitat. Eccleſiar. lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 8. Quod tamèn Gabr. *in allegat. Conſ.* 162. non admittit: ibi *Ergò neceſſè eſt fateri; Fraternitatem non eſſe locum Pium: quamvis proptèr ſigna; dici non poſſit locus Eccleſiaſticus: nec refert, quòd hæc Fraternitas ſit erecta authoritate Summi Pontificis: quia authoritas ſuperioris, non poteſt facere: ut perſona ſit locus; facit quidem; ut Collegium, dicatur licitum.* Hæc Gabr. Et conferunt tradita per Menoch. *de Recuperand. Poſſeſſ. lib.* 7. *Remed.* 15. *num.* 30. *& in Conſ.* 635. *num.* 5. *lib.* 7. & per Bald. *de Præſcript. part.* 5. *partis* 1. *princ. nu.* 6.

3 Atquè etiam P. Duard. *in Comment. ad Bull. Cœn. Domin. lib.* 2. *Canon.* 15. *quæſt.* 7. *Concluſ.* 3. *num.* 9. ibi *Miniſtri, Rectores, ac Operarii dictorum locorum, qui Authoritate Romani Pontificis, aut Ordinarii; fuerunt conſtructa: licèt dicantur quodammodò Eccleſiaſtici: Ut per Navar.* in Conſ. 3. de For. compet. in novil. *Tamen regularitèr: non gaudent Privilegio Fori Eccleſiaſtici.* uſquè hìc Duard. Quem ſequitur D. Cæſar ejus Frater *in Addit. lit. B.* conducens ad id Decian. *in Tract. Crim. Part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 41. & De Graſſ. *de Effect. Clericat. Effect.* 1. *Ampliat.* 19. *num.* 126.

4 Et Mart. *loc. cit. Part.* 4. *Caſ.* 113. *nu.* 17. ita ſcribit. *Nec refert quòd hujuſmodi Fraternitates; ſint erectæ, ex authoritate Summi Pontificis: quia authoritas, non poteſt facere; ut perſona ſit locus; facit autèm, ut Collegium dicatur licitum nec erectum contrà prohibitionem; nec facit, quòd ſit locus Pius.* Hæc Mart.

5 At Gonzalez; id judicandum dixit à numero Laicorũ, & Clericorum, in Collegio concurrentium: Etenìm ſi major concurrat Clericorum numerus; Eccleſiaſticum judicandum eſſe Collegium; voluit; ſin verò Laicorum; & alitèr concludit, *in Regul.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 18. *nu.* 13. Quod, & facilè; excipitur: ex poſitis per Felin. *in Cap. ex literis de Conſtit. nu.* 3. & per Bartol. *in l. ſodales de Colleg. illic. num.* 14. *& ſequent.*

6 Alitèr; diſtingunt alii: Ut in actibus ſpiritualibus, & Divinum cultum concernentibus; Epiſcopo ſubeant; in cæteris verò quò ad temporalia; Judicibus Laicis. Epiſcop. Ricc. *Tom.* 3. *Reſol.* 144. *&* 145. Epiſcop. Genuenſ. *in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 64. *num.* 9. *pagin. mihi* 204. Tomas. *loc. citat. cap.* 4. *num.* 77. P. Duard. *in adduct. loc. Concluſ.* 5. *num.* 14. ibi *quod dixi de cauſa præcedentiæ; idem dicendum eſt de reliquis ſpectantibus ad Spiritualitatem, & Pietatem: juxtà declarationem Navar.* loc. citat. *quoniàm in his omnibus, cognitio ſpectat ad Forum Eccleſiaſticum: licèt quò ad reliqua, ſubſint Curiæ ſæculari: cùm hujuſmodi perſonæ, non dicantur Eccleſiaſticæ: niſi ſecundum quid.* Hæc P. Duard. & Barboſ. *in Tract. de Poteſtat. Epiſcop. in Allegat.* 78. *num.* 24. ibi *hujuſmodi Confraternitates, etſi quò ad Temporalia non ſubſint Epiſcopis, tamen quò ad ſpiritualia, ſubſunt.* Hæc Barboſ. ſequutis Navar. *in Conſ.* 3. *ſup. cit.* Tiraquel. *ubi ſup. verſic. itèm relictum Fraternitatibus.* Sayr. *de Offic. Ordin. Deciſ.* 5. Franc. De Leo *in Theſaur. For. Eccleſiaſt. Part.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. *& Part.* 2. *cap.* 29. *num.* 22. & Mar. Antonin. *cit. lib.* 1. *Reſol.* 66. Et iterùm idem Barboſ. *in Addit. ad Allegat.* 75. *num.* 31. *pagin. mihi* 904. ibi *ſubiiciuntur hujuſmodi Confraternitates, poteſtati Epiſcopi: ut videlicet poſſint compelli, rationem ei reddere, juxtà terminos Concil. Trident.* ſeſſ. 21. de Reformat. cap. 8. & 9. *prout reſolvit Cened.* Pract. & Canonic. Quæſt. lib. 1. q. 22. n. 10 & 14. *vel per eum cogi, ad recipiendum, vel reiiciendum aliquẽ, ex eorum cœtu: ex adductis per Bovadill.* in ſua Politic. lib. 2. cap. 17. nu. 141. *itemquè ſi agatur de ipſis rebus Univerſitatis, vel Jure aliquo ſpirituali: ità quòd, ratione rei ſubjectæ; juriſdictio ſpectet ad Epiſcopum: in reliquis verò quantumcumquè ſint affixæ Eccleſiis, in quibus habent Oratoria & ſint inſtitutæ*
7 *authoritate Epiſcopi; non habent Privilegium Fori, quale in univerſum habent perſonæ Eccleſiaſticæ: ut obſervat Bovadill.* dict. lib. 2. cap. 18. num. 228. *& noviſſ. Lotter.* in Tract. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 10. nu. 52. Uſq. hìc Barboſ. Adde Danza *de Pugn. DD. Tom.* 1. *cap.* 3. *de Legat. Piis ex num.* 8. *ad* 18. Anſald. *de Juriſdict. Part.* 2. *Tit.* 9. *cap.* 14 & concurrit De Marin. *in adduct. Reſol.* 117. *num.* 9. *lib.* 1. *verſic. tertius caſus eſt.* Qui tamèn *ibid. verſic. primus eſt*; tenuit: quòd
8 ſi Laicorum Confraternitates, Hoſpitalia tenent cum Campanilibus, & Campanis ibiquè miſſæ celebrantur; dicantur loca Pia; & per conſequens Epiſcopo ſubjecta; ex Verall. *in Deciſ.* 328. *Part.* 1. & Ego addo Jo: de Selv. *in Tract. de Benefic. quæſt.* 6. *num.* 45. *& quæſt.* 7. *nu.* 7. *& quæſt.* 57. *num.* 2. Antonin. Maceratenſ. *in allegat. Reſol.* 66. *num.* 2. *&* 3. Petr. de Ubald. *in Tract. de Canon. Epiſcop. & Paroch. in Art. in c. quò ad ſecundam quæſt. princ. ex num.* 19. *verſic. incidenter quæritur,* Barthol. Bellen. *in Tract. de Charitat. ſubſid. quæſt.* 38. *ex num.* 16. & Mart. *in cit. Caſ.* 113. *num.* 9. Sin verò
9 tales Confraternitates; nulla habent Hoſpitalia, modo prædicto: & tunc cùm Pia dici non poſſint: Præſid. Feliũ *Part.* 1. *verb. Confraternitates*; omninò uti Collegia profana, coràm Judice Laico; conveniri debere: concludit D. De Marin. cum Acac. Ant. de Ripoll. *Reſol.* 1. *num.* 468. Et probat Mart. *eod. caſ.* 113. *num.* 9. Quod tamèn D. De Pont. non admittit *in Conſ.* 18. *nu.* 6. ibi *& ob id fecerunt Concluſionem communem DD:*
10 *quòd ubi apparent Hoſpitalia: Confraternitates, &* Ex-

Digitized by Google

*Extauritas; regi, & gubernari per laicos: nihil in his habet commune Epiſcopus.* Hæc De Pont. quo loco; ſubdit: hanc eſſe immemorabilem conſuetudinem: & juxtà eam, pluriès Sacrum Regium Conſilium; decreviſſe.

11 Et tandèm aliis, hac in re; placuit eſſe præventioni locũ: cùm ſit de Caſibus Mixtis: etiam attento, quòd ex diſpoſit. Concil. Trident. non prohibetur Judicibus Laicis; Hoſpitalia viſitare. Cavalcan. *in adduct. nu.*59. Barboſ. *in cit. Allegat.* 75. *num.*15. Maximè ſi ſub im-
12 mediata Regum protectione, fuerint; quæ Epiſcopi, non viſitant: nec modo aliquo illis; ſe, eorum Officiales, intromittunt. Mart. *loc. citat. Part.* 2. *cap.* 18. *num.* 2. Cævall. *in cit. quæſt.*897. *num.*984. *& lib.*2. *quæſt.* 32. *num.*4. Perez de Lara *de Cappell. & Annivers. lib.*2. *cap.* 1. *num.* 49. Cabed. *de Patronatib. Reg. Coron. cap.* 39. *nu.*3. *& cap.* 42. *num.*5. Alios allegant Barboſ. *loc. citat.* Rot. Roman. *Part.* 2. *Recent. Decis.*33. *& Part.* 1. *Diverſor. Dec.* 736. Reſtaur. *de Imper. quæſt.*54. *nu.* 12. Genuenſ. *ubi ſup. cap.*17. Peregrin. *de Fideicom. Art.* 52. *num.* 117. Menoch. *in Cons.*1101. *num.* 44. Periera *de Manu. Reg. de Viſitat. Hospital. cap.* 17. *num.* 11. Tomas. *loc. citat. cap.* 3. *num.* 20. *&* 34. Ugolin. *de Poteſtat. Episcop. cap.*24. §.1. *num.*3. & Duard. *loc. allegat. num.* 18. *& ibi* Add. *lit. D.*

13 Hæ ſunt Doctorum placita; quæ in fonte vidi, ad Deciſionis ornatum. Mallem verò D. Gizz. diſtinctionem; amplecti; relatam *sup. n.*2. Cum pluribus fundamentis, & Claſſicorum authoritatibus nitatur; ſed vide Alderan. Maſcard. *de Interpretat. Statutor. Conclus.* 1. *num.* 161. & in contingentia cogitandum.

14 Unum protritum eſt: Confraternitatibus, ſivè cum Epiſcopi licentia erectis, ſivè non; reſtitutionis in integrum, Beneficium competere: quicquid ſibi involvat Gizz. *hic ex num.*15. *ad* 17. adversùs Fontanell. *in Decis.*109. *lib.*1. Omnis namquè Pia cauſa, hoc beneficio juvatur; & minoris jure reſtituitur. Cald. Pereira *in l. ſi Curatorem. num.* 64. *verb. Minoribus.* Et in puncto: quod Confraternitatibus, abſquè Epiſcopi authoritate, inſtitutis; competat beneficium reſtitutionis in integrũ: tradunt Bald. Paul. de Caſtr. Tiraquel. Maſcard. & Odd. apùd Barboſ. *in cit. Allegat.* 75. *num.* 38. Et probat apertiùs Imbrian. *de Prim. et secund. Benefic. Conſiderat.* 2. *ex nu.* 154. cujus rei adducitur ratio: quia, ſub ali-
15 ena cura ſunt: pro ut in Republica, Civitate, Villa, Caſtro, ſeù omni alia communitate; concludunt, quos allegat idèm Barboſ. *ibid. nu.*39. atquè etiam Imbrian. *eod. loc. num.*168. Afflict. *in prælud. Conſtit. quæſt.* 5. Frecc. *de ſubfeud. lib.*2. *quæſt.*12. De Marin. *ad Reverter. Obſerv.* 156. *num.*2. Weſembec. *in Cons.* 194. *nu.* 3. *vol.* 4. & D. Calà *de in Integr. Reſtit. quæſt.*1. *num.*4.

16 Modò videndum remanet: nùm *Extravagant. Ambitioſæ.* diſpoſitio; procedat in alienatione bonorum Confraternitatis? Negant Coſta *de Jur. et fact. ingnorant. in Cons. impreſſ. poſt inspect.* 98. *num.* 3. Anton. Gabr. *in eod. cit. Tit. de Pia caus. Concl.*2. *num.*9. Rodoan. *de Reb. Eccles. non alienand. Rub.*27. *nu.*15. Bald. *in auth. hoc Jus porrectum. C. de ſacroſanct. Eccles. num.*3. Rebuf. *de Alienat. Rer. Eccles. num.* 56. Guttierez. *Canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.*35. *num.* 16. & Danz. *in cit. cap.*3. *de*
17 *Legat. Piis.* Eo jacto fundamento: nam Confraternitates prædictæ; ſunt merè ſæculares. Perez de Lara *in adduct. cap.*1. *num.*5. *in fin. pagin.*266. De Pont. *in allegat. Cons.* 18. *nu.*8.

18 Contrarium; ſi cum Epiſcopi licentia Hoſpitale, Confraternitas, ſivè Collegium, aut Oratorium; conſtitutum fuerit. Scribunt Steph. Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Alienatio Rerum Eccleſiæ num.*28. *pagin. mihi* 22. Steph. Gratian. *Tom.* 3. *Discept.*517. *num.*1. Qui *nu.*
19 7. *&* 8. dixit; Primam Opinionem procedere in Confraternitate; abſquè Epiſcopi authoritate erecta. Et hanc Opinionem; ſequitur De Marin. *in adduct. lib.*1. *Reſolut.*6. *num.*8. Et vide Maceratenſ. *in Allegat. Reſol.* 14. *num.*7. 8. *&* 9. Laderch. *in Conſ.*179. *num.*1. Fab. de Mont. *in Tract. de Empt. & Vendit. num.* 28. *Tractat. Vol.*5. *pagin.*474. & Capon. *in Opuſcul. pro Exempt. Clericor. à Collect. num.* 65.

20 Diſtinguit Ricc. *in Prax. Tit. de Alienat. bonor. Eccleſ. Reſol.* 35. *verſic. tertia ſit concluſio. poſt num.* 6. aut bona, eo animo; Confraternitati relicta ſunt: ut ad opera Eccleſiæ, ſivè Oratorii neceſsaria, nempè ad ſublevandos Pauperes, pro Celebratione Miſſarum; aut pro Puellis miſerabilibus maritandis: ſivè aliis oneribus; quæ cultui Divino incumbunt: Et eo caſu abſquè ſollemnitatibus Extravagant. *Ambitioſæ*; alienari non poſſe. At ſi illa; Confraternitati relicta ſint: ut illi deſerviant, & ad libitum de illis poſſit diſponere; & eo caſu, ſollemnitates prædictas, in alienatione: non eſſe neceſſarias; concludit; ſivè cum Epiſcopi authoritate; Confraternitas erecta ſit; ſivè non. Et hanc diſtinctionem; probat Guttierez *in cit. cap.* 35. *num.* 22. Sed Reſpuit
21 Barboſ. *in adduct. Allegat.* 75. *num.* 33. probans diſtinctionem; quam ex Quarant., & aliis; adduximus *num.*19. Et illam ſequuti ſunt Joſeph Maſcard. *de Probat. tom.* 2. *Concluſ.* 869. *num.* 11. & Renat. Coppin. *lib.* 3. *de ſacr. Politia. cap.*6. *num.*6. Nec deſinas videre Bonacin. *Tract.*2. *var. quæſt. unic. punct.*2. & Farinac. *in Repertor. de Contract. ib. quæſt.*16. *num.*25.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE XCVI.

### *SUMMÆ.*

1 *Exceptiones modificativæ; impediunt executionem ſententiæ.*
*Fallit: ut num.*4.
2 .... *Quandò; opponi debeant: ut impediatur ſententiæ executio? Declarantur* D. Reg. noſter. Gallup. & Sarn. *num.*3. *Limita: ut num.*4.
5 *Diſpoſitio* Pragm. 4. §. 25. de Dilat. *non procedit in præceptis, quæ fiunt debitori convento Jure aſſiſtendi, quod ſolvat Tertias. Confutatur* D. Gizz.
6 *Succumbens in exceptione propoſita; in curſu Termini ſuccumbuiſſe cenſetur.*
7 *Citatio creditorum incertorum in confectione Inventarii: non eſt ſollemnitas neceſſaria.*
8 *Creditores incerti in Inventarii confectione, ſat eſt, quòd per Edictum citentur.*
9 *Citationem creditorum in Inventario; interveniſſe, temporis curſu, præſumitur. & num.*10.
11 *Inventarium, ſubſtinetur: quotiès aliqui creditores; ſunt citati, aliqui non.*
12 *Hæres opponens exceptionem Inventarii, tenetur illud apud Acta exhibere. Comprobatur* D. Gizz. *rejecto* Muſcatell.

1 Communis Juriſperitorum; ſententia eſt: Exceptionem modificativas, intèr quas Inventarii diſcuſſionis numeratur exceptio, poſt ſententiam oppoſitas; illius executionem impedire: ità ſcribunt Neguſant. *de Pignorib. memb.* 4. *part.* 5. *nu.*10. Gayll. *lib.*1. *Obſerv.* 113. *num.*5. Marant. *part.*6. *Tit. de Except. nu.* 18. Coſt. *de Remed. ſubſid. Remed.* 28. *num.*6. *Remed.* 29. *num.*7. *& Remed.* 51. *illat.* 2. *num.* 5. Carroc. *de Remed. contr. ſentent. Except.* 68. Cævall. *Commun. contr. comm. quæſt.* 609. Gratian. *Diſcept.* 495. Phanuc. *de Inventar. part. ultim. num.*3. Porcellin. *in ſimil. Tract. quæſt.*7. *num.* 1. Spin. *in eod. Tract. num.*41. *&* 42. Roland. à Vall. *in eod. Tract. Tom.*8. *Tract. pagin.* 197. *verſic. Except. & in volumin. de Invent. diverſor. quæſt.* 212. *pagin.* 119. Trentacinq. *lib.*2. *Reſol.* 1. *de*



Digitized by Google

Except. Guttierez *de Contractib. cap.17.num.3.* Salgad. *de Reg. Protect. part. 4. cap. 7. ex num. 65.* Canar. *de Execut. Inſtr. quæſt. 28.* Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.9. Gloſſ.5. num.26.* Georg. Frantzk. *lib.1. Reſolut. 25.* Prat. *in Obſerv. 53. num. 3. & Tom.2. Diſcept. 25. nu. 26.* Joan. Andr. Donſperg. *lib. 2. Syntagmat. Jur. Part.1. cap.1.* Ricc. *in Collect. 238. & 1245.* Valaſc. *in Deciſ.87. num.8.* Toloſ. *in Deciſ.322.* & Mut. *in Deciſ. 53. num. 13.*

2 Modo tamèn eorum oppoſitio; cadat intra Triginta Dies; decurrendos à Die intimationis diffinitivi Decreti: aut ſententiæ: ſivè ejus Mandati de parendo; ſcribit D. Reg. noſter *nu.2.* ſubditquè, eo lapſo Termino, ad impediendam illius executionem; admittendas nō eſſe: ex *Pragm.4. §. 25. de Dilat.* ſequitur Sarn. *in Prax. Civil. noviſſ. pagin.35. verſic. Exceptiones, quæ proponuntur, & pagin.89. ſeſſ. 21.* Et hanc Praxim, in viridi obſervantia eſſe; teſtatur Gallup. *in Prax. part.3. cap.3. nu. 2.* Et meminit De Marin. *ad Revert. in Obſ. 414. nu.2. & in Obſ. 502. num.2.*

3 At quicquid ſibi ſcribat D.Reg.noſter: nota *in Pragm.* cautum reperiri, per tales Exceptiones oppoſitas: executionem ſententiæ, ſivè diffinitivi Decreti; retardari: ſivè oppoſitæ ſint intrà, ſivè pòſt Terminum memoratum. Una tantùm differentia: quòd ſi propoſitæ ſint, poſt lapſum Triginta Dierum; jam lata ſententia, non exequitur: niſi præſtita cautione de reſtituendo, in caſu retractationis: in nihilo refragante; aliam cautionem, præſtitam fuiſſe: quia intrà Decem Dies ab eadem ſententia; reclamatum reperiretur: ut optimè, de more, advertit Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.332. num.8.* quem ſequitur D. Petr. *in Rit.166. num. 201. verſic. quin! & Jure Communi.* & obſervat Motill. *in Prax. Tit. de in Integr. Reſtit. num. 29. pagin. 122.*

4 Reſtringe aſſertum: niſi à Judice, non adhùc ſententia prolata, Terminus parti, ad opponendas Exceptiones modificativas; fuiſſet impartitus: Cùm eo caſu, nullo modo tales Exceptiones; poſt ſententiam, admittantur: pro ut in exceptione diſcuſſionis Inventarii; tradunt Phanuc. *loc. cit. Part. 8. num. 7.* Roland. à Vall. *loc. allegat. nu.7.* Gratian. *in adduct. Diſcep.495. nu.17. & ex nu.21. ad 25.* Et conferunt poſita per Surd. *in cit. Deciſ. 332. num.2.*

5 Atquè etiam dixeris: *cit. Pragmat.* diſpoſitionem, præceptis, quæ attenta S. R. C. æquitate fiunt reo convento, ſuper contractus reſciſſione; quod ſolvat Tertias: quorum cauſas explicant D. Reg. noſt. *hic num. 16.* Gizz. *num.1.* Prat. *Tom.1. Diſcept. 27. ex num.74.* Thor. *in Vot. 84. num. 395.* & Sarn. *loc. citat. Part.3. cap.1. ſect.2. pagin.79.* quia Judicis interloquutoria ſunt; ad ſententiam, ordinata: ut deciſum habes hoc loco: quicquid ſibi D. Gizz. dicat *num. 6.* Deciſio namquè D.Regent. noſtr., in eo verſatur themate: nùm elapſis Triginta Diebus à Die lati Decreti, quod Conventus ſolvat tertias; valeat opponere Exceptionem diſcuſſionis Inventarii: ad impediendam illius executionem. Et determinatum refert affirmativè *n.31.* fundamentis jactis: *ut num. 3. 10. 26. & 31.* Habuitquè in eadem
6 Cauſa S.R.C. pro vero: quod ſuccumbens in Exceptione propoſita, in curſu Termini; etiam ſuccubuiſſe, cenſeatur. Quod approbat D. Gizz. *num. 15.* & ſeriò probant. Ricc. *in Collect. 3518.* Rovit. *in Pragm. 16. nu.2. de Ordin. Judic.* Thor. *part. 3. verb. Terminus Dierum.* D. Petr. *in Rit. 260. num. 48.* & D. De Marin. reprobato Reverter., *in Obſerv. ad eund. 578. num. 3. verſ. ultim.*

7 Obſerva ulteriùs, unum ſingulare, *num. 11. & 30.* Citationem, reſpectu Creditorum incertorum, in confectione Inventarii, pro ſollēnitate; nō eſſe neceſſariam: ex quò Gayl. Græu. & Marant., ſat eſſe ſcribunt: ta-
8 les creditores, per edictum citari. Quibus; ſubnecti poſſunt, Seraph. *in Deciſ. 371. num. 4. & 5.* Gallup. *loc. citat. Part.2. cap.2. n.7.* Scacc. *de Judic. lib.2. cap.34. nu. 20.* Phanuc. *loc. citat. Part. 3. num. 12.* Per quam citationem, haberi; ac ſi perſonalitèr fuiſſent citati. ſumitur *ex l. Dies cautioni.4. §. toties. ff. de Damn. Infect. l. aut qui.5. verſic. & ſi fortè. ff. quod vi, aut clam. & ex l. ſi eo tempore. C. de Remiſ. Pignor.*

At (Nota) concurrebat hac in ſpecie; quòd negotium erat Antiquum valdè: ut in ultimis Deciſionis verbis; teſtatur D. Reg. noſter. Et quòd Temporis curſu; in
9 Inventario citationem interveniſſe, præſumatur: in terminis, tradit Hieronym. Grat. *in Conſ. 91. lib.1.* quem ſequitur Phanuc. *ead. part. 3. num. 27.* non tamèn minoris Quadraginta Annorum. Peregr. *in Conſ. 95. num. 10. lib.4.* Rot. Roman. *part. 1. Diverſ. in Deciſ. 394.* & Tomas. *de Invent. Tit. 8. cap.6. num. 97.* potiſſimùm,
10 ſi in hæreditate; ſtabilia tantùm, adeſſent: aut attenta illius tenuitate, non adeſſet quod aſcondi potuiſſet. Bald. *in Conſ. 387. lib. 1. num. 5. & lib. 3. Conſil. 265. num. 2.* Etenim his concurrentibus, Dolus undè conſiderari poterit! Propterea, nec ultrà vires hæreditatis, teneri hæredem: confitentur abſolutè, Phanuc. *loc. citat. num. 28.* Staiban. *in Reſol. 95. num. 18. & 19.* Gizzarel. & *ibi* Addent. *in Deciſ. 58.*

Nec lex fuerat, omninò contempta: ac ſi Inventarium, non fuiſſet confectum. Oppoſitio namquè, in eo erat: incertos creditores, haùd citatos fuiſſe, in illius
11 confectione. Patet tamèn reſpectu certi Creditoris non citati, Inventarium operari: ſi alii certi Creditores, citati ſint. De Franch. *in Deciſ. 229.* Gratian. *Diſcep.34. & 797. num. 16.* Rot. Roman. *in impreſſ. poſt 2. Vol. Conſ.* Farinac. *in Dec.199. n.7.* D.Reg. noſter *in Conſult. 57. num. 37.* De Marin. *Reſol. 111. lib. 2.* Staiban. *in cit. Reſol. 95.* niſi dolus interveniret. Quo caſu, adaptantur ſcripta per Cenſal. *ad Peregr. de Fideicom. Art. 35. verſ. ſed rurſùs limitatur.*

12 Deniquè adverte: hæredem Inventarii, exceptionem opponentem, teneri realitèr, illud apud acta exhibere. Probat D. Gizz. *num.7.* Adde Prat. *in Obſ. 95.* quicquid ſibi dicat Muſcatel. *in Prax. Civil. Part. 3. part. prima Gloſ. comparentis. num. 20. in med.*

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE XCVII.

### *SUMMÆ.*

1 *Adducitur quidam; de hac* Deciſione, *dubitans.*
*Sed aliorum placito, comprobatur. num. 2.*
3 *Relictum à Viro, Uxori: donèc Dos reſtituatur, cum ſorte compenſari, ſtatuitur.*
4 *Statutum permittens, quìd dari Viduæ: pendente dotis reſtitutione, nùm ſervandum ſit? Contrà* D.Reg. noſtrum *ſtat* Scacc. *quos conciliat* Leotard.
*Quid ſi pacto, cautum id reperiatur? num.5.*
*Aut, in Vidua inope? num.6.*
*Vel attenta Canonica æquitate? num. 7.*
*Et in terminis* Conſuetud. *noſtræ Civitatis? num. 8. 9. & 10.*

1 QVemdam Regium Conſiliarium, ſemper dubitaſſe de hac Deciſione, teſtatur D.Hodiern. *in Contr. 17. num. 53.* At ipſe nominatìm, illam ſequitur, *in Contr. 38. num. 79.* Et firmat aſſumptum, *in Obſer. ad Surd. 240. num. 14.* Habes igitur *hoc loco*, adamuſsìm con-
2 cluſum: Viduam, ingredientem bonorum Viri tenutam: donès dos ſibi reſtituatur, teneri in ſortem fructus compenſare. Eandemquè ſententiam: prætèr allegati, ex D.Reg.noſtr. *num. 6.* In terminis, probant Spin. *de Teſtam. Gloſſ.11. ſub num.84. & 90.* Cyriac. *in Contr. 542. num.3. & 4.* Gramm. *in Dec. 103. num. 91.*
Put.

Digitized by Google

Put. *in Dec.* 106. *lib.* 1. Ambroſin. *in Dec.* 4. *ſub num.* 18. *Part.* 1. Cavaler. *in Dec.* 591 *in fin.* Grivell. *in Deciſ.* 149. *num.* 9. Rot. Roman. *poſt* Merlin. *de Pignor. in Decis.* 94. *num.* 12. *&* 13. Merlin. *in cit. Tract. lib.* 1. *Tit.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 38. *& lib.* 5. *Tit.* 1. *quæſt.* 6. Staiban. *de Interes. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 14. Facchin. *lib.* 6. *Controv.* 72. Fontanell. *de Pact. clauſ.* 6. *Gloſſ.* 2. *part.* 6. *num.* 67. Campeg. *de Dot. quæſt.* 18. Capon. *in Tract. quod inſcribitur de Dot. in l.* 2. *ff. ſolut. Matrim. quæſt.* 1. *num.* 33. Ferentill. *ad Buratt. in Decis.* 144. *ſub num.* 13. De Roſa *in Conſult.* 54. *num.* 42. *&* 44. & Scop. *ad Gratian. in Obſerv.* 126. *ex num.* 23. *ad* 26.

3 Idquè procedere, etiam ſi maritus aliquid, Teſtamento Uxori reliquiſſet, cauſa intereſſe: donèc Dos, ei reſtituatur: ex Anchar., ſcribit D. Reg. noſt. *num.* 12. cum ſorte relictum, compenſari. Et probant aptiùs De Amat. *in cit. Reſol.* 49. *num.* 87. Barboſ. *in alleg. l.* 2. *ff. ſolut. Matrim. in princ. Part.* 1. *num.* 41. *verſ. amplia ſecundò.* Poſt. *in Reſol. Civil.* 77. *num.* 7. Gratian. *in Diſcept.* 848. *ex num.* 3. Campeg. *loc. indic. num.* 3. Molin. *de Rit. Nupt. lib.* 3. *cap.* 39. *num.* 51. *cum pluribus ſequentib.* & Lup. *in Cap. per veſtras. de Donat. int. Vir. & Uxor. not.* 6. *num.* 8. *&* 9.

4 Probarunt ex hoc, non mediocris farinæ viri: ſtatutum Viduæ quid annuum, pro intereſſe: pendente Dotis reſtitutione permittens, ſervandum non eſſe: intèr quos ſunt *allegati* per D. Reg. noſtrum, & Hieronym. Gabriel. *in conſ.* 152. *ſub num.* 2. *lib.* 2. At pro Contrario: Molin. Caetano, & aliis ſequutis, legantur Scacc. *de Comerc.* §. 1. *Gloſſ.* 7. *Part.* 2. *Ampliat.* 8. *ſub num.* 176. *&* §. 6. *Gloſſ.* 1. *num.* 49. & Merlin. *in citat quæſt.* 23. *nu.* 43. Deniquè Leotard., mediam tenuit ſententiam: ut tale ſtatutum, ad alimentorum metam, ſubſtineatur: *in Tract. de Uſur. quæſt.* 79. *num.* 42. ſequitur De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.* 338. *num.* 3.

5 Pactum etiam: quòd pendente Dotis reſtitutione, aliquod interuſſurium, à Die diſſoluti matrimonii, Viduæ ſolvatur: non ſubſtineri, dicunt Merlin. *loc. indicat. lib.* 3. *Tit.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 38. Trentacinqu. *Var. Reſolut. Tit. de Dot. cap.* 6. *num.* 2. *lib.* 3. Merend. *in Controv.* 37. *lib.* 2. *num.* 26. Fontanell. *loc. quo ſup. num.* 35. & Angel. Steph. de Garron. *in Reſol.* 17. *ex num.* 69. Contrarium verò, defendit De Amat. *tom.* 2. *Reſol.* 83. *num.* 6. Et vide tradita per Seſſe *in Deciſ.* 68. *num.* 26. Cott. *memor. Jur. verb. Dos ſoluto Matrim. verſ. quid autem.* Fragoſ. *de Regim. Reipubl. Chriſtian. tom.* 3. *lib.* 2. *Diſput.* 5. §. 5. *nu.* 90. *&* per Cævall. *Comm. contr. Commun. quæſt.* 394.

6 Viduæ tamèn inopi, uſuræ Dotales, ſivè Dotis fructus, deberi, ut ſe ali poſſit, abſquè controverſia eſt. D. Reg. noſt. *num* 10. Navar. *de Uſur.* §. *noto* 21. *num.* 64. *&* 66. Malvaſia *in Cons.* 11. Gargiar. *Patrocin.* 31. Rolan. *in Conſ.* 55. *ſub num.* 18. *tom.* 2. Mantic. *in Deciſ.* 171. *num.* 2. Surd. *in Deciſ.* 345. *num.* 17. Pinell. *in l. fin. nu.* 6. *C. de bon. Mater.* Zaſius *in lib.* 2. *Reſponſ. cap.* 3. *num.* 9. Rebuff. *ad Leg. Gall. Tit. de ſentent. proviſio. Artic.* 3. *nu.* 10. Rot. Rom. *in impreſſ. poſt Poſt. de ſubhaſt. in Decis.* 222. *num.* 11. Afflict. *in Deciſ.* 284. *num.* 4. De Amat. *in cit. Reſol.* 49. *num.* 92. Canc. *Part.* 1. *Tit. De Dot. & Donat. propt. Nupt. cap.* 9. *ſub num.* 159. & Cyriac *in adduct. Controv.* 542. *num.* 7. Vel illorum loco Alimenta. Fontanell. *in cit. tom.* 2. *Clauſ.* 7. *Gloſ.* 3. *Part.* 5. *num.* 6. Theſaur. *& ibi* Addit. *in Deciſ.* 43. Queſada *diverſ. Jur. quæſt. cap.* 21. Reverter. *in Deciſ.* 30. *& ibi* De Marin. Capon. *loc. citat. num.* 28. & De Luc. *in Obſervat. ad De Franch.* 489. *num.* 1.

7 Sed alii voluere: ut ſivè Vidua dives, ſivè inops ſit: accedente mora in Dotis reſtitutione: attenta æquitate Canonica, illius fructus habeat. Gratian. *Tom.* 1. *Diſcept.* 143. *ex num.* 1. *ad* 5. *&* 14. Jaſ. *in* §. *fuerat. inſtit. de Action. num.* 24. Seſſe. *in cit. Decis.* 68. *num.* 39. Theſaur. *in alleg. Decis.* 43. *num.* 4. Cancer. *loc. indic. num.* 159. Fab. *in ſuo Codic. lib.* 5. *tit.* 8. *Diffinit.* 5. *&* 11. Arias de Meſa *lib.* 1. *Var. cap.* 18. *num.* 6. *& lib.* 3. *cap.* 46. *num.* 29. Facchin. *loc. cit. cap.* 101. *lib.* 3. Fagundez *de Juſtit. & Contr. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 13. Homobon. *tom.* 2. *de Examinat. Eccles. Tract.* 9. *cap.* 14. *quæſt.* 44. *&* Ludovic. Lopez *in lib.* 2. *de Contract. cap.* 20. *verſ. quod autem.*

8 At quid dicam in terminis Conſuetud. Civitatis noſtræ cujus initium eſt. *Viro mortuo.* §. *hæredeſque mariti.* Paucis; Me expediam. De Marin. dixit *in Obſer. ad Revert.* 263. *num.* 1. ſi elapſo Anno hæredes mariti, ſint in mora, reſtituendi Dotem, cum ad illam, condemnantur: itaquè condemnatur ad intereſſe, per Conſuetudinem taxatum: etſi illa, majus intereſſe, paſſa ſit. Et ità deciſum, junctis Conſiliariis Duarum Aularum, dicit De Franch. *in Decis.* 472. Et approbat De Luc. *ibid. & in Obſerv.* 217. *num.* 1. & D. Conſil. Rocc. *tom.* 2. *Reſpons.* 39.

9 Benè verum eſt: quod ſi Mulier, ab hæredibus Viri: elapſis ſex Menſibus à Die mortis illius; Alimenta conſecuta ſit: Intereſſe abſquè interpellatione, incaſsùm petit: ex eò, quia, viam Alimentorum elegiſſe, ſupponitur. De Franch. *in Decis.* 217. & De Marin. *loc. cit.*

10 Traditum verò de Alimentis, intelligas: ſi hæredes Viri; ſint filii communes, cum Vidua: At ſi extranei, ſecùs: ut ex eadem Conſuetudinis litera lucidiùs patet. Si verò inops ſit, nec undè Alimenta habeat Vidua, extraneos hæredes poſſet cogere, tantam de Dotibus partem, ſibi reſtituere, quantam ſatis eſſet ad Alimenta: Niſi patrem haberet. Capyc. *in Dec.* 24. *num.* 11. vide Staib. *in cit. Tract. de Interes. lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 11.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE XCVIII.

### SUMMÆ.

1 D. Blaſii Altimari, *laudes emerita.*

2 *Filiafamilias, per matrimonium: de Jure Romano, à Patria Poteſtate, non eximitur.*

*Atquè adeò, per Patris exiſtentiam, teſtamentum facere, non poteſt. num.* 3.

*Quìd Matrimonio contracto, more Magnatum?* D. Reg. noſtri Deciſio *ad trutinam revocatur num.* 4. 5. 6. 7. *&* 8. *confutantur* D. Reg. noſter, D. Provenzal. & D. Gizz.

9 *Legitima filii matrimonio contracto more magnatum, quanta ſit?*

D. Jo: Dominicus Panſutus *laudatur.*

10 *Virgines neſcire ſolent, quid faciant: quandò Nuptialibus tabulis ſubſcribunt: niſi quòd Virum accipiant. Comprobatur* D. Reg. noſter. *& num.* 11.

12 *Renunciatio abſquè certioratione: quandò operetur? & num.* 13. *&* 14. *Declaratur* D. Reg. noſter ex Epiſcop. De Afflict.

15 ...... *Fideicommiſſi: qualitèr facta, ſubſtineat?*

1 Dom. Blaſius Altimari, Peritiſſimus Jureconſultus, & Advocatus acutiſſimus: in ſua fuſiori, & eleganti *Obſervat. ad Reg. Rovit. in Decis.* 100. *in verſ. ubi Obſerva*: nominatim noviſſimè, hanc D. Regent. noſtri *Deciſionem*, ſequitur. Qua concluſum habes: quòd etſi Quiritum attento Jure, Filiafamilias, per

2 Matrimonium ſui juris non efficiatur: ad tradita per D. Reg. noſtr. *num.* 4. & adamuſsìm legitur *in l. quotiès.* 30. *ff. ſolut. Matrim.* Atquè adeò Patris exiſtentia ob-

3 ſtante, Teſtamentum ordinare non valeat. Amaya *in lib.* 2. *Obſer.* 16. *ex num.* 16. Tad. Piſo *in lib.* 1. *Var. cap.* 6. *num.* 3. Molin. *de Juſtit. Tract.* 2. *Diſput.* 138. Viv. *Comm. Opin. verb. Filiusfamilias. num.* 4. Tondut. *in Quæſt. Civil.* 26. Graff. *in* §. *Teſtamentum. Quæſt.* 23. *num.* 1. Fachin. *Controv.* 382. *lib.* 5. Fontanell. *in Decis.*

Digitized by Google

cis. 531. Jo: Dilect. Durant. *de Art. teſtand. Tit.* 1. *Cautel.* 1. *num.* 1. Theſaur. *in Decis.* 150. Petr. Gregor. *Syntagm. Jur. lib.* 42. *cap.* 8. Donell. *in lib.* 6. *Comment. Jur. Civil. cap.* 5. *pag.* 10. & *cap.* 28. *in fin.* Arum. *in Exerc. Juſtin.* 6. *theſ.* 6. Paul. Beren. *Diſput.* 6. *th.* 2. *quæſt.* 6. Andr. Gerhard. *Exercit. Juſtin. Decad.* 7. *quæſt.* 7. Joan. Harpprec. *ad Inſtit. Tit. quib. non eſt permiſſ. facer. Teſtam. ex num.* 31. Virgil. *de Legit. perſon. cap.* 4. *n.* 38. & 39. Thor. *ad Ricc. in Reſol.* 569. *in prax. ſepul.* memor hujus Deciſionis, & Urceoli *Tom.* 1. *Conſult.* 6. *nu.*
4 31. & *Tom.* 2. *in Appendic. pagin.* 11. Id, haùd procedere: quotiès Matrimonium, contractum eſt More Procerum, & Magnatum: quia talis Mos; Juri Francorum, non Communi Romanorum, conformatur: ut aſſerit D. Reg. noſter *num.* 28. 30. & 31. & placuit
5 Montan. *in Controv.* 1. *num.* 56. At cùm Francorum Jure; illud certum ſit: Tiraquell. teſte, Filiamfamilias, nuptui traditam; per Matrimonium, effici ſui juris. *ad Leg. Connubial. l.* 1. *ex num.* 1. (Quod ferè totius Italiæ moribus; introductum eſſe: ità ut Patris Poteſtas, hodiè, magis Naturalis: quàm civilis cenſeatur, dixerunt Beſold. *in lib.* 1. *Politic. cap.* 10. *num.* 47. *pag.* 372. & alii, quos cumulat Harpprec. *loc. indicat. lib.* 2. *Tit. de Nupt. in princip. num.* 57. & *in* §. 6. *Tit. quib. mod. Jus Patr. Poteſt. ſolvit.* & *in lib.* 3. §. 2. *nu.* 8. *Tit. ad Senat. Conſult. Tertyll.* extatquè in hac noſtra Fideliſſima Civitate Conſuetudo, exordium ſumens: *Sed an Mulier.* Cujus meminerunt D. Reg. noſter *nu.* 1. & Paſcal. *de Virib. Patr. Poteſt. Part.* 1. *cap.* 3. *nu.* 44.) adeòquè Patris exiſtentia nullatenùs reſiſtente, Filiamfamilias talitèr nupta, Teſtamentum ordinare poſſe: concludit.

6 Ego verò dicam quid ſentit mea craſſa Minerva. Cum Deciſione concurro: Non ex illo, quòd Procerum, & Magnatum Mos idem ſit, ac Jus commune Francorum: Etenìm, juxtà tradita per quotquot ſupèr hoc More ſcripſerunt: Procerum, & Magnatum Mos, Juris communis Romanorum, obſervantiam retinet: Ut præceteris, tradunt De Pont. *in Conſ.* 35. *num.* 2. & 7. & *in Conſ.* 61. *num.* 74. & *De Poteſtat. Proreg. Tit.* 9. *nu.* 24. Molfeſ. *ad Conſuetud. Part.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. & *cap.* 4. Merlin. *Tom.* 2. *Controv.* 16. *ſub num.* 16. Provenzal. *in Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. Obſerv.* 26. *ex num.* 10. & *in Obſervat.* 28. *num.* 9. De Roſ. *ad Conſuet. tit. de Mor. Magnat. pag.* 110. *num.* 530. & quod plùs eſt, ità conſtantèr tenet D. Reg. noſter *in Deciſ.* 35. *num.* 3.
7 & 11. Nec quia Provenzal. *in citat. Obſerv.* 28. *nu.* 16. ex Iſern. *in Conſtit. Puritatem.* & Montan. *in Controv.* 24. *num.* 1. quorum meminit Gizz. *num.* 12. ſcribit:
8 quòd vivens Jure Francorum, judicandus ſit juxtà Jura Romana. Sed ex eo, quòd in facto concurrebat, D. Eleonoram, Fato ceſſiſſe ſuperſtite relicta D. Joāna ejus filia: atquè adeò Patris exiſtentia, non obſtante, de ſuis Dotibus in totum diſponere poterat: D. Joannæ Filiæ relicta Legitima: ut legitur *in Cap.* 3. *Moris Magnatum* cujus meminit De Luc. *in Obſ. ad De Franch.* 537. *nu.* 7. & probant Rovit. *in Conſil.* 98. *num.* 13. De Pont. *in citat. Conſ.* 35. *num.* 6. & Jacob. Gall. *in Conſ.* 122. *nu.* 1.

9 Obſervandum ſuccedit *nu.* 26. legitimam filiorum in bonis Maternis debitam: Matrimonio contracto juxtà morem Magnatum, computandam eſſe, ſecundùm liberorum numerum: attenta Auth. *de Trient.* & *ſemiſſ.* ſcio quemnàm noſtri temporis Advocatum, citò fortaſsè reſpondentem, hujus loci ignarum atquè *cit. cap.* 3. & 8. *Moris Magnatum.* involutè ſe geſſiſſe, ſed conſulat D. Altimarum *ad Conſil. Rovit.* 4. *num.* 19. *Tom.* 2. & ſequitur hunc locum D. Jo: Dominic. Panſut. Juvenis maximæ expectationis, in ſuo ſatìs expolito *Tom.* 2. *Controv.* 26. *num.* 62. *nunc ſub prælo.*

10 Obſervo inſupèr hìc ſub *num.* 17. Quòd Virgines, neſcire ſolent pacta contenta in Tabulis Nuptialibus: quibus quando ſubſcribunt, quid faciant, ignorant: niſi tantùm quòd Virum accipiant. Approbat id De Marin. *ad Revert. in Obſerv.* 235. *num.* 3. Qui *num.* 4. id ampliat: etiam ſi contractus, aliquid pro ſe & ali-
11 quid contrà, contineret: ut per ſubſcriptionem approbaſſe non cenſeatùr ea, quæ ſuum reſpiciunt damnum. Et probant Paul. de Caſtr. *in Conſ.* 12. *num.* 2. *lib.* 3. Bartol. *in l. Divus.* §. *item Senatus. ff. de Falſ.* & Barthol. Soccin. *in Regul.* 36. *lit. S. Fallent.* 3.
12 Ex quo ſequitur: renunciationem abſquè certioratione emiſſam, non ſuſtineri: ut tradunt laudati à D. Reg. noſtro. *num.* 7. quibus ſubnecte benè ſcribentes Molfeſ. *loc. cit. Tit. de Renunc. quæſt.* 11. *num.* 7. Peregrin. *de Fideicom. art.* 42. *ex num.* 15. Cævall. *Commun. contr. commun. quæſt.* 706. & De Falc. *in Allegat.* 31. *in impreſſ. poſt Scaglion. ad Pragm. Regn.*

Sed contradicit D. Reg. noſter *num.* 46. & 48. ſubſtinens certiorationem prædictam haùd eſſe neceſſariam: quotiès accedente Juramento, Fœmina renunciavit: Idque communitèr receptum eſſe, aſſerunt Guid. Pap. *in Deciſ.* 227. Tiraq. *in l. ſi unquam. C. de Revoc. Donat. in præfat. nu.* 145. Soccin. Jun. *in Conſ.* 116. *lib.* 1. Cævall. *in cit. quæſt.* 706. Covar. *in Relect. cap. quamvis Pactum. de Pact. Part.* 3. §. 1. *verſ.* 8. *nu.* 4. Durant. *in cit. Tract. de Art. teſtand. Tit.* 11. *Caut.* 18. *num.* 3. Tob. Non. *in Conſ.* 41. *num.* 29. Caput. *in Conſuet. ſi moriatur. Part.* 2. §. 4. *num.* 17.
13 In contrarium verò videantur, ultrà congeſtos per D. Reg. noſtrum. *num.* 42. Peregr. *in Art.* 52. *num.* 49. Roland. à Vall. *in Conſ.* 13. *lib.* 1. Barthol. Soccin. *in Conſ.* 214. *num.* 6. *lib.* 2. & *in Conſ.* 203. *lib.* 3. Menoch. *in Conſ.* 439. *num.* 33. *lib.* 3. Cacheran. *in Dec.* 112. *nu.* 8. Etenìm Juramentum; ad incognita non extenditur. *l. fin. C. de non numer. Pecun.*
14 At noviſſimè hunc D. Reg. noſtri locum nominatìm Epiſcop. de Afflict. Vir benè literatus *in Controv.* 26. *nu.* 4. interpretratus eſt: ut procedat, in illa certioratione; quæ Jura prohibentia renunciationem reſpicit; aut beneficium aliquod adversùs renunciantem conferente: eò quòd, cùm plena voluntate, procedat renunciatio; ſatis eſt quòd ſuper facto quod plenè intendit, ſuum præſtet juramentum: Cùm jurantis conſenſum, ea non impediant; quæ actum, & renunciationis ſubſtantiam, non concernunt: Ad tradita per Covar. & Pap. *in ſedibus indicatis.* Secùs verò in illa certioratione: cujus defectum, in renunciante errorem, ſeù ignorantiam; operatur qualitatis illius actus, quem facit: & illius ponderis, de quibus, ſi admonita fuiſſet; utiquè haùd renunciaſſet. Velle enim, nemo dici poteſt; quod perfectè non intelligit: optimè Cancer. *Part.* 2. *var. Tit. de Juram. cap.* 8. *num.* 45. & 46.
15 Undè in Fideicommiſſi renunciatione, verba ipſiſſima Teſtamenti, inſpicienda eſſe; optimè ſcribunt Gratian. *Diſcept.* 557. *ex num.* 47. Theod. *in Allegat.* 24. *num.* 21. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. art.* 52. *verſic. quintò declaratur. pagin.* 533. Staiban. *in Obſ. ad Reſol.* 32. *num.* 3. & 4. De Luc. *ad De Franch. in Obſer.* 427. *num.* 6. & Epiſc. De Afflict. qui ſìc deciſum refert *num.* 18. Et faciliùs id procedere in renunciationibus; quæ à Puellis fiunt, tempore contracti Matrimonii, in manibus Parentum; dixit D. Reg. noſter *in Deciſ.* 2. *num.* 46. quem ſequitur idem Epiſcop. De Afflict. *eod. loc. num.* 17.

Ea verò, quæ attinent ad ornatum, *nu.* 19. & *ſeq.* habes in *Obſerv.* 63.

## OBSERVATIO

### IN DECISIONE XCIX.

*SUMMÆ.*

1 D. Gizz. *notat* D. Reg. de Marin. *ſe malè.* & *num.* 2.

3 *Filia à Patre dotata: eò mortuo, non petit, dotis ſupplementum.*

*Amplia: ut num.* 4. *Limita, num.* 9. & *num.* 10.

5 . . *illo-*

Digitized by Google

5 . . . *illegitima, quam Pater dotavit: mortuo dotante, non petit ſupplementum.*

6 *Pater, qualitèr teneatur, filiam illegitimam dotare? & num. 7. & 8.*

11 *Nupta, legitimo, & naturali, legitima, & naturalis efficitur. Defenditur* D. Reg. noſter, à D. De Luc. *& num.* 12. *&* 13.

1 OBtinuiſſe ſe adverſùs Lucretiam, Cæſaris uxorem: in occurrenti Deciſionis ſpecie, ſcripſit Reg. De Marin. ſuo ævo Advocatorum facilè Princeps, *in lib.* 2. *Reſolut.* 94. At ægrè id tulit Gizz. *num.* 2. impreſſoris vitio, talia verba adſcribens: Etenìm ipſum potiùs ſuccubuiſſe, hac in contingentia, ex præſenti Deciſione, deduci tradit. Sed libet audire D. De Marin. *ad Revert. Obſ.* 275. ità loquentem: *In eadem cauſa,*
2 *qua ſcripſi, hoc fuiſſe per S.C. habitum pro indubitato, à Dominis Judicantibus accepi; ſicquè obtinui: nam cùm Filia illa Naturalis, prætenderet pro Dote Ducatos Decem Mille: ex quò Patrimonium Patris, ſummam excedebat ducatorum centum millia, Sacrum Conſilium, ab hac vana ſua prætentione, illam excluſit, ſub Die* 20. *Novembris* 1638. *quamvis miſerationis cauſa (ſic Mihi dixerunt omnes Domini Judicantes) alios Ducatos biſcentum ſupra mille, & quatuorcentum, quæ acceperat, ſolvendos eſſe, S. C. ordinaſſet: ut eſt videre apud D. Reg. Capyc. Latr.* in Deciſ. 99. *quem allegavi in dict. cap.* 94. *in fin. ubi dixi, & iterùm dico ſecundùm per Me allegata fuiſſe deciſum,* Hactenùs D. De Marin. memoratquè hoc idem *in Obſer.* 444. *in fin.* & probant aſſumptum ultrà congeſtos per D. Reg. noſtr. *num.* 6. & D. De Marin. *num.* 4., D. Hodiern. *in Controv.* 34. *num.* 36. D. Rocc. *Tom.* 1. *Reſponſ.* 66. Prat. *in Diſcept.* 14. *ex num.* 56. *Tom.* 1. & Ricc. *in Collect.* 2560.

3 Et revera in Jure; illud non ambigitur: Filiam à Patre dotatam, conqueri haùd poſſe de quantitate dotis ſibi conſtitutæ, quæ ſemper congrua putatur: illoquè mortuo, injuſtè ſupplomentum petit: uti tradunt laudati per D. Reg. noſtrum *num.* 6. quibus addo Marant. *in Diſput.* 10. *num.* 21. De Franch. *ad Conſuet. ſi Moriatur. lit.* F. Provenzal. *in ead. Conſuet. Obſer.* 12. *num.* 4. Merlin. *Tom.* 1. *Contr.* 3. *num.* 4. Rovit. *in Conſil.* 36. *vol.* 2. Caput. *in cit. Conſuet. part.* 2. §. 3. *nu.* 20. Tiraquell. *in l. ſi unquam. nu.* 36. *C. de Revocand. Donat. in præfat.* Thob. Non. *in Conſ.* 18. *num.* 20. Jaſ. *in Cons.* 231. *num.* 4. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *Cent.* 2. *caſ.* 149. *num.* 5. Novar. *de Privileg. miſerab. perſon. Privileg.* 106. Fontanell. *de Pact. Nupt. Tom.* 2. *claus.* 9. *Glos. unic. part.* 1. *ex num.* 18. & Mucci *in quæſt.* 17. *ex num.* 1. *ad* 6.

4 Idquè potiſſimùm obtinere, ſtante ſtatuto Fœminarum excluſivo, tradunt Dec. *in Cons.* 505. *volum.* 2. Surd. *de Aliment. Tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 42. Menoch. *in adduct. Cas.* 149. *num.* 2. Bero. *in Conſil.* 127. *num.* 9. *lib.* 2. Bertaz. *in Cons.* 109. *nu.* 15. Cravett. *in Cons.* 966. *ex num.* 49. Durant. *De liber. Inſtit. caut.* 12. *nu.* 4. & Craſſ. *de Legitim. quæſt.* 3. *ex num.* 6.

5 Si ergò traditum, in Filia legitima, & naturali, locum obtinet: multò magis in illegitima, Paternum officium eſſe illam dotare, ſcribunt Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 45. Paſcal. *de virib. Patr. Poteſt. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 37. Trentacinq. *lib.* 1. *Tit. de Noth. & Spur. Reſol.* 2. *num.* 36. Gabr. *comm. Concl. Tit. de Aliment. Concl.* 1. Paleot. *de Noth. & Spur. cap.* 49. Cævall. *comm. contr. comm. quæſt.* 565. Americ. *de Patr. Poteſt. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 36. Capon. *De Dot. in l.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 35. *ff. ſolut. Matrim.* Et deciſum tradunt Capyc. *in Decis.* 181. Maſtrill. *in Decis.* 144. & Fab. *in lib.* 5. *Cod. Tit.* 5. *Diffinit.* 9. Imò, & redotare. Urceol. *Tom.* 2. *Reſol.* 97. *num.* 9. juxtà tamèn metam Alimentorum. Mantic. *de Ultim. Volunt. lib.* 10. *Tit.* 4. *num.* 10. Paleot. *loc. cit. cap.* 43. & alii, penès Tomaſ. *in Tract. de Incapac. cap.* 21. *nu.* 374. Non verò juxtà Patris Divitias, vel Dignitatem. Barboſ. *in adduct. l.* 1. *Part.* 4. *num.* 65. *ff. ſolut. Matrim.* Et *ibì* Capon. *in ead. quæſt.* 4. *num.* 43. *verſic. ſecunda opinio.* & Baez. *de non meliorand. Filiab. cap.* 8. *num.* 3. Quicquid ſibi involvant Paleot. & Dec. allegati per D. Reg. noſtrum. *num.* 25. Molin. *in cit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 18. Lopez *in l.* 10. *Taur. Tit.* 13. *part.* 6. *& Alii,* contrà quos ſtat Capon. *in cit. loc.* & De Luc. adverſùs De Franch. *in Decis.* 283. *num.* 6.

6 Modus inſuper, qualitèr Filiæ illegitimæ Dos taxetur, tradit Capon. *num.* 40. ut facto Alimentorum annuatìm præſtandorum cumulo, valor in Dotem præſtandus ſit. At ſi Maritus, idoneus non reperiatur; qui cum tali Dote ducere vellet: eo caſu, Pater aliquid addere teneri, quod ſibi neceſſarium videbitur, concludunt Barboſ. *in cit. Part.* 4. *nu.* 70. & Merend. *lib.* 13. *Controv.* 2. *num.* 12.

7 Ulteriùs Filiæ naturali, Legitimam non deberi, vulgatum eſt. Lup. *de Illegitim. comment.* 1. §. 1. *nu.* 60. Craſſ. §. *ſubſtitutio. quæſt.* 40. Molin. *in adduct. lib.* 2. *cap.* 1. *sub nu.* 9. Paleot. *eod. loc. cap.* 38. *num.* 7. Vaſq. *lib.* 1. *de ſucceſſ.* §. 4. *num.* 55. & Gratian. *in Diſcept.* 637. *num.* 22. eiquè nec ab Inteſtato, nequè ex Teſtamento, Paterna defertur hæreditas. §. *penult. Auth. Quib. mod. Natural.* Covar. *de Sponsal. Part.* 2. *cap.* 8. §. 5. *nu.* 6. Et ideò, contrà Tabulas, non venit: Cùm hæc actio illis competat, qui ab Inteſtato ſuccedunt. Alex. *in Cons.* 168. *num.* 4. Caſtrenſ. *in Cons.* 9. *lib.* 2. Dec. *in Cons.* 299. *num.* 5. Corn. *in Cons.* 150. *num.* 3. *& in Cons.* 316. *nu.* 4. *lib.* 1. *& in lib.* 2. *Cons.* 1. *nu.* 17.

8 Et quòd Dos ei data, adeò Alimentorum naturam retineat: ut ea mortua, non ad ejus hæredes, ſed Patri, ejuſquè hæredibus, reſtituenda ſit, ſcribunt Surd. *de Aliment. Tit.* 50. *quæſt.* 7. Merend. *loc. cit. num.* 18. Capon. *ubi sup. num.* 45. *pagin.* 149. De Luc. *loc. indicat. num.* 5. Licèt contrarium, dicant Cancer. *Part.* 3. *cap.* 21. *nu.* 208. *de Tranſmiſſ.* & Paleot. *loc. cit. cap.* 51. & sìc labitur Opinio Gizz.

9 Velim modò: ut quod de ſupplemento adverſùs Filiam à Patre dotatam, dixi, cum moderatione intelligas: ſcilicèt, niſi enormiſſimè, læſa fuerit. Tomas. *de Legitima Tit.* 11. *num.* 83. Maſcard. qui opiniones pugnantes, conciliat, & alios innumeros allegat. *de Probat. Conclus.* 571. *ex num.* 7. *ad* 10. Provenzal. memor, D. Reg. noſtr. *loc. adduct. pag.* 26. *num.* 6. *&* 7. id extendens: quamvis Filia renunciaſſet, aut ſtatutum diſponeret, ſtandum eſſe Patris arbitrio. Gayl. *in Obſervat.* 147. & De Amat. *in Conſil.* 59. *num.* 5.

10 Eſſe etiam quærelæ locum, ſcribit noviſſimè D. Mucci: ſi Filia, Patre vivente, Dotem non receperit, eamq; à Fratribus de Paragio peteret. Quo caſu ſi multæ, & uberrimæ de mortui Patris, facultates ſint: Sorori ampliorem Dotem quàm fortaſsìs vivente Patre, aſſignandam eſſe, concludit, *loc. præalleg. pagin.* 90. *num.* 33.

11 Expendit De Luc. *in Tract. de Lin. Legal. Reſponſ.* 3. *num.* 8. D. Reg. noſtrum in illo, *num.* 29. quòd Naturalis, vel ſpuria: nupta legitimo, & naturali, legitima, & naturalis cenſeatur. Ea ratione: nam Mulier Matrimonio conſtante, gaudet privilegiis Mariti: aut ſaltèm, dùm in Viduitate permanet: propterea legitimatio, haberet diem, & conditionem, Idquè priùs dixerat Molineus, Author Damnatus, *in Addit. ad Dec. l. Fœminæ. ff. de Regul. Jur. verb. efficitur.*

12 Irroborat opinionem De Luc. *in verſic. ulteriùs.* tribus tantùm modis, legitimationem, ſequi poſſe. Per ſubſequens Matrimonium. *cap. tanta. Qui Filii ſint legitim.* §. *fin. Inſtit. de Nupt. & Auth. Quib. Mod. Natural. collat.* 7. fusè Peregrin. *de fideicom. art.* 24. *nu.* 1. Gabriel. *de legitimat. conclus.* 1. *num.* 3. Paleot. *loc. cit. cap.* 12. *num.* 6. & Craſſ. *in* §. *ſucceſſio ab Inteſtato. quæſt.* 19. Secundò, per Principis Reſcriptum: ut *in*



Digitized by Google

*cit. Auth. Quib. Mod. Natural.* Laud. *de legit. nu.* 63, Schrader. *de Feud. Par.* 7. *cap.* 5. *nu.* 23. Dec. *in Conſ.* 55. *num.* 3. *& in Conſ.* 307. *num.* 1. Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. *Rub.* 8. §. 3. *verſ. ab Inteſtato*, *num.* 18. & Roſel. *de Legitimat. lib.* 3. *cap.* 1. Demùm per oblationem Curiæ; *ut in cit. Auth.* §. 2. Et perbellè, ſcribunt Caſſan. *in eod.* §. 3. *nu.* 9. Roſel. *cit. loc. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. Sard. *de Natural. liber.* §. *legitimatio per oblationem Curiæ*. & Laud. *loc. indicat. num.* 61.

13 At D. Reg. noſtri ſententia, communis eſt, & ab omnibus recepta, illaque deſumitur, *ex l. ſi quis Naturalem. in verſic. ſed, & ſi Filiam. & ibi* Bald. *C. de Natural. liber.* De Marſil. *in ſingul.* 501. Dec. *in cit. l. Fœmina, num.* 7. Angel. *in* §. *quòd verò. in fin. Auth. Quib. mod. natural.* Caſſan. *in adduct.* §. 3. *num.* 17. Cravett. *in Conſ.* 728. *num.* 10. Laud. *loc. cit. nu.* 63. & talem Mulierem fieri omnis ſucceſſionis capacem, dicunt Ancharan. *in lib.* 2. *quæſt.* 60. *num.* 4. Paſcal. *de Virib. Patr. Poteſt. Part.* 2. *cap.* 1. *num.* 52. & Tomaſ. *in cit. Tract. de Legitimat. Tit.* 9. *cap.* 10. *num.* 271. quod, in gratiam matrimonii, introductum eſt.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE C.
### SUMMÆ.

1 *Uſuræ centeſimæ: undè ſortitæ ſint nomenclaturam?*
2 . . . *in Mercibus trajectitiis permiſſæ.*
3 . . . *debentur, ratione moræ, poſt quatrimeſtre tempus Rei Judicatæ*, Galluppo *declarato*.
4 . . *attento Jure Canonum, ſunt omninò prohibitæ.*
5 *Victori à Victo, ſolvitur intereſſe, proptèr moram.*
6 *Quo tempore currere incipiat? Defenditur* D. Gizz. *à* D. Marcian. *& Aliis num.* 6.
7 *Intereſſe rei Judicatæ, poſt quatrimeſtre tempus: an debeatur, ſi à ſententia, fuerit reclamatum? Adducuntur* D. Reg. noſtri ſequaces, *ſed eorum opinio, reiicitur num.* 8. *laudatur* D. Præſ. Hortentius Pepi.
9 *Diſpoſitio* l. eos, qui condemnati, C. de Uſur. rei judicat.: *quandò procedat?*
10 *Sententia Aſſiſtentiæ: quandò habeat executionem paratam, & pro quo? & num.* 11. *&* 12.
13 . . . *Reintegrationis ad ſedile Portæ novæ, in gratiam* Nobiliſſimæ Familiæ De Ponte *quibus mediis proceſſit? Comprobatur* D. Gizz.
*Laudes Emeritæ* D. Conſil. Eraſmi de Ponte, & D. Andreæ ejus fratris germani.

1 Centeſima hac Deciſione, de Uſuris centeſimis agitur; quas maximas Triphoninus appellat. *in l. qui fine*. 40. *ff. de Negot. geſt.* & ſanguinolentas, Senec. *de Benefic. lib.* 7. *cap.* 19. earumquè nomenclaturam, ex eo deductam eſſe: quia centum Menſium ſpatio duplam reddebant ſortem, ſcribunt D. Reg. noſter *num.* 2. Budæus *de Aſſe. lib.* 1. & Bonins. *de Vendit. ad temp. Part.* 3. *num.* 19. Quicquid involvant Gloſſ. *in cap.* 1. *Diſtint.* 47. & Calderin. *in cap. Naviganti. num.* 7. *de Uſur.* quibus occurrit Stracc. *de Aſſecurat. in præfat. num.* 18. Cavitquè Solon, ſolidiſſimus legislator; Civem nullum, pro Uſuris debitis, carceribus mancipari potuiſſe; teſte Jo: Boëmo Aubano. *in lib.* 1. *de Morib. Gent. cap.* 15.

2 In trajectitiis tantùm Mercibus Uſuras iſtas, fuiſſe permiſſas, tradit Dominic. Sot. *de Juſtit. lib.* 6. *quæſt.* 1. *art.* 1. *pag.* 183. *verſic. Permiſſio autèm Uſurarum.* Atquè etiam poſt quatrimeſtre tempus, rei judicatæ, ratione moræ. *ut in l. is, qui bona. C. de Uſur. rei judicat.* Et ſic eſt legendus Gallup. *in Prax. Part.* 3. *cap.* 1. *num.* 14.

4 At Jure Canonum attento, Uſuræ abolitæ ſunt. Staiban. *Tom.* 1. *Reſol.* 93. *num.* 35. & in puncto in Uſuris debitis, ratione rei judicatæ, extat, locus Leotardi, adversùs Donell. *in Tract. de Uſur. quæſt.* 2. *num.* 8. Et videantur ad ornatum, Medic. *in Conſ.* 155. & De Marin. *in Allegat.* 48. Noſtris verò temporibus, Victori ſolvitur intereſſe, propter moram: ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis; quod currere incipit, poſt quatrimeſtre tempus rei judicatæ, ad rationem Ducatorum quinquè, vel ſeptem pro centenario: ut benè obſervat Gizz. *hoc loco*. Cui, etsì reſiſtant illi, quos congerit D. Reg. noſter, *num.* 21. & D. Marcian. *Tom.* 1. *Diſput.* 18. *num.* 36. in ſententia, de qua non appellatur; nec ab his diſſentiat Gallup. *loc. allegat.* ſententia, in debitoris gratiam, verior eſt, & illam ſequitur, laudato Gizz. De Marin. *ad Revert. Tom.* 2. *Obſervat.* 443. *num.* 6.

5

6

7 Nùm tale intereſſe rei judicatæ, debeatur poſt quatrimeſtre tempus, vigore ſententiæ S. R. C. reclamatione pendente? inquiritur *hoc loco* principalitèr. *Deciſionem* ſequitur Prat. *lib.* 1. *Diſcept.* 3. *num.* 6. & Thor. *Part.* 3. *ſect.* 2. *in recollect. Decis. D. Reg. noſtri.*

8 Tu verò nota relatam D. Reg. noſtri, determinationem: junctis Dominis Regiis Conſiliariis Duarum Aularum S. R. C. in gradu reclamationis; fuiſſe revocatam, (ſub patrocinio eximii J. C. D. Hortentii Pepi: ut memorant Gizz. *num.* 8. Thor. *in ſupplem. comp. verb. Intereſſe rei Judicatæ*, Joan. Bapt. Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *Tit.* 16. *quæſt. unic.* & D. Petr. *Tom.* 2. *Rit.* 259. *num.* 36. Et adamuſsìm; defendunt D. Marcian. *in adduct. Diſput.* 18. *num.* 48. Revert. *in allegat. Decis.*

9 443. *& ibi* De Marin. *num.* 6. Quo loco; fundat Diſpoſitionem *Tex. in l. eos, qui condemnati. C. de Uſur. rei Judic.* in ſententia Judicis inferioris procedere, in qua, appellatione pendente; intereſſe non debetur, adhuc ſi confirmata fuerit; quia agitur ex confirmata. At in ſententia Præfecti Pretorii; ex quò paratam habet executionem, nec de interpoſitæ appellationis juſtitia, tractari poteſt; alitèr dicendum eſt D. Conſil. Petr. *loc. cit. ex num.* 35. *ad fin.* Qui *num.* 49. conſimiles Deciſiones refert.

10 Obſerva *num.* 38. ſententiam Aſſiſtentiæ, quæ paratam obtinet executionem, quò ad adjudicationis caput, haùd reſiſtente appellatione; juxtà tradita per De Franch. *in Decis.* 120. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 60. *nu.* 8. Rovit. *in Pragm.* 2. *num.* 4. *De Appellat.* & per No-

11 var. *ibid.* talitèr exequendam eſſe, pro ſorte: non autèm pro Intereſſe. Adde Rovit. *eod. loc. num.* 8. & Novar. *Tom.* 1. *quæſt.* 163. Niſì de ſententia S. R. C. tractetur: quæ juxtà inveteratum ſtylum, tàm pro ſorte,

12 quàm pro acceſſionibus; executioni demandatur. D. Petr. *loc. citat. num.* 46.

13 Tandèm velùt pro Colophone. Si ſcire cupis, quibus mediis ſententia reintegrationis, ad ſedile Portæ Novæ hujus Fideliſſimæ Civitatis, Nobiliſſimæ Familiæ De Ponte (ex qua ſunt Reg. Conſiliarius D. Eraſmus; qui Præſidis Regiæ Cameræ & Regentis Regiæ Cancellariæ Magiſtratus; recuſavit; Vir ſcientiæ, & conſcientiæ inſignis; Et D. Andreas, pietate mirus, & morum integritate conſpicuus: qui Hoc ævo, ſuo ære, per vetuſtam Eccleſiam Sanctæ Mariæ Majoris, de qua Cæſar De Engen. Caracciol. *in Neap. Sacr. pagin.* 60. Jo: Diacon. *in Cronic. Epiſcop. Neap. de Sancto Pomponio*, & P. Anton. Caracciol. *de Sacr. Eccleſ. Neap. Monument. cap.* 28. collapſam; de novo edificavit: juxtà illud Senec. *ad Helu. Aedium ſacrarum ruinæ calcantur, non contemnuntur; quas Religioſi, æquè, ac ſtantes, adorant*. Ea proptèr, ut Cicer. *pro Cæc.* verbis utar; *Huic gratias ago: quòd, & in unum; miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio, Religioſum*) tranſcripta

ſcripta

Digitized by Google

ſcripta per Gizz. *num.* 9. proceſſerit. Adeas De Marin. prolixiùs differentem, *in Obſervat. ad Reverter.* 428.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CI.
### *SUMMÆ.*

1 *Poſſeſſorii, & Petitorii, cumulatio: num permiſſa ſit?*
*Refertur ſententia* Rovit. *&* Staiban. *nu.* 2.
*Item negans Opinio. num.* 3.
Natt. *&* Marcheſ. *aſſirmant. num.* 5.
*Ampliat* De Graſſ. *quem* Reverter. *declarat. num.* 6.
*Diſtinctio* De Marin., *traditur, num.* 7. *&* 8. *ſed expenditur à* De Luc. *num.* 9.
*Quid in poſſeſſoriis mixtis; ſequitur ſententia* D. Reg. de Philip., *& aliorum num.* 4.
10 . . . . . . . . . . . *admittitur cumulatio: quotiès actor, ſuper poſſeſſione, non contemnit.*
*Aut ſi utraquè pars, poſſidere; contendat. adversùs* Gizz. *num.* 11.
12 *Concluſio in poſſeſſorio facta, ex eo non alteratur: quod in libello de petitorio, mentio facta fuerit.*
13 *Poſſeſſorii, cum Petitorio cumulatio: in manutentionis ſummariiſſimo judicio; non permittitur.*
14 *In manutentionis ſummariiſſimo Judicio: quid attendatur?*

1 PEtitorium cum poſſeſſorio: an cumulari poſſit? Inquiritur in præſenti. Reſpondit Staiban. priùs
2 de poſſeſſione, poſteriùs de proprietate; agi debere, in *Reſol.* 27. *num.* 9. Et anteà dixerat Rovit. *in Pragm.*
3 9. *de Feud. num.* 11. Probantquè Jura, ſtatuentia has actiones; diſſociabiles eſſe, *in l. ſi de vi, ff. de Judic. l. exitus controverſiæ. ff. de Acquirend. poſſeſſ. l. incerti. C. de Interdict. & in l. ordinarii. C. de Reivindicat.* Et tradunt perbellè Rot. *apud Marches. de Commis. Part.* 1. *pagin.* 471. & Ond. *in Cons.* 24. *Tom.* 2.
4 In poſſeſſoriis mixtis; affirmant Hieronym. Gabriel. *in Cons.* 44. *num.* 16. *lib.* 1. Rovit. *in Cons.* 58. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. Poſtius *de Manutent. Obſerv.* 43. *num.* 1. Feliù. *var. Conclus. Part.* 2. *verb. Petitorium.* Cyriac. *lib.* 1. *Contr.* 178. *num.* 33. & D. Reg. De Philip. *in Diſſert.* 3. *num.* 83. *&* 86.
5 Marcheſ. verò *in cit. Part.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 97. dixit, cùm poſſeſſorii & petitorii cumulatio parvi præjudicii ſit; cumulationem concedi conſuetum eſſe. Et hanc opinionem; ſequitur Natt. *in Cons.* 505. *sub nu.* 2. *lib.* 3.
6 Quod ampliat Cæſ. De Graſſ. ſi ab uno; poſſeſſorium intentatum ſit; ab altero petitorium: ut unica ſententia utrumquè determinetur, *in Tit. de Sentent. & Re Judicat. Decis.* 10. *num.* 10. ſed hoc dictum, qualitèr intelligatur; legitò Revert. *in Decis.* 347. *num.* 2. & petitorium abſorbere poſſeſſorium; ſcribit Urceol. *Tom.* 2. *Conſult.* 92. *num.* 18.
7 Diſtinguit De Marin. poſſeſſorium retinendæ; ab illo recuperandæ. Et primo caſu ſequutus Bartol. petitorii cumulationem, cum poſſeſſorio; Juris reſiſtentiam non habere, inquit: etenìm vindicationem intentans; reum poſſeſſorem dicit: & qui retinendæ poſſeſſionis, inſtituit judicium; ſe poſſeſſorem aſſerit: atquè adeò de petitorio, haùd tractari poteſt: niſi de poſſeſſione conſtet. *in Obſerv. ad cit. Revert. Decis.* 347. *num.* 1. Et probat Garz. *de Nobilit. Gloſſ.* 11. *nu.*
8 6. At in poſſeſſorio adipiſcendæ, benè poſſe cum petitorio cumulari, concludit, *nu.* 2. Et elegantèr probat Menoch. *de Adipiſcend. Poſſeſſ. Remed.* 4. *ex nu.* 521. Rovit. *in Pragm.* 1. *de Ordin. Judic. num.* 16.
9 Expendit primam hujus diſtinctionis partem, De Luc. *ad Franch. in Obſer.* 199. *num.* 2. ex D. Reg. noſtro *hìc num.* 19. Etenìm vindicans rem; poſſeſſioni civili, non renunciat; atquè adeò interdictum retinendæ, inſtituere poteſt.
10 Cumulationem hanc concedendam fore: quotiès de poſſeſſione, non contendit Actor; ſcribit Rot. Roman. *in Decis.* 97. *Part.* 2. *Divers.* & Feliù *loc. cit.*
11 *verb. Poſſeſſorium.* Aut ſi utraquè pars; poſſidere, contendat: ex Afflict. & De Franch., tradit D. Reg. noſter *num.* 13. quem ſequitur De Luc. *loc. cit. num.* 2. Quicquid ſibi involvat Gizz. *in Obſerv.* 181. *num.* 2.
12 Nota modò unum; quod non ex trivio, excerpſi: ſi in libello de proprietate, mentio facta fuerit, de poſſeſſione vero concludatur, concluſionem nòn alterari. Probant aſſertum adamuſsìm Menoch. *in Remed.* 15. *de Recuperand. num.* 148. Mieres *de Majorat. Part.* 3. *in princip. ex num.* 66. Revert. & *ibi* De Marin. *in Decis.* 175. *num.* 1. & Olea *de Ceſſion. Jur. Tit.* 6. *quæſt.* 1. *num.* 18.
13 Deniquè Obſervo hìc; concluſum in ſummariiſſimi poſſeſſorii Judicio, petitorium haùd poſſe cumulari: quia in hoc Judicio non attenditur Jus, ſed factum. D. Galeot. *lib.* 1. *Controv.* 51. *nu.* 9. *in fin.* Poſſeſſionis
14 juſtitia non diſcutitur. Poſt. *de Manuten. Obſervat.* 42. *ex num.* 90. Rot. Roman. *apud eundem in Dec.* 665. *nu.* 6. Milaneſ. *in Decis.* 1. *ex num.* 98. *& in Dec.* 3. *ex num.* 168. & De Marin. *lib.* 2. *Reſol.* 115. *num.* 15. De Titulo non cognoſcitur. Thomat. *in Dec. Macerat.* 15. *num.* 22. Gargiar. *in Cons.* 98. *ex num.* 16. *Tom.* 1. & Poſt. *in cit. Obſerv.* 42. *num.* 9. De meritis cauſæ; non diſceptatur. Rot. Roman. *in allegat. Decis.* 185. *num.* 3. Etenìm, ultimus attenditur actus, Ann. *in Allegat.* 131. *num.* 2. *& in ſingul.* 584. Poſt. *in loc. Adduct. Obſerv.* 71. *num.* 55. *& in Obſerv.* 73. *num.* 4. Cùm aliud ſit poſſidere aliud in poſſeſſione eſſe. Paz. *de Tenut. cap.* 3. *num.* 12. Et Epiſcop. De Afflict. *in Controv.* 9. *num.* 24.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CII.
### *SUMMÆ.*

1. *Milites noſtri temporis: quando gaudeant Privilegiis militaribus?*
2. . . *Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ: num Regali ſubjaceant Juriſdictioni?*
*Eorum Dignitas, & Privilegia, Remiſſivè. num.* 3.
4 *In integrum reſtitutionis beneficium, militibus noſtri temporis, competit. Defenditur* Gizz. *à* De Marin., *quem Reiicit* D. Conſil. Petr.
5 *Obligatio penès Acta: qualitèr contrà debitorem, incuſetur, & ejus heredem? & num.* 6. *comprobatur* Deciſ. *& num.* 7.
8 *Uſufructuarius: quandò ad æs alienum, teneatur? Et num.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. *&* 15.
16 *Sententia lata contrà principalem debitorem, qualitèr executioni demandatur, contrà fidejuſſorem!*
17 *Uſufructuarius, poſt cujus mortem alter datus eſt hæres, hæres univerſalis dicitur rogatus, per fideicommiſſum reſtituere.*

1 COncluſum in primis hoc loco legitur: Milites noſtri temporis, actu non militantes, militantibus Privilegiis non gaudere. In comprobationem, vide Tap. *lib.* 2. *Jur. Regn. Tit. de Offic. Magn. Admir. pagin.* 384. Boſſ. *de For. competent. ex nu.* 3. Coraſ. *in Miſcell. Jur. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 2. Martin. Laudenſ. *de Milit.*



Digitized by Google

quæſt.5.Thomaſet.in ſuo Florileg. Regul.242.Bellug. in
ſpecul.Princip.Rubr.20.§.quia poſt Eccleſiam. Bovadill.
in lib.4. Politic. cap. 1. nu. 14. Trentacinq. de ſubſtit.
Part.4.cap.8.num.6.Del Caſtill. in Deciſ.105. ex num.
12.Thor.Part. 1. verb. Remiſſio. Reverter. in Decis.81.
Zoanett.De Roman.Imper.num.49.Tract.Tom.16.Are-
tin.in Cons.12.Lopez Part. 5. leg.49. in Verb. Cavallero.
Paſcal.de Virib.Patr.Poteſtat.Part.3.cap.3.num.35.Ca-
piblanc. de Baron.Tom. 1. Pragm.8. Part. 2.num.175.
Caccialup.de Debitor.ſuſpect.quæſt.5.num. 15. Tom.3.
Part.2.fol.151.Danz.De Pugn.Doctor.Tom.2.cap. 13. de
Elect. For. Caball. Cas. 294. num. 72. cum seq. Hon-
ded.in Cons.83.ex nu.96.vol.1.De Pont.de Poteſtat.Pro-
reg.Tit.de Aſſeſs.Reg.§.7.nu.41.D.Petr.in Rit.101.nu.
22.Villalobos inter Commu.opin.Tit, de Teſtament. Mi-
lit.num.8.& Caſar.in Quæſt.35. ubi num. 5., dat alte-
ram S.R.C. Deciſionem; referente eodem D. Regent.
noſtro; memorans quoquè præſentem locum, in §.2.
num.18.

2 Quid dicam de Militibus Sancti Jacobi, Alcantaræ,
& Calatravæ? Subjectos eſſe laicali Juriſdictioni, pro-
bant Danz.loc.cit.tom.1.cap.1.Tit. de Qualit. Offic. Bo-
vadill.loc.cit.lib.2.cap. 18.num. 86.& cap. 19.num.17.
in fin.Imbrian.de Judic.Regn.Part.poſter.ex nu.23.Va-
laſc.in Consult.131.num.5.Eman.Rodriq.Quæſt. Regul.
Tom.2.quæſt.62.artic.14.Pheb.in decis.83.Mart.de Ju-
risdict.Part.2.cap.32.ex num.15.& Part.4.Cent.2. Cas.
113.num.33.Molin. de Juſtit. Tract. 2. Disput. 141. &
Disput.623.& Tom.4.Tract. 3.Disput.39. Azeved. lib.
3.nov.Recompil. l.14. num. 3. Tit. 5. Burgos de Paz. in
Cons. 17.ſed in contrarium, lege Ugolin.de Censur.Part.
2.cap.15.num.1.Creſcent.in Decis.3.de For.competent.
Mar.Antonin.lib. 1.Resolut. 112.Cas. 63. Carleval. De
Judic.Tit.1.Disput.2. quæſt. 6. sect. 3. Flores Diaz De
Mena lib. 2. quæſt. 21. nu. 204. & 205.Duard.in Bull.
Cœn.lib.2.Canon.15.quæſt.5.num.9.Matin. de legitimat.
person.cap. 23. Bonacin. de Censur. Disput. 4. quæſt. 4.
punct.1.num.7.Rebell. de Obligat.Juſtit. Part. 2. lib.3.
quæſt.4.Barboſ. de Poteſt. Episc. Allegat. 13. num. 45.
Dian.De Immunit. Eccles. Tract.2. Resol.49.& 72. &
Tract. 6. Resol.23.Laymar. Theolog.Moral.lib.4. Tract.
9.cap.7.Cævall.de Cognit. per viam violent. Part. 2.qu.
119.Squillant.de Privileg.Cleric. cap.7.nu. 46. Sanchez
in summ.lib.4.cap.16.Suar. Contrà Reg. Angliæ. lib. 4.
cap.29.Motta de Confirmat. Ordin.Div.Jacob.lib.2. cap.
2.§.29.De Marin.lib.1.Resol.44.ex num.14.Qui ex nu.
19.contrariæ opinionis argumenta, reſolvere conatur.

3 Dignitas verò harum Militiarum, & Privilegia, referunt
latiùs Andr.Mēdo Soc.Jeſ.De Ordin.Milit.Disquis.1.qu.
10.Franciſc.Mennenini in Symbol. Equeſtr. Ordin. Tā-
burr.de Jur.Abbat.tom.2. Disput.24. quæſt.5. Girond.
de Gabell.Part.7.Joſeph Zunic.in suo lib.Cujus Epigra-
phe eſt, Epitome Hiſtorica dell'Illuſtr.Religione, & In-
clita Cavalleria di Calatrava. Bernard.Juſtinian. in Hi-
ſtor.Cronologic.veræ Origin.omn. Ordin. Equeſtr. Joſeph
Micheli nel Tesoro della Cavalleria. Cherubin. in com-
pend.Bullar.tom.2.in Bull.Gregor. XIII. & Epiſcop.Ca-
ramuel.in Theolog.Regular.tom.2. pagin.65.

4 Succedit obſervandum; nùm Milites noſtri tempo-
ris, adversùs ſententiam contrà ipſos latam, fruantur
beneficio, in integrum reſtitutionis? Affirmat Gizz.hic,
num.9.Cujus opinionem, reſtringit de Marin.lib.2. Re-
ſol.249.num.6.& ad Revert. in Obſervat. 483. num.2.
tom.1.Nisì per procuratorem, à Milite relictum, defen-
ſus fuiſſet. Concurrunt in idem, De Maur.in Allegat.6.
& Staiban.Tom.1.Reſol.66.num.1.quorum opinionem,
&sì ſemèl in Senatu admiſſam, referat, De Marin. ta-
mèn, illam in dubium per Collaterale Conſilium re-
vocatam, teſtatur D.Petr.in Rit.260.num.51.

5 Obſervo ulteriùs: Obligationem, apùd Acta ſtipula-
tam, Judicii calliditate ignitam, haùd citato debitore,
promptam, & expeditam executionem obtinere: D.
Reg.noſtr.teſte, num.21.quod repetit in Deciſ.138.num.
25.& voluit Tex.in l.eum pro quo. ff. de in Jus vocand.
Gloſſ.in Auth.Generalitèr.C.de Epiſcop.& Cleric.Et ha-
betur in Rit.128.Probantquè Carleval.loc.cit.lib.1.Di-
sput.2.Tit.1.quæſt.7.ſect. 3. num. 913. Marcian. lib. 1.
Cons.28.num.2.Danz.cit.Tom. 1.Tit.de Inſtrum. cap.3.
num.69.& 70.Gallup.in Prax.Part.2.cap.22. num.32.
Viv.in Decis.35.sub num.1.Sarn. in Prax. Civil. pagin.
80.ſeſſ.5.& Alii per Nos laudati, in Obſerv. 58.Quo lo-
6 co, diximus, aſſumptum non procedere, adversùs de-
bitoris hæredes: nisì citatis, ad dicendum cauſam qua-
rè, illa non debeat incuſari: ut Deciſum tradit hoc loc.
num.22. D. Reg. noſter, & aptiùs, tradunt Afflict. in
Conſtit. Dilationes num.16.Sanfel. in Decis. 215. num.
11.lib.2.Urſill.ad Afflict.in Decis.145. Caravit. in cit.
Rit.128.num.8. & ibi D.Petr. num.2. D. Rocc. in Re-
ſpons.21.num.5.tom. 1.& Motill. in suo Comparition.
Archetyp.impreſſ.poſt Prax. pagin. 172.num. 2. qui ſi
comparuerint, peremptoriam exceptionem opponen-
tes; audiendi ſunt; & probata intentione, abſolventur.
Caravit.loc.cit.num.2.Et ſi talis citatio proceſſerit, cum
7 inſerta forma obligationis: nec hæredes citati, apud
Acta reſponſuri veniret, relaxandas eſſe in illos, nè dùm
in bonis hereditariis literas Executoriales, pro debito:
ſed etiàm pro pœna: quia obligatio pœnalis eſt, dicit
Galter.in Prax.Inſtrum.secunda secundæ Part. princi-
pal.Rubric.unic.num.35.pagin.Mihi 200.

Obſervandum modò eſt: Quandò uſusfructuarius
univerſalis; ad æris alieni ſatisfactionem, teneatur?

8 Reſpondit Bartol.cujus meminit D. Reg.noſter nu.24.
Uſufructuarium, omnium bonorum, creditoribus
Teſtatoris, teneri. Et in idem, deſcendunt Guid. Pap.
in quæſt. 541. Tuſc. verb. Uſufructuarius. Concl. 308.
num.6. Concl. 320. num. 3. & Concl. 321. num.1.

9 Sed in Bartolum, & Papàm, nominatìm inſurgit
Gratian. Tom. 1. Diſcept. 134. ex num.29. Nam actio-
nes paſſivæ; non tranſeunt in uſufructuarium: ſed in
hæredem: atquè adeò hanc ſententiam, ultrà laudatos
per D. Reg. noſtrum, ex adduct. num. 24. amplexati
ſunt Roland. in Conſ. 8. num. 13. & 15. lib. 2. Aretin.
in Cons.116. Bertaz. in Cons. Civil.59. num.8. Villalob.
Commun. Opinion. Verb.Uſufructuarius.num.62.The-
ſaur. quæſt. 22. Caſtil. de Uſufruct. cap. 59. Franciſ.
Niger. Cyriac. in Controv. 489. Parlador. Rer. quotid.
lib. 2. cap. fin.4. Part. §. 2. num. 7. Rodriq. de Execut.
cap. 4. ex num. 25. Bellon. de His; quæ fiunt incontin.
lib.2. cap.103. num.1.& De Luc. ad De Franch. in Ob-
ſerv.483.num.1.Et non eſſe legitimum contradictorem
10 in terminis l.fin.C.de Edict.Div. Adrian.Tollend., dixit
Fab. in Cod. Tit. de Hæred. inſtit. diffin. 1. Quem ſe-
quuntur Ricc. in Collect. 320. & Cenſal.ad Peregr. De
Fideicom. artic. 48. vers. aut verò, pagin. 482. Qua ra-
11 tione attēta: nec legatarium particularem, in uſufructu,
pro ære alieno conveniri poſſe; voluit Franc. Salgad. in
labyrint. credit. Part. 1. cap.2. §. unic.

12 At in Uſufructuario quotæ hæreditatis; alitèr dicen-
dum affirmo: ad illum namquè, actiones activæ, &
paſſivæ; tranſeunt: teſtibus Ruin. in Cons.41.& Pedroch.
in Cons. 2. num. 42. Nisì alienum æs; una vice, ſol-
vendum ſit: quo caſu, ad proprietariam pertinere ſatiſ-
factionem, indicat Hodiern. ad Surd. in Decis. 193.
num. 41.

13 Reg. De Marin. verò, illius fuit opinionis: adducto
D. Reg. noſtro hoc loc. in lib.1.Reſol.259. num.5.quam
ex communi DD. voto hauſiſſe, fatendum eſt: ut in
æris alieni ſolutione, proprietarius, & uſufructuarius
participare debeat: ità quòd alienum æs, nec ex bonis
propriis hæredis, nec ex hæreditatis fructibus, ſatisfiat.
Undè ſi in hæreditate mobilia ſint, ex illorum pretio
creditores dimittendos eſſe, tradit: ſin verò ſecùs, &
eo caſu, ad immobilium venditionem procedendum
fore, concludit. Et probant idem apertiùs Rodoer. in
addit. ad cit. De Marin. num.1. De Luc. in Obſer.483.
& Hodiern. cit. loc. num.12.

14 Le-

Digitized by Google

14 Legata tamèn annua, Uſufructuarius ſolvit: quatenùs adeò exceſſiva, non ſint, ut Uſumfructum inutile reddant. Cavalc. *de Uſufruct. num.* 219. Cævall. *Comm. contr. Comm. quæſt.* 191. Caſtill. *loc. cit. cap.* 56. Craſſ. *in §. Legatum. num.* 5. *& alii* allegati per Hodiern. *eod. loc. num.* 8. *&* 9. niſi unica vice præſtanda ſint: cum eo caſu, onus ſolvendi, ad hæredem in proprietate ſpectare, fundant Grivell. *in Conſ.* 55. *num.* 8. Merlin. *de Pignorib. lib.* 4. *Tit.* 5. *quæſt.* 151. Hodiern. *in ſæpiùs citat. loc. num.* 1. Caſtill. *ubi ſup. cap.* 58. Bellon. *in eod. cap.* 103. *num.* 2. De Marin. *ibidem num.* 6. Rodoer. *nu.* 4. Ciarlin. *lib.* 1. *Controv.* 47. *ex num.* 20. & fusè Gratian. *Diſcept.* 294. *Tom.* 2.

15 Excipitur ex poſitis ſupra, totalitèr inſtitutus, cum conditione de reſtituendo hæreditatem, poſt ejus mortem: Etenìm hunc creditoribus hæreditariis teneri, indubitatum eſt. Cartar. *in Deciſ.* 74. *num.* 3.

16 Obſervo *num.* 52. ſententiam latam adverſùs principalem debitorem, executioni demandari poſſe, contrà fidejuſſorem: de ſolvendo judicatum, abſquè novo Proceſſu, citatione, vel altero Judiciario Ordine. Adde Peguer. *in Deciſ.* 197. *num.* 3. Vilhelmus Radelantius *in Deciſ. Provinc. Traject.* 22. Vaud. *lib.* 1. *quæſt.* 36. Borrell. *in ſumm. Deciſ. Part.* 2. *Tit.* 32. *num.* 159. Cartar. *in Deciſ.* 119. Farinac. *in Deciſ.* 70. *Part.* 2. *Tom.* 1. Viv. *in Deciſ.* 210. *num.* 3. Caſtil. *loc. cit. Part.* 4. *cap.* 14. & Nos ſuprà *Obſerv.* 30. quo loco adversùs Gizz., diximus id non procedere, in fidejuſſore contractus.

17 Obſervo tandèm *num.* 56. Uſufructuarium, poſt cujus mortem alius inſtitutus eſt hæres, hæredem univerſalem dici, etiam in proprietate: rogatum tamèn per fideicommiſſum reſtituere. Quod pàritèr, ſcribunt D. Rocc. *Reſp.* 62. *lib.* 1. Caſtil. *lib.* 3. *Controv.* 17. Cammarat. *in Reſponſ.* 50. *art.* 2. Marcian. *lib.* 2. *Diſput.* 99. Sperell. *in Deciſ.* 145. Andreol. *in Controv.* 121. *ex nu.* 1. & Urceol. *lib.* 1. *Conſult.* 38. *num.* 6.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CIII.
### SUMMÆ.

1 *Fœmina: quando maſculis deficientibus; veniat ex propria perſona? & num.* 2.
*Quid in Majoratu; Primogenitura; aut fideicommiſſo: Maſculo remotiore concurrente? num.* 3.
4 *... à Majoratu, & Fideicommiſſo Agnatitio; excluditur.*
5 *Succedens per Fideicommiſſum: quandò Teſtatori, ſuccedere dicatur?*
6 *Matri, an Filio; ſuccedatur: matrimonio contracto ad Uſum Nidi, & Capuani?*
7 *Vicinus, invitè cogitur vendere fundum, pro Eccleſiæ ampliatione; & pretium, tenetur convertere in emptionem, pro evictione. Cum* Deciſ. *comprobatur* Gizz.

1 FŒminam, Maſculis deficientibus, ad fideicommiſſum ex propria perſona venire; ſcribit D. Reg. noſter *hoc loco.* Comprobant aſſumptum Caſtill. *Tom.* 2. *Controv.* 2. *ex num.* 16. *& Tom.* 5. *Contr.* 92. *ex nu.* 12. *& Tom.* 6. *Controv.* 143. *ex num.* 4. Arius Pinell. *in l.* 3. *C. de Bon. Matern.* Capan. *de Fideicom. Maſcul. artic.* 3. *inſpect.* 2. *ex num.* 21. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. artic.* 20. *verſic. nequè verum.* Giovagnion. *in Cons.* 7. *ex num.* 35. *lib.* 1. & Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 379. *num.* 58. Idquè procedere dixeris; ſivè de voluntate Teſtato-
2 ris, manifeſtìm appareat (prout eſt caſus præſentis Deciſionis) ſivè ſub nomine Familiæ, excluſa reperiatur; & tamen maſculi non extent. Fuſar. *loc. cit. quæſt.* 713, *num.* 24. Tondut. *Part.* 1. *quæſt. Civil.* 47. *num.* 22. & Bellon. *de Jur. accreſcend. cap.* 5. *quæſt.* 26. *num.* 130.
3 *& ſequ.* & in ſucceſſione Majoratus, Primogenituræ, & Fideicommiſſi: ſi expreſsè de Maſculis remotioribus; in illis mentio facta non ſit: Fœminam per Maſculum alterius lineæ, non excludi; probant in unamet cauſa; pro qua ſcripſerunt De Marin. *lib.* 2. *Reſol.* 126. *ex nu.* 35. & Cenſal. *loc. cit. pagin. Mihi* 53. *verſ. num Agnatis.* Et optimè etiàm Valenz. *in Conſ.* 97. *num.* 68. Fuſar. *in quæſt.* 385. *num.* 12. *&* 30. Phæb. *in Deciſ.* 22. *nu.* 9. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 5. *n.* 5. Molin. & *ibi* Addent. *de Primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. *& cap.* 5. *num.* 71. Molin. alter *de Juſtit. Diſput.* 625. *num.* 5. Mier. *de Majorat. Part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 97. Caſtil. *in cit. Tom.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 160. Gloſſ. Pariſienſ. *lib.* 1. §. 16. & Philip. Cammarat. *Tom.* 2. *Reſpons.* 14. *ex num.* 86.

4 Niſi Fideicommiſſum, vel Majoratus, ſit agnatitius; ſcribunt Peguer. *in Decis.* 112. *num.* 2. Cyriac. *lib.* 3. *Controv.* 476. *ex num.* 14. Gutell. *in Decis.* 28. *nu.* 18, Cenſal. *loc. allegat. artic.* 25. *verſ.* 1. Fuſar. *in cit. quæſt.* 385. *num.* 20. Urceol. *Tom.* 2. *Conſult.* 60. *ex num.* 20. & Reg. De Philip. *in Diſſertat.* 39. *ex num.* 19. *ad* 23.

5 Obſervo ulteriùs, quòd per Fideicommiſſum, ſuccedens Teſtatori; non hæredi ſuccedat. Adde De Franch. *in Deciſ.* 153. *nu.* 19. Craſſ. *in §. Fideicommiſſum. quæſt.* 18. Magon. *in Decis.* 83. *num.* 15. Ann. *in Cons.* 39. *num.* 60. Peregr. *in cit. artic.* 20. *num.* 2. *& ibi* Cenſal. & Fuſar. *in quæſt.* 274. Quo loco *nu.* 9. declarat aſſertum: ut in Fideicommiſſario, venienti ſub nòmine collectivo; non procedat: quia videtur gravato ſuccedere, ſecundùm ſuccedendi ordinem ab inteſtato; de Jure cõmuni, ex teſtatoris mente. De Præt. *de Interpetr. ultim. volunt. pagin.* 329. *num.* 73. At Ego cum Peregrin. concurro *in Cons.* 44. *num.* 24. ſuccedi per Fideicommiſſum, in bonis Teſtatoris: attenta ejus ordinatione in gravati locum. Caſtill. *in Decis.* 24. *num.* 8. Menoch. *in Cons.* 124. *num.* 13. Cravett. *in Cons.* 67. *num.* 10. *& in Cons.* 144. *num.* 2. *lib.* 1. & D. De Roſa *in Conſultat.* 2. *num.* 47. *&* 48.

Et Fuſar. *num.* 10. dixit, aſſertum illud procedere, largè loquendo. cùm largo modo; gravato ſuccedere dicatur. Præt. *loc. cit.* & Corn. *in Cons.* 101. *col. ultim.* Aut in gravati locum ſubintrando; ſuccedere Teſtatori. Peregrin. *in Cons.* 42. *lib.* 3. *num.* 4. *& lib.* 5. *Cons.* 41. *num.* 24. Fuſar. *loc. citat. num.* 11. *& in quæſt.* 484. *num.* 7.

6 Idem dicendum; dicit Cenſal. *loc. nupèr allegat.* attenta noſtra Neap. *Conſuet.* contracto Matrimonio, juxtà uſum Capuani, & Nidi: ita ut Matri, non Filio ſuccedere cenſeatur. Qua in re, relictis De Georg. *in Alleg.* 23. *ex num.* 24. De Pont. *in Conſil.* 61. D. Reg. noſt. *in Conſult.* 20. & ſequacibus: ſententiam De Franch. in contingentiis ſervandam; dijudico: *in Decis.* 92. approbatam, ſolidiſſimis jactis fundamentis à Rovit. *in Decis.* 87. Cenſal. *in vers. ſatis benè.* & à De Luc. *in Obſerv. ad De Franch.* 92. *nu.* 2.

7 Tandèm; nè id intactum remaneat: non quòd ad caſum faciat: Vel Noſtra Obſervatione; indigeat: Protritum eſt, pro Ædificanda, aut Amplianda Eccleſia, Monaſterio, & ſimilibus; cogi poſſe Vicinum ad vendendum Domum ex innumeris allegatis per Bottilier. *in Diſſertat.* 7. *n.* 7. & per Nos *alibi, hoc eodem libro.* Venditorem verò condemnatum, ad convertendum in emptionem Pretium habitum, juxtà Tabularii æſtimationem; Deciſum vidimus in Cauſa Venerabilis Monaſterii Sanctæ Mariæ Divini Amoris; cum Jo: Baptiſta Peluſo; illis de Pelliccia, & aliis.

OBSER-

Digitized by Google

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CIV.

### SUMMÆ.

1 *Minor: quandò ad evictionem, ab ejus Curatore promiſſam: teneatur? & num.5. Quid, ſi in alienatione; debitæ ſollemnitates, non intervenerint? num.8. Amplia: ut num. 2.*

3 *Curatoris; officium eſt publicum: utilitate tamèn privatum.*

4 *Contrahens, neceſſitate Officii; ad evictionem non tenetur. Fallit: ut num.10.*

6 *Minor in caſu permiſſo, Fundum alienans; poteſt obligare alia ejus bona, pro emptoris ſecuritate. Adverſus* Bertol.

7 *Venditor, ad evictionem tenetur: etſi ad illam, non ſit obligatus expreſſim.*

9 *Minor vindicans rem; perperam alienatam: quando pretium reſtituat?*

11 . . *num ad evictionem teneatur, ex doloſo Curatoris contractu: ſi fuerit doli conſcius?* Olea *ſtat contrà* Fabr. & D. Merlin. *quos defendit* D. Calà.

12 . . *habet electionem agendi, vel contrà Tutorem, vel poſſeſſorem fundi, perperam alienati* D. De Marin. Staiban. & Alii *ſcribunt contrà* D. Merlin.

13 *Exceptio, quæ cedenti obſtat, ceſſionario nocet.*

1 AFfirmat Deciſio, Minorem promiſſæ evictioni per Curatorem, in caſu permiſſo contrahentem; & bona fide, teneri: modò tamèn pretium, ad ipſius utilitatem; verſum ſit. Approbant id inter multos; Corn. *in Conſ.* 72. *Vol.* 4. Jacob. de Sanct. Georg. *in l. fin. C. de Furt.* Bart. & Bald. *in l.* 1. *C. Credit. Evict. Pignor.* Gratian. *in Deciſ.* 182. *ex num.*7. *ad* 9. Boer. *in Deciſ.* 80. Cyriac. *in Controv.* 188. *num.*5. & Mart. *in ſumm. Deciſ. verb. Evictio. cap.* 10. *Tom.* 3. Ac firmatur, ex punctuali Tex. *in l. illud.*4. §. *ſi Impuberis, & ibi* Bald. *ff. de Evict.* etiamſi evictionem; promiſerit Curator:
2 non expreſſo, quòd Curatoris nomine intervenit. Mandell. *in Conſ.* 12. *num.*9. & Rodoer. *ad De Marin. lib.*1. *Reſol.* 108. *num.* 149.

3 Etenìm, curatoris officium eſt publicum, & æquè neceſſarium: utilitate verò, privatum. *l. ſi non ſubſcripſiſti. ubi* Salicet. *C. Quand. ex fact. Tutor.* Gloſſ. *in Cap. ſicut. Diſtinct.* 46. Et tradunt ſcribentes *in l. fin.*
4 *C. ſi quis caution.* Qui tamèn officii neceſſitate contrahit; ad evictionem non tenetur. *l.* 1. *& ibi* Bald. & Salicet. *C. Quand. ex fact. Tutor.* cum aliis allegatis per Boer. *num.*1. & per Gratian. *num.*7. *in ſedibus indicatis,* atquè per Guttierez *de Tutel. Part.* 1. *cap.* 13. *num.*1. Alitèr namquè, nullus, cum Curatore contraheret: quotiès per contractum, cum Curatore initum, minor non obligaretur. Cujac. *in lib.* 20. *Quæſt. Papin. ad l.*
5 *dolus.* 3. *ff. Quand. ex fact. Tutor.* Olea *de Ceſſion. Jur. Tit.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 9. & tandèm minor, tenetur habere rata geſta, per Curatorem. De Marin. *Tom.* 1. *Reſol.* 30. *num.* 3.

6 Ex quo non video, qualitèr ſubſtineri poſſit Ant. Mar. Bertol. dictum *in Addit. ad Rodriq. de Concurs. Credit. Part.*1. *artic.* 4. *num.*77. ibi *ſi Minor ob æs alienum, & ſic ex cauſa permiſſa, immobilia ſua alienaſſet: non tamen poterit ea obligare pro emptorum ſecuritate.* Id verò affirmare in Jure, facinus eſt. Etenìm evictio,
7 ita contractui emptionis inſita eſt: ut promiſſa cenſeatur, etsì de illa nihil in contractu legatur, proptèr pretii interventum. Fontanell. *de Pact. Nupt. Tom.* 2. *Gloſſ.*8. *Claus.* 5. *Part.* 14. *num.*2. *&* 3. Staiban. *lib.*1. *Reſol.* 69. *num.* 8. & Urceol. *Tom.*1. *Conſult.*2.

8 Extendendam procùl dubio concluſionem, exiſtimamus, in alienatione, nullo Judicis accedente Decreto, facta: aut aliis nō adhibitis ſollemnitatibus, quas, in minoris fundi diſtractione; neceſſarias putant, Ganaver. *plurib. in Conſil. impreſſ. poſt ſuum Deciſ. Volumen.* De Pont. *in Conſ.* 1. *lib.* 1. Afflict. *in Deciſ.* 249. Maceratenſ. *lib.* 2. *Reſol.* 21. Coſt. *de Port. Rat. quæſt.* 123. *num.* 1. & Mantic. *de Tacit. lib.* 4. *cap.* 6. Dummodò pecunia, in minoris beneficium, verſa ſit. Gratian. *loc. cit. num.*9. Boer. *ibid. num.*6. & Olea *eod.*
9 *loc. num.*17. Nam licèt venditio, nullo modo ſubſiſtat. Staib. *in Reſol.* 30. *num.* 48. *&* 49. *& in Reſol.* 38. *nu.* 18. *cit. lib.*1. & De Marin. *in cit. Reſol.* 18. *ex num.*8. *& ad Revert. in Obſerv.* 211. Tamen ad pretii reſtitutionem, tenetur. Ricc. *in Prax. Tit. de Alien. rer. Eccleſ. Reſol.* 88. *num.*6. & Farinac. *de Contract. quæſt.* 16. *nu.* 15. *&* 103. extantquè Jura *in l. ſi Prædium. & in l. Prædiorum. C. de Præd. minor.* pro illa tamèn quantitate, quæ in ſui beneficium, fuit erogata: At pro ea, quæ in ſui comodum, verſa non eſt: cedendo creditori ſuo, adverſùs Curatorem, actiones, liberatur. D. Merlin. *in Controv.*72. *num.*20. *Tom.*2. & Reg. noſter *hic nu.*35.

10 Extrà caſum, illud eſt: quotiès Curator proprio nomine, ad evictionem obligari voluit: ut habetur in *l. ſi is, quem. C. de Præd. Minor.* Gratian. *loc. cit. num.*10. Boer. *eod. loc. num.*6. *verſic. & idem tenetur.* Et in Procuratore loquitur Tex. *in l. Procurator, qui pro evictione ff. de Procurat.*

Succedit modò videndum: an de evictione, teneatur minor, ex doloſo Curatoris contractu: ſi doli fuit con-
11 ſcius? Affirmat Fab. *in Juriſprud. Papin. Tit.* 12. *de Tutel. Princip.* 7. *illat.* 14. *pagin.* 943. *in fin.* Quem ſequuti ſunt D. Merlin. *loc. indic. in* 3. *Concl.* & De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 580. *nu.* 3. At nominatìm contrà Fabr. & Merlin. quos de obſcuritate, & perplexitate notat, ſtat Olea *loc. cit. ex num.* 11. Fabri verò, & D. Merlini ſcriptum defendit noviſſimè, D. Calà *de in Integr. reſtit. quæſt.* 15. Quo loco, dari caſum, oſtendere conatur: quo Pupillus fraudis, Tutoris ejus nomine contrahentis, & doli particeps ſit: authoritate Tex. *in l.*3. §. *ſi ſervus Pupilli. ff. de Tribut. action.*
12 Subditquè eodem *loc.* D. Merlin. *num.* 11. *&* 12. quem ſequitur Scopp. *ad Gratian. in cit. Deciſ.* 182. *num.*14. Minorem, adverſùs emptorem rei perperàm alienatæ, agere haud poſſe: niſi priùs diſcuſſum Tutorē, vel curatorem, ſolvendo, non inveniat. Quod Gratiano *in Deciſ.* 130. *verſ. & regulare eſt. num.* 15. *&* 18. non arridet. Et in eadem ſententia, ſunt Acoſt. *de Privileg. Credit. Regul.*1. *Ampliat.*1. Cavalc. *de Tutor. nu.* 17. De Marin. *Tom.*2. *Reſol.* 18. *ex num.*20. *ad* 22. Olea *eod. cit. loc. num.*31. *&* 32. & Staiban. *in Obſerv. ad cit. Reſol.*30. *num.*9. cùm in minoris, electione ſit: vel adverſùs Curatorem agere: vel rei perperàm alienatæ, poſſeſſorem convenire. Ad Tex. *in l. fin. C. ſi Tut. vel Curat. interv.*

13 Exceptionem, quæ obſtat cedenti, nocere ceſſionario: ſcribit D. Reg. noſter *nu.* 22. Adde Hunn. *in Encyclop. Jur. Part.* 2. *Tit.* 7. *cap.* 3. *num.* 12. Tepat. *var. Tit.* 411. *cap.* 10. *verſic. Oppoſitiones.* Montan. *ad Oliban. de Action. Part.* 2. *lib.* 1. *cap.*4. *num.* 24. Surd. *in Conſ.* 333. *ex num.*16. & Salgad. *de Reg. Protect. Part.* 4. *cap.* 7. *in fin.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CV.

### SUMMÆ.

1 *Juſtitiæ culmen: ut per gratiam, opprimatur, periniquum eſt.*

2 *Sup-*

Digitized by Google

2 *Supplicio unius improbi coërcere alios, utiliùs eſt: quàm proptèr multos improbos, parcere uni.*

3 *Princeps, qua occaſione, non crimina: ſed criminum accuſationes, quandoquè indulgeat?*

4 *Referuntur* Deciſionis *ſequaces.*

5 *Salvum conductum, ex defectu poteſtatis nullum: Reo an opituletur?*

*Proponitur Opinio ajens. num.* 6.

D. De Luc. *explodit* D. Reg. noſtrum. *num.* 7.

*Adducitur ſententia* Capiblanc. *num.* 8.

*Quid: ſi fuerit conceſſum, cum Ablativo abſoluto? nu.* 9.

10 *Indultum: non comprehendit delinquentes, poſt bannum.*

11 *Delinquens ſub Indulti ſpe, illo non gaudet.*

1 O *Conſuetudo peccandi quantam habes jucunditatem in improbis, & audacibus: cùm pœna abfuit, & licentia conſecuta eſt*, declamabat Cicer. *in*
2 *Verr. act.* 5. ſubditquè *Utiliùs eſſe unius improbi ſupplicio, multorum improbitatem coërcere: quàm proptèr multos improbos, uni parcere*. At expoſcit aliquando
3 neceſſitas indulgere Lancell. *de Templ. omn. Judic. lib.* 1. §. 4. *verſ. ſtatuit*; cum aliis, per Nos allegatis *in Obſervat.* 71. non tamèn crimina: ſed criminum accuſationes, juxtà notata, *in l.* 2. *C. de Abolit.* Juſta ſcilicèt lètitiæ occaſio, ut in noſtris Pragmatic. ſanctionibus *tit. de Abolit. Pragm.* 1. & 2. traditque, id Neronis Viri crudelis tempore, uſitatum Panigarol. *in Compend. Annal. Baron. Ann. Chriſti* 61. *pagin.* 315. Item pro bono pacis: ut in *Pragm.* 3. 4. 5. & 6. *cit. tit.* memorantquè ſpecialia D. Merlin. *in Contr.* 68. *tom.* 1. Sanfelic. *in Decis.* 49. 51. & 142. & Prat. *in Respons.* 28. *num.* 11. Et tandèm expeditionis adverſùs hoſtes; ut in *Pragm.* 7. & 8. *eod. allegat. tit.* Pro quo confert aliqualitèr ſalſi morionis Boccalini dictum *nella Cent.* 1. *de Raguagl. di Parnaſſ. Raguagl.* 16. Tuba, Timpanumquè, & Inſtrumenta bellica, ea de re, in Terrarum Orbe introducta: ut Principes, ab inutilibus herbis, ſeditioſiſquè plantis, Civitates depurgent.

4 Modò veniamus ad punctum. Agitur hoc loco, de Nullitate Guidatici: ſivè ſalvi conductus. Deciſionem nominatìm recenſent: ſequunturquè Thor. *in compend. Part.* 1. *ſupplem. verb. Guidaticum.* De Luc. *ad Franch. in Obſerv.* 258. & 468. & D. Reg. De Philip. *in Diſſert.* 19. *num.* 46.

5 Ego verò ſuper illo primùm, tantiſpèr immorabor. Guidaticùm, ſivè ſalvum conductum, ex defectu poteſtatis nullum: reo, nùm opituletur?

6 Affirmativam, ſubſtinent aleam: ità ut captus, in priſtinam libertatem, reſtituendus ſit; quia Guidatici vis, in ſola credulitate, conſiſtit. Molfes. *ad Conſuetud. Part.* 4. *quæſt.* 57. *in Addit.* Tap. *in lib.* 4. *Jur. Regn. Tit. de Morat. in Rit.* 287. & *in Decis. S. R. C.* 55. Prat. *in Reſpons.* 16. *ex num.* 18. *ad* 21. memor D. Reg. noſtri. De Marin. *ad Reverter. in Obſerv.* 187. *num.* 2. Nec ſub Regia fide, quiſpiam eſt decipiendus. Noguerol. *in Allegat.* 5. *tom.* 1. *num.* 23. Aſin. *de Execut.* §. 8. *cap.* 2. *num.* 14. Oſuald. *ad Donell. lib.* 12. *cap.* 22. *lit.* G. Chriſtin. *in Decis. Belgic.* 9. *n.* 56. Bovadill. *lib.* 3. *Politic. cap.* 12. *n.* 7. Facchin. *in Controv.* 58. *lib.* 9. Petr. Gregor. *de Republic. lib.* 11. *cap.* 16. *num.* 4. Larrea *in Allegat.* 3. *lib.* 1. *num.* 1. Majol. *Dier. Canicular. lib.* 4. *pagin.* 778. *col.* 2. *lit.* A. Franciſc. Zipæus *in tract. Judex Magiſt. lib.* 3. *cap.* 16. *de Fid. ſervand.* & *lib.* 4. *cap.* 10. *ex num.* 2. Gell. *Noct. Attic. lib.* 6. *cap.* 4. Cicer. *de Offic. lib.* 3. Liv. *lib.* 6. *Hiſtor. cap.* 42. Valer. Maxim. *lib.* 9. *cap.* 21. & Fidem, non cuſtodire, indignum Principibus, ſcribit Guicciardin. *lib.* 1. *Hiſtor.* Hinc Eumenes Rex, apud Plutarc. *in ejus vita*: aſſeverabat, ſe vitam amittere malle: quàm fidem. Monuitquè Ariſtotel. caveas, nè infringas Fidem, alicui donatam *de Secret. lib.* 1. *cap.* 26. & Silius Italicus, declamavit, *in lib.* 2. *de Bell. Punic. in fin.* Audite ò Gentes, neù rumpite Federa Pacis: nec Regnis, poſt ferte Fidem. Proptereà Tacit. *lib.* 10. *Annal.* quemdam, Fidei conſtantem appellat, & conſtantiſſima Militum Cæſarianorum Fides, legitur apud A. Hirt. *de Bell. African. pagin. Mihi* 477. ejuſquè Cæſaris idem Hirt. *de Bell. Hiſpan. pagin.* 523. Et undequaquè certum eſt, quod Plaut. *in Aul.* ſcribit: *dare Fidem ſanctè promictere.*

7 Rejecta exindè D. Reg. noſtri ſententia, inditavit De Luc. *in adduct. Obſervat.* 258. *num.* 2. ſalvum conductum nullitèr conceſſum, ſervandum eſſe: etiàm circà Delicta non expreſſa; ſequutus Farinac. *in quæſt.* 29. *num.* 57.

8 At Capiblanc. diſtinguit aptiùs, *in Pragm.* 6. *De Baronib. cap.* 31. *num.* 29. *Tom.* 2. vel ſalvus conductus, ſuperioris culpa, nullus redditur: & eo caſu, cùm reum illius fidem ſequutum fuiſſe, videatur, nulli dubitationi locus eſt, illum ſibi opitulari: nam alitèr deceptus remaneret. Vel ſuperiorem reus decepit, qui Fidem ei publicam dedit, hortando: ut ea quæ ſciret, ſinè metu inditaret, & tamen pauca ex ſuis delictis, faſſus fuit: imo nec ea expreſſit, quæ ſat fuiſſent ad gratiam denegandam, & tunc ſalvum conductum ſivè Guidaticum vitiari, concludit: juxtà poſita per D. Reg. noſtrum *num.* 5. allegatis Blanc. Caball. Nell. Ludovic. & Menoch. quibus ſubnecte Cravett. *in Conſ.* 572. *vol.* 4. Burſatt. *in Conſ.* 345. *num.* 25. Giurb. *in Conſil.* 22. Farinac. *in cit. quæſt.* 29. *ex num.* 55. Et ſic deciſum per S. R. C., refert idem Capiblanc. *num.* 30.

9 Idquè maximoperè procedere in Guidatico, cum ablativo abſoluto conceſſo, ſcribit D. Reg. noſter *num.* 47. Et comprobant Marcian. *in Conſil.* 11. *num.* 10. *lib.* 1. Galeot. *in Controv.* 10. *num.* 15. & *in Controv.* 23. *num.* 49. *lib.* 2. Tapp. *in Deciſ. ſuprem. Senat. Ital.* 23. *num.* 115. Staiban. *in Reſol.* 149. *num.* 65. Merlin. *Cent.* 1. *Controv.* 86. *num.* 9. Etenim gratia conditionalis, executionem non obtinet, niſì conditione adimpleta. Rovit. *in Prag.* 1. *num.* 3. *De Guidat.* Verall. *in Deciſ.* 39. *Part.* 2. Et ita, judicatum dicunt, Farinac. *Tom.* 2. *Deciſ. poſth.* 184. *nu.* 1. ac Rub. *in Deciſ.* 602. *num.* 38. *Part.* 1. *tom.* 2.

10 Obſervo tandèm: Indultum, delinquentes poſt bannum, non comprehendere: quia præterita Delicta, non futura, condonat. D. Reg. noſt. *num.* 30. Catalan. *de Indult. cap.* 2. *num.* 63. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Rub.* 1. *num.* 130. *pagin.* 221. Mart. *in Vot.* 143. Roland. *in Conſil.* 3. *vol.* 2. *num.* 40. & De Luc. *in adduct. Obſerv.* 468. *num.* 1. & *in Obſervat.* 260. Imò nec Delinquentes, ſub ſpe futuri Indultus. De Benedict. qui ſic deciſum refert *in cap. Raynutius. Part.* 2. *num.* 115. *pag.* 88. & *Part.* 3. *in Quæſt. An occidere peccatores, liceat num.* 38. *pag.* 49. Caſſan. *loc. cit.* §. 5. *num.* 130. *pag.* 221. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 49. *num.* 12. & Farinac. *in quæſt.* 6. *num.* 57.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CVI.

### *SUMMÆ.*

1 *Intereſſe cambii: quando debeatur? Declarantur* Maſtrill. Thor. & Caſtill.

2 .... *à principio, non taxatur in cambio. Retunditur* Gizz.

3 .... *cambii, & recambii: quantum ſit?*

4 .... *damni emergentis Mercatori; ad quam ſummam debeatur; variant* Deciſiones.

5 *Campſori, qui dilationem conceſſit ad alias Nundinas, debetur intereſſe, ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis.*

6 *Mercatori, qualitèr ratione damni emergentis; intereſſe debeatur?*

7 *Intereſſe debitum ratione moræ; per receptionem ſortis, remiſſum cenſetur.*

*Quid, ſtante proteſtatione? num.* 8. *Adducitur diſtinctio*

Digitized by Google

ctio Fontanell. *num.* 9. & *ſententia* Reg. De Marin. *num.*10.
11 *Fiſcus recipiendo ſortem, in intereſſe debito; ratione moræ, ſibi non præjudicat.*
12 *Creditor per ſortis receptionem, ſibi, in intereſſe debito ex conventione, non præjudicat.*
*Declaratur ex* Rota Romana, Angelus.
13 *Intereſſe alterius intereſſe, non debetur.*
14 *.... an debeatur Tertio; qui ſortem cum uſuris ſolvit? Comprobatur* Gizz. & *num.*15.
*Adducitur in Contrariam* D. Olea. *num.* 15.
*Quid, ſi aliquod commodum, debitor fuiſſet conſecutus? num.*16.
*Vel in fidejuſſore, ſolvente? num.*17.
18 *Tertiæ conventæ: quando intereſſe pariant? Declaratur* Gizz.
*Ad quam rationem, debeantur? num.*19.
20 *Intereſſe tertiarum, non ſolvit tertius poſſeſſor, conventus actione hypothecaria.*
21 *.... quando Jure actionis, aut Judicis officio, debeatur? Comprobatur* D. Reg. noſter.
*Quid, in Intereſſe Tertiarũ convento? Declaratur* Barbat.
21 *Nonnulla; ad materiam Cambii ſicci: Remiſſivè.*

1 Concluſum aſſerit *hoc loco* D. Reg. noſter Antonio Spinolæ Intereſſe Cambiorum haùd deberi: eo quòd, requiſita pro illo; non concurrebant. Idcircò non adverſantur Maſtrill. *in Deciſ.*303. Thor. *Part.* 2. *verb. Intereſſe ex Cambiis.* Caſtill. *in Deciſ.*112. *tom.*2. & Campanil. *in Diverſ. Jur. Canonic. Rubr.* 11. *cap.* 20. *ex*
2 *nu.*37. illudquè à principio taxari non poſſe; monuit Gizz. *num.*2. & placuit Rot. Roman. *Part.*2. *Diverſ. Dec.* 315. *num.*7. Navar. *De Uſur. notab.* 15. *num.*42. *verſ.* 3. & *in Conſil.*1. *num.*1. & *in Manual. cap.*17. Azor. *Inſtit. Moral. Part.*3. *lib.* 10. *tit. de Camb. cap.*8. *verſ.*4. *Concluſ.* At vide in declarationem Gratian. *tom.*2. *Diſcept.* 387. & Trullench. *ad Præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.*7. *cap.* 22.
3 *dub.*6. *num.* 5. Quantitas verò, quæ ſub nomine interuſſurii in cambiis, & recambiis, licitè exigi poteſt, ponunt Peguer. *in Deciſ.*33. & Tapp. *in lib.*4. *Jur. Regn. tit. de Camb. Rubr.*4. *ex num.*15.
4 Ulteriùs hoc eodem loco; per S.R.C. legi declaratum: Mercatori deberi intereſſe mutui: ratione damni emergentis; liquidati, *num.*71. in Ducatis octo, pro quolibet centenario. Cum quo, concordat ejuſdem S. R. C. determinatio altera; quam habui, ex ore D. Conſil. Cangiani: lata in cauſa Caſparis Romer; cum illis De Fontana. In Senatu verò Taurino, fuiſſe taxatum ad rationem ſex pro centenario; refert Fab. *in ſuo Codic. lib.*4. *tit. de Uſur. Diffinit.*2. & in Terris Imperii Caniſ. *in Obſerv. Conſtit. Imperat. Rodulſi II. de Uſur. cap.* 9. per ſenatum ſuum tradit Peguer. *in Deciſ.* 83. *num.*12. & Demùm, Romæ; demonſtrat Gratian. *in cit. Diſcept.* 387. *num.*26.
5 Nota, hac occaſione, unum. Campſorem, qui conceſſit dilationem debitori ad alias Nundinas; Intereſſe haùd recipere poſſe: niſi lucri ceſſantis ratione, vel damni emergentis: non autèm recambii. Trullench. *loc. indic. cap.*22. *dub. ultim. nu.*3.
6 Et illud etiàm, non abſre; notandum propono. Moram debitoris, & lucrandi occaſionem, per veras, non autèm præſumptas probationes; lucidiùs probari tenere mercatorem, negotiari ſolitum, ad obtinendum intereſſe; damni emergentis nomine. Mohend. *in deciſ.*3. *de Uſur.* Bertol. *ad Rodriq. de Concurſ. Credit. Part.*1. *artic.*1. *num.*119. & 120. Cyriac. *in Controv.*546. *ex nu.* 13. Urceol. *tom.*2. *Conſul.* 84. *num.* 4. Et vide Excobar. *de Ratiocin. cap.*16. *ex num.*6.
7 Obſervanda ſuccedit concluſio altera. Per ſortis receptionem, Intereſſe Judicis officio debitum; remiſſum cenſeri. Ità pariter voluerunt Paſſet. *in Conſ.*168. *nu.*2. Bero. *in Conſ.*100. *Vol.*1. *num.*4. & 19. Innocent. *in Cap. gravis. de Reſtit. Spoliat.* Cenc. *de Cenſib. quæſt.*119. *ſub nu.*20. Surd. *de Aliment. Tit.*3. *qu.*2. *n.*11. & 12. Gratian. *Diſcept.* 244. & *nu.*33. & De Marin. *lib.*1. *Reſol.*198. *n.*1. & *Reſol.* 199. *nu.*7. & *ad Reverter. in Obſerv.*443. *num.*3. ac extat Tex. *in l. ex contractu.* §. *pretii ſorte. ff. de Action. empt.*
8 Extendit hoc dictum, D. Reg. noſter, *num.* 63. Etſi, in ipſo receptionis ſortis actu; Creditor de intereſſe, proteſtatus fuiſſet: cùm talis proteſtatio, apta non ſit ad remiſſionem, ex neceſſitate procedentem, tollendam: Et approbat Gratian. *in Diſcept.*33. *ex num.*15.
9 Quod verò Fontanell. interpretatus eſt: ut procedat in Creditore, qui ſorte recepta; quietationem in debitoris beneficium emiſit, & in ipſo actu, de Intereſſe proteſtatus fuit. Non autèm, ſi illum quietavit: id ſibi ſuadens ex eo, noluiſſe obligationem explere: quia adhùc Intereſſe, debitum erat. In *Tom.*2. *de Pact. Nupt. clauſ.*6. *Gloſſ.*2. *ex num.*52.
10 Aptiùs fortaſsè ſcribit De Marin. *in cit. Reſol.* 198. *num.*3. Ut talis proteſtatio, tunc operetur, quotiès debitor conſenſerit: invitò enim ſolvente; creditor ſibi actionem reſervare, non poteſt: quamvis, in creditoris poteſtate ſit, ſortem abſquè intereſſe recipere: aut non. Sequitur Rodoer. ſuus *num.*7. Et videatur Scacc. *de Comerc. & Camb. Part.*2. §.1. *quæſt.*7. *Ampliat.*8. *ex nu.*300.
11 In Fiſco tamen; tradita, non applicantur: quia Intereſſe, ſibi ex mora debito: non Judicis officio; ſed conditione ex lege, debetur: haùd refragante ſortis ſatisfactione. Ut benè, rejecto Theodor. *in Allegat.* 69. *num.* 5., dixit De Marin. *in ead. Obſerv.*443. *num.*3.
12 Nec in Intereſſe convento; tradita locum obtinent: ut probant apertiùs Riminald. *in Conſ.*66. *Vol.*1. *ex nu.* 26. & *ex num.*44. Bellon. *in Conſil.*23. *num.*6. Cavalcan. *in Deciſ.*35. *Part.* 1. *num.* 11. De Marin. *in cit. Reſol.* 198. *num.*4. Et ſic Deciſum per Rot. Roman. in declarationem Angel. *in l. mora. quæſt. ultim. De Uſur. num.*8., refert. Gratian. *in adduct. Diſcept.*33. *num.*13.
13 Et illud; Obſervatione, dignum arbitror: quòd etsì Intereſſe; alterius intereſſe, non debeatur: juxtà prolixiùs tradita ex Fontanell. *in Deciſ.*204. Ricc. *in Collect.* 3718. *Part.*8. Gait. *de Credit. Tit.*7. *cap.*2. *nu.*1489. Rocc. *in Reſponſ.*44. *Tom.*1. Prat. *Tom.*3. *Diſcept.* 12. *ex nu.* 16. & *in Diſcept.*31. *ex num.*48. Larrea *in Deciſ.*84. De Marin. *in cit. Reſol.*199. & *ibi* Rodoer. Altimar. *ad Rovit. in Deciſ.* 9. & à De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.*
14 254. *num.*3. Tamèn, quando debitoris perſona eſt mutata cum extraneo: qui de proprio Intereſſe cum ſorte, creditori ſolvit, deberi concludit. D. Gizz. *num.*11. Nam quo ad ipſum extraneum, capitale utrumquè reputatur. Allegat De Franch. Rovit. Andreol. Prat. ac De Marin. Quibus Addo Camill. De Medic. & *ibi* D. Galeot. *in Conſ.*86. Milanenſ. qui hanc indubitatam ſententiam dicit, Et ſic judicari in Regno ſuo, *in Deciſ.*8. *ex nu.*347. *ad* 351. *tom.*1. Thor. *in Compend. Tom.* 1. *verb. Intereſſe, Intereſſe alterius,* Rodoer. *cit. loc. num.* 3. Fab. *De Ann. in Conſil.*48. *num.*9. & Staiban. *in lib.* 1. *Reſol.*81. *num.*21. Quo loco *num.* 22. tale Intereſſe ſolitum taxari, ad rationem ſeptem pro centenario; tradit.
15 Sed diſſentit D. Alphonſ. De Olea *in Tract. de Ceſſ. Jur. Tit.*5. *Quæſt.*5. *num.*54. Cum abſonum videatur: ut ei, qui Uſuras pro me ſolvit; præſtandæ ſint illarum
16 uſuræ: quas meus creditor, à me; haùd exigere poſſet. Niſi ingens commodum; debitori ex ea ſolutione attuliſſet: quàm quòd uſurarum uſuræ; damni tribuiſſent. *l.* & *in contraria* 37. *ff. De Uſur. l. at qui natura* 19. §. *non tantùm verſ. contrà ff. de Negot. geſt.* & *l. ſi verò non remunerandi* §. *ſi mihi mandaveris. ff. Mandat.* Præcipuè ſi de Fidejuſſore ſolventi pro debitore principali tractetur Fab. *in Cod. lib.*4. *Tit.*24. *Diffinit.* 23. Roderic. *de Ann. Reddit. lib.*3. *Quæſt.*7. *num.*28. & De Luc. *loc. indicat. num.*4. *Juxtà fin.* In creditore verò, ſolvente cum
17 uſuris ſortem anteriori creditori, traditum, non procedere, concludit Olea *num.* 57. Sed legantur Merlin. *de Pignor. lib.*4. *Quæſt.*49. *num.*5. & Roderic. *in alleg. loc. lib.* 3. *Quæſt.*17. *num.*28. & 29.

18 Prin-

Digitized by Google

18 Principalitèr annuos introitus, ad formam Bullæ debitos; deberi non acceſſoriè: atquè adèo parere intereſſe, ſcribit Gizz. *hìc num.*12. Quod cum moderatione, intelligendum moneo: Modò tamèn tales Introitus decurſi, ad ſummam Ducatorum centum, perventi ſint: & non alitèr: Teſtibus D. Reg. noſtro *in Decis.* 192. *ex nu.*45. Theodor. *in Allegat.*40. Thor. *in Compend. Part.*3. *verb. Intereſſe Tertiarum.* Urſill. *ad Afflict. in Decis.*91. *num.*6. Rodoer. *in cit. Addition.* 199. *num.* 4. Conſil. de Roſa *in Consult.*29. *num.*94. & De Luc. *loc. indicat. vers.*
19 *beneverùm*. Illudquè ſuperioribus Annis, ad rationem ſeptem, & quandoquè decem pro centenario; taxatum reperiri, oſtendunt D. Reg. noſter *eod. loc. num.*7. & Prat. *Tom.*1. *Discept.*1. *ex num.*84. *ubi num.*48. eandem anterioritatem, cum capitale trahere; firmat. His tamen temporibus ad rationem Ducatorum quinque pro Centenario, taxari; inconcuſſa firmat Praxis noſtrorum Tribunalium; cujus Thor. & De Luc. meminerunt. Tertium verò poſſeſſorem, hypothecaria actio-
20 ne conventum; ad Tertiarum Intereſſe, creditori non teneri: quia à ſuo principali debitore, creditor exigere creditum neglexit; firmat Rovit. *in Decis.* 43.
21 At quo Jure tale Intereſſe debeatur? inquirendum ſuccedit. Reſpondit D. Reg. noſter, *n.*66. illud, Jure actionis, non deberi: ſed Judicis officio: quotiès de certo Intereſſe; conventio non adfuerit: ſequutus Trentacinq. *in Cons.*75. *num.*3. Quod, & anteà, idem clariùs dixerat *in Cons.*52. *num.*8. in illis verbis: *Sed iſtud Intereſſe expreſsè non fuit promiſſum; igitur non venit Jure obligationis: sed Officio tantùm Judicis.* Atquè adèo; ità
22 intelligendus eſt Barbat. *de Aſſiſtent. Glos.* 1. *ex num.* 122. dùm ſcribit: Tertiarum Intereſſe; ſolo Judicis officio, deberi: exquò in venditione annuorum introituum; conventio de certo tertiarum intereſſe, facta non eſt: imò nèc expreſſa promiſſio. At ſi de Tertiarum Intereſſe, in ſtipulatione conventum fuiſſet; Jure actionis deberetur: quia cùm illud in contractu deductum ſit; debetur tamquàm ſors de per ſe. D. Reg. noſter *hìc num.*31.
23 Deniquè, ea quæ pertinent ad materiam cambii ſicci; invenies apùd Ant. Roſcell. *de Usur.* Scot. *de Camb. verb. Turpe lucrum.* Sot. *de Juſtit. lib.*6. *Quæſt.*8. *cap.*2. Rot. Roman. *in impreſſ. poſt Oleam de Ceſſon. Jur. in Decis.*23. Solon *in Queſt.*4. *de Camb. art.*2. *Controv.*9. & 21. Quarant. *in summ. Bullar. verb. Usura.* Navar. *in cap.*17. *num.*300. Leſſ. *in lib.*2. *cap.* 23. *Dub.* 11. & apùd Cavalcan. *in Decis. Fivizan.*2. *Part.*2. *ex num.*23.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CVII.
### SUMMÆ.

1 *Morte; nihìl certiùs, nihilquè illius hora, incertiùs.*
2 *Legatum; poſt hæredis mortem, præſtandum: quandò conditionale censeatur? & nu.*4.
3 *Dies præſtationi incertus, aut diſpoſitioni poſitus; facit Legatum conditionale.*
*Intellige, ut num.*6.
5 *Legatum pro Dote: quandò efficiatur caducum, vel transmittatur? & num.*6. *&* 7.
8 *Vsufructu certi prædii, uni in certum tempus legato; eoquè transacto, relicto alteri: Mortuo primo Legatario, antè completum tempus, cui pro interim debeatur?*
9 *Legatum factum ad tempus certum, & incertum valet.*
10 . . . *relictum, sub conditione negativa: quandò debeatur?*
11 *Actio, non quæritur legatario, antè conditionis eventum.*

1 ETsì Fatale tempus, unicuiquè datum ſit ad exitum Animæ: Plotin. declamante; cujus ipſiſſima verba, tranſcribit Gariglian. *in Platonis Phædon. pag. Mihi* 13. Imò, & Philolaus *in Gorgia* ſcribit: *Audivi enim equidèm à quodam sapiente, nos nunc mortuos eſſe, corpusque noſtrum, sepulchrum eſſe nobis.* Et experti ſumus: Corpora lentè augeſcere, extingui citò. Tacit. *in præfat. Vit. Agricol.* Etenim, omnia orta occidunt; & aucta ſeneſcunt. Suprema tandèm ignora-
2 tur dies. Diem obiit, hoc loco legatarius: cui in mortem hæredis, legatum præſtari; Teſtator ſtatuerat: proptèr quòd, accedente Labeonis ſententia; Determinavit S. R. C. tranſmiſſioni locum haùd fieri: cùm dies incertus præſtationi, vel diſpoſitioni adjectus; tranſmiſſionem impediat. *l. quidam diebus.* §. *quidam Titio, & ibì* DD. *ff. de Condition. & Demonſtrat.* Morot. *in Conſ.*2. *nu.*7. *& in Conſ.* 3. *num.*2. *&* 3. Menoch. *lib.*4. *Præſumpt.* 201. *nu.*50. Gabriel. *in Conſ.*128. *nu.*4. *lib.*1. & Peregrin. *de Fideicom. artic.* 31. *nu.* 19. Et in terminis terminantibus; ità concludit Cenſal. *ad Peregrin. in cit. art.* 31. *verſ. ſecundò, quod in legatis*, & in idem conveniunt. Ant. Gabr. *lib.*4. *Tit. de Hæredib. Inſtit. Concluſ.*2. *num.*3. Viv. *comm. Opin. Concluſ.*843. Trentacinq. *de Subſtit. Part.*4. *cap.*14. Mantic. *de Conject. ultim. Volunt. lib.*11. *Tit.*20. Gomeſ. *Tom.*2. *Reſol.*5. *num.*9. Durant. *de Art. teſtand. Tit. De Legat. Cautel.*38. Cavalcan. *in Deciſ.*19. *n.*94. *& in Deciſ.*23. *n.*7. *&* 13. *Part.*3. Fuſar. *de Subſtit. quæſt.*490. Staib. *in Obſerv. ad Reſol.* 44. *num.*4. Et pleniùs quandò Legata; tranſmittantur; aut efficiantur caduca. Mar. Antonin. Maceratenſ. *lib.* 2. *Reſol.*52.
3 At verò Cavalcan. cum reſtrictione, firmatam concluſionem; intelligendàm maluit, in *cit. Deciſ.*19. *nu.* 95. Etenìm; alitèr affirmandum eſt: ſi conjecturis, aut præcedentibus, vel ſubſequentibus Teſtatoris verbis, pro legati tranſmiſſione, aliquid appareat. Approbat id Gizz. *num.* 2. ſequutus Cephal. Farinac. & Giovagnion. Quibus; addimus benè ſcribentes, Cravet. *in Cons.*62. *num.*16. Malvaſia *in Cons.* 84. *num.* 4. Mantic. *in adduct. loc.* Præt. *De Interpretat. ultim. volunt. pagin.* 214. *num.*34. Viv. *indicat. loc. Conclus.* 844. Gall. *De Except. succeſſ. Tit.*4. *Except.*24. *ex num.*41. *Part.*2. Decian. *in Cons.* 574. *num.* 4. Trentacinq. *in allegato cap.* 41. *num.*4. & Odd. *De Subſtit. Part.* 6. *quæſt.*1. *artic.* 2.
4 *num.*15. Et quòd Fideicommiſſum, in incertum diem Collatum, conditionale ſit, ſumitur ex *l. Unic.* §. *ſin autem sub conditione. C. de Caduc. Tollend.* Et inter multos, quos memoro, tradunt aptiùs Trentacinq. *loc. alleg. vers. in principio. num.*24. Intrigliol. *De Subſtit. Centur.* 3. *Quæſt.*46. Mantic. *in cit. Tit.* 20. *num.* 3. Gabriel. & Gomeſ. *in sedib. sup. indicatis.*
5 Idquè in Legato pro Dote, ab extraneo Teſtatore puellæ relicto, applicari: ità quòd, Nuptiis non ſequutis, caducetur, probant examuſsìm Fab. *in Codic. Tit. de Condit. insert. Decis.* 9. Sanfelic. *in Decis.* 87. *num.*1. *Tom.*1. Noal. *de Transmiſſ. cas.* 17. *num.*4. Novell. *de Dot. Part.*6. *Privileg.*76. *nu.*2. *& ibi* Addit. *lit. A.* Fachin. *lib.*5. *Controv.*45. Molfeſ. *ad Consuetud. Part.*4. *de succes. ab Inteſt. quæſt.*3. *nu.*6. Staiban. *lib.*1. *Resol.*88. *num.* 26. De Marin. *ad Revert. Obser.*58. *num.*3. *& Observ.* 366. *nu.*7. *& lib.*1. *Resol.*246. *num.*8. *& ibi* Rodoer. *num.*1.
6 Nisì tale Legatum, ſub modo, prolatum fuiſſet: ut puta, ut nubat, ſivè, ut nubere poſſit: etenìm eo caſu, eſſe tranſmiſſibile ad hæredes, fuſiùs ſcribunt Bald. *in l. generalitèr. num.*9. *C. de Episcop. & Cleric. & in Cons.* 249. *lib.*4. Cravett. *in cons.*101. *nu.*1. *vers.* 2. Grammat. *in Cons. Civil.*146. *num.*3. Covar. *in cap.*3. *num.*11. *vers.* 2. *de Teſtam.* & Noal. *eod. cit. loc. num.*37. *&* 43. Vel alte-
7 rius contemplatione, relictum fuiſſet: utputa, patris, aut matris: pro ut in donatione facta Euſtochiæ Mi-

 nadoi,

Digitized by Google

nadoi, per Marchioniſſam Capurtii, in ſubſidium maritagii, Deciſum refert per S. R. C. Reg. Donat. Ant. de Marin. *ad Revert. in Obſerv.* 285. *num.* 1. Et probat Staiban. *in Reſol.* 44. *lib.* 1.

8 At quid dicendum, in Uſufructu Fundi, ad certum tempus, uni Legato, euquè tranſacto, in beneficium alterius: primo Legatario, antè completum tempus in Legato contentum, deceſſo: an ſecundus, admittendus ſit, illicò in uſufructu: vel donèc tempus compleatur Teſtatoris hæres? Paucis Me expediam: pro hærede, extat Tex. in *l. Uxori* 35. *ff. de Uſufruct. legat.* teſte De Marin. *ad Revert. Obſerv.* 230. *& in Reſol.* 242. *tom.* 1. Et videantur Cenſal. *cit. loc. Artic.* 30. *pag.* 283. *verſ. quintò & hinc.* Conſtant. in *l.* 1. *&* 3. *C. de Fil. Offic. lib.* 12. *num.* 128. & Epiſcop. De Afflict. *in Controv.* 43. *num.* 26.

9 Valere Legatum factum ad tempus certum, & incertum, concludit Revert. *in Deciſ.* 79. Et quòd Legatum relictum, ſub conditione negativa: quæ in non
10 faciendo conſiſtit, ſtatìm debeatur, præſtita cautione, habetur in *l. cùm filius. §. Qui Mutianam. ff. de Legat.* 2. *l. Mutiana.* 7. *ff. de Condit. & Demonſtrat.* optimè Donell. *in lib.* 8. *Commentar. cap.* 33. *& ibi* Oſuald. *lit. P.* Amaya *in Obſerv.* 6. *num.* 1. *lib.* 1. Gomeſ. *tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 37. & Faber. *in lib.* 2. *de Conjectur. cap.* 16.

11 *Num.* 39. ſcribit D. Reg. noſter: Actionem Legatario, antè conditionis eventum, non quæri. Adde Neguſant. *de Pignorib. memb.* 1. *quint. Part. num.* 19. *&* 20. & adducto D. Reg. noſtro *hoc loco.* Cenſal. *loc. cit. pagin.* 255. *verſ. Octavò obſervo.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CVIII.

### SUMMÆ.

1 *Fideicommiſſum, de manu certi hæredis, capiendum eſt.*
*Ampliatur. num.* 2.
3 *Diſpoſitio* l. non dubium, C. de Legat. *qualitèr procedat?* Cenſal. *ſequitur* D. Reg. noſtrum.
4 *Fideicommiſſarius: quandò beneficio* l. fin. C. de Edict. Div. Adrian. *utatur? Declarantur* D. Reg. noſter, De Petris, & Alii. *num.* 5. *&* 6.
7 ........ *poſſidens, ad immiſſionem hæredi impediendam: quandò ſit legitimus contradictor? & num.* 8.
9 *Fideicommiſſum ordinatum, ſub conditione* ſi abſquè filiis deceſſerit, *extinguitur, inſtituto decedente cum filiis: etiamſi Teſtator reſpexiſſet Agnationem, & Familiam. Comprobatur traditio* D. Reg. noſtri. *Cum* Deciſ. *noviſſima.*
10 Conſil. Oldrad. 21. *non procedit in Fideicommiſſo graduali, perpetuo, & puro.*
11 *Fideicommiſſum: quotiès de Teſtatoris voluntate, ex conjecturis appareat, per exiſtentiam filiorum non caducatur.*
12 Oldradi Conſ. 21. *non procedit: quotiès omnes deſcendentes maſculi, fuiſſent vocati.*
13 *Immiſſio, conceditur proximiori, vigore* Conſuetud. Neapolit. *in medietate bonorũ antiquorum ei debita.*
14 *Detractio Falcidiæ: nùm filiis prohiberi poſſit?* Retunditur Gizz.
*Quid in Trebellianica? num.* 15.
16 *Falcidia, & Trebellianica, æquiparantur.*

1 Communitèr; receptum eſt: Fideicommiſſum de manu, certi & liquidi hæredis; capiendum eſſe. Quod probarunt, ultrà citatos per D. Reg. noſtr. *nu.* 22. *& lib.* 2. *Conſult.* 147. *num.* 2. & per Gizz. *hic nu.* 1. Præt. *De Interpretr. ultim. Volunt. pag.* 504. *ex nu.* 77. *ad* 95. Fuſar. *De Subſtit. quæſt.* 605. Craſſ. *in §. Fideicommiſſum. quæſt.* 43. Odd. *De Subſtit. Part.* 5. *præmiſ.* 6. *diff.* 4. Maceraten. *lib.* 2. *Reſol.* 59. *caſ.* 27. *verſ. Demùm proponebatur.* Argel. *de Legitim. contradictor. quæſt.* 10. *art.* 1. Amend. *ad Franch. in Deciſ.* 204. Staiban. *lib.* 1. *Reſolut.* 39. *num.* 4. Mucci *quæſt.* 19. *num.* 9. Peregrin. *de Fideicom. Artic.* 47. *nu.* 11. *& ibi* Cenſal. *in verſ. ex his tamèn. pag.* 473.

2 Quod ampliat Bartol. ut procedat; etiàm ſi hæreditas eſſet jacens. *in l. Filiam Fratribus. ff. ad Trebell.* cujus Doctrinam; ſequuti ſunt, allegati ex Fuſar. *loc. citat. num.* 10. & per Staiban. *in Reſol.* 99. *num.* 76. At Cenſal. *loc. indicat. in verſic. ſed è contra,* ſequutus nominatìm D. Reg. noſtrum, *num.* 24. 48. *&* 49., voluit:
3 Diſpoſitionem *l. non dubium.* C. *de Legat.*, procedere poſt aditam hæreditatem, & apprehẽſam poſſeſſionem. Et legantur Caroc. *in Deciſ.* 21. *ex num.* 22. & laudati ex Fuſar. *num.* 11.

4 Fideicommiſſarius: nùm beneficio *l. fin. C. de Edict. Div. Adrian.* fruatur? videndum ſuccedit. Negant Rovit. *in Conſ.* 45. *num.* 8. *& in Conſ.* 50. *num.* 13. Staib. *loc. cit.* De Petr. *in Conſ.* 61. *num.* 8. Thor. *in Compend. Part.* 2. *verbo Præambulum factum à Fideicommiſſario.* D. Petr. *in Rit.* 181. *num.* 3. *tom.* 2. De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 204. *nu.* 4. & D. Reg. noſter *in Conſult.* 78. In Fideicommiſſario verò univerſali, contrarium
5 ſuadere conantur: quotiès probata fuerit Fideicommiſſi purificatio, eiquè competere etiam ſalvianum Interdictum. Bartol. *in cit. l. fin. C. de Edict. Div. Adrian. ſub num.* 9. *in verſ. & per hoc videtur caſus.* Pand. *de Liquidat. Inſtrum. Part.* 2. *Declar.* 7. *num.* 13. Alios dat Urceoli, *tom.* 1. *Conſult.* 19. *ex nu.* 2. Et primam opi-
6 nionem procedere, in Fideicommiſſario particulari, dixit Tiraquell. *in Tract. le Moirt. Part.* 2. *D.* 4. & Gizz. *num.* 7.

7 Quid dicendum, Fideicommiſſario poſſidente: an is ſit, ad impediendam hæredi immiſſionem, legitimus contradictor? Negant Maceratenſ. *in cit. Caſ.* 26. Gratian. *in Diſcept.* 954. *num.* 21. Roland. *in Conſ.* 78. *num.* 14. *& ſeq. lib.* 3. Argel. *in adduct. Artic.* 1. *num.* 11. Mucc. *in cit. quæſt.* 19. *num.* 7. Niſì paratus ſit Fideicommiſſarius, in promptu, jus ſuum de-
8 monſtrare. Gloſſ. *in cit. l. fin. verſ. an item Fideicommiſſarius.* Tap. *in Deciſ.* 1. *nu.* 48. D. Rocc. *in Reſpons.* 80. *num.* 35. *&* 38. De Pont. *in Conſ.* 21. *num.* 48. Prat. *in diſcept.* 19. *num.* 19. *Tom.* 1. *& Tom.* 2. *diſcept.* 47.

9 Tradit D. Reg. noſter *num.* 11. Fideicommiſſum ordinatum, ſub conditione, ſi abſquè Filiis deceſſerit: decedente inſtituto, cum Filiis, extingui, etiàm ſi Agnationem, & Familiam reſpexerit. Probant examuſsìm id Caſanat. *in Conſ.* 15. *num.* 40. Bottilier. *de Succeſſ. ab Inteſt. Theor.* 3. *num.* 38. Cirocch. *in diſcept.* 61. *num.* 61. Caren. *in Reſol.* 252. Tondut. *in Quæſt. Civil.* 125. *num.* 21. *Part.* 2. Caſtil. *lib.* 5. *Controv.* 92. *nu.* 12. *&* 15. Marant. *in Reſpons.* 12. *ex num.* 15. Cyriac. *in Controv.* 281. *ex num.* 47. *& in Controv.* 608. *nu.* 9. *& in Controv.* 653. *num.* 20. Cammarat. *in Reſpons.* 49. *Art.* 3. Menoch. *lib.* 4. *Præſumpt.* 69. Mart. *de Succeſſ. legal. tom.* 4. *Part.* 4. *quæſt.* 21. *artic.* 4. *ex num.* 12. Coccin. *in deciſ.* 294. Monac. *in Deciſ. Bonon.* 66. *nu.* 9. Sperell. *in Deciſ.* 151. *tom.* 2. Giovagnion. *in Conſil.* 97. *ex num.* 51. *lib.* 1. Reg. Galeot. *in Controv.* 24. 25. *&* 26. Borgnin. Cavalc. *in deciſ.* 5. *tom.* 3. Cenſal. *loc. cit. artic.* 25. *verſ. Hæc eſt.* Rovit. *in Conſ.* 34. *& ibi* D. Altimar. & ità Hodie manè. 22. Auguſti 1679. deciſum fuit per S. R. C. referente in Aula Regii Conſiliarii D. Scipionis Martini, Judice M. C. V. D. Franciſco Cirino: in Cauſa Joſephi de Marco, cum Michaele de Marco: ut eſt videre in Proceſſu, in Banca De Monica, penès ſcribam De Vivo.

10 At tradita ſententia, in limitationem *Conſil.* Oldrad. 21. re-

Digitized by Google

tit. reſtringenda eſt: ut non procedat in Fideicommiſſo graduali, perpetuo, & puro: juxtà affabrè poſita per D. Reg. noſtrum *num.* 63. quem, contrariorum rejecta opinione, nominatìm ſequitur Cenſal. *eod.loc. allegat.Artic.*29.*pagin. Mihi* 278. *vers. ſed Ego*, id tamèn, ex eodem D. Regent. noſtro, limitans: quotieſcumquè
11 ex conjecturis, alitèr de Teſtatoris voluntate appareret: quia in ea ſpecie, ſempèr per Filiorum exiſtētiam, non extinguitur, nec fit caducum Fideicommiſſum. Et videatur Grivell.*in Deciſ.* 135. *ſub num.* 86. atquè etiàm Menoch. *in cit. Præſumpt.* 69. *num.* 12.

12 Et eundem Oldradi *Conſ.*21. non procedere, dixit D. Reg. noſter *nu.*75. *&* 76. Quotiès fuiſſent vocati omnes deſcendentes maſculi: quia gravati cenſentur, in Omnium vocatorum beneficium. Sequitur Cenſal. *loc. cit. in verſic. limitatur verò.* Sed in contingentiis lege Fuſar. *in quæſt.*441. *ex num.* 22. & De Luc. *ad De Franch. in Obſer.* 299. memor D. Reg. noſtri *hoc loco.*

13 Deſumit quoquè ex hac eadem Deciſione D. Conſil. Petr. *in cit. Rit.*181.*nu.*3.*in fin.* proximiori, in bonis antiquis, vigore Conſuetudinis Neapolitanæ; immiſſionem concedendam eſſe. Et dixerat priùs De Marin.*lib.* 2.*Reſolut.*57. *&* 88. Et approbat De Luc.*in cit. Obſerv.* 204.*nu.*4.*circ. fin.*

14 Deniquè D. Regens noſter *num.*77. ſcribit: Falcidiæ detractionem, Filiis primi gradus, prohiberi poſſe: quod interpretratus eſt Gizz. ut procedat in locis; ubi conſuetudo viget. Sequitur De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.*612.*nu.*6. Et tale ſtatutum, induci poſſe, probant Capr.*in Conſ.*33.*nu.*4.& Corn.*in Conſ.*210.*num.*5.*lib.*1.

At ſemper, & ubiquè Falcidiæ detractionem; filiis primi gradus, prohiberi poſſe, probatur ex Auth. *ſed cùm Teſtator. C. ad Leg. Falcid.* ibi: *ſed cùm Teſtator hoc expreſsìm vetuit, non ignarus quis modus ſit ſui patrimonii; ceſſat Falcidia.* Pater enim, excepta legitima, Filiorum debita, ad libitum de aliis bonis, diſponere valet. Propterea hanc ſententiam; ſequuti ſunt.

IN REPETITIONIBUS, ET GLOSSIS.

Bartol. *in l. Marcellus. num.*7.*ff. ad Trebell. & in l. Filius. ff. de Vulgar. & Pupil. num.*9. Abb. *in cap. Raynaldus. nu.*18.*de Teſtament.* Jas. *in cit. l. Marcellus num.*40. Soccin. Jun. *in l. Centurio. De Vulgar. num.* 153. *& in l. in quartam. ff. ad Leg. Falcid. num.*68. *&* 87. Fabian. *in Auth. noviſſima C. de Inoff. Teſtam.* & Guttierez *in l. Nemo poteſt. ff. De Legat.*1.*num.*324.*& ſeq.*

IN CONSILIIS.

Jaſ. *in Conſ.*84.*lib.*1.*& lib.*4.*in Conſ.*146.*num.*5. Alex. *in Conſ.*201.*lib.*6.*num.*15.*& in Conſ.*67.*num.*1. Curt. Jun. *in Conſ.*254.*num.*2.*& in Conſ.*267.*nu.*40. Eugen. *in Conſ.*6.*nu.*36. Marian. Soccin. *in Conſ.*172.*lib.*2.*num.* 25.*& lib.*4.*Conſ.*7.*num.*21.*& in Conſ.*88.*nu.*3. Rub. *in Conſ.*2.*ex num.*18. Aret. *in Conſ.*37.*num.*10. Riminald. *in Conſ.*231.*num.*11. Ruin. *lib.*2.*Conſ.*163.*num.*10. Peregrin. *in Conſ.*36.*num.*2.*lib.*2. Caball. *in Conſ.*116.*num.* 3.*Part.*2. Simon de Præt. *in Conſ.*175.*num.*35. Burſat. *in Conſ.*381.*nu.*5. Menoch. *in Conſ.*295.*num.*20. Mantua. *in Conſ.*203.*num.*25. Beto. *in Conſ.*79.*num.*45.

IN TRACTATIBUS.

Gabriel. *ad Trebell. Concl.*1.*num.*2. Durant. *de Subſtit. caut.*31.*num.*2. Maſcard. *de Probat. Conclus.*1395. Clar. *in §. Teſtamentum quæſt.*62.*&* 73. Menoch. *lib.*4. *Præſumpt.*198. Gomez *de Teſtament. cap.*5.*num.* 11. Vaſq. *de Succeſſ. Part.*2.*lib.*3.*§.*26.*num.*26. Cavalc. *de Uſufruct. num.*227. Craſſ. *in §. Teſtamentum. quæſt.*62. *num.*4. Gayl. *in Obſerv.*138.*num.*15.*lib.*2. Molin. *de Primogen. lib.*1.*cap.*17.*num.*11. Viv. *Opin.*1004. Kircho. *Comm. Opin. Concl.*89.*Cont.*4. Scacc. *de Judic. lib.*2.*cap.*9. *num.*1132.

IN DECISIONIBUS.

Rot. Roman. *in Deciſ.*1653.*Part.*3.*lib.*3.*Diverſor. & in Deciſ.*505.*Part.*4. Creſcent. *in Deciſ.*2.*De Teſtam.* De Franch. *in Deciſ.*11. Sanfelic. *in Deciſ.*344.*num.*20. Revert. *in Deciſ.*355.*& ibi* De Marin. *Tom.*1.

15 Idquè etiàm in Trebellianica procedere, tradiderunt Rot. *coràm Seraphin. in Deciſ.*553.*num.*8.*tom.*3. *Recentior. Part.*4.*Deciſ.*651.*num.*1.*tom.*2. *Recentior. Part.*4. *Deciſ.*462.*num.*6. Ludoviſ. *in Deciſ.*421.*num.*10. Peregrin. *de Fideicom. quæſt.*15.*num.*105. Gall. *de Except. ſucceſſ. tit.*2.*Except.*4.*num.*53.*Part.*3. Gomeſ. *tom.*1. *Reſol.*5.*num.*11. Andr. Gerhard. *Decad.*10.*quæſt.*10. Craſſ. *in cit. §. Teſtamentum. quæſt.*62.*num.*4. Hœnon. *in Diſput.*11.*Controv.*18. Surd. *in Conſ.*458.*num.* 24.*lib.*4. Cephal. *in Conſ.*16.*num.*55.*& in Conſ.*272.*nu.* 43.*& in Conſ.*291.*num.*16. Hodiern. *in Controv.*10. *num.*33. De Marin. *Reſol.*281.*lib.*1. Arias de Meſa *lib.* 3.*Reſol.*29. Urceol. *tom.*1.*Conſult.*6.*num.*33. Quicquid
16 ſibi dicat Fuſar. *de Subſtit. quæſt.*296.*num.*34. Equiparantur enim Falcidia, & Trebellianica: ut *in citat. l. Marcellus.* Et nonnulla ad propoſitum, ponit Harpprec. *ad Clar. in cit. quæſt.*62.*num.*2.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CIX.

### SUMMÆ.

1 *Filia quæ, absquè ſui culpa, Dotem à Patre habitam amiſit, ab illo redotanda eſt. Rejicitur* Ripa, *cujus incoſtantia, notatur.*
*Etſi Filia emancipata ſit num.*2.
3 *Frater: quandò ſororem, redotare teneatur?* Declaratur D. Reg. noſter.
4 *Debitor ceſſus: quandò legitimè, cedenti ſolvat?*

1 Reprobato Ripa: ſcribente *in l.*2.*§. quòd ſi in Patris. nu.*16.*ff. ſolut. Matrim.* Filiam in poteſtate, à Patre dotatam: quæ dotem, abſquè ſui culpa, amiſit; ab illo redotandam non eſſe: quaſi quòd illa, legitimæ loco; non ſucceſſiſſet; cujus proprium eſt: ut nulla Filii accedente culpa, amiſſa, denuò aſſignanda ſit; concludunt nonnulli, apud D. Reg. noſtrum, *nu.*18. quibus ſubnectimus. Aretin. *in §. furrat. Inſtit. de Action.* Cyn. *in Auth. quamvis. C. de Rei Uxor. action.* Bartol. *in l. ſi ſocius pro Filia; & ibi* Bald. *in vers. ſecundò nota. ff. pro ſoc.* idem Bartol. *in l. ſi cùm Dotem* 23.*§. ſi poſt ſolutum. num.*2.*vers. puto ſic dicendum. ff. ſolut. Matrim.* Ripam ſibi contrarium, *in cit. l.*2.*§. item voluntate. nu.*7.*ff. eod. tit. ſolut. Matrim.* De Benedict. *in cap. Raynutius. de Teſtament. in verb. Dotem, quam ei dederat. num.*19. Crot. *in l.*2.*§. quòd ſi in Patris. nu.*27.*ff. Solut. Matrim. & ibi* Bartolom. Soccin. *num.*16. Tiraquell. *in l. Boves. §. hoc ſermone. limitat.*9.*nu.*4.*de Verb. ſignificat.* Marian. Soccin. *in Conſ.*116.*Vol.*2. Caſtrenſ. *in Conſ.*80.*nu.*2.*lib.*1. Cephal. *in Conſ.*160.*vol.*2. Alciat. *in Conſ.*35.*lib.*5.*Tom.* 2.*num.*3. Barthol. Soccin. *in Conſ.*57.*num.*31.*lib.*4. Menoch. *in Conſ.*370.*num.*27.*lib.*4. Ludovic. Molin. *de Primogen. lib.*2.*cap.*16.*nu.*23.*&* 24. Paſcal. *de Virib. Patr. Poteſt. Part.*2.*cap.*4.*num.*162. Conſtant. Roger. *de Dot. quæſt.*2.*tit. de Dot. Conſtit. num.*7. Baez. *de Non Meliorand. Filiab. cap.*16.*nu.*32. Menoch. *de Arbitr. Judic. Caſ.*182.*num.*57. Campeg. *de Dot. Part.*1.*quæſt.*15. Surd. *de Aliment. tit.*7.*quæſt.*5.*nu.*50. Jaſ. *de Actionib. §. furrat. num.*35.*&* 97. Capon. *de Dot. pagin.* 188.*num.*11. Boer. *in Deciſ.*131.*num.*5. Gratian. *in Deciſ. March.*95. *nu.*11. Gabed. *in Deciſ. Portugal.*148. Giurb. *in Deciſ. Sicil.*5.*num.*10.*&* 34.*& in Deciſ.*6.*& in Deciſ.*64.*num.*

 10.&

10. & 39. & Antonium Fabrum in Codic. lib. 5. Tit. 6.
2 Diffinit. 13. haud obſtante; quòd Filia, emancipata ſit. Baez. loc. cit. num. 3. Molin. in indicat. cap. 16. num. 25. & Beer. in Deciſ. 315. num. 6.

3 Fratrem etiàm; redotare ſororem teneri: ſi Dotem, non ſui culpa, amiſit; concludit eod. loc. D. Reg. noſt. Aſſertum ſanè intelligendum: niſi propria ſubſtantia; Dotem dediſſet: Etenim, ſi paterna; redotationem ex fraternis bonis, obtinere ſeriò exiſtimo: juxtà tradita in Obſervat. 38.

4 Obſervandum; ſuccedit: nùm debitor ceſſus; benè cedenti ſolvat? Quæſtio involuta eſt: nec Mihi, inter graviores alienas, quibus hodie anger curas, currenti calamo hæc adnotanti: ob varias Doctorum opiniones; adhùc ſatis patefacta. Rogatquè Cacheranus prolixè de eo ſcribens, in Deciſ. 62. num. 7. elevari oculos, ad hujus quæſtionis de puteo veritatem eruendam; ad CHRISTUM JESUM unigenitum DEI FILIUM; Veritatem, & ſapientiam. At Conſule Acoſt. de Privileg. credit. in præfat. Regul. 1. Coſt. de Ration. rat. quæſt. 212. Trentacinq. lib. 3. de Solut. Reſol. 9. Gait. de Credit. cap. 2. ex num. 420. Fabr. de Conject. lib. 12. cap. 2. cum ſequent. Noguerol. in Allegat. 14. Merlin. de Pignorib. lib. 2. quæſt. 32. Donell. lib. 15. Comm. cap. 4. & ibi Oſuald. lit. M. & N. Præſ. Merlin. Tom. 2. Controv. 31. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 447. tom. 1. Salgad. in Labyrint. Credit. cap. 27. Part. 1. & D. Olea in tract. de Ceſſion. Jur. id pleniſſimè differentem, in tract. de Ceſſion. Jur. tit. 8. quæſt. 2.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CX.

### SUMMÆ.

1 D. Hodiern. *ponderat* Deciſion. *quem ſequitur* D. Rodoer. *ſed ex* Cenſal. *declarantur.*

2 *Filii, in conditione poſiti: quibus conjecturis cenſeantur vocati?*

*Quid, per ſubſtitutionem Compendioſam: vel Vulgarem? num. 3. & 4.*

5 ... *poſiti in conditione: quandò invicem, reciprocè, cenſeantur gravati? Et num. 6.*

7 ... *in contractu, poſiti in conditione: nùm vocati cenſeantur? ſequitur* Gizz. *reprobatis* Menoch. Peregrin. Fuſar. & Aliis.

8 *Diſpoſitio* l. cùm Avus. ff. de Condit. & Demonſtrat. *quandò procedat? Reprobato* Curt. Jun. *& nu. 9.*

*Quid, ſi perſona extranea; fuiſſet à teſtatore gravata? num. 10.*

11 ...... Tex. in l. generalitèr. C. de Inſtit. & ſubſtit. *enucleatur.*

12 *Legitima matris: nùm ſit tertia tertiæ: vel tertia totius. Reiicitur* Roviti Deciſio; *& Obſervatur* De Franch.

1 DOm. Hodierna, Literis Homo multis præditus; *in Controv. 10. nu. 34.* notat, in occurrenti Deciſionis ſpecie (Quicquid D. Gizz. ſibi involvat *nu. 1.*) Filios habitos; fuiſſe pro vocatis: quià nèdùm ſubſtitutus erat penitùs extraneus: *ut num. 11.* verùm etiam, ex quò urgentiores; concurrebant conjecturæ: ſcilicèt digreſſio, ad plures ſubſtitutionum gradus: Maſculinitatis qualitas, in ſubſtitutorum liberis requiſita: Alienandi ſtrictiſſima prohibitio: ut bona in Familia conſervarentur; & tandèm Filiorum ſubſtituti expreſſa vocatio. Quaproptèr quotieſcumquè leviſſimæ concurrerent conjecturæ, Deciſionem iſtam non obtinere; concludit. Sequitur D. Rodoer. *ad De Marin. Reſolut. 141. num. 1.* Et cum moderatione; admittit Cenſal. niſi ſimùl, leviſſimæ hæ conjecturæ; concurrerent, *in Obſervat. ad Peregrin. de Fideicom. pagin. mihi 234.* Et

2 conjecturas, enumerant Borrell. *in Conſ. 32. num. 30. cum ſequentib.* Theſaur. *in deciſ. 96.* Anell. de Amat. *in Conſ. 91. & 100.* Staiban. *in Reſolut. 58. ex num. 36.* D. Reg. noſter *in Deciſ. 1. & ibi* Nos, *in Obſervat. ex num. 8.* Quòd

3 per compendioſam ſubſtitutionem, vocati cenſeantur; ſcribunt Craſſ. *in §. Fideicommiſſum quæſt. 13.* Gabriel.

4 *de Fidecicom. Conclus. 4.* Contrarium verò dicendum, in vulgari: niſi conjecturæ concurrant: quo caſu per Fideicommiſſum; Filios vocatos cenſeri, tradunt Surd. *in Deciſ. 37. n. 23.* & Mantic. *de Conjectur. tit. 3. in fin. lib. 5.* Dixitque Urceol. tales Filios in conditione poſitos;

5 etiàm in caſibus, quibus vocati ſunt; invicè non cenſeri reciprocè gravatos. *Tom. 2. Conſult. 81. n. 23.* Et anteà probarunt Rot. Roman. *Part. 1. Diverſor. in Deciſ. 488. num. 22. & Part. 2. Recentior. in deciſ. 538. num. 8.* & Tondut. *in Quæſt. Civil. 119. num. 24. Part. 2.* Quod fallit, quotiès concludentes conjecturæ; indigitarent: Teſtato-

6 rem, activè, & paſſivè, Filios omnes, in conditione poſitos; voluiſſe gravare: Andreol. teſte *in Contr. 85. num. 4.*

7 Quid dicendum in Filiis, poſitis in conditione, in contractu? reſpondit Gizz. *num. 2.* cum Careña: illos non cenſeri vocatos, & deciſum refert Fontanell. *de Pact. Nupt. Claus. 4. Gloſſ. 24. num. 19.* Contrarium verò, conſtantèr; ſcribunt Menoch. *in Conſ. 1080. num. 5.* Peregrin. *de Fideicom. quæſt. 9. num. 227.* Et Alii, quorum meminit Fuſar. *de Subſtit. quæſt. 437. num. 224.* ſed eorum opinioni, adhærendum non eſt: Etenìm nulla eſſet differentia; inter Filios, in conditione poſitos in contractibus, & ultimis voluntatibus.

8 Perpenditur à D. Reg. noſtr. *num. 17.* Tex. *in l. 1. cùm Avus. ff. de Condit. & Demonſtrat.* Pro quo Obſerva hujus Legis diſpoſitionem: in Filiis tacitè in conditione poſitis, receptiſſimam eſſe: teſtibus Mantic. *loc. citat. lib. 10. tit. 7. num. 21.* Ruſtic. *in ead. l. cùm Avus. lib. 4. cap. 13.* & Trentacinq. *Part. 4. cap. 11. num. 20. de Subſtit.* Non autèm in Filiis; poſitis in conditione, non

9 gravatis, nec eis ordinata ſubſtitutione: ut optimè tradit Barthol. Soccin. *in cit. l. cùm Avus. num. 58.* Quicquid in contrarium; adſtruere conetur, Curt. Jun. *in Conſ. 33. num. 8. & 9.*

10 Nec citatæ *l. cùm Avus.* diſpoſitionem obtinere: quotiès extranea perſona, fuerit à Teſtatore gravata: quià illius verba diriguntur ad deſcendentes gravatos. At cùm ea lex, exorbitans ſit; extendenda non eſt. Gloſſ. *in l. cùm acutiſſimi. C. de Fideicom. & in l. generalitèr. §. cùm autem. C. de Inſtit. & Subſtit.* Soboles enim extranei inſtituti, non eſt poſteritas Teſtatoris, nec ejus propria ſucceſſio: atquè adeò ceſſat pietatis conjectura, ibi à J.C. conſiderata. Et cōfert Tex. *in l. qui Filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell.* Nec his reſiſtit Tex. *in cit. l. generali-*

11 *tèr.* ex quò ſumitur Privilegium Nepotum, ad liberos extranei etiàm extendi: etſi à proprietate verborum, recedatur, nè excludantur à ſubſtituto. Gloſſ. *in cit. l. cùm acutiſſimi.* Nam Lex *prædicta*; loquitur in Teſtatore: qui conditionem, ſi abſquè filiis, expreſſit in ſuis Teſtamenti Tabulis: ex quibus, liquidò conſtat, eandem affectionem habuiſſe ad inſtitutum, quàm ad extranei ſubſtituti Filios: quià eadem ratione, qua extraneum, inſtituto prætulit: eadem etiàm voluiſſe, Filios ejus in conditione poſitos, præferre, cenſendum eſt. optimè Soccin. *loc. citat.*

12 Et tandèm, velut pro colophone, non deſinam adnotare: quod Gizz. ſcripſit *num. 6.* ſequutus Merlin. *de Legitim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7.* diſtinctionis, fœdere conantem, diſſidium ſedare, intèr Bartol. & Butrigar. ſuper illo: an Matris legitima: ſit tertia tertiæ: an tertia totius. Diſtinctionem ſequitur Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. artic. 36. verſic. At Ego primam ſententiam.* Quatuor diſtinguit caſus Butrigar. quos refert Tomas. *De Legitim. tit. 5. num. 2. ad 5.* Quinque Mareſcot. *lib. 1.*

*Reſol.*

Digitized by Google

Reſol.10. Alios referunt Paſcal.*de Virib. Patr. Poteſtat. Part.2.cap.4. num.33. & à 38. ad 46.* & De Luc.*ad De Franch.in Obſervat.63.ex num.3.*Pro Bartol., ſtant Rovit.*in Deciſ.22.* D.Reg.noſter *in Conſultat.147.ex n.33. tom.2.*& Prat.*ad Paſcal.loc.cit.*Etenìm eodem jure, quo filii legitimam Parentes dare coguntur: ità filii ratione correlativitatis,obnoxii ſunt,illam Parentibus tradere. Probantquè aſſertum, Covar.*de Matrim.Part.1. cap.8. §.6.num.3.*Hartm.*de Succeſſ.lib.2. Obſervat.6.*ac Mynſiger. *Centur.5. Obſervat.44.* Sed Butrigarium, meliori Fato; defendunt Burſat.*in Conſ.115.num.5.* Cucch. *de Legitim.pagin.14.num.13.vers. quandò ſit quota.* Bald. *in Auth. noviſſima. C.de Inoff.Teſtament. nu.* 10.& *ibi* Jaſ.*num.41.*Rub.*in l.Pater, filium.num.114.ff. cit. tit. de Inoff.Teſtam.*Bertrand. *in Conſ.142.num.6.Vol.3.*Gabriel. *in Conſ.94.*Aſcia *in Determinat.22. num.3.* Ann. *in Conſ.130.num.12. & 13.*Paul.de Caſtr.*in Conſ.* 286. *num.2.Vol.4.*Petr. *de Fideicom. quaeſt.15. num.75.* Læl. Altograd.*in Conſ.56.ſub num.1.*Peregrin. *loc.citat. Artic.38. à nu. 13.* Magil.*de Imputat.quaeſt.* 6. Bellon. *de Jur.Accreſcend. cap.6.quaeſt.16.ex n.53.*Maynard.*in Deciſ. Tholoſ. 11.Part.5.*Caput.*in Conſuetud.ſi moriatur. Part.2.§.6.ex num.18.*Ricc.*in Collect.105.& 1369.*Merlin.*poſt Tract.de Legitim.in Deciſ.39 ex num.14.* Molfeſ.*ad Conſuetud.in Addit.ad quaeſt.46.nu.10. & 11.* De Benedict. *in cap. Raynutius.verb. & Uxorem nomine Adelaſiam.num.47.de Teſtam.* Gomeſ. *de Teſtam. cap. 4.*Craſſ. *de Legitim.quaeſt.2.*Joann.Philippi *in Reſponſ. 54.* Rot.Roman. *in Deciſ.629.Part.2. Recent.*Theſaur. *in Deciſ.272.* Gratian. *in Diſcep. 178. & 448.* Faber *in Codic.tit.de Impub.& aliis ſubſtit. Diffinit.22.* Viv. *in Deciſ.405.nu.19. & 20.* Barrii *De Succeſſ.lib.16.tit. 2.ſub nu.10.*Thor.*in Compend.Tom.1.verb.Legitima Aviae praeterita.& Part.3.ſect.2. verb. Legitima Matris.* Quo loco, in gradu reclamationis, *Deciſ.*Roviti, in dubium revocatam; refert. Charonda *lib.11. cap.84.*Sanfelic. *in Addit. ad Deciſ.289.* Sperel.*in Deciſ.34. num. 22.*De Marin.*lib.1.Reſolut.253. nu.3. & 6.*& De Pont. *in Conſ.66. & 68.Vol.1.* Qui; perbellè tradit: *citat.*De Franch. *Deciſionem 63.* huic ſententiæ non reſiſtere: quià *ibi* punctum, non fuit deciſum.Etenim ex Matris præteritione; habitum fuit prò vero, Teſtamentum fuiſſe nullum: atquè adeò, Mater; ſucceſſioni ab inteſtato, cum filiis admiſſa. Quod obſervat etiàm Ann.*in cit. Conſ.130. num.15.* ſcribitquè idem De Franch. *ſi ergo Teſtamentum erat nullum, ex defectu præteritionis; res reducitur ad caſum inteſtati.* Illamquè relinquendam eſſe,titulo inſtitutionis; probant Bernhard. Wrmbſer. *Tit.39. Obſervat. 9. lib.* 1. Paſſager. *de Teſtam. Rub.17.num.22.& Rubric.* 28. *num.5.* Fachin. *lib.4. Controv.30.* Dec. *in l.1. num.8. C.de Bonor. poſſeſ. ſecund.Tabul.* Clar. & *ibi* Addent. *in §. Teſtamentum quaeſt.38.num.8.*

Ratio, in gratiam Matris potiſſima;ea affertur: nàm idem eſt dicere, Filii non ſuccedunt; ac in Mundo non ſunt. Hìnc, cùm Fratres à ſucceſſione, atquè etiàm à Legitima; excluſi reperiantur: niſi turpis perſona inſtituta fuerit. *l.Fratres.C.de Inoff.Teſtam.*ſequitur: Matrem ſolam adeſſe; quæ ab inteſtato totam hæreditatem caperet. *Auth. Defuncto.C. ad Tertyll.* atquè adeò Legitima; erit totius hæreditatis tertia: & ſicut Fratres ab inteſtato excluderentur; pariter fatendum eſt in cauſa teſtati.Merlin.*loc.citat.num.9.*

## OBSERVATIO IN DECISIONE CXI.

### *SUMMÆ.*

1 *Teſtes, ſuper verificatione Apocæ Bancalis; non citantur.Reiicitur* Sarn.

2 *Tenor Apocæ, non inſeritur in Decreto, quòd debitor recognoſcat.Contrà* Sarn.

3 *Debitor attinctus: opponens Exceptionem adversùs Apocam; non auditur: niſi in vinculis conſtitutus: vel facto depoſito.Adversùs* Sarn.*& num.4.*

*Quid in Apoca, in debitoris contumaciam: habita prò recognita! Contrà* Maſull.*nu.5.*

6 Pragmaticæ 63. §.6. de Offic. Procurat. Cæſar. *Rigor; non obtinet, incontinenti exceptione probata.*

7 *Statutum omnes Exceptiones excludente: ſub illa generalitate, non includuntur exceptiones; quarum incontinenti offeruntur probationes.*

8 Deciſ.152.lib.2.Reg.Sanfelic.*qualitèr ſubſtineri poſſit?*

9 *Rigor* Pragm.63.§.6.De Offic.Procurat.Cæſar. *adversùs Minorem non obtinet: etsì cum Curatoris authoritate, obligatum.*

*Vel ſi Apoca, cauſam debiti, non contineat.num.10.*

11 *Inſtrumentum non exprimens cauſam debiti; non liquidatur.*

12 *Rigor* citat. §.6. *nùm adversùs Procuratorem Apocam ſubſcribentem, obtineat?*

*Quid, creditore prævento; ad lacerandam Apocam? num.13.*

14 *Præventio; quando poſt ceſſum ſolutionis diem; admittatur? Cum* Deciſion.noviſſim.

15 *Cautio:nùm de forma præventionis, ſit? Reiicitur* Jo: Jacob.Martin.

16 *Renunciatio præventionis: an de eſſentia, Juramentum expoſcat? Expenditur* De Luca.

17 *Præventio,non obſtante renunciatione: nùm admittatur? Adducuntur pugnantes* Deciſiones.

18 *Creditor exceptionem aliquam opponens, adversùs Apocam Bancalem, à ſuo debitore ſcriptam alteri concredituri; non tenetur facere depoſitum. Reprobatur* Gizz.

19 Pragm.63.§.6.de Offic.Procurat. Cæſar. *ponderatur, & interpretratur. num.21. & 22.*

*Quandò procedat? num.20.& 23.*

24 *Lex nova: qualitèr interpretranda ponitur.*

25 Deciſio *relata per* Gizz.in Obſervat.36.num.13.*quandò procedat?*

1 Tyro legulejus,in Praxi,cave ab Agnello de Sarno: malè *in ſua Practica Civil. Part.1. tit. Recognit. Apoc.Banc.quomod.fiat.pagin.mihi* 10.ſcribente: Teſtes examinandos ſuper verificatione Apocæ Bancalis; citandos eſſe. Verba namquè Decreti,quod vulgi vocabulo practici appellant, *Capiatur informatio*; clariſſima ſunt;excluduntque intimationem prædictam, ibi, *Teſtes habeantur pro citatis.*

2 Ulteriùs, nec eſt verum ab eod. Sarn. traditum *in vers. totum hoc.* in ultimo comminatorio præcepto: quod *Debitor Apocā recognoſcat: aliàs habeatur pro recognita.* inſerendum eſſe ad verbum ipſius Apocæ tenorem: Etenìm in ſexcentis contingentiis, didicimus;eandem inſertionem non fieri.

3 Et tandèm,ex quo Fonte hauſit Sarn. *Part.3. cap.1. ſeſſ.3.*Judicis arbitrio remiſſum iri:debitorem Apocam Bancalem recognoſcentem, oppoſita exceptione non numeratæ Pecuniæ,aut altera Exceptione; cogi ad depoſitandam quantitatem: vel ſolvendam. Etenìm *Prag.63. num.6. de Offic. Procurat. Cæſar.*, non de-

4 negat audientiam debitori, opponenti tales exceptiones: facto depoſito: aùt ſe in vinculis conſtituto.Conſule propterea Cafar.*in Quaeſt.42.& §.2.& quaeſt.43.& 44.*& Hodiern. *in Controv.39.num.4.* Idquè etiàm pro-

5 cedere; ſi in debitoris contumaciam, Judicis decreto; Apoca fuiſſet habita prò recognita; indigitant Novar. *in quaeſt.70. Part.2.* Petr. *in Rit.120. nu. 5.* Quicquid contrà De Franch., ſe ſomniavit Maſull.*ad Capyc.in Deciſ.139.num.12.*Quem reiiciunt Gait. *de Credit, cap.2. tit.8.num.2915.*& Conſil.Rocc.*tom.1.Reſpons.29.nu.5.*

6 Modò obſerva, in hac Deciſionis ſpecie; *citat.Pragmatica*

*matica* diſpoſitionem haùd obtinuiſſe : quia Zevallos promptuariè probavit per publicas ſcripturas , Pecuniam pro qua direxerat Apocam Banco ; verè ſibi non fuiſſe numeratam . Statutum enim ; quod omnes ex-
7 ceptiones excludit : ſub ipſa verborum generalitate, non excludit illas ; quarum incontinenti offeruntur probationes. De Graſſ.*de Except.contr.Statut. Except.* 7.*pagin.mihi* 75.Salicet.*in l.qui nobis. col.*2. *C. de Adulter.* Jaſ. *in Cons.*104. *nu.*10.*lib.*1. Frecc. *de Præsent. Inſtrum.Part.*16.*num.*1. Pand. *in ſimili Tract. Declarat.* 22.& Caſar.*in adduct.quæſt.*42.*num.*2.

8 At ſi Zevallos,ſcripturas prædictas promptìm non obtuliſſet ; ei denegabatur audientia : nisì rigori Pragmaticæ ſatisfeciſſet.Nec cures de *Decis* Sanfelic.152. *lib.*2. cujus meminit Gizz.*num.*4.ex qua ſumitur , fuiſſe admiſſam Exceptionem non numeratæ Pecuniæ abſquè depoſito , nèc debitore in vinculis conſtituto ; adversùs Apocam Bancalem , oppoſitam in ipſo actu recognitionis à debitore geſtæ . Etenìm aliud eſt ſcriptura: aliud Contractus; in illa contentus: nàm ſicùt ſcriptura , fit ad probationem contractus : ità Contractus , eſt contrahentis in idem placitum, & conſenſus: ut adversùs Rip. & Salicet. , affabrè tradunt Fachin.*lib.*11. *Controv.*29.& Seſ.*de Inbibit.cap.*5.§.8.*Reg.*4. *&* 5. *num.*58. ſequitur quòd dum Pragm.aliud nõ expoſcit , nisì ſcripturæ recognitionem : ad finem, ut debitor,non audiatur adversùs Contractum , in illa contentum: niſi vinculis detentus ſit , vel facto depoſito : accedente recognitione, rigori ejuſdem Pragm.ſatisfaciendum eſt: exceptio enim non numeratæ Pecuniæ , non reſpicit ſcripturam: ſed contractum.Caſar.*in Quæſt.*44. *ex num.*6. Qui *num.*2.tradit Sanfelic.*Deciſionem* , loquutam fuiſſe indigeſtè , & ſatìs jejuniè in puro mutuo: ultrà quod, fuit impoſſibile reperire Proceſſum : nequè cauſam in Regeſtro Votorum , quod Judices , ex Officio , ſedulò procuraverunt , pro deciſione cauſæ , quam à diametro, contrà Sanfelic.determinaverunt:eod.Caſar.teſte *in cit.Quæſt.*42.*num.*16.

9 Eundem Pragmaticæ rigorem , non obtinere adversùs Minorem : qui Apocæ Banco directæ ſe , cum conſenſu Curatoris ſubſcripſit : eò quòd Minor non carceratur, deciſum indicat Rovit.*in cit.Pragm.*§.*Item volemo.num.*36.& *ibi* Novar. *num.*15. etsì illam Minor recognoſcere teneatur . Calà *de in Integr.reſtit. Quæſt.*2. *num.*14.

10 Paritèr,nec adductum , rigorem obtinerè : quoties Apoca Banco directa , cauſam debiti , non contineret, judicatum dicit Epiſcop. De Afflict. *in Addition. ad Controv.*30. *num.*7. *pagin.*468. Et in alia contingentia, Rodoer. *ad De Marin. Resol.* 73. *num.*7. Obligationes namquè , & Promiſſiones , abſque cauſa factæ , non obligant, idem De Afflict. *in Controv.*24. *nu.*1. Et In-
11 ſtrumentum, cauſam debiti non exprimens , haùd ad Ritus formam,præſentari poteſt. De Marin.*in cit. Reſol.*73.& *ibì* Rodoer. *num.* 1. *&* 2.& D. Conſil.Petra *in Rit.*166.*num.*69.

12 Nec rigorem Pragmaticæ applicari, adversùs Procuratorem,Apocæ Bancali ſe ſubſcribentem : quia is non carceratur:& actiones,activè,& paſſivè, in perſona Domini radicantur,probant Hodiern. *in cit.Controv.*39. & De Marin.*lib.*2.*Reſolut.*26.

13 Deniquè,enunciatus rigor, non obtinet : quotiès per viam præventionis, debitor, ſuas exceptiones oppoſuiſſet . Tap.*in lib.*2.*Jur.Regn. tit.de Apoc.ſub num.*4. *verſic.tertiò dubitatur.* Afflict.*in Deciſ.*387. Staiban. *lib.*1. *Reſol.*31.*num.*13.Rocc.*in cit.lib.*1. *Reſponſ.*10. D. Petr. *in Rit.*168.*num.*8.Qua pendente, nullo modo debitor, in Jus vocari poteſt.Frecc.*loc.cit.Part.*8. *quæſt.*4. *nu.*1. Pand. *eod. loc. quæſt.* 4. *Declarat.* 18. *num.* 110. Annichin. *de Prævent.cap.*2.*quæſt.*2.*ex num.*21. De Marin. *cit.lib.*2.*Reſolut.*66.Et legitur *in Rit.*168. *&* 189.Modò tamen, impleta ſint contenta , *in eod. Rit.*189. *&* *in Pragm.Unic.de Prævent.Moderand.* Et meminit Feliù *var. Conclus. verb. Præventio.*

14 Tempus verò,quo præveniendus eſt debitor, ad impediendum *Pragmaticæ* rigorem , adhùc dubium eſt: ob diſſenſionem ſcribentium . Scribunt nonnulli Præventionem admitti antè quàm , cedat ſolutionis dies: nàm adducta *Pragm.* 63. , fuit promulgata in Anno 1588.in qua diſponitur Apocam Banco directam, verificatam,vel legitimè recognitam, eandem vim obtinere obligationis penès Acta ſtipulatæ : adversùs quàm, attenta *Pragm.*44. *de Offic. Magiſtr. Juſtit.* promulgata in Anno 1587. , non admittitur præventio , poſt ſolutionis adventum diem.

Adſtipulatur ad idem : per adventum diei , debitorem dici interpellatum : ex quò dies interpellat prò homine. *l. ad Diem.ff.de Verbor. Obligat.* Unde ſi tunc prævenire dicitur : quandò quis non eſt interpellatus, ſequitur,præventionem poſt ſolutionis diei adventum, non eſſe admittendam.Et hanc opinionem, ſequuntur, Prat.*ad Muscatel.in Prax.De Fidejuſſor. Part.*2. *quæſt.* 8.*verſic.nolo tamen.* Carleval.*de Judic. Tom.*2. *Disput.* 14.*num.* 17. Et ſic obſervari de ſtilo M. C. V. , ſcribit Annichin.*loc.citat.cap.*3. *Quæſt.*2. *num.*11. *vers. indè, namquè.*

Sed Caſar. poſt Annichin. in ſede per Ipſum indicata in *Quæſt.*46. *sub num.*13.*verſic. ſi verò Præventio*, illud tantummodò inquirendum eſſe dixit: nùm debitor, à creditore, judicialitèr , ſit attinctus : quia Apoca Banco directa , Juramento , roborata non eſt : contrà quod, poſt ceſſum diem ſolutionis , ob perjurii metum, deveniri non poteſt: ut ſcribit *num.*8.& *sub nu.*19., deſtruit fundamentum interpellationis , per adventum diei: cum interpellatio illa, à Lege introducta ſit, ad finem, ut debitor, ad Intereſſe teneatur: At non , ut ejus Exceptionibus , præcludatur via . Et ſecundùm hanc opinionem ſuam, Deciſum refert per S. R. C. *num.* 17. Et Ego paritèr obtinui in Cauſa Franciſci Capiglione, cum U.J.D. Nicolao de Auria , Die 29. Octobris 1666. referente in M.C.V.tunc Judice, nunc Regio Conſiliario D. Petro Cortes : licèt pars obiiceret libellum præventionis , intimatum fuiſſe , poſt quàm ceſſerat ſolutionis dies . Proceſſus eſt tunc in Banca De Amelio: nunc de Simeone . Quod etiàm fuit determinatum , in Cauſa Andreæ Gelminno : opponentis exceptionem non numeratæ Pecuniæ adversùs Apocam factam , in beneficium Jo:Baptiſtæ Jannettaſii,de Anno 1664. Etenìm,cùm per Decretum Domi latum,Die 23.Decembris, per tunc Judicem : poſtmodùm Regium Conſiliarium De Dura , fuiſſet pro præventione judicatum: haùd obſtante illius libellum, fuiſſe notificatum creditori , poſtquàm ceſſerat ſolutionis dies : relata poſteà cauſa in Aula , tunc Conſiliarii Jovini, Decretum confirmatum fuit . Acta ſunt in eadem Banca , penès Scribam Palomba.

Quid dicendum ? Non puto ab illorum opinione recedendum, qui antè diem ſolutionis , præventionem non admittunt : quotiès debitor experiri petat, vigore exceptionis non numeratæ pecuniæ , vel alterius , quæ oriri poterat, antè adventum ſolutionis . At ſi præventus, fuerit debitor, occaſione exceptionis, orientis poſt ſolutionis diem: utputa ſatisfactionis : Et eo caſu, debitore judicialitèr non attincto , licèt ſolutionis ceſſerit dies , pro præventione judicandum:Etenìm antè diem, nemo ſolvere cogitur.*l.Fulcinus.*6. §.*ſi in diem.ff.Quib. ex caus.in poſſeſſ.* optimè Caſar. *in cit. Quæſt.*46. Alitèr eſſet,reo defenſionibus viam præcludere . Et ità deciſũ in Aula Conſiliarii Jovini Die 19.Aprilis 1657.referente tunc Judice, poſteà Præſide Regiæ Cameræ Feliù, in Cauſa Antonii Paſcocetti , cum hæredibus Jo: Thomæ de Palma , legitur in Proceſſu in Banca de Ardia. Quod,etsì Obtinere non potui, de Anno 1669.in Cauſa Dominici Catanei , cum Simeone Longobardo : referente in M.C.V.poſt factam paritatem votorum, Judice Aſtuto , datis adjuntis , id evenit : quia ex ſcriptu-

ris,

Digitized by Google

ris, poſt paritatem præſentatis, apparebat aliqualitèr de malo Jure Catanei: prò ut eſt videre in Banca de Averſa. Pendente tamèn Verbo faciendo in S.R.C., Lis concordia fuit terminata.

15 Numquìd cautio contenta in *cit. Prag. unic. de Prævent. moderand.* ſit de forma obſervandũ ſuccedit? Negat Martin. *in Conſ.* 20. *num.* 17. ſed contrarium meliùs defendunt Frecc. *loc. cit. Part.* 9. *quæſt.* 3. Muſcatell. *in alleg. Prax. Part.* 3. *Gloſſ. expenſis.* Carleval. *citat. Tom.* 2. *lib.* 1. *Tit.* 3. *Diſput.* 14. *ſub num.* 14. Hodiern. *ad Surd. Deciſ.* 276. Staiban. *lib.* 1. *Reſolut.* 31. Galter. *in Prax. liquidat. Inſtrum.* 3. *Part.* 2. *Partis Tit. ſi fuerit ab eo præventus. Rub.* 2. Quicquid ſibi, diſtinguat Troyſ. *in adduct. Pragm. unic.* quem reiiciunt Caravit. *in cit. Rit.* 189. *num.* 6. & 7. Et *ibi* D. Petr. *num.* 12. & *in Rit.* 168. *num.* 11.

16 Et illud, hac in re, non linquam adnettere: Præventionis renunciationem, Juramentum non expoſcere: quià Pacta, ſervanda ſunt. D. Petr. *in cit. Rit.* 168. *nu.* 7. quem ſequitur De Luca *in Obſervat. ad Franch.* 670. *num.* 9. Quò loco, malè dicit, eundem D. Petram, id talitèr deciſum ſcribere: Etenìm legens, facilè intuebitur, Deciſionem fuiſſe latam ſuper renunciatione
17 præventionis, cum juramento: excipiente Renunciante ſe abſquè tactu ſcripturæ, aut DIVINI NOMINIS invocatione, exceptioni præventionis renunciaſſe. At D. Petræ, traditum ſinè contradictione non tranſit: quippè Franciſco Capiglione, qui ut ſuperiùs annotatum eſt, ope Exceptionis non numeratæ Pecuniæ, prævenit V.J.D. Nicolaum de Auria: petendo lacerari Apocam. Conceſſus fuit Terminus ſuper Exceptione propoſita: haùd opitulante oppoſitione, præventioni fuiſſe cum Juramento renunciatum: interveniente intèr votantes eodem D. Petra. Qui exceptioni præventionis renunciari poſſe, tradit *loc. cit. num.* 4.

18 Deniquè adverte: quicquid Gizz. ſibi involvat *nu.* 8. Creditorem opponentem exceptionem non numeratæ Pecuniæ, aut alteram, adversùs Apocam à ſuo debitore, in alterius creditoris beneficium ſcriptam, pro obſervantia *cit. Pragm.* 63. §. 6., non teneri facere depoſitum: ut in propoſita Exceptione, audiatur: illo ſtante,
19 nam verba ſtatuti, non adaptantur, ibi: *Quelli li quali saranno convenuti in vigore di Polise dirette al Banco, fatta la recognitione di eſſe: ò vero eſſendo legitimamẽte provate non ſiano inteſi, eccetto fatto il depoſito in publico Bãco: overo conſtituto il debitore in carcere.* loquitur ergò
20 Statutum, in debitore: idcircò ultrà nominatam perſonam, non extenditur. *l. ille, aut ille.* 25. *verſ. cùm in verbis.* & *l. non alitèr. ff. de Legat.* 3. *l.* 3. §. *hæc verba. ff. de Negot. geſt. l. Miles. ff. de Teſtam. Milit. l. ità ſtipulatus.* §. *Criſogonus. ff. de verb. Obligat. Cap. cùm noſtra. de Injur. Cap. in Fidei. de Hæretic. in* 6. Rovit. *in Pragm.* 1. *de Aſſaſſ. num.* 27. Pariſ. *de Reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 40. *Tom.* 1. Fab. *lib.* 8. *Codic. Tit.* 8. *Diffin.* 27. & *lib.* 6. *Conject. cap.* 13. Suar. *lib.* 6. *De Legib. cap.* 1. *nu.* 7. Rodriq. *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 11. *artic.* 6. *verſ. tertia regula.* De Marin. *lib.* 2. *Reſol.* 145. *num.* 13. Salas *De Legib. Diſput.* 21. *ſect.* 3. *num.* 4. Azor. *tom.* 1.
21 *lib.* 5. *cap.* 16. *quæſt.* 9. Cùm ſtrictiſſimam interpretationem, capiat Molfeſ. *ad Conſuetud. Part.* 2. *tit. de Bon. quæſt.* 1. *num.* 7. D. Reg. noſter in *Conſult.* 56. *nu.* 55. nec extendatur ultrà caſum expreſſum. Argenter. *ad Conſuetud. Brittan. tom.* 2. *artic.* 323. *num.* 4. *de Feud.* etiàm ſi major ratio concurrat. D. Gizz. *hoc. Tom.* 1. *Obſerv.* 41. *num.* 16.

22 Accedit: attento Jure Quiritum: Apocam privatam executionem *in cit.* §. 6. deſcriptam, non mereri, vulgata *l. Scripturas. C. qui potior. in Pignor. habeant.* Gallup. *in Prax. S. R. C. Part.* 2. *cap.* 23. Et videantur, prolixè ea de re ſcribentes, Maſcard. *de Probat. Concluſ.* 111. & 1300. Gratian. *in Diſcept.* 51. 730. & 795. Scacc. *de Judic. lib.* 2. *Cap.* 11. Acoſt. *de Privileg. Credit. Reg.* 3. *ampliat.* 6. Gait. *loc. cit. cap.* 2. *tit.* 8. Genua *de ſcript. privat. lib.* 1. Suarez *de Paz. in* 4. *Part. Prax. tit.*
23 1. *cap.* 1. Et in ſpecie, quod Apoca Banco inſcripta antè debitoris recognitionem, vel legitimam probationem, non probet: nè dum adaptantur verba Pragm., verùm etiàm tradunt Mauſon. *de Cauſ. Executiv. lib.* 1. *quæſt.* 5. *Concluſ.* 2. & Tap. *lib.* 3. *tit. de Apoc.* quos ſequitur Gallup. *loc. citat.* Indè dum Statutum de quo ſcribimus, eſt correctorium Juris communis, intelligendum
24 eſt, ut quò minùs fieri poſſit, lædat illud: Provenzalio teſte, *ad Conſuetud. Obſerv.* 13. *num.* 19. Undè caſus omiſſus in Pragm. pro omiſſo haberi, ſtatuit J.C. *in l. commodiſſimè. de Liber. & Poſth.* Et probant inter multos, quos memoro, Tiraquell. *de Jur. Primogenit. quæſt.* 40. *num.* 194. Caſſan. *de Conſuetud. Burgund. in verb. concluſio, & approbatio:* pro ut de noſtris Municipalibus Legibus, ſcribunt Napodan. *in Conſuetud. ſi qua moriens. ſub num.* 12. & *in Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. ſub num.* 182. *verſ. prætereà.* & *ibi* De Franch. *pagin.* 126. Molfeſ. *loc. allegat. Part.* 4. *tit. de Succeſſ. ab Inteſtat. quæſt.* 44. *num.* 2. & *quæſt.* 45. *num.* 43. & 45. De Pont. *in Cons.* 23. *n.* 25. & *in Cons.* 39. *n.* 11. ac De Marin. *cit. lib.* 2. *Reſol.* 205. *num.* 10. Et de eo, ſecundùm commune Jus judicandum; habetur in *l. ſi verò, §. ſed de Viro. ff. ſolut. Matrim.* Et notat Provenzal. *loc. citat. in Consuet. ſi quis habet. Obſerv.* 2. *num.* 13. *Tit. De Aliment. præſtand.* Etenìm ſi Legiſlator voluiſſet comprehendi; exprexiſſet utiquè: atquè adèo non expreſſit, quià noluit. *l.* 1. §. *ſin autem ad deficientis. C. de Caduc. tollend.* De Franch. *in Decis.* 9. *num.* 3. & *ex num.* 10. & *in Decis.* 253. *num.* 11. Barboſ. *in Axiomat.* 136. Surd. *in Decis.* 131. *num.* 9. & *in Tract. de Aliment. tit.* 2. *quæſt.* 15. *ex num.* 86. Chriſtin. *in Proœm. Leg. Municip. Melchin. num.* 27. Natt. *in Conſ.* 46. *num.* 2. *in Cons.* 575. *num.* 15. & *in Conſ.* 600. *num.* 20. & Cavagnol. *ad Statut. Montisferrat. Decret.* 4. §. 4. *num.* 3. & *Decret.* 8. §. 7. *num.* 60.

25 Nec hanc noſtram ſententiam; conturbat relata determinatio, à ſimili per Gizz. *loc. cit.* exquò, ut legens facilè intuebitur *in ſua Obſervat.* 36. *num.* 13. proceſſit ſupèr depoſito faciendo à tertio, in Judicio veniente: prò pœna nullitatum propoſitarum, adversùs ſententiam. Quo caſu cùm *Pragm.* 5. §. 3. *de Offic. S. R. C.* generalitèr loquatur, ibi, *Qui de nullitate dixiſſe comperiatur ſententiæ latè.* & *in* §. 2. & *in præmiſſo caſu ſi allegans ſuccumberet.* Quid mirùm ſi ità reſpondit S. R. C. Adde quòd ſi Gizzii verba benè perpendantur; totum calumniosè ſuccumbens, procuraſſe cernitur.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXII.
### SUMMÆ.

1 *Creditor, per receptionem partis Debiti, ab uno ex confidejuſſoribus, ſivè correis inſolidum obligatis: quando ſolidi, obligationem perdat? & num.* 2. 3. 4. 5. & 6.

7 ... *qui per multos Annos integralitèr, aut in partem, ab uno ex inſolidum obligatis, Annuos introitus recepit, non ſibi præjudicium intulit; adversùs alios inſolidum obligatos.*

8 *Creditori, qui unum ex insolidum obligatis, per Pactum de non petendo; non moleſtare promiſit: an obſtet exceptio cedendarum?*

*Adducitur contrà* D. Reg. noſtrum; Gratianus. *nu.* 9.

10 *Creditor, qui unum ex inſolidum obligatis, liberavit; Repellitur exceptione cedendarum.*

11 *Pupillo, qui contutorem liberavit; obſtat exceptio cedendarum.*

*Amplia:*

Digitized by Google

*Amplia: ut num.* 12. *Adversùs* De Pont.
13 *Exceptio cedendarum, Inſtrumenti præſentationem ad formam* Rit.166., *impedit.*
*Et ſententiæ executionem. num.* 14.
15 *Sententia; lata contrà plures correos: quandò inſolidum exequatur? & num.* 16. *&* 17.

1 IN prima hujus Obſervationis frõte; Diſſidium, fœdere inire, cogimur. An creditor, per receptionem partis debiti, ab uno ex confidejuſſoribus, ſivè conreis in ſolidum obligatis; ſolidi actionem amittat; & Creditum dividere videatur? Involuta ſatìs, Diſceptatio eſt; ſupèr qua extant prolixè poſita per Curt. Jun. *in l. ſi Creditores. num.* 10. & *ibi* Petr. Stell. *num.* 7. *&* 13. *C. de Pact.* Cenc. *de Cenſib. quæſt.* 119. *ex num.* 23. & per Capon. *in Tract. de Pact. & Stipulat. quæſt.* 36. Con-
2 currunt tamèn Claſſici: affirmativam opinionem; procedere in correo: quiratam debiti ſolvens; expreſſit illam, cauſa ſuæ partis, ſolviſſe; quam creditor, nulla proteſtatione præcedente, recepit. Cenc. *in allegat. loc. ex num.* 25. Aretin. *in Conſ.* 33. *num.* 11. Lanar. *in Conſ.* 75. *num.* 4. Bellapertic. *in citat. l. ſi Creditores. num.* 1. & *ibi* Purpurat. *num.* 24. Roncagall. *in l.* 3. *num.* 21. *ff. de Duob. reis.* Theſaur. *lib.* 4. *quæſt.* 40. Gratian. *Diſcept.* 359. *ex num.* 17. Paſcal. *in Tract. de Virib. Patr. Poteſtat. Part.* 1. *cap.* 8. *num.* 172. Salgad. *in Labyrint. Credit. Part.* 2. *cap.* 11. *pag.* 342. *num.* 75. Feliù *var. Concluſ. verb. Creditor. pagin.* 51. De Marin. *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 5. plenè Pereira *de Empt. & Vendit. cap.* 33. *ex n.* 58. & D. Conſil. Petr. *Tom.* 2. *Rit.* 207. *num.* 6. quò loco memorat D. Reg. noſtrum *hìc.*
3 Ex quo, non mediocris farinæ Viri, deſumunt: attentis verbis indicatæ *l. ſi Creditores.* per ſolutionem virilis portionis ſimplicitèr factam: animum ad diviſionem debiti feſtinantem, non exprimendo; illius diviſionem haùd induci, ibi *ex parte debiti.* & inferiùs, *pro ſua perſona ſolventem.* Gratian. *loc. adduct. nu.* 7. Ann. *in Allegat.* 3. Mantic. *de Tacit. Tom.* 1. *lib.* 1. *Tit.* 5. *num.* 8. & Gallup. *in Prax. Part.* 4. *cap.* 7. *num.* 31.
4 Indè pro creditore, fuiſſe adinventam cautelam, teſtatur Cæpoll. de proteſtatione præmittenda, reliquum inſolidum exigere malle, *in Cautel.* 254. & ſequuntur Arias de Meſa *lib.* 2. *Reſol.* 13. *nu.* 2. Rodoer. *in addit. ad citat. Reſolut. De Marin.* 13. *num.* 14. De Luc. *ad De Franch. in deciſ.* 476. *num.* 4. & D. Petr. *loc. citat.*
5 Voluitquè ampliùs Jacob. De Aren. per ſimplicem receptionem virilis, non tamquàm ratæ, in ſolido creditorem haùd ſibi præjudicare. *in l. ſi ex toto.* 8. *§. ſi ità ſcriptum. ff. de Legat.* 1. Et Alex. dixit id in ſolutione
6 facta, majoris, vel minoris quantitatis ratæ; fortiùs procedere: quià illud plùs, aut minùs, diviſionem debiti excludit. *in Conſ.* 178. *num.* 12. *Tom.* 7. & legatur Gloſſ. *in l. intèr eos. §. Fidejuſſor. verb. ſolvit. ff. de Fidejuſſor.* Et ſumitur ex *ead. l. ſi creditores.* ibi *quamquam veſtrum pro ſua perſona ſolventem.* Et credi-
7 torem, qui ab uno ex inſolidum obligatis, Annuos introitus per multos Annos, ſivè in partem, ſivè integralitèr exegit: nullam crediti diviſionem induxiſſe: nèc ſibi in ſolido præjudicaſſe, Deciſum per M. C. V. dicit Mocc. *in Sylv. caſ. Forens. cap.* 49. *num.* 50. Et bis per S.R.C. Rodoer. *Conſ.* 8. *num.* 14. *&* 18. qui Mocc. non meminit.
8 Quid verò ſi creditor; fecit Pactum de non petendo, ab uno ex inſolidum obligatis: ſibi reſervando Jus, in ſolidum agendi contrà alios: nùm cedendarum exceptio obtineat? Gratian. affirmat *in Diſcept.* 409. *num.* 39. *Tom.* 3. Sed in contrarium videri poſſunt Rovit. *in Deciſ.* 47. *num.* 9. & D. Reg. noſter *hìc num.* 27. Qui *in Conſult.* 89. *nu.* 17. prudentèr obſervat *Deciſ.* De
9 Franch. *ſuperiùs indicat.* prolatam fuiſſe in Cauſa cujuſdam, ex inſolidum obligatis: quem creditor, per Pactum de non petendo; haùd moleſtare promiſerat: Pactum enim de non petendo; ipſo jure, actionem non tollit. *l. ſi unus. §. Pactus. ff. de Pact.* Capon. *loc. citat. art.* 9.
10 At cedendarum exceptione; creditorem repellendum eſſe: quì unum ex inſolidum obligatis, liberavit, ſcripſerunt affabrè Gallerat. *de Renunciat. Tom.* 1. *cap.* 10., *& Tom.* 2. *Cent.* 1. *Renunc.* 79. *nu.* 1. D. Petr. *in Rit.* 166. *num.* 204. Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 189. *num.* 29. *Tom.* 2. Parlador. *Rer. quotid. cap. ultim. Part.* 4. §. 6. *num.* 2. Azeved. *in l.* 1. *Tit.* 21. *lib.* 4. *Recompilat. nu.* 104. Lopez *in l.* 11. *Tit.* 12. *Part.* 5. *Gloſſ.* 3. Merlin. *de Pignorib. lib.* 4. *Tit.* 2. *quæſt.* 72. *num.* 2. Et ità adversùs Fabr., concludit Olea *de Ceſſ. Jur. Tit.* 5. *quæſt.* 2. Qui *in noviſſima Addit.*, memorat hanc D. Reg. noſtri *Deciſ.* Et vide Deſider. Herald. *de Auctorit. Rer. judicat. lib.* 2. *cap.* 8. Guttierez *in Allegat.* 2. Gait. *de Credit. cap.* 2. *Tit.* 3. *nu.* 600. & De Luc. *loc. cit. num.* 3. *&* 7.
11 Quod in Pupillo, qui unum ex Tutoribus liberavit; procedere; tradunt De Franch. *in Deciſ.* 662. & *ibi* De Luc. *num.* 3. Antonin. de Amat. *in Reſol.* 37. *num.* 52. Et Alii, quos laudant Olea *loc. cit. quæſt.* 7. *num.* 13. Carleval. *de Judic. Tom.* 2. *Tit.* 3. *Diſput.* 17. *num.* 4. Motill. memor D. Reg. noſtri *in Prax. Tit. de in Integr. reſtit. num.* 37. *pagin.* 124. & D. Calà *in Tract. de in Integr. Reſtit. Minorib. quandoquè denegand. quæſt.* 15. *num.* 18. quam concluſionem procedere etiàmſi contutor libe-
12 ratus, inops ſit: haùd obſtante regula, inanem actionem eſſe, quando ab inopia debitoris excluditur: quia in futurum, poterat effici, ſolvendo: reprobato De Ponte *in Conſ.* 28. *num.* 7. *lib.* 2., ſcribunt Cenc. *loc. cit. quæſt.* 84. *num.* 23. Gratian. *Diſcept.* 409. *num.* 3. *& Diſcept.* 669. *num.* 12. Olea *loc. alleg. num.* 37. & De Luc. *in cit. Obſerv.* 662. *num.* 4.
13 Deniquè, nota: eandem Exceptionem cedendarum; executionem publici contractus, impedire. Dec. *in Conſ.* 27. *num.* 1. Roman. *in Conſ.* 472. Gratian. *in adduct. Diſcept.* 409. *num.* 10. Coler. *de Proceſſ. Execut. Part.* 4. *cap.* 1. *ex num.* 106. Paſcal. *loc. cit. Part.* 1. *cap.* 8. *num.* 169. Borrell. *in ſumm. Deciſ. Tom.* 2. *Tit.* 19. *n.* 161. Rebuff. *ad Inſtit. Reg. Franc. Tit. de Liter. Obligat. Art.* 1. *Gloſſ.* 9. *Tom.* 1. *num.* 46. Intrigliol. *de Cenſib. quæſt.* 42. Benedict. de Barziis *in Tract. de Inſtrum. quarantig. quæſt.* 8. *Part.* 3. Milanenſ. *in Deciſ.* 1. *nu.* 4. *& in Deciſ.* 13. *num.* 67. *Part.* 2. Olea *in cit. quæſt.* 7. *num.* 34. & D. Chriſtophor. Creſpi, de Valdaura *in Obſerv. Ill.* 116.
14 *num.* 104. Atquè etiàm ſententiæ. Gilquenius *in l.* 1. *num.* 22. *C. de Tranſact.* Feliù *in loc. cit. verb. Exceptio cedendarum. pag.* 77. *Part.* 1. Mancius *de Fidejuſſor. cap.* 9. *ex nu.* 41. Oſuald. *ad Donell. lib.* 22. *cap.* 8. *liter. L.* Mõtan. *de Tutel. cap.* 39. *num.* 134. Hunn. *in Encyclop. Part.* 3. *Tit.* 5. *cap.* 4. *num.* 4. De Franch. *in Deciſ.* 406. Tepat. *Tit.* 411. *cap.* 10. & Motill. *ubi ſup. pagin.* 124. *num.* 37.
15 Unum extrà ordinem, pro coronide; liceat adnectere: quòd ſi facta petitione contrà plures correos, condemnatio ſuccedat; ſententia pro virilibus portionibus, exequutioni demandanda ſit. *l. unic. C. ſi plur. una ſentent. l. Paulus. la* 2. *ff. de re judicat.* Afflict. *in dec.* 115.
16 Et ſi aliquis efficiatur non ſolvendo, alii ultrà ratam, non teneantur Salgad. *de Reg. Protection. Part.* 4. *cap.* 12. *ex num.* 114. Gomeſ. *tom.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 4. & Cardoſ. *in Prax. judic. verb. Debitor. num.* 37. Tamèn, ſi Creditor uſus fuerit clauſula in ſolidum: ſententiam
17 contrà unumquemquè, actori prodeſſe, concludunt Coſt. *de Portion. Rat. quæſt.* 33. Latin. *de Legitimat. perſon. cap.* 26. *num.* 18. & poſt alios D. Petr. *in Rit.* 207. *num.* 17.

## OBSERVATIO
### IN DECISIOE CXIII.
### SUMMÆ.

1 *Tutor, omniſquè alius Adminiſtrator, tenetur librum ratio-*

Digitized by Google

*rationis conficere: illumquè ad exhibendum, compelli poteſt, ejuſquè hæres. num.2.*

2 *.. iterùm, tenetur reddere rationem administrationis: non obſtante quietatione jurata Minoris; niſi liber exhibitus fuerit.*

3 *.. non conficiens librum: ſi adminiſtratio, ex alio appareat: an pati poſſit Juramentum in litem?*

4 *.. admittitur ſinè libro, & aliundè, ad reddendam adminiſtrationis rationem.*

5 *.. veritatem eorum, quæ in libro deſcribere omiſit, probationibus juſtificare poteſt.*

6 *Petens exhibitionem librorum, à Tutore, vel alio adminiſtratore, antè exhibitionem: nùm teneatur declarare, ſi vult, tàm in datis, quàm in acceptis in dictis libris deſcriptis, ſtare? & num.10.11.& 12.*

8 *Libris rationum: quandò prò ſcribente, credatur? & num.9.*

13 *Actio redditionis computorum: quantò temporis interſtitio præſcribatur? Adversùs Gizz. ſcribunt* Rot. Genuenſ.& De Marin.

14 *Ratio adminiſtrationis: quandò reddenda non ſit, in loco quo fuit geſta adminiſtratio? Retunditur* Gizz.

1 Tutorem, omnemquè alium adminiſtratorem; teneri librum rationis conficere; illumquè Judicis Officio, compelli poſſe ad exhibendum; notat hoc loco D.Reg.noſter. Et probant De Amic.in Conſ. 80. Baez. de Decim.cap.2.num.181.Montanar.in Pragm.5.de Adminiſtrat.Univerſit.Cavalcan.in Dec.Fivizan.38.Part.1.num.13. & in Tract. de Tutor. num. 202. Giurb. in Deciſ.88.Menoch.de Arbitr.Judic.caſ.209. Maſtrill. de Magiſtrat.lib.6.cap.8.nu.75.Paſcal.de Virib.Patr. Poteſtat.Part.3.cap.9.num. 7. Hieronym. Gabriel. in Conſ. 148.Tap.in Pragm.46.de Offic.Procurat.Cæſar.Guttierez de Tutel.Part.2.Tit.de Inventar. & lib.Ration. cap. 1.& Part.3.cap.1.num.54.& 55. & Capiblanc. de Baronib.tom.1.Pragm. 16. num. 99. Et procedere contrà
2 Tutoris hæredes; ſcribit Cravett.in Conſil.674.ex num. 14. Et adminiſtrationis rationem, iterùm reddendam
3 eſſe per tutorem: non obſtante jurata quietatione per Minorem geſta: niſì exhibitus fuiſſet liber, de quo ſcribimus; fundat Gratian.Tom. 3. Diſcept.563. Et videatur Plot.in Tract. de in Lit.Jurand.§.5. num. 36. & Ricc.in Reſolut.533.

4 Hoc verò theorema, limitatur in Tutore; qui adminiſtrationis librum, non confecit; cui Juramentum in litem deferri, ea de cauſa, non poſſe: quotiès per Inventarium Bona in hæreditate remanſa, innoteſcunt, elegantèr probat Prat.ità deciſum referens in Annotat. ad Paſcal.loc.citat.pagin.518.vers. Quæſtio hæc pendet.
5 Et quòd ſinè libris, & aliundè Tutor, ad reddendam adminiſtrationis rationem, admittatur ſcribunt Rot. coràm Merlin.in Decis.569.num.4.Calcan. in Cons. 93. Caballin.in Milleloq.73.Prat.loc.cit.Merlin.de Legitim. lib.4.Tit.2.quæſt.7.nu.18.Imò, quod veritatem, quam Tutor in libro, deſcribere omiſit, probationibus juſtificare poſſit; dicunt Gyriac.in Controv.544. num. 112.
6 & Gait.de Credit.cap.2.Tit.4.num.821.tradens, ad eundem effectum; teſtes domeſticos admitti. Et probat Guttierez in cit.Part.3.cap.1.num.150.

7 Cæterùm, in præſenti Deciſione; principalitèr agitur: nùm petens exhibitionem libri à Tutore, aùt alio Adminiſtratore; declarare teneatur antè illius exhibitionem: ſi velit, tàm in datis, quàm in acceptis, in eodem libro contentis ſtare; S.R.C.Decreto injunxit Tutori exhibitionem libri: quo exhibito; provideret ſuper petita declaratione. Undè obſervo noſtrum S. R. C. in illorum ſententiam deſcendiſſe, qui ſcripſerunt: libro
8 Tutoris ſivè alterius adminiſtratoris, tàm prò, quàm contrà; in expenſis minutis, credendum eſſe. Federic. de Sen.in Conſ.119.Feliù.var. Conclus.verb. Libri.vers. Libro adminiſtrationis. Petr. de Caball. in Cons. decis. 68.Ludovic. in Decis.Lucc.42. ex num. 39. Burſat. in Cons.105.num.27.lib.1.Vincent. Manzin. De Tutela in quæſt.3.Tertia partis principalis quæſt. Surd. de Aliment.quæſt.8.Tit.6.num.79.Paul.Montan. de Jur. Tutel.cap.32.regul.8.num. 3. 6. & 7. Addito tamèn ſcribentis Juramento Jo:Bapt.Aſin.in ſua Prax. §.7. cap.5.
9 limitat.59.nu.9.Atquè etiàm in partitis magnis: quotiès perſona ſcribens, integra eſſet, & fide digna accepta, & data, cum illorum cauſa, indiſtinctè contineat, expreſſo die, & tempore: nèc in illo, aliud ſcriptum ſit, ultrà rationes ejus; de cujus adminiſtratione agitur: ſitquè clarum, ſutum, & compaginatum; nullamquè perplexitatem, nèc incertitudinem contineat: accedente tandèm cum Juramento ſcribentis; difficultate, alitèr probandi: ut ultrà laudatos per D.Reg. noſtrum ex nu.24.ad 27., probant Cravett.de Antiquitat. Tempor.§. limitatur quartò.ex n.28. Montan.in adduct.Regul. 8.Alex. Trẽtacinq.var.Reſolut.Tit.de Fid.Inſtrum. lib.2.Reſol.2. Foller. ad Marant. in Prax.Part.6.act.6. num.33.Merlin.loc.citat.Tit.1.quæſt.7.ex nu.14.ad 17. Gratian.in allegata Diſcept.563. n.32.& 37.& Genua poſt hæc omnia conſarcinata viſus in Tract. de Script. Privat.cap. 7.de libr. Tutor. Lib.4.Propterèà ad dignoſcendum, nùm liber de quo agebatur, prædicta contineret requiſita; S. R. C.decrevit; priùs illum exhibendum eſſe: ut poſteriùs ſupèr declaratione petita; provideret: ut advertit D. Reg. noſter antè num.28.

10 Impugnat D.Reg.noſter num.28. Deciſionem Franc. Marci 60.Part.1.in qua ſcriptum eſt: libros adminiſtrationis acceptandos eſſe, tàm prò, quàm contrà. Et eandèm opinionem, ſequuti ſunt Viv.in Decis.132.nu.9. Toloſan. in Decis. 497.& ibi Addent. Rot. Roman. in Decis. 276.lib.2.Part. 3. Recentior. Feliù loc. cit. vers. libri. pagin.147.& in libro Mercatorum, extat Decis. Surd. 199.& ibi Hodiern.cùm in libro rationum, confeſſio dividenda non ſit. Alex.in l.Publia.§.1. in fin.ff. Depoſit.licèt diverſa contineat capitula, ratione unitatis Officii.Cyn.in l. Lex quæ Tutores.C. de Jur. deliberand.Angel.in l. sumptus. C. de Adminiſtrat. Tutor. Et vide Marc.Anton.Morum, apud Cavagnol. in Deciſ. Consult.24. num.25.pagin.141.

11 Sed in contrarium: quod nullo modo, in ſcribentis commodum credatur, ſcribunt Pariſ.in Cons. 47. lib.1. nu.10.Reverter.in deciſ.juxtà ordinem De Marin.127. sub num.3.idem De Marin.lib.2.Reſolut.125.qui nu.8. tranſcribit Obſervationem quamdàm, in ſuppoſita ſpecie, elaboratam per Jo:Angel.Piſanell. qui in fine citato Purpurat.in l.1.col.4. vers. vidi practicando. C. de Edend. dat cautelam interrogato: ſi velit ſtare dictis libris, tàm prò, quàm contrà: ut reſpondeat, ſe velle ſtare, quatenùs de Jure teneatur: quia reverà de Jure, non eſt ſtandum: niſì in capitulis connexis: ſecùs in ſeparatis. Et ità Romæ, practicatum fuiſſe, dicit, & approbat Eſcobar de Ratiocin.cap.13.num.21.& 22.

12 Ego verò hac in re dicam quid ſentio. Admitterem Deciſionem iſtam, atquè Cravettæ ſententiam, & aliorum num.9.allegatorum: quotiès adeſſet difficultas, alitèr probandi: continteretquè liber, omnia prædicta: nèc aliqua ex partitis falſa, fuiſſet detecta. At ſi hæc omnia, non concurrerent, non recederem à Pariſ. & aliis, quos laudavi num. 11. Cùm regularitèr liber rationum, pro ſcribente, non probet.Gloſſ.in citat. l.Publia.§.fin.Bartol.in l.Aurelius.§.idè quæſiit.ff.de Libert. legat.& in l.admonendi.col.6.ff.de Jur.jurand.

13 Scribit Gizz.num.3.elapſis triginta Annis, Tutorem inquietari non poſſe, ſupèr redditione computorum ſuæ adminiſtrationis: quia Jus reddendi rationes adminiſtrationis, tanto tempore præſcribitur. Adde Gratian.in Deciſ.46.num.2.& Cancer.lib.1.Reſol.7.nu. 83. & lib.3.Reſolut.1.num.201. At Rot. Gen.in Deciſ. 20. num.10.& 14.voluit ullo unquàm tempore, actionem prædictam præſcribi poſſe: attenta mala fide Tutoris in rationibus reddendis, & probant Gratian. ſibi contrarius in Diſcept.52.ex num.4.& Andreol. in Controv.



Digitized by Google

226.*num*.6.& non 326.*num*.7. ut per errorem citatur à De Luc. *ad Gratian. eod. loc.* Idquè, in hærede etiàm procedere, ſcribit eadem Rot. *in Deciſ*.203.*nu*. 4. & 5. nàm dicitur ſucceſſor vitiorum defuncti. De Marin. *ad Reverter. in Obſerv*.29.*num*.2. Niſi obtuliſſet Tutor prædictas rationes reddere: cùm ulteriùs, eo caſu, illas reddere non teneatur: ad tradita per Cephal. *in Conſ*.8. Sed videatur Surd. *in Deciſ*.184.*num*.13. Et De Luc. *ad Gratian. in citat. cap*.52.*num*. 11. admittit præſcriptionem Triginta Annorum, reſpectu actionis perſonalis, non verò hypothecariæ: pro qua Annos quatraginta requirere, concludit.

14 Et tandèm Obſerva communem traditionem à Gizz. relatam *num*.4. Rationes, reddendas eſſe in loco adminiſtrationis, limitari: quotiès concurreret potentia adminiſtratoris: cùm eo caſu, cogi poſſe ad reddendum computum adminiſtrationis in Regiis Tribunalibus; Deciſum refert Novar. *in Prax. Miſerabil. perſonar. Privileg*.65.*num*.3. ſequitur Thor. *in Comp. Part*. 2. *verb. Tutor pro adminiſtratione*. Et vide ad ornatum, Staiban. *in Obſervat. ad Reſol*.93.*num*.24.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXIV.
### SUMMÆ.

1 *Creditor, pendente moratoria à Lege, aùt à Principe debitori conceſſa, poteſt agere, ut elapſa dilatione, ſolvat.*

2 *... in diem, vel ſùb conditione, agere: non valet antè diem, aùt conditionem, ut ſibi debitum ſolvatur? Limita: ut num*.3.

4 *Maritus, qui habet Annum, ad reſtituendam Dotem, in mobilibus conſiſtentem: qualitèr antè tempus, cogi poſſit? num*.5.

6 *Creditor, ſivè per contractum bonæ fidei: ſtricti juris: ſivè ſub conditione, poteſt cogere debitorem ad præſtandam cautionem de ſolvendo, adveniente die: vel purificata conditione.*

7 *... in diem: vèl ſùb conditione, poteſt mitti in poſſeſſionem, ſervandæ rei causa.*

8 *... pendente dilatione data ab homine, non poteſt agere: ut completa dilatione, debitum ſibi ſolvatur.*

9 *Moratoriam concedere, Principis eſt.*

10 *Dilatio Quinquennalis: quandò à Creditoribus majoris ſummæ, concedatur?*

1 Dilatione pendente à Lege, aùt à Principe conceſſa, Creditorem, adverſùs debitorem ſuum, agere poſſe: ut elapſa dilatione, ſolvat, deciſum habes in hac Deciſione, quã nominatìm ſequitur Gallup. *in Prax. S. R. C. Part*.1.*cap*.6.*n*.15.& probant Baron. *de Citat. Tom*. 2.*in addit. ad qu*.5.*n*.10.& De Marin. *ad Revert. Tom*. 2.*Obſervat*.577.*n*.1.*in med*. Etenìm, etſì creditor in diē,
2 vel ſub conditione antè diem, vel conditionē, agere non valeat, ut ſibi ſolvatur debitum. *L. eum, qui Kalendis. ff. de verb. Obligat. L*.1.*in fin. C. de Bon. quæ liber. L*.1.*ff. de Perpet. & Annalib. Except. L*.1.*C. de Cōdit. ex leg. & Auth. niſì triennale. C. de Bon. Matern.* Prat. *lib*.2.*Diſcept*.9. Juſta tamèn accedente cauſa, benè agit: ut cùm dies vene-
3 rit, debitor ad ſolvendum condemnetur. Gloſſ. Cyn. Bart. Alb. Bald. Angel. & Salycet. *in l*.1. *C. de Fideicom.* Pellic. *ad Conſuetud. Anverſ. cap*.9.*n*.51. Oſaſch. *in Decis*. 130. Merlin. *in deciſ. Lucc*.2.*n*.20. Cacheran. *in Dec*.130. Surd. *in Dec*.120.& *ibi* Jo: Bapt. Hodiern. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Tit. de Censes*.§.6.*n*.13. Caſtil. *in Dec*.17. *lib*.1. Graſſ. *de Except. in Except*. 41.*n*.5. Viv. *Commun. Opin. verb. Creditor*. Gundiſalv. de Paz *in Prax. tom*. 1.*Part*.4.*cap*.4.*ex num*.5. Theſaur. *lib*.3.*quæſt*.51. Caſtil. *ad Leg. Taur*.64.*verſic. ulteriùs quæro*. Cancer. *Part*.2. *Reſol*.7.*num*.41. Cenc. *de Cenſib. quæſt*. 96. *ex num*. 12. & *quæſt*. 98. *ex num*. 6. Fontanell. *de Pact. Nuptialib. Claus*.4.*Gloſſ*.9.*part*.5.*ex nu*.27. Caſtil. *Controv*. 24. *lib*. 4. Pirr. Maur. Aretin. *de Fidejuſſor. cap*. 38. Leotard. *de Uſur. quæſt*. 21.*ex num*.34. Caccialup. *de Debitor. Suſpect. quæſt*.3.*num*.2. Ering. *De Fidejuſſor. cap*.5. *ex nu*. 45. Prat. *in Obſervat*.57.*num*.64.& Thor. *in Comp. Part*. 1.*verb. agere antè tempus ſolutionis*.

4 Et in Marito, qui habet Anni dilationem, ad reſtituendam Dotem, in mobilibus conſiſtentem *l. unic*. §. *ex actio C. de Dot. promiſſ.* Arias de Meſa *Var. Reſolut. lib*. 3.*cap*.22. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. Part*. 1. *cap*. 13. *Gloſſ*.6.*ex num*.21.*ad* 35. Garz. *de Expens. cap*.8. *ex nu*. 29. Antonin. de Amat. *in Reſol*. 49. *tom*. 1. Carleval *de Judic. lib*.1.*tit*.3.*Diſput*.8.*ſect*.4.*nu*.28. quòd cogi poſ-
5 ſit: ut caveat, de reſtituendo illam, tranſacto Anno, ſcribunt De Franch. *in Decis*.218. Giurb. *in cit. cap*. 13. *Gloſſ*.6.*num*.32. Cancer. *Part*.1.*Reſol*.9.*ex num*.102. D. Reg. noſter *in Decis*.64.*num*. 4. extantquè ſupèr hoc propoſito nonnulla, à Nobis tradita *in Obſervat*.151.

6 Idquè, in omnibus contractibus, procedere: ſivè bonæ fidei ſint, ſivè ſtricti Juris: & in quocumquè debitore, vel ſùb conditione, vel in diem, probant Pichard. *in* §. *in ſumma autèm. Inſtit. de Interdict. cap*. 4. *num*.168. Acoſt. *de Privileg. Credit. Regul*. 3. *limit*. 5. *nu*. 1.& Fab. *de Conject. lib*.15.*cap*.2. & addit Bottilier. eun-
7 dem creditorem, poſſe mitti in poſſeſſionem: rationabili cauſa accedente, ad effectum conſervationis rei: *in Tract. de Succeſſ. cap*.3.*Theorem*.108.*ex num*.57.

8 Reſtringit D. Reg. noſter aſſertum in creditore: qui moratoria pendente, poteſt agere adversùs debitorem, quòd ſolvat, moratoria finita: ut non procedat in dilatione conceſſa ab homine. Adde Bottilier. *loc. indicat. cap*.2.*Theorem*.42.*num*.7.

9 Cæterùm, ad materiam moratoriæ, ſcribit Beſold. pertinere ad Principis Regaliam, concedere *in Diſſertat. Politico Juridic. de Jurib. Maeſtat. cap*.4. Et probant Maſtril. *de Magiſtrat. lib*.3.*cap*.4.*nu*.434. Coler. *de Proceſſ. execut. Part*.1.*cap*.9.*num*.26.& D. Altimar. *in tract. de Nullit. Rub*.9.*quæſt*.23. ſolent etiàm creditores majoris ſummæ, etiàm recuſantibus aliis minoris ſummæ, concedere debitori effecto non ſolvendo, dilationē Quinquennalem. Qua de re, extant à Nobis prolixè expoſita, *in Obſerv*.192.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXV.
### SUMMÆ.

1 *Inſtrumentum, adverſùs hæredem principalitèr obligati, non præſentatur ad* Rit.166.*formam. Reiicitur* Prat.

*Adducuntur ſequaces* Deciſionis. *Quam Aliorum placito, comprobatur, contrà* Frecc. *num*.2.

3 *Hæres: quandò in tranſactione, inhita cum creditore hæreditario, teneatur de proprio? Defenditur* D. Staiban. à Gizz. & D. Conſil. Petra.

4 *Ceſſionarius nominis: quomodò, & quandò ad formam* Rit.166. *Inſtrumentum, adverſùs debitorem ceſſum, præſentare poſſit? & num*.9.

5 *Statutum, quod paratam executionem Inſtrumentis tribuit, non obtinet ultra perſonas nominatas in illo.*

6 *Actiones activæ, in ceſſionarium tranſeunt, ut dicitur habere mandatum ad exigendum.*

7 *Omnis actio, eſt ceſſibilis.*

8 *Ceſſionarius, habet utiles, & directas actiones.*

10 Cre-

Digitized by Google

10 *Creditor, cui nomen debitoris, fuit adjudicatum: abſ-*
*què principali Creditore , Inſtrumentum liquidare*
*non poteſt.Comprobatur* Gizz.
11 *Cedens : quandò Inſtrumentum , ceſſionario non inter-*
*veniente, liquidare valeat ? & num.*12.
12 *Inſtrumentum , contrà prodigum : nùm liquidari*
*poſſit ? Notatur inconſtantia* Prat.*& comprobatur* D.
Reg.noſter.
13 *Exceptio Macedoniani , impedit Inſtrumenti liquida-*
*tionem.*
14 *Hæres : qualitèr teneatur , ad obſervantiam Contra-*
*ctus, à defuncto geſti.Declaratur* D. Reg. noſter.
15 . . *quandò ratum factum defuncti,habere teneatur?*
16 *Hæres, excuſatur à mora , non ſolvendo:quotiès in hæ-*
*reditate , quid ſolvatur , non adſit.*
17 *Debitor ſi ſolvere nequiverit : ex quò erat in neceſſita-*
*te conſtitutus , à mora excuſatur.*
18 *Tertiarum Intereſſe : ratione culpabilis moræ , debe-*
*tur.*

1 NOn obtinuit in hac contingentia Prat. quia ejus
ſcripta *in Diſcept.*15.*lib.*1. ingenii ſubtilitatem:
non veritatem , præſeferebant . Indè deciſum habes:
Inſtrumentum ad *Ritus* formam, præſentari non poſ-
ſe , adversùs debitoris hæredem , ad finem exequendi
in bonis hæreditariis , ſequuntur Deciſionem nomina-
tìm Gallup.*in Prax.S.R.C.Part.*2.*cap.*22. *num.* 36. *poſt*
*med.*Thor.*in ſupplem. Compend.verb. Hæres cum bene-*
*ficio* . & D.Petr. *in Rit.*166. *num.*202.& *in Rit.* 178.
*num.*7.Quod,& aliàs,ſcripſerat idem Thor.*Part.*3.*ſect.*
1.*verb.Inſtrumentum*, Et iterùm *Part.*1. *vot.* 84. *num.*
241.& noviſſimè Sarn.*in ſua Prax.civil. pagin.*97.*verſ.*
*hæres.*
2 Imò, & ſupèr hoc, extat Rit.apertiſſimus , *ſup.alle-*
*gat.*179. Teſtibus Proſper. Petr. *ad Capyc. in Deciſ.* 75.
*ſub num.*1.Marant.*in Specul.Part.*6. *art.*8. *limit.*4.*nu.*
24.Thor.*cit.Part.*3. *ſect.*2. *verb. pœna liquidationis*.Be-
rard. Pand. *de Præſentat. Inſtrum. Part.* 2. *declarat.*3.
*num.*4.& Galter.*in Prax.liquidat.Part.*2.*ſecundæ par-*
*tis princip.Rubric.Unic.num.*27. Quicquìd ſibi invol-
vat Frecc. *de Præſent.Inſtrum.Part.*11.*quæſt.*1. In hæ-
rede namquè, juſtam ignorantiæ cauſam, præſumitur:
nèc cum illo , Inſtrumentum ſtipulatum fuit Galter.
*loc.citat.num.*28.
3 At juxtà mentem Paul.Staiban. *in Reſolut.*19. *lib.*1.
præſens *Deciſio*,ultrà caſum ſuum,extendenda non eſt.
Hæres enìm : quotiès per tranſactionem , aliquod co-
modum conſecutus fuit hæreditarii debiti: non obſtan-
te generali Decreto quatuor Aularum S.R.C., de pro-
prio tenetur. Et licèt contrà Staiban. aliqualitèr muſ-
ſitaverit Gizz.*hìc num.*3.qui fortaſsè allegatam Reſolu-
tionem, non benè legit, & adversùs illum nominatìm
calamum arripuerit D.Conſil.Petr. *loc.alleg. nu.*202.*in*
*verſ. Conſil. verò Staiban.* probat aſſumptum Gratian.
*Tom.*2.*Diſcept.*264.*num.*21. ibì , *Tùnc enìm ſi hæres*
*conveniatur pro tali debito reformato , non habebit lo-*
*cum beneficium Inventarii : cùm non agatur contrà*
*eum immediatè , ex cauſa hæreditaria.* Hæc Gratian.
quem ſequitur, idèm Staiban.*in Obſervat. ad citat.Re-*
*ſolut.*19.*num.*5. Et ſcripſerant Aret.*in Conſ.*148.Angel.
*in l.hæreditas.ad Trebell. & in Conſ.*31. & Philip. Dec.
*in Conſ.*496. *num.* 12. Et ità in pluribus contingentiis,
per S.R.C.determinatum , refert.Staiban.*in ſede paulò*
*antè indicata.*
Modò ad hanc inſtrumentalis præſentationis mate-
riam,ad *Rit.*166.formam; Nobis licitum ſit, ultrà in-
ſtitutum , hoc loco, non injucunda contexere : Pro quo
in primis,illud ſe offert: quòd Praxis magiſtra rerum,
4 pro veriſſimo demonſtrat , ſolum ceſſionarium contrà
debitorem ceſſum , inſtrumentum *ad citat. Ritus* for-
mam ; præſentare non poſſe : teſtibus Arias de Meſa
*var.Reſol.lib.*1.*cap.*21.*ſub nu.*1.D.Rocc. *in Reſpons.*79.
*num.*2. Marant. *Diſput.*6. *num.*5. & in *l. ſi Actor. ff. de*
*Procurat. num.*22. De Franch. *in Deciſ.* 353. & *ibi* De
Luc. *num.*6. Sanfel. *in Deciſ.* 213. & D.Petr. *loc.citat.*
5 *num.*135. Statutum namquè quod inſtrumentis para-
tam tribuit executionem , ultra creditorem in inſtru-
mento expreſſum ; non obtinet. Bartol. *in l.ſi pro te.C.*
*de Dot.promiſſ.*& Alex.*in l.*1.*§.ſi hæres.ff.ad Trebell.*licèt
6 ad illum omnes actiones tranſeant , & mandatum ad
exigendum habere dicatur. Arias de Meſa *in cit. lib.*1.
*cap.*19.*n.*12.De Leo *in Deciſ.*63.*n.*3.*lib.*1.Thor.*Part.*3.
*verb.Ceſſio actionis.& Vot.*6. *nu.*3.& Alii allegati per O-
7 leã *De Ceſſion.Jur.tit.*1.*qu.*2.Et omnis actio ceſſibilis ſit.
Thor.*loc.cit.verb.ceſſio Juris luendi.*Noal.*de Tranſmiſſ.*
*cap.*24.*n.*14.Faber *lib.*5.*Conjecturar.c.*7.*& in Juriſpru-*
*dent.Papin.Tit.*12.*princip.*7.*illat.*89. & Fachin. *Contro-*
*verſ.lib.*2.*cap.*11.*verſ.probatur.*Et ipſius virtute,ex per-
ſona cedentis; directas actiones habeat: utiles verò , ex
8 perſona propria.Arias de Meſa *in citat.cap.*19.*num.*13.
Acoſt.*de Privileg.credit. prælud.*2. *num.*9. Carleval. *de*
*Judic.tom.*2. *lib.*1. *Diſput.*4. *num.*3.& Faber *in Codic.*
*Tit.de Hæredit.vel Action.vendit.Diffinit.*2.*not.*2.Si ta-
9 mèn uterquè interveniat: cedens, ſcilicèt , & ceſſiona-
rius; validè Inſtrumentum liquidari; intèr multos pro-
bant apertiùs,Thor.*in Vot.*19.*num.*6.& *in Vot.*48.*num.*
26.& *in Vot.*94.*num.*191.Tartagl.*in Prax. Civil. cap.*1.
*num.*34.Foller.*in Prax.Cenſual.verſ.tamquàm res judi-*
*cata num.*52.& Galter.*in Prax.Inſtrument. Part.*1. *ſe-*
*cundæ Partis rub.*1.*num.* 31. Sed contrarium acutè de-
fendit Joſeph de Roſa, *conſult.*3.*num.*39.& 40.
10 Hìnc Creditor: qui obtinuit adjudicationem, nomi-
nis debitoris à Judice : abſquè principalis creditoris in-
terventu; Inſtrumentum ad Ritus formam, præſentare
non valet. Sanfelic. *in Deciſ.*213. Probat Gizz. *num.*5.
Et placuit D.Petr.*loc.indicat. num.*142.
11 Obſervandum ſuccedit: An ſolus cedens , adversùs
debitorem ceſſum ; Inſtrumentum contrà debitorem,
præſentare valeat? Negat indiſtinctè Galter. *loc.adduct.*
*num.*29.Quià ſua non intereſt , dùm alio ceſſit . Sed
aptiùs diſtinguit, De Luc.*in citat. Obſervat.*323. *num.*
6. ceſſionem ad commodum cedentis : non per viam
dationis , inſolutum factam ; ab illa, ad commodum
ceſſionarii. Primo caſu : cùm exceptio ceſſionis, non
obſtet ; benè Inſtrumentum liquidare poſſe , abſquè
ceſſionarii interventu; concludit . Secundo verò caſu;
contrarium ſtatuit: quia ceſſio ; commodum ceſſiona-
rii reſpicit.Pro quo; legantur Gait. *de Credit.cap.*2.*Tit.*
3.*ex num.*458.& Olea *loc.citat.Tit.*8. *quæſt.*2. *num.*12.
12 At ſi ceſſionarius, nomen ceſſum ; cedenti retrocedat:
nulli dubium eſt, retroceſſionarium ſolum ad Rit. for-
mam Inſtrumentum præſentare valere.D.Rocc. *loc.cit.*
*num.*5.quem ſequitur D.Petr.*ubi ſupra.*
12 Inſtrumentum : an contrà prodigum , in bonis tan-
tùm ; liquidari poſſit ? inquirit D.Reg. noſter *num.*25.
quò loco , in affirmativam opinionem deſcendiſſe Ro-
vit.& Staiban. ſen., notat , & Ego addo Galter.*in citat.*
*Prax. Inſtrum. Secunda Secundæ Partis Rubric. unic.*
*num.*20.Ipſe verò , contrarium ſuadet , ex Camillo de
Medic.atquè De Franch.*num.*40. Et in eodem albo ; ſe
ſubſcribunt,Bernardin.Pand.*de Præſentat.Inſtr.Part.*2.
*Declarat.*19.*num.*89. Molfeſ.*in Conſ.* 8.*nu.*50. D.Rocc.
*Tom.*2.*Reſponſor.Notab.*98.*num.*291.Borrell.*in ſumm.*
*Deciſ.Tit.*19.*Part.*2.Barz.*de Inſtrum.quarantig.Part.*1.
*quæſt.*3. & 6.D.Petr.*in citat.Rit.*166.*num.*97. Ricc.*ad*
*Novar.de Elect.Fori ſect.*1.*quæſt.*25.& ità ſub ſuo patro-
cinio , deciſum fuiſſe ; refert Staiban. Jun. *in Reſolut.*
8.*Tom.*1. & in *Reſol.*183. *num.*70. *Tom.*2. Quibus, etsì
reſiſtere videatur Prat. *in cit.Diſcept.*15. *occaſione præ-*
*ſentis Deciſionis elaborata num.*89.cujus verba , tran-
ſcribit De Luc.*ad De Franch.in citat. Deciſ.*672. *num.*
3.,obſervandum apprimè eſt : ipſum Prat. pro Cliente
altero ; alitèr inſinuare Judicibus , conatum fuiſſe *in*
*Reſpons.*38.*ex num.*23.Bona ratione: is enim cùm ſuo-
rum bonorum,adminiſtratione careat. Caſar. *in Quæſt.*
2.*§.*2.*num.*41.,ſolvendi facultatem non habet : & ex eo
X 2 in mo-

Digitized by Google

in mora; qua, Inſtrumenti liquidatio, oritur. Galeot. *in Contr.* 54. *Tom.* 1. *nu.* 22. & De Medic. *in Cons.* 39. conſtitui non poteſt. Staiban. ſenior & *ibi* Jun. *in Cons.* 30. & *in citat. Resol.* 8. *num.* 14. & Prat. *ad Pascal. de Virib. Patr. Poteſtat. Part.* 1. *cap.* 8. *in vers. Rationes autem.* & *in vers. Altera verò.*

13 Quid dicendum, in exceptione Macedoniani? Illam in continenti probatam, liquidationem Inſtrumenti impedire, ſcribit D.Reg. noſter, ex Caravit. *num.* 27. & 41. & in idem adſtipulatur Frecc. *de Præſentat. Inſtrum. Part.* 12. *num.* 12. & 13. Canar. *de Inſtrum. execut. quæſt.* 28. Pand. *loc. citat. Declarat.* 30. *num.* 48. Minad. *in Cons.* 17. De Franch. *in decis.* 181. & 221. & *ibi* De Luc. Ann. *in Allegat.* 88. & *ibi* Addit. Staiban. *citat. Tom.* 2. *Resol.* 103. *ex num.* 123. Molfeſ. *in Cons.* 4. & 42. Paſcal. *cit. Tract. de Virib. Patr. Poteſtat. Part.* 1. *cap.* 6. *num.* 134. Prat. *in Respons.* 39. Rovit. *in Pragm.* 1. *num.* 24. *De S. C. Macedon.* Sanfelic. *in Dec.* 190. *num.* 8. Thor. *in Comp. verb. exceptio leg. quod cum eo.* Mar. Giurb. *in Decis.* 44. De Marin. *in Resol.* 145. & *ibi* Rodoer. D.Petr. *in cit. Rit.* 166. *num.* 196. Amat. *in Cons.* 41. & Marott. *lib.* 1. *Discept.* 9. *ex num.* 16.

14 Et illud Obſervabo: nè intactum remaneat: Hæredem teneri ad obſervantiam contractus, initi à defuncto, tradit D.Reg. noſter *num.* 30. Adde Cavalcan. *in Decis. Fivizan.* 7. *num.* 2. *in Decis.* 18. *num.* 9. 17. & *in Decis.* 38. *num.* 15. *Part.* 1. Staiban. *in Resol.* 183. *num.* 127. *Tom.* 2. D.Reg. noſter *in Decis.* 3. *num.* 33. & *in Decis.* 139. *num.* 19. & *in Decis.* 176. *num.* 31. & *in Consult.* 10. *nu.* 58. *Tom.* 1. & *Tom.* 2. *Consult.* 45. *num.* 40. Marcian. *in Conſil.* 36. *Tom.* 2. *num.* 10. quatenùs tamèn vires hæreditatis, ſuppetant. *l. cùm à Matre. C. de Rei vindicat.* Arias Pinell. *in l.* 1. *Part.* 3. *num.* 81. *C. de Bon. Matern.* Niſì evidentèr nullus, vel ſimulatus ſit. Fab. *in Codic. Tit. Plùs valer. quod agitur. Diffin.* 2. De Franch. *in Decis.* 665. *num.* 3. Galeot. *in Controv.* 1. *tom.* 1. *num.* 87. De Pont. *de Poteſtat. Proreg. tit. de Aſſens. Reg. sup. Dot.* §. 1. *num.* 17. Merlin. *in Controv.* 81. *tom.* 2. *num.* 12. D. Reg. noſter *in Consult.* 23. *num.* 15. & *in Consult.* 46. *nu.* 28. *tom.* 1. & Dominic. de Rub. *in Certam.* 7. *nu.* 176. At quandò hæres teneatur, habere ratum factum defun-
15 cti, prolixè tradunt Phanuc. *de Inventar. Part.* 7. Peregrin. *de Fideicom. artic.* 33. Tiraquell. *de Retract. Lig.* §. 1. *Gloſſ.* 9. Kirchou. *Commun. opin. Cent.* 2. *Concl.* 32. Gamma *in Decis. Luſitan.* 8. Valaſc. *de Jur. Emphyt. Quæſt.* 43. Intrigl. *de Feud. Centur.* 2. *Art.* 32. Fachin. *lib.* 7. *Contr.* 12. *Concl.* 2. & *in Contr.* 13. *Concl.* 1. & *in Contr.* 18. Giurb. *in Dec.* 100. Scrader. *de Feud. part.* 8. *cap.* 8. Olaſc. *in Decis.* 41. *nu.* 10. Cacheran. *in Decis.* 180. De Franch. *in Decis.* 83. *num.* 3. Cæſar. de Barz. *in Decis.* 64. & Menoch. *in Cons.* 89.

16 Tandèm confirmari traditum, ex D.Reg. noſtro *nu.* 34. Non præteribo, à mora, hæredem excuſari, dùm non ſolvit: quotiès in hæreditate, quid ſolvatur; non adſit. Sanfelic. namquè docet *in Decis.* 124. *num.* 4. & 5. debitorem ſi ſolvere nequiverit, ex quò erat in neceſſi-
17 tate conſtitutus; excuſari à mora. Undè ſignificat quoquè hujuſmodi debitorem, ad Tertiarum Intereſſe, non teneri: dùm *ibidem num.* 11. & 12., dixit: ut hoc Intereſſe debeatur, moram requiri: quia illud nimìs
18 grave eſt, atquè adeò abſquè culpabili mora; non admittendum, probat etiàm Trentacinq. *lib.* 1. *var. Resol. Tit. de Intereſſ. Resol.* 1. *num.* 35. 36. & 37.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CXVI.

### SUMMÆ.

1 *Emptor Annuorum Introituum, ab Univerſitate: ad ſolutionem Bonatenentiæ; nùm teneatur?* Rovit. & Marant. *pugnant cum* Marott.
2 *Neapolitani, pro Annuis Introitibus, quos extrà Civitatem poſſident; Bonatenentiam non ſolvunt. Secùs, pro bonis ſtabilibus num.* 3.
4 *Clerici; à Collectis ſunt immunes.* & *num.* 6. 7. & 8.
5 D.D. Carolus Calà ſpectabilis Regens, & Ill. Dux Diani; *emeritis oneratur laudibus.*
9 *Contractus fœneratitius, pravitatem continens: quandò ſublato pacto; ad æquitatem reducatur? Comprobatur* D.Reg. noſter; *à quo diſcedit* Conſtant.
10 *Venditio Annuorum Introituum, ſi facta ſit ſuper omnibus bonis debitoris: certo non deſignato corpore; ſubſtinetur.* Epiſc. De Afflict. *declarat* D. Regent. noſtrum. & D. Merlin.
*Quìd; ſi facta fuerit ſupèr fructibus Feudi: abſquè Aſſenſu? num.* 11.
12 *Emptor Annuorum Introituum Univerſitatis: an teneatur probare, Pecuniam fuiſſe verſam in illius utilitatem?* & *num.* 14. 20. 22. 24. & 25. Cum Deciſ. noviſſ.
13 *Fames: qualitèr tolerari poſſit.*
15 *Clauſula, in Aſſenſu Regio poſita: quòd decem ditiores Cives; inſolidum promittant, intra certum tempus reſtituere creditori pecuniam, ab Univerſitate mutuo habitam: quid operetur?* & *num.* 31.
16 *Aſſenſu Apoſtolico, vel Regio, in alienatione bonorum Eccleſiæ, aut Univerſitatis: quandò opus non ſit?* & *num.* 18.
17 *In Alienatione bonorum Eccleſiæ; Aſſenſus Apoſtolicus requiritur.*
19 *Alienatio bonorum Univerſitatis; quas expoſcat ſollemnitates?*
21 D. Judicis D. Hieronymi Calà; *laudes emeritæ.*
23 *Alienatio, in dubio; præſumitur Univerſitati utilis.*
26 *Clauſula poſita in Aſſenſu: quòd Adminiſtratores Univerſitatis, de pretio alicujus rei, ſub pœna; creditorem dimittant: quìd operetur?* & *num.* 30. & 33.
27 *Pacti de retrovendendo exercitium, arbitrio Debitoris eſt.*
28 *Pactum, quòd Debitor certo tempore capitale redimere teneatur: non ſubſtinetur.*
29 *Creditor quotiès ſecurè, exceptis caſibus à Jure permiſſis, ſortem exigere poteſt; Contractus eſt illicitus.*
32 *Civium obligatio, pro debito Univerſitatis: quando valeat?*
34 *In quaſi poſſeſſione exigendi, conſtituitur Creditor, per unicam præſtationem.*
35 *Poſſeſſor, lite pendente, non eſt turbandus in poſſeſſione.* & *num.* 36. 37. & 38.
39 *Poſſeſſorium; ſupponit factum: Petitorium verò; Juſtitiam.*
40 *Solutiones, ab Adminiſtratoribus Univerſitatis, factæ: quandò Univerſitati præjudicent?*

1 ORta controverſia: an Emptor Annuorum Introituum ab Univerſitate; teneatur ad ſolutionem Bonatenentiæ: Partes Creditoris; acerrimè ſubſtinuit Ferdinand. Rovit., cujus Allegationes, imprimi curavit Scipio ejus Pater, *in Comment. ad Pragm. Regn. Tit. de Cenſib. Prag.* 5. Et extant, latè tradita per Marant. *in Reſpons.* 13. & 50. *Tom.* 3. Pro Univerſitate verò ſcripſit Nicol. Anton. Marot. *in ſuo Tract. de Collect. nupèr induſtria Jo: Franciſci ejus Filii reimpreſſo, post ſuas Diſcept. Forens.* Deciſio tandem ſupèr ea re, prolata ad verbum; tranſcribitur à De Marin. *in Arrest.* 614. *Quò loco in verſic. pro Executione*, hanc D. Regentis noſtri Deciſionem memorat; meminitquè Thor. *in ſupplem. comp. verb. Creditor, seù Emptor.*, & id quoque, priùs Deciſum retulerat, *in Part.* 3. *verb. Contractus.* Concurrit cum D. Regente noſtro Capon. *in Opuscul. pro Exemption. Clericor. a Collect. num.* 92. extatquè locus Camill. de Curt.

Digitized by Google

de Curt. *in Diverſor. Feud. cap. 8. num. 7. Part. 1.* Et alias conſimiles Deciſiones; referunt D. Conſil. Petr. *Tom. 1. Rit. 20. num. 12. in verſic. quod tale onus.* Et De Marin. *in Arreſt. 321. 322. & 559.* Nec non; videndi ſunt Noguerol. *in Allegat. 2.* & Urceol. *Tom. 1. Conſult. 35.*

2 Ea tamèn Deciſio; Neapolitanos non tetigit: quorum cauſa, adhùc ſub Judice eſſet, D. Reg. noſter *hic num. 51.* ſequutus ex D. Petr. *loc. allegat. in fin.* & tradidit Scipio Rovitus: Niſi poſteriùs; Deciſione, apprimè
3 terminatum fuiſſet: ut legitur apùd De Marin. *in Arreſt. 661. & 663.* Et Veritas eſt hactenùs tradita; in bonis ſtabilibus Neapolitanorum: non procedere. Gizz. *num. 11. 12. & 13.* ſemperquè ab illis, pro ſtabilibus extrà Civitatem poſſeſſis; Jura Fiſcalia fuiſſe ſoluta, indicat idèm Scip. Rovit. *in Pragm. 4. De Immunit. Neap. num. 2. verſ. eſt etiam verum.*

4 Clericos procùl dubio, ab hoc onere immunes eſſe; dicunt, Adam Tamner. *in Apolog. de Immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 17.* Duard. *in Bull. Cœn. Canon. 16. quæſt. 6.* Boſtidia *in Antidoto contrà Paul. Venet. Part. 2. num. 59.* Larr. *in Allegat. Fiſcal. Part. 1. Allegat. 27.* Dian. *Part. 1. Tract. 2. Reſol. 1. & Tom. 7. Tract. 1. Reſol. 19.* Del Bene *tom. 1. cap. 50. Dub. 8.* Morla *de Juriſdict. Part. 1. Tit. 2. quæſt. 12.* Mar. Antonin. Maceratenſ. *lib. 1. Reſol. 88.* Stephan. Fagundez *ad Præcept. Decalog. lib. 5. cap. 12. nu. 3.* Sayr. *in Theſaur. Caſ. Conſcient. lib. 3. cap. 22. num. 9.* Barboſ. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Conſtit. num. 34.* Jo: Bidembocl. *in quæſt. Nobil. 18.* Comitol. *lib. 1. Reſponſ. qu. 93.* Henric. Bocer. *de Collect. cap. 11. n. 63.* Gretſer. *contra Theolog. Venet. lib. 2. Conſiderat. 1.* Grammatic. *in Decis. 29.* Viv. *in verb. Clericus. Conclus. 385.* Antiboli *de Munerib. §. 4. num. 26.* Remig. *de Charitativ. ſubſid. quæſt. 64. & 65.* Avendan. *de exequend. mandat. Part. 2. cap. 14. nu. 30.* Molfeſ. *in Summ. Theolog. Moral. Tract. 6. cap. 10. num. 65.* Auguſtin. Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. Allegat. 13.* Sperell. *in Decis. 12. & 13.* Mart. *de Juriſdict. Part. 4. Cent. 1. caſ. 1.* extantquè ſupèr hoc nonnulla Decreta Regiæ Cameræ, tranſcripta per De Marin. *in Arreſt. 56. 590. & 637.* Et aliqua ad propoſitum; notant Caliſto Ramirez *De L... Reg. §. 27.*, & D.
5 Reg. D. Carol. Calà Ill. Dux Diani eruditiſſimus, & ſapientiſſimus J. C. vir Atavorum ſtemmatibus Clarus, propria Virtute Clariſſimus: Cujus egregia, & præclara facinora; meritò erunt exempla futuris, *in ſua Diſſertat. de Controbann. Clericor. ex num. 109.* Quid in Hi-
6 ſpania? Legantur, Vaſq. *de Reſtit. cap. 6. §. 1. dub. 2. nu. 33.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. Disput. 46. num. 16.* Parlador. *Rer. quotid. Part. 1. cap. 3. num. 16.* Guttierez *de Gabell. quæſt. 91.* Flores de Mena *lib. 2. var. quæſt. 21. num. 199.* & Pelician. de Solis, *de Cenſib. lib. 2. cap. fin. num. 13.*
7 Aut in ſubſidium? Vide Bernard. Grævæ *in Pract. Camer. Imperial. lib. 2. Concluſ. 52. n. 15.* & Ant. de Souſa, *in Relect. Bull. Cœnæ. cap. 19. Diſput. 92.* Vel pro refectione Pontium, vel Murorum Civitatis? Conſule Molin. *de Juſtit. Tract. 2. Diſput. 672.* Ledeſm. *in Summ. Tom. 2. Tract. 7. cap. 2. Concl. 27.* Gevall. *Comm. contr. Comm. quæſt. 415. & 896. num. 617.* Salon *Tom. 2. in ſecunda ſecundæ Divi Thom. quæſt. 78. artic. 5. Controv. 1.* Alter. *de Cenſur. Tom. 1. Diſput. 16. lib. 5. cap. 6. dub. 13.* Mart. *in cit. Caſ. 1. 9. & 10.* Cened. *ad Decretal. Collect. 153. nu. 4.* Riccard. *in ſuis Quodlibetis. Quodlibeto 2. quæſt. 30. nu. 4.* Salgad. *De Reg. Protect. Part. 3.* Duard. *loc. cit. lib. 2. Canon. 18. quæſt. 12.* & *ibi* Addit. Garz. *de Benefic. Part. 2. cap. 3. num. 12.* Epiſcop. Genuenſ. *in Pract. Eccleſ. quæſt. 466.* Gratian. *in Diſcept. 16. nu. 21. & 25.* Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 29.* De Pont. *de Poteſt. Proreg. Tit. de Elect. Offic. §. 1. num. 40.* Reverter. *in Deciſ. 36. & 439.* & *ibi* De Marin. Bertach. *de Gabell. Part. 7. quæſt. 7. num. 13.* Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Privilegia.* De Graſſ. *de Effectib. Clericat. effect. 3. num. 202.* Bonacin. *de Cenſur. in Bull. Cœn. diſput. 1. quæſt. 19. punct. 3. §. 3. num. 15.* Cacher. *in Decis. 181.* Mexia *in Pragm. taxæ Panis Concluſ. 1. num. 6. & Concl. 5. num. 63.* Ann. Robert. *Rer. Judicat. lib. 2. cap. 3.* Thomat. *de Collect. pag. 45.* & D. Conſil. Rocc. *de*
8 *Offic. §. 4.* Et demùm Quid pro bonis emptis, & donatis? Adeas Afflict. *in Conſtit. Regn. ſtatuimus. num. 16., & in Conſtit. hac Edictali. la ſeconda. num. 3.* Luc. de Penn. *in l. hi qui. C. de Præd. lib. 10.* Proſp. de Auguſtin. *ad Quarant. loc. cit. pagin. mihi 632. verb. Vectigal.* Curtell. *de Immunit. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 43. num. 26. & 27.* Coriolan. *in Bull. Cœnæ. Excomun. 18.* Cabed. *Part. 1. Deciſ. 189.* Velaſc. *in Conſult. 131.* Duard. *loc. allegat. can. 18. quæſt. 6.* Thom. del Bene *loc. citat. dub. 2. nu. 7.*, & De Marin. *in Arreſt. 704.*

9 Obſervo ſecundò, in præſenti Deciſione fuiſſe rejectum exceſſum: firmo tamèn remanente contractu venditionis: quia pactum in conſtitutione cenſus; non erat contrà ſubſtantiam contractus. Sequuntur hanc Deciſionem, nominatìm Capon. *loc. cit.* D. Petr. *in adduct. Rit. 20. num. 11.*, qui iterùm id deciſum dicit, in Anno 1653. Et De Luc. *ad De Franch. in Obſerv. 594. num. 6. in fin.* Et probant D. Merlin. *lib. 1. Controv. 96. num. 17.* Gayll. *lib. 1. Obſerv. 5. num. 9. & in Obſerv. 88. num. 12.* Proſper Petr. *ad Capyc. in Deciſ. 49. num. 3.* ſed admittendam eſſe hanc ſententiam, de æquitate: non de Rigore; ſcribit Conſtant. *in l. 1. & 2. num. 37. C. de Fiſcal. Uſur. lib. 10.*

10 Ulteriùs Obſervo: Epiſcopum De Afflict. *in Controv. 21. num. 1. & 41.*, dixiſſe: Aſſertum D. Reg. noſtri *nu. 19. & 24.* atquè D. Merlini *in cit. lib. 1. Controv. 55. ex num. 18.* quòd cenſus ſit conſtituendus ſupèr certo cor-
11 pore, non procedere in venditione facta à vaſallo cenſus ſupèr fructibus feudi, à ſe, & hæredibus ſuis percipiendis abſquè aſſenſu, quam venditionem validam eſſe fundat *in cit. num. 41.* Et contractum fuiſſe validum judicatum, quo venditor cenſus obligavit omnia bona ſua præſentia, & futura, mobilia, & ſtabilia, non ſpecificato certo corpore immobili, certis finibus deſignato refert Alex. Trentacinq. *Lib. 3. Var. Reſolut. Tit. de Cenſib. Reſol. 1. ſub num. 17. in verſic. circa quartam concluſionem.* quem ſequitur Thor. *part. 2. Compend. verb. Contractus cenſualis.*

12 An emptor annuorum introituum ab Univerſitate teneatur probare pecuniam ſolutam ex cauſa capitalis, fuiſſe verſam in illius utilitatem; inquirit D. Gizz. hìc *num. 14.* ſupèr quo videantur De Petr. *in Conſ. 52.* Barboſ. *tom. 2. lib. 3. vot. decis. 118.* Noguerol. *in Allegat. 14.* Antonin. de Amat. *tom. 1. Reſol. 3. ex 53.* Avendan. *de Cenſib. cap. 64. ex num. 64.* Gratian. *in Diſcept. 279.* Cenc. *de Cenſib. quæſt. 15. & 23.* & Mar. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap. 9. gloſſ. 11.*

Ego verò in una facti contingentia, pro Barone Pompeo Procaccino adversùs Univerſitatem Piſcariæ in Aprutio; hanc compoſui Jurium Allegationem: quam hìc ad ornatum hujus articuli imprimendam curavi.

13 Crediderat Phavorinus authoritate Eraſiſtrati *in lib. 3. Diviſion.* Aul. Gell. teſte *Noct. Atticar. lib. 16. cap. 3.* faſciis ventrem ſtrictiſſimè circumligatum famem diutiùs tolerari. Medicamen quod etsì Eruditos non lateat, vulgi potiùs dicterio applicamus. Quid non ſuadet veſana fames? populum flentem, omnibuſque precibus orantem, apùd Cæſar. *in lib. 7. de Bell. Gallic.* invenimus, ut ſe in ſervitutem receptum cibo juvaret, & famelicus Saturio, Tuxillum ſic rogat apùd M. Acc. Plaut. *in Perſa Act. 1. ſcen. ultim.*

*Queſò herclè me quoquè, etiàm vendas ſi lubet*
*Dùm Saturum vendas.*

alia ad propoſitum ſcribit P. D. Conſtantin. De Notariis *in Tract. dell' Umana perfettione, lib. 1. cap. 3. pagin. 39. ex liter. K.*

Eſurientes homines Piſcariæ in Aprutio, & panem quæritantes, concordeſquè Ill. tunc Regni hujus Proregè pluries repetierunt preces, ut expoſitæ, ac patenti illius temporis neceſſitati favorabili quodam expedienti provideret. Obtento ab illo per Regium Collaterale Con-

Digitized by Google

Conſilium Reſponſo: *Licere Univerſitati ejuſquè Sindico, & Electis capere Ducatos duos mille ad intereſſe, & pro illis vendere tot annuos introitus cum pacto de retrovendendo perſona seù perſonis cùm quibus meliùs ſe conveniri potuiſſent, qui ducati duo mille converti debuiſſent in emptionem tritici pro victu, & graſcia, & uſu Civium ipſius, & Militum, qui hoſpitabantur in dicta Terra.*

Poſt hæc uno miſericorde reperto, Mutio Blaſiotti. Plenario convocato Concilio omnium votis concluſum fuit pro venditione annuorum introituum in illius beneficium, cum pacto de retrovendendo pro oblata ſorte ducatorum octincentum conditione appoſita de emendo frumento. Deputatis proptereà certis hominibus pro contractu ineundo, illiſquè pro tali ſtipulatione facienda Procuratoribus Univerſitatis ſpecialitèr conſtitutis eodem die inſtrumenti ſtipulatio perfecta eſt.

Indè, eadem ferè de cauſa pro executione Decretorum S. R. C. relaxatis in eandem Univerſitatem literis exequutorialibus, inſtante Marchione Cuſani creditore pro pretio, Cujuſdam quantitatis tritici, executis Civium animalibus, iiſquè uſquè ad credulitatem defatigatis; Denuò hujus Regni ſupremo Moderatori ſupplicatum eſt pro beneplacito ſeù ut dicimus communi vocabulo, Aſſenſu Regio, eoquè obtento pro ſumma Ducatorum quincentum Conditione in reſcripto poſita de illis Marchioni ſolvendis. Convocato propterea Concilio; Conſtitutiſquè concordi animo Procuratoribus, Idèm Mutius datis Ducatis quincentum Univerſitati, quos Marchioni ſolvit, quietationem habuit, & executi reſtitutionem, publico contractu ad formam *Bull. & Pragm. de Cenſib.* annui redditus ab Univerſitate validam venditionem obtinuit.

Modò, quo jure ignoramus, eadèm opponit Univerſitas, ad annuam præſtationem non teneri (quaſi
14 quod uſquè ad annum 1671. Baroni Procaccino Mutii locum repreſentanti non ſolviſſet) quia non fundatur Ducatos octincentum fuiſſe implicatos in emptionem tritici.

Imò nec fuiſſe ſervatum Reſcriptum, quo, ſub pœna injunctum legitur Sindico, & Electis, ut vendito frumento, eadèm pecunia ſolveretur emptori annuorum introituum in ſatisfactionem ſui crediti.

Idquè licèt adversùs contractum Ducatorum octincentum applicetur. Iterùm etiàm ducatorum quincentum oppugnant, Aſſenſum conditionatum fuiſſe exclamantes, nàm in illius conceſſione ità Princeps
15 reſcripſit, *Decemquè ditiores dictæ Univerſitatis obligent ſe insolidum, & promittant debitum prædictum, & venditionem ut ſuprafactam ſub pœna unc. aur. 25. F. R. &c. redimere in beneficium dictæ Univerſitatis intrà annos tres.*

Sed, ut Nos, qui Baronis Procaccini Jura tuemur, omnem omninò dubitationem tollamus licèt illa verſemur facti ſpecie, qua ſecundùm aliquos non medio-
16 cris farinæ viros, Aſſenſus ſollemnitas non expoſcitur Blaſiotti enìm pecuniam ſuam Univerſitati dedit, nè populus fame periret, Staiban. teſte *in lib. 1. Reſolut. Forens. Reſol. 10. & in Obſervat.* & ad interpretatio-
17 nem Paulinæ (qua alienationem rerum Eccleſiaſticarum abſquè beneplacito Apoſtolico non ſubſtineri diſpoſitum eſt ad tradita per Didac. Covar. *ver. reſol. lib. 7. cap. 17. num. 2.* Sarmient. *de Redditib. Eccleſ. part. 1. cap. 2.* Reſner. *ſing. Reſpons. lib. 2. cap. 1.* P. Molin. *de Contractib. Diſput.* 468. Ciarlin. *Controv. Forens. cap. 8. num. 18. & cap. 105. num. 21.* Fontanell. *de Pact. Nuptialib. Claus. 4. gloſſ. 18. part. 1. num. 91.* Theodor. *in Allegat. 46. n. 15.* D. Joſeph Urceoli *Conſultat. Forens. lib. 1. cap. 47. num. 31.* & D. De Luca *ad De Franch.*
18 *in Obſervat. 35. num. 2.*) in puncto ſcribunt Ugolin. *de Poteſtat. Epiſcop. cap. 14. §. 7. num. 5.* Franciſc. Meroll. *Theolog. Moral. tom. 3. Diſput. 7. cap. 7. num. 277.* Ægid. Trullench. *ad Pracept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 23. dub. 10. num. 3.* Stephan. Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Alienatio rerum Eccleſiæ. num. 44.* & Auguſtin. Barboſ. *de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. Allegat. 95. num. 58.*

19 Reſpondemus objectis, hac in ſpecie, Decretum Collateralis Cõſilii interveniſſe, ad tradita per Roderic. *de Ann. Redditib. lib. 1. quæſt.* 14. Matute de Azevedo *in Diſquiſit. 32. n. 24.* Reg. Capyc. Latro *Conſultation. lib. 2. cap. 150. ex nu. 14.* Foller. *ad Pragm. de Cenſib. verſic. hujuſmodi.* Reg. De Pont. *de Poteſtat. Proreg. tit. de Alienat. ſolit. bonor. Univerſit.* Inſupèr Concilium generale hominum Univerſitatis ſolito loco ad id ſpecialitèr convocatum, & in illo approbatam annuorum introituum venditionem, atquè adeò Univerſitatem validè obligatam reperiri, concludunt De Marin. *ad Reverter. in Obſervat. 177. num. 1.* & Staiban. *in Obſervat. ad Reſol. 20. num. 17. & 18. lib. 1.*

20 At non conſtare de emptione frumenti in ſupplici libello ab Univerſitate, & Decreto Collateralis Conſilii expreſſo ſubiicit Debitricis Procurator, non advertens, contractum fuiſſe initum convocato Concilio, quo ſtãte ab onere oppoſitæ probationis ipſe Baro eſt immunis, Joſeph Maſcard. *de Probat. tom. 2. Conclus. 582. nu. 3. & tom. 3. Conclus. 1167. num. 18.* Covar. *in citat. cap. 17. num. 3.* Stephan. Gratian. *Diſcept. Forens. lib. 1. cap. 45. nu. 1. & cap. 196. num. 1.* Andr. Fachin. *Controverſ. jur. lib. 3. cap. 7. inſpect. 1. n. 20.* Anton. Faber. *in Rational. in l. Civitas. 27. ff. ſi Cert. petat. in fin. tom. 3. pagin.* 61. Ludovic. Molin. *de Primogen. lib. 4. cap. 4. num. 20.* Mont. *in Pragm. 2. ex num. 100. de Adminiſtrat. Univerſit.* Loſeus *de Jur. Univerſ. part. 3. cap. 4.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. Pragm. 1. ex nu. 267.* Coſta *de Remed. Subſid. Remed. 85. num. 15.* Reg. Rovit. *in Conſ. 64. lib. 1.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. Quæſt. 37.* Jul. Capon. *in Opuſcul. pro Exempt. Clericor. à Collect. num. 97.* & ſic Deciſum per Regium Collaterale Conſilium refert Gizz. *ad D. Reg. Capyc. Latr. tom. 1. Deciſ. Obſervat. 116. ex num. 14.* idquè procedere etiàm ſi cum Adminiſtratoribus ejuſdèm, habentibus ſpeciale mandatum, inſtrumentum fuiſſet ſtipulatum, Deciſum adducit Bolognet. *in Rubric. ff. ſi Cert. petat. num. 61. verſic. alia eſt etiàm perſona.* & per Noſtrum S. R. C. Gizz. *loc. citat. num.* 20. & noviſſimè poſt hæc ſcripta
21 in lucem viſus D. Judex integerrimus, & omni honore dignus D. Hieronymus Calà *in Tract. de in Integr. Reſtitut. quæſt. 1. ex nu.* 30.

22 Cujus rei efficax eſt ratio nàm pecunia hoc caſu cenſetur mutuo data toti Concilio, Koppen. *in Deciſ.* 60. *num.* 3. & Capon. *loc. citat. verſic. Quæſtio tamèn. in med.* & alienatio facta cum requiſitis, in dubio utilis præ-
23 ſumitur Capyc. *in Deciſ.* 16. Covar. *in alleg. cap. 17. nu. 2.* Ant. Gabriel. *Commun. Conclus. tit. de Sentent. Conclus. 5. num. 2.* & tredecies Deciſum teſtatur per Rot. Roman. Epiſcop. Ricc. *in Reſolut.* 13.

24 Et ideò dicenti non fuiſſe emptum frumentum ex pecunia Blaſiotti, incumbit onus probandi, Covar. *loc. citat. in fin.* Maſcard. *in adduct. Conclus. 1167. num. 18.* & pluriès Deciſum per Rot. Roman. legitur *part. 3. Diverſor. in Deciſ. 78. num. 3.* etiàm ſi aſſerat cauſam alienationis fuiſſe falſam, Covar. & Ricc. *in ſedibus indicatis*, præſumitur namquè frumentum fuiſſe emptum, etſi de ejus emptione non appareat, Noguerol. *in Allegat. 13. num. 45.* Mar. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap. 9. gloſ. 11. num. 17.* & Alii apud Oleam *de Ceſſion. jur. tit. 4. quæſt. 8. num.* 32.

25 Satis idcircò emptori fuit, pecuniam dediſſe Univerſitati in cauſam Aſſenſus, ad Tex. *in l. fin. ff. de Exerc. action.* Jo: Petr. Surd. *in Deciſ.* 55. Capiblanc. *loc. cit. num.* 296. & Antonin. de Amat. *tom. 1. Reſolut. 3. num.* 53. Undè per S. R. C. de Menſe Decembris præteriti Anni 1673. referente Ill. Marchione Latertiæ Regio Conſiliario D. Antonio Navaretta, in Cauſa D. Antonii Coppola patre, & legitimo adminiſtratore hæredum quon-

Digitized by Google

quondàm D.Tereſiæ Saydia, Me pro eo patrocinante, injunctum fuit Univerſitati Marcianiſii, quod ſolveret, oppoſitis non obſtantibus, idquè confirmatum etiam in gradu reclamationis,& in integrum reſtitutionis, proceſſus eſt in Banca Dominici de Martino penès Scribam Vincentium Pepe.

26 Nèc his reſiſtit clauſula, quæ legitur in Aſſenſu, ut Univerſitatis Adminiſtratores, ſub pœna, ex pretio perveniendo ex eodèm frumento ſatisfacere tenerentur Creditori, à quo pecuniam pro emendo illo erant accepturi. Siquidèm Clauſula prædicta non reſpicit cautelam, & intereſſe Creditoris, qui annuos introitus emit; ſed poſita eſt, ut quantò citiùs Adminiſtratores ab onere cenſus illam eximere procurent, pro ut benè in ſimili ſcribit Reg.Rovit.*in citat.Conſ.*64.*num.*16. & Epiſcop.de Afflict.*Controverſ. jur. Reſolution. cap.* 13. *num.*5.

Imò nec Blaſiotto; vendito frumento poterat prodeſſe Clauſula prædicta, nàm contractus venditionis annuorum introituum ejus conditionis eſt, ut ſi ità pa-
27 ctus eſſet, firmitatem non habuiſſet, ſtante ſcriptarum legum reſiſtentia ſtatuentium expreſsè, ut debitoris arbitrio ſtet exercitium pacti de retrovendendo, Andr. Gayll.*lib.*2.*Obſervat.*6. Covarr. *lib.* 3. *cap.*7. & *cap.*9.*num.*4.& ideò pactum, quod quis in certo tempore cenſum redimere teneatur, improbatum dicunt
28 omnes; teſtibus Vela *in Diſſertat.* 28. & 29. Leotard. *de Uſur.quæſt.*68.& aliis paſsìm.

29 Etenìm undecumquè Creditor, cenſus ſecurè, & certè ſortem exigere poteſt (præterquam in caſibus à Jure permiſſis) contractus illicitus eſt, Cenc. *de Cenſib.cap.*1.*quæſt.*3.*artic.*8. *num.* 5. 6. & 36. Roderic. *de Ann.Redditib.lib.*2.*quæſt.*1.*num.*4. & 5. propterea pactum, quod capitale cenſus extinguatur ex penſionibus domus, deducta priùs ſingulis annis annualitate, non ſubſtineri, probant Gratian. omninò legendus *tom.*4.*Diſcept.*717.*ex num.*1.*ad* 15.

30 Meritò exinde Regium Collaterale Conſilium verba Clauſulæ, de qua agimus, non Emptori, ſed Univerſitatis Adminiſtratori direxit, imò nec proceſſit ultrò, ut poterat, ſi de emptore cogitaſſet, ſcilicèt, ut non ſequuta ſatisfactione ex pretio venditionis tritici, contractus irritus remaneret, repugnant enìm inter ſe contractum eſſe validum, & clauſulam eſſe adimpletam.

31 Ejuſdèm quoquè farinæ eſt objectum illud de Clauſula poſita in Decreto Collateralis Conſilii, quod decem ditiores Cives inſolidùm ſe obligent, ac promittant ſub pœna reſtitutionem Ducatorum quincentum intrà annos tres, quemadmodum eadem clauſula, nec emptorem reſpicit, qui Aſſenſu non juvatur, niſi ſecundùm cenſualem naturam Epiſcop. De Afflict. *loc. allegato poſt num.* 5. quod ſi eadem Clauſula Emptorem reſpiceret pro contractus nullitate judicandum eſſet nàm Debitori Creditor terminum præfigere non poteſt, ut ſortem reſtituat, Carleval.*de Judic.tom.*2.*lib.* 1.*tit.*3. *Diſput.* 8. *ſect.* 6.*num.*64. atquè adèo Clauſula prædicta non operatur in favorem creditoris; illius namque Supremi Tribunalis ea mens fuit, ut quantò citiùs ipſa Univerſitas ab onere cenſus liberaretur, Reg.Rovit.& Epiſcop.de Afflict.*in ſed.indicat.*

32 Præterquàm adhuc ſunt, qui dubitant, nùm ea Civium obligatio ſubſiſtat cum Regente De Marin. *Reſolut.quotid.lib.*1.*cap.*76.& *lib.*2.*cap.*95.

33 At de cujus pecunia Ducati quincentum erant reſtituendi? id Collaterale Conſilium lucidè non expreſſit. Certò Univerſitatis, non Civium. Hi namquè ſi ſolviſſent, utiquè ab illa repetere potuiſſent; undè quìd infert decem Civium obligatio de inſolidum ſolvendis Ducatis quincentum intrà annos tres, ſi ipſa Univerſitas illorum modò quoquè debitrix referiretur, ut benè conſiderat Fab.de Falc. *apud Thor. part.*1. *compend. Deciſ.verb.Aſſenſus interpoſitus ſuper decreto lato:* qui *in fin.* pluribus S. R. C. Deciſionibus in hac ipſiſſima facti ſerie dicit firmatum, partis objectum tamquàm inanè ſempèr fuiſſe rejectum.

Quìd amplius? tacta ſunt hæc obitèr, ut bonum Baronis jus dignoſcatur, potiùs, quam obſtrepentem par-
34 tem in re tàm clara obmuteſcere. Baro Procaccinus eſt in poſſeſſione exigendi annualitatem à Die obtentæ ceſſionis ad Annum 1671.& ideò proptèr continuatam ſolutionem manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, in qua legitimè reperitur, non per præſtationem unicam, unius ſolutionis ad tradita per Roman. Rip.Bart.Soccin.Angel. Alciat. Rebuff. Peregrin. Alex. Addit.*ad Dec.*Addent.*ad Cravett.*Rot.Roman.*plurib.in loc.*Mandoſ.*ad Roman.*Bertaz. Balb.quos Gratian. conducit *in Diſcept.*113.*num.*2. nèc per binas juxtà poſita per Ant.Imol.Benedict.Foller.Surd.& per Flor.*in loc.allegat. ab eod.* Gratian. *num.* 1. ſed plurium annorum curriculo.

35 Poſſeſſoribus aſſiſtit jus Paul.Staiban. *lib.*1.*Reſol.* 27. Gargiar.*in Patrocin.*26.*num.*1.*part.*1.D.Jo:Bapt.Mucc. *var.Quæſt.forenſ.Dilucidat.quæſt.*21.*num.*15. nec poſſeſſione turbandus, qui tempore litis motæ poſſidet Thor.*cit.part.*1.*verb. poſſeſſor.* Antonin. Macerat. *var. Reſolut.cap.*66.*num.*6.& 8.*lib.*1.D. Reg.Jo: Hieronym. de Philip.*in Diſſertat.Fiſcal.*1.*num.*102.& *in Diſſert.*
36 36.*ex num.* 3. *ad* 7. pro quo quamlibèt poſſeſſionem etiam aſininam ſatis eſſe inquit Cafar. *in ſpecul. quæſt. peregrin.quæſt.*31.*num.*17.*ad finem*, ut poſſeſſori mandatum de manutenendo concedatur *cit.*Antonin. Macerat.*lib.*2.*var. Reſolut.* 22. *num.*1. & antè ipſum Maſcard.*in Concluſ.*1196. & per Regiam Cameram Summariæ Deciſum adducit Gizz.in ea ſpecie, ubi tractabatur de nullitate contractus ob deficientiam Aſſenſus *in cit.lib.*1. *ad Deciſion.Reg.Capyc.Latr. Obſerv.*77. *num.*13.idque ſempèr etiam in cauſis Regii Fiſci per
37 eandem Regiam Cameram fuiſſe obſervatum tradit Reg.De Marin.*ad Reg.Revert.in Obſerv.* 480. *num.* 1. poſſeſſorium namquè merum factum ſupponit, peti-
38 torium verò illius Juſtitiam idèm D. De Marin. *cit. lib.*1.*Reſolut.cap.*78.*num.*18.

39 Probavit Baro poſſeſſionem ex ipſiſſimis Univerſitatis ſcripturis; exhibuit enìm penès acta mandata facta ab ipſo debitricis regimine pro ei ſatisfaciendis debitis quantitatibus uſquè in Annum 1671. ex qui-
40 bus ſcripturis probari poſſeſſionem, nè dùm contra Baronis debitricem,ſed in præjudicium Tertii, ex Lanfranc.ab Orian.probat Maſcard.*in concluſ.*1185.*nu.*3.

Veritas ex his undequaquè manifeſtata eſt; in ſpem ducitur Baro, ut revocato Decreto domi lato per D. Cauſæ Commiſſarium, fortaſsè articulo non benè deguſtato, quod detur terminus in cauſa continuatio ſolutionis decernenda ſit. Scribebam quarto Kalendas Martii 1674.

Circa ea quæ attinent *à num.* 1. *ad* 15. hujus Deciſion.vide Capiblanc.*in Pragmat.*10.*de Baronib.tom.*1.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXVII.

*SUMMÆ.*

1 *Portio filiis ex dotibus maternis vigore noſtræ* Conſuetud. *jure hæreditario debetur. adverſus* Epiſcop. De Afflict.
*Abſquè agnitione non tranſmittitur. num.*2.
*Limita niſi ea portio ſit deducta in pactum.num.*3.
4 Deciſio *præſens qua ratione proceſſit. Declaratur* Epiſcop.De Afflict.
5 *Portio Agnatis debita attenta* Conſuetud. *jure hæredita-*

Digitized by Google

*ditario debetur.adverſùs* Montan. *Niſi pacto alitèr*
*cautum ſit.*
6 *Mulier in novem partibus dotis habet os clauſum, ma-*
*nus ligatas, & arbitrium refrenatum.*
*Fideicommiſſum supèr illis ordinare non valet.nu.7.*
*Nec reciprocè ſubſtituere. adverſùs* D. Jo: Bapt. de
Luc.*num.*8.
9 *Aditio hæreditatis probatur ex eo: quod fecit actum,*
*quem citrà nomen hæredis fieri non poterat.*
10 *Interrogatus ab uno creditore, fatendo se hæredem eſſe,*
*nùm ſibi præjudicium inferatur, quo ad alios.*
11 *Filius, qui ab hæreditate se abſtinuit per actum, qui*
*citra jus, & nomen hæredis fieri non poterat repu-*
*diationi non præjudicat.*
12 *Regula filius ergò hæres. quando procedat? num.*13.&
17.
*Nùm in Matris hæreditate! num.*14. Poſt. & Alii *ad-*
*ducuntur, contra* D.Reg.noſtr. *num.* 15. *sed concor-*
*dantur num.*16.

1 CONcludit D. Reg. noſter *hoc loco* portionem filiis
debitam ex dotibus maternis attenta Conſuetud.
quæ incipit *ſi qua moriens.* titulo hæreditario, non au-
tèm ſingulari ſpectare. Ea certò magis communis ſen-
tentia eſt quam, probant etiàm de Ponte *cons.52.num.*
11.& *cons.73.num.29.lib.*1.Marta, latè diſcuſſo articu-
lo, *de ſucceſſ. leg. p.5. quæſt.* 21.*art.*3. *num.*12. & 17.
Goſcia *diſſert.jur.lib.*2.*Resolut.*21. *num.*4. & 6. Botti-
lier *de ſucceſſ.ab inteſt.theor.*56.*num.*16. D.Carol, Ant.
de Luc. *ad De Franch.in Observat.ad Decis.*536. *num.*
3. & *in Observat.ad Decis.*690.*num.*2.& D.Jo: Bapt. de
2 Luc.*in Tract.De Dot. Discurs.*103. *num.*6. atquè adeò
abſquè agnitione non tranſmitti concludunt D.Conſil.
Joan. Baptiſt. Hodiern. *in addition. ad Surd. in Decis.*
140.*num.*17.Bottilier.*d.num.*16., & noviſſimè Carol.
de Roſa *in Consuet.ſi aliquis moriens. num.*14.*fol.*148.
etſi in contrarium allegari poſſit Epiſcop. De Afflict.
*Controvers.jur.Resolut.cap.*32.*num.*7.qui eandèm por-
tionem utì quid extrà hæreditatem jure proprio ad fi-
lios ſpectare contendit; adducens ad id D. Reg. no-
ſtrum cùm Doctoribus per ipſum allegatis *ex num.*
15.& 18. & ſequitur D.Altimar. *ad Reg. Rovit.in De-*
*cis.*100.*num.*12.*verſic.sed extrà.*
3 Reſtringit hanc veriſſimam ſententiam D. Reg. no-
ſter *num.*22. ut non procedat quotiès ea portio in pa-
ctum deducta ſit, nàm vigore pacti pertinere videtur,
& ideò, abſquè aditione, concordant ea; quæ idèm D.
Reg.noſter tradidit *in Decis.*8.*num.*11.Et probant San-
felic.*in Decis.*128.Staiban.*Resolut.Forens.tom.*2. *Reso-*
*lut.*111.D.Marcian.*lib.*1. *Disput.*39. D. Carol. Ant. de
Luc.*in cit.Observ.*536. *num.*3. *verſ. limitandum vide-*
*tur.& in Observat.*696.*num.*17.*vers.quod autèm circ.*
*med.*Novar.*Quæſt.forens.* 100. De Amat.*in Resolut.*64.
*tom.*2. Hodiern. *in Controv.*28. & 34. Proptereà Deci-
4 ſum habes hìc: ſupèr portione, filio debita ex dotibus
maternis, ſatisfaciendos eſſe illius creditores: ut legitur,
*ex num.*22.& habetur *num.*29. Et ità intelligendus eſt
Epiſcop.De Afflict.qui fortaſsè, Deciſionem iſtam non
benè conſideravit. *loc.citat. num.*5. Et vide D. Conſil.
Rocc.*in Respons.*74.*tom.*2.
5 Obſervandum quoquè, & illud eſt: medietatem bo-
norum Antiquorum Agnatis debitam, vigore *Consue-*
*tud.ſi quis, vel ſi qua,* illis Titulo hæreditario venire:
nisì in pactum deducta ſit. Andr. Provenzal. *in adduct.*
*Consuetud.Observat.*15.*à num.*11.De Luc.*ad De Fran-*
*ch.in Observat.*89. *num.*9. & *in Observat.* 307. *num.*8.
Quicquid ſibi dicat Montan. *in Controv.*1. *num.*69. Et
legantur ad comprobationem Cancer. *var. Resolut.*
*Tit.de Subſtitut. cap.*1.*num.*39. & Rojas *in Epith. ſuc-*
*ceſſ.cap.*30.*num.*25.*in fin.*
6 Atquè etiàm Obſervo *num.*18.mulierem in novem
partibus dotis attenta *Consuetud.* noſtræ Civitatis ha-
bere os clauſum, manus ligatas, & arbitrium refrena-
tum D.Conſil.Hodiern.*in l.hac edictali. quæſt.*5. *num.*
7 28. ità ut nèc ſupèr illis fideicommiſſum ordinare poſ-
ſit Napodan. *in citat. Consuetud. ſi qua moriens. verb.*
*tantum.& verb.relinquere.num.*9.& 10.& ità deciſum
referunt Præſ. De Franch.*in Decis.*486.Capyc. *in Apo-*
*ſtil.ad cit.Consuetud.pagin.*198.*verſic.Berardina.* Mol-
feſ.*ad Consuetud.part.*2.*quæſt.*23.*num.*5. Reg. Rovit. *in*
*Cons.*28.*lib.*2.*num.*10. & *in Decis.*100. *num.*23. D. De
Afflict. *loc.citat.num.* 11. Camill. de Medic. *in Cons.*
161.*num.* 4. imò nèc ſubſtitutionem in beneficium fi-
liarum, ut Deciſum refert Staiban. *Resolut. tom.*1. *Re-*
*sol.*16. At D.Jo: Bapt. de Luc. *in eod. tract. de dot. Di-*
8 *scurs.*106.voluit Matrem poſſe reciprocè ſubſtituere fi-
lios inter ſe. hoc tamèn dictum ſingulare eſt, & à no-
ſtris Tribunalibus alienum. Conſule proptereà Reg.
Rovit.*in citat.Cons.*28.*num.*10.& Molfeſ.*in ead.quæſt.*
23. *sub num.*15.
9 Obſervo ulterius *num.* 26. aditionem hæreditatis
probari eo ipſo quod quis fecit actum qui fieri non po-
teſt citrà jus, & nomen hæredis. Adde quæ prolixè tra-
dunt Aretin.*in Cons.*160. *num.*3. Mantic. *de Conjectur.*
*ultimar.volunt. lib.*12. *tit.*13.*num.*1. Laurent. Urſell.
*Conclus.legal.verb.Aditio hæreditatis. conclus.*51. *lib.*1.
Maſcard. *de Probat. Conclus.*40. David Doring. *in Bi-*
*blioth.Jur.Consult. verb. Aditio,*& Staiban. *in Observat.*
*ad Resolut.*86.*n.*79.*tom.*1.Qua in re illud diſceptari ſo-
10 litum eſt: An interrogatus ab uno creditore, confitens ſe
hæredem eſſe ſibi præjudiciũ inferat quo ad alios? ſupèr
quo extant elegantèr poſita per Vincẽt.de Franch.& *ibi*
per De Luc. *in Decis.*694.Conſil.Paſchal.*de Virib.Patr.*
*Poteſtat.part.*4.*cap.*10.& per D.Joan.Bapt.Mucc.*variar.*
*quæſt. forenſ. dilucidat. quæſt.*4. Mihi verò arridet An-
dreoli ſententia, ſcribentis, ſcilicèt: quòd, aùt ſumus in il-
lo, qui nõ poteſt eſſe hæres; & hoc caſu, cõfeſſio non præ-
judicet confitenti: nisì reſpectu illius creditoris; cui ſe hæ-
redem eſſe faſſus fuerit. Aut poteſt eſſe hæres; & tùnc ſibi
præjudicare, quò ad omnes alios creditores: concludit *in*
*Controv.* 388. ſequutus Præſid. De Franch. *loc. citat.* &
concurrit Staiban.*in Resolut.*26.*num.*19.*lib.*1.
11 Nùm id in filio; qui priùs à paterna hæreditate, ſe
abſtinuit: & deindè fecit actum, qui citrà Jus, & no-
men hæredis, fieri non poterat; procedat? Paſcal.
reſpondit *loc.citat.cap.*1.*ex num.*23. per illum actum;
revocationem repudiationis, non induci: nisì in ſpecie
revocaſſet. Concurrit Urſill.*ad Afflict. in Decis.* 550.
*num.*18.Et probant Borgnin.Cavalcan. *de Tutor.num.*
76.*vers.& faciunt* Jacob.Machel.*in Patrocin.*70. *num.*
4.& Paul.Staiban. *in Resolut.*86.*num.*6.*cit.lib.*1.
12 Et tandèm: nè intactum remaneat; adnotandum
cenſeo: Regulam illam, filius ergo hæres: quam, cum
13 aliquibus declarationibus; memorant Bartol. *in l.ne-*
*ceſſariis. ff. de acquirend.hæredit.* Cravett.*in Cons.*148.
*num.*10.Roland.à Vall. *in Cons.*20. *ex num.*17. Soccin.
*in Cons.*65.*lib.*1.Alex.*in Cons.*34. *lib.*3. Sintas *Commun.*
*Opinion.lib.*7.*tit.*14.*num.*218.& D. Calà *de in Integr.re-*
*ſtit. minorib. quandoq. denegand. quæſt.* 43. procedere
tantùm ſcribit D. Reg. noſter *num.* 4. reſpectu Patris
14 non Matris; Adde Gratian. *in Decis. March.* 122. *in*
*addit. num.*2.Paſcal.*loc.citat.part.*4. *cap.*1.*nu.*31. Tuſc.
*Practicar.Conclus.tom.*3.*lit.F.conclus.*361. *nu.*11. Char-
tar.*in Decis.*54. *num.*22. Nigrum Cyriac. *Controv. fo-*
*rens. lib.*2. *controv.* 244. *num.*25. Novar. *in Decis.*176
*num.*4. Magon. *in Decis. Lucens.*62. *num.*14. Rot.Ro-
man.*in impreſſ.poſt Poſt.de Manutent. in Decis.*647.*ex*
*num.*65.Medices *Exam.* 50. *ex num.*4. & Joan.Baptiſt.
Groſſ.*in Controv.*35.*num.*9. filius namquè in patris po-
teſtate eſt. §. 1. *Inſtit.de Patr.poteſtat. l.nàm Civium.ff.*
*de his qui sunt sui vel alien. jur.* & Plutarc. meminit
Romulum intèr eas leges, quas curiatìm rogabat;
hanc legẽ primo tuliſſe: *Filius quamdiù vixerit, in pa-*
*tris poteſtate maneto.* Joachimo Mynſigerio teſte *in cit.*
*Tit.de Patr.poteſtat.* ejuſquè hæreditatem retinere po-
tiùs, quam filium adipiſci ſumitur ex *l.ſi patronus.* 12.
*§.fin.*

Digitized by Google

§.fin.ff.de Oper.libert.& tradunt Gerard.Tuning.*in* §.*ſui autem.verſ.Vivo patre. verſic.hinc eſt. Inſtit. de Hæred. qualitat.& different.*Cujac.*in Not. ad Inſtitut. in modo cit.Tit.de Hæred.qualitat.verſ. quia domeſtici.* Fab. *in Codic.lib.*4.*Tit.*9. *Diffin.*4. Vela *in Diſſertat.* 11. *lib.* 1. Coras.*in Miſcellan.jur. lib.* 6.*cap.* 12. Tepat. *lib.*3.*Tit.* 548.*cap.*13.Solorzan.*lib.*2. *de Parricid.cap.* 10. Oſuald. Illiger.*ad Donell.lib.*7.*cap.*2.*lit.C.verſ.hæredes.* Jo: Bapt. Hodiern.*in Controv.*50.*ex num.*9.Wilhel. Luduvell. *de Ultim.Volunt.part.*2.*ad lib.*6.*C.tit.*54.*in l.*8. *verſ. ità ut poſt mortem.pagin.*467.Conſil.Paſcal.*in cit. part.*4.*cap.* 1.*& ibi* Prat.Roſenth.*de Feud.lib.*1. *cap.* 7. Janus Langlæus *in Ocio Semeſt.lib.*7.*cap.*2.Robles *de Repræſent.lib.* 2.*cap.*2.& Harprecth.*in cit.*§.*ſui autem. verſ.cæterùm*, ac legem adire hæreditatem pro eo,ſermocinarunt Fulgoſ.*in l.* 3. *num.*3.*C. de jur. deliberand.* Vela *loc. allegat. num.*40.Gratian.*tom.* 4. *Diſcept.* 732.*num.*51. Ludov. Molin.*de Juſtit.lib.*1.*tract.*2.*Diſput.*180.ac D. De Marin.*ad Reverter.Obſervat.*551.*num.*3.Mater verò filium in poteſtate non habet §.*fœminæ.Inſtit.de Adopt.* §. *Cæteri.Inſtit.cit.tit.de Hæred.qualit.& different.*

15 At Regulam prædictam quoquè procedere in hæreditate Matris probant Coſt. *de Retrotract. cap.* 8. *caſ.*2. *num.*21.Mar.Antonin.Maceratenſ.*var. reſol.lib.* 1. *Reſolut.*109.*nu.*57. Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. Remed.* 4.*num.*676.Caroc.*in Deciſ.*43.Poſt.qui contrariam opi-
16 nionem procedere dicit quotiès à tertio allegaretur filium eſſe Matris hæredem, ſecùs verò ſi ipſe idem id agens in judicio dixerit *in Reſolut.Civil.cap.*18. *ex n.*2.
17 quam diſtinctionem procedere etiàm in paterna hæreditate ſcribunt Imol.*in l.ſi cum dotem.§. transgrediamur.col.*1.*ff.ſolut.Matrimon.*Surd.*in Conſ.*359.*num.*17. *lib.*3.Roland.*in Conſ.*70.*num.*19.*lib.*1. Gratian. *tom.* 2. *Diſcept.*215.*ex num.*14.*& Diſceptat.*330.*num.*11.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXIIX.
### SUMMÆ.

1 *Conditio in donatione poſita* ſi donans Monaſterium ingrediatur, & in eo profeſſionem emiſerit. *Per ingreſſum Religionis, licèt antè probationis annum deceſſerit;purificatur.*
*Comprobatur* Deciſio *placito* Aliorum.
*Adducitur interpretatio* D. Conſil. Hodiern. *&* Stephan.Gratian.*num.*7.
2 .... ſi Monaſterium ingrediatur, *cujuſnam ſit naturæ?& num.*5.
3 .... *Poteſtativa habetur pro impleta, ſi aliquo caſu à natura procedente impleri non poteſt.*
4 .......... *habetur pro impleta, in contractibus poſita,& in ultimis voluntatibus quoties per eum ſtat, qui eam appoſuit, quin impleatur.*
6 .... *ſucceſſivum tractum habens pro impleta habetur, eo ipſo quod impleri cœpta eſt.*
8 *Novitio antè emiſſam profeſſionem mortuo cui ejus hæreditas applicetur?*
*Refertur opinio pro Monaſterio, & notatur perplexitas* D.Regent.noſtri *num.*9.
*Contraria ſententia dicitur verior.num.*10.*&* 12.
*Ampliatur. num.* 13.*& exploſo* Dec. *declaratur* Menoch.*num.*14.
11 *Novitius intrà probationis annum non dicitur verè Religioſus.*
*Intellige.ut num.*15.
16 .... *gaudet fori privilegio.*
17 .... *gabellam non ſolvit.*
18 .... *Comprahenditur ſub Diſpoſit.*Canon. ſi quis ſuadente diabolo.
19 P.Antonin.Dian.*commendatur.*
20 Bulla B.Pii V.*num procedat tàm ut Novitius non expleto probationis anno valeat profiteri in articulo mortis,quàm ut illo Monaſterium ſuccedat?*
Mirand.*ſcribit contra* P. Dian.*&* D.Reg.noſtrum. *nu.* 26.
21 ...... *an ſit abrogata per* Bullam Gregor. XIII.*cujus refertur diſpoſitio.num.*22.24.*&* 25.
23 *Novitius nulliter profitetur non expleto probationis anno.*

1 Conditionem in Donatione poſitam *ſi donans Monaſterium ingrediatur, & in illo profeſſionem emiſerit.*per Religionis ingreſſum etsì antè annum probationis non facta profeſſione decedat purificatam haberi,Concluſum refert *hoc loco* D.Reg. noſter quem nominatìm ſequitur D.Carol. Ant. de Luc. *ad De Franch. in Obſervat.*42.& comprobat ex Gratian.D.Conſil.Hodiern.*ad Surd. in Obſerv.*303. *num.*1. Ea namquè con-
2 ditio ſivè poteſtativa ſit juxtà mentem Menoch. (cui contradictores non deſunt penès Reg. De Marin. *lib.* 2. *Reſol.cap.*196.*num.*38.*&* 48.) *in Conſ.* 388. ejus naturæ
3 eſt ut ſi aliquo caſu à natura procedente impleri non poteſt pro impleta habeatur teſtibus Peregrin. *de Fideicomm.artic.*16.*nu.*130.& Aliis adductis à Vincent. Fuſar.*de Subſtit. artic.* 454.*nu.*78. Imò implementum in
4 præſentis Deciſionis ſpecie pendebat à Donante ex quo intrat illud vulgatum tàm in contractibus,quàm in ultimis voluntatibus conditionem poteſtativam pro impleta haberi quotiès per eundem ſtat, qui conditionem
5 poſuit illam non impleri Andr.Gayll.*lib.*2.*Obſerv.* 2.*ex num.*2. Franc. Cenſal.*ad Peregrin. in adduct. artic.* 16. *verſ.Addo num.*128.*pagin.*34. *in æditione Neapol.* Sivè ſit habens tractum ſucceſſivum ſecundùm ſententiam Jo:Petr.Surd.meliùs ſentientis, approbatam per D. Reg.
6 noſtrum *num.*13.quo caſu illud eſt certum, ut pro impleta habeatur,quotiès illa impleri cœpta eſt, Anna *in Conſ.*75.*num.*1.& Surd.*in citat.Deciſ.*303.*num.*7.
7 Sed D.Conſil.Hodiern.*loc.citat. num.* 2. Deciſionem intelligit, ut procedat quotiès reverà ab initio ingreſſus Monaſterio ſe, & bona ſua expreſsè dicavit; aut conjecturis conſtaret voluiſſe illum ex animo Religionem amplecti,& in ea perſeverare. Secùs verò ſi de voluntate in ea non perſeverandi,ex conjecturis conſtaret, aut ſub dubio verſaremur ex Menoch. *in addit. de Arbitr. caſ.*436.*à num.* 19. *& De Præſumpt. lib.* 6. *Præſumpt.* 184.*ex num.*13.& Ego addo Stephan.Gratian. *in Deciſ. March.*42.*num.*25.& Scoppam *ad eund.Gratian.in Obſervat.*25.*ex num.*30.
8 Secundò Obſervandum ſuccedit Novitio antè profeſſionem emiſſam decedente cui illius bona applicanda ſint Monaſterio ſcilicèt, vel potiùs ab inteſtato venienti? Sciſſam eſſe veritatem in duas partes ſcribit D. Reg.noſter *num.*4. *&* 11. atquè adeò articulum diſceptabilem dicit *num.* 33. Tu verò quicquid ſibi obſtre-
9 pentes dicant inter quos reponantur Mart.*de Juriſdict. part.*4.*cent.*1.*caſ.*95.*num.*7.*pag. mihi* 177. & Alii quos numerat P.Duard.*ad Bull.Cœn.Domin.lib.*2. *Canon.* 15. *quæſt.*19.*num.*110. etsì de hac opinione dubitet Tiraquell.*de Retract.ligniager.*§.1.*gloſſ.*8.*num.*25.Me Judice
10 opinio in gratiam ab inteſtato venientis in contingentiis ſequenda eſt etenim Adverſariorum fundamentum quod ingreſſus in eadem voluntate, quam à principio habuit quo purè ſe,& ſua Monaſterio dicavit perſeverare cenſeatur;Riminald. ſolvit ut illa ſub conditione reſolvatur ſi profiteatur intra annum *in conſ.* 477.*nu.* 17.
11 Is namque intra dictum tempus verè Religioſus non eſt,& judicatur tanquàm laicus ad Tex.*in cap.Religioſo de Sentent.excommunic.in* 6.*& in cap. per tuas. de Vot.* & tradunt latè Sylveſtrin.*in verb.Religio.verſic.*20.Boſſ. *de For.competent.ex nu.*144. Tiraquel. *in cit. Tract. de Retract.tit.*1.§.1.*gloſſ.*8.*ex nu.*21. Duard. *in adduct. Canon,*



Digitized by Google

non.15. quæſt. 3. num.2. quo ſtante hanc noſtram ſen-
12 tentiam ultra congeſtos per D.Reg.noſtrum in cit.num.
4.elegantèr defendunt Luc.de Penn.in l. ſtigmata. C. de
Fabricenſib.lib.11.col.2.in fin. Camill. Salern. in addit.
ad Napodan. in Conſuetud. ſi moriatur. pagin. 76. verſ.
quid ſi ingreſſus. Auguſtin. Barboſ. in Tract. de Offic. &
poteſtat. Epiſcop. Allegat. 101. num. 40. & in cap. cum di-
lectus. in fin. de Succeſſ. ab inteſtat. Cutell. de Donat. con-
templat. matrim. tom. 1. diſcurs. 2. part. 12. poſt num. 73.
Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom. 2. part. 4. quæſt. 64. nu.
2. Coſt. de Retrotract. cas. 3. cap. 9. num. 14. De Marin. in
lib. 1. Reſolut. quotid. cap. 150. num. 2. Triviſan. in Decis.
57. Canonic. D. Franciſc. De Magiſtr. in Sylv. Eccles. tom.
1. lib. 1. cap. 8. nu. 11. & hanc eſſe communem ſenten-
tiam dicit Borgnin. Cavalcan. in Decis. Fivizan. 11. nu.
7. tom. 5. & in Tribunalibus amplexatam referunt Ar-
mendariz in addit. ad recompilat. Leg. Navar. lib. 2. tit.
18. l. 7. de Relig. num. 30. & Fontanell. de Pact. Nuptialib.
clauſul. 5. gloſſ. 1. part. 1. num. 66.
13 Reſtringit concluſionem iſtam Menoch. quotiès ex-
preſsè bona ſua Monaſterio Novitius fuiſſet dicatus in
conſ. 396. Qua in re licèt contradictorem habeat Philip.
Dec. ſubſtinentem in ſpecie ſuppoſita haud tacitum ab
expreſſo in commodum Eccleſiæ differre conſenſu in
cap. in præſentia. de Probat. Reprobato Dec. cum mo-
14 deratione intelligendus eſt Menoch. ut ſi ipſa expreſſa
bonorum dicatio Monaſterio occaſione ingreſſus facta
fuiſſet nullo modo Monaſterium per illam Novitio in-
tra probationis annum mortuo ſuccedere, ſed ab inte-
ſtato veniens cum actus iſti tacitam contineant condi-
tionem ſi & quatenus profeſſio ſequuta fuerit. Barboſ.
in citat. cap. in præſentia. Sanchez ad Precept. Decalog.
tom. 2. lib. 7. cap. 3. num. 97. cum Aliis allegatis à Cutell.
loc. indicat. & à Cenſal. loc. citat. Obſervat. in artic.
42. pag. 440. verſic. Hanc declarationem Ego agnoſco.
15 Modò quod de Novitio paulò antè ſcriptum eſt illum
intrà probationis annum verè Religioſum non judicari:
non ultra caſum expreſſum intelligendum eſſe coſtan-
16 tèr contendo; etenim is fori Eccleſiaſtici privilegio gau-
det. cap. non dubium. cap. ex tenore & cap. religionis.
de ſentent. excomunic. in 6. & prolixè tradunt ultra D.
Reg. noſtrum num. 10. in fin. Navar. in Conſ. 58. de Re-
gular. lib. 3. Bonacin. de Cenſur. Bull. Cœn. Domin. Diſput.
1. quæſt. 16. ſect. 1. punct. 3. nu. 14. Cævall. commun.
contr. commun. quæſt. 897. num. 1026. part. 4. Campanil.
in diverſor. Jur. Canonic. Rubric. 12. cap. 3. num. 27.
Ricc. in Decis. 119. part. 2. Molin. de Juſtit. tract. 2. di-
ſput. 671. num. 2. tom. 3. Duard. in citat. quæſt. 3. nu. 2.
in fin. Mart. in cit. tract. de Juriſdict. part. 4. centur. 2.
cas. 121. num. 24. Volanno in Curia Philip. part. 3. §. 1.
nu. 12. Petr. Gambacurt. de Immunitat. Eccles. lib. 7.
cap. 12. num. 3. Bellug. in Specul. Princip. rubric. 11. §.
videndum. num. 5. in fin. Barboſ. in cit. tract. de Offic.
& Poteſtat. Epiſcop. allegat. 12. num. 37. & Carleval.
de Judic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. Diſput. 2. quæſt. 6. ſection.
2. num. 406.
17 Novitium quoquè immunem eſſe à ſolutione gabellæ
apprimè tradunt Sanchez in ſumm. lib. 6. cap. 10. num.
16. Barboſ. in Collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 7. nu. 11.
Mena lib. 2. var. quæſt. 21. num. 198. Fagundez ad Præ-
cept. Decalog. lib. 1. præcept. 1. cap. 7. num. 6. Squillant.
de Privileg. Clericor. cap. 8. num. 14. Dian. part. 3. reſolut.
tom. 2. reſolut. 73. De Graff. de Effectib. Clericat. effect.
3. num. 131. Bartholom. à Sanct. Fauſt. in Specul. Confeſſ.
Diſput. 33. quæſt. 14. num. 2. & lib. 8. Theolog. Moral.
quæſt. 53. & Cened. ad Decretal. Collect. 24. num. 12.
18 Demùm comprehendi Novitium ſub Canon. ſi quis
ſuadente diabolo. tradunt D. Reg. noſter in citat. num.
10. Carleval. loc. citat. Duard. in indicat. quæſt. 3. P.
Franciſc. Meroll. Theolog. Moral. tom. 3. de Privileg.
Diſput. 6. cap. 3. dub. 13. num. 165. & Jo: Leonard. Ro-
doer. in addit. ad De Marin. in citat. lib. 1. Reſolut. cap.
111. num. 22. & probatur ex tex. in cap. de Religioſo.
21. §. quamvis 1. citat. tit. de ſentent. Excommunicat.
in 6.
19 Denique Obſervo. Authoritate P. Antonini Diana
viri laborioſiſſimi tradere D. Reg. noſtrum num. 34. Di-
20 ſpoſitionem Bullæ B. Pii V. concedentis, ut non expe-
ctato probationis anno Novitius in diſcrimine vitæ con-
ſtitutus profiteri poſſit; procedere nedùm circà indul-
gentias, verùm etiàm, ut illi Monaſterium ſuccedat.
21 At Repugnat Reg. Rovit. in Decis. 40. pro quo Nota
Bullam cujus initium eſt Summi Sacerdotis cura. pu-
blicata Die 23. Auguſti 1570. loqui de Monialibus No-
vitiis Ordinis Sancti Patriarchæ DOMINICI Prædi-
catorum coriphei, protectoris mei ſingulariſſimi, &
præſentiſſimi. quibus conceſſum eſt accedente Medici
judicio ex illa infirmitate ægrotam morituram; non ex-
pectato brobationis anno; profeſſionem in manibus Su-
perioris emittere poſſe: modò tamèn ægrota ad ætatem
legitimam pervenerit, ut perbellè ſumitur ex Eman.
Rodriq. tom. 3. quæſt. 15. artic. 6. At quia Gregorius
22 XIII. accedente alia Bulla ad verbum tranſcripta per
eundem Eman. in Collect. privileg. in Bull. Gregor.
XIII. Bull. 38. abrogavit omnia privilegia Mendicantiū
Religionibus conceſſa contra Diſpoſitionem Concil.
Trident. ubi Seſſ. 25. de Regular. cap. 15. cautum repe-
23 ritur profeſſionem eſſe nullam quotiès Novitius inte-
grum non expleverit probationis annum, ut notant
Armendariz in adduct. loc. num. 4. Bonacin. de Clauſur.
Religios. quæſt. 2. punct. 10. Diff. 2. §. 2. Mirand. in Ma-
nual. Prælator. Regular. part. 1. quæſt. 22. artic. 1. Bar-
tholom. à Sanct. Fauſt. in lib. 5. Theſaur. Relig. quæſt.
160. & Campanil. in citat. cap. 3. Atquè adeò ortum eſt
24 dubium an Bulla B. Pii V. per citat. Bullam Gregorii
XIII. ſit abrogata? Negant Eman. Rodriq. tom. 1. quæſt.
8. artic. 9. & adduct. tom. 3. in cit. quæſt. 15. artic. 6.
Ledeſma nel ſtado de los Religioſos. cap. 7. Concluſ. 2. diffic.
1. Sanchez in lib. 1. ad Præcept. Decalog. cap. 4. num.
16. & Henriq. in ſumm. lib. 13. cap. 40. num. 2. Con-
trarium tamen placuit Bartholom. de Vecchis in Prax.
Obſerv. in admittend. Novit. ad ſtat. Religion. Diſput.
13. dub. 11. num. 4. & Emanuel. Sà in verb. Religio. nu.
56. & adverſus Dian. ex quò à B. Pio tale privilegium
26 Novitiis conceſſum fuit, ut lucrentur indulgentias,
nec ad ſucceſſionem extendi probant examuſsim Mi-
rand. in citat. quæſt. 22. artic. 10. Thor. in compend. De-
cis. verb. Dos. & verb. Profeſſio. part. 3. Tonnut. lib. 1.
Reſolut. 64. & Jo: Baptiſt. Ciarlin. in controvers. 193.

## OBSERVATIO

### IN DECISIONE CXIX.

### SUMMÆ.

1 Diuturna eſuries qualitèr ferri poſſit?
2 P. Jo: Euſebius Nieremberg. Soc. Jeſ. cum laude ad-
ducitur.
3 Famis incomoda non nulla referuntur.
4 Venter dilationem non patitur.
5 Egeſtatis incommoda notantur.
6 Alimenta, & litis expenſæ Actori pauperi, & in cauſa
bonum jus foventi à Convento ſubminiſtrantur. Coa-
cervatur Deciſio placito Aliorum.
7 Paupertas ſatis non eſt de per ſe ad obtinenda lite pen-
dente alimenta, & expenſas litis. Nec ſolùm bonum
Jus. num. 10. De Marin. declarat Gizz.
8 Alimenta, & litis expenſas actori pauperi non præſtan-
tur, quotiès reus exhibuit ſcripturam juris illius ex-
cluſivam.
9 Deciſio in cauſa Ill. Ducis Gravinæ cum D. Flavio Ur-
ſino qua ratione poceſſit. Retunditur. Prat.

11 Pau-

Digitized by Google

11 *Paupertas & bonum jus junctim concurrere debent ad finem obtinendi lite pendente alimenta, & expenſas litis.*

12 *Pendente lite ſuper vita, & militia quandò Actori alimenta, & litis expenſæ debeantur?*

*Quid ſi de ſupplemento illius agatur? num.* 13.

14 *Paupertas in ſuppoſita ſpecie qualitèr probetur?*

15 *Alimenta, & litis expenſæ ſicùt in univerſali judicio, ità in particulari etiàm Actori pauperi ſubminiſtrantur. Contrà* Surd. Andreol. *&* Alios. *& num.* 16.

17 *Filio etiàm naturali cum Patre litiganti pendente lite alimenta debentur.*

*Monaco litiganti cum Abbate num.* 18.

*Uxori licèt indotatæ cum Viro litem habenti. num.* 19.

20 *Actor pauper àn teneatur præſtare cautionem de reſtituendis alimentis in caſu ſuccumbentiæ? Adducitur contra* Gizz. Boer. *&* D. De Luc. *Opinio* Covarr. *&* Milanenſ. *num.* 21.

*Refertur Diſtinctio* Fab. de Ann. *num.* 22.

23 *Alimenta quandò ab Actore paupere reſtituenda non ſint?*

24 *Cautio de reſtituendis Alimentis in caſu ſuccumbentiæ ab Actore paupere qua conditione præſtanda ſit? ſecundùm* Molin. *& quandò deneganda alimenta?* ex Gallup. *num.* 26.

*Quid ſervetur in noſtris Tribunalibus? num.* 25.

1 NIcoſiæ herbæ notiſſimæ pilulam ore detentam; morſum Alunoſæ, atquè Radicis dulcis, præſtare, ut diuturna feratur eſuries, ſcribunt Jo: Boemus Aubanus *de Morib. Gent. lib.* 3. *cap.* 4. & Caſt. Durant. *in Herbar. pagin.* 230. *&* 402. Democritum novenos ſupra centeſimum agentem annos recentis panis odoratu ad alios dies tres vitam produxiſſe tradit ſapientiſſimus P. Jo:
2 Euſeb. Nieremberg. Soc. Jeſ. *ne la ſegunda parte de la Curioſa Filoſofia. cap.* 78. Gangis propè fluminis accolas Sylveſtris, cujuſdàm pomi odoramento vitam ducere notat citat. Boem. *cap.* 8. concordat Marc. Polus *in ſuo itinere.* rationibuſquè, & exemplis comprobat Adduct. P. Nieremberg. *cap.* 79. At quicquìd ſit de his Fames ma-
3 ximus dolor hominibus eſt Menandro teſte apùd Authorem *Polyant. noviſſimar. noviſſim. tom.* 1. *pag.* 451. *verb. Fames.* Hippocrates enìm *in Commentar. de Ætat.* poſt ſeptenum diem; inedem ſupremum fatum incur-
4 rere tradit; Undè J.C. dixit: Ventrem dilationem non pati *in l. ultim. C. de Aliment. pupill. præſtand.* Gloſſ. *in l. ſed etſi lege. §. quod autèm. verb. erogavit, ff. de Petit. hæredit.* quia ærarius eſt totius corporis Philip. Finelli *de Naturali Phiſonomia Planetarum. cap.* 22. *verſic.* 1. Oh quam
5 cogit egeſtas plures ſunt; qui ſe ſervituti offerunt, quam famem, & rerum neceſſarium penuriam magno ferant animo Jo: Marian. teſte *laudato in citat. Polyant. verb. Paupertas. pagin.* 1006. Pauperies namquè cum ſumma miſeria ſit Tacit. *lib.* 14. *annal.* lacrimoſam nè dum tribuit vitam Plaut. *in Rud. act.* 2. *verſ.* 1. ac ridiculos homines facit Juvenal. *ſatir.* 3. verùm, & audiri contemnit Iſidor. *in cap. pauper.* 11. *quæſt.* 3. licèt ejuſdèm opprobia vindicare conetur P. Franciſc. Acerb. *in Polypod. Apollin. lib.* 1. *pagin.* 125. Illud patet quod jàm dudùm Ovid. *lib.* 3. *de Amor.* adnotavit *Curia pauperibus clauſa eſt.* & Iſidor. Peluſ. *lib.* 1. *Epiſt.* notat quo vergit aurum, illuc propendere judicium.

6 Statuit hic S.R.C. Actori pauperi, & qui in cauſa bonum jus fovet alimenta, & litis expenſas à Convento ſubminiſtranda fore Deciſionem nominatìm ſequuntur Franciſc. Mar. Prat. *ad Paſcal. in tract. de Virib. patr. poteſtat. part.* 2. *cap.* 2. *verſic. Alterum ſanè tractatum.* & Jul. Capon. *De Dot. in l.* 2. *ff. Solut. Matrim. quæſt.* 7. *num.* 55. *in fin. &* 58. & adamuſsìm illam intèr multos defendunt Paſcal. *loc. citat. num.* 83. Covar. *practic. cap.* 6. *num.* 6. Laganar. *ad Reg. Rovit. in Pragmatic. Regn. tit. de Carcerat. pragm.* 5. *num.* 17. quo loco ad materiam imprimi curavit Reſponſum exaratum ab eodem Rovit. in cauſa D. Briannæ Sanchez de Luna cum Marchione Gruptulæ Salgad. *in Labyrint. Credit. part.* 3. *cap.* 9. Gallup. *in prax. S.R.C. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 54. Feliù *var. Concluſ. verb. Alimenta & ſumptus litis.* Reg. De Marin. *lib.* 1. *Reſolut. quotid. cap.* 277. *num.* 4. *& ad Reg. Reverter. in Obſervat. ad Deciſ.* 296. *num.* 1. De Luc. *ad De Franch. in Obſerv. ad Deciſ.* 614. & D.D. Hieronym. Calà *De In Integr. Reſtit. minorib. quandoq. denegand. quæſt.* 12. *ex nu.* 63.

7 At ſi pauper actor in actione inſtituta malum jus foveat ab alimentorum petitione excludendum eſſe ſcripſerunt Rot. Roman. apùd De Marin. *in citat. Reſolut.* 277. *ex num.* 4. Reverter. qui ſic deciſum refert in Regia Camera Summariæ cum interventu duorum Regiorum Conſiliariorum *in alleg. Deciſ.* 296. & ex D. Reg. noſtr. & Aliis dixit De Luc. *loc. citat. num.* 5. ſubditquè D.
8 Reg. noſter *num.* 7. alimenta & litis expenſas pendente lite actori pauperi denegari quotiès apùd acta exhibita fuiſſet ſcriptura ſui juris excluſiva licèt ab ipſo impugnaretur, & dixerat Paſcal. *loc. indicat. num.* 66. ubi etſi citat. Prat. *in Annotat. verſ. ad num.* 6. ſcribat id ſe obtinere non potuiſſe pro Ill. Duce Gravinæ contrà D. Flavium Urſinum ejus fratrem, qui adverſùs geminatam
9 paternæ hæreditatis renunciationem S.R.C. adiit petens annullationem & reſciſſionem illius, & interìm ſibi liberari in cauſam declarandam Ducatos biſmille. tandèm impartito termino in cauſa interìm injuntum fuit Ill. Duci ut continuaret ſolutionem Ducatorum centum menſatìm dicto D. Flavio ſibi reſervatorum in renunciatione. At totum proceſſit quia ex eiſdem ſcripturis conſtabat D. Flavium ſua vita durante tantam portionem ſibi reſervaſſe. idcircò etiàm ſuccumbens ille à Duce eadem quantitas D. Flavio ſolvenda erat.

10 Nèc actor attento ſolo bono jure alimenta, & litis expenſas obtinet niſì paupertas concurrat Reg. De Marin. qui id ſic deciſum refert *in cit. lib.* 1. *Reſolut. cap.* 143. *n.* 9. memoratque *in adduct. Obſervat. ad Reverter.* Franc. de Petr. *Feſtivar. lect. lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 7. *in fin.* Ricc. *in Deciſ. Cur. Archiepiſc.* 56. & ſic eſt intelligendus
11 Gizz. *n.* 9. ſicùt nec Paupertas ſola D. Reg. noſter *num.* 2. De Luc. *num.* 4. Copulativè ergò Paupertas, & bonum jus ad finem obtinendi concurrere debere affabrè tradit De Marin. *in cit. Obſerv.* 296. ut in lite pendente ſuper
12 vita, & militia voluerunt Afflict. *in Conſtit. Comitibus. num.* 16. Urſill. & Caravit. *ad eund. Afflict. in Deciſ.* 11. Ann. *in ſingular.* 25. modò tamèn de ipſa vita, & militia
13 agatur non de ſupplemento, quo injurgio lite pendente alimenta, & expenſas denegatas fuiſſe Deciſum per S.R.C. refert Jo: Bapt. Thor. *in Cõpend. Deciſ. part.* 2. *verb. Alimenta debita.*

14 At qualitèr in ſuppoſita ſpecie paupertas probetur? totum ab Arbitrio Judicis pendere voluerunt Jaſ. *in Auth. præterea. C. und. vir. & uxor. num.* 27. Marchitell *in quæſt.* 25. *num.* 9. ac Dec. *in Conſil.* 163. *num.* 6. & quod ſupèr paupertate notoria ſatis ſit Judici habere extrajudicialèm informationem probat De Luc. *in adduct. Obſerv.* 614. *n.* 3. quia ſupèr notorio pro veritatis auxilio Judex decernere poteſt ſupèr informatione extrajudicialitèr habita Bald. *in l. unic. in fin. C. ut quæ deſ. Advocat.* Bartol. *in l.* 3. *§. hoc autèm. ff. de damn. infect.* & Aretin. *in Conſ.* 27. *num.* 1. Expenſæ etiàm litis Judicis arbitrio remittuntur. Molin. *de Primogenit. lib.* 2. *cap.* 16. Covarr. *in citat. quæſt. pract. lib.* 1. *cap.* 6. & Jo: Petr. Surd. *de Aliment. tit.* 4. *quæſt.* 23. *num.* 41.

15 Videndum ſuccedit nùm in Judiciis particularibus actor pauper à convento lite pendente ſuccurrendus ſit de alimentis, & expenſis pro lite? Affirmat D. Reg. noſter *num.* 13. ubi ex Fontanell. improbatur Surd. & nominatìm D. Regentem noſtrum ſequuntur Capon. *loc. citat. num.* 55. *in fin.* & De Luc. *num.* 4. *verſic. benè verum.* & probat Valaſc. *de Privileg. Pauper. & miſerabil. perſonar. quæſt.* 39. *part.* 1. *ſub num.* 47. Quicquìd ſibi involvant Andreol. *in Controverſ.* 263. *num.* 5. Gratian. *lib.* 1.



Digitized by Google

*Diſceptat. Forens.cap.*55.*n.*50.& Ricciull. *de jur. perſonar.lib.*2.*quæſt.*21.

16 In judiciis verò univerſalibus eſt Regula Tex. *in l.ſi inſtituta.§.de inoſſicioſo.ff.Inoff.Teſtamento.* utputà Hæreditatis.Jo:Lup.*in cap.per veſtras,§.*39.*ampliat.* 18. *nu.* 3.*pagin.*274.*not.*1.*de Donat.int.vir.,& uxor.* Vel Dotis. *l.quod dicitur.ff.de Impens.& reb.dotal.* Paſcal.*loc.citat. num.*13.& ſimilium.

17 Filio licèt naturali cum Patre litiganti pendente lite alimenta eſſe ſubminiſtranda etsì de paupertate aùt ad laborandum impotentia non conſtet tradunt Covar. *in allegat.cap.*6.*ex num.*8.Afflict. *in Decis.* 10.11.& 152. Philip. Paſcal. *loc.citat.part.*2.*num.* 17. & 18. Gabriel Paleot.*de Noth.& Spur.cap.*48.& D.Jo:Leonard.Rodoer. *ad De Marin.in adduct.lib.*1.*Reſolut. cap.*143. *num.*20. ſed videatur in contrarium D.Blaſ.Altimar.*ad Reg.Rovit.in Decis.*25.*num.*17.

18 Monaco cum Abbate litiganti pendente lite ſubminiſtranda eſſe alimenta ſecundùm perſonæ qualitatem, & Monaſterii redditus legitur pœnes Aloyſ. Ricc.*in Collect.*850.Jo:Baptiſt.Aſin.*in prax. Judic.§.*32. *ampliat.*27. Valaſc.*in cit.quæſt.*39.*num.*17.Paſcal.*in allegato cap.* 2. *num.*79.& 80.Feliù *loc.indicato part.* 2.*verb. Monacus.* & Jo:Petr.Surd.*in cit.tract.de Aliment.tit.*1.*queſt.*121.

19 Uxori quoquè licèt indotatæ cum viro litiganti lite pendente ab illo ſubminiſtranda eſſe alimenta ſcribunt Jul.Capon.*loc.citat.*Franc.Cenſal.*ad Peregrin.de Fideicom.artic.*24.*verſic. quintus caſus in fin.pagin.* 152. *in æditione Neap.*Idquè procedere in ſervo cum Domino litigante,in Vaſallo cum Barone,& in aliis caſibus quos memorant Gizz.*hic.*Paſcal.*loc.citat.*De Luc. *ubi ſupra,* & omnium latius Franc.de Petr.*in cons.*54.

20 Et tandèm de illo videamus an pauper actor obtenta alimentorum, & litis expenſarum proviſione teneatur cautionem præſtare in caſu ſuccumbentiæ de illis reſtituendis?Negat mordicus Gizz.*hic num.*21. & concurrunt in idem Nicol.Boer.*in Decis.*324.& De Luc.*in adduct.Obſervat.*614.*num.*10.

21 Contrarium placuit Didac. Covar. *in allegat. cap.* 6. *num.*7.& Franc.Milanenſ.*in Decis.*17.*num.*37. *vers.ſed advertendum eſt.*

22 Sed Fab.de Ann.diſtinguit alimenta filio præſtita ab illis,quæ extraneo lite pendente proviſa ſunt. & primo caſu cautionem præſtandam non eſſe tradit cum in caſu ſuccumbentiæ illa reſtituere filius non teneatur;ſecùs verò in extraneo, qui ſuccumbens ad illorum reſtitutionem tenetur ut latè probat *in Cons.*102.quam diſtinctionem etſi Novar.*de Privileg.miſerabil. perſonar.privileg.*72.*num.*12.& De Luc.*loc.citat.*reiiciant. approbat Præſ.de Franch. *in citat. Decis.*614. *num.*5. & eandèm magnam habere æquitatem quotiès extraneus haberet bona,ex quibus reſtituere poſſet ſcribit Molfeſ. *ad Conſuetud.part.*5.*tit.de Aliment.quæſt.* 3. *num.*17. Addit-
23 què Judicem quotiès, per calumniam litem ab actore paupere non fuiſſe motam cognoſceret,decernere poſſe, ut nèc extraneus in ſpecie ſuppoſita acceptum ex cauſa alimentorum, & litis expenſarum reſtituat. quam Opinionem ſequitur D.De Marin.*ad Reverter.in citat.Obſervat.*296.*num.*2.

24 Deniquè Molin.*in tract.de Primogen.cap.*16.*num.*41. voluit cautionem prædictam ſub conditione præſtandam eſſe utputà *quatenùs in caſu ſuccumbentiæ eſſent reſtituenda.*

25 Sed hanc cautionem indiſtinctè in praxi non præſtari teſtatur Vincent. de Franch. *in ead. citat. Decis.* 614.*num.*6.& firmant Capon.*num.*61.& Gallup. *in allegat.loc.num.*57.& 58.& *num.* 59. ſubdit perbellè *ſed*
26 *Ego dico quod quando Judex cognoscit de calumnia non solùm debet decernere præſtandam eſſe dictam cautionem sed deneganda alimenta.* Sequitur verbatìm Capon.*eod.loc.*confert *adduct.Decis.*Reverter.296.& videatur Boſſ. *de Matrim.cap.*17.§.18.*num.*1081.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXX.
### *SUMMÆ.*

1 *Emphyteuta abſquè ſui culpa ab emphyteuſi cadens meliorationes non perdit. Adversùs* Harprecht.Fachin. & Sarmient.
*Fallit accedente ſui culpa.num.*2.
*Vel ſi pacto alitèr fuiſſet cautum.num.*8.
3 *Hæres feudatarii feudo aperto Domino abſquè ipſius culpa,ſuccedit in meliorationibus in illo factis.*
*Contrarium ſi id culpa accedente eveniſſet.*
4 *Meliorationes factæ in majoratu,vel fideicommiſſo hæredi non ſucceſſori aùt ſubſtituto ſpectant.*
5 *Retentio Emphyteutæ actione reivindicationis convento ob lineam finitam competit pro meliorationibus.*
*Amplia in Feudo.num.*6.
7 *Meliorationes, quæ in plantationibus conſiſtunt in re emphyteutica factæ,finita emphyteuſi abſquè poſſeſſoris culpa non reficiuntur.*
9 ....... *magni momenti nequaquàm cum Emphyteuſi cadunt.Reiicitur* D.Reg.noſter ex D.De Luca.
*Amplia ſi pecunia tertii fuiſſent conſtructæ. Comprobatur* D.Gizz.*num.*10.
11 *Emphyteuſi, Emphyteuticarii culpa.finita quæ meliorationes amittantur?*
12 *Pretium meliorationum Dominus ſolvere tenetur.*
13 *Meliorationes factæ in Emphyteuſi quomodò appretientur?*
14 *Emphyteuticarius contractus; vel potiùs locationis dijudicandus ſit; quandò canon fructibus eſt correſpectivus?& num.*15.16.& 17.
*Quid in Emphyteuſi Eccleſiaſtica?num.*18.
19 *Onerum ſolutio ubi penſio fructibus correſpondet inter Directum Dominum, & Emphyteutam dividitur.*
20 *Emphyteuta ſolvit Collectas.*
*Quid in laico Emphyteuta Eccleſiæ? num.*21.
22 *Variatio an Actori permiſſa ſit, ab Ordinario judicio ad Executivum? Reiiciuntur* Anton. Maceratenſ. Donad.& Novar.*Cum* Deciſ.noviſſim.*num.*23.
*Authoris Concluſio.num.*24.

1 EMphyteumata,ſive Emponemata,emphyteuſi finita citrà Emphyteutæ culpâ Domino deberi contendit audactèr Jo:Harprecht.*in commentar.ad Inſtitut. Juſtin.tit.de locat.& cōduct.§.adèo.*3.*n.*547.& *in Addit. ad Jul.Clar.in §.emphyteuſis.quæſt.*45. *num.*1. quod antè ipſum ſcripſerant Andr.Fachin. *controvers.jur. lib.*1. *cap.*92.& Sarmient.*Selectar.interpretat.cap.*4.*lib.*3.

2 Placuit Aliis non mediocris farinæ Viris, ut id procedat accedente Emphyteuticarii culpa ſecùs ſi ob lineam finitam,aut quìd ſimilè fundus Emphyteuticus Domino devolvatur intèr quos ſunt laudati per D.Reg. noſtrum *ex num.* 1. *ad* 4. & Nos addimus Hieronym. Gabriel.*in cons.*81.*num.* 31. *vol.*2. Decian. *in Cons.* 58. *tom.*2.Roſental.*de Feud.cap.*20.*conclus.*43. *quæſt. prac. num.*1.& *ſequent.*Fulgin. *de Emphyt. Tit. de Meliorat. quæſt.*2.*num.*1. Alex.Trentacinq. *var. Reſolut. lib.*3.*de Jur.Emphyt.Reſolut.*9.*num.*2.Roland. Cavagnol.*in Decis.Conſultiv.* 48.*num.*16. *lib.*1. Jo: Petr. Surd. *in Decis.* 300.*num.*20.Cancer.*Var.Reſolut.lib.* 1.*tit. de Emption. & Vendit.cap.*13.*ſub num.*144.Thor.*in Compend. Decis. part.*1.*verb.Meliorationes rei Emphyteuſis.* Borcholt. *de Feud.cap.*3.*num.*31.Molin.*de Contract.Disput.* 463. *nu.* 3.Rodoan.*de Reb.Eccleſ. non alienand. quæſt.* 72. *cap.*3. Bero.*in Quæſt.familiar.* 96.*num.* 4. D. Jo: Baptiſt. Hodiern.

Digitized by Google

diem.ad Surd.in Deciſ.160. num.6. Steph.Gratian. Diſcept.Forenſ.tom.5.cap.934.num.9.Mar. Antonin.Maceratenſ.var.reſolut.lib.1.Reſol.22.num.8.Franc.Cenſal.ad Peregrin.de Fideicom.artic. 26.verſic. quintò ſuadet argumentum.pagin.192.in Ædit.Neap.& in artic.50.verſic.ſecundò pagin.511. Scrader. de Feud. part.9. 2.part. ſect.2.qu.5.Anton.Nigr.in tract.de Laudem.tom.1.quæſt. 23.num.69.& 70.qui nominatim ex Valaſc.reiicit Sarmient.& num.80.D.Rodoer.ad Reg.de Marin.lib.1.Reſolut.quotid.cap.101.num.17. D. Jo:Baptiſt. De Luc. in tract.de Emphyteus.Diſcurs.31.& 48. & De Luc. alterum ad De Franch.in Obſervat.191.num.1.& in tract. De Lin.legal. artic.22. memorem D.Reg. noſtri num.5.

3 Eandèm diſtinctionem in Feudis admiſſam oſtendunt elegàtèr Clar. & ibi Addent.in Feudum.quæſt.89. De Pont.in Conſ.58.Wltejus de Feud.lib.1.cap. 11.num. 113.Jo:Andr.de Georg.in Allegat.1.num.12.Anton.Monac.de Rect.Feud.interpretat.cap. 65. num.24. Thor. in citat.part.1.compend.verb. meliorationes factæ, per feudatarium.Viv.in Theſaur.Commun.Opinion.verb.melioramenta.Cenſal.loc.indicat.pag. 191.verſic. Quartò ſuffragatur.Reg.De Marin.lib.2. Reſolut.cap.21.num. 25. Boccer.claſſ.5. Diſput. 20.th. 157.& 160. Roſental.loc. cit.ex num.2. Noal. de Tranſmiſſ.cap. 37.ex num.27. & De Luc.in citat.tract.de Lin.artic.7.num.33.

4 Et melioramenta in Majoratu facta non ſucceſſori, ſed hæredi ſpectare dixerunt Alvarad. de Conjectur. ment.defunct. lib.2.cap.4.num.4. Molin. de Primogenit. lib.1.cap.26.num.5.Guttierez practic.quæſt.lib.1. quæſt. 81.& Baltaſ.Tomas.de Majorat.tit. 12. cap. 9. num.12. idèm in fideicommiſſo ſcripſerùnt Intrigliol.de Subſtit. quæſt.669.Epiſcop. De Affict. Controvers. jur. reſolut. cap.32.num. 4. & D. Joſeph Urceoli Conſultat. Forens. tom.1.cap.20.num.36.

5 Imò Emphyteutæ,convento actione reivindicationis ob lineam finitam adversùs Dominum pro meliorationibus retentionem competere probant Jo:Garz. de Expens.cap.7.num.13.D.De Olea in ſingulari tract.de Ceſſion.jur.tit.4.cap.7.num.33. & conferunt tradita per Arias de Meſ.var.Reſolut.cap.49.lib.1.& legantur ad propoſitum Cancer.in citat.lib.1.cap.13.num.144. Tuſc.in Conclus.225.Caldas de Jur. Emphyt.quæſt. 11. Caſtil. in controv.65.ex num.9.ad 13.tom.5. Matth. Berlich. conclus.46.ex num.49.part.2.Molin.in citat.tract. de Contract.Diſputat.263.Trentacinq.loc.deſupèr indicat.Teſtay in Allegat.1.ex num.7. Antonin. de Amat. tom. 1. var.cap.14.Seſſe in Decis.397. tom.4. Borrell. in ſumm. Decis.tom.1.tit.33.ex num.220. quod in feudis quoquè
6 admittunt Scrader. part.2.11. principal. ſect.2. quæſt.5. conclus.7.num.30.Forſter.de Succeſſ.lib.3.cap.20.axiom. 8.ex num.6.Moligniat.de Retent.quæſt.104. Gloſſ.Pariſienſ.tit.1.de Mater.Feud.§.1.gloſſ.5.num.44.& ex num. 67.Brun.de Augum.Concl. 70. Capyc. de Inveſtit. Feud. verb. Feudorum augumenta. & Anton. Niger in citat. tom.1.quæſt.14.artic.1.num.38.

7 Niſi meliorationes in plantationibus conſiſterent, quas reficiendas non eſſe pluriès cenſuit Rot. Roman. coram Rojas Decis.116.num.8.Coram Durano in Decis. 338.num.1.apùd Merlin.in Decis.118. num. 15. in impreſſis poſt Salgad.in labyrint. Decis.53.nu.42. & part. 2.Diverſor.in Decis.312.num.6.

8 Reſtringe aſſertum, ut non procedat accedente pacto in contrarium,cum eo caſu ſivè Emphyteutæ culpa ſivè non Emphyteuſis in commiſſum cadat Melioramenta Domino ſpectant ità voluit D. Reg. noſter num. 4.& probant Redoan.in allegat. cap. 3. num.5. Rot. Roman.part.5.Recentior.in Decis.60.Fulgin. loc.citat. nu. 21.& in Tit.de Var.Caducitat.quæſt. 1.num.28.Jo:Petr. Surd.in Decis.78.num.20.& D.Jo:Bapt.de Luc. in tract. de Fideicomm. Diſcurs.125.num.21.

9 Ulterius limita aſſertum in meliorationibus magni momenti cum non ſit de mente juris, ut amittantur ut concludunt affabrè Jaſ.in l.jus Emphyteuticarium poſt nu.27.verſic.ſed pulchrum. C.de Jur.Emphyt. Calvin.in lexicon jur.verb.Emponemata.Bellac.inter Commun. Opin.tom.3.tit.de jur. Emphyt.num.382. verſic. & nota. Magon.in Deciſ.Luccen.81.num. 25.Bertacchin.part.2. Concluſ.46.num.50.Surd. in citat. Deciſ. 300. num. 23. De Marin.cit.lib.1. Reſolut. cap. 101. num.5. & ibi D. Rodoer.num.16.& ſic de Conſuetudine ſervari teſtatur Bald. in l.2.num.2. C. de rei vindicat. hancquè opinionem uti magis æquam,& authoritate rei Judicatæ firmatam nominatim adversùs D. Reg. noſtrum num. 9. & 10. admittit De Luc.in adduct. Obſervat. 191.num. 2.& 3.& in indicat.Artic.22.num.5.in fin.

10 Atquè etiam aſſertum limitatur quoties meliorationes pecunia tertii fuiſſent conſtructæ,ut benè cum Cardin.Tuſc.notat Gizz.hic num.13. Adde Antonin. de Amat.in Reſolut.3.Mandell.in Conſ.210.De Pont. in Deciſ.4.De Luc.in cit.Obſerv.191.vers. certiùs ſi meliorationes.ac in adduct.Artic.22.vers. aliud cenſeo. & incli naſſe in hanc ſententiam Sacrum Regium Conſilium dicit D.Conſil.Hodiern.in citat. Obſervat.ad Surd.160. num.7.& admittit De Marin.in allegat. cap. 101. num. 9.& 10.& ibi Rodoer.num.18.

11 Et tandèm illas meliorationes cum Emphyteuſi ob commiſſam Emphyteutæ culpam in commiſſum incidunt, quas ex contractus natura Emphyteuta facere tenebatur, utputa illa, quæ conſuetam prædii meliorationem concernunt D. De Marin.in citat.cap.101.n.5.

12 Alias verò meliorationes Dominum ſolvere teneri habetur in l.fin autèm. §.in repetita. ff.de rei vindicat. & in l.adèo.§.ex diverſo. ff.de acquirend. rer.domin. pro ut in feudo Deciſum referunt Reg.Reverter.in Decis.572. & Moles cujus Deciſionem verbatìm imprimi curavit D.De Marin. Reſolut.lib.2.cap.134. & probant Clar. in cit.§.feudum quæſt.89.Noal. in allegat.cap. 37. ex num. 3.& Jo: Bapt. Mucc.var. quæſt. Forens.dilucidat. quæſt. 22.num.39.& 40.

13 At quo tempore inſpecto Meliorationes,quarum ſcribimus appretianda ſint reſtitutionis ſcilicèt, vel conſtructionis obſervandum ſuccedit. Appretianda eſſe juxtà tempus reſtitutionis communis ſententia eſt,ut latè ſcribunt Palaez de Majorat.part.4.quæſt. 32. Mareſcot. lib.2.var.cap.114. Coſt.de Remed.ſubſid.remed.99.num. 6. Tomas.in cit.tract.de Majorat. tit.11.cap.9.num.14. Gayl.lib.2.Obſervat.121.nu.12. Alvar.Valaſc. in quæſt. 25.de Jur.Emphyt.num.28. & vide Giacchar. ad Clar.in in §.Emphyteuſis.quæſt.45.lit.a.De Marin.cit.lib.2. Reſ. 133.& 134.& ad Reverter.in Obſerv.ad Decis.167.n.2. Thor.in citat.Compend.verb.Meliorationes facta in feudo.tom.1.Joſeph Feliù var.conclus. verb.poſſeſſor. part.2. pagin. 39. Mar. Antonin. Macerat. in citat. Reſol. 22. num. 10. & Reſolut.23. eod. lib.1. Theſaur. in Decis. 251.Arias de Meſa in citat. cap. 49. num. 26.Salgad.in labyrint.credit.part.1.cap.11.num.92.Jo:Petr. Molignat. in adduct.quæſt.104. Borgnin. Cavalcan. part.1. Decis. 44.ex num.61. Niger.eod. tom. 1.de Laudem. quæſt.24. artic.2.à num.5.ad 20.Scrader. in citat. Conclus.30. nu. 7. Præſid. de Franch. in Decis.38.& 109.& utrobiquè De Luca.Peregrin.in citat.Artic.50. num.72. & D. Rodoer.ad De Marin.in Reſolut.155.nu.11.

14 Modò confert videndum an locationis potiùs, quam Emphyteuticarius dijudicandus ſit contractus ille, quo penſio fructibus eſt correſpectiva?

15 Locationem eſſe non Emphyteuſim defendunt ultrà per D.Reg.noſtrum num.7. congeſtos Nevizan. in Cons. 92.num.50.Jo:Anton.Rub. in l.gallus. col.penult. n.207. verſic. infertur ſecundò.ff.de Liber. & poſthum. Aret.in Conſ.55. Roland.à Valle in Conſil.96.Becc.in Conſ. 3.nu. 22.Bero.in Conſ. 130. Andr. Tiraquell. de Retract. §.4. gloſſ.6.num.26. Ludovic. Bolognin. in Conſ. 54. num.3. Cæſar Manent.de Jur.Contract.livell.part.3. ex num. 6. Caballin.in Milleloq. 227. num.10. Vincent. Caroc. in tract.de locat.& conduct.part.2.cap.64. num.7.Jo:Bapt. Aymus de Alluvion.lib.2.cap.18.num. 15. Anton.Faber

in ſuo

Digitized by Google

*in ſuo Codic.diffinit.*36.*de Jur.Emphyteut.*Antonin.The-
ſaur.*in Deciſ.*120.Mantic.*de Tacit.& ambig.lib.*22.*tit.*
2.*num.*9. Jo:Petr Surd.*in Deciſ.*198.*num.*1.*&* 2. Wlte-
jus *in* §.*adèo num.*8.*Inſtit.de Locat. & conduct.* D.Con-
ſil. Petr.*tom.*2. *Rit.*166. *num.*206. & aliqua Nos tetigi-
mus ad rem *in Obſervat.*18.*num.*3.

16 Illa apud Omnes, vel ſimilis ratio redditur, ut ſicùt
merces, & pretium emptionem à locatione diſtinguit
Gloſſ.*in l.*1.§.1.*ff.de ſuperficieb.verb. agendo.* ità penſio-
nis quantitas diſtinguit locationem ab Emphyteuſi
Ruin.*in conſ.*161.*num.*22.*lib.*1.

17 Sed D.Reg.noſter in illam deſcendit ſententiam, ut
jam poſita opinio procedat in dubio pro quo legantur
Bocer.*de Qualitat.& different.Feud.cap.*1.*num.*35. Ber-
lich.*in Concluſ.practicab.* 47.*tom.*2. Tuſc.*lit. E. concluſ.*
192.*ex num.*175.*tom.*3.& Franc.Becc.*in Conſ.* 35.*ex nu.*
14.Secus verò quotiès Emphyteuſis cum pactis reſolu-
tivis conceſſa fuiſſet, etenim eo caſu contractus diju-
dicandus eſt, ut partes convenerunt; & in idèm con-
currunt Natt. omninò legendus in *Conſ.* 49. *&* 114.
Zoannett. *Rer.quotid. cap.*59. *ex num.* 1. Surd.*in Conſ.*
445. *lib.*3. *num.*6. Gratian.*tom.*4. *Diſcept.*460.*ex num.*
50.*ad* 54. D.Conſil. Hodiern. *ad Surd. in Obſervat. ad
Deciſ.*198. *ex num.*5. & pleniſſimè Niger *in citat.tom.*
1.*de Laudem. quæſt.*21.*artic.*1. potiſſimùm in conceſ-
18 ſione in Emphyteuſim facta bonorum Eccleſiæ De
Luc.*ad De Franch.in Obſervat.*235.*num.*4.*verſ. alia.&
in Tract.de Lin.legal.Artic.*21.*nu.*21.

Benè verum eſt quod ubicumquè penſio fructibus
eſt correſpectiva onerum diviſio intèr directi dominii
19 Dominum, & utilis pro rata facienda eſt, teſtibus Clar.
*in citat.§.Emphyteuſis.quæſt.*36. Ludovic.Sacha *in Conſ.*
14.& D.Urceoli *in citat.tom.*1. *Reſolut.*33.*num.*20. etsì
20 alitèr Emphyteuta ad collectas, & alia onera teneatur
Jo: Harprecht.*in adduct.§.adèo.ex nu.*370. Nig. *cit. tom.*
2.*de Laudem. quæſt.*24.*ex num.*370.& Donell. *in Com-
ment.Jur. Civil.lib.*9.*pagin.*452. *num.*30. Quid verò di-
21 cendum in laico, qui Emphyteuſim obtinuit ab Eccle-
ſia? vide Trullench *ad Præcept. Decalog. tom.* 2.*lib.*7.
*cap.*12.*dub.*5.*num.*29. Valaſc.*cit.loc.cap.*17. *ex num.*11.
De Marin.*citat.lib.*1. *Reſol.*99.*&* 207. *num.*3. *&* 12.*&
ad Reverter.in Deciſ.*32.*num.*2. Feſtaſ.*de Collect. part.*1.
*cap.*4.*num.*24.*& part.*4.*cap.*2.*num.*43.Remig.*de Chari-
tat.Subſid.quæſt.*61.*num.*19. Octavian. Wlpel.*in tract.
de Libertat. Eccleſ.part.*3.*num.*22.P.Dian. *de Immuni-
tat.Eccleſ.tom.*2. *Reſolut.*19. Luc.De Penn. *in l.*1.*col.*2.
*verſ.undè ſi res.C.de Imponend.lucr.deſcript.lib.*10. Cæ-
vall.*Commun. contr.comm.quæſt.*726. Macerat.*in alleg.
lib.*1.*Reſolut.cap.*111. Nig.*cit.tom.*1.*de Laudem. quæſt.*
17.*artic.*6.*num.*44. Mart.*de Juriſdict. part.* 4. *centur.*1.
*caſ.*13.Epiſcop. Genuenſ.*in practic.Eccleſ.quæſt.*113. &
D.Rodoer.*ad D.De Marin.in citat.cap.*99.

22 Et Demùm illud obſervandum remaneret niſi alibi
non nulla fusè hiſcè Noſtris Obſervationibus tradidiſ-
ſemus. Nùm actor valeat variare de Judicio ordinario
ad executivum? Modò hìc nè illotis manibus, ut dici ſo-
litum eſt, tranſiliamus nota hujus Deciſionis meminiſ-
ſe D.Conſil.Petr.*in citat.Rit.*166.*num.*121.*circ.med.* &
ſententiam, quæ actori favet magis communem eſſe
apprimè notant Parlador. *Rer. quotid.lib.*2. *cap.ultim.
part.*1.§.4.*num.*4.D.Merlin.*cent.*2.*cap.*97. Noguerol. *in
Allegat.*4.*num.*26.*tom.*1.Cævall.*loc.cit.quæſt.*815.*num.*
22.*tom.*3.& Rebuff.*ad Conſtit.Gall.de Liter.& Obligat.
Artic.*2.*gloſſ.unic.num.*21.*& part.*6.*gloſſ.*3.*num.*7. quo-
rum ſententiæ S.R.C.acceſſit in cauſa Franciſci Octavii
Tidone cum Anello Perrotta, & Maria de Donato ſub
Die 9.Decembris 1677.referente tunc Judice nunc Re-
gio Conſiliario meritiſſimo D.Vincentio Raetano, qua
in cauſa nè dum in aſſiſtendi judicio, quo actor experiri
petierat, inveniebatur conteſtata lis, verùm proceſſum
ad actum electionis examinatoris, & audientiæ teſtium,
habitiſquè literis commiſſionalibus; jam cæperat ſuos
teſtes producere. pro ut eſt videre in proceſſu in Banca
Jo: Vincentii Fortunati, apùd Scribam Teſta. Quicquìd
23 in contrarium ſcribant Macerat.*loc.citat. Reſol.*29.*nu.*
8.Donad.*ad Renunciat.part.*1. *cap.*15. *num.*161. & No-
var.*in Prax.Dat.in ſolut.quæſt.*6.*ſect.*1.

24 Hic Mihi finis Obſervationum ad librum primum
Deciſionum D. Regent. Hectoris Capycii Latro Mar-
chionis Torelli: quas ad meam inſtructionem elabora-
vi, ut Senecæ parerem dicto *lib.* 1.*de Tranquill. cap.*1.
monentis, *Occupandi temporis cauſa in uſum tuum
non in præconium aliquid ſimplici ſtylo ſcribe.* Scio
me non omnia dixiſſe, quæ ad rem dici poterant. In Au-
tumno collegi racemos vindemiæ; botrum ut comede-
rem non inveni; juxtà illud Mich.7. Vel tempus defuit.
Quid dicam de ſtylo? Non eſt expolitus, nec ſplendidus,
*Fateor tamèn quia nudus ſum* ( ut Æneæ Silvii P.M.Pii
II.*Epiſtolar.lib.*1.*epiſt.*402.*fol.*935.verbis utar) *& apertè
loquor, non utor phaleris: Veſtem omnem reiicio; nèc labo-
ro cùm ſcribo: quoniàm non attingo res altiores, & Mihi
non cognitas: Trado quæ didici. Facilè ſe cæteris intelli-
gendum præbet; qui ſe ipſum temet: præbere alteri lu-
cem nequit; qui ſibi tenebroſus eſt: Fugio nodoſitatem, &
longos ſententiarum periodos. Si aſſunt elegantia verba;
non refugio illa contexere: ſi minùs: non quæro remotiùs.
Præſentibus utor; ut intelligar: id ſolùm Mihi ſtudium
eſt. Percipio tamèn rudem, & incompertum ſermonem
meum eſſe: nequè dignum; qui doctas aures pulſet.* Qua-
liſcumquè verò eſt; Sacroſanctæ Cattolicæ Romanæ
Eccleſiæ: quam Matrem, & Magiſtram agnoſco: &
ſub qua, mori profiteor; libentèr correctioni ſubii-
cio.

Deſii adnotare ex Muſæolo meo Neapoli in ipſo Pa-
raſceve Die Anno MDCLXXVIII.

# LAUS DEO.

APPEN-

Digitized by Google

# APPENDIX
# AD OBSERVAT. IN DECIS. XXXI.

### SUMMÆ.

1 *Paragium Monialis, vivo Patre, Monaſterium ingreſſæ, illoquè non adhùc profeſſæ defuncto quantum ſit? Refertur altercatio intèr* De Marin. & Provenz. *cujus ſententia verior judicatur. num.* 18. *&* 23.
2 .... *loco legitimæ filiarum in Regno ſucceſſit.*
3 .... *non habet quantitatem determinatam.*
4 .... *Moniali debitum, illa quantitas eſt Monaſterio ſolita aſſignari. Licèt ſatis minùs legitimæ ſit. num.* 5.
6 *Legitima filiis quo jure debetur!*
7 .... *congrua portio eſt illius, quod ab inteſtato, legitimo ſucceſſionis jure, filius fuiſſet habiturus.*
8 .... *proprium filii patrimonium dicitur.*
9 .... *debetur de omnibus teſtatoris bonis.*
10 .... *hæreditatis pars appellatur, non bonorum; non tamquam lucrum, ſed utì debitum.*
11 .... *qua occaſione inducta!*
12 .... *inſtitutionis titulo eſt relinquenda.*
13 .... *rationabili ſtatuto minorari poteſt.*
14 *Fœminæ de paragio dotatæ in Regno ex ſucceſſione parentum à maſculis excluduntur.*
15 *Paragium eandem cum legitima naturam ſortitur.*
16 .... *Monialis ſivè Patre vivente profeſſæ, ſivè à fratre traditum, ſempèr ingreſſarum eſt.*
17 .... *à ſtatuto taxari poteſt.*
19 *Mulier, quæ Patre vivente Monaſterio ſe obtulit aliquo ei aſſignato dotata cenſetur.*
20 *Patrem poſſe minùs legitimæ filiæ relinquere, ſi Monaſterium ingrediatur juri conſentaneum probatur. & num.* 22.
21 Deciſ. Afflict. 348. ex Urſill. & Rot. Roman. rejecta, cum D. Panſut. declaratur.

1 Vulgatum illud Monialem conqueri haùd poſſe
Patrem occaſione dotis Monaſterio aſſignaſſe
portionem illam, quam paragium ingreſſarum com-
muni vocabulo dicimus authoritate De Marinis reſtri-
ctum tradidi *in Obſerv.* 31. *num.* 7. ut procedat in filia,
patre vivente profeſſa, ſecùs verò in ingreſſa Monaſterio
tantùm, & nubendi facultatem habente Provenzalio
rejecto. Modò poſitis in ſtatera rationibus utriuſquè; ſe-
dato animo. Me Judice Provenzalii placitum veriſſi-
mum eſſe contendo.
2 Etenìm quod Paragium loco filiarum legitimæ in
Regno Prudentum interpretatione attenta, ſucceſſerit,
non eſt cùr dubitem, & teſtantur De Franch. *in Deciſ.*
559. *n.* 14. *& in Deciſ.* 618. *n.* 2. Provenzal. *in Conſuetud. ſi*
*moriatur. Obſerv.* 8. *n.* 7. Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 4. *qu.*
5. *nu.* 10. Hodiern. *in l. hac edictali. quæſt.* 24. *num.* 8.
*C. de ſecund. Nupt.* De Marin. *in Reſol.* 166. *num.* 2.
*&* 5. *tom.* 2. *& in Allegat.* 71. *num.* 154. *tom.* 3. Stai-
ban. *tom.* 2. *Reſol.* 102. *ex num.* 25. Paſcal. *de Virib.*
*Patr. Poteſt. cap.* 4. *part.* 2. *num.* 180. De Georg. *in*
*Allegat.* 9. *num.* 32. *& in Allegat.* 26. *num.* 2. Galeot.
*in Controv.* 15. *tom.* 2. *num.* 21. Caput. *in indicat. Con-*
*ſuetud. ſi moriatur. part.* 2. §. 2. *num.* 22. *&* 23. Mer-
lin. *de Legitim. lib.* 1. *Tit.* 4. *quæſt.* 3. De Afflict. *in*
*Controv.* 36. Illudquè quantitatem determinatam non
3 habere, quandoquè enìm uſquè ad legitimam taxatum
legimus, minus quoquè aut ultra juxtà relata per D.
Regent. noſtr. *in Deciſ.* 59. *num.* 14. Paſcal. *loc. citat.*
*num.* 183. Tap. *in Deciſ.* 14. *num.* 31. Hodiern. *in ead.*
*l. hac edictali. quæſt.* 26. *num.* 20. Medic. *in conſ.* 75.
*num.* 6. Petr. De Gregor. *in Tract. de Dot. de parag. qu.*
1. Caput. *in adduct. loc.* §. 6. Jo: Bapt. Mucc. *in quæſt.*
17. *num.* 24. & noviſſimè D. Jo: Dominic. Panſut. *in*
*Controv.* 20. *ex nu.* 41. Niſi de ingreſſarum paragio tra-
ctetur quo in caſu ſufficere dotem ab aliis Monialibus
4 Monaſterio quo ingreditur aſſignari ſolitam perbellè
dixit Stephan. de Cajet. *in cit. Conſuetud. ſi moriatur.*
*in addit. cujus initium eſt De hac quæſtione. pag. mi-*
*hi* 99. & in idem ſe ſubſcribunt Thor. *in Compend. De-*
*ciſ. part.* 1. *verb. Paragium debitum monialibus, &*
*verb. Monialis Monaſterium ingrediens.* D. Reg. no-
ſter *in hac Deciſ.* 31. *ex num.* 10. Caput. *loc. alleg.* §.
3. *ex num.* 7. Rovit. *in conſ.* 42. *num.* 3. Martial. *in ad-*
*dit. ad cit. Conſuetud. ſi moriatur. verſ. vide in prin-*
5 *cipio fol.* 100. quanquàm longè minùs legitimæ ſit
Fontanell. *de Pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.*
1. *num.* 56. *& Clauſ.* 9. *gloſ. unic. part.* 1. *num.* 67.
Paſcal. *loc. cit. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 25 *&* 26. Vaſq.
*de ſucc. creat. part.* 2. §. 18. *num.* 100. Cevall. *comm.*
*contr. Comm. quæſt.* 115. Rovit. *in conſ* 42. *num.* 3. *&*
4. & *ibi* D. Altimar. *num.* 37. *tom.* 1. & noviſsimè D.
Rodoer. *in conſ.* 26. *num.* 22.
6 Quod ex eo facilè deduci poteſt: nam licèt quodam
naturali impulſu filiis in bonis parentum legitima de-
beatur: ut deſumunt Repetentes *ex l. cum ratio. De Bon.*
*Damnator.* & prolixè tradunt Americ. *de Patr. Poteſtat.*
*effect.* 16. *num.* 26. Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 1. *cap.* 9.
*num.* 21. Craſſ. *in* §. *legitima. quæſt.* 2. Mantic. *de Con-*
*ject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 2. Magil. *de Impu-*
*tat. quæſt.* 1. *num.* 7. Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 1.
*ex num.* 10. Merlin. *in adduct. tract. de Legitim. lib.* 4.
*Tit.* 1. *quæſt.* 6. Marant. *in Reſponſ.* 26. *num.* 35. *lib.* 5.
Magon. *in Deciſ. Luc.* 85. De Franch. *in Deciſ.* 720. *nu.*
7. & Prat. *ad Paſcal. in cit. tract. de Virib. Patr. Poteſtat.*
*pagin.* 327. *verſ.* 2. Quiritum jure taxatam Grat. *in conſ.*
119. *nu.* 41. *lib.* 2. Curt. Jun. *in conſ.* 203. *num.* 25.
Menoch. *in conſ.* 77. *nu.* 4. Petr. *de Fideicom. quæſt.* 15.
*num.* 10. Rot. Roman. *in Deciſ.* 514. *part.* 4. *Diverſ.*
optimè Molin. *loc. indicat. & cap.* 15. & Seſſ. *in Deciſ.*
26. injuncta etiàm Parentibus relinquendi neceſſitate
*l. intèr cætera De Liber. & Poſth.* Cravett. *in Conſ.* 423.
*num.* 4. Curt. Jun. *in Conſ.* 314. *num.* 7. Cæphal. *in*
*Conſ.* 153. *num.* 77. *& in conſ.* 189. *num.* 8. Marian.
Soccin. *in conſ.* 52. Turrett. *in Conſ.* 5. *num.* 30. *lib.* 1.
Ludovic. *in Deciſ.* 21. *num.* 50. Rot. Roman. *in Deciſ.*
347. *part.* 1. *Diverſ. num.* 3. & Fachin. *in lib.* 10. *Con-*
7 *trov.* 99. quia illius congrua portio eſt, quòd ab inte-
ſtato filius legitimo ſucceſſionis jure fuiſſet habiturus
*l. Parentibus,* 8. *& l. quæ nupèr.* 21. *C. de Inoff. Teſtam.*
8 *l. Papinianus,* 8. §. *ſi quis mortis. ff. eod. Tit.* dicitur
proptereà proprium filii patrimonium Mantic. *loc. cit.*
9 *num.* 6. Et debetur ex omnibus Teſtatoris bonis Petr.
*in cit. Tract. de Fideicom. quæſt.* 15. *num.* 136. Scrader.
*de Feud. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 47. Roder. Suarez *in l.*
*quoniàm in prioribus. Ampl.* 11. *C. de Inoff. Teſtament.*
10 Hæreditatis verò pars non bonorum appellatur Fachin.
*in Controv.* 40. *lib.* 12. Parlador. *Quotid. Different.* 146.
*num.* 9. haùd tamquàm lucrum, ſed utì debitum.
Paſcal. *loc. citat. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 53. *& part.* 2.
*cap.* 4. *num.* 2. Valenzuel. *in conſ.* 86. Gratian. *in Di-*
11 *ſcept.* 788. *num.* 25. Americ. *loc. citat. ex num.* 29.
idquè ut, inofficioſi auferatur quærela, & ſupremi elo-
gii evitetur impugnatio Roſenth. *de Feud. cap.* 7. *concl.*
13. *num.* 3. *tom.* 1. Donell. *Comment. lib.* 19. *cap.* 4. Ber-
13 lich. *part.* 3. *concl.* 11. Atquè adeò inſtitutionis titulo
relin-

Digitized by Google

relinquenda deſumunt Piſ. *in lib.* 2. *Reſol.* 8. Forſter. *in Diſput.* 13. *th.* 23. *lib.* 2. Graſſ. *in cit.* §. *legitima. quæſt.* 32. Berlic. *loc. indicat. Concluſ.* 15. *num.* 8. Fachin. *in Controv.* 24. & 30. *lib.* 4. & abſquè onere vulgata *l. quoniam in prioribus. C. de Inoff. Teſtam.* cum aliis congeſtis ex Capyc. *in Deciſ.* 176. *num.* 10. Afflict. *in Deciſ.* 306. Gomeſ. *tom.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 24. & à Nobis *alibi hoc eod. tom.*

13 Tamèn rationabili Statuto legitimam minui poſſe; ſuadunt apertiùs Cucch. *de Legitim. pagin.* 127. *num.* 70. Kircou. *comm. opin. cent.* 2. *Concl.* 19. Molin. *loc. cit. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 86. *num.* 4. Minſiger. *cent.* 5. *Obſerv.* 43. De Franch. *in Deciſ.* 618. *in fin.* Fachin. *lib.* 4. *Controv.* 32. Antonin. Macerat. *lib.* 2. *Reſol.* 27. *num.* 5. & *ſeq.* Mantic. *loc. citat. lib.* 12. *tit.* 22. *num.* 41. Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *cent.* 2. *caſ.* 149. *num.* 12. Altograd. *in Conſ.* 5. *num.* 35. & *in conſ.* 58. *num.* 4. & *in conſ.* 87. *num.* 21. Merlin. *loc. cit. lib.* 3. *art.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 35. quibus ſubnectantur; quos Paſcal. laudat *in cit. cap.* 4. *num.* 141.

14 Accedit Conſuetud. *ſi quis, vel ſi qua.* & Conſtit. *in aliquibus.* Diſpoſitio excludens fœminas de paragio dotatas, à parentum ſucceſſione proptèr maſculos: ut affabrè notant Molfeſ. *loc. allegat. part.* 4. *quæſt.* 29. *nu.* 18. Marcian. *in Diſput.* 6. *num.* 48. *tom.* 1. D. Reg. noſter *in Deciſ.* 135. *lib.* 2. De Pont. *in conſ.* 74. *vol.* 1. & *in conſ.* 50. *vol.* 2. & *De Poteſtat. Proreg. Tit.* 9. *nu.* 6. Rovit. *in Conſ.* 23. *num.* 17. *tom.* 1. Provenz. *loc. indicat. Obſerv.* 13. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 9. *num.* 18. Ann. *in repetit. Rubr. de Vaſall. decrep. ætat. num.* 393. & *in Allegat.* 70. *num.* 45. Afflict. *in cit. Conſtit. in aliqui-*
15 *bus. num.* 24. & Maur. *in Allegat.* 23. Paragium verò eandē cum legitima naturam ſortiri; teſtatur Provenz. *eod. loc. Obſerv.* 12. *num.* 2. etsì, ut probavimus certam quantitatem non habeat: ità ut boni viri arbitrio; remiſſum probent Luc. de Penn. *in l. in his. in fin. C. de Præd. Navicul. lib.* 11. Andr. *in cit. Conſtit. in aliquibus. verſ. hoc denotat.* & *in Conſtit. ut de ſucceſſionibus. verſ. jugatę. ſub num.* 70. Cravet. *in Conſ.* 226. Dec. *in conſ.* 26. *num.* 4. Afflict. *in cap.* 1. *num.* 21. *Ex quib. Cauſ. Feud. amitt.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. num.* 31. *C. de Revocand. Donat.* Raph. Cavenſ. *in conſ.* 46. *in fin.* Soccin. *in Conſ.* 288. *lib.* 2. Marian. Soccin. *in Conſ.* 128. *num.* 217. *lib.* 1. Menoch. *in cit. tract. de Arbitr. caſ.* 88. *num.* 38. *cent.* 1. Grammatic. *in Deciſ.* 101. *ex num.* 63. De Franch. *in Deciſ.* 87. *num.* 11. Galeot. *in Controv.* 15. *num.* 27. Provenz. *loc. allegat. Obſerv.* 8. *num.* 10. & *in Obſervat.* 12. *num.* 1. Ingreſſarum in
16 Monaſterio paragiò excepto: etenìm eo caſu ſatìs, ſatiſquè eſt ſolitam dotem monaſterio aſſignari, Napodan. *in cit. conſuetud. ſi moriatur. in gloſſ. verb. Paragium ſub nu.* 66. ſivè à Fratre, ſivè à Patre id actum ſit. Provenz. *eod. loc. Obſerv.* 11. *num.* 3. 5. & 6. intantum quòd ità ob aſſuetam obſervantiam conſuetudine
17 inductum à Superioribus noſtris reperiatur; & quòd Dos Statuto taxari poſſit, indicant Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 4. *gloſſ.* 7. *part.* 1. Molin. *de Rit. Nupt. lib.* 7. *Diffinit.* 7. *num.* 70. Paſcal. *in adduct. loc. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 29. & Rot. Roman. *in Deciſ.* 117. *part.* 1. *noviſſ.*

18 Exindè filiam contentam ingreſſarum paragio à Patre Monaſterio aſſignato remanere debere: quamquàm eo mortuo, non adhùc profeſſa liberas haberet habenas exeundi, & ad carnales nuptias feſtinandi; quas tandèm noluit, apertiùs probant Caput. *loc. cit. part.* 2. §. 7. *ex num.* 11. Bottilier. *de Succeſ. ab inteſtat. Theor.* 18. *num.* 7. Prat. *tom.* 1. *Diſcept.* 48. *ex num.* 9. D. Altimar. *ad Rovit. in conſ.* 27. *num.* 24. *tom.* 3. & Adverſantium ratiunculas perbellè reſpuit Provenzal. *in adduct. Obſerv.* 11. *ex num.* 5. Cui ſententiæ noviſſimè ſe ſubſcribit Mut. Groſſ. *ad Conſuetud. Neap. in cit. conſuetud. ſi moriatur. annotat.* 15. *num.* 57. Mulier namquè Patre
19 vivente cum Monaſterio ſe obtulit aliquo ei aſſignato; dotata cenſetur Bart. teſte *in l. Titio centum* §. *Titio genero. ff. de Condit.* & *Demonſtr.* Rot. Roman. *apùd Farinac. in Deciſ.* 60. *tom. ultim.* Cancer. *part.* 1. *Reſol.* 20. & 24. & ſcripſerat De Franch. *in citat. Deciſ.* 44.
20 poſſequè Patrem minùs filiæ relinquere ſi ſpirituale, quam ſi carnale contrahat matrimonium probat D. Reg. noſter *hìc nu.* 9. & prolixè tradunt Mantic. *de Conject. ultimar. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 4. Covar. *var. lib.* 1. *Reſol.* 19. *num.* 7. Menoch. *lib.* 4. *Præſumpt.* 83. *ex num.* 1. *ad* 27. Trentacinq. *part.* 4. *cap.* 7. *de Subſtit. nu.* 24. Theſaur. *part.* 1. *quæſt.* 60. Merlin. *lib.* 3. *de Legitim. tit.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 7. & 8. ac exploſo
21 nominatim Afflict. *in Deciſ.* 348. tradunt Urſill. *ibid. num.* 2. *verſ. tamèn audio.* ac Gregor. XV. *in Deciſ.* 63. & illius placitum procedere jure communi attento; declarat D. Panſut. *in citat. controv.* 20. *num.* 62.

22 Nec hanc firmatam veritatem conturbat fœminam hinc à Religione retrahi poſſe, ac fieri deterioris conditionis Celeſtem Sponſum, terreſtri: ad tradita per De Luc. *ad De Franch. in cit. Deciſ.* 44. quemadmodùm adamuſsìm reſpuit id Steph. Gratian. *in Diſcept.* 481. *num.* 32. ſequutis Mantic., & Covar. *in ſedibus ſupra indicatis* indignam, atquè ridiculam prædicans rationem iſtam; quæ ab homine Chriſtiano, & Religioni dedito proferatur: cum videamus, neminem à Religionis propoſito abſtinuiſſe ex eo, quòd bona non ha-
23 beat, quæ ad Monaſterium deferat; & ſic corruit Molfeſ. opinio probata à De Marin., Galeot., & De Luc. ac remiſſivè à Capiblanc., & ſedulò ponderetur. Provenz. *in ead. Obſerv.* 11. qui *num.* 11. peraptè ſcribit additamentum ad congruam, & conſuetam dotem, pro ut non eſt tranſmiſſibile, ità nec cedi poſſe.



Digitized by Google

# MEMORABILIUM
# HOC LIBRO
## CONTENTORUM
# INDEX

**Alphabetico Conſcriptus Ordine, ac Concinna Serie Diſpoſitus.**


Abbas

*ABbatis ſola depoſitio tanquàm principalis, an ſatis ſit, ut parti Monaſterii depoſitionem petenti ſatisfactum dici poſſit?* Obſerv.86. num.5. & 6.

Abolitio

..... *generalis ex Principe conceſſa: quas pœnas comprehendat?* Obſerv. 71. num.8. & 9.

Acceptans

.. *litteras cambii; decocto ſcribente; quandò teneatur?* Obſerv. 20. num.13. & 14.

... *beneficium penſione gravatum, ad illam ſe obligare videtur.* Obſerv.44. num.10.

Acceſſorium

..... *ſui principalis naturam ſequitur.* Obſerv.16. nu.5.

Actio

... *nùm donatario abſenti quæratur: ſi Notarius pro eo ſtipulatus ſit?* Obſerv.2. num. 13.

... *Creditoris abſquè Aſſenſu ad vendendum feudum; ſivè illius tenutæ petitio; creditore cum Aſſenſu concurrente; ſilet.* Obſerv.6. num. 8.

... *vigore juramenti, in contractu intèr liberos inita; abſenti quæritur.* Obſerv.44. num.12.

... *ad ſervitutem, an in ſingularem tranſeat ſucceſſorem?* Obſerv.66. num.2. 3. 4. & 5.

... *non quæritur legatario, antè conditionis eventum.* Obſerv.107. num. 11.

... *redditionis computorum; quanto temporis interſtitio præſcribatur? Adversùs* Gizz. *Reſpondunt* Rot. Genuenſ. *&* De Marin., Obſerv.113. num.3.

... *omnis ceſſibilis eſt.* Obſerv. 115. num.7.

*Actiones activæ, in ceſſionarium tranſeunt, & videtur illum habere mandatum ad exigendum.* ibid. num. 6.

Actor

.. *an adverſarium cogere valeat ad petenda beneficia: Reſpuitur diſtintio* Gallup. *ſequuto* D. Conſil. Petr. Obſerv. 79. num. 7.

.. *pauper, an teneatur præſtare cautionem de reſtituendis alimentis in caſu ſuccumbentiæ? contrà* Gizz. Boer. *&* De Luc. *ſtant* Covar. *&* Milanenſ. Obſerv.119. num.21.

*Actori, an ab ordinario judicio ad executivum variare permiſſum ſit? Reſolvitur adversùs* Maceratenſ., Donad., *&* Novar. *cum* Deciſ. noviſſ. Obſerv. 120. num. 22. & 23.

Aditio

.... *hæreditatis ex eo probatur, quod intra præſcriptum tempus, illam non repudiavit.* Obſerv. 13. num.8.

......... *probatur per bonorum hæreditariorum poſſeſſionem* ibid. num.9.

*Quid per exactionem ab hæreditario debitore.* ibid.

*Aùt per ceſſionem hæreditatis?* ibid. num.10. & 11.

......... *non præſumitur ex modici valoris fundi hæreditarii poſſeſſione.* ibid. num. 12.

......... *ex eo non inducitur: quod à Patris interfectore aliquid receptum ſit.* ibid. num.17.

......... *probatur per actum, quod citra jus, & nomen hæredis fieri non poterat.* Obſerv.117. num.9.

Adminiſtrator

..... *tenetur librum rationis conficere, illumque ad partis petitionem exhibere ejuſque hæredes.* Obſerv.113. num. 1. & 2.

*Adminiſtratori hæreditatis, immiſſio vigore* l.fin. C. de Edict. Div. Adrian. *qualitèr concedatur?* Obſerv.14. num.16.

Ædes

.. *ſuas in altum tollere, unicuiquè quando permiſſum?* Obſerv.50. num.20. 21. & 22.

Ædificans

.... *poſt nunciatum novum opus: quandò attentare dicatur?* Obſerv.50. num.23.

Æqualitas

.... *in Judiciis ſervanda eſt.* Obſerv.59. num.3.

Æneas

... *tempeſtate correptus; Mortem deſiderat.* Obſerv.60.n.2.

Ætas

.. *ad maſculiationem obtinendam, quæ requiratur?* Obſerv. 59. num.14.

Affinitas

.... *recuſationis Judicis eſt juſta cauſa.* Obſerv.81.nu.2.

.... *ſoluto matrimonio, adhùc durat.* ibid. num.11.

Agnatus

... *pro alio an jus retractus exerceri poſſit, vel alteri cedi?* Obſerv. 57. num.15.

*Agnati taciturnitas, & præſentia juris retractus renunciationem inducit.* ibid. num.9. *intellige* ut num.13.

*Agnato ad ſolvendum pretium inhabili jus retractus non competit.* ibid. num. 14.

*Agnatus, jure ſanguinis, retrahens Feudum, qualem pretium ſolvere teneatur?* ibid. num.22.

... *vel Cognatus, nùm valeat dicere de nullitate, ſententiæ forjudicationis reo vinculis non detento?* Gizz. *ſcribit contra* De Franch. *quem defendunt* Maſtrill., Danz., *&* De Afflict. Obſerv.74. num.8.

... *qualitèr in forjudicationis ſententia citandus?* ibid. num.4. & 5.

*Agnatis debita portio attenta noſtræ* Conſuetudinis *diſpoſitione, quando jure hæreditario debeatur?* Obſerv.117. n.5.

Alcimenes

.... *philoſophus: potiùs relictam ſibi hæreditatem, repudiare maluit: quam Marathonis flumen vadare.* Obſerv. 60. num.3.

Alienatio

....... *bonorum Eccleſiæ ſola ipſius accedente utilitate non ſubſtinetur. adversùs* D. Rodoer. Obſerv. 19. num. 7.

*In ea alienatione, quæ requirantur?* ibid. num.8.

*Quìd in tranſactione?* ibid. num.9.

*Et intèr duas Eccleſias?* num.10.

....... *fundi minoris, qualitèr fieri debeat?* ibid. ex nu. 1. ad 4.

*Alienationis feudi revocatio vigore* Conſtitut. Conſtitutionem Divæ Memoriæ. *ab utroque contrahente fieri poteſt. comprobatur* D. Reg. noſter, *rejectis* Frecc. *&* Ann. Obſerv.43. num.12.

*Alienatione prohibita; ex promiſſione de vendendo, pœnam non incurritur.* Obſerv. 56. num. 36.

*Alienatio bonorum Confraternitatis, nùm ſollemnitates neceſſariæ in bonorum Eccleſiæ alienatione expoſcat?* Obſerv. 95. num.17. 18. 19. 20. & 21.

....... *ab Univerſitate facienda, quas expoſcat ſollemnitates?* Obſerv. 116. num.19.

....... *in dubio Univerſitati utilis præſumitur.* ibid.n.23

Alimenta

.... *Uxori relicta ſi velit cum filiis morari, debentur, filiis præmortuis.* Obſerv.52. num. 5. *Ampliatur* num.6.

.... *in hæredum domo præſtanda, quatenùs extra illam præſtentur, qualitèr taxanda ſint?* ibid. num.8.

.... *juxtà perſonæ qualitatem ſubminiſtranda ſunt.* ibid. num.9.

.... *auctis facultatibus augentur.* ibid. num.10. *ſed illis diminutis non diminuuntur.* ibid. num. 9.

.... *quomodò taxentur? cum* Deciſ. noviſſ. ibid. nu. 11.

*Alimentorum appellatione, quæ veniant?* ibid. num.12.

*Alimenta, & litis expenſæ Actori pauperi, & in cauſa bonum jus foventi à Convento ſubminiſtrantur.* Obſerv.119.nu.6.




Digitized by Google

*Fallit quotiès Reus exhibuit apud acta ſcripturam Actoris juris excluſivam.* ibid. num.8. *Retunditur* Prat. nu.9.
. . . . . . . . . *ſubminiſtrantur à Conventu, Actori pauperi nè dùm in Judicio univerſali, verùm etiam in particulari, rejectis* Surd. Andreol. & Aliis ibid. num. 15. & 16.
. . . . . . . . . . *ab Actore paupere obtenta, quandò reſtituenda non ſint?* ibid. num. 23.
. . . *Filio etiam naturali cum patre litiganti ſubminiſtrari debent* ibid. num.17.
. . . . *Monaco cum Abbate litiganti debentur.* ibid. nu.18.
. . . . *Uxori etiam indotatæ cum Viro litem habenti ſunt debita.* ibid. num.19.
. . . . *lite pendente ſuper vita, & militia, an ſubminiſtrari debeant?* ibid. num.12.
*Quid ſi de ejus ſupplemento agatur? num.*13.

Amici

. . . *qualitèr in forjudicationis ſententia citandi?* Obſerv. 74. num.3.

Amiſſio

. . . . *privatæ ſcripturæ qualitèr probetur?* Obſerv.55. n.20.

Amor

. . *paternus à nullo vincitur.* Obſerv. 61. num.1.

Anima

. . . *Cunctis rebus eſt præferenda.* Obſerv.12. num.6.

Animus

. . . *facto, aut verbis ad inducendam hæreditatis aditionem eſt explicandus.* Obſerv.13. num.3. *intellige*, ut nu.4. & 5.

Annexa

. . . *& connexa, quæ ſint?* Obſerv.37. num.2.

Antefatum

. . . . *in dote ducatorum quatuor mille attenta* Pragm.1. De Donat. Propt. Nupt. *quantum ſit? referuntur* D.Reg. noſtr. *ſequaces.* Obſerv. 49. num.1. & 5.
Retrotractio

. . . . . . an in legatis conditionalibus obtineat? Fuſar. contrà Neguſant. ſcribit. Obſerv. 23. num. 8.

. . . . . competit legatario certæ rei: ad finem recuperandi de manu tertii. Ibid. num. 9.

. . . . . doti competit, ſivè conditio poteſtativa ſit, ſivè caſualis, vel mixta. Ibid. num. 10.

Revocatio

. . . . alienationis Feudi vigore Conſtitut. Conſtitutionem Divæ memoriæ.ab utroquè contrahente fieri poteſt.Comprobatur D. Reg. noſter, Adversùs Frecc. & Ann. Obſerv.43. num. 12.

Revocationi alienationis Feudi: an locus fiat; ubi Feudum eſt venditum, & emptori traditum, qui ex illo fructus percepit; illudque Regis Aſſenſu, ſuis creditoribus obligavit. Ibid. num. 14.

Revocatio alienationis Feudi: an obtineat poſt memoriale porrectum pro Aſſenſu? De Marin. ſtat contrà De Ponte, quos Rodoer. conciliat. Ibid. num.15. Limita, ut num.16.

. . . . . eadem non procedit in venditione urgentibus creditoribus facta. Ibid. num. 17.

Reus

. . eſt ſtultus, qui cum poteſt aufugere, petit abſolvi. Obſervat.77. num. 1.

Sacerdotes

. . . . Veſtales; non jurabunt. Obſerv.10. num.1.

. . . . noſtros; Deos, Conſtantinus appellavit. Ibid. num.2.

Sacerdotis, & Religioſi teſtimonium; valet vice duorum teſtium. Obſervat. 12. num. 24.

Salvum conductum

. . . . . . ex defectu poteſtatis nullum; Reo an opituletur? Obſervat. 105. num. 5.

Proponitur opinio aiens. num.6.

De Luc. explodit D. Regent. noſtr. num.7.

Adducitur ſententia Capiblanc. num. 8.

Quìd ſi conceſſum reperiatur cum Ablativo abſoluto? n.9.

Scholaris

. . . quà ætate doctoretur; ad terminos Pragm. 7. §. 5. De Scholar. Doctorand. rejecto Gizz. Obſervat.75. num.15.

Scribens

. . tenetur recognoſcere ſcripturam à ſe ſcriptam. Obſerv. 55.num.1.



Digitized by Google

Scriptura

. . . à Teſtatore ordinata coram Notario, & Teſtibus: ſi Teſtator illius ſtipulationem ad alium diem diſtulit, & interim moriatur: nùm tamquàm teſtamentum ſuſtineatur? Obſervat. 7. num. 2.

. . . privata non recognita non probat. Obſerv. 55. num. 4. Fallit, ut num. 5.

Scripturæ privatæ recognitio: an ad effectum l. ſcripturas. C. Qui potior. in pignor. ſatìs ſit, fieri per duos teſtes mortuo tertio? Ibid. num. 6.

. . . . . verificatione pendente: an executio literarum executorialium ſuperſedenda ſit? Ibid. num. 7.

. . . . . . amiſſio: qualitèr probetur? Ibid. num. 20.

Senex

Senem amore diffluere, ſatìs deplorandum. Obſerv. 22. nu. 1.

Sententia

. . . devolutionis lata: non factis præceptis emphyteutæ, quod ſolvat cenſus decurſos; eſt valida. Adversùs Prat. Obſerv. 30. num. 11.

. . . lata, contrà principalem, quandò demandari poſſit executioni, contrà fidejuſſorem? De Luc. retundit Gizz. Ibid. num. 25.

. . . poſt peremptam inſtantiam lata: an ſuſtineatur? Obſervat. 68. num. 13.

Quìd in ſententia S.R.C. Ibid. num. 14.

Aùt in Decreto ejuſdem ſupremi Tribunalis? Diſſident Rovit., & Tapp. Ibid. num. 15.

. . . . S. R. C. per ſuccumbentis carcerationem dicitur executa. Obſervat. 72. num. 9.

. . . forjudicationis, per Bullam Clericatus impeditur. Obſervat. 73. num. 8.

. . . . . . . . . . . ex quò in citatione contenta non fuerunt ſervata: quandò nulla ſit? Obſervat. 74. num. 2.

. . . lata pro aut contrà mortuum eſt ipſo jure nulla. Obſ. 83. num. 1. Fallit num. 2. 3. 4. & 7. De Praxi. num. 8. & 9.

Quìd ſi antè litigantis mortem in cauſa reperiatur concluſum? Ibid. num. 5.

Vel citatio ad ſententiam executa? Ibid. num. 6.

Aùt uno ex actoribus mortuo? num. 12.

Quìd reſpectu correi inſolidum obligati? num. 13.

Vel in ſententia lata in actione hypothecaria? Ibid. num. 15. & 17.

. . . Aſſiſtentiæ eodem modo, quo exequitur, nùm eodem revocetur? Defenditur Gizz. Obſerv. 91. num. 5.

. . . reintegrationis ad ſedile Portæ novæ in gratiam Nobiliſſimæ familiæ De Ponte, quibus mediis proceſſit? Obſervat. 100. num. 13.

. . . Aſſiſtentiæ: quandò paratam obtineat executionem? Ibid. num. 10. 11. & 12.

. . . lata contrà debitorem principalem: quandò executioni demandetur adversùs fidejuſſorem? Obſerv. 102. nu. 16.

. . . adversùs plures correos lata: quando inſolidum exequatur? Obſerv. 112. num. 15. 16. & 17.

Sequeſtrum

. . . in principio litis prohibetur. Obſerv. 5. num. 6.

. . . conceditur pendente controverſia ſupèr teſtamento. Comprobatur D. Reg. noſter, & defenditur Gizz. à De Luc. Ibid. num. 7. 8. 9. & 10 & in Obſerv. 14. num. 5.

. . . Juriſdictionis Feudi ad Inſtantiam creditoris abſquè aſſenſu: an fieri poſſit? Obſerv 43. num. 11.

Servitus

. . . pecoris paſcendi, & ad aquam appellendi; prædio cohæret. Obſerv 66. num. 6.

. . . perſonalis: quandò in ſingularem tranſeat ſucceſſorem? Ibid. num. 8. & 9.

Significatus

. . . . . carceratus: an audiatur? contrà Rovit. ſcribit De Luc. quem rejicitur. Obſervat. 79. num. 8.

Socius

. . . conſocio invitò fundum indiviſum locat. Obſervat. 39. num. 1. Intellige, ut num. 2.

. . . ultra partem ſuam invitò ſocio nihil facere poteſt. Ibid. num. 3.

. . . in locatione fundi; extraneo præfertur. Ibid. num. 4. Amplia in prædio Ruſtico. num. 5.

. . . præfertur in venditione fundi, ſi juſtum pretium offerat. Ibid. num. 6.

. . . qui in locatione extraneo præfertur, quandò altero ſocio penſionem ſolvere teneatur? Ibid. num. 7. 9. 11. & 12.

. . . utens re communi penſionem: an ſolvat? Ibid. num. 8. 13. & 14.

Sollemnitas

. . . & voluntas, æquè teſtamentum expoſcit. Obſervat. 7. num. 1. & 7.

Solutio

. . . ſimplicitèr facta cedit in cauſam ſortis, quotiès intereſſe non eſt liquidatum. Adversùs D. Regent. noſtr. Obſervat. 21. num. 18.

Quìd in Fiſco? Cum Deciſ. noviſſ. num. 21.

. . . prioris annatæ ex ſolutione recentioris: quandò præſumatur? Obſerv. 27. num. 1.

. . . Tutori facta ab illo, qui duobus tutoribus ſolvere promiſit non ſuſtinetur. Ibid. num. 16.

. . . Relevii facit præſumptionem rem eſſe feudalem; ſed admittit probationem in contrarium. Obſerv. 93. nu. 2. & 5.

. . . facta ab Adminiſtratoribus Univerſitatum: quandò Univerſitati præjudicent? Obſerv. 116. num. 40.

. . . onerum in emphyteuſi, ubi penſio fructibus eſt correſpectiva, intèr directum Dominum, & Emphyteutam dividitur. Obſerv. 120. num. 19.

Soror

. . per renunciationem bonorum Patris, & Matris; non excluditur à ſucceſſione fraterna. Obſerv. 2. num. 21. Ampliatur num. 22. 23. & 24.

. . maſculiatur, ſi legata dote à Patre; frater differat illam maritare. Obſerv. 59. num. 20.

. . qualitèr maſculietur? Ibid. ex num. 13.

Statutum

. . . eſt ſtricti juris, & nullam patitur extentionem. Obſervat. 41. num. 5.

. . . permittens, quìd dari Viduæ pendente dotis reſtitutione: nùm ſervandum ſit? Contra D. Reg. noſtr. ſtat Scacc. ſed conciliat Leotard. Obſerv. 97. num. 4.

Quìd ſi pacto cautum id reperiatur? num. 5.

Aùt in Vidua inope. num. 6.

Vel attenta Canonica Æquitate? num. 7.

Et in terminis noſtræ Conſuetudinis? num. 8. 9. & 10.

. . . omnes exceptiones excludente: ſub illa generalitate, non includuntur exceptiones, quorum incontinenti offeruntur probationes. Obſerv. 111. num. 7.

. . . quod paratam executionem inſtrumentis tribuit, non obtinet ultra perſonas in illo nominatas. Obſerv. 115. n. 5.

Succeſſor

. . . in majoratu tenetur ad expenſas funerarias. Obſervat. 47. num. 19.

. . . . Beneficio ad funerum impenſas tenetur. Ibid. nu. 20.

. . . . Feudo ex pacto, & providentia, facto inventario non tenetur creditoribus defuncti. Obſerv. 70. num. 39.

Succedens per fideicommiſſum: quandò Teſtatori ſuccedere dicatur? Obſerv. 103. num. 5.

Supplicium

Supplicio unius improbi coercere alios, utilius eſt: quam proptèr multos improbos parcere uni. Obſervat. 105. num. 2.

Terminus

. . . . conceſſa reſtitutione ad pinguius probandum Privilegiato communis eſt, utrique parti. Obſervat. 59. num. 4.

Nec illi in alterius partis præjudicium Privilegiatus renunciare valet. Ibid. num. 5.

Termino probatorio Procurator renunciare; haùd poteſt. Ibid. num. 9.

Terminus: quandò currere incipiat? Obſerv. 86. num. 2.

Tertius

. . . ad cauſam veniens poſt concluſionis actum; obtentis beneficiis, nùm ſuperſedere faciat? Adversùs Gizz. Obſerv. 85. num. 8.

Teſtamentum

. . . . à Teſtatoris voluntate pendet. Obſerv. 2. num. 9.

. . . . aliud ſcriptum; aliud nuncupativum. Obſerv. 5. n. 2.

Ejus ſollemnia. Ibid. num. 3.

. . . . an fieri poſſit per relationem ad aliam ſcripturam? Ibid. num. 12. 13. & 14.

. . . . ratione ſollemnitatis nullum: an in foro conſcientiæ ſuſtineatur? Obſervat. 7. num. 5. & 6.

Teſtamenti publicatio; eſt neceſſaria ſollemnitas; & qualitèr apparere debeat? Ibid. num. 12. & 13.

Teſtamentum non publicatum; inſtitutis liberis; vel Pia cauſa, non ſuſtinetur. Ibid. num. 9. & 10.

. . . . factum antè Religionis ingreſſum: nùm per profeſſionem rumpatur? Obſerv. 29. num. 11.

Teſtator

. . . adhibendo Notarium; cenſetur de more voluiſſe teſtamentum publicare. Obſervat. 7. num. 8.

. . . qui paravit in ſcriptis teſtari: ſed non adhibuit ſollemnitates neceſſarias, habetur, ac ſi teſtamentum non condidiſſet. Ibid. num. 11.

Teſtatores in legando, quandoquè modum excedunt: ut pro legatariorum ſatiſfactione, hæreditas ſatìs non ſit, unde fit

locus

Digitized by Google

*locus diminutioni legatorum.* Obſerv. 12. num. 2.
*Teſtatoris ſimplex aſſertum non ſufficit ſe pro malè ablatis reliquiſſe, quotiès in prohibitis verſaretur. Declaratur* D. Reg. noſter *ex* De Luc. Ibid. num. 12. & 14.
*Teſtator diſponens de rebus donatis hæres, & donatarius tenetur ad onera ei injuncta.* Obſerv. 44. num. 13.

Teſtes

. . *ad probandum naufragium; in ſubſidium ſatis eſt, quod ſint nautæ ejuſdem navis, & Magiſtri.* Obſervat. 60. num. 7. & 8.
. . *quandò ſupèr naufragio; non citata parte recipiantur?* Ibid. num. 10.
. . *ad probandum naufragium, coram quo Judice examinentur?* Ibid. num. 6.
. . *Idonei non ſunt homines Univerſitatis, pro Univerſitate.* Obſerv. 93. num. 11.
. . *quandò Monaci pro Monaſterio idonei ſint?* Ibid. num. 12.
*Teſtium revelationibus, ad excommunicationis fulminationem receptis; quanta fides adhibenda ſit?* Obſerv. 5. num. 11.
. . *nominatione ab una ex partibus facta, altera pars utitur, licèt non inhæſerit.* Obſervat. 59. num. 6.
*Teſtes ſupèr verificatione Apocæ bancalis non citantur. Rejicitur* Sarn. Obſervat. 111. num. 1.

Tortura

. . . *an inferro poſſit illi, qui indultum obtinuit: ſalvo intereſſe partis civiliter?* Obſervat. 71. num. 14.

Tranſactio

. . . . *verbis generalibus concepta; an ad incognita extendatur? Adversùs* Gizz. Obſervat. 2. num. 37.
. . . . *an Fideicommiſſi renunciatio inducat?* Ibid. num. 3. 4. 35. & 36.

Tranſmiſſio

. . . . *jure ſanguinis: qualitèr fiat?* Obſervat. 84. num. 5.
*Quìd potentia ſuitatis? De Luca ſtat contra* D. Regent. noſtr. *cujus adducuntur ſequaces.* Ibid. num. 6.
. . . *hæreditatis jure ſanguinis, quibus locum habeat?* Ibid. num. 7.

Trebellianica

. . . . . . *qualitèr tacitè probibita cenſeatur?* Obſervat. 1. num. 20.
*Trebellianicæ probibita detractione; filii in conditione poſiti vocati cenſentur.* Ibid. num. 19.
. . . . . . *detractio; filiis primi gradus prohiberi poteſt. Contrà* Mart. *&* Andreol. *tacitè & expreſsè.* Ibid. num. 26. & 27. *Adversùs* Gizz. *Intellige, ut* num. 28.
*Trebellianica non deducitur; quotiès ſubſtitutio in contractu fuerit ordinata.* Ibid. num. 30.
*Trebellianicæ detractio: an filiis prohiberi poſſit?* Obſervat. 108. num. 15.
*Trebellianica, & Falcidia æquiparantur.* Ibid. num. 16.

Tribunal

. . . *idem; cur de eadem re diverſa ſentiat?* Obſerv. 89. n. 1.

Tutor

. . *quamvìs non adminiſtraverit, aliis Tutoribus ſolvendo non exiſtentibus; tenetur in ſubſidium.* Obſerv. 13. nu. 14.
*Quìd ſi tutelæ exercitium à Judice, vel à Teſtatore diviſum fuerit?* Ibid. num. 25. & 26.
. . *licèt pro pupillo ſolutiones recipiat, & debitores liberet, illi præjudicium non infert, ſi de vera ſolutione non conſtet.* Obſerv. 27. num. 10.
. . *tenetur deponere tanquàm principalis, inſtante parte ex adverſo.* Obſerv. 88. num. 1.
*Ejuſquè depoſitio: quandò pupillo noceat? Declaratur* Matin. num. 2. & 3.
. . *& omnis alius Adminiſtrator; tenetur librum rationis conficere, illumque ad exhibendum compelli poteſt; ejuſquè hæres.* Obſerv. 113. num. 1. & 2.
. . *iterùm, tenetur reddere rationem adminiſtrationis: non obſtante quietatione jurata minoris; Niſi liber ebibitus fuerit.* Ibid. num. 3.
. . *non conficiens librum: ſi adminiſtratio ex alio appareat: an pati poſſit juramentum in litem?* Ibid. num. 4.
. . *admittitur ſivè libro, & aliunde ad reddendam adminiſtrationis rationem.* Ibid. num. 5.
. . *veritatem eorum, quæ in libro deſcribere omiſit, probationibus juſtificare poteſt.* Ibid. num. 6.
. . *quo loco, ad rationem adminiſtrationis reddendam ſit conveniendus?* Ibid. num. 14.

Vaſallus

. . . *qui Baronali carcere fracto, ad M. C. V. aufugit non punitur.* Obſerv. 76. num. 6.
*Vaſallo periculoſum eſt, cum Barone litem habere.* Obſervat. 55. num. 3.

Valor

. . *monetæ, ſive auctus, ſive diminutus, debetur juxtà tempus contractus.* Obſerv. 48. num. 7.
*Fallit, ut* num. 26.
*Contrarium.* num. 24.
*Limita, ut* num. 25.
*Quid in debito ſub uſuris?* Ibid. num. 8.
*In Dote?* num. 9.
*In penſione Domus.* num. 10.
*In frumento, aut alia ſpecie mutuata?* num. 11.
*In mutuo?* num. 12.
*Si eadem pecunia non inveniretur?* Ibid. num. 13.

Venditio

. . . . *minuorum introituum ſi facta ſit, ſupèr omnibus bonis debitoris certo non deſignato corpore ſubſtinetur. Epiſcop.* De Afflict. *declarat* D. Regentem noſtrum, *&* D. Merlin. Obſervat. 116. num. 10.
*Quìd ſi facta fuerit ſupèr fructibus Feudi, abſquè Aſſenſu?* Ibid. num. 11.

Venenum

. . . , *veneno; quandoquè curatur.* Obſervat. 54. num. 1.

Venter

. . *non patitur dilationem.* Obſervat. 119. num. 4.

Veritas

. . . *ſæpè laborat, nunquàm extinguitur.* Obſerv. 70. nu. 44.

Veſtes

. . *lugubres, & lectus vidualis, de generali conſuetudine, Uxori ab hæredibus Viri debentur.* Obſerv. 94. num. 1.
*Etiam ſi ſua pecunia ſe veſtiat. Comprobatur* Gizz. *& Ampliatur in Muliere, quæ dotem non dedit.* Ibid. num. 2.
*Quandò illas, Vidua reſtituat?* Ibid. num. 4. *Declaratur* Gizz.

Via Executiva

. . . . . . . *quandò pro legato competat? Declarantur* Fachin. *&* Gomeſ. Obſervat. 12. num. 21.

Vicarius

. . . . *nùm recuſato Epiſcopo, poſſit in cauſa intervenire?* Obſervat. 87. num. 8.
*Quid è Contrà?* Ibid. num. 10.
*Aut ſi Vicarius procederet tanquàm Delegatus?* Ibid. n. 9.

Vicinus

. . . *poſt petitum congruum, an ſe pœnitere valeat?* Obſerv. 46. num. 10.
. . . *habens partem in fundo vendito, præfertur aliis retrahere volentibus ratione congrui.* Ibid. num. 9.
. . . *ceſſante æmulatione, Vicinum impedire non valet; quin altius ædificium tollat prætextu, quod ei impediatur aſpectus ad mare. Cum* Deciſ. noviſſ. Obſerv. 50. n. 4. & 17.
. . . *quandò incendii timore devaſtare valeat intermediam alteriùs Vicini domum?* Obſerv. 60. nu. 11. 12. 13. 14 & 18.
. . . *cogitur vendere fundum pro Eccleſiæ ampliatione, aut atrio conſtruendo.* Obſervat. 70. num. 11. *Vide* in Obſerv. 103. num. 7.
*Vicini, qualitèr in forjudicationis ſententia citandi?* Obſerv. 74. num. 3.

Vidua

. . . *ingrediente bonorum viri tenutam pro dote; fructus cum ſorte compenſantur.* Obſervat. 64. num. 14.
*Viduæ de generali conſuetudine Veſtes lugubres, & lectum viduale, ab hæredibus viri debentur. Quanquàm ſua pecunia ſe veſtiat.* Obſervat. 94. num. 1. *& Dotem non tradidiſſet.* Ibid. num. 2.
*Quandò illas reſtituat? Declaratur* Gizz. Ibid. num 4.
*Aut debeantur?* num. 5. & 8.

Vindemia

*Nonnulla hac de re eruditius invenies in* Obſerv. 11. nu. 1.

Virgo

. . *habens Patrem privilegio electionis fori fruitur. contrà* D. Reg. noſtr. & alios *comprobatur* Gizz. Obſerv. 54. num. 13. 14. 17. 18. & 19.
. . *Viduæ appellatione venit.* Ibid. num. 19.
. . *pro ſtupro in ipſam paſſo, quandò electionem fori obtineat? Declaratur* Gizz. *& rejicitur* Merend. Ibid. num 20.
. . *ſi poſt electionem fori factam, lite non conteſtata, virum duxerit, electione non fruitur. Comprobatur* Gizz. Deciſ. noviſſ. Ibid. num. 22. & 23.
*Virginem volentem ſtuprans, non punitur.* Ibid. num. 21.
*Virgines neſcire ſolent, quìd faciant, quandò nuptialibus tabulis ſubſcribunt; niſi quod virum accipiant.* Obſerv. 58. num. 10., & 11.

Vita, & Militia

. . . . . . . . *taxatur ad inſtar legitimæ.* Obſerv. 59. nu. 34.
. . . . . . . . *nùm debeatur à ſecundogenito, tertiogenito,*
*per*

Digitized by Google

per mortem primogeniti? Ibid.num. 35. Notatur Gizz. nu. 36. & 38. Declaratur num. 39. ejus Deciſio comprobatur num.40. ſed exploditur. num. 41.
. . . . . . . an Collaterali debeatur? Ibid.num.37.

Univerſitas

. . . . . quarè per in integrum reſtitutionis beneficium reſtituatur? Obſerv.95. num.15.

Voluntas

. . . . . & ſollemnitas, aequa teſtamentum expoſcit. Obſervat. 7. num. 1. & 7.

Uſuræ

. . . centeſimæ: undè ſortitæ ſint nomenclaturam. Obſerv. 100. num. 1.
. . . . . . in mercibus trajectitiis permiſſæ. Ibid. nu.2.
. . . debentur ratione moræ, poſt quatrimeſtra tempus rei judicatæ. Declaratur Gallup. Ibid. num. 3.
. . . attento jure canonum ſunt omninò probibitæ. Ibid.n.4.

Uſus

. . Capuani, & Nidi, num verè conſuetudo ſit, vel pactum? ex D. Altimar. declaratur Gizz. Obſerv. 35. nu.10. & 11.

Uſufructuarius

. . . . . . . poſt cujus mortem alter datus eſt hæres; hæres univerſalis dicitur, rogatus per fideicommiſſum reſtituere. Obſervat. 102. num. 17.
. . . . . . . quandò ad æs alienum teneatur? Ibid. num.8. 9. 11. 12. 13. 14. & 15.

Vulnerans

. . . aliquem cum armis probibitis, qua pœna plectatur? Obſerv. 78. num.6.
Refertur ſententia Bertaz. Cavalc. & Rovit. num. 6. vide num. 10.
Item Cæphali, quam Baajrd. reſpuit. num. 8.
Intellige, ut num. 9. & 11. Bajard. ſtat contra Caſſan. & declaratur Laganar.

Uxor

. . relicta hæreditatis Domina, & Patrona; alio non inſtituto hærede; dicitur hæres in totum. Obſerv. 5. num. 16.
. . . . . maſſaria, & uſufructuaria, quandò liberis extantibus integer debeatur uſusfructus? Ibid. num.19.
. . quæ mariti bona retinuit pro dote, tenetur inventarium conficere. Obſerv.15. num. 24.
. . vergente marito ad inopiam dotes repetit. Obſervat. 42. num. 2. Num vera reſtitutio ſit? Affirmat D. De Roſa; diſtinguit Amat. ſed verior ex D. Merlin., & aliis dicitur opinio negans. Fallit. num.4.
. . conſtante matrimonio, pro dotibus, & juribus dotalibus, adversùs tertios poſſeſſores benè experiri petit. Ibid. nu.5.
An prius teneatur excutere bona viri? & quandò. Rejicitur Montener. Ibid. num. 6.
Uxore petente dotis aſſecurationem, bonorum executorum ad creditorum viri inſtantiam impeditur venditio, Comprobatur Gizz. Ibid. num. 7.
Uxor inſolidum cum viro obligata præſumitur fidejuſſiſſe, & virum eſſe principalem debitorem, cum Deciſ. noviſſ. Obſerv.45. num.14.
. . relicta uſufructuaria, quandò præmortuis filiis, integer debeatur uſusfructus? Obſerv. 52. num.7.
. . durante viduitate privilegiis demortui viri fruitur. Obſerv.54. num.24.
. . ſtudioſi, vidua fruitur foro demortui viri. Ibid.num.25.
Uxori à Viro relictum, donèc Dos ſibi reſtituatur, cum ſorte compenſari ſtatuitur. Obſervat.97.num.3.

Explectus eſt Index, quem ſi Lector humaniſſime locupletiſſimum non vides, temporis redargue anguſtias; Interpunctionum verò emenda mendas, ac eluxatas à Typographo literas, nè feras moleſtè; errata corrige: nec te lateat, me in hoc lucubrando opere adjutorem non habuiſſe, nec in corrigendo.

Τέλος θεῷ δόξα.

DE SE-

Digitized by Google

# DE SEPULTURIS, ET CADAVERUM TRANSLATIONE

## OPUSCULUM HISTORICO-JURIDICUM

A D. MICHAELE MUSETTULA
PATRITIO NEAPOLITANO
S. R. C. SENATORE

## Contextum:

*Occaſione Tranſlationis Regalis Cadaveris Sereniſſimi Regis Alphonſi Aragonei Primi Regni Neapolis diu in Eccleſia Sancti Dominici Neapolis depoſiti, efflagitante in anno 1667. Excellentiſſimo Domino D. Petro Aragoneo Regni Prorege ejuſdem Regis Gentile.*

### *SUMMARIUM.*

1 *ANtiquos pro tranſlatione cadaveris viri illuſtris ſæpè contendiſſe.*
2 *Multi Authores tractantes materiam ſepulchrorum recenſentur.*
3 *Sepulturæ electionem, cuilibet eſſe liberam.*
4 *Ex ſacra ſcriptu raconſtare ſepulturæ electionem eſſe ſervandum, quod ex aliis authoribus etiam haberi, & n. 5. & 6.*
7 *Reipublicæ intereſſe obſervantiam ultimarum voluntatum, & legibus ipſis, & multis aliis præferri num. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Cadaver religioſum, & ſacrum dictum eſſe, prout locum, ubi ſepeliebatur, & num. 17. 18. 19. 20. & 21.*
22 *Injuriarum actione teneri amoventem oſſa illata in ejus fundo, nec alibi tranſferri poſſe abſque licentia Pontificis, & Principis, & num 23.*
24 *Locum, ubi mortui ſepeliuntur ſacrari ab Epiſcopo.*
25 *Neminem ſine actione experiri.*
26 *Actionem tranſferendi Cadavera eſſe popularem, cuilibet competentem.*
27 *Excellentiſſimum D. Petrum Antonium de Aragonia multiplicem habere actionem pro tranſlatione Regii Cadaveris, & num. 28.*
29 *Multiplicia eſſe ſepulchrorum genera.*
30 *Eccleſiæ S. Mariæ de Pobleto conſtructores.*
31 *Sub nomine ſucceſſorum, aut deſcendentium, qui veniant num. 32. & 33.*
34 *Hiſtorias, & inſcriptiones ſepulturarum plene probare.*
35 *Electionem ſepulturæ Regis Alphonſi ex ejus teſtamento apparere, & num. 36.*
37 *Eccleſiam, ubi eligitur ſepultura, habere actionem pro tranſlatione Cadaveris.*
38 *Cadaver Regis Alphonſi remanſiſſe in arce lucullana.*
39 *Inhumanum eſſe mortuos inquietare, & num. 40. 41. 42. & 43.*
44 *Cadaver Regis Alphonſi, expugnata arce Iſclæ, ab ea per Regem Ferdinandum fuiſſe de novo tranſlatum num. 45. 46. & 47.*
48 *Qua occaſione, & quo tempore Regium Cadaver Alphonſi fuiſſe depoſitum in Eccleſia Sancti Dominici, & num. 49. 50. & 51.*
52 *Nonnulla Regia Cadavera caſu igne contacta.*
53 *Caput Regis Alphonſi fuiſſe traditum Epiſcopo Ceſalutano à religioſis Eccleſiæ Sancti Dominici.*
54 *Cadaver Caroli Secundi Andegavenſis, uti depoſitum in eadem Eccleſia Sancti Dominici, etiam fuiſſe ab iiſdem religioſis reſtitutum libentiſſime.*
55 *Caput eſſe nobiliorem corporis partem, & ex illius ſola humatione effici locum ſacrum, & alia. num. 56. 57. & 58.*
59 *Reliquum Cadaveris, uti capitis acceſſorium reſtituendum eſſe; & uti depoſitum à Rege, illius ſolum licentia retineri, aut aſportari poſſe num. 60. & 61.*
62 *Cadaver à loco deſtinato ad perpetuam ſepulturam non poſſe alibi aſportari abſque urgenti cauſa, tum licentiæ Pontificis, & Principis.*
63 *Regia teſtamenta Joannæ III. & Joannæ IV. enunciaſſe Cadaver Regis Alphonſi fuiſſe depoſitum in Eccleſia Sancti Dominici, & num. 64.*
65 *Verbum* ( commendare ) *prolatum in Regiis teſtamentis explicare depoſitum, & num. 66.*
67 *Regia Cadavera exiſtentia in dicta Eccleſia S. Dominici, cujus ordine fuiſſe tranſlata in ſacrarium ejuſdem Eccleſiæ*
68 *Error cujuſdam authoris, circa dictam ordinatam tranſlationem convincitur.*
69 *Multiplices fuiſſe tumulandi modos. num. 70. 71. 72. & 73.*
74 *Bulla Pii V. circa modum collocandi cadavera recenſetur.*
75 *Ex eadem Bulla probari depoſitum dicti cadaveris, & num. 76.*
77 *Malam fidem in utroque foro interrumpere præſcriptionem num. 78. & 79.*
80 *Dubitationem tantum de jure canonico impedire præſcriptionem.*
81 *Famam publicam, & hiſtorias producere malam fidem.*
82 *Depoſitum cenſeri, ac ſi non eſſet in loco depoſito.*
83 *Præſcriptionem requirere adeptionem poſſeſſionis civilis, & naturalis.*
84 *Negotiorum geſtorem, & poſſeſſores alieno nomine non præſcribere. & num. 85.*
86 *Quæ acquiri nequeunt, nec præſcribi poſſunt.*
87 *Depoſiti poſſeſſionem, & dominium eſſe penès dominum depoſitantem, nullamque depoſitario competere actionem, & eſſe ſimplicem cuſtodem, & num. 88.*
89 *Depoſitario deficere modum, & formam acquirendi, & proinde non præſcribere.*
90 *Non præſumi titulum dominii tranſlativum in præjudicium tertii, nec valere temporis diuturnitatem reſiſtente lege, & num. 91.*
92 *Sepulchra uti religioſa non eſſe præſcriptibilia, nec depoſitum. & num. 93.*
94 *Depoſitarium Cadaveris regulariter non præſcribere, & probari exemplis Sacræ ſcripturæ, & num. 95.*
96 *Sepulchra multipliciter dici violata, & præcipuè inferendo cadaver in locum non electum à defuncto. & n. 97. & 98.*
99 *Eccleſiam electam à defuncto pro ſepultura habere actionem etiam pro reliquo cinerum.*
100 *Supremam voluntatem nec per Principem mutari poſſe, & priſcorum Gentilium exemplo conſtare.*
101 *Nec à Pontifice concedi facultatem variandi ſepulturam, non urgente legitima cauſa, & abſque conſenſu Eccleſiæ electæ à defuncto.*
102 *Summos Pontifices ſollicitos fuiſſe de voluntate teſtatoris pro ſepultura electa, ad quod ſæpiùs monuiſſe Reges ipſos.*

*Eſt honor, & tumulis animas placare paternas*
*Grataq; inextructus munera ferre pyras.* Ovid. Faſto lib. 2.



Digitized by Google

CUM pientiſſimam Alphonſi V. Aragonum Regis Glorioſiſſimi, & primi hujus Regni Supremam voluntatem ſub oblivionis Cinere pertectam obſervari negligitur; tandem, nec defecit pietatis ſcintilla apud pium Principem D. Petrum Antonium de Aragonia ejus gentilem, qui magna pietate erga digniſſimum Regem, ipſius voluntatem perficere conatur, ut auguſtiſſimum Cadaver, ſeu oſſa illius, qui inſigni pietate erga mortuos refulſit, poſt duo, & ultra ſecula peracta, Regio decore ingentilitia Aragonenſium Celebri Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populeto, ut par eſt, ad perpetuò conquieſcendum, tranſmittantur, in quo proprio ære, & induſtria inceſſanter ſtudet. Ob ſimilem erga mortuorum reliquias obſervantiam, generoſæ, ac Regiæ Aragonenſis proſapiæ dignum germen verè ſè demonſtrando: quod & priſcis temporibus ſervatum teſtatur Propertius.

*Omnia poſt Cineres finxit majora vetuſtas*
*Majus ab exequiis nomen in ora venit.*

At nos, ut tanti Principis prætioſis mandatis obſequentes ſimus, nonnullos hiſtoriarum ex prioribus monumentis Floſculos, noſtra legali ſcientia etiam Cultos, non incurioſè ſacris, Regiiſque oſſibus dabimus.

Scitum eſt enim in facto; ex diſpoſitione Clariſſimi Regis Alphonſi Neapolis, vita functi in arce lucullana, pro ejus Cadaveris humatione, electam fuiſſe ſupradictam Celeberrimam, ac antiquiſſimam Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Populeto Principatus Cathaloniæ, ubi omnes Aragonum Reges ſepelliri conſuevere. Ideòque juſſit, ut quouſque, prò temporis opportunitate, ejus Cadaver in avitum ſepulchrum non transferretur, prò depoſito in Eccleſia Divi Petri Martyris noſtræ Civitatis permaneret; quamvis poſtmodum variis temporum agitationibus, nunc in noſtra Eccleſia Divi Dominici reperiatur; Cujus Cœnobii Religioſi, tam Egregii, Glorioſique Regis oſſa reſtituere maximo conſenſu denegando perſiſtunt; ne tanto honore ſpolientur, prout antiquitus de illuſtrium virorum Cineribus traſportandis, non ſemel contentio fuit juxta illud relatum ab Aulo Gellio, 1 & quidem fatale fuit, ut hujus excelſiſſimi Regis, qui vivens ſupra humanos mores glorioſe continuò ſè geſſit, nec poſt mortem venerabile Cadaver ſub humo, ſic facilè obruatur; vel ut multæ Regiones ad Gloriam propenſæ, illuſtre ſepulchrum illi præſtare avidè certent; ſed ad contrariorum prætenſionem eruendam, infraſcripta facilè, lucideque proponuntur.

Ad rem itaque deveniendo; ex innumeris authoribus de funeralium, aut ſepulchrorum materia, ſivè incidenter, ſivè principaliter tractantibus, 2 quæ de electione ſepulturæ, & translatione Regii Cadaveris juridico, politico appoſita ſunt, ſeligemus. Cum jam ex hiſtoricis, aliiſque publicis documentis venerandum Regis Alfonſi Cadaver, ſeu ejus oſſa in noſtra Eccleſia Sancti Dominici pro depoſito permanere compertum ſit. Quod & per inſpectionis evidentiam, & per alias indubias probationes indubiè ſuaſum eſt, etiam quò ad ipſius identitatem.

Sepulturæ enim electio, cuilibet competit 3 quò fit, ut in ſepultura electa quis ſepeliri debeat; etiam ſi ſit extra Parochiam, vel in longinquis partibus, & hoc tàm Canonico, quàm Civ. Jur. deſumptum etiam ex ſacris foliis; 4 nam cum Moyſes ex Egypto exiret, oſſa Joſephi ſecum tulit, ſicut ipſe præcepit, & ipſemet Joſeph 5 tranſtulit, juxta paternum præceptum, oſſa Jacob patris ſui. Cujus verba ſic deſcribuntur (*Si inveni gratiam in conſpectu veſtro loquimini in auribus Pharaonis, eo quòd pater meus adjuraverit, me dicens: En morior in ſepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaam, ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac revertar: Dixitque ei Pharao aſcende, & ſepeli patrem tuum, ſicut adjuratus es, quò aſcendente iverunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cuntique majores natu Terræ Ægipti domus Joſeph cum fratribus ſuis abſque parvulis, & gregibus atque armentis, quæ reliquerunt in terra Geſſen. Habuit quoque in Comitatu Currus, & equites, & facta eſt turba non modica. Veneruntque ad aeram Arad. quæ ſita eſt trans Jordanem, ubi celebrantes exequias plantù magno, atque vehementi impleverunt ſeptem die*) & proſequitur (*& portantes eum in terram Chanaam ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum Agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Heteo, contra faciem Mambræ.* 6 Hinc leges, toto conatu defunctorum poſtremas voluntates ſervandas ferventer juſſerunt, 7 uti res multum ponderis habens prò Republica, 8 nè pietatis leges violentur, 9 & Civilis Sapientia non tàm viventium, quàm decedentium voluntatibus providere curavit; 10 ordinando, ut ipſæ leges à teſtatorum placitis integram normam haberent, illorumque diſpoſitis pluſquam legum præceptis deferretur; 11 impium enim eſſet mortuorum juſſionibus non obtemperare, quorum arbitrium, cum ipſiſmet defunctis in æterno ſepulchro remanet, 12 eoſque eſſet maxima afficere injuria, quod valdè ſuo ævo increpavit Juſtinianus. 13 Denique, cæteris poſt habitis, teſtatoris voluntas etiam libertatis favori anteferenda eſt. 14 Et hoc magis in ejus humando cadaver ſervari debet, nulla de contrariis habita ratione, prout dixit Spin: 15 hiſce verbis, nempè) *ex qua ſententia ſic conſtituta, infertur primo quod ſi teſtator in teſtamento præcepit, ut poſtquam corpus ſuum ſepulturæ traditum eſſet, à tempore illius funeris uſque ad unum annum Corpus ſuum transferatur, & reportetur in aliam ſepulturam, vel locum, eſt parendum huic voluntati, alias hæredes incurrent pœnam à teſtatore impoſitam, ſi id facere neglexerint, vel non curaverint;* cum ultima teſtatoris voluntas in omnibus debeat ſervari, ut diximus.

Et tam maximè electioni ſepulturæ, & Cadaveris translationi leges favent; ut ipſum Cadaver religioſum, aut Sacrum priſcis temporibus appellatum ſit, & uti ſacrum venerari, tum apud Hiſtoricos, & apud ipſoſmet Canoniſtas traditum eſt, 16 Et locos per mortui illationem ſacros religioſoſque fieri, omnibus notum eſt, 17 Quod eatenus procedit, ut etiam ab uno, invitis cæteris Dominis, illatum Cadaver, adhuc locum illum religioſum efficiat. 18 Quinimò, & quæ buſtis, & ſepulchris adherent, religioſa efficiuntur, 19 ob id, quia mortuorum ædes plus juris, & venerationis habent, quam viventium domus. Imò pluſquam Curia, pluſquam forum, pluſquam ſenaculum, Cæteraque publica loca; deniquè pluſquam regia, & baſilica. 20 Religioſus enim locus dicitur, quod majeſtate, & veneratione plenus interpretatur, & ab ipſis, ſepulchris olim templa originem duxerunt. 21 Et quamvis intruſor alieni Agri jure optimo à Domino

---

1 *lib.15.noctium Atticarum cap.20.* 2 *relatis à Lavorio variar.lucubrat.tit.2.de priſco, & recenti funere c.1.nu.2.& 3.* Jo: Bapt.Aſin.*in tota repe.de relig.& ſumpt.funerum,*Sebaſt.Medic.*in tract.de ſepult.* Samuel *in eod.tract.* Bulſ.*in eod.tract.* Gugliel.de Benedict.*in cap.*Raynutius *de teſtam.*Caſſan.*in catal.glor.mundi,*Alex. ab Alex.*dierum genial.* Cam.Borrell.*in duab. ſuis deciſ* Juſtus lipſius *in ſaturnalibus,*Panuinius *de Republ.* Reg.Tapp. *in 7.tom. juris Regni* Jacob.Guther. *de ritib. fun. noviſ ac latiſſimè* Petrus de Murga *Monach.Benedict hiſp.in.in diſquiſition.canonicis,& moralib.to.1.tract.3.de ſepult.& ejus loco;ubi de variis ſepulturæ nominibus.* 3 *cap.fraternitatem,cap.cum liberum cap.cum noſtra cap.nos inſtituta de ſepult.ubi omnes* Can.Lezana *in ſumm.in verb.ſepultura n.10.Fragos:de reg.Reip.p.5.diſp.8.§.17.eod.tit.nu.530.*Spin.*de teſt.gloſ.2. tit. de elect.ſepult.*Lavor.*ubi ſup. n.118.*Samuel.*de ſepult.tract.1.concl.5.controv.2.& nonnulli poſt* Gugliel.de Benedict.& Caſſan. *traditi per* Spin.*de teſt.gl.2.in princip.*Ventriglia *in praxi notabili 52.de electio.ſepulturæ §.unico latiſſimè* Murga.*tract.7. diſquiſit.6.concl.105.fol.264.* 4 Exod.*cap.13.& cap.50.cap.ebron.13.q.2.* 5 Geneſ.*cap.47.& C.13. qu.2.* 6 *ut tradit* Caſſan. *in cathal.glor.mundi p.2.conſ.5.col.3.*Monac.*ſuper Cod. l.3. C.de relig. & ſumpt.fun.* Gugliel.de Benedict. *in cap.Raynutius part.2.in verbo mortuo itaque teſtatore il primo num.68.*Lavor.*loc.cit.num.118.*Samuel.*de ſepult.tract.1.controverſ.2. n.11.* Murga *t.1.tract.50.diſquiſit.1.& 29.* 7 *l.1.Cod.de ſacroſ.Eccl.§.diſponat.auth.de nupt.cum milie vulgatis.* 8 *l.3. § ſervari ff de ſepult.viol.c.uit.volunt.13.q.2.* 9 *l.contra voluntatem C.de teſtam.manumiſ.* 10. *§ fin.auth.de hæred. & falcid.* 11 *l. filio ff ut legatorum nom.caveatur.* 12 *dil.1.C.de ſac.Eccl.* 13 *l.& quia ff.de interrog.act.l.vel negare ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.* 14 *§. licet quibus ex cauſ. manum. non licet l.ſi ſervus legatus § ſervus alienus de leg.1.* 15 Spin.*de teſt glo.2.n.8.hanc eandem opin.probant* Vaſq.*de ſucc.lib.1.§.7.n.10.*Aloyſ.de Leo *ſup.l.1.Cod.de relig.& ſumpt.fun. num. 8. & 9.* 16 Plutarc.*in numa,*Plinius *lib.2.hiſt.Panormitan.in cap. cum liberum de ſepult. per hæc verba* (quia Corpus defuncti ſit quid religioſum.) 17 *l.cum in diverſis ff.de relig.& ſumpt.fun.l.fin ff.de mortuo inferendo l.quid ergo §.ſed ſi mortuum de leg.1.l.pergit C.de ſepulcro viol.§.religioſum ubi* Accur.*inſtit.de rer.diviſ.*Alin.*in l ſi locus 34. & in l.2. § ſepulchrum,& in l.cum loca de religioſis,& ſumptib.funer.* 18 *l.intantum §.religioſum ff. de rer. div.* 19 *l.quæ religioſis 44.ff.de rei vendit.* 20 *l.ſervitutes §.fin.ubi* Accurſ.*in verbo impedit l.2.ff.de ſerv.* 21 Aulus Gellius *noct.Attic. lib.4. cap.9.*

Digitized by Google

Domino eiiciatur, 22 mortuorum vero oſſa, amovendo, injuriarum actione tenebitur; & ſi aliò oſſa transferre, eademque honorificè humari, quis voluerit, non permittitur, niſi magnis cum cærimoniis, & ſolemnitate, accedente Pontificis, & Principis licentia. 23 Quod antiquitus procedebat de Jure Civili, antequam Cadavera in Eccleſiis ſepelirentur; Sed hodie fortius procedit, dum in eis ſepeliuntur, quò casù, tàm Cadaver, quàm locus, ſacrantur per Epiſcopi Conſecrationem, ideòque hodie omnia ſepulchra ſunt religioſa. 24 Hoc poſito, ſepulchrum, ac ipſum Cadaver eſſe, ſivè ſacra, ſivè religioſa. Tria obiiciuntur per Religioſos dictæ noſtræ Eccleſiæ Divi Dominici, ubi regia oſſa ſervantur.

Primo, nempe non adeſſe perſonam legitimam ad actionem exercendam, ſeù ad petendam Cadaveris translationem.

Secundò, hoc jus translationem petendi eſſe præſcriptum longiſſimo temporis interſtitio.

Tertio, ipſos muniri juſto poſſeſſionis titulo, ad retinendum Cadaver, quia in anno 1593. tempore Præſidatus Comitis Mirandæ, cum fuerint oſſa, vel ipſorum reliquiæ in Archa in alto repoſita, tunc ordine felicis memoriæ Philippi Secundi, fuiſſe traditum Cadaver dictæ Eccleſiæ ad perpetuam ſepulturam.

Quibus omnibus ſingulis breviter, tàm ex hiſtoriis, quàm Juribus ſatisfaciendo: dicimus, vulgatum eſſe, neminem ſinè actione experiri poſſe, 25 ſed in Theſi noſtra plures agendi viæ parantur, & illa præcipuè omnibus in promptu patet; actionis ſcilicet transferendi Cadaver, ac violati ſepulchri, quæ eſt Popularis, tamquam cuilibet de Populo competens. 26 Sed diſtinctè diſcurrendo, dicimus triplicem competere actionem ad petendam dictam translationem.

Primo enim agit Excellentiſs. Dominus ex propria perſona. tanquam deſcendens ex Auguſtiſſima Regum Aragonenſium progenie, & uti hodiernus patronus Eccleſiæ Divæ Mariæ de Pobleto ſitæ in Principatu Cathaloniæ, Conſtructæ à Clariſſimo Raymundo Decimo Comite Barcinonæ, & Completæ ab Alphonſo II. de Aragonia ad ſepulturam, tàm ipſorum, quàm ejus ſucceſſorum, & deſcendentium. 28 Hinc cum Excell. Dominus ſit de dictis deſcendentibus &, ut legitimam actionem habeat petendi Cadaveris translationem, (ne à materia egrediamur) opere pretium eſt, diſtinguere; tria eſſe ſepulchrorum genera, nempe familiaria, hæreditaria, & majorum, in quibus ſepulturis ſepeliuntur ii, qui quamvis ſepulturam non elegerint, ſunt tamen hæredes, vel ſucceſſores, vel de familia; 29 quò fit, ut cum prædictum ſepulchrum, ac prædicta Eccleſia conſtrui incæpta à dicto Comite Barcinonæ, & perfecta à Sereniſſimo Alphonſo Secundo de Aragonia ejus filio, ſint prò ſepultura ipſorum, eorumque deſcendentium, ut ex præcitatis hyſtoriis. 30 Sub nomine ſucceſſorum, & deſcendentium omnes in infinitum veniunt. 31 Et quando generaliter locutum eſt, etiam compræhenduntur deſcendentes ex fæminis, 32 & ſucceſſores in infinitum, & maximè cum ſucceſſores ſanguinis ſint filii, & deſcendentes. 33 de cujus diſpoſitione dubitari non contingit ex prædictis hiſtoriis, & Chroniſtis, quod Eccleſia, & ſepultura prò ſucceſſoribus, & deſcendentibus ipſorum Regum fundatæ ſint, quibus plena fides præſtatur, etiam in judicando, prò ut etiam marmoribus, & inſcriptionibus ſepulturarum, & tantæ vis eſt ex prædictis probatio; ut adverſus eam nulla probatio in contrarium admittatur. 34 ideoque inconcuſſum remanet, legitimè, & omni actione per Excellentiſſimos Ducem Cardonæ, ejuſquè fratres translationem peti poſſe.

Proponitur etiam ſecundo loco actio ab Excellentiſſimo Domino, uti Procuratore prædicti Monaſterii, ſivè Eccleſiæ Divæ Mariæ de Pobleto, non ſolum Jure proprio, uti ſervatricis Cadaverum prædictorum Sereniſſimorum Regum, ſed etiam quia ibi ſepultura nominatim fuit electa, ut clarè inſpicitur ex Sereniſſimi Regis Alphonſi teſtamento, cujus verba hic traſcribere curantur, ut inſpiciatur maximum pietatis, ac humilitatis exemplum, dum voluit nuda in Terra humari, cujus verba ità ſonant. 35 *Statuimus, & ordinamus quod ſi ex hac infirmitate, qua prò nunc gravamur, vel alia infuturum in hoc noſtro Regno Siciliæ Citraſarum ab hac vita migrare contingerit, Corpus noſtrum in depoſitum commendetur Priori, & Conventui Monaſterii S. Petri Martiris Ordinis Beati Dominici noſtræ Civitatis Neapolis, & ponatur in Cappella Majoris Eccleſiæ dicti Monaſterii per noſtros manumiſſores prædictos, quiquidem noſtri manumiſſores, quam citius facere poterint, illud transferri faciant ad Monaſterium B. Mariæ de Populeto dicti Ordinis Ciſtercienſis in Principatu noſtro Cathaloniæ, in quo Corpora Sereniſſimorum Domini Ferdinandi genitoris, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum Regum tumulata habentur, & in ingreſſu Eccleſiæ dicti Monaſterii in nuda terra ſepeliri, & ad ſalutem animæ noſtræ poſita ſint in humilitatis ad exemplum*) de qua diſpoſitione, uti notiſſima, omnes hiſtorici, tàm Neapolitani, quàm Hyſpani conveniunt pro dicta ſepulturæ electione: 36 ideò Monaſterium prædictum, ubi fuit electa ſepultura, legitimam actionem Cadaveris translationem petendi habet, ipſique ſpecialiter competit, prout aperte diſponunt jura Canonica. 37

At igitur tertio loco, & poſtremo ordine Catholici noſtri Regis Caroli Secundi, ac Sereniſſimæ ejus Tutricis, qui tamquam de deſcendentibus, & ſucceſſoribus omnium Hiſpaniȩ regnorum, licito jure translationem Cadaveris petere poſſunt.

Ad ſecundam oppoſitionem, ſcilicet eſſe præſcriptam actionem prædictam, ultra duorum ſeculorum longiſſimum decurſum: evidenter probamus, facilèque demonſtramus: nullum legitimum tempus fuiſſe decurſum, & quatenus aliquod temporis ſpatium ſit elapſum; nullam fuiſſe inductam præſcriptionem: ſi quidem ex facto apparet, non adeſſe tempus neceſſarium dilapſum; cum ex teſtamento, & hiſtoricis ſupra cit. ultimus dies quamvis clauſus fuerit ab Alphonſo in anno 1458. in Arce Lucullana, ejus Cadaveris tamen translatio non fuit ſtatim juxta diſpoſitionem executioni mandata ob bellum ſuperventum in noſtro Regno: & Regium Cadaver in eadem Lucullana Arce conditum permanſit, ubi ad inſtar prætioſiſſimi theſauri meritò cuſtodiendum erat; Joannes Jungeſius Cathalanus, cujus cuſtodiæ Caſtrum



22 *ut ex* Euxebio, *&* Lactantio, Lucretius *de reb. natural. in fin.* 23 *l. quemadmodum* §. 1. *verſ. aliud ff ad leg. aquil. l. 3* § *eum qui ff. de vi, & vi armata cum aliis concord.* 24 *l. oſſa ff. de relig. & ſumpt. funer. l. nemo C. eod. tit.* Cicero *de legib. l. 3.* Plin. *epiſt. 71. l. 10. & quod vera ſint religioſa, tàm corpus, quàm ſepulchrum habetur in d. l. quæ religioſis ff. de reivend. l. invito de relig. & ſumpt. fun.* Molina *de primog. lib. 1. c. 24. num.* 38. Sebaſt. Medicis *de ſepult. qu.* 19. Gugliel. de Bened. *in d. cap. Raynutius in verbo mortuo, itàque teſtatore il 2. num. 68. in fin.* Alex. ab Alex. *lib. 6. dierum genialium cap. 14. lit. X.* Fragoſ. *de regimine reipub. tom. 3. diſp. 8. §. 17. num. 539.* 25 *l ſi quid poſſeſſor §. ſicut ff. de pet. hæred. l. ſi pupilli §. videamus ff. de negot. geſtis l quoties § ſi temporali ff de adminiſtr. tutor. cum concordantib.* 26 *l. 3. §. ſi nemo ff. de ſepulchro viol. l. pro hærede § fin. de acquir. hæredit.* 27 Sebaſtian. Iſquierdo *de deſcendent. Domus de Aragona.* 28 Illeſcas *in hiſt. Pontifical. lib. 5. c. ult. de origin. Reg. Hiſpan. fol. mihi* 275. *num.* 6. *&* 7. Marian. *lib. 1. cap. 19.* Zurita *lib. tom. 1. ann. lib. 2. cap. 47. fol. mihi 78. cit.* Illeſcas *num.* 6 y ſepultoſſe en el monaſterio de Poblet (que le edificò el para ſu ſepultura (*& inferius nu. 6.*) el monaſterio de Poblet en Catalunna e ſobra d'eſte reij, y ſepultura ſuya y de ſus deſcendientes, aunque como accabo de deçir, otros dizen que el fundò ſu padre, y puede ſer que el padre (encomençaſſe y el hijo le puſieſſe en perfeciòn (Mariana *ubi ſupra his verbis*) A' Don Fernando el menor detodos mandò que en el monaſterio de Poblete del Ciſtei que ſu padre comencò, y el le dexò à cabado, y eſta puoſto entre Tarragona y leryda, en que penſava hazer el enterramiento ſuyo, y de ſus ſucceſſores &c. 29 *l. Jus familiarum 8. C. de relig. & ſumpt. funer. l. vel pater ff. eod.* Jo: Bapt. Aſin. *loc. ſupr. cit. ubi large hanc materiam tractat.*

*Hæreditaria habetur in l. jus ſepulcri C. de relig. & ſumpt. funer. & in l. pater ff. eod. ubi* Jo: Bapt. Aſin. *latè materiã pertractans.*

*Majorum ſunt, ubi fuit ſepultus pater Avus, vel Proavus.* Molina *de primog. lib. 1. cap. 24. num. 41. ex cap. 1. de ſepult.* Spino *de teſt. loc. ſepius allegato num.* 38. Fragos *loc. ſupra alleg. num.* 133. Zecchius *de repub. tit. de Parocho cap. 28. num. 17. verſ. fallit* Barb. *ſupr. d. leg Jus familiarium, & jus ſepulcr.* Lavor. *ubi ſupra.*

*Latiſſimè* Murga *d. tom. 1. tract. §. diſp. 1. & ſequentibus.* 30 Illeſcas Marianna *loc. ſup. cit.* Zurita *quorum verba ſup. tranſcripſimus.* 31 *l. fin. C. de ſuis, & leg. hæred. ubi auth. ſequent. auth. de hæred. ab inteſtato venient.* 32 Ruin. *conſ. 49. nu. 3. lib. 1. & conſ. 120. num. 8. eod. lib.* Socc. Jun. *conſ. 2. num. 11. lib. 3.* Tiraqu. *de primog. quæſt. 13. num. 2.* Pariſ. *conſ. 40. cum ſeq. lib. 3. quod procedit etiam appellatione ſucceſſorum, quia tunc veniunt omnes in infinitum,* Menoch. *conſ. 1098. nu. 25.* 33 *l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.* Socc. *ſenior conſ. 149. num. 12. lib. 2. & conſ. 26. num. 4. lib. 4.* Menoch. *de præſump. l. 4. præſumpt. 89. num. 57.* 34 Lara de Cappell. *& Anniverſ. l. 1. cap. 25. num. 32. poſt infinitas* Dulph. *de ſepulturis cap. 16. num. 12. 13.* Gratian. *cap. 893. num. 6. 7. 8.* 35 *verba teſtamenti.* 36 Jovian. Pontan. *de bello Neap. lib. 2.* Angel. de Conſtant. *lib. 19. hiſt. Neap.* Chiòccharell. *in tract. de Epiſ. & Archiepiſ. Neap. an. 1458. ex hiſpan.* Zurita *annal. Aragon. tom. 4. lib. 16. cap. 47.* Mariana *lib. 22. cap. 8.* Gariba. *par. 4. lib. 32. cap. 21.* 37 *Cap. ex parte, & cum liberum 5. & 6. de ſepult., ubi* Abb. *Panorm ſum. Silveſtrin. 2. part. verbo ſepultura nu. 11. & omnes DD. & ſummiſtæ in d. tit.*

Digitized by Google

ab ipſo Alphonſo fuerat traditum, pecunia, à Joanne Andegavenſium Lorenæ Duce; qui ad regnum contra Ferdinandum Filium feſtinabat, miſere corruptus, fidelitatis immemor Caſtrum impiè dicto Jo: Andegavenſi manumiſit anno 1461. ubi Regium Cadaver conditum erat. 38 poſtmodum Joannes Toreglia, fellonia adſcitus erga Ferdinandum Regem ſuum, Lucullana Arce devaſtata, inter alia, Illuſtre Cadaver irreligioſa temeritate ſurripuit, illud ad Iſclæ Caſtrum traſmittendo. 39 impiè quidem factum; defunctorum quietem perturbando, quod nemini licet, juxta illud Virgilii. 40

*Quid miſerum Ænea laceras? jam parce ſepulto*
*Parce pias ſcelerare manus. non me tibi Troja*
*Externum tulit.*
Ex lib. 11. Æneid.
*Nullum cum victis certamen, & æthere caſſis;*
& Ovidii 41
*Paſcitur in vivis livor poſt fata quieſcit.*

Et Etruſcus Poeta noſter Torquatus. 42

*Perdona a l' alme homai di luce prive*
*Non dee guerra, co' morti haver chi vive*
& alibi.
*Dopò la morte gli averſarii tuoi,*
*Crudel, nè lor ſepolcri offender vuoi?*

Et ſiquidem memorandum fuit illud Eraclei; dum Epiſania in defunctæ funus per feneſtram expuiſſet, ordine paterno viva concremata fuit. 43

Verum (ut revertamur, unde egreſſi ſumus) etſi depreſſa fuerit audacia ejuſdem Joannis Toreglia, devicto Carolo Toreglia, ejus germano fratre Equite Hieroſolymitano, ac in captivitatem reductis filio Joannis, & ipſo Carolo. 44 Attamen Iſclæ arx, ubi cuſtodiebatur Cadaver inexpugnata permanſit. Tandem Rex Ferdinandus pecunia dictam arcem expugnare propoſuit, pròut evenit, corrupto Carolo Toreglia, qui accepta oblata pecunia, ad Siciliæ inſulam rediit, arcem, & Regium Cadaver in illa conditum Regi Ferdinando dimittendo, 45 die 15. Julii 1465. 46 & jam expleta in omnibus victoria, Rex Ferdinandus; ſtatim Regium Cadaver in Lucullana Arce repoſuit; quod Pontanus propriis oculis vidiſſe profitetur; 47 Sicquè conſtat, uſque ad annum 1465. Regium Cadaver numquam fuiſſe in dicta Eccleſia Sancti Dominici; Sed de illius translatione in dicta Eccleſia mentionem habemus, ex hiſtoricis teſtantibus, Regem Ferdinandum Primum die 25. Januarii 1494. ſuum ultimum clauſiſſe diem, 48 & Alphonſum filium dicto nomine, Secundum, magno ſumptu ipſum funerari curaviſſe, pro quò tàm apud hiſtoricos, quàm apud juriſtas, ducatos ferè decem, & ſeptem millia fuiſſe impenſos, fertur. 49 Et habetur etiam ex Caſſaneo, authore Gallo. 50 & ſic, regia verè pompa, in Eccleſia Divi Dominici fuit prò depoſito Regium Cadaver relictum, ut Zurita, 51 qui Neapolitani Regni notitias præcæteris habuit, hæc verba tradit (*Fue depoſitado el Cuorpo del Rey*) loquendo de Ferdinando Primo (*en el Monaſterio di Santo Domingo de Napoles a' donde el del Rey D. Alfonſo ſuo Padre ſe mudò dal Caſtillo del Ovo, en el qual eſtuvo mucho tiempo.*) ex quò ſupponitur, dictam translationem fuiſſe in dicto anno 1494. quò occaſione ſepulturæ dicti Regis Ferdinandi Cadaveris, fuit etiam translatum dictum Regis Alphonſi Cadaver; & ſic habemus præciſum tempus, quo prætendunt dicti PP. Divi Dominici præſcriptionem fuiſſe inchoatam, ſed ex ejuſdem hiſtoriæ traditione præciſè probatum habemus; fuiſſe loco depoſiti Cadaver translatum: quibus hiſtoricis plenè credendum eſſe, ſupra productum fuit; Nec agitatum tanti Regis Cadaver, tunc quievit, cum duodecim poſt annos omnia Regia Cadavera adverſo caſu incendio ſubjecta fuere, die 21. Decembris anni 1506. 52 poſtmodum in anno 1510. honorandum Regis prædicti caput fuit traditum Epiſcopo Cephalutani, qui per priùs fuit ejuſdem religionis Dominicanæ, ut aſportaret Joanni de Lanuza Siciliæ tunc temporis Proregi, ordine Ferdinandi Regis Catholici ob memoriam, tàm excellentis, ac famoſi Principis, ut utar verbis Zuritæ, 53 cujus verba ſunt hæc (*pueſto que la cabeca la llevò al obipſo de Ceſalù à Sicilia: y procurò el Rey, que la vuieſe à ſu poder Ivan de la Nuca, quando fue embiado por Virey en à quel Reyno, y ſe la embiaſe en memoria de un tan excellente, y famoſo Principe*) quod, tempore eveniſſe, non poteſt dubitari; dum eodem tempore reſidebat Neapol. dictus Epiſcopus, ex commiſſione prædicti Regis Ferdinandi Catholici, 54 & etiam ſcitur, eoſdem religioſos de anno 1309. agnoſcendo bonam fidem, procliviſſimè depoſitum apud eos Cadaveris Regis, Caroli Secundi Andegavenſis reſtituiſſe ad transferendum in Eccleſiam pro ſepultura electam Galliæ Narbonenſis: prout ex hiſtoriis fertur Hinc obſervandum eſt, non potuiſſe dictos PP. Sancti Dominici Regii Capitis traditionem prædicto Epiſcopo denegare; quia erant ſimplices depoſitarii; quò caſu nullam dari ſavore depoſitarii præſcriptionem, ut inferius non inculte probabimus num. 85 & etiam cum caput ſit præcipua pars corporis, cæterorum membrorum digniſſimum. 55 reſidens ad inſtar arcis in toto corpore, ita ut Platonici rationalem animæ ſedem nuncuparint. 56 majorem atquè potiſſimam corporis partem conſtituens, ex ipſius ſolius humatione, religioſus evadit locus, 57 & caput occiſi, ſi reperiatur in uno loco, & reſtans cadaveris in alio diverſo, prævalet juriſdictio Domini illius loci, ubi caput remanſit ad puniendum delictum: 58 ideoque probatur ex hoc, quod, & ſi non eſſet verè depoſitum, dicti PP. Sancti Dominici jam fuiſſent conſtituti in aperta mala fide, agnoſcendo, ad quem jus ſuper Regio Cadavere ſpectabat, tradendo caput, uti pars principalis ex reſtanti corpore; ex qua manifeſta mala fide, omnis præſcriptio perpetuo prohibetur; maximè de jure Canonico, cui dicti religioſi Sancti Dominici ſubiiciuntur vulgatis juribus. etiam inferius probabimus nu. 57. cum ſeq. ità ut cum reliquum Cadaveris, illiuſque reliquiæ ſint quaſi acceſſorium ad caput, eadem facilitate, & juſtitia ejuſdem Sereniſſimi Regis Alphonſi gentilibus ſunt conſignandæ, tamquam acceſſoriæ, ſequentes 59 caput; etiam ſi acceſſorium eſſet dignius principali; 60 quod caput, aut Cadaver, uti depoſitum à Rege, Solum illius licentia poteſt transferri. 61 perpetuæ vero ſepulturæ ſemel traditum, non poteſt aſportari ſinè licentia Principis, ac Summi Pontificis, & ex magna cauſa. 62 Quò fit, ut, dum prædictus Epiſcopus abſque ulla contradictione caput aliò tranſtulit, ordine prædicti Regis, quod ſemper prò depoſito penes dictos PP. reliquum Cadaveris remanſerit, & præſcriptio incipere non potuerit, niſi ab anno 1510. clarè pateat; & quævis præſcriptio fortè inchoata formaliter interrupta remaneret, dum in anno 1517. Regina Joanna Tertia Alphonſi ſanguine conjuncta in ejus teſtamento, ſcripto ſub die 7. Januarii 1517. transferri mandat Regia Cadavera ab Eccleſia Divi Dominici, ubi erant commendata in Eccleſiam Sancti Nominis Jeſus

Mo-

---

38 Jovian. Pontan. *loc. cit. fol.* 280. *àt.* 39 Pontan. *loc. cit. fol.* 281. Summonte *par.* 3. *lib.* 5. *fol.* 153. Zurita *tom.* 4. *lib.* 17. *cap.* 46. 40 Virg. *lib.* 3. *Æneid.* 41 Ovid. *lib.* [illegible]. *Elegiarum.* 42 Torquatus Taſſus *ſtantia* 39. *canto* 13. *Idem loco cit. ſtantia* 42. 43 Petrus de Gregor. *ſintagmata Juris lib.* 38. *cap.* 5. 44 Pontan. *lib.* 6. *fol.* 312. Roſeus *in Comp. Regni Neap. lib.* 7. *fol.* 314. Summonte *par.* 3. *lib.* 5. *fol.* 391. 45 Pontan. *& alii in cit. locis.* 46 Zurita *lib.* 18. *cap.* 6. *tom.* 4. 47 Pontan. *lib.* 2. *de bello Neap.* 48 Julianus Paſſarus *in ejus diariis* M. S. Ritius *de Regibus lib.* 4. *fol.* 199. Summonte *p.* 3. *lib.* 5. Triſtan. Caracciol. *de funere Regis Alphonſi.* 49 Pontan. *in lib. de magnificentia in cap. de donativis, ac de funeribus.* 50 Caſſaneus *in Catalogo glor. mundi conſider.* 6. *p.* 2 *fol.* 87. 2. *vol. in fine.* 51 Zurita *tom.* 5. *lib.* 1. *cap.* 27. 52 Triſtan. Caracciol. *de varietate fortunæ* à D. Camillo Tutino *traductus Italico idiomate.* Julian. Paſſar. *in ejus diariis.* 53 *tom.* 5. *lib.* 1. *c.* 17. 54 Zurita *tom.* 6. *lib.* 9. *cap.* 26. *& de ſimili traditione cadaveris Caroli Secundi Andegavenſis, legitur in marmore in Eccleſia Sancti Dominici, ut etiam refertur à* Summonte *in ejus hiſt. lib.* 3. *fol.* 364. 55 Celius Rodiginus *lib.* 3. *var. lect. cap.* 23. 56 Aſinius *de religioſ. & ſumpt. funer. l. cum in diverſis nu.* 2. *&* 6. Baronius *de Corpore c.* 4. *num.* 43. 57 *d. l. cum in diverſis ff. ut ſup. cit.* Lavorius *cap.* 7. *nu.* 9. *&* 10. 58 Bartholom. de Capua *in ſing.* 39. Iſernia *in conſtit. Regni, ſi damna, in verbo, juxta probata inquiſitionis. verſ. ſed ſi medietas.* 59 *regula cap. acceſſorium de regul. juris in* 6. *l. etiam C. de jure dotium. cap. prudentiam §. ſi autem. de off. deleg.* 60 *l. etſi non ſint §. perveniamus ff. de auro, & argento legato §. ſi tamen alienam purpuram, & §. litteræ inſtit. de rerum diviſione. cum ſimilibus.* 61 *l. ſi nec dum, & nemo humanum C. de relig. & ſumpt. funer.* 62 *l.* 1. *C. de relig. & ſumpt. funer. & l. oſſa ff. eod.* Venerus *in examine Epiſcoporum lib. cap.* 30. *num.* 24.

Digitized by Google

Monialium noſtræ Civitatis, cujus teſtamenti verba ſunt hæc ( *E perche non è conveniente, che li Corpi delli Sereniſſimi Rè d'Aragona ſtiano ſenza honorevole, e proprio luoco ſepolti, volemo, che delli detti docati dodici milia, anche ſe n'edifichi un ſepolcro di marmori nella Tribuna di detta Chieſa, dove ſiano ſepolti, e collocati li Corpi delli predetti Rè, cioè, della felice mem. del Rè Alfonſo Primo, Rè Fernando, Rè Alfonſo Secondo, e Rè Fernando Secondo, quali corpi ſono commendati in S. Domenico di Napoli,* ) 63 & idem confirmatur in teſtamento Reginæ Joannæ Quartæ, filiæ prædictæ Joannæ Tertiæ condito in anno 1518. cujus verba ità leguntur (*laſciò il ſuo Corpo ſia ſepelito nella Chieſa di Santa Maria del Gieſù noviter edificato in queſta Città, una con l'altri Corpi Reali ſono à S. Domenico delli Signori Rè ſuo Patre, e Marito, e fine à tanto detta Eccleſia ſarà compiita, e ſi farà detta translatione di corpi ordina, vuole, e comanda, che lo Corpo ſuo ſia ſepelito e depoſitato in detta Eccleſia del Gieſù, ut ſupra &c.* ) 64 Ex quibus enixis diſpoſitionibus, ſeù atteſtationibus prædictarum duarum Reginarum, quarum prima fuit Joanna Tertia, Regis Catholici ſoror, ac Regis Alphonſi nurus, uti fuit uxor Ferdinandi Primi, ac ſocrus Ferdinandi Secundi ejus privigni, ac Regis Ferdinandi Filii, ac Joanna Quarta filia prædictæ Joannæ Tertiæ, ſic prædictis Regibus conjunctæ, apparent prædicta Cadavera, inter quæ adeſt illud Regis Alphonſi, fuiſſe in dicta Regali Eccleſia commendata; quò verbo ( *commendare* ) utuntur, tàm hiſtorici, quàm prædictæ Reginæ, quod ſanè verbum depoſitum ſignificat, 65 & res commendatæ depoſitæ dicuntur. 66 & pro re depoſita, vel non poteſt dari præſcriptio, vel quatenus ex impoſſibili daretur; inchoare non potuit niſi ab an. 1518.

Iterum eſſet interrupta præſcriptio, ( ſi talis præſcriptio, hoc caſu poſſet conſiderari ) nam in anno 1593. quò noſtri Regni clavum tenebat Illuſtr. Comes Mirandæ, monitus à Regio Fiſco, Regiæ Cameræ, quod regalia ſepulchra, exiſtentia in dicta Eccleſia Sancti Dominici, erant in humiliori loco, & indecentius collocata; quàm aliorum Baronum ſepulchra inibi exiſtentia, imò propè collapſa, & continuo ex pluviis madefacta, & de tali neceſſitate conſultus dictus Prorex annuit, ut per Regiam Cameram Fiſcalis ærarii expenſis ab ipſa Eccleſia in ejuſdem ſacrarium Regia Cadavera transferrentur; tamquam in locum decentiorem, ab aliis ſegregatum, in nobilibus feretris accluſa, ubi adhuc in præſenti depoſita inſpiciuntur, 67 quòd omne, conſulto tantum prorege, per Regiam Cameram confectum, publicæ ſcripturæ nobis probant: & non eveniſſe de ordine Invictiſſimi Regis Philippi Secundi, proùt errore lapſus in hoc, narravit quidam author, 68 non iſpectis dictis ſcripturis, in Archivio Regiæ Cameræ repertis die 9. Martii 1594. Quæ Cadavera tamquam depoſita, erant ad Proregis nutum amovibilia, & ad ejuſdem libitum poterant transferri; quibus non incurioſè, & opportunè addendum cenſemus: quod inter alios tumulandi modos, & ubi Cadavera reponi ſolent, ſunt ſepultura, monumentum, ſepulchrum, Cemeterium, Sarcophagum, Cenotaphium, & depoſitum; 69 Sepultura enim eſt locus Concavus in Eccleſiaſtico Cemeterio factus, in quo Corpus Catholici quieſcit. 70 Monumentum eſt, quo memoria defunctorum ſervatur; 71 Cemeterium eſt locus ſepulturis deputatus. 72 Depoſitum vero, cæteris brevitate relictis, eſt capſa in alto poſita, in qua corpora defunctorum conduntur, quod hodie eſt ſublatum 73 Bulla Pii V. 74 Cujus verba ſunt ( *Et ut in Eccleſiis nihil indicens relinquatur, idem provideant, ut capſæ omnes, & depoſita, ſeu alia cadaverum conditoria ſupra terram exiſtentia omninò amoveantur prò ut alias ſtatutum fuit, & defunctorum Cadavera in tumbis profundis infra collocentur.* ) 75 quæ limitatur in Cadaveribus Regum, magnatum, & aliorum Principum, nam talia ità ad libitum deponuntur, ut aſportentur in locum ab ipſis deſignatum. 76 ex quorum diſtinctione evidenter probatur, ab initio Regium Cadaver Auguſtiſſimi Alphonſi fuiſſe loco depoſiti in dicta capſa occluſum, & in dicta Eccleſia Sancti Dominici in loco alto, ubi inſpicitur, ſervatum.

Hoc poſito, ad fundandam præſcriptionem, tàm de jure Civili, & præcipuè de jure Canonico, cui dicti religioſi Sancti Dominici immediatè ſubiiciuntur, plura requiruntur, & maximè principaliter bona fides, & juſtus titulus, & quod ſit in commercio noſtro, & præſcriptibilis res, ſecundum opinionem omnium Canoniſtarum. 77 ità, ut, ſi mala fides concurrat, nullo modo poſſit præſcriptio currere, 78 & quia hodie verſamur in Jure Canonico, in quo cum mala fide, nunquam currit præſcriptio, quod procedit etiam in utroquè foro 79 de qua mala fide individualiter in occurrenti caſu dubitari non poteſt, dum ipſimet religioſi dictæ Eccleſiæ, ſeù Cænobii Sancti Dominici jam in anno 1510. agnoſcendo veritatem; illiuſque certiſſimi, jam caput ejuſdem Alphonſi Epiſcopo Cæphalutano tradiderunt de ordine Regis Ferdinandi, ut ſupra ex hiſtoricis demonſtratum eſt, nec veroſimile eſt, quod dicti Religioſi ex Illuſtri, & doctiſſima Prædicatorum Familia, ubi omnium ſcientiarum, & eruditionum excellentiſſimi floruerunt viri, & ſemper celeberrimi claruerunt authores, ignari ſint hiſtoriarum, & diſpoſitionum ſacrarum, prophanarumque legum, conciliorum, & rituum; Sciebant autem Regis Alphonſi diſpoſitionem, & cadavera ſupra terram extare non poſſe, niſi eſſent depoſita, nec ignorare poterant, adeſſe duarum Reginarum diſpoſitiones, quarum una in dicta Eccleſia, etiam depoſiti loco jacet, v3. Joanna Quarta; ex qua mala fide numquam potuit currere præſcriptio ex juribus ſupra citatis, quodque procedit etiam ſi ſuperveniſſet mala fides, aut ſola dubitatio, de jure Canonico nullam, & invalidam reddendo præſcriptionem. 80 Quæ mala fides etiam præſumenda venit ex totius populi, & hiſtoriarum publica fama, quæ ex antiquis documentis, & ſcripturis licite probatur, & poſſeſſorem in mala fide conſtituit, ex qua, etiam in mala fide conſtituti fuerunt. 81 quà ſtante, nec etiam per mille annos præſcribi poteſt, eo magis in occurrenti facto aſportationis cauſa depoſiti, fictione juris habetur Cadaver illud, ac ſi nunquam in dicta Eccleſia ſtetiſſet, cum eo animo, illuc inductum non fuerit, ad ibi perpetuò manendum; 82 quia non dicitur eſſe in illo loco, in quo non eſt ſemper manſurum; hinc præſcribi non potuit, quia inter alia, præſcriptio requirit, acquiſitionem, ſeù adeptionem poſſeſſionis naturalis, & Civilis, quæ numquam fuit acquiſita. 83 Hinc etiam eſt, quod ſicut aliorum negotiorum geſtor non præſcribit, ſic, 84 nec etiam alieno nomine poſſidens, prò ut eſt depoſitarius, præſcribere valet. 85 nam quæ acquiri non poſſunt, numquam uſucapi poſſunt, nec qui alienare prohibetur, uſucapere poteſt in præjudicium alterius. 86 & certum omninò eſt, rei depoſitæ poſſeſſionem, & proprietatem remanere penes Dominum depoſiti. 87 Et depoſitarium dici ſimplicem cuſtodem, nullamquè acquirere in re depoſita actionem. 88 Sicque cum abſit titulus, aut forma, ſeù modus acquirendi dominium, & poſſeſſionem, impoſſibile, & omni jure alienum eſt, habere locum præſcriptionem, & dum tractatur de titulo translativo dominii in præjudicium tertii, numquam talis titulus præſumi poteſt, ſed

eſt

---

63 *in teſt. Reg. Joannæ Tertiæ penes R. Monial. Divæ Mariæ Jeſus*, Summonte *p.4. lib.6. c.8.* 64 *in teſtam. Reginæ Joannæ Quartæ, penes idem monaſterium: manu notarii* Gregorii Ruſſo. *an.* 1518. Summonte *loc. ſup. alleg.* 65 *l. commendari* 168 *ff. de verb. obl. l.* Lutius 4. *ff. depoſiti* 66 *l. publica* 26 *ff. depoſiti, & l. cum hæreditas C. eod.* 67 *ut legitur in vol. diverſar. conſultat. Regiæ Cam. anni* 1593. *fol.* 106. 68 Summonte 3. *p. lib.* 5. *fol.* 227. 69 Sebaſtian Medices *de ſepult.* Lavor. *var. ubi ſup. cap.* 6. Dulf *de ſepult. cap.* 4. Samuel. *de ſepult. tract.* 1. *controverſ.* 3. *& noviſſime* Abbas Pacichell. *erudite in tract. de diſtantiis cap.* 7. 70 *l.* 2. *§ ſepulchrum ff de relig. & ſumpt. funer.* 71 *d. l.* 2. *§ monumentum.* 72 Cardinal. *in clem.* 1. *p.* 4. *de ſepult.* 73 Sebaſt. Medic. *loc. cit. nu.* 8. Lavor. *ubi ſupra num.* 22. Dulf. *ubi ſup. nu.* 19. Samuel. *ubi ſup. num.* 29. 74 Bullar. *tom.* 2. *anni* 1566. *fol. mihi* 185. Murga *tract.* 3. *tit. de ſepult. num.* 7. 75 Venerus *in exam. Epiſcop. tit. de ſepulturis num.* 39. 76 Venerus *loc. ſup. alleg. num.* 30. 77 *Cap. fin. de præſcript. ubi omnes DD.* 78 *Cap. ſi vir* 34. *q.* 2. *l. bonæ fidei ff. de verb. & rer. ſignific.* Cyriac. *lib.* 3. *qq. forenſ. controv.* 321. *num.* 48. *eod.* 55. 79 *Cap. ſi diligenti, & cap. vigilanti, & d. cap fin. de præſcript. ex Covarruvia. & aliis tradit* Molfeſ. *in ſum. Eccleſ. tom.* 2. *tract.* 12. *num.* 406. 80 Sayro *in Clavi Regia tit. de præſcript. lib.* 9. *cap.* 12. *num.* 13. & 14. 81 Bart. *in l. celſus ff. de uſu capionib. nu.* 18. Maſcard. *de probat. concl.* 753. *num.* 30. Marquardus Febrero *in tract. de fama public. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 7. *& reſpectù publicorum docum.* Maſcard. *loco qui ſupra q.* 751. *n.* 1. & 2. *ex doctr.* Baldi, Salyceti, *& aliorum* Grat. *cap.* 918. *tom.* 5. *num.* 5. 82 *l. ex facto* 35. *§. verumtamen ff. de hæredib. inſtit.* Angel. *in l. ſi nec dum nu.* 1. *C. de relig. §. ſacræ inſtit. de rer. diviſ. l. omnes C. de præſcript.* 10. *ann. auth. de reb. Eccl. non alien. §. pro temporib. coll.* 9. Sayrus *ubi ſup. n.* 8. & 9. Redohan *de reb. Eccl. q.* 7. *num.* 13. 83 Bald. *conſ.* 20. *nu.* 3. *vol.* 5. *d. cap ſi diligenti, & fin. de præſcript. ubi gloſ. verbo depoſitum.* 84 *idem* Bald. *conſ.* 12. *num.* 1. *vol.* 1. *in verbo ſepultura num.* 11. 85 *l. agitur C. de præſcript.* 30. *annor.* Alex. *conſ.* 228. *num.* 7. *vol.* 6. 86 Tiraquel. *de retract. lignagier. gloſ.* 9. *num.* 250. & 251. 87 *l. ſi verum §.* 1. *in bonis ibi gloſa verb. depoſuerunt cum ſeq. ff. privileg. credit. cum concord.* Gloſ. *in c. fin. verſ. culpa in fine. verbo item rei depoſitæ. extra depoſiti* Mantua *ſingul.* 333. Murga *alleg. tract. ſect.* 1. *tract.* 9. *§.* 4. *num.* 2. 88 *l. licet §. rei depoſitæ, & l. Lucius depoſiti* Franc. Marcus *deciſ.* 443. Gravett. *conſ.* 106. *num.* 7.

Digitized by Google

eſt præciſè probandus ; 89 & eò magis, productis in contrarium vero, ac legitimo titulo, antiquitas temporis, in re per prius etſi dubia, aut ignota, operare non poteſt, & ad præſcribendum , 90 Ex prædicto titulo, per PP. Dominicanos prætenſo, lex reſiſtit, quo caſu, lege reſiſtente, ſeù contradicente, numquam datur præſcriptio , 91 & inſuper quia prædiximus, quod inter alia requiſita præſcriptionis de jure Canonico eſt, quod res ſit in commercio noſtro, & de per ſe præſcriptibilis, ideò non ambigitur, ratione rei in caſu noſtro, præſcriptionem non eſſe decurſam, neque inchoatam; jam enim ſupra fundatum eſt, ſepulchrum, & ipſum Cadaver, eſſe religioſa, quæ uti res ſacræ, & religioſæ, nec ſunt in commercio noſtro, nec præſcribi poſſunt . 92

Nec etiam præſcribuntur res, in quibus non cadit poſſeſſio, ut eſt pignus, & depoſitum; nam in his datur ſola ſimplex detentio . 93

Et in ſpecie quod recipiens Cadaver, prò ſepelliendo in loco depoſito, à defuncto non electo, nullo modo præſcribere poteſt, tradunt pro regula generali graviſſimi Canonum Doctores, & præcipuè Panormitanus, & Summa Silveſtrina ; 94 per hæc verba (*generaliter recipiens aliquem ad ſepulturam in caſu non conceſſo tenetur reſtituere Corpus ſi petatur non ſolum recenter ſepultum, ſed & poſt, ita ut ſola oſſa ſupereſſe videantur; ſecundum Panormitanum in cap. liberum extra eodem; quicquid ratione illius Corporis perceperit, & hoc ratione mala fidei ſecundum gloſ. in dict. cap. liberum*) obſervando igitur illud verbum (*poſt*) neceſſaria venit conſequentia, præſcriptioni non eſſe locum, quod antiquitus practicatum fuit etiã in ſacra ſcriptura; ut legitur apud ſacras paginas: nam Joſephi Patriarchæ Corpus, mortui in Ægypto anno mundi 2398. qui etſi juſſerit, & jurejurando præceperit, aſportari in Chanaan, tamen ejus voluntas non fuit executioni mandata, niſi in anno 2544. poſt temporis decurſum centum quadraginta quatuor annorum . 95 quod neutiquam apparet, in re, de qua agimus, nam ſicut in facto fundavimus ab anno 1594. quo Cadavera fuerunt tranſlata, & in decentiori, & ſublimiori ſacrarii loco depoſita, ſeptuaginta duo vix ſunt elapſi anni, uſque hodie, quò petitur ipſius depoſiti Cadaveris reſtitutio.

Ex quibus, luce meridiana clarius fundatis, nullatenus de præſcriptione amplius diſputari poſſe, lippis etiam patet , dum juribus, & rationibus ſupra poſitis, ſatis & ſuperflue multipliciter probatum ſit, nullam unquam fuiſſe præſcriptionem, nec præſcriptionis terminos reperiri, aut excogitari poſſe in caſu noſtro; dicimus, & denique, quoties PP. Dominicani in hoc inſiſtere vellent, (quod non credimus) non veros, & religioſos Cadaverum conſervatores, ſed potiùs ſepulchri violatores vocandos eſſe: ſcitum eſt enim, Cadavera, & ſepulchra violanda non eſſe, & multipliciter violata dici poſſunt: nempe demolitione , habitatione doloſa, & tranſlatione illegitima . 96 Sed quia non eſt noſtræ quæſtionis de aliis violationibus verba facere, ſed tantum de illegitima tranſlatione, quæ eſt quando Cadaver infertur in ſepulchrum, contra defuncti voluntatem, & tunc taliter inferens, ſepulchri violator dicitur . 97 & à pari dicitur licita tranſlatio, quando fit à loco, ubi Corpus eſt depoſitum, ſeù commendatum, in locum electum . 98 & tantæ vis eſt iſta actio ob receptum Cadaver ab Eccleſia non electa, quod quocumque modo reperitur ſepultum Cadaver in loco non electo , ſemper Eccleſia electa à defuncto pro ejus humatione, ſtatim agere poteſt ad reſtitutionem, etiam ſi oſſa ſuperſint, una cum omnibus oblationibus . 99. ideòque ſemper magis confirmatur, quod in prædicta re depoſita, vel commendata, ſtante evidenti mala fide, contradicente titulo, & ſtante re de natura ſua impræſcriptibili, nulla ſperanda eſt præſcriptio.

Jam etiam pateſecimus modum, quò ab initio fuit dictum Regium Cadaver depoſitum in anno 1494. in dictam Eccleſiam Sancti Dominici tranſlatum ab arce Lucullana , occaſione ſepulturæ Regis Ferdinandi ejus filii, ac etiam obſervavimus Capitis diviſionem ex reſtanti Cadavere, illiuſque traditionem factam ab iiſdem Patribus Sancti Dominici Epiſcopo Cephalutano de anno 1510. pro ut etiam probavimus amotionem dictorum Regiorum Cadaverum de uno loco ad alium, neceſſitate ſolum urgente in anno 1593. annuente Illuſtr. Comite Mirandæ, tunc Regni moderatore ad inſtantiam Regiæ Cameræ, in iis annotando diverſorum locorum mutationes pro tutiori, atque decentiori ejuſdem Cadaveris detentione, & hęc omnia ex clarioribus Hiſtoricis, aut publicis documentis, & duarum enixis Reginarum ultimis elogiis ſic atteſtantibus; ex quibus omnibus legitimi depoſiti natura cognita eſt, nec contra dictum legitimum, & formale depoſitum ponderari, aut præſumi poteſt aliqua conceſſio ſpecialis, aut novatio in beneficium dictæ Eccleſiæ Sancti-Dominici; cum vulgatum, & non ignoti juris ſit, ſupremam, ſeù ultimam voluntatem, nec per Principem immutari poſſe, quod etiam ſervatum fuit apud Gentiles, dum ordinante Tiberio Cæſare, quod legatum Trebianis, factum à quodam defuncto, in opus novi theatri in publicam viam deſtinaretur; Senatus noluit commutare; juſta Svetonii dictum , 100 cujus verba recenſemus (*Iterum cenſente, ut Trebianis legatam in opus novi Theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris eſſet*) quod eò magis procedit, ſi tractaretur de ſepultura commutanda, à defuncto electa , quo caſu niſi maxima, & enixa urgente cauſa, ſeù neceſſitate Summus Pontifex, conſenſientibus tamen expreſsè hæredibus, ac religioſis illius Eccleſiæ, in quà fuit electa ſepultura, poteſt diſpenſare: prò ut inter alios graviſſimus Author de commutatione voluntatum, ſpeciali tractatu ſatis longè verba faciens; cujus dicta, quia ad materiam conferunt, hic reſcribere libet . 101

*Quod autem dictum eſt de tranſlatione Cadaveris traditi ſepulturæ, ſtatuendum quoque proportionabiliter erit de mutatione ſepulturæ ab aliquo electæ in ſua diſpoſitione, ſivè inter vivos, ſivè cauſa mortis quam vulgo ultimam voluntatẽ appellant, ut nimirum ſepultura electa ab eo qui eligere potuit non poſſit poſt ejus mortem ab Epiſcopo mutari niſi ex magna cauſa , & conſenſientibus ejus hæredibus, necnon Clericis aut Religioſis, in quorum Eccleſia defunctus elegerat ſepulturam , prò ut ſatis conſtat ex cap. 3. quod incipit fraternitatem, & cap. cum liberum de ſepulturis, poſſit autem id fieri à Papa ex qua vis cauſa prædictis omnibus conſenſientibus, quod ſi facienda ab eo ſit invitis hæredibus, vel Rectoribus Eccleſiarum, ubi electa eſt ſepultura magna cauſa exigetur. ſi autem utriſque invitis adhuc major cauſa requiretur: in primo enim caſu ſolum agitur de mutanda defuncti voluntate; in ſecundo etiam de præjudicio unius plurium unius rationem habẽtium; in tertio autem caſu agitur quoquè de præjudicio, ſeù intereſſe plurium perſonarum, quæ unius rationem non habent.* hactenus dictus Author,) quod etiam apud Summos Pontifices tanti ponderis fuit, ut legamus temporibus Regis Caroli Primi: Clementẽ IV. Summum Pontificem, inſpiciendo dictum Carolum protrahentem adimplere ultimum voluntatis elogium Reginæ Beatricis ejus uxoris, quæ ſuum Cadaver in Maſſiliam traducendum mandaverat, ut in Eccleſia Divi Jo: Hieroſolymitani, ubi & Raymundi ejus Patris Cadaver humatum erat, ſepelliretur; Apoſtolicis literis Carolum præciſè monuit, ut uxoris voluntati omninò pareret, & ſtatim obtemperavit, talem exequendo voluntatem; prò ut teſtatur Abraham Zovius ejuſdem religionis Dominicanæ gravis author, cujus verba ſunt. *Ut teſtamentum Beatricis prioris conjugis nuper defunctæ exequeretur, corpuſque illius in Eccleſia domus hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, in qua etiam Corpus Raymundi Comitis ejus patris reconditum jacebat, quemadmodum illa diſpoſuerat ſepeliendum curaret admonuit* , 102 tantæ ſolicitudinis fuit apud Summos Pontifices ſervari mandata teſtatorum, præcipuè de electione ſepulturæ , ut Reges ipſos propriis literis compellere voluerint ; ſic ſperamus, Clementiſſimum verè noſtrum Pontificem Clementem VIIII. ſummam negotii juſtitiam inſpecturum eſſe, ac inſignem pietatem ſublimis D. Petri Aragonei Principis erga Auguſtiſſimi Alphonſi Aragonei Regis gentilis ſui veneratam memoriam, ut exoptatas nobiles anteceſſoris reliquias in Gentilitiam , ac nobilem, Regiamque S. Mariæ de Populeto Cathaloniæ Eccleſiam transferat; juxtà ejus enixam diſpoſitionem; ubi cæterorum Sereniſſimorum Aragoniæ anteceſſorum Regum oſſa quieſcunt: Et hæc, quæ in ſubſecivis noſtri officii horis elaboravimus ; Juſtitiæ Magni Aragonei Principis noſtri Regni ſuaviſſimi, ac pervigilis moderatoris vota ſint; Cujus reticemus laudes, Demoſtenis exemplo, qui Coram Philippo obmutuit, & magis obmutuiſſet ſi de Philippo dixiſſet . Datum Neapoli die 15. Octobris 1667.

F I N I S.

---

89 *tex. in l. celſus ff. de uſucap.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1387. *num.* 85: 90. Maſcard. *ubi ſupr. num.* 63. *cum ſeqq.* 91 *Cap. 1. de præſcript. in* 6. Megal. *var. reſol. reſolut.* 164. *tom.* 2. 92 §. *Sacræ inſtit. de rer. diviſ. l. omnes C. de præſcript. 40. ann. auth. de reb. Eccl. non alien. § pro temporib. colla.* 9. Sayr. *ubi ſup. num.* 8. & 9. Redohan. *de reb. Eccl. non alienan. q.* 7. *nu.* 13. 93 *d. cap. ſi diligenti, & fin. de præſcription.* 94 Summa Silveſtrin. *p.* 2. *verbo ſepultura nu.* 11. 95 Salian. *tom.* 2. *annal. veteris teſtam. in vita Moyſes in anno mundi* 2544. *fol. mihi* 77. *num.* 145. 96 Lavor. *ubi ſup. cap.* 7. 97 Lavor. *ubi ſupra num.* 19. 98 *l. 3. ff. de ſepul. violat. d. c.* 7. 99 *Cap. cum liberum* 6. *de ſepulcr. ubi* Barb. *Lavor. allegat. loc. cap.* 9. *num.* 121. 100 Sveton. Tranquil. *in vita Tiberii Cæſaris cap.* 31. Covarruvias *tom.* 2. *var. reſol. cap.* 6. *num.* 4. & 6. *lib.* 3. 101 Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.* 5 *num.* 399. 102 Abraham Zovius *tom.* 13. *annalium anno* 1268. *fol. mihi* 750. *col.* 1. Chioccareſ-lus *de Epiſcopis, & Archiepiſc. Neapol. in diario* 1277. *fol.* 175. & *at. & in regiſtro Regis Caroli Primi anno* 1274. *lit. B. fol.* 42 *at.*

Digitized by Google

# OBSERVATIONES DOMINICI MANFRELLA

## J.C. NEAPOLITANI

## AD DECISIONES S.R.C. PARTHENOPÆI

## *LIBRI SECUNDI*

## D. HECTORIS CAPYCII LATRO

MARCHIONIS TORELLI.

Prius ejuſdem Supremi Tribunalis Conſiliarii, poſtmodùm Regiæ Cancellariæ Regentis.

*In quibus innumeræ ferè quæſtiones, pratèr, vel contra ejuſdem Regentis ſenſum, concordes, diſcordeſquè Senatuum Deciſiones, atque aliorum Opiniones examinatæ, non ineleganti methodo obſervantur; ac reſolvuntur.*

Opus, ſivè in Theorica, ſivè Praxi, & Foro verſantibus, Jusdicentibus etiàm non inutile, nèc injucundum,

EXCELLENTISSIMO DOMINO

# D. MARCO-ANTONIO BURGHESIO

PRINCIPI SULMONIS, AC STATUS ROSSANI,

ET REGNUM NEAPOLITANUM PRO REGE ADMINISTRANTI

*DICATUM.*

NEAPOLI, TYPIS NOVELLI DE BONIS TYP. ARCHIEP. MDCCXXI.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

Digitized by Google

# BENEVOLO LECTORI JACOBUS DE FLORE VIGILIENSIS,

## GENERALIS VICARIUS, CAN. PRÆBENDATUS ECCLESIÆ CATHEDRALIS, ET SANCTUARII SANCTORUM MARTYRUM PATRONORUM PRIOR.

## *FOELICITATEM.*

ILlud ſanè fuit apud Clariſſimos Authores non aſpernabile argumentum in humani corporis ergaſtulo, immortalem animum degere, quod ſi corpus ad quietem, delicias, voluptates, & ad ea, quæ caduca ſunt, impellit animum, animus independentèr à corpore ſemper ea, quæ immortalitatis charactere nomen inſigniunt, vehementi præſequitur deſiderio. Tali impulſus amore amiciſſimus meus *Dominus Dominicus Manfrella*, lucubratas, ad Cleantis lucernam, doctiſſimas additiones, & obſervationes, lucidos Juriſprudentiæ meteoriſmos, prius ſub torculari proprii ingenii depictas, poſtea verò ſub prælo, quod inſpicis, excudendas curavit. Opus ſolerti ſtudio concinnatum, dogmatibus excultum, è ſacrario Civilis ſapientiæ recluſit. Sunt ſuæ Palladis Drypetæ: multa, quæ in jure dubia erant obfirmat, quæ obſtruſa patefacit, quæ obſcura dilucidat, genuini ſenſus interpres, animo ſemper, calamo, ſicut & voce publicam, & privatam proſequi utilitatem: Cauſarum enim Patronus Clientelas ingenuo, ac lubenti animo ſuſcipit; multas ſiquidem meas, & amicorum, non ſine ſumma ſui laude patrocinatus eſt; Integer moribus, acris ingenio laudandus: nam ſi laudamus eos, qui recte facere ſtudent, vituperandi non ſunt, qui bene dicendi ſtudium habent non infimæ notæ enunciavit Author; Novus Juriſprudentiæ Tiphis hujus Oceani plagam peragrat impavidus, ſed, qui ejus mores cognoſcit dulcedine, ingenuitate, & benevolentia præditos, ipſum proclamabit in tanto mari non Tumidum; Theleſcopio ſui ingenii in *Capycio Latro* non mendas, ut Galileus in Sole, ſed novas ſtellas, & non ante viſos Apſides detexit, ut idem in Cœlo mediceas; Novum opus igitur, ut ad Juriſperitorum utilitatem benigno fronte excipere debes, ( Lector amice ) quod prodit in lucem, quam ſempiternam aſpecturum exiſtimo, multis laboribus exantlatum, ex quibus vera voluptas ducit originem; nam ſi cedro dignum, quod proferebat Iſocrates: veræ voluptates non ex ignavo otio, ſed è rectis actionibus, & tolerantia laboris oriunt? Binos Juriſperitæ eloquentiæ fontes multa, variaque doctrina ſcaturientes, habes candide Lector, ergo ſi multa ſcire ſitis, librum adi Dypotamum; & ſi *Capycio* ſucco victitaſti, *Manfrellæ* condimenta deguſta, nam dulci Deciſionum obſonio, Additionum adjecit Emblamma. Vale.

Digitized by Google

# OBSERVATIONUM IN DECISIONES DOM. REGENTIS MARCHIONIS TORELLI HECTORIS CAPYCII LATRO LIBER SECUNDUS.

AUCTORE

DOMINICO MANFRELLA J. C. NEAPOLITANO.

## OBSERVATIO IN DECISIONE CXXI.

### SUMMÆ.

1 *Adulterii pœna, qualis temporibus priſcis?*
*Quæ ſit, inſpecta Canonum lege? num.* 2.
3 *Clericus adulter, qua plectatur pœna? & num.* 4.
5 *Pœna adulterii Jure Codicis, nùm mortis ſit? & quæ Jure Digeſtorum?*
6 *Adulterium: qualitèr in* Neapolitano *Regno puniatur?*
7 *.... an crimen publicum ſit? & num.* 8. *&* 9.
10 *Muliere de adulterio accuſata, nùm ſequens Mariti remiſſio opituletur? cum* Deciſione Noviſſima.
11 *Adulterium committitur, quamquàm matrimonium ſit nullum.*
*Et cum alterius ſponſa de futuro. num.*12.
13 *.... quibus probetur?*
14 *Viro occidente Uxorem ob adulterium, an dotem reſtituat?*
Bartol. & Aliorum *refertur Negativa ſententia. nu.*15.
*Contrarium* ex Bald. & ſequacibus *probatur. num.* 16.
*Quid ſi filii ſuperſtites eſſent? num.* 18.
*Mortuis filiis, nùm pater ſuccedat in dote uxoris, ob adulterium occiſæ? num.* 19.
17 *Jus ſibi dicens propria auctoritate legis commodo privatur.*
20 *Hæredes Viri adversùs Uxorem dotem repetentem, de adulterio vivente viro commiſſo, obiicere valent. Comprobatur* Gizz.
*Nùm ad id ſit neceſſarius Viri conquæſtus, & qualis? num.* 21.
*Quando tali conquæſtu opus non ſit? num.* 22. *&* 23.
24 *Baro ob commiſſum adulterium, cum Uxore vaſſalli, privatur juriſdictione in illum.*

1 EUPHRON penès Stobæum *cap.* 6. majùs malum non eſſe adulterio dixit; Prohibitum exindè damnatum, & omni jure deteſtatum legitur in Polyanth. *noviſſim. noviſſim. tom.* 1. *lib.* 1. *verb. Adulterium.* capite propterèa ab Aſiaticis, Schythiis, Turcis, Græcis, & Arabis punitum teſtantur Jo: Boem. Auban. *De Morib. Gent. cap.* 1. 4. 10. *&* 11. *lib.* 2., *& lib.* 3. *cap.* 2., ac Alex. ab Alexand. *Dier. Genial. lib.* 4. *cap.* 1. eandem pœnam in Saxonia practicatam tradit Schneiduvinus *in Tit. de Public. Judic. §. item Lex Julia. num.* 2. ac in Hiſpania particulari ſanctione ſumitur ex *L.* 15. *Tit.* 17. *partit.* 6. quod etiam ab aliis Legislatoribus ſancitum advertit Jo: Tuilius *ad Alciat. in Emblem.* 47. *nu.* 4. *pagin. mihi* 238. & qua crudelitate Macrinus Imperator in adulteros animadverteret notat Petr. Crinit. *lib.* 11. *cap.* 9.

Germanos verò adulteram coràm propinquis nudatam, acciſis crinibus, domo expulſam per omnem vicum verbera infligere, referunt Tacit. *in German. nu.* 6. Plaut. *in Amphitryon. act.* 2. *ſcen.* 2. *verſ.* 218. & Auban. *in citat. lib.* 3. *cap.* 12. quam fortaſsè pœnam in arbitrariam fuiſſe commutatam ſumitur ex Mynſiger. *in alleg. §. itèm Lex Julia.* & ex Weſembec. *in Paratit. ad Tit. de Adulter.* Imò in aliquibus Italiæ Provinciis mæchis pecuniariam mulctam impoſitam reperiri tradunt Tiraquell. *de Legib. Connub. l.* 13. *num.* 32. Cravett. *in Conſ.* 137. De Benedict. *in cap. Raynutius. part.* 2. *verb. cuidam Petro. num.* 63. *de Teſtam.* Rebuff. *ad Conſtit. Gall. in proœm. num.* 108. Alciat. *in l. probum. ff. de Verb. ſignif.* Clar. *in §. Adulterium. num.* 7. Farinac. *de Delict. carn. quæſt.* 141. *ex num.* 67. & Gregor. Toloſan. *in lib.* 36. *ſintagm. cap.* 6. ac eandem priſcis temporibus uſitatam refert Juſ. Lipſ. *ad Tacit. lib.* 4. *annal. pagin.* 239. & Juvenal. *ſatyr.* 11. cecinit,

*............ Alea turpis*
*Turpe adulterium mediocribus, hæc eadem illi,*
*Omnia, quæ faciunt, hilares, nitidiquè vocantur.*

At in ipſa alta Quiriti Urbe; capta Muliere in adulterio, in anguſto incluſa proſtribulo, fornicatoribus admiſſis, injuriam tintinnabulorum ſonitu patefaciebant, Eutrop. teſte in Theodoſ. lib. 13. De Geſt. Roman. Et tandem Gallica attenta Conſuetudine adulterium nè dum impunitum Jo: Fab. *in l. conſuetudinis. col. fin. C. quæ ſint long. Conſuetud. & in §. ex non ſcripto. Inſtit. de Jur. Natural. Gent. & Civil.* Philibert. Bugnon. *de Abrogat. legib. Gall.* Caſſan. *ad Conſuet. Burgund. in Tit. de Juſtit.* & Papon. *in Arreſt.* 9. *lib.* 2. ſed in induſtriæ laude poſitum dixit Franc. Mar. Prat. *ad Paſcal. de Virib. Patr. Poteſt. part.* 1. *cap.* 5. *verſic. utquè plena.*

2 Quid juxtà Jus Canonum? *in Cap. Fraternitatis. Diſtint.* 34. *& in Cap. Gaudemus. de converſ. Conjugat.* Mulieres, quæ relicto maritali thoro lapſu carnis ceciderunt in Clauſtris ad perpetuam pœnitentiam collocantur, & concordat Jus Civile *in Auth. ſed hodiè. C. de Adulter., & in §. ſi verò quandò. Auth. ut nulli Judic.*, ſed legantur Barthol. de Capua *in Conſtit. Majeſtatis; num.* 17. & Bajard. *ad Clar. loc. indicat. n.* 53. Secundo *in Cap. Benedicto* 32. *quæſt.* 1. alia deſcribitur pœna. Dotem adulteram amittere indicat Text *in Cap. plerumquè. De Donat. inter vir. & uxor.* Et denique Maſculus, vel Fœmina de Adulterio convictus excommunicatur *cap. ſi verò.* 3. *de ſentent. Excom., & cap. intelleximus* 6. *de Adulter.* alia ad ornatum invenies penès Azor. *lib.* 3. *cap.* 8. *tom.* 3. Paleot. *de Noth. & Spur. cap.* 52. Bonacin. *de Matrim. Quæſt.* 4. *punt.* 15. Cajetan. *in Opuſc.* 31. *Reſp.* 4. Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *Diſput.* 68. *& lib.* 10. *ex Diſput.* 1. *ad* 10. Monticell. *in prax. crimin. Regul.* 12. Valenzuel. *lib.* 2. *Conſ.* 144. Navar. *in Manual. cap.* 25. Sot. *in* 4. *ſentent. Diſtin.* 36. *quæſt. unic.* Ricc. *in prax. matrim. Reſol.* 207. Gambacurt. *de Immunit. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. *& lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 2. & apud Antonin. Macerat. *lib.* 1. *Reſol.* 35.

3 Clericus tamen ob adulterium commiſſum ab officio deponitur, indè Monaſterio detruditur: teſtibus allegatis ex D. Regent. noſt. *num.* 16. quibus ſubnectantur Abb. *in cap. ut Cleric. de Vit. & Honeſt. Cleric.* Hoſtienſ. *in ſumm. Tit. de Adulter. §. quæ pœna ſit imponenda.* Archidiac. *in cap. lator.* 2. *quæſt.* 7. Foller. *in prax. crim. Can. Quæſt.* 19. Villalob. *in Collect. comm. opin. liter. C. verſic. Clericus propter adulterium. num.* 82. Bermond. *de Concub. num.* 16. *pagin.* 37. Covar. *in Epitom. ſup.* 4. *Decret. cap.* 7. *num.* 19. Majol. *de Irregul. lib.* 5. *cap.* 37. Avend. *de Exeq. mand. part.* 2. *cap.* 26. Mattieu. *lib.* 5. *recompil. tit.* 8. *l.* 6. *gloſ.* 2. Ledeſm. *in ſumm. part.* 2. *tract.* 27. *cap.* 18. Gomeſ. *in l.* 80. *Taur. ex num.* 18. Lambert. *de Jur. patron. part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 9. *art.* 20. Guttierez *in quæſt. Canonic.* 7. *lib.* 2. & Diaz *in prax. crimin. Canon. cap.* 79. *verb. Adulterium.* ubi deſtruit fundamenta Menoch. *de Arbitr. Judic. caſ.* 419. *num.* 60. ſed attenta diſpoſitione Sacroſancti Œcumenici Con-
4 cilii Tridentini *in ſeſſ.* 25. *de Reformat.* Clerico poſt admonitionem in concubinatu, aut adulterio perſeverante, tertia parte fructuum, obventionum, & proventuum beneficiorum quorumcumquè, penſionum etiam, ipſo facto privatur, & in ſecunda admonitione perſeverante cum eadē, vel alia fœmina in delicto, non tantum fructus omnes, & ſuorum beneficiorum proventus, atquè penſionum eo ipſo privatur, verum etiam Epiſcopi arbitrio ad tempus ab officio, & beneficii adminiſtratione ſuſpenditur; Demùm ſi ità ſuſpenſus in errore continuaret, aut dimiſſam repeteret concubinam excommunicatur, & ſi beneficia aut penſiones non habeat, carceribus, vel alia ſimili pœna juxtà facti, aut perſonæ qualitatem ab Epiſcopo mancipatur, & videantur ad rem Ciarl. *in Contr.* 53. Sperell. *in Deciſ.* 19. Ricc. *in prax. Pœn. Reſol.* 307. *ex nu.* 1. Marcell. Volp. *in prax. cap.* 28. & Lopez *ad Diaz. loc. cit. lit. B.*

5 Inſuper Jure Digeſtorum inſpecto Adulterii, pœnam deportationem fuiſſe teſtatur Gloſſ. *in l. Claud. de His quib. ut indig. & in l. qui, cum uno. §. adulterii. verb. recipiendi. ff. de re Milit. & in l. ait Prætor. §. Miles. ff. de His qui notant. infam.* Jure verò Codicis illam capitalem eſſe ſumitur ex Gell. *Noct. Atticar. lib.* 10. *cap.* 23. Arnob. *lib.* 4. *& ex* Cujac. *lib.* 6. *Obſervat. cap.* 11. & ultra laudatos per D. Reg. noſtrum *num.* 11. ſcribunt Schneiduvinus *loc. citat. num.* 2. *& in Tit. De Nupt. part.* 4. *num.* 25. Petr. Caball. *in Reſol. Crimin. caſ.* 200. *num.* 21. Paſcal. *in alleg. Tract. de Virib. Patr. Poteſt. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 28. & ibi Prat. *in verſic. ad num.* 28. Harpprech. *tom.* 3. *Inſtit. Tit. de Hæredit., quæ ab inteſt. deferunt. num.* 313. *col.* 103. & examuſſim probatur ex *L. caſtitati, & l. quamvis. C. de Adulter. & ex l. transfigere. C. de Tranſact.*

6 Deniquè in Regno hoc Neapolitano quamquàm Bajard. *ad Clar. in indicat. §. adulterium. num.* 49. ſcribat attenta diſpoſitione Conſtitutionis *legum aſperitate.* Adulteram naſi obtruncatione puniri modo vir in eam vindictam dare voluerit, ſin verò ſecùs publicè fuſtigari; Adulterum tamen ſupplicio extremo afficiendum dixit De Franch. *in Deciſ.* 240. *num.* 5. His temporibus Judicis arbitrio remiſſum ire, ut triremis pœnam, aut relegationis infligat Sanfelic. *in Deciſ.* 295. *num.* 25. Thor. *in Comp. Deciſ. part.* 1. *verb. adulteri*, & De Luc. *ad De Franch. in cit. Deciſ.* 240. *nu.* 5. Adultera in domo pœnitentiæ detruſa, Sanfelic. *in Deciſ.* 266. & ſub patrocinio noſtro Antonius Cataneus de adulterio convictus referente in S. R. C. Conſil. D. Jo: Chriſoſtomo Vargas y Machuca condemnatus fuit ad exilium per triennium moderato decreto M. C. V. quod triennio inſerviret in bello, proceſſus eſt in banca de Caro.

7 Succedit obſervandum impenſiùs, an adulterium crimen publicum ſit? Affirmant D. Reg. noſter *num.* 3. Reg. Merlin. *lib.* 1. *Controv.* 58. Conſil. Hodiern. *in Controv.* 6. *num.* 6. fundamento *L. palàm §. adulterio. ff. de Rit. Nupt.* & Magiſtratus præſertìm Ædilis curæ fuiſſe adulteros accuſare refert Liſp. *loc. alleg. pagin.* 238. ac accinit illud Sueton. Tranquill. *in Tiber. cap.* 45. Tiberium Maloniam delatoribus objeciſſe, ac nè ream quidèm deſiiſſe interpellare, & firmatur ex Div. Jo: *cap.* 8. Scribas, & Phariſæos Mulierem in adulterio deprehenſam CHRISTO JESU Salvatori, ac Redemptori noſtro adductam accuſaſſe.

8 Contrariam partem defendunt Gomeſ. *in citat. l.* 80. *taur. num.* 49. Farinac. *in prax. quæſt.* 141. *ex nu.* 34. & Clar. *in §. adulterium ſub num.* 3. *verſic. eo ſtante.* quia hoc ævo certis perſonis permiſſum eſt de adulterio accuſare, Prat. *loc. citat. verſic. nec otioſa quæſtio.* & marito non conquerente aliis ea accuſatio non competere, nè matrimonii connubia fædentur, ſcribit Aſin. *in Tract. de Exequut. §.* 3. *cap.* 182. *num.* 3. in Hodiernam verò ſtat De Luc. *in Obſerv. ad De Franch.* 94.

9 Sedare diſcrimen conantur alii, ut etsì ex officio Judex de adulterio non agat, benè tamen per inquiſitionem procedere valeat; quotiès crimen notorium ſit, tebus De Afflict. *in Deciſ.* 176. Farinac. *in cit. quæſt.* 141. *num.* 44. Aſin. *loc. indicat. cap.* 282. *num.* 3. *pagin.* 83. & poſt alios De Luc. *in adduct. Obſervat.* 240. *num.* 4. & D. Altimar. *ad Rovit. in Deciſ.* 68. *num.* 4. ſed tantiſpèr obſervetur *Deciſ.* Sanfelic. 351. *tom.* 3.

10 Ulteriùs Obſervandum eſt; ſi maritus adulteram uxorem Judici accuſaverit ſequentem remiſſionem non opitulari Paſcal. *loc. citat. num.* 45. modò tamèn mulieris nomen intèr reos ſcriptum reperiatur Aſin. *in alleg. cap.* 182. *num.* 7. Giacchar. *ad Clar. in citat. §. adulterium. num.* 7. 13. 14. *&* 30. vel illicò poſt litis conteſtationem remiſſio non proceſſiſſet, ut ex hac D. Reg. noſtri Deciſione ſumit De Luc. *loc. nupèr citat.* Sed Boer. placuit *in Deciſ.* 298. in viri poteſtatem eſſe antè uxoris condemnationem ab accuſatione recedere; facit ſupra nominatum, quem S.R.C. in exilium damnavit, & Adultera in domo pœnitentiæ, obtenta mariti remiſſione, fuiſſe ad compoſitionem pecuniariam admiſſum,

Digitized by Google

miſſum,& ſolutam adulteram à domo pœnitentiæ.

11 Et illud patet adulterium mulierem committere etiamſi matrimonium ſit nullum Guttierez *lib.* 2. *Canonic. quæſt. cap.*12. *num.* 6. & 22.& Grivell. *in De-*
12 *ciſ.* 19. aut ſi Vir cum alterius ſponſa de futuro peccatum luxuriæ expleat, Sanchez *de Matrim. tom.* 1. *lib.* 1. *Diſput.* 2. *num.* 7. & Meroll. *tom.* 1. *Diſput.* 1. *cap.* 2. *Dub.* 13. *num.* 192.

13 Probari adulterium per violentes conjecturas ad effectum ſeparationis thori, utpotè ſolus cum ſola, aut nudus cum nuda tradit Mar. Antonin. *in citat. Reſol.* 35. *num.* 2. at has conjecturas ſatis eſſe ad finem ut de crimine puniatur meliùs dixit Monticell. *loc. indicat. Regul.* 11. *num.* 3. Maſcard. *de Probat. tom.* 1. *concluſ.* 57. *cum ſeq.* Boſſ. *De Rapt. Mulier. num.* 11. & 12. & Farinac. *ubi ſup. quæſt.* 136. & oſculatione, tractatu, apparatu, & ſimilibus illud probari voluit Gloſſ. *in l. quod cùm Lex. verb. adulterium.* & *ibi* Bartol. *de Adulter.* cum ſit delictum, quod occultè committitur Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Tit. Dos Broictz, & appar à gens Rub.* 4. §. 7. *num.* 29. Cætera diffusè habes ex Laurent. Cricho. *commun. opin. liter. A.*

14 Modò ex facto incidit Nobis dubitandum: nùm vir ob adulterium occidens uxorem, dotem reſtituat? Dimicant Bartol. & Bald. *in l. ab hoſtibus* §. *ſi vir ff. ſolut. matrim.* & rem indeciſam dat De Franch. *in Deciſ.* 678.

15 Bartoli negativum placitum ſequuntur Cappell. Toloſ. *in Deciſ.*12. Surd. *in Tract. de Aliment. tit.* 8. *privileg.* 68. *num.* 10. Proſper. Petr. *ad Capyc. in Deciſ.* 44. *num.* 3. *circ. med.* Jaſ. *in citat.* §. *ſi vir. circ. fin.* & Boer. *in Deciſ.* 25. *num.* 4.

16 Aptiùs verò Baldi ſententiam meliorem probant Jul. Clar. & *ibi* Bajard. *in* §. *homicidium. num.* 22. *verſic. & hæc concluſio.* Farinac. *de Homicid. quæſt.* 120. *ſect.* 3. *num.* 46. Paſcal. *ubi ſup. part.* 1. *cap.* 5. *nu.* 53. Gomeſ. *in allegat. l.* 80. *Taur. nu.* 63. Fontanell. *tom.* 2. *De Pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 12. *num.* 22. Alphar. *de Offic. Fiſcal. gloſ.* 34. §. 7. *num.* 159. De Marin. *lib.* 1. *Reſol.* 263. & *lib.* 2. *Reſol.* 151. *num.* 9. Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Capon. *in Tract. qui inſcribitur* De Dot. *in l.* 2. *ff. ſolut. Matrim. Quæſt.* 4. *num.* 41. Mattienz *in l.* 6. *tit.* 8. *num.* 10. *lib.* 5. *ordinam.* Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 265. *ſub nu.* 63. & noviſſimè poſt hæc ſcripta viſus De Luc. *ad De Franch. in citat. Deciſ.* 678. quicquid diſtinguant Roland. à Vall. *in Tract. de Lucr. Dot. Quæſt.* 63. *num.* 6. & Jo: Camp. *in Tract. de Dot. part.* 5. *qu.* 5. *nu.* 2. is
17 namquè, qui ſibi propria authoritate jus dicit; licet id, lege permittente, faciat, legis commodo privatur ad Tex. *in l. interdum* §. *qui furem. ff. de Furt.*

18 Potiſſimum, quia in occurrenti caſu filii ejuſdem matrimonii ſuperſtes ſunt, quibus dotem reſtituendam eſſe probat elegantèr Borrell. ad materiam relegendus *in ſumm. Deciſ. part.* 3. *Tit. de Adulter. num.* 126. facit Tex. *in* §. *ſi de adulterio. Auth. Ut liceat Matr. & Aviæ.* & Gloſſ. *in cap. ad hæc Deus. verb. reciperet. Ut lit. non conteſtat.* & quicquid ſibi Prat. involvat *ad Paſcal. in citat. part.* 1. *cap.* 5. *verſ. ad num.* 38. legatur Phæb. *in Deciſ. Portugal.* 36. Mortuis tamèn filiis ad
19 illorum ſucceſſionem etiam in dote adulteræ uxoris occiſæ maritum venire tradit Gomeſ. *in l.* 83. *Taur. num.* 64. quem ſequitur De Marin. *in citat. Reſol.* 151. *num.* 10. Quæſtionem tandèm intèr partes abſquè judiciario ſtrepitu compoſuimus.

20 Et demùm de illo velùt pro colophone videndum convenit, an mariti hæredes, etiam extranei, de adulterio in illius vita commiſſo adverſus mulierem dotem repetentem obiicere valeant? Ajentem opinionem ſequutus eſt Gizz. *hic num.* 54. modò tamèn maritus vi-
21 vens de illo conqueſtus fuiſſet probatur aſſumptum ex De Franch. *in Deciſ.* 184. & 340. & ſuadunt latiùs *ibi* Addent. Farinac. *part.* 2. *quæſt.* 142. *num.* 120. & 199. Viſcont. *concl. jur. verb. accuſandi.* Bajard. *ad Clar. in cit.* §. *adulterium. num.* 126. & 127. Ann. Robert. *Rer. Judicat. cap.* 13. & 14. Cancer. *part.* 1. *Reſol.* 9. *num.* 136. Gabriel. *commun. concluſ. lib.* 7. *concl.* 35. *num.* 8. Ugol. de Arim. *ad Angel. de Maleſic. verb. e' hai adulterato la Donna mia num.* 29. Hermoſil. *Tit.* 4. *l.* 10. *gloſ.* 8. *num.* 14. Fontanel. *loc. indicat. Clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 12. *ex num.* 1. Cævall. *commun. contr. comm. quæſt.* 708. *tom.* 2. Maſtrill. *in Deciſ.* 57. Thor. *in vot.* 94. Guttierez *lib.* 2. *quæſt. canon.* 12. Maynard. *lib.* 4. *Deciſ.* 2. Theſaur. *lib.* 3. *quæſt.* 98. *num.* 51. Valenzuel. *tom.* 1. *Conſ.* 80. Boer. *in Deciſ.* 338. *num.* 7. Noal. *de Tranſmiſ. caſ.* 46. ſatiſquè eſſe eundem conqueſtum extrajudicialem eſſe tradit apertiùs De Luc. *ad Franch. in cit. Deciſ.* 184. & 340. niſi maritus, poſt
22 uxoris crimen commiſſum, ità repente, deceſſiſſet, quod non potuiſſet conqueri, Jo: Andr. *in Addit. ad ſpeculat. Tit. de Feud.* §. *fin. verſ. reſolvitur hæc quæſtio.* quem ſequitur Jo: Campez. *in citat. Tract. de Dot.*
23 *part.* 3. *quæſt.* 238. Idquè procedere etiam marito ignorante uxoris adulterio concludit Boer. *in citat. Deciſ.* 338. *num.* 7. & ſic in prax. ſervari teſtatur Campez. *in allegat. part.* 3. *quæſt.* 226.

24 Unum modo extra ordinem adnectam Baronem ob commiſſum adulterium cum uxore vaſalli juriſdictionis exercitio, atquè dominio ſubfeudi in illum privari Thom. De Marin. teſte *de Gener. & Qualit. Feud. Tit.* 2. *de Feud. ex pact. & provid. in* 2. *part. num.* 79. *verſ. & audio deciſum*; ſequuto ex Thor. *in Compend. part.* 1. *Verb. Baro adulterium committens.*

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXXII.
### SUMMÆ.

1 *Ne leges in teſtamento ſuo locum obtineant; Nemo cavere poteſt.*
2 *Diſponat teſtator, & fiat lex. qualitèr intelligendum?*
3 *Potentiùs eſt quod in albo legis eſt, quam quod in nigro teſtamenti legitur.*
4 *Poteſtas collata in perſonam Religioſi à Teſtatore decidendi, & interpretandi, non includit cognitionem illorum ad publicos Judices pertinentium.* Staiban. *concordat* cum D. Reg. noſtr.
5 . . . *conſtituendorum Magiſtratuum eſt de Regalibus.*
6 *Privatorum conſenſus Judicem non facit.*
7 *Teſtator Juriſdictionis formam mutare non valet.*
8 *Poteſtas arbitrandi, nec ad hæredes tranſire, nec cedi poſſe ſtatuitur.*
9 . . . *nominandi, declarandi, & eligendi non eſt ceſſibile.*
10 *Nominans, nominatione perfecta nùm variare valeat? Fallit ut num.* 12.
11 . . . *nùm nominatum conditionibus gravare poſſit?*
13 *Executor teſtamentarius, non nudi facti poteſt recuſari ſuſpectus.*
14 . . . . . . . . . . *irrequiſito hærede quandò bona hæreditaria intèr legatorios diſtribuere non valeat? & num.* 15. & 16.
17 *Eccleſia non obligatur ex facto adminiſtratoris præjudiciali; præcipuè ſi de quærendis agatur. nu.* 18.
19 . . . . *tenetur ob non impletas conditiones ab adminiſtratore, ſed ſupèr ipſius bonis ei conſulitur. num.* 20.
*atquè etiam per in integrum reſtitutionis beneficium ſuccurritur. num.* 21.

22 *Solutio penſionis anticipatè facta Prælato ſucceſſori, quandò præjudicet?*

1 NE Leges in teſtamento ſuo locum obtineant ne-
minem cavere poſſe Reſpondit Pomponius ad
Sabinum ut legitur in *l.* 58. *ff. de Legat.* 1. & concor-
dant *l.* 2. *C. de Condit. inſert.* & *l. teſtandi C. de Te-
ſtam.* ac probant Vaſq. *de Succeſſ. creat.* §. 6. & Graſ.
2 *in* §. *Teſtamentum. quæſt.* 62. etenìm quamquàm à te-
ſtatoris voluntate pendeant omnia *l. in conditionibus*
19. *ff. de Condit.* & *Demonſtr.* Undè invaluit vulgatum
illud, diſponat Teſtator, & fiat Lex §. *Diſponat. Auth.
de Nupt.* Potentiùs eſt Quintil. teſte *in Decl.* 374. quod
3 in albo legis extat, quam quod in nigro ſupremi elogii
legitur, cum in publicis actibus nihil lege publica ſit
gravius, in privatis vero nihil firmius teſtamento M.
T. Ciceron. ità ſcribente *in Phil.* 2. Meritò igitùr De-
4 ciſum hic habes Poteſtatem in perſonam cujusdam Re-
ligioſi à Teſtatore collatam interpretandi, & decidendi
non includere cognitionem illorum, ad publicos Judi-
ces pertinentium concordat Staiban. qui in eadem fa-
cti ſpecie pro Sacra Domo Redemptionis captivorum
obtinuit *in Reſolut.* 37. *tom.* 1. & conferunt tradita per
Matut. de Azeved. *in Diſquiſit.* 40. Poteſtas namquè
5 conſtituendorùm Magiſtratuum cum de Regalibus ſit
Theodor. *in Allegat.* 51. *n.* 53. Montan. *de Regalib. verb.
Poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum Quæſt.* 2. Reg.
De Philipp. *in Diſſertat. Fiſcal.* 1. *n.* 5. Mart. *de Juriſdict.
part.* 1. *cap.* 38. *n.* 103. & *part.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. Principis cõceſ-
ſione transfertur Reg. Merlin. *in Controv.* 13. *cent.* 1.
Conſil. Rocc. *de Offic. Rubr.* 13. §. 6. *n.* 68. & Reg. De
Philip. *in Diſſert.* 13. *n.* 10. & *in Diſſertat.* 21. *n.* 19. non
6 privatorum placito ut in vulgata *L.* 3. *C. de Juriſd. omn.
Judic.* Grat. *in Diſcept.* 389. *n.* 51. Fab. *in ſuo Codic. lib.* 2.
*tit.* 38. *Diffinit.* 7. *n.* 8. cũ aliis allegatis ex Staib. *in adduct.*
7 *loc. n.* 5. *et* 6. Indè diſponens quis in teſtamenti tabulis de
pecunia ſua Juriſdictionis formam pro arbitrio mutare
nequit Fab. *de Error. Pragmatic. Decad.* 36. *Error.* 8.
*num.* 8. *lib.* 1. Cujac. *in Tit.* 53. *lib.* 6. *Codic. col.* 922. *li-
ter.* C. & accinit Alexander S. P. hujus nominis III. *in
cap. requiſiſti* 11. *dè Teſtam.*

8 Eandem arbitrandi facultatem, nec ad hæredes tran-
ſire, nec cedi poſſe, quia in illius perſonam reſtringi-
tur, cui Teſtator tribuit facultatem ſcribit Nicol. Noaſ.
*de Tranſmiſſ. cap.* 16. *num.* 17. & *caſ.* 35. *num.* 26. &
*caſ.* 36. *num.* 18. & 26. & in habente facultate nomi-
9 nandi, declarandi, & eligendi ſcribunt Ripoll. *reſol.* 13.
*num.* 513. & Cancer. *part.* 1. *Reſol.* 21. *num.* 254. ſicut
in Executore teſtamentario loquuntur Noal. *in allegat.
loc. caſ.* 51. & Reg. Merlin. *tom.* 1. *Controv.* 84.

10 Nùm electione, aut nominatione peracta ab habente
poteſtatem, valeat is variare inquirit D. Reg. noſter *nu.*
18. Negat Staiban. *loc. citat. num.* 64. etenìm nominan-
di facultas prima vice extinguitur *l. apud Aufidium ff.
de opt. legat.* Jo: Jacob. Martin. *in Conſ.* 14. *num.* 17.
Novar. *quæſt.* 44. *part.* 1. Gratian. *in Diſcept.* 746. *nu.*
12. Cujac. *lib.* 10. *Obſervat. cap.* 39. Gam. *in Deciſ.* 36.
Alvarad. *de Conjecturat. ment. Defunct. lib.* 2. *cap.* 2.
*num.* 28. Seraph. *in Deciſ.* 589. Theſaur. *in quæſt.* 65.
*lib.* 1. cum aliis congeſtis per Capon. *in Juris Reſponſ.
Pro Eccleſia Sancti JOSEPH contra ſacrum Xenodo-
chium Incurabilium artic.* 2. *n.* 1. & per D. Conſil. Petr.
*in Rit.* 4. *nu.* 18. & 19. *verſ. Hinc per præfata.* Ipſum-
11 què nominato conditionibus, & oneribus gravari haùd
poſſe ſtatuunt Fontanell. *in Deciſ.* 367. *tom.* 2. Franc.
Carpius *de Executor. teſtam. lib.* 3. *cap.* 6. Ripoll. *in
cit. Reſol.* 13. *num.* 399. Seſſ. *in Deciſ.* 55. *num.* 12. De
Pont. *in conſ.* 109. *vol.* 2. *num.* 6. Thom. Pelliccion.
*quæſt. Ill. cap.* 3. *De Reddit. Ration.* Jacob. à Canib. *de
Exequutore Teſtament. tract.* 20. *num.* 15. Menoch. *de
Arbitr. quæſt.* 59. *num.* 8. Gomeſ. *tom.* 1. *Reſol.* 12. *nu.*
67. *De Leg.* Theſaur. *quæſt.* 24. *lib.* 3.

12 At aſſertum fallit quotiès nominatus, ſivè ab haben-
te facultate electus, inhabilis eſſet, aut mortuus, officii
poſſeſſione non adhùc adepta teſtibus Staiban. *in Ob-
ſervat. ad Reſol.* 59. *num.* 7. *tom.* 1. D. Rocc. *in citat.
Tract. de Offic. Rubr.* 3. *de Offic. ampliat. num.* 48. &
D. De Philip. *in Diſſert.* 5. *nu.* 38. & *in Diſſert.* 11.
*num.* 54.

13 Et illud Obſervo *num.* 11. executorem teſtamenta-
rium non nudi facti, tamquàm ſuſpectum recuſari poſ-
ſe, quia poteſt in executione partem gravare, & notant
Abb. *in cap. ſuper quæſtionum. de Offic. deleg. ex nu.*
3. Dec. *in cap. novit. num.* 6. *de Appell.* Apoſtil. *ad U-
bert. de Bonacurſ. in ſua pract. tit. de Recuſat. pag.* 4.
*verſ. ſed hoc intellige.* & Bertachin. *de Epiſc. part.* 2.
*lib.* 4. *num.* 22. *verſ. idem in executore.* Illumque pro-
14 pria authoritate inrequiſito hærede intèr legatarios;
bona hæreditaria diſtribuere non valere probant Ve-
laſc. *de Privileg. pauper. part.* 1. *quæſt.* 63. *num.* 1. &
2. Menoch. *de adipiſcend. poſſ. remed.* 4. *ex num.* 645.
Peregrin. *de Fideicomm. artic.* 47. *num.* 49. latè Argel.
*de Legitim. Contradictor. quæſt.* 14. *artic.* 2. & *ibi* Ad-
15 dit. Fab. *in cit. Codic. lib.* 2. *Tit.* 2. *Diffin.* 12. Niſi hæres id
ab exequutore teſtamentario fieri patiatur Rot. Roman.
*apud Gregor. in Deciſ.* 544. *num.* 3. aut à Teſtatore ta-
16 litèr diſpoſitum reperiretur Cavalc. *in Deciſ.* 40. *nu.* 7.
& 8. *tom.* 5. D. Galeot. *lib.* 2. *Controv.* 32.

17 Deniquè nè quìd intactum remaneat; ſupèr illo tan-
tiſpèr obſervans morabor; Eccleſia quatenùs ex admi-
niſtratoris facto obligetur; ex pacto præjudiciali non
teneri reſolvunt D. Reg. noſter *num.* 7. Menoch. *de Re-
cuperand. poſſeſſ. remed.* 9. *ex num.* 104. *ad* 109. Surd.
*in conſ.* 91. *num.* 19. *in Conſ.* 183. *num.* 42. & 43. & *in
Conſ.* 363. *à num.* 22. *ad* 27. Rot. Rom. *in Deciſ.* 100.
*num.* 5. *part.* 1, *recent.* Dec. *in conſ.* 474. Maſcard. *de
Probat. concl.* 367. *num.* 8. & Conſil. Rocc. *tom.* 1. *Re-
18 ſponſ.* 61. *ex num.* 5. præcipuè ſi de quærendis agatur
Roland. *in conſ.* 15. *num.* 23. *tom.* 1. Riminal. Jun. *in
conſ.* 453. *num.* 31. *tom.* 4. Mart. *de Juriſdict. part.* 4.
*cent.* 1. *caſ.* 68. *num.* 13. Marc. Anton. De Amat. *in
19 Deciſ.* 50. *num.* 21. At Eccleſiam teneri, ob non imple-
tas conditiones adminiſtratoris culpa voluit D. Reg. no-
ſter *num.* 27. & in idem concurrunt Ruin. *in conſ.* 27.
*num.* 14. *in fin. tom.* 2. Menoch. *in conſ.* 78. *num.* 19.
Paſet. *in conſ.* 89. *num.* 2. & *in conſ.* 91. *num.* 5. Pere-
grin. *de Fideicomm. art.* 11. *num.* 89. & *ſeq.* & *in conſ.*
31. *lib.* 3. *num.* 16. Hieronym. Gab. *in conſ.* 105. *lib.* 1.
Surd. *in Deciſ.* 101. *nu.* 6. Simon de Præt. *de Interpret.
ultim. volunt. lib.* 4. *Dubit.* 4. *num.* 14. quo caſu pro
20 quantitate præjudicii ſupèr bonis adminiſtratoris ha-
bere recurſum, ſunt voti Rebuff. *de Reb. Eccleſ. non
alienand. verſ. ſexto dicit.* Cyn. *in l. jubemus, C. de ſa-
croſanct. Eccleſ.* Mart. *loc. citat. ex num.* 7. & noviſſi-
mè D. D. Hieronym. Calà *de Reſtit. in integr. quæſt.*
21 6. *num.* 46. & ſuccurri quoquè illam per in integrum
reſtitutionis beneficium concludunt allegati ex D. Re-
gente noſtro *num.* 29. quibus ſubnectantur Decian. *in
conſ.* 132. Caputaquenſ. *in Deciſ.* 170. *num.* 6. & *ſeq.
in Deciſ.* 181. & *in Deciſ.* 182. *part.* 3. Paul. de Caſtr.
*in conſ.* 34. *vol.* 3. Menoch. *in conſ.* 425. *num.* 23. Ruin.
*in conſ.* 99. *tom.* 1. *num.* 5. & *tom.* 3. *conſ.* 33. *num.* 8.
Aret. *in conſ.* 67. *num.* 9. Cravet. *in conſ.* 204. *num.* 23.
Corn. *tom.* 3. *conſ.* 184. Riminald. ſen. *in conſ.* 261. *n.* 29.
Maſcard. *in adduct. Concluſ.* 367. *nu.* 24. & Gratian. *in
indicat. Diſcept.* 803. *num.* 10. & 43.

22 Scribit Gizz. *hìc num.* 15. ſolutionem penſionis do-
mus anticipatè factam Prælato, ſucceſſori non preju-
dicare, quìn illam à Conductore exigere valeat, Adde
videndos Gigas *de Penſion. quæſt.* 88. Surd. *in Deciſ.* 326.
*num.* 79. Redoan. *De Reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 57.
*ex num.* 39. & elegantèr Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. in
Allegat.* 94.

OB-

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXIII.

### SUMMÆ.

1 *Fato omnia moveri, & regi; nonnulli voluerunt Ethnici.*
*Intellige, ut num.* 2.
3 *Fatum pro ipſa vitæ interitu accipitur.*
4 *Inſtantia certo tempore perit.*
5 *. . . . an perimat in S. R. C?* cum Deciſione noviſſ. *num.* 6.
D. D. Joſeph Abb. Milazzi *laudatur.*
7 *Tempus finiendæ appellationis in Conciſtorio Principis non obſervatur.*
Rev. D. Caroli Antonii De Luca *laudes.*
8 *Liquidatio ſententiæ confirmatæ: nùm per confirmantem fiat?* cum Deciſione noviſſ.
9 *Fatalia, in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ non currunt.*
10 *Clericus conventus pro reſtitutione pecuniæ, ſibi à Judice laico liberatæ cum cautione: an declinet forum? & num.* 15. 17. 18. *&* 20.
11 *Lapides ultra parietem protenſi, demonſtrant jus ulterius protendendi.*
12 *Clericus, pro avocatione pecuniæ decrèto Judicis laici, ſimpliciter liberatæ, conventus forum declinat.*
*Quid ſtante clauſula* ſalvo jure cujuslibet? cum Deciſione noviſſ. *num.* 13.
14 *Cautio facit extare pecuniam.*
16 *. . . . præſtatur in noſtris Tribunalibus à Perſonis Eccleſiaſticis, per viam expromiſſionis.*
19 *Clericus depoſitarius Judicis laici, pro reſtitutione depoſiti; coram quo conveniendus ſit?*
21 *. . . hæres laici in lite cum defuncto cæpta: quandò forum declinet? & num.* 24.
22 *. . . conventus tempore, quo erat laicus, ſi inſtantia perempta, mutavit ſtatum forum declinat.*
23 *Inſufflatio ſpiritus in illius præjudicium non operatur, cui fuit jus quæſitum.*
25 *Clericus tutor vigore decreti Judicis laici, à Judice Eccleſiaſtico compellitur pro redditione computorum, & reſtituendis reliquis adverſus* Aufrer. *ac notatur perplexitas* Gizz.
26 *. . . quandò, & quatenùs tutelam exercere valeat?*
27 *. . . forum non declinat, quotiès agitur de executione ſententię contra defunctum latæ; quamquàm à Die promulgationis elapſi ſint triginta anni.*

1 CHriſippus ſcribit Fato omnia moveri, & regi Gell.
teſte *Noct. Acticar, lib.* 6. *cap.* 2. & accinunt Plaut.
*in Bacchid. Act.* 4. *ſcen.* 9. *verſ.* 6. & Alii, quos memorant
Author Polyanth. *noviſſimar. noviſſ. verb. Fatum.*
& De Philip. *in Diſſertat. Fiſcal.* 12. *num.* 1. At
2 oppugnant nonnulli, ut eſt videre penès Promp. Garigian.
*in Plat. Epinom. pagin.* 26. ubi eruditè pro ut de
more, quid ſit fato obnoxium deſcribit, & de eo explevit
etiam munus Dominic. De Rub. *in Certam.* 1. *nu.*
62. illius tamèn vanitas oſtendit P. Franc. Acerb. Societ.
Jeſ. *in Polypod. Apoll. pagin.* 63.
3 In noſtris verò Juris prudentiæ Tabulis ſæpiſſimè Fatum
pro ipſo mortis interitu ſcriptum oſtenditur, ut eſt
videre in *l. meminimus. C. Quand. & quib. lib.* 10. & in
4 *l. quotiès C. de Naufrag. lib.* 11. Perit in Jure quoquè litigantis
inſtantia. *l. properandum. ff. de Judic.*
5 Sed nùm in S. R. C. (quod propriè Principis Conciſtorium
eſt, & Italiæ Areopago Caſar. *in quæſt.* 12. *nu.*
6.) inſtantia perimat? Obſervandum in primis occurrit.
Pro inſtantia decertant allegati per D. Reg. noſtrum
*hìc num.* 9. Marot. *lib.* 1. *Diſcept.* 13. & per D. Petr. *in
Rit.* 248. *ex num.* 33. Diſſident verò Gizz. *hic num.* 14.
Prat. *ad Paſcal. de Virib. Patr. Poteſtat. part.* 1. *cap.* 8.
*verſ. ad num.* 223., *& ad Muſcatel. pagin.* 397. *col.* 2.
*verb. Metodicè, & in lib.* 2. *Diſcept.* 17. De Marin. *lib.*
2. *Reſol.* 79. *& ad Reverter. in Obſerv.* 578. *ex num.* 1.
& D. Petr. *loc. indicat. num.* 33. & legendus eſt Anichin.
*de Prævent. Inſtr.* memor D. Reg. noſtri *hìc, cap.*
2. *quæſt.* 5. *Dub. unic.* & quod ut currant fatalia requiratur,
ut antequàm primum fatale ſit lapſum, reclamans
à ſententia Præfecti Prætorii ſe proteſtetur, per ſe
non ſtare, quìn cauſa terminetur ex aliis probat Reverter.
*in Deciſ.* 535. & *ibi* De Marin.
6 At Ego in S. R. C. inſtantiam non currere diffinitum
vidi in cauſa Dominorum Hæredum quond. Franciſci
Pauli Milazzi (inter quos eſt D. D. Joſeph Abb. Milazzi
J. C. perdoctus, & laborioſus, meritiſſimus Canonicus
Vigilienſis majora merens) cum Hæredibus D.
Franciſci de Caſtellet; etenim cum per M. C. V. ab
Anno 1654. dicti Hæredes de Caſtellet fuiſſent condemnati
ad quantitatem liquidandam. Introducta cauſa in
S. R. C. & ibidem compilato termino ad non poſita ponendum;
ne dùm intra tres Annos cauſæ expeditionem
non procuraverunt; ut in Pragm. 1. *de Appell.* ſed poſt
ſexdecim petierunt dicti DD. Hæredes de Milazzi declarari
deſertam appellationem ad tradita per Piſanell.
apud De Marin. *loc. cit. cap.* 79. & per eundèm De Marin.
*ad Reverter. in Obſerv.* 135. *num.* 2. Tandèm referente
D. Conſiliario Michaële Muſcettola Die 28. Junii
1670. per S. R. C. declaratum fuit procedendum fore
ad ea quæ incumbunt ſupèr expeditione cauſæ; illa
7 fortaſsè ratione: nàm introducta cauſa in conciſtorio
Principis tempus finiendæ appellationis non obſervatur.
*l. cum anterioribus* 5. *§. ſi tamen. C. de Tempor. reparand. appell.*
Qua in cauſa evenerunt ea, quæ ſatis lepidè
Rev. D. Carolus Anton. de Luca J. C. perdoctus
retulit *in Obſerv. ad De Franch.* 361. *&* 510. *num.* 6.
8 ubi adducens articulùm illum à Me excitatum liquidationem
ſententię confirmatæ eſſe faciendam per confirmantem;
Me cum laude nominato Deciſionem articuli
non refert: Tu verò nota quod etsì S.R.C. pro vero
habuit, quæ dicebam obſtabat tamèn ejusdem ſupremi
Tribunalis ſtylus, liquidatio enìm contenta in
Decreto diffinitivo M. C. V. à quo ad S. R. C. fuit appellatum
ſempèr ad eandem M. C. V. remittitur: quia
quantitàtem certam non continet, atquè adeò Die 4.
Maii 1671. referente eodèm D. Conſiliario Muſcettola
fuit dictum quod M. C. V. procedat ad liquidationem
verùm non exequatur Decretum inconſulto S. R. C.
Proceſſus eſt apud Actuarium Protam.
9 Cæterum quod in Regia Camera Summariæ in cauſis
fiſcalibus Inſtantia non currat tradunt Paſcal. *loc. citat. num.* 22.
& Alii laudati ex De Marin *in cit. Obſerv.*
578. & ex De Philip. rem pleniùs differente *in indicat.
Diſſertat.* 12.
10 Obſervo ſecundo Clerico convento nomine proprio,
aùt tamquam laici hærede Creditore anteriore inſtante
pro avocatione pecuniæ ſibi, cum cautione liberatæ de
reſtituendo cui, quibus, & quando, ad omnem ordinem
Judicis laici, qui liberationis Decretum protulit,
nullam fori declinatoriam competere, quia non videtur
de novo conveniri Judicio à primo independenti,
ſed eodemmèt, dum in Decreto cujus virtute pecuniam
habuit fuerunt cæteris litigantibus jura reſervata;
allegat D. Reg. noſter Bald. Natt. & Peregrin. quorum
cum aliis conglomeratis meminit Carleval. *de Judic.
lib.* 1. *Tit.* 1. *Diſput.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 950. Exemplo
illius, qui pariete ædificato reliquit lapides ul-
11 tra parietem protenſos ad demonſtrandum ædificium
non fuiſse finitum, ſibique Jus eſſe ulterius protendendi,
Barthol. Cepol. *in Tract. de ſervit. urb. prædior. cap.*
40. *num.* 17. & 31. Ità Judex reſervando aliis in decreto
jura, demonſtrat Judicium non eſſe finitum, ſed ulteriùs

Digitized by Google

teriùs procedere velle quotiès ſupèr ſuo decreto conten-
tio oriatur. Comprobat D. Regentis noſtri aſsertum
Deciſione junctis duobus Aulis S.R.C. lata Sanfelic. *in*
*Deciſ.* 2. *poſt num.* 17. & tangit articulum Conſil. Petr.
*loc. citat. poſt num.* 46.

12 Ad differentiam adjudicationis, vel liberationis de-
creto Judicis ſæcularis per Clericum liberè ſivè abſquè
clauſula obtentæ, cum tùnc Creditor, qui ſtante ſui
crediti anterioritate pecuniam Clerico liberatam, ſivè
fundum adjudicatum avocare mavult Judicem Eccle-
ſiaſticum adire debeat. Sanfelic. *in Deciſ.*210. Rovit. *in*
*Deciſ.* 44. & poſt alios Salgad. *in Labyrint. credit. part.*
2. *cap.* 6. *ex num.* 44. & concurrit Gizz. *hìc num.* 25.
13 ſecùs tamèn ſi in decreto fuiſset appoſita clauſula *ſal-*
*vo jure cujuslibet* probant Anſald. *de Juriſdict. part.* 3.
*Tit. unic. cap.* 16. *ex num.* 19. Carleval. *loc. indicat. ex*
*num.* 347. Peregrin. *de Fideicom. artic.* 48. *ex num.* 62.
& *ibi* Cenſal. *pagin. Mihi* 314, *&* 315. Novar. *de Elect.*
*& Variat. fori part.* 1. *ſect.* 3. *quæſt.* 56. Salgad. *de Reg.*
*Protect. part.* 4. *cap.* 14. *numer.* 125. *& ſeq.* Rodoer. *ad*
*De Marin. in Reſol.* 206. *num.* 6. Octav. Caracciol. *de*
*For. privileg. quæſt.* 18. *ſub num.* 38. & D. Altimar. *ad*
*Rovit. in allegat. Deciſ.* 44. *ad num.* 1. *&* 9. & ſic De-
ciſum fuit per S.R.C. ad relationem M. C. V. Die 17.
Septembris 1671. in cauſa Canditæ de Alferio cum D.
Petro Sadutti Proceſſus eſt in Banca De Gambaraſa, &
accinunt poſita ex Reg. De Philip. *in Diſſertat.* 9. me-
mor D. Reg. noſtri *ex num.* 34. & quamquàm Prat. pro
cliente quodam, contrarium adſtruere conatus fuiſſet
*in lib.* 1. *Diſcept.* 42. *&* 43. juxta ejus ſcripta non po-
tuit obtinere.

At Mart. id ità interpretatus eſt; ut relata ſententia
procedat, quotiès Clericus immiſſus fuit in poſſeſſio-
nem decreto Judicis ſæcularis, in caſibus, in quibus
non poſſidet, ut quando vigore actionis perſonalis im-
mittitur, utputà ratione damni infecti; itèm vèntris
nomine; aut pro executione ſententiæ, & rei Judica-
tæ, in quibus ſolummodò detentor ſit, & cum non poſ-
ſideat, nequè antiquus poſſeſſor expellatur, ipſe im-
miſſus in poſſeſſione ſtat utì Cuſtos, & dètentor *in Tract.*
*de Juriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 159. *ex num.* 30.

14 Deciſioni confert, quod cautio facit extare pecuniam
*l. procuratori §. fin. ff. de Tribut. action.* De Franch. *in*
*Deciſ.* 75. *num.* 9. Gratian. *tom.* 4. *Diſcept.* 701. Mar. An-
tonin. Macerat. *lib.* 2. *Reſol.* 60. *caſ.* 15. *verſ. Hic autèm.*

15 Modò audiamus Carleval. in ſuppoſita Deciſionis
ſpecie loquentem *loc. allegat. num.* 961. *pagin.* 402. per
hæc ipſiſſima verba: *Quartus caſus eſt cum Judex de-*
*finiens poſſeſſorium, vèl jubens ſolvi pecuniam Clerico*
*creditori cum cautione; aut ſine illa in Decreto non ad-*
*jecit clauſulam ſalvo jure, aut citrà prejudicium ju-*
*rium, ſed ſimpliciter definivit cauſam, & ſententiam*
*executioni mandavit, & hoc caſu dicendum eſt, quotiès*
*actum fuerit de revocanda poſſeſſione, vel avocanda pe-*
*cunia, Clericum, qui obtinuit eſſe conveniendum coram*
*Judice ſuo competente, nempè Eccleſiaſtico; tametsì fi-*
*dejuſſor ſæcularis à Clerico datus pro obtinenda ſenten-*
*tia, aut Decreto conveniri poſſit apud ſecularem eundem*
*Judicem ut compellatur reſtituere pecuniam, vel poſſeſ-*
*ſionem.* Hactenùs Carleval. reddens rationem: quoniàm
per tale Decretum executioni demandatum lis finita
eſt, & ulteriùs non pendet atquè adèo comparente no-
vo creditore poſſeſſionis revocationem petente, vel pe-
cuniæ avocationem videtur novum incoare, judicium
*l. à Divo Pio §. ſi poſt addictam, cum §. ſeq. ff. de Re Ju-*
*dic.* & ideò illud intentare debet coram competenti Ju-
dice authoritate uſus illorum, quos allegavit *num.* 951.
& tradit plenè Mart. *in adduct. caſ.* 159. *ex num.* 6.

16 Quìd pro reſolutione dicendum? certum eſt cautio-
nem de reſtituendo, ſivè altera in quocumquè decreto
ordinata per Judicem ſecularem, præſtandam à perſo-
na Eccleſiaſtica; in noſtris Regiis Tribunalibus præſta-
ri per viam expromiſſionis, atquè adèo in illo actu per-
ſona Eccleſiaſtica non intervenit, ſed ſolummodò laicus
fidejuſſor expromittens quoquè, & ſic benè dicit Car-
leval. quod fidejuſſor conveniendus eſt coram Judice, à
quo Decretum fuit prolatum, & concurrit Mart. *in cit.*
*part.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 106. *num.* 1.

17 Accedit Clericum, hac in ſpecie, non vederi conven-
tum per reconventionis viam, ſed principalis petitionis
cum Judicium illud, quod Clericus liberationem, aut
poſſeſſionem obtinuit, jam terminatum ſit, atquè adeò
nullam Judex laicus habet poteſtatem cognoſcendi il-
lum, qui nec potentialitèr nec actu ſuæ ſubeſt Juriſdi-
ctioni, ut optimè in hac qua moramus ſpecie conclu-
dit De Marin. *tom.* 1. *Reſol.* 206. & ſequitur Rodoer.

18 Et Carleval. *in indicat. loc.* ex D. Reg. noſtro, & ex
Sanfelic. loquitur in liberatione ordinata per ſecularem
Judicem in Clerici beneficium, cum Clauſula *ſalvo ju-*
*re cujuslibèt*.

19 Tandèm quod Clericus conſignatarius per Judicem
laicum deputatus, pro reſtitutione depoſiti convenien-
dus ſit coram Eccleſiaſtico Judice, voluerunt Bellett. *in*
*Diſquiſit. Cleric.* 1. §. 1. *num.* 26. Dian. *de Immunit. Ec-*
*cleſ. Reſol.* 21. Surd. *in conſ.* 396. *num.* 33. *lib.* 3. Ambro-
ſin. *de Immunit. Eccleſ. cap.* 20. *num.* 53. & Bonacin. *de*
*Legib. Diſput.* 10. *quæſt.* 2. *pun.* 1. §. 1. *nu.* 26. At ſecula-
rem Judicem reſtitutionem depoſiti ordinare poſſe, pro-
bant Tiraquell. *de Retract. Tit.* 2. §. 4. *gloſſ.* 7. *num.* 10.
Cumia *ad Rit. Sicil. cap.* 19. *ex num.* 24. Aufr. *ad Cap-*
*pell. Tholoſ. in Deciſ.* 168. *& in Clement.* 1. *de Off. Ordin.*
*& in Tract. de Poteſtat. ſecul. Reg.* 2. *fallent.* 14. *nu.* 14.
De Graſſ. *de Effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 851. Bovadill.
*tom.* 1. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 130. Afflict. *in Deciſ.* 74.
Caroc. *in Tract. de ſequeſt. part.* 1. *quæſt.* 1. *princip.* &
Marant. *in ſpecul. part.* 4. *diſtinct.* 11. *numer.* 92. quod
Mart. quo ad cognitionem, non ad executionem admit-
tit *loc. allegat. caſ.* 104. *num.* 9. *& caſ.* 124. *num.* 4.

20 Noſtrorum verò Tribunalium praxis admittit D. Re-
gentis noſtri Deciſionem, atquè Sanfelic. teſte De Ma-
rin. *loc. citat.* & Ego pro D. Jo: Honuphrio Jordano ob-
tinui adversùs Venerabile Monaſterium Jeſus Mariæ
Dominicanæ Religionis pecuniæ avocationem cum ca-
utione liberatæ referente in S.R.C. Regio Conſiliario D.
Scipione Martino J. C. perdocto, & illibatæ conſcien-
tiæ viro, in aula tùnc Regii Conſiliarii Ill. Marchionis
Criſpani D. Didaci de Soria nunc Regiæ Cancellariæ Re-
gentis meritiſſimi. proceſſus eſt in banca nunc Falvi pe-
nès Ceraſium ſcribam.

21 Obſervo tertiò Clericum laici hæredem ad proſe-
quendam litem cum defuncto cœptam conventum, va-
lidè forum declinare; quotiès inſtantia laico vivente
perempta ſit, haùd obſtante parte ex adverſo inſtantiæ
peremptæ inſufflationem obtinuiſſe, probant aſſumptum
Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 110. *nu.* 17. Caſar. *in quæſt.*
28. *num.* 4. De Graſſ. *in adduct. effect.* 1. *ex num.* 283. *ad*
291. *& num.* 1241. idem procedere tradit in laico con-
22 vento coram Judice ſuo, qui poſt peremptionem in-
ſtantiæ aſſumpto clericatu Juriſdictionem mutavit, &
concurunt Cævall. *de Cognit. per viam violent. part.*
2. *quæſt.* 37. *num.* 8. *in fin.* Carleval. *loc. allegat. quæſt.*
7. *ſect.* 3. *num.* 940. & Merlin. *tom.* 1. *Controv.* 81. *ex nu.*
9. etenìm inſufflatio ſpiritus, ad reſtaurandam inſtan-
23 tiam obtenta, non operatur in tertii prejudicium, cui
fuit jus quæſitum, imò per reſtaurationem eadem non
durat inſtantia, ut Deciſum refert Rovit. in remiſſione
petita ad Curiam artis ſerici ipſo referente *in Rubr. de*
*Inſtant. cauſ. non reſtaur. n.* 14. & notant quos colligit Car-
leval. *loc. indicat. quæſt.* 6. *num.* 646. *& quæſt.* 7. *num.*
942. quibus ſubnectè De Marin. *in cit. lib.* 1. *Reſol.* 54.
*num.* 4. Squillant. *de Privileg. Cleric. cap.* 7. *num.* 59. &
D. Carol. Petr. *in allegat. Rit.* 248. *nu.* 44. *cum ſequent.*
24 Imò alii tenuere, Clericum laici hæredem in lite
cum defunto cœpta forum declinare, quamquàm cum
illo inſtantia perempta non ſit, quos Carleval. memo-
rat *eod. loc. quæſt.* 5. *numer.* 412. & magis communem

opi-

Digitized by Google

opinionem, & tutam vocant Mart. *loc. cit. cent. 1. caſ. 33. num. 5.* & Mar. Antonin. Macerat. *in adduct. lib. 1. Reſol. 49.* ac latè diſcurrit Niger. *De Laudem. lib. 1. quæſt. 17. artic. 4. ex num. 47.* Illam verò Noſtrorum Tribunalium Obſervantia non admittit ob bonorum præventionem in vita laici Covar. *pract. quæſt. cap. 8.* Aufrer. *in citat. Tract. de Poteſt. ſacul. Regul. 2. Fallent. 6.* Caravit. *in Rit. 234.* Viv. *comm. opin. lib. 2. verb. Clericus, opin. 48.* Gayl. *lib. 1. Obſerv. 37.* Bovadill. *in cit. cap. 18. numer. 165.* Cevall. *in adduct. Tract. de Cognit. per viam violent. part. 2. quæſt. 40. ex nu. 9.* Gallup. *in prax. part. 2. cap. 16. num. 20.* cum aliis pleno calamo adductis ex Mart. *in cit. caſ. 33. nu. 1.* Avendan. *de Exequ. Mand. part. 1. cap. 1. num. 33.* Hodiern. *ad cit. Deciſ. Surd. 110. num. 4.* Carleval. *loc. cit. quæſt. 5. ex num. 309.* & ità Deciſum per S. R. C. Me perorante Die 22. Februarii 1663. referente in aula Regii Conſiliarii D. Antonii Navarretta Marchionis Latertiæ, tùnc Judice M. C. V. D. Jo: de Salamanca in cauſa D. Anelli Cuccoreſe cum Dominico Manſo, proceſſus eſt in Banca de Guaragno.

25 Et illud obſervandum ſuccedit quod Gizz. *hic nu. 29. & 30.* ſequuto D. Regent. noſtro *in Conſult. 103.* cogitandū reliquit Clericus tutor vigore decreti Judicis laici, an ab illo pro reddendis computis adminiſtrationis, & reſtituendis reliquis compelli poſſit? Affirmat Aufrer. *in cit. Tract. de Poteſt. ſacul. Regul. 4. Fallent. 25.* Contrarium Deciſum dicit Rovit. *in Deciſ. 20.* & probant elegantèr Paul. de Caſtr. *in conſ. 332. vol. 1.* Specul. *in Tit. de Inſtr. edit. §. nùnc aliqua*, & Mart. *loc. cit. part. 4. caſ. 148.* nam cum Clericus poſſit ſi velit tutelam legi-
26 timam, ſivè teſtamentariam, aut agnationis jure, vel cognationis ſuſcipere *Auth. Praesbyteros, verſ. ſua ſponte. C. de Episc. & Cleric.* Paggius *de Tutor. & Curat. qu. 3.* Montan. *de Jur. Tutel. & Cur. cap. 35. De Excuſat. Tut. & Curat. num. 195.* Cavalcan. *De Tut. & Curat. cap. 1. num. 288. & in Deciſ. 19. num. 15. tom. 3.* Mart. *loc. cit. caſ. 110.* & Carol. de Roſ. *ad Conſuetud. Neap. in Conſuetud. In bonis. num. 40. pagin. 242.* non tamèn extraneorum, quamquàm in teſtamenti tabulis delata ſit, & quantumcumquè velit Surd. *in Deciſ. 207. num. 7. & ex num. 22.* Squillant. *loc. alleg. cap. 14.* Anſald. *ubi ſup. part. 2. tit. 11. cap. 28.* Matin. *de Legit. perſon. cap. 7. n. 35.* & pleniſſimè Caſar. *in quæſt. 19. & §. 2.* Ea exercendi voluntas eccleſiaſticæ jurisdictioni non prejudicat, quia nec volens Clericus ſeculari ſubjicitur Jurisdictioni. *cap. ſi diligenti de For. competent.* Hodiern. *ubi ſup. num. 6.* Matin. *loc. cit. in prælud. num. 39. & 40.* & Caſar. *in quæſt. 15. ex num. 34. ad 38.*

27 Tandèm nota unum Clericum laici hæredem forum non declinare; quoties de executione ſententiæ, contra defunctum latæ per Judicem laicum ageretur, quamquàm à promulgationis illius Die triginta fuiſſent elapſi anni, ut Deciſum refert Caſar. *in quæſt. 28. num. 15. 23. & 24.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXIV.
### SUMMÆ.

1 *Compenſatio ſuaptè natura extrema æqualia exigit.*
2 . . . . . *de illiquido, ad liquidum non admittitur.*
3 . . . . . *vim ſolutionis habet.*, & *num. 16.*
4 . . . . . *ſententiæ executionem impedit.*
5 . . . . . *ut admittatur, clarum debet eſſe creditum, atquè apertum.*
6 . . . . . *an admittatur, cum credito de brevi liquidando?* comprobatur Gizz.
7 . . . . . *quandò cum credito in diem admittatur?*
8 . . . . . *admittitur, quotiès creditum hinc indè ex facto creditoris, & debitoris provenit, non ex perſona tertii.*
9 . . . . . *debiti proprii, cum legato à Creditore relicto admittitur.*
10 *Mariti debitum proprium compenſatur, cum tertiis debitis ex capitali dotali.*
11 *Dotis fructus viro, jure dominii, pertinent, eorumque conditionem conſtante matrimonio deteriorem facere poteſt.*
12 *Compenſatio intèr creditorem, & debitorem à principio fit ipſo jure, abſquè Hominis miniſterio. Præcipuè ad evitandum curſus uſurarum. num. 13.*
14 . . . . . *in credito fiſcali ejuſdem ſtationis obtinet.*
15 . . . . . *in tertii Creditoris præjudicium admittitur. Amplia ut num. 18.*
17 *Pro Credito meo, cum debito ſimilitèr meo ceteris creditoribus quantumcumquè anterioribus præferendus ſum.*
19 *Compenſationis exceptio in comodato admittitur.*
20 *Compenſatio quandò in depoſito obtineat?* declaratur Gizz.
21 . . . . . *nùm in debito Camerali admittatur.*
22 . . . . . *quandò in tributis, & vectigalibus obtineat?*
23 *Legatum filiofamilias minori relictum, patris facta mentione, an patris contemplatione factum cenſeatur?* comprobatur Deciſio.
24 . . . *ab extranea Teſtatrice relictum duabus ex filiabus C. eligendis ab hærede, & Matre, nùm Matris contemplatione factam præſumendum ſit? & nu. 26.*
25 *Donatum patri, & filiis, nulla patris accedente induſtria, filiis pertinet.*
27 *Relictum pro maritagio, nuptiis non ſequutis, non debetur, nec ad hæredes tranſmittitur. & num. 28.*
29 *Pater non acquirens jus in bonis adventitiis filii, non dicitur in creditorum fraudem facere.* Comprobatur D. Reg. noſt.

1 COmpenſationem, ſuaptè natura, æqualia expoſcere extrema, indicat Leotard. *de Uſur. quæſt. 27. num. 26.* & in dies in Palatiis vocitatur dicterium de liquido ad illiquidum compenſationem non fieri, ad
2 Text. *in l. fin. C. de Compenſat.* Corn. *in conſ. 169. part. 1.* Soccin. Sen. *in conſ. 93. verſ. præterèà ille.* Bald. *in conſ. 155. part. 2.* Marant. *in ſpec. part. 4. Diſtint. 6. num. 2.* Cavalc. *in Deciſ. 35. num. 14. tom. 1.* De Amat. *in Deciſ. 24. num. 50.* Larrea *in Deciſ. 87. nu. 16.* Theſaur. *in quæſt. 21. ſub num. 3. lib. 4.* Epiſcop. De Afflict. *in Controv. 36. num. 59.* & conferunt tradita per Villalob. *tom. 2. Tract. 11. Diff. 23.* Sayr. *in Clau. lib. 9. cap. 14. ex num. 6.*, & per Bonacin. *De Reſtit. Diſput. 1. quæſt. ultim. punt. 2. ex num. 11.* Proptereà in præſentis Deciſionis provincia, excluſam compenſationem legitur, mandatumquè latam ſententiam in beneficium Lucæ de Paſtena exequendam fore: etenìm
3 etsì compenſationis exceptio: exquò ſolutionis vim habet. *l. ſi peculium §. 1. ff. de ſtat. liber. l. amplius. ff. Rem rat. haber. l. ſi debitor.*, & *ibi* Alber. *ff. Qui potior. in pignor. & l. ex cauſ. C. de Compenſ.* Grat. *in Diſcept. 728. num. 9.* Surd. *de Aliment. Tit. 8. privileg. 53.* Rot. Roman. *in Recentior. part. 5. Deciſ. 354. num. 2.* Merlin. *de Pignorib. lib. 5. Tit. 1. quæſt. 7. num. 3.* Cenc. *de Cenſib. part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 6. num. 4. & 5. & in Addit. num. 8. & 9.* Seraphin. *in Deciſ. 302.* Rovit. *in Pragm. 1. de Cenſib. num. 28.* & D. Reg. noſter *in Deciſ. 82. num. 27. & ſeq.* ſententiæ executi-
4 onem impediat *l. 2.*, & *ibi* Bald. *C. de Compenſat.* Abb. & Felyn. *in cap. ſuborta. extr. de ſent. & re judic.* Roland. *in cit. l. 2. C. de Compenſ. & in conſ. 28. num. 3. tom. 1.* Cappell. Tholoſ. & *ibi* Aufrer. *in Deciſ. 93.* Io: Bapt. Aſin. *de Execut. §. 4. cap. 68. num. 10.* Cyriac. *in Controv. 224. nu. 6. lib. 1.* Surd. *in Deciſ. 191. nu. 7.* Blanc. *de Compromiſ. Tit. de Except. comprom. quæſt. 4. num.*

Digitized by Google

4. num. 8. Marant. loc. cit. part. 6. verb. Executio. nu. 64. & noviſſimè Motill. in prax. Tit. de in Integr. reſtit. nu. 39. eò creditum clarum, apertum, & liquidum
5 exquirit, ut nullam, quamquàm probabilem diſputationem admittat. Alex. in conſ. 61. vol. 3. & in conſ. 93. vol. 4. Staib. lib. 1. Reſol. 80. num. 4. Surd. in cit. Deciſ. 191. num. 8. & D. Reg. noſter hic num. 28. quem nominatim ſequitur Joſeph Urceol. tom. 2. conſult. 89. nu. 5. maximè in ſpecie facti, qua moramus, creditum namquè, quod Bartholomeus Rapicanus compenſare petierat, altiorem requirebat indaginem, adeoût ſupèr illo S.R.C. terminus impartitus fuit, ut legitur in Deciſione num. 28. & aſſumptum comprobant Rot. Roman. in Recent. part. 2. Deciſ. 237. num. 5. Gratian. tom. 5. Diſcept. 948. num. 5. Poſt. de Manutenſ. Obſer. 65. nu. 5. Graſſ. de Except. in Except. 16. num. 38. Jo: Bapt. Coſt. de Ration. Rat. quæſt. 61. num. 12. Marc. Ant. Mor. apud Roland. Cavagnol. in Deciſ. Conſult. 26. num. 8. lib. 1. & D. Reg. noſter in Conſult. 30. ex num. 10. tom. 1.

6 At ſi de brevi liquidari potuiſſet creditum Rapicani, non dubito quin S. R. C. oppoſitam compenſationem admiſiſſet, ut advertentèr tradit Gizz. hic num. 6. ſequutus D. Regent. Noſtrum in Deciſ. 25. (error namquè fuit ſcribere 26.) num. 37. & examuſsìm probant Gloſ. Pariſienſ. Tit. 1. §. 3. gloſ. 7. nu. 11. Marc. Ant. Mori loc. cit. De Amat. in indicat. Deciſ. 24. num. 7. Hodiern. ad Surd. in Deciſ. 117. num. 13. verſic. & hoc. & videantur Cumia ad Rit. Sicil. cap. 24. Cravet. in conſ. 408. vol. 3. Bald. in conſ. 99. num. 33. tom. 2. Fab. de Ann. in conſ. 62. num. 5. Ludovic. in Deciſ. 38. ex num. 19. part. 1. & Cavalc. de Tutor. ex num. 215. etenìm quæ incontinenti liquidari poſſunt pro liquidatis habentur. l. fin. C. de Compenſat. Alex. in conſ. 90. vol. 3. Contard. in l. unic. quæſt. 24. C. ſi de moment. poſſeſſ. Roman. in conſ. 588. in fin. Galleſ. de Obligat. ad form. Camer. fol. 110. num. 6. Capyc. in Deciſ. 48. num. 3. & D. Reg. noſter in Deciſ. 197. num. 24. Et eandem admitti pro
7 credito in diem, quamquàm dies non venerit, ſi miſerationis gratia tempus fuiſſet indultum, habetur in l. quod in diem & ibi Paul. de Caſtr. ff. de Compenſ.

Obſervo inſupèr hac in contingentia Bartholomeum, Lucæ creditum compenſare petiiſſe, cum ſibi debito per Joſephum de Paſtena, ejuſdem Lucæ filium, ratione legati, quod Patris contemplatione relictum præſumebatur. In Jure: namquè haud ambigitur compen-
8 ſationem admitti, quotiès creditum hinc indè non ex perſona Tertii, ſed Creditoris, & Debitoris provenit l. in rem ſuam 18. §. ſi creditor. l. ſi cum militi, & ibi Gloſſ. in verb. non audietur. ff. de Compenſ. Cravet. in conſ. 149. num. 2. Graſſ. in adduct. Except. 16. ex nu. 20. De Turr. de Camb. Diſput. 2. quæſt. 11. ex nu. 17. Menoch. in conſ. 781. num. 3. Gratian. in citat. Diſcept. 948. num. 4. Altograd. in conſ. 59. num. 31. lib. 1. Staiban. in allegat. Reſol. 80. num. 10. Epiſc. de Afflict. in Controv. 46. num. 36. D. Altimar. ad Rovit. in conſ. 60. num. 1. tom. 1. ſed compenſare debitorem le-
9 gatum ſibi ab hærede creditoris relictum, cum debito proprio, indicat Tex. in l. ſi propter. C. de Compenſ., & Cavalcan. approbat in Deciſ. 22. nu. 42. verſ. & compenſat. lib. 4. Atquè etiàm Maritum compenſare debi-
10 tum proprium cum tertiis à ſuo Creditore ſibi debitis, pro capitali dotali indubium eſt: quia tertiæ prædictæ Viri verè ſunt. l. dotis fructus, & l. ſi quis ſticum. ff. de Jur. dot. l. pro oneribus. C. eod. Tit. Molin. de Contract. Diſput. 431. num. 2. Jo: Bapt. Coſt. de Portion. Rat. quæſt. 155. num. 15. Surd. in Deciſ. 211. num. 27. & in Tract. de Aliment. tit. 7. quæſt. 6. ex num. 8. & quæſt. 17. jure dominii Afflict. in Deciſ.
11 87. num. 6. Merlin. de Pignorib. lib. 2. quæſt. 18. num. 45. Boſſ. De Dot. part. 2. cap. 20. §. 2. num. 1. Fontanell. de Pact. nuptial. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 1. num. 1. & illorum conditionem, conſtante matrimonio, deteriorem facere valere, dixit Faber in ſuo Codic. Tit. 9. lib. 5. Diffinit. 2. & Ludovic. in Deciſ. 21. num. 13. imò & ipſa dos uxore vivente in ipſius bonis non eſt, ſed Mariti, tamquàm dotis Domini l. doce ancillam, C. de rei vindicat. Surd. in Deciſ. 192. num. 7. Gratian. in Diſcept. 300. num. 35. intantum quod ille dominus de præſenti dicatur, uxor verò in ſpe ob reſtitutionem Gloſſ. in l. quamvis. C. de Jur. Dot. Surd. in Deciſ. 278. num. 16. & noviſſimè D. Leonard. Baldut. penès D. Urceol. in cit. Conſult. 89. num. 37.

12 Ulteriùs obſervo num. 17. Compenſationem, quotiès idem eſt Debitor, & Creditor, ipſo jure abſquè hominis miniſterio fieri; ea ſanè communis ſententia eſt, quam probant D. Reg. noſter in cit. Deciſ. 25. & allegati per Nos ibidem in Obſerv. nu. 1. quibus modò ſubnectimus benè ſcribentes Tyndar. de Compenſat. part. 1. artic. 6. ex num. 47. & artic. 7. ſub num. 27. verſ. quid ergò. Medic. in ſimil. tract. part. 1. quæſt. 22. & 50. Neguſant. de Pignorib. part. 2. memb. 3. ſub nu. 23. Stracch. de Decoct. tit. qui potior. in bon. decoct. hab. Rovit. in conſ. 60. num. 2. tom. 1. Rot. Genuenſ. in Deciſ. 190. num. 10. & 19. & Gizz. hic. num. 34. licèt contrarium ſequutus fuiſſet in cit. Obſervat. 25. nu. 6.
13 Præcipuè ad evitandum curſus tertiarum, ſivè intereſſe, aut uſurarum Corbul. de Emphyt. tit. de Cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limit. 5. Crot. in conſ. 95. num. 23. Seraphin. de Privileg. Juram. privileg. 74. nu. 145. Roland. in conſ. 87. vol. 1. num. 26. Fontanell. loc. citat. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 6. ex num. 61. & in Deciſ. 91. num. 9. & in Deciſ. 209. num. 30. Trentacinq. var. reſolut. lib. 3. Tit. de Compenſat. Reſol. 1. num. 24. Tiraquell. de Retract. conſang. §. 3. gloſſ. 3. num. 9. Mareſcot. tom. 2. Reſol. 6. num. 12. Muñoz de Eſcob. de Ratiocin. comput. 14. num. 2. & 13. De Pont. in conſ. 19. Prat. in Diſcept. 6. num. 26. lib. 3. & multis Deciſionibus convallant Merlin. in cit. Tract. de Pignor. lib. 5. Tit. 1. quæſt. 7. num. 6. & Rot. Roman. poſt eund. in Dec. 124. num. 19.
14 Idquè in fiſco etiam procedere, ſi creditum hinc indè ejuſdem ſtationis eſſet, tradunt Tyndar. loc. allegat. art. 5. num. 39. & 40. Ganaver. in Deciſ. 28. num. 13. & De Marin. ad Reverter. in Obſerv. 443. nu. 3. tom. 2.
15 At num in Tertii anterioris Creditoris præjudicium compenſatio admittatur? hujus loci eſt inveſtigare. Affirmant D. Reg. noſter in citat. Deciſ. 25. num. 27. & alii congeſti per Nos ibid. num. 16. reprobato Salgadi, & ſequacium placito: etenìm contracto debito intèr Me, & Te, meum ipſum nomen in obligatione venit Gait. de Credit. cap. 4. ex num. 328. nec diſſentit Salgad. in Labyrint. part. 2. cap. 3. ex num. 1. ad 6. ac proindè inter Me, & Te ab initio ipſo jure, & inſcio compenſare debenti (cum ignorantia hominis non faciat ceſſare operationem legis, Rot. Roman. poſt citat. Merlin. in Deciſ. 124. num. 16. 18. & 24.) facta eſt compenſatio ſi alias uſuras, intereſſe, aut pœnam aliquam incurriſſem Medic. loc. cit. part. 1. quæſt. 22. nu. 3. & alii apud Scacc. de Comerc. §. 2. gloſſ. 5. num. 425.
16 undè cum compenſatio ſolutio ſit Gratian. in cit. Diſcept. 728. num. 9. Maſcard. de Probat. tom. 1. Concluſ. 334. num. 2. Surd. in cit. Tract. de Aliment. tit. 8. privileg. 53. Rot. Roman. in Recentior. part. 5. Deciſ. 354. num. 2. Medic. in cit. Tract. de Compenſ. part. 1. in præfat. nu. 2. Merlin. loc. citat. num. 3. Cenc. de Cenſib. part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 6. num. 4. Epiſcop. de Afflict. in Controv. 28. num. 56. & in controv. 42. ex num. 13. ad 17. Gratian. in Diſcept. 948. num. 1. Giurb. in Obſ. 106. Gait. de credit. cap. 4. quæſit. 7. num. 355. Theod. in Alleg. 69. Carlev. de Jud. Tit. 3. quæſt. 27. ideò ſi per compenſationem, mihi ipſi creditori ſolvi, & creditum, quod debebam extinctum eſt; extincta etiàm eſt hypotheca anterior, quam tui creditores ſupèr debito habebant, ad inſtar illius debitoris, qui ſolvendo creditori

ſuo

Digitized by Google

ſuo eſt liberatus, nec ampliùs moleſtari poteſt Salgad. *loc. cit. ſub nu.* 15. imò quod ſupèr meo debito pro cre-
17 dito ſimilitèr meo ſim cæteris creditoribus quantumcumquè anterioribus præferendus probant Merlin. *loc. cit.* D. Reg. noſt. *in alleg. Dec.* 25. *n.* 27. & Rodoer. *Con.* 45. *n.* 40. *ad* 53.

18 Potiſſimùm ſi ageretur ſupèr patrimonio decocti cum eo caſu militet major ratio inducendi ipſo jure compenſationem ad evitandum damnum amiſſionis crediti, & ſolutionis debiti Epiſc. de Afflict. *in controv.* 41. *ex nu.* 26. Scacc. *loc. citat. num.* 436. & De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 53. *nu.* 5. & probat D. Rodoer. *ubi ſup. ex nu.* 6.

19 Compenſationem in commodato non obtinere tradunt Arumæus *in Exercit. Juſtin.* 12. *Theſ.* 13. Paul. Berenſ. *in Diſput.* 9. *Th.* 2. *quæſt.* 1. Forſter. Jun. *lib.* 3. *Diſputat.* 16. *Th.* 13. Schifordeg. *in Tract.* 2. *quæſt.* 2. Hilliger. *ad Donell. lib.* 16. *cap.* 15. *ad lit.* X. Sed contrariam opinionem meliùs prædicant Cujac. *lib.* 9. *Obſerv.* 37. *&* *ad Paul. lib.* 2. *ſentent. Tit.* 12. *§. ultim.* Schickhard. *Diſput.* 20. *th.* 5. *liter.* B. *num.* 1. Hunnius *Diſput.* 20. *th.* 16. *& in lib.* 3. *var. reſol. tract.* 3. *part.* 3. *quæſt.* 4. *fol. mihi* 937.

20 In depoſito compenſationis exceptionem non admicti voluit Gizz. *hic num.* 16. & probant Gratian. *in Diſcept.* 273. *num.* 4. Rodriq. *de Concur. credit. part.* 1. *artic.* 6. *num.* 203. & Motill. *loc. cit. Tit. ultim. num.* 39. *circ. fin.* ac legitur *in l. ſi quis vel pecunias. C. Depoſit. l. fin. C. de Compenſ. & in §. in bonæ fidei Inſtit. de Action.* Hoc verò dictum procedere in foro exteriori tantum placuit Jo: Valer. *in verſ. Compenſatio. Diff.* 3. *nu.* 2. Lopez *part.* 2. *inſtr. cap.* 5. Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *miſcel. Reſol.* 48., & Leſſ. *in lib.* 2. *cap.* 12. *Dub.* 10. *num.* 60. Et Gratian. dixit compenſationem admicti in depoſito ex mutuo deſcendente, utputà ſi à Me Tibi mutuatam pecuniam, penès Me depoſuiſti *in citat. Diſcept.* 273. *ex num.* 25.

21 Adversùs Cameralem obligationem compenſationem non obtinere ſcribunt Galleſ. *loc. citat. pagin.* 72. *num.* 6. Put. *in Deciſ.* 452. *part.* 2. & Antonin. *lib.* 2. *Reſol.* 36. *num.* 12. ità paritèr in terminis præſentationis inſtrumenti ad Ritus formam, aut incuſandæ obligationis penès acta, ratione juramenti aſſerunt Afflict. *in Deciſ.* 381. & *ibi* Urſill. Marin. Frecc. *de Præſent. Inſtr. part.* 17. Tu verò id intelligas, quotiès creditum, quod compenſare petitur non dependeret ex publico documento, juramenti ſacramento vallato, ut perbellè tradunt Galter. *in prax. liquidat. part.* 2. *ultimæ partis principal. verb. atquè in iis diſcutiantur exceptiones. num.* 6. Medic. *in pluriès citat. Tract. de Compenſ. part.* 1. *quæſt.* 25. *n.* 26. D. Galeot. *lib.* 1. *Controv.* 41. *ex nu.* 17. De Afflict. *in Controv.* 34. *num.* 32. & ad rem ſpatiantur pleniſſimè Antonin. de Amat. *Reſol.* 17. *tom.* 1. Gratian. *in Diſcept.* 728. Carpan. *ad ſtat. Mediol. tom.* 1. *cap.* 42. *ex num.* 174. Cavalc. *in cit. Tract. de Tutor. num.* 216. *& in Deciſ.* 9. *num.* 10., *& in Deciſ.* 35. *nu.* 14. *lib.* 1. Cancer. *part.* 2. *cap.* 3. *ex num.* 60. Caſtil. *in Controv.* 23. *ex num.* 78. Oſuald. *ad Donell. in cit. lib.* 16. *cap.* 15. Scanarol. *de Viſit. Carcerat. lib.* 3. *cap.* 10. Ricc. *in Collect.* 800. *&* 2445. Ciarlin. *in Controv.* 169. *num.* 65. Arias de Meſa *lib.* 3. *Reſol.* 38. Gallerat. *tom.* 1. *De Renunciat. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 72. Gyriac. *in Controv.* 441. Guttierez *de Juram. Confirm. part.* 3. *cap.* 6. *circ. fin.* Cevall. *de Cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 1. *& Comm. contr. comm. quæſt.* 221. Fachin. *in Controv.* 7. *lib.* 1. Thor. *in compend. Deciſ. verb. Compenſationis exceptio tom.* 1. & Urceol. *in cit. tom.* 2. *Conſult.* 61. *ex num.* 37.

22 Tandèm compenſationem in Tributis, & Vectigalibus non obtinere dixerunt Borcholt. *de Compenſat. cap.* 5. Trentacinq. *in cit. Reſol.* 1. *num.* 11. Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 6. *Tit.* 7. *num.* 15. Cujac. *Obſervat. lib.* 2. *cap.* 13. Monet. *de Decim. cap.* 9. *num.* 137. & Tholoſan. *lib.* 21. *Syntagm. cap.* 22. *num.* 2. Niſi de evitando uſurarum curſu ageretur Tyndar. *loc. cit. art.* 5. *num.* 39. & De Marin. *ad Reverter. in alleg. Obſerv.* 443. *nu.* 2.

23 Obſervandum modò ſuccedit, nùm Legatum filiofamilias minori, relictum Patris facta mentione, contemplatione Patris factum cenſeatur? S. R. C. in facti contingentia hujus Deciſionis impartitus fuit terminus in cauſa. Ego verò hoc in dubio indubium teneo; tunc Patris contemplatione legatum relictum cenſeri, quotiès nedùm illius, in legato mentio facta fuerit ad Text. *in l. filiofamilias* 22. *ff. de Condit. & Demonſtr.* verùm etiàm ſi nulla intèr Teſtatorem, & legatarium meritorum occaſio concurreret, ſed Genitoris, ut optimè indicat Rodoer. *in Conſ.* 12. *num.* 6. & perlatè probant Surd. *in Deciſ.* 322. *num.* 47. Staiban. qui ſic Deciſum refert per S. R. C. *in Reſol.* 44. *ex num.* 10. *ad fin.* Maſcard. *de Probat. tom.* 2. *Concl.* 968. *num.* 19. Matut. de Azeved. *in Diſquiſit.* 24. *num.* 10. Rovit. *in Deciſ.* 12. *nu.* 19. D. Rocc. *de Offic. Rub.* 3. *de Off. ampliat. num.* 95. D. Altimar. *ad Rovit. in Conſil.* 40. *nu.* 1. *tom.* 1. & conferunt poſita per Jacob. Gall. *in conſ.* 43. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 8. Mantic. *de Conject. lib.* 15. *tit.* 21. *num.* 24. Larrea *in Deciſ.* 33. & per Fontanel. *in Deciſ.* 369. præcipuè concurrente præſentis Deciſionis facto, ubi relictum filiofamilias minori in ipſo legato patris mentiòne facta, genitoris comodum reſpiciebat, etenìm illud pro filii patrimonio relictum fuerat, & donèc ad Sacerdotium aſcenderet ipſi ſolvendum eſſe certum quid ratione interuſſurii pro alimentis, & pedagogis Soccin. *in Conſ.* 72. *num.* 10. *vol.* 3. Intrat hìc regula quod mea contemplatione datur mihi datur *l. dedit. ff. de Collat. Bonor. l. ſed etſi plures §. in arrogato. ff. de Vulgar. & Pupill.* niſi contrarium fuiſſet expreſſum Cancer. *lib.* 1. *Tit.* 7. Undè Cardin. Mantic. *loc. citat. lib.* 4. *Tit.* 9. *ex num.* 23. dixit, quod ſi filii patris contemplatione inſtituti ſint, patri hæreditatem acquiri, filii verò in teſtamento honorati, ut fuit Deciſum in cauſa hæredum Præſ. Minadoi cum Regali Monaſterio Monialium Sancti Sebaſtiani decernendo donationem factam filiæ, in ſubſidium maritagii, patris contemplatione; patri quantitatem donatam ſpectare teſtibus De Marin. *ad Reverter. in Obſerv.* 285. *num.* 1. *circ. med.* & De Roſa *in Gloſſograph. ad Conſuetud. Neap. pagin.* 74. *ex num.* 231. *ad* 235. ſicquè etiam donata filio infanti in baptiſmate à Compatre, apertiùs probat Mart. *de Juriſd. part.* 4. *caſ.* 45. *num.* 7. & poſt alios Giurb. *in Obſerv.* 6. *num.* 8. Matri verò acquiri fuit voti Theſaur. *lib.* 3. *quæſt.* 15.

24 Sed hæc non applicari in quodam legato, ab extranea Teſtatrice relicto, duabus ex filiabus C. pro maritagio, eligendis, à dicta earum Matre, & à Teſtatricis hærede; ſuperioribus annis dicebam in ſenatu pro D. Judicta Caſella exquò nulla in Matrem teſtatricis prædilectio, aut meritorum ratio, conjecturis producebatur, ſed quædam mera pietas erga puellas illas virgines intactas, & pauperes; Relictum, namquè filiis ſub patria poteſtate exiſtentibus, non patris contemplatione ſcriptum probat Mantic. *eod. loc. lib.* 8. *tit.* 16. *num.* 4. quamvis in legato, ſivè donatione Patris mentio facta ſit Gratian. *tom.* 5. *Diſcept.* 971. *num.* 7. & quod dona-
25 tum, aut patri, & filiis relictum nulla accedente Genitoris induſtria filiis non uti filiis donatum, vel relictum cenſeatur, voluerunt Fontanell. *in cit. tract. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *part.* 1. *num.* 7. 10. *&* 11. Lanar. *in Conſ.* 89. *nu.* 6. & Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 324.

26 Nec vis erat facienda in illo, filias eligendas eſſe à Matre, quia Hæredem ſuum, etiam Teſtatrix adjunxerat; Inſupèr quatuor C. habebat filias, quarum comes erat paupertas, nec omnes expediens erat connubio jungi, vel pulchra, deformis, minorem dotem indigebat, ad tradita per D. Reg. noſtrum *in Deciſ.* 125. *nu. ult.* Pulchritudo enim fœmininum dotarium dixit Ovid. 8. *Metam.* quia Cicer. teſte *lib.* 2. *Offic.* Pulchritudo cor-



Digitized by Google

corporis, apta compoſitione membrorum, movet oculos, & delectat, hoc ipſo, quod omnes partes, quodam lepore conſenſiunt, & Ariobarzanen origine Medum ob inſignem corporis formam, & præclarum animum, volentibus Armeniis, cæteris concurrentibus præfuiſſe refert Tacit. *lib. 2. Annal. n. 1.* & nonnulla dat Author Polyant. *noviſſim. noviſſ. tom. 2. lib. 17. verb. Pulchritudo.*

27 Ac proindè ſupremo accedente dictarum filiarum fatu, nuptiis non feſtinatis, legatum pro maritagio ſcriptum, caducatum probant Fab. *in ſuo Cod. Tit. de Condit. inſert. Diffinit. 9.* Noal. *de Transmiſſ. caſ. 17. num. 4.* De Marin. *lib. 1. Reſol. 246. num. 8.* & *ibi* Rodoer. *num. 1.* Staiban. *in alleg. Reſol. 88. num. 26.* Sanfelic. *in Deciſ. 87. nu. 1. tom. 1.* Facchin. *lib. 5. Controv. 48.* Molfeſ. *ad Conſuet. part. 4. de ſucceſ. ab inteſt. qu. 3. nu. 6.* Bald. Novell. *de Dot. part. 6. privileg. 76.* Jacob. de Gell. penès De Marin. *tom. 3. Reſol. Allegat. 17.* & Matut. de Azeved. *in Diſquiſit. 39.* relictum, namquè ſub condi-
28 tione; talis naturæ eſt, ut mortuo legatario, conditione haùd impleta ad hæredes non tranſmittatur, Mantic. *loc. indicat. lib. 11. tit. 20.* Noal. *eod. loc. cap. 1.* Gomeſ. *lib. 2. Reſol. 5.* Fab. *in cit. Codic. tit. de fideicom. Diffinit. 38.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 165.* Peregrin. *de Fideicomm. art. 16. num. 121.* Tomaſ. *in Tract. de Majorat. tit. 24. cap. 6. num. 7.* Thad. Piſo *lib. 2. var. reſol. cap. 6. n. 13.* Gall. *de Except. ſucceſ. except. 24. nu. 15.* Nec reſiſtit Gizz. *in Obſ. 107. num. 3.* quia in illa facti ſpecie legatum dotis purum prolatum fuiſſe quiſquè legens facilè deſumit *ex num. 4.*

Et ex his referente in M. C. V. tunc Judice Aſtuto Obtinui revocationem plurium decretorum quod D. Judicta ſolveret vigore legati, & fuit impartitus terminus in cauſa, acta ſunt in Banca de Angelis penès ſcribam Faticatum. Pars tandèm ex adverſo prudentèr à petitione diſtulit.

29 Denique Obſervo *num. 26.* Patrem non dici in creditorum fraudem facere; Jus in bonis adventitiis filii non acquirens, vide ad ornatum Gratian. *to. 1. Diſcept. 137. & 271.* Trentacinq. *lib. 2. Tit. de Minor. Reſol. 9. num. 6.* Caſtill. *lib. 5. cap. 112. ex num. 9.* & intellige juxtà tradita per Nos *in Obſerv. 8. num. 18.*

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CXXV.

### SUMMÆ.

1 *Mares, in fœminas, & econtra quandoquè mutati.*
2 *Maſculiationis vox: quid apud Nos ſonet.*
3 *Ætas, adhoc ut ſororis maſculiatio obtineat, quæ?*
4 *Ætatem ad matrimonium congruam, quam extimaverunt nonnulli.*
5 *Requiſitionem fratris, qualem Maſculiatio expoſcat? & num. 6.*
7 *Soror, num maſculietur fratre in minori ætate conſtituto?*
8 *Minor, an in mora conſtitui poſſit?*
9 *. . quotiès in damno eſt per in integrum reſtitutionis beneficium ſuccurritur.*
*Amplia, ut num. 10.*
11 *Frater, an in fraudem creditorum differre valeat maritare ſororem, ut maſculietur?*
Comprobatur Opinio Gizz. *adverſus quem ſtat* Bottilier.
*Refertur Diſtinctio* D. De Luca. *num. 12.*
13 *. . poteſt admittere ſororem ad feudum, in præjudicium ſuorum creditorum.*
14 *Soror Maſculiata, quandò ſororem non maſculiatam excludat?*
15 *Facultatis impotentia: quandò fratrem à maſculiatione excuſet: & num. 16.*
17 Deciſ. præſens, *qua ratione proceſſit, exponitur.*
18 *Legitima debetur filiis utriuſquè ſexus una cum fructibus a Die mortis Patris.*
19 *Sorori, quæ à fratre alimenta obtinuit debetur paragium abſquè intereſſe.*

1 MAres in Fœminas, ineptia potiùs, vel flagitio mutatos invenio, apud Eutrop. & Lamprid. *in Heliogab.* Petr. Meſſ. *in Sylv. var. lect. part. 2. cap. 26.* & penès Philip. Beroald. *in Comment. ad Tranquil. in Neron. cap. 13. verſ. à Doryphoro.* At in Mares Fœminas converſas, quamquàm notum illud Tireſiæ *in lib. 3. Metamor.* Ovidii *pag. 81.* pateat, & fabellas ea de re narrent Sanſovin. *Giorn. 3. Novel. 1.* & Straparol. *lib. 2. Noct. 3. Favol. 7.* id verè eveniſſe Gell. tradit *in lib. 9. Noct. Atticar. cap. 4. verſ. libitum tamen.* atquè ævo ſuo vidiſſe teſtantur Plin. *lib. 7. Hiſtor. Natur. cap. 4.* Pontan. *de Reb. Cæleſt. lib. 10. pagin. mihi 250.* & Jo: Bapt. Fulgoſ. *in lib. 1. De Fact. memorab. cap. 6. pagin. mihi 52.*

Agitur hoc loco de Fœminarum maſculiatione. Terminum iſtum jure Quiritum ignotum, ac noſtrarum Conſuetudinum compilatoribus, luculentèr oſtendit Carol. De Roſ. *in Gloſſograph. ad Conſuetud. pagin. 82.*
2 *num. 280.* Ea verò vox nil aliud ſonat niſi fœmina modalitèr, & ad tempus, jure municipali excluſa, ob temporis lapſum, in maſculi fratris contumaciam, uti maſculus ad ſucceſſionem admiſſa Iſern. *in Conſt. in aliquibus. verb. Quintumdecimum.*

Cæterum Deciſionem iſtam memorat D. Reg. noſter *in Deciſ. 59. num. ult.* & *ibi* Nos *in Obſerv. ex num. 13.*
3 *ad 20.* ubi tradidimus, ad hoc ut maſculiatio obtineat, ſexdecim Annorum, completam ætatem requiri; ad Tex. *in Conſuet. ſi moriatur. §. eaſ.* ac Deciſionem relatam ex Afflict. *in Deciſ. 159. & 170. & utrobiquè* Urſill. nècnon traditum per Hodiern. *in Controv. 23. nu.*
4 *25.* qua ætate, ſuperiores noſtri, optimum fœminis terminum ad nuptias contrahendum extimaverunt; Ariſtotel. verò *Politic. lib. 7. cap. 16. pag. mihi 822.* atquè Plat. *de Legib. lib. 4. & 6. in fin., & De Republ. lib. 5.* & Ægid. Roman. *de Regim. Princip. lib. 1. part. 2. cap. 16.* Fœminas Decimo octavo Anno nubere ſtatuerunt, nèc diſſentit Nevizan. *in Sylv. nupt. tit. Qualitas conjugum.* Heſiodus tandèm græco idiomate alloquens *in lib. 2. oper.* latinitati ſic redditus monuit

*Junge tibi uxorem, dùm firmus adhùc vigor adſit.*
*Annos cum numeras terdenos, pluſvè minuſvè,*
*Aptum eſt conjugium. Decimo ſed fœmina quarto.*
*Anno pubeſcit. nubat mox deindè ſequenti.*

ac hac in re ſpatiantur Div. Thom. *4. ſentent. Diſtin. 34.* Sanct. Auguſtin. *lib. 2. de Bono Conjugali.* Torquat. Taſſ. *in Dialogo cujus Epigraphe eſt Paterfamilias.* Petr. Meſſ. *loc. cit. part. 2. cap. 13.* Navar. *in conſ. 4. de Deſponſ. impub. tom. 2.* Medin. *de Sacror. Homin. continent. lib. 5. cap. 74. erga fin.* Sot. *de Inſtit. Sacerd. cap. de Matrim. lect. 5.* Tiraq. *lib. 6. leg. Connub. ex num. 41.* & Author Polyantheæ *noviſſimar. noviſſ. tom. 1. §. matrimonium. pagin. mihi 819.*

5 Atquè quod Frater, per Sororem ſe velle connubio jungi requiſitus ſit; nè excuſari valeat de ignorantia; cum Conſuetudo illum ſororis voluntatem explorare non cogat, ſed maritare differentem punire intendat. Napod. *in adduct. Conſuetud. num. 42.* Buccin. *ad eund. Napod. pagin. 91. verſ. hanc Conſuetudinem.* De Leo *ibid. pag. 92. verſ. an ſit neceſſaria.* Franc. de Amic. *in cap. 1. §. prodeſt iſto. , & §. & veniendo ad primam. utrobiquè num. 11. Tit. de iis, qui Feud. dar. poſſ.* De Pont. *in conſ. 50. num. 5.* Provenz. *in Obſerv. 22. ad cit. Conſuetud. num. 8.* & Thor. pluriès repetiit *in tom. 1. com-*

Digitized by Google

1. compend. verb. Interpellatio., verb. ſoror ſi fratrem.,
& verb. ſoror ad hoc. probantquè Ricc. in Collect. 145.
De Franch. in Deciſ.412.& ibi De Luc.
6 Modò tamèn requiſitio congruo loco, & tempore
proceſſerit; exploratum habeo ex D.Reg.noſtro hìc nu.
4. cui accinunt Provenz. in adduct. loc. Obſerv. 21. &
in alleg. Obſerv. 22. eod. num. 8. Gizz. hoc loc. num. 5.
& noviſſimè Mut. Groſſ. in cit. Conſuetud. num. 8. &
De Roſa ibid. num. 312. ac ſumitur ex Tex. in l. cum
filiusfamilias 49. §. ſi promiſſor. ff. de Verb. Oblig. ſatiſ-
què eſſe illam extrajudicialitèr fieri probavimus in cit.
Obſervat. 59. num.16. & 17.
7 Minor: an ob eandem contumaciam tali alligetur pœ-
næ? ad Afflict. & Provenz. remittit ſe Gizz. hìc nu.30.
Ut nullo modo minor interpellari poſſit legitur in cit.l.
cum filiusfamilias §. in hac ſtipulatione atquè adèo illi
non currere tempus, de quo ſcribimus concludit Ca-
rol. De Roſa loc. indicat. num. 313. nominatìm contra
8 Afflict. in cit. Deciſ.370. adſtipulatur etiàm minorem
haùd in mora conſtitui poſſe ad Tex. in l. ſi dictum §.
fin. ff. de Evict. Mantic. de Conjectur. lib. 7. Tit. 10. n.
2. Hodiern. ad Surd. in Deciſ. 262. num. 13. Partem
verò affirmativam cum Afflict. meliorem probant Læl.
Caput. in indicat. Conſuet. part.1. §. 10. num.24. Mol-
feſ. part.4. quæſt. 4. num.2. & Provenz. loc. cit. Obſerv.
28. ex num. 8. qui num. 12. adversùs maſculiationem
per in integrum reſtitutionis beneficium ſuccurri ſua-
9 det authoritate rei judicatæ: minor namquè quotiès in
damno eſt hoc potitur beneficio l. ait prætor. ff. de Mi-
norib. l. 1. C. ſi adverſ. ſolut. Burſat. in conſ. 427. ex n.
8. Surd. in conſ.199. num.5. tom.2. & in conſ.576. tom.
4. & in Deciſ.104. num.24. Cavalc. in Deciſ.46. num.
200. & in Deciſ.263. num. 1. tom. 1. Covar. lib. 1. Re-
ſol.5. Ann. in conſ.72. num. 24. Fab. in ſuo Codic. tit.
25. Diffin. 3. lib. 2. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.
14. gloſ.18. part.3. num.54. Mar. Antonin. Maceraten.
lib. 2. Reſol.8. ex num. 56. De Marin. lib. 1. Reſol. 73.
num.6. & Reſol. 329. num. 16. Marcell. Calà de Mod.
10 articul. gloſ. unic. §.2. num.1096. & noviſſimè D.Hie-
ronym. Calà de in Integr. reſtit. quæſt. 6. num. 14. &
quæſt. 13. nu. 21. Et hæredibus prodeſſe indicant Mol-
feſ. in cit. loc. quæſt. 8. & Provenz. in adduct. Obſerv.
28. ex num.14.
11 Fratrem in ſuorum creditorum fraudem differre poſ-
ſe maritare ſororem, ut maſculietur, ſcribit Gizz. hic n.
25. & probant Seraphin. in Deciſ.396. num. 6. Coſt. de
Remed. ſubſid. Remed. 24. num. 7. Hodiern. ad Surd.
in Deciſ. 140. num.11. Provenz. in Obſerv. 28. num.8.
De Pont. in conſ.74. num.10. vol.1. quia nolens acqui-
rere patrimonium ſuum non diminuit, & fratribus
Conſuetudinis vigore jus quæſiti adèo non eſt, ut ſic re-
nunciando aliquid ſui patrimonii frater diminuere vi-
deatur, faciunt tradita per Fontanell. loc.citat. clauſ.4.
gloſ.9. part.5. nu. 94. ſed reſiſtit Bottilier. de ſucceſſ. tit.
de Excluſ. parag. theorem.4. num.10.
12 Diſtinguit De Luc. ad De Franch. in Obſerv.101. nu.
24. Fratrem requiſitum, maſculiari ſororem permitten-
tem, quià dotem noluit aſſignare; ab illa, quæ privi-
legium ſtatuti in maſculorum beneficium introdu-
ctum, uti noluit. Primo caſu, cum tractetur de jure
quærendo in fraudem creditorum maſculiationem ad-
mittendam non eſſe concludit. Secundo verò cum quis
ſtatuti beneficio in creditorum prejudicium renuncia-
re poſſit, atquè etiàm lucro dotis ex illo proveniente,
contrarium fatetur.
13 Poſſe admittere Fratrem Sororem, in præjudicium
ſuorum creditorum, ad feudum, authoritate Bald. in l.
maximum vitium. C. de Liber. præterit. voluit Afflict.
in citat. Conſtit. in aliquibus. num.31. ſed in feudo ma-
ſculiationem non obtinere dixit De Pont. in indicat.
conſ.74. num.4.
14 Unum modò advertendum, non abſrè cenſeo, quod
licèt maſculiata cum aliis fratribus ſuperſtitibus, præ-
defuncto fratri in virili ſuccedat Provenz. in cit. Obſerv.
21. De Marin. lib.2. Reſol. 218. num.14. etiàm in Feu-
dis longobardis, ut declarato Barulo ſcribit Conſil. Petr.
in Rit.50. num.10. verſ. ex quo apparet. Et ſororem non
maſculiatam excludat; niſi ad ſucceſſionem cum illa
maſculo deficiente concurrat, quo caſu æqualitèr ſucce-
dere indicat De Franch. in Deciſ.412. ſub num.4. Con-
ſuetudo, namquè fœminas, fœminis non prætulit ſed
proptèr maſculos excludit, Hodiern. in adduct. Controv.
23. nu. 58. Undè ob exiſtentiam maſculi ideò non ma-
ſculiata excluditur à prędefuncti fratris ſucceſſione: quia
maſculiata à fratre non à ſorore capit, Caput. ubi ſup.
part.1. §.10. num.48. verſ. ſi verò. Hodiern. loc. cit. nu.
58. & 59., & Provenz. in indicat. loc. Obſerv. 27.
nu.14.
15 Obſervo ſingularitèr hìc Juliam Capyciam Galeo-
tam, à maſculiationis petitione excluſam non ob inter-
pellationis defectum, ut ſumitur ex D. Reg. noſtro num.
2. & 3. nec ob rei ſivè facultatis impotentiam; etenìm
ſatis ſatiſquè erat fratri interpellato de facultatibus in
paterna hæreditate remanſis paragium aſſignare ex
probatis per Nos in adduct. Obſerv.59. num.19. & hanc
veritatem quam non cognoverat Gizz. ibid. num.13. fa-
tetur hìc ex num.21. ad 23. & ſi hæreditas illa protinùs
facultate careat ſecurè frater à petitione excuſatus abiſ-
16 ſet Groſſ. loc. citat. num.9. Sed tantum quia deforme,
& imperfectum nihil ſe ipſum ornare, poteſt Marſ. Fi-
cin. in Plut. conviv. Orat.6. cap.18. Conſideraverùnt S.
R.C. Patres quod verè dicta Julia erat curvata, & defor-
mis, ac non ità facilè virum invenire potuiſſet cum quo
17 nubere valeret ſecundùm conditionem ejus natalium
cum ſatis parva dote. verba ipſiſſima ſunt D. Reg. noſtri
hìc n.9. cir. fin. Valida ergò fratri nè maſculiatio obti-
neat occaſio eſt ſe ideo ſorori intra terminum annorum
ſexdecim dotem non aſſignaſſe, Decor familiæ, Defor-
mitas ſororis, juncta patrimonii tenuitate.
18 Denìquè obſervo S. R. C. ſententia ſtatuiſſe Juliæ de-
beri Paragium liquidandum una cum intereſſe pro
quantitate, & tempore liquidando. Indè noto, quod et-
sì filiis utriuſquè ſexus legitima debeatur una cum fru-
ctibus à die mortis Patris, Merlin. de Legitim. lib.1. Tit.
2. quæſt.1. Giurb. in Deciſ.65. De Præt. de Ultim. vo-
lunt. lib.3. ſolut.6. num.2. fol.148. & alii adducti ex To-
maſ. de Legitim. Tit.4. num. 1. tamèn ſi ſorori à fratre
19 alimenta præſtita fuiſſent, paragium abſquè intereſſe
deberi probant Reverter. in Deciſ. 366. nu. 4. & ibi De
Marin. num. 5. & lib.2. Reſol. 166. num. 15. Caput. in
cit. part.2. §.2. nu.26. & De Georg. in Allegat. 11. n.6.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXVI.

### SUMMÆ.

1 Repreſentatio, in emphyteuſi Eccleſiaſtica, conceſſa pro ſe, filiis, & nepotibus, non admittitur.
2 . . . . . . locum obtinet in emphyteuticaria conceſſione hæreditaria.
3 . . . . . . in Feudo hæreditario datur.
4 . . . . . . nùm in ſucceſſione majoratus obtineat? pugnant Ciryer, & Azeved. cum Robles, Caſtil., & Urceol.
5 . . . . . . locum habet in Fideicommiſſo conventionali.
Contrarium. num.6. D. Rodoer. reprobat D.Reg.noſtr.
7 . . . . . . obtinet in fideicommiſſo cum Clauſula in ſtirpes.
8 . . . . . . non habet locum in ſucceſſione Primogenitura.



Digitized by Google

9 Emphyteuſis conceſſa ad tertiam generationem, an primus acquirens computetur. adverſus Ciarlin.& Ricc. ſtant Clar. De Marin. Rodoer. & alii. num.10.

11 Fœmina per ſtatutum excluſa ſtantibus maſculis, ob illorum exiſtentiam ab Emphyteuſi conceſſa pro filiis utriuſque ſexus excluditur.

Niſi maſculi deficerent.

12 Emphyteuſi conceſſa pro linea maſculina, & fœminina, maſculina præfertur.

13 Fœmina regularitèr in Emphyteuſi non comprehenditur.

14 . . . quandò comprehendatur in Emphyteuſi laicali pro ſe, & filiis conceſſa?

15 Nepos ex propria perſona, cum patruo ſuccedit, patruo prædefuncto ex perſona patris.

16 Jus accreſcendi in Emphyteuſi Eccleſiaſtica non admittitur.

1 PRævaluit hac in contingentia ſententia Rotæ Romanæ in Emphyteuſi Eccleſiaſtica pro ſe, filiis, & nepotibus conceſſa, repręſentationem non obtinere: quiſque enìm ex propria perſona vocatus præſumitur, & cum pro hæredibus recepta non fuerat, quicquàm hæreditarium poterat continere. Deciſionem nominatìm memorant, & ſequuntur Montan. in Controv. 3. ex nu. 1. ad 10. De Marin. tom.2. Reſol. 216. num. 7. D. Altimar. ad Rovit. in conſ.23. num.3. tom. 1. D. Rodoer. in Conſ. 22. num. 42. & noviſſimè Groſſ. ad Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. Annotat.17. nu.16.& D. Panſut. in controv.1. num. 19. ac probant elegantèr Capr. in conſ. 5. col. fin. Natt. in conſ. 127. Pariſ. in conſ. 18. & 40. vol. 2. Menoch. in conſ. 200. tom. 2. ex num. 61. & in conſ. 498. ex nu.20. tom.5. & De Præſumpt. lib.4. præſumpt. 95. ex num. 42. Jo: Crot. in cap. Raynutius de Teſtam. Ruin. in conſ.101. num.12., & in conſ.162. nu. 11. vol. 2. Curt. Jun. in l.2. C. de ſucceſ. edict. nu.14., & in conſ. 22. col.3. & Cenſal. ad Peregrin. de Fideicom. pagin. mihi 72. verſ. Quartò obſervo.

2 Secùs ſi in Emphyteutica conceſſione de hæredibus mentio facta fuiſſet Henric. à Roſental. de Feud. cap. 2. concluſ. 33. Thom. de Marin. de Gener., & Qualitat. Feud. Tit. de Feud. hæredit. num. 34. & 36. De Put. de Finib. Feud. cap.33. num.3. & 13. Afflict. in cap.1. nu. 7. Tit. de eo qui ſibi, & hæredib. ſuis. Reverter. in Deciſ.79. & ibi De Marin. num.1. Fachin. in controv.3. & 6. lib.7. Maſcard. de Probat. tom.2. concl.767. Molineus author damnatus ad Alex. in conſ.30. nu.15. vol.1. Villalob. comm. opin. lit. F. num. 2. Boſſ. in Tit. de Princip. num.304. Merlin. de Legitim. lib.2. tit.1. quæſt.4. num.1. Scrader. de Feud. part.3. ex nu.19. Frec. de Diſſent. intèr Feud. ex pact. Different.10.16. & 33. De Curt. in Diverſ. Feud. pagin. 488. num. 48. & 52. Soarez recept. ſentent. lit. F. nu.99. Jordan. Urſin. part.2. quæſt. 3. art.1. num. 30. pag. mihi 79. verſ. Mantica limitavit. Piſtor. lib.2. quæſt.1. Jo: Harpprech. tom. 3. Inſtit. Tit. de Hæredit. quæ ab Inteſtat. deferunt. num.171. & Joſeph Urceoli lib.1. conſult.32. nu.22. & 23. quia hæres, defuncti Patris perſonam repręſentat Angel. in l. Gallus. §. quidam rectè. col.2. ff. de Liber. & poſth. Cuman. in l. cum ità §. in fideicommiſſo. ff. de Legat.2. & Urceol. in cit. lib.1. conſult.12. n.10. Et in Feudo hęreditario ſcri-
3 bunt Avendan. ad Leg. Taur.40. gloſ.12. nu.45. & 46. Valaſc. de Jur. Emphyt. quæſt.50. num.24. Menoch. in indicat. conſ.200. num.54. & 64. lib. 2. Molin. De Juſtit. tom.3. Diſput.626. ſub num.3.

4 In majoratus ſucceſſione repræſentationem non obtinere, etiam in primo gradu: quia de ſucceſſione individua agitur, probant Jo: Ciryer de Primogen. lib. 1. quæſt.4. art.6. & Matut. de Azeved. in Diſquiſit. Legal. 10. num.12. Sed pro contrario videantur Robles de Repræſentat. lib.2. cap.20. num.10. Caſtil. lib. 2. Controv. 20. ex num.7. & lib.3. controv.19. num. 86. & Urceol. loc. nupèr citat. num.11.

5 Quìd dicam in fideicommiſſis conventionalibus? Repræſentationi fieri locum aſſerunt Odd. in conſ. 39. Peregrin. de Fideicom. artic.21. num.13. Fontanel. in Deciſ.584. num.12. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 485. num.13. Tomaſ. de Primogen. Tit. de Pact. primogen. num. 367.
6 & D.Reg. noſter in Conſult.61. ex num.20. tom.1. Contrarium verò optimis mediis firmant Montan. loc. citat. Cenſal. in indicat. verſ. Quartò obſervo circ. fin. Velaſq. de Jur. emphyt. quæſt.50. ex nu.12. & noviſſimè reprobato nominatìm D.Regente noſtro probat Jo: Leonard. Rodoer. in adduct. Conſ. 22. num.37. & 38. At ſi fideicommiſſum à Teſtatore ordinatum fuiſſet vocatis in-
7 ſtitutis, cum Clauſula in ſtirpes, repræſentationem obtinere tradunt Michalor. de Fratrib. part.3. cap.20. nu. 17. Fuſar. loc. allegato quæſt.482. ex num. 13. & in citat. quæſt.485. num.115. & rursùs in conſ. 89. nu. 14. Peregr. in eod. artic.21. num.18. & in Conſ. 58. num.8. lib.4. Menoch. in citat. præſumpt.95. nu.35. & in conſ. 357. nu.7. Alios colligit Urceol. in adducta Conſult. 12.
8 nu. 29. Quod in ſucceſſione primogenituræ non admittit Molin. de Primogen. cap.7. num.10. & 12.

Scribit D.Reg. noſter num. 17. in conceſſione emphyteuſis ad tertiam generationem, quomodò tertia gene-
9 ratio intelligatur? Qua in re illud diſceptari ſolitum eſt an primus emphyteuta in primo generationis numero computetur? Negat De Georg. in Allegat. 10. quia in generali ſermone, loquentis perſona non comprehenditur ſequitur hanc opinionem Ciarlin. in controv.105. num.18. & 121. tom.1. & in controv. 173. nu.14. tom. 2. & in emphyteuſi Eccleſiaſtica tradit Ricc. in prax. part.1. Reſol.111. qui nu. 2. in fin. ità per Rot. Roman. Deciſum teſtatur.

10 Oppoſitum verius, nam acquirens cenſetur ſtipulaſſe ordine ſucceſſivo, quemquam ex ſui perſona in ſucceſſione vocando Marius Antonin. Macerat. Reſol. ultim. caſ. 46. verſ. quicquid dixerit lib. 1. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 35. De Marin. qui Deciſionem Rotæ Romanæ tranſcribere curavit in lib.1. Reſol. 98. & ibi Rodoer. præcipuè in Emphyteuſi Eccleſiæ dixit Maſcard. de Probat. concl. 607. num. 2. tom. 1. contraria reſolvit Rodoer. loc. cit. num. 7.

11 Ulterius Obſervo num.3. Fœminam ob maſculorum exiſtentiam ſtatuto excluſam, ab emphyteuſi pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis conceſſa excludi, niſi Maſculi deficerent Adde videndos Pariſ. in conſ. 22. nu.8. tom. 2. Brun. de ſtatut. excluſiv. fœmin. artic. 8. quæſt. 21. col.1. Clar. qui hanc opinionem communem eſſe ſcribit loc. cit. quæſt.32. num.3. & Urceol. conſult. 37. num.4.
12 citat. lib.1. Et quod emphyteuſis conceſſa pro linea maſculina, & fœminina, maſculina ſempèr præferatur placuit Cavalcan. in Deciſ.17. num.19. tom.3.

13 Fœminam in Emphyteuſi non compræhendi tradit latè Merend. lib.6. Controverſ.1. Urceol. in allegat. conſult. 37. nu. 1. præcipuè ſi Eccleſiaſtica ſit adversùs De Franch. in Deciſ. 30. probant Prat. in Diſcept. 5. num. 106. tom. 2., & De Luc. in Obſervat. ad cit. de Franch. Deciſ.30. num.1. & nu.2. id ampliat in emphyteuſi lai-
14 cali pro ſe, & filiis conceſſa; Niſi ſub liberorum nomine, aut generationis conceſſio fuiſſet ſtipulata, vel concedens, aut acquirens, eſſet fœmina, & Deniquè ſi pro hæredibus, & ſucceſſoribus acquiſita fuiſſet Antonin. in cit. lib.1. Reſol.34. ſed Contrarium indicat Bero. in conceſſione pro ſe, & hæredibus ſuis. in quæſt.18. vel pro ſe, Filiis, & Nepotibus Ricc. loc. allegat. Reſol. 112.

15 Inſupèr Obſervo num. 5. Nepotem ſuccedere patruo patruo prædefuncto, cum alio patruo, ex perſona patris ſui, qui erat in æquali gradu; firmant aſſumptum Decian. in conſ.9. vol. 2. Benintend. in Deciſ. Bonon. 88. & videantur ea de re, juxtà ſenſum Conſuetudinis noſtræ Civitatis quoquæ, differentes prolixè Molfeſ. tom. 1. quæſt.36. part.4. num. 9. Thor. tom. 1. compend. verb. ſubingreſſio, & in Codic. part.3. caſ.52. append. 4. num. 6. Hodiern. in l. hac edictali. quæſt. 41. & in Controv. 23. num.27. Ann. in Alleg.70. nu.51. Theodor. in Alleg.

1.Reg.

Digitized by Google

1. Reg. noſter *in Conſult.* 61. *ex num.* 39. De Marin. *in Reſol.* 216. *num.* 8. & *Reſol.* 217. *ex num.* 1. *tom.* 2. Altimar. *ad Rovit. in Conſ.* 23. *nu.* 4. *vol.* 1. Rodoer. *in Conſ.* 23. *num.* 5. & 6. & De Roſa *ad Conſuetud. pagin.* 112. *num.* 139. & *pagin.* 114. *num.* 553.

16 Tandèm velùt pro Colophone adjungere liceat, quod ſicùt in emphyteuſi Eccleſiaſtica repræſentatio non obtinet, ità nec jus accreſcendi. Cavalcan. *in Deciſ.* 30. *n.* 34. *part.* 2. & *in cit. part.* 3. *Deciſ.* 27. *nu.* 46. Clar. *loc. indicat. quæſt.* 39. & *ibi* Addent.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXVII.
### SUMMÆ.

1 *Neptis ex filio, an & quandò faciat deficere ſubſtitutionem, cum conditione factam, ſi ſinè filiis deceſſerit?* Diſſident Conſil. Rocc. & Marott.
2 *Refertur Diſtinctio* Peregrin. *ſequuta ex* Cenſal. & Reg. De Philip. & *num.* 3.
4 *Ponitur placitum* Farinacii, & aliorum *ex* De Luc. *rejectum.*
5 Gratian. ex D. Regent. noſtro *retunditur.*
6 *Statutum Fœminarum excluſivum, qualitèr intelligendum?* adverſus Gayl. Urceol. & alios.
7 *Neptis ex filio facit deficere conditionem ſi ſinè filiis deceſſerit.* comprobatur Deciſio.
*Niſi Agnationis ratio aliud ſuadeat, num.* 8.
*Contrarium. num.* 10.
9 *Fœmina, quamvìs ex maſculo deſcendat Agnationem conſervare non valet.*
11 *Agnatio, quibus conjecturis contemplata præſumatur?* & *num.* 14. & 15.
12 *Fœmina ex maſculo nata, à fideicommiſſo agnatitio excluditur.*
13 *Fideicommiſſum ex eo agnatitium præſumitur, quod ultimo loco cippus domus vocatus ſit.*
16 *Diſpoſitio* l. ſi unquam 8. C. de Revocand. Donat. *num vindicet locum, ſi filius incontinenti poſt nativitatem, patre donante ſuperſtite, decedat?* comprobatur Gizz. *ſed in ipſum ſtant* Mozz., & Alii.
17 *Neptis regularitèr ſubingreditur ſexum, ac patris gradum.*

1 Pittagoram, & Anaſſagoram ſol eodèm modo non conſideraſſe, Max. Tir. obſervat, *in ſerm.* 9. Nos verò in præſenti Deciſionis provincia Conſil. Rocc. *in Reſponſ.* 59. *lib.* 1. pugnam habere, cum Marott. *in Diſcept.* 12. *tom.* 1. invenimus ſuper illo, an Neptis ex filio faciat deficere ſubſtitutionem, cum conditione ordinatam ſi ſine filiis deceſſerit? At uterquè habet ſuffragatores, ut eſt videre penès allegatos ex D. Reg. noſtr. *à nu.* 1. *ad* 31. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideic. art.* 25. *verſ. prima ergo opinio.* De Marin. *tom.* 1. *Reſol.* 279. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 66. & *in Controv.* 11. *num.* 50. Fab. *lib.* 9. *Conject. cap.* 10. & *De Errorib. pragmat. Decad.* 26. *error.* 1. Sicard. *Reſol.* 12. & *in Diſput.* 8. *th.* 1. *num.* 11. Staib. *lib.* 1. *Reſol.* 58. Mareſcot. *lib.* 3. *var. cap.* 11. *num.* 20. Schoter. *Diatribar. Domeſtic. quæſt.* 5. Mar. Giurb. *in Deciſ.* 32. Wegner. *in Diſput.* 7. *th.* 5. *liter.* E. Seraphin. *in Deciſ.* 1216. Ambroſin. *in Deciſ.* 10. Altimar. *ad Rovit. in conſ.* 26. *num.* 13. *tom.* 1. Reg. De Philip. *in Diſſertat. fiſcal.* 37. *num.* 77. & 78. & à Rodoer. *in conſ.* 19.

2 Peregrin. diſcordiam pacare conatur diſtinctione *in citat. Artic.* 25. *num.* 24. & 25. ut ſcilicèt ſi eadem motiva Teſtatoris ratio ab univerſali ſucceſſione propriam filiam excludens, in nepte applicare poſſet, utputà ſi maſculis liberis inſtitutis, excluſa fœmina, ad plures ſubſtitutionis gradus Teſtator fuiſſet digreſſus ſub conditione ſi abſquè filiis deceſſerit, providendo fœminas à maribus deſcendentes de dote, ex quo hac in ſpecie ſub filiorum nomine in conditione poſitorum fœminæ continentur, & in idem deſcendit Gratian. *in Diſcept.* 866.

3 ſin verò in Nepte eadem, quæ in filia potens excluſionis ratio non concurreret fortaſsè quia illa ob demeritum excluſa, aut de dote in teſtamenti tabulis, aut ipſo vivente fuiſſet proviſa, & pro Nepte reſpondunt quoque Cenſal. *loc. allegat. verſ. addo num.* 61. *pagin. mihi* 179. & Reg. de Philip. *loc. citat. num.* 113.

4 Alitèr diſtinguunt nonnulli, ut ſi ſubſtitutus reperiatur extraneus, eo caſu pro Nepte decernunt; ſecùs ſi Agnatus Mant. *in Deciſ.* 305. & 351. Farinac. *in Deciſ.* 130. Ricc. *ad De Franch. in Deciſ.* 586. & alii penès Joſeph de Roſa *in Conſult.* 69. *num.* 65. Sed hanc diſtinctionem noviſſimè multorum authoritate rejicit De Luc. *in Obſerv. ad citat. Deciſ. De Franch.* 586. *num.* 2.

5 Sed alii voluere contra Neptem, concurrente ſtututo fœminarum excluſivo cum quo Teſtatorem ſe conformare voluiſſe autumant congeſti ex Gratian. *in indicat. loc. num.* 37. Mantic. *tom.* 1. *de Tacit. & Ambig. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 20. & ex Rodoer. *in citat. conſ.* 19. *num.* 28. Facit pro contrario, quod Fœminæ ob maſculorum exi-

6 ſtentiam in pari gradu cum ipſis, attento dicto ſtatuto, excluduntur, ſecùs ſi maſculus eſſet remotior in gradu, imò maſculo ceſſante ad ſucceſſionem admittitur, atque adeo fœminæ non ſunt perpetuo excluſæ, ſed tantùm per maſculorum exiſtentiam *De Pont. in conſ.* 23. *num.* 21. *vol.* 2. De Franch. *in Deciſ.* 149. *num.* 4. Galeot. *in controv.* 15. *tom.* 2. Gulierm. Monferat. *in Tract. De ſucceſſ. Regum. num.* 33. De Amic. *in cap.* 1. §. *hanc difficultatem. num.* 4. *De iis, qui feud. dar. poſſ.* De Georg. *in Allegat.* 11. *num.* 18. Cenſal. *loc. cit. artic.* 27. *pagin.* 233. *verſ. Addo ad num.* 16. Molfeſ. *part.* 3. *De ſucceſſ. ex teſt. quæſt.* 23. *nu.* 5. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 95. & *in cit. Controv.* 11. *ex num.* 19. & *in Controv.* 21. *num.* 8. Provenz. *in Conſuet. ſi moriatur. Obſerv.* 7. ac noviſſimè D. Altimar. *ad Rovit. in conſ.* 74. *nu.* 4. *tom.* 1. Mut. Groſſ. *in ead. conſuetud. ſi moriatur. Annotat.* 10. *à nu.* 3. & *in Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. Annot.* 19. *nu.* 11. & D. Jo: Dominic. Panſut. *in Controv.* 12. *ex nu.* 55. quicquid involvant Gayl. *in Obſervat.* 148. *num.* 4. Fab. *de Errorib. Pragmat. Decad.* 38. *error.* 3. & alii allegati per Harppreсh. *tom.* 3. *Inſtitut. tit.* 1. *num.* 208. & in terminis Statuti Bononiæ voluit Urceol. *tom.* 2. *Conſult.* 78. propterea opinionem contra Gratian. & alios veram fatentur D. Reg. noſter *hic num.* 37. & 38. Paſcal. *de Virib. patr. poteſtat. part.* 4. *cap.* 9. *num.* 37. *in fin.* Cenſal. contra Peregrin. ſuum *in adduct. loc. verſ. etsì, è contra.* Rot. Roman. penès De Marin. *in citat. Reſol.* 279. *num.* 20. & Tondut. *in quæſt. civil.* 47. *num.* 22. *lib.* 1.

7 Neptem tandèm obtinuiſſe, pluries diſcuſſa cauſa, teſtatur D. Reg. noſter *num.* 74. atquè Marott. & Rocc. Illud enim pro indubitato tenendum eſt, quotiès Teſtator plures inſtituit filios ſempèr prædiligere deſcendentes ſuos voluiſſe præſumendum eſt *l. cum avus. ff. de Condit. & Demonſtrat.* & regularitèr fœmina conditionem ſi ſinè filiis deceſſerit facit deficere, ut concludit D. Reg. noſter *num.* 32. & firmant Deciſionem adamuſsìm Mart. *Vot.* 71. Gomeſ. *Reſol.* 5. *num.* 43. *tom.* 1. Hœnon. *in Diſput.* 8. *controv.* 7. Petr. Gregor. *ſyntagm. Jur. lib.* 42. *cap.* 28. Pachin. *lib.* 4. *controv.* 57. & alii innumeri congeſti per De Marin. Staib. Hodiern. Marott. Rocc. Altimar. De Luc. De Philip. & Rodoer. *in ſedib. indicat.*

8 Niſi agnationis conſervandæ ratio contrarium ſuaderet, utputà ſi teſtator bona in familia conſervari ſtatuiſſet Hodiern. *ad Surd. in cit. Deciſ.* 66. *num.* 3. Rocc. *in Reſponſ.* 60. *num.* 45. Altimar. *ad citat. Conſil. Rovit.* 26. *num.* 12. De Philip. *loc. alleg. ex num.* 125. nècnon videantur Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 402. *num.* 27. & 96. Brun. *De Excluſ. Fœmin. artic.* 5. *princ. quæſt.* 22. *nu.* 28. &

Digitized by Google

*&* 43. Craſſ. *in* §. *Fideicommiſſum. quæſt.* 75. Gall. *De Except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *ex nu.* 100. *part.* 2. Philip. Knipſchildt. *de Fideicom. fam. Nobil. cap.* 15. *num.* 6. *in fin.* Cenſal. *loc. cit. pagin. mihi* 156. *verſ. aad. nu.* 11. & noviſſimè De Luc. *de Linea art.* 26. *nu.* 12. quia
9 per fœminam agnatio non conſervatur, quanquàm à maſculo deſcendat, ſed in ipſa perit Fachin. *lib.* 11. *Controv.* 25. Fab. *lib.* 2. *Codic. tit.* 3. *Diffinit.* 12. *num.* 2. Altograd. *in conſ.* 86. *num.* 10. Capan. *de Fideicom. maſcul. art.* 1. *inſpect.* 2. *num.* 25. Fuſar. *loc. cit. quæſt.* 346. *num.* 42. Maſcard. *de Probat. concl.* 1132. Tondut. *part.* 2. *quæſt. Civil.* 183. *num.* 2. Mantic. *de Conject. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 9. Knipſchildt. *loc. citat. cap.* 8. *ex num.* 130. Paſcal. *loc. citat. num.* 59. *&* 60. Sforz. *in conſ.* 46. *num.* 53. De Pont. *de Poteſtat. Proreg. tit.* 9. *num.* 27. Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 50. & D. Reg. noſter *in Deciſ.* 103. *num.* 14. *&* *in Deciſ.* 146. *num.* 10.
10 Contrarium verò inſinuant Dec. *tom.* 2. *conſ.* 1. Simon de Præt. *de Interpretat. ultim. volunt. pagin. mihi* 312. *num.* 27. & Barz. *in Deciſ. Bonon.* 11. *num.* 11.
11 Validam conjecturam eſſe, ut fideicommiſſum agnatitium præſumatur ſi ad plures ſubſtitutionis gradus teſtator fuiſſet digreſſus agnatos maſculos vocando autumant Fuſar. *loc. alleg. num.* 97. *in quæſt.* 499. *num.* 61. & Urceol. *in cit. tom.* 2. *Conſult.* 60. *num.* 16. aut ſi ſubſtituto fuiſſet injunctum gravamen de aſſumendo nomen familiæ Teſtatoris, probant Cyriac. *in contr.* 208. *nu.* 26. Fragoſ. *de Regimin. Reipubl. part.* 3. *lib.* 9. *Diſp.* 18. *num.* 12. Valenz. *in conſ.* 40. *num.* 30. Theodor. Hoping. *de Inſig. & arm. cap.* 8. §. 4. *memb.* 1. *num.* 335. Palaez *de Major. quæſt.* 6. *part.* 2. *num.* 23. Robert. *lib.* 4. *Rer. Judicat. cap.* 3. *pagin. mihi* 755. *in fin.* Gargiar. *in conſ.* 90. *ex num.* 18. Caſſan. *in Cathal. glor. mund. part.* 1. *concl.* 20. Tondut. *quæſt. Civil.* 138. *part.* 2. *num.* 17. Contrarium in Gognato ſcribit Bardell. *in conſ.* 81. *ex num.* 27. Et Gratian. voluit ſolam agnatorum ſubſtitutionem non facere, ut agnatio conſiderata cenſeatur, cum non liceat arguere à ratione conſervandæ agnationis ſi non ſit expreſſa *in Diſcept.* 866. *ex nu.* 24. ac probant Dec. *in conſ.* 314. *num.* 3. *ad fin.* Alex. *in conſ.* 97. *num.* 12. *lib.* 2. Farinac. *in Deciſ.* 282. *num.* 4. Mantic. *lib.* 1. *de Conject. tit.* 14. *num.* 7. Hodiern. *in cit. controv.* 11. *num.* 3. qui *ex num.* 17. rejicit conjecturam illam ex Cirocch. *in Diſcept.* 1. *num.* 10. probatam ſi teſtator, maſculis inſtitutis, filiabus fœminis dotem reliquit, etenìm dum excluſit filias, multo fortiùs remotiores, & ſequantur Hodiernam, De Marin. *in cit. Reſol.* 279. Mareſcot. *lib.* 3. *var. cap.* 11. *num.* 25. Mantic. *loc. cit. lib.* 6. *Tit.* 13. *num.* 8. & Altimar. *loc. allegat. num.* 26.
12 Quod à fideicommiſſo agnatitio fœminæ quamquam ex maſculo ortæ excludantur tradunt allegati ex De Luc. *in cit. artic.* 16. *nu.* 10. quibus ſubnectimus Mantic. *lib.* 8. *de Conject. Tit.* 18. *nu.* 20. Fuſar. *loc. cit. quæſt.* 325. *nu.* 10. Fab. *in lib.* 6. *Cod. Tit. de Verb. ſignif. Diffinit.* 1. *&* *De Errorib. Pragm. Decad.* 28. *error.* 8. *num.* 6. Paſcal. *in indicat. loc. part.* 4. *cap.* 9. *ex num.* 41. & Vela *in Diſſert.* 49. *num.* 72. *tom.* 2.
13 Itèm ſi vocatus ultimo loco eſſet cippus domus. Præt. qui multos colligit *loc. citat. num.* 37. Ciroc. *in cit. Diſcept.* 1. *ex num.* 10. *&* *Diſcept.* 4. *à num.* 20. & Theſaur. *in Deciſ.* 188. *num.* 3.
14 Deniquè Fœminam à ſubſtituto excludi ſi inſtitutis duobus filiis, alter alteri cum conditione ſi ſinè filiis deceſſerit, eorumquè filii maſculi ſubſtituti fuiſſent, in quorum defectum vocata reperiretur fœmina dixit Pe-
15 regrin. *in cit. artic.* 25. *num.* 27. aut ſi maſculinitatis menſio in ſupremo elogio ordinata reperiretur, utputa ſi dictum ſit abſque filiis maſculis Præt. *loc. citat. num.* 31. alios cumulat Fuſar. *in quæſt.* 402. *num.* 5. ſed videantur Hodiern. *loc. cit.* & Theſ. *in ead. Deciſ.* 188.
16 Tradit Gizz. hìc *num.* 6. Diſpoſitionem *l. ſi unquam.* 8. *C. de Revocand. Donat.* procedere etiamsi filius, patre ſuperſtite, incontinenti poſt nativitatem moriatur, & probant Roland. à Vall. *in tract. de lucr. Dot. quæſt.* 51. *num.* 5. Donell. *in cit. l. ſi unquàm. num.* 9. Cavagnol. *ibid. num.* 31. Bocer. *in Comment. de Donat. cap.* 3. *num.* 135. & Fachin. *in Controv.* 90. *lib.* 3. Sed Contrarium probant Mozz. *de Donat. tit. ultim. nu.* 9. Gomeſ. *Reſol.* 4. *tom.* 2. *num.* 12. & eſſe communem opinionem teſtatur Rub. *in l. Titia* §. *Imperator. ex num.* 249. *ff. de legat.* 2.
17 Et tandèm Obſervo *num.* 34. Neptem regularitèr ſexum, ac Patris gradum ſubingredi. Adde Caſtil. *Controv.* 20. Montan. *in Controv.* 28. Valenz. *in Conſ.* 76. *nu.* 54. Lanar. *in Conſ.* 1. *nu.* 35. Marcian. *in Diſcept.* 4. *tom.* 1. De Pont. *de Poteſt. Proreg. tit.* 9. *num.* 48., & Molin. *de Primogenit. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 18.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXVIII.

### *SUMMÆ.*

1 *Subſtitutio de filiis ſimplicitèr facta, quandò fœminæ à ſubſtituto excludantur? cum* D. Regente noſtro concordat D. Conſiliarius Hodierna.
*Quos declarat* D. Reg. De Philippo. *num.* 2.
3 *Fœmina ab agnatitio fideicommiſſo excluditur.*
*Et eorum Filii. num.* 4.
5 *Teſtatorem, qui aliquo in caſu Fœminas vocavit, an in Fideicommiſſo agnationem contemplare voluiſſe cenſeatur? Diſſident* Hodiern. Matut. & alii, *cum* Creſp. de Valdaur. & De Philipp. *quos* Peregrin. *conciliat. num.* 6.
7 Hodiernæ *conſideratio in occurrenti ſpecie Deciſionis refertur.*
8 *Maſculinitatis qualitas in inſtitutione poſita, in ſubſtitutione repetita non cenſetur.*
9 *Jus accreſcendi, quandò non obtineat? exponitur.*
10 *Fœmina, quandò vocatis in fideicommiſſo proximioribus, & propinquioribus admittatur?* Peregrin. Fuſar. & alii, *declarantur* ex Cenſal.
11 *Filia dotata; præteritionis occaſione, quandò dicat teſtamentum nullum? Rejicitur* Caput. ex Molfeſ. *num.* 12.
13 *Teſtes quòt requirantur ad probandum, quem eſſe in ſubſtitutione comprehenſum?*
14 *Probatio omiſſionis in Teſtamento compendioſæ ſubſtitutionis, quot teſtes exquirat.*
*Vel fideicommiſſariæ ſubſtitutionis. num.* 15.
*Aut teſtamenti tenorem. num.* 16. Jo: Crot. *declarat* Nevizan. *num.* 17.
*Teſtes, quot requirantur ad Teſtamentum impugnandum? num.* 18.

1 Concordantem habet D. Regens noſter in præſenti Deciſione D. Jo: Baptiſt. Hodien. qui partes Lucretiæ Monticellæ ſubſtinuit *in controv.* 11. & obtinuit, ſed non ultra caſum ſuum locum iſtum interpretandum dixit D. Reg. De Ppilip. *in Diſſert.* 37. *num.* 150. per hæc ipſiſſima verba: *Sicutì nec quæ D. Conſil. Hodiern.* in controv. 11. *ac D. Reg. Capyc. Latr.* in Deciſ. 128. part. 2. *qui in eadem cauſa conſcripſere, præſenti conferunt*
2 *controverſiæ quippè quod in ea diſceptatione ſolummodò excuſſum cernitur, an filiorum vocatione contineantur fœminæ quàm teſtator in inſtitutione tantummodò maſculorum egerit mentionem, plurìes poſtmodùm de filiis ſimplicitèr loquutus; patruusquè exindè agnatus cunctis ferè conjecturis, ſivè maribus, ſivè agnationi faventibus prorſus orbatus, juxtè quidem cecidit cauſa.* Hactenùs D. De Philipp. ſubſtinens inibi erudito calamo
3 Filias, quæ multotiès filiorum, deſcendentiumquè ſub nomi-

Digitized by Google

nomine comprehenduntur ab familiarium, ſeu agnationum fideicommiſſis à remotiori etiàm maſculo alteriuſque lineæ penitùs arceri, & in idem conveniunt Molin. de Hiſpan. Primogen. lib.3. cap.5. nu.48. & ibi Addent. ex num.45. Valenz. in conſ. 112. num.97. Cammarat. tom.2. Reſp.4. num.6. Altograd. in conſ.66. Vela in lib.2. Diſput. 49. ſub num. 50. Redenaſc. in conſ.10. num.101. & 102. Fab. in tit.19. Codic. lib. 6. Diffinit. 1. & De Errorib. Pragmat. Error.8. num. 6. Fachin. in controv.25. verſ. quæ tamèn concluſio. lib. 11. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.346. num.42. De Amat. in Deciſ. Ferrar. 5. Mareſcot. lib.2. Reſol.144. Cenſal. ad Peregrin. de Fideicommiſ. artic. 26. verſ. pro prima opinione ergò. pagin. 183. etenìm D. Regent. noſtr. teſte hìc num. 5. per maſculos familiarum decus conſervatur, & in idem veniunt Giurb. de ſucceſ. feud. cap.118. §.1. gloſſ.8. num. 6. Daniel. Otton de Jur. public. Rom. Imper. cap.17. pagin. 565. verſ. dicendum. Urſin. de ſucceſſ. feud. part.2. quæſt.10. nu.13. & 23. Capan. de Fideic. art.2. inſpec. 1. num.13. Molin. loc. cit. lib.1. cap.11. nu.3. & Galeot. tom.2. contr.59. num. 18.

4 Imò & Maſculos à Fœminis ortos in tali fideicommiſſo haùd venire comprehenſos indicant Fuſar. in quæſt.325. Ricc. in Collect.886. part.4. Peregrin. in cit. artic.26. num.12. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 4. gloſ.25. ex num.15. De Marin. Reſol.126. num.29. tom. 2. Vegg. in conſ.63. ex num.75. Lopez l.3. Tit.13. part. 6. verb. Mugeres. col.7. & 8. Mandell. in Conſ.86. ex nu. 3. Redenaſc. in cit. Conſ. 10. ex num. 101. Mantic. de Conject. Tit. ultim. num. 20. & Vela in adduct. Diſſert. 49. Quia in re etsì nonnulli contrarium adſtruere conentur, id ſubtilitati potiùs, non veritati aſcribendum eſſe monuit D. De Philip. in Diſſert.38. ex num.40.

5 Hinc voluerunt Interpretes aliqui, ad excluſionem agnationis, validam eſſe conjecturam ſi aliquo caſu fœminas Teſtator vocaſſet Petr. de Fideicom. quæſt.9. nu. 195. Cravett. in conſ.150. num.1. Larr. lib.2. Deciſ.54. n.5. latè Matut. de Azeved. in Diſquiſit.29. & Hodiern. in controv.31. num. 37. Placitum tamèn iſtud communem Doctorum opinionem repugnantem habere innuit Grat. in conſ.26. vol.2. col. 7. & intèr multos probat D. Criſtoph. Creſp. de Valdaur. in Obſerv.22. num.64. lib. 1. quem ſequitur D. De Philip. in ead. Diſſert. 38. num. 138.

6 Peregrin. tandèm hanc diſcordem ſententiam diſtinctionis fœdere pacare conatur in alleg. artic. 25. nu. 26. aut Teſtator deſcendentes maſculos, fœminis prætulit, quas in illorum defectum vocavit, & pro Agnato reſpondit, aut maſculos deſcendentes ad certum gradum fœminis prætulit, & contrarium concludit.

7 Concurrebat verò, in facti ſpecie hujus Deciſionis altera conjectura, nempè quod de maſculis in teſtamento ſemèl mentio à Teſtatore facta fuerat Hodiern. conſiderante in cit. Controv.11. nu. 11. & De Philip. in adduct. Diſſertat. 37. patet enim maſculinitatem in inſti-
8 tutione poſitam, in ſubſtitutione repetitam non cenſeri, maximè ubi maſculorum menſio in ſeparata oratione facta legitur, ut hic. Trentacinq. de ſubſtit. part. 4. cap.7. num.11. Silvan. in conſ.64. num. 18. Zuccard. in l. fin. C. de Edict. Div. Adrian. num. 69.

9 Obſervo inſupèr num.4. accreſcendi jus, intèr diverſo jure ſuccedentes, locum non obtinere probat id Tex. in l. ſed cum patrono. ff. de Bonor. poſſeſſ. Gall. de Except. ſucceſ. Tit.2. Except.3. num. 9. part.3. Vaſq. de Tacit. ſubſtit. lib.3. §.23. num.58. vol.2. Craſſ. in §. jus accreſcendi. quæſt.21. nu.2. Maſtril. in Deciſ.86. nu.10. part. 1. & Mantic. cit. tract. de Conject. lib. 4. Tit. 3. Bellon. de Jur. accreſcend. tom.1. cap. 6. quæſt. 38. num. 5. caſ. 161. De Marin. tom. 2. Reſol. 55. num. 16. Nec in jure quæſito, & particulari devoluto. Cavalcan. in Deciſ.29. num.70. part.3. aut in ceſſionarii hæreditatis, vel legati beneficium Faber Decad.50. de Errorib. Pragmat. error.6. Hieronym. Calà de in Integr. reſtit. quæſt.44. nu. 48. & vide Noal. de Transmiſſ. caſ.15. num.11. Mantic. lib. 4. de Tacit. tit. 11. & Olea de ceſſion. jur. Tit. 4. quæſt. 7. ex num. 14.

10 Ulterius Obſervo nu. 20. Fœminam à fideicommiſſo non excludi, quotiès teſtator proximiores, & propinquiores de familia vocaverit, nec ultrò proceſſerit. Ade id voluiſſe etiam Præt. de Interpret. ultim. voluntat. pagin. 293. num. 67. Peregrin. de Fideicom. art. 21. ex num.33. Theſaur. in Deciſ.37. ſub num. 4. & plenè Fuſar. loc. cit. quæſt.366. num.7. & quæſt.367. nu.2. quod in fœmina deſcendente tantum admittit Cenſal. loc. citat. artic. 26. pagin. mihi 221. verſ. Ego ut ingenuè fatear.

11 Atquè etiàm Obſervo filiam dotatam, in teſtamento paterno præteritam contra tabulare non valere, etenim urgens occaſio excluſionis fœminarum, non eſt dos, ſed Maſculorum favor, & prærogativa attenta Conſtit. in aliquibus, & Conſuetud. ſi moriatur. cum onere dotandi, ea proptèr dotata filia à patre, non ratione dotationis excluſa remanet, ſed quia maſculus extat: Thor. in compend. Deciſ. tom. 1. verb. filia fœmina maritata. Provenzal. in cit. conſuetud. ſi moriatur. Obſerv. 7. num. 7. Carol. de Roſ. ibid. num. 196. Minad. in adduct. Conſtit. in aliquibus not.2. num. 63. Galeot. tom. 2. Controv. 16. ex num. 46. De Franch. in Deciſ. 149. & 171. De Marin. tom. 2. Reſol. 219. num. 15. Cenſal. ubi ſup. artic. 38. pagin. 404. verſ. atque hinc Obſervo. Gizz. hìc num. 22. & approbant Peregrin. in Deciſ. 110. num. 3. Farinac. in Deciſ. 428. Gabriel. Commun. opin. Tit. de ſtatut. concl. 4. Brun. de ſtatut. excluſ. fœmin. artic. 10. quæſt. 4. Thad. Piſo Reſol. 6. num. 5. lib. 2. Vant. de Nullit. tit. ult. ſub num. 20. Craſſ. in §. teſtamentum. quæſt. 36. ex num. 7. Franc. Monald. in conſ.13. nu.15. part. 1. quod tamèn Molfeſ.
12 interpretatus fuit, ut procedat filiis inſtitutis, non verò extraneis in part. 4. quæſt. 18. num. 5. & concordat Groſſ. in citat. Conſuetud. ſi moriatur. Annotat. 17. nu. 15. & 16. In contrarium ſtat Caput. in ead. Conſuetud. part. 3. §. 2. ſed periniquum eſſet extraneum inſtituere, & filiam exhæredare. Maſculis verò deficientibus admittitur Merlin. tom. 1. Contr. 32. num. 22. Marant. in Diſput. 10. num. 15. Staib. ſen. in conſ. 46. Staiban. Jun. in Reſol. 125. tom. 2. Molfeſ. in cit. part. 4. Tit. de Renunc. quæſt. 1. & 6. Donad. de Renunc. cap. 3. num. 8. tom. 1.

13 Obſervo tandèm num. 55. ſeptem teſtes requiri ad probandum aliquem comprehenſum, vel à ſubſtitutione excluſum, quia non tractatur de declaranda diſpoſitione dubia, & obſcura, quo in caſu ſatis eſſe duorum teſtium depoſitio. Magdalen. de numer. Teſt. in Teſtament. part. 1. cap. 30. ex num. 12. Bellamer. in Deciſ. 745. num. 6. Barbat. in conſ. 29. lib. 1. num. 25. Dec. in l. edita. num. 49. C. de Edend. & in conſ. 105. num. 3. ſed de probando, quid novi in actu, quod ab initio erat certum Simon de Præt. loc. cit. lib. 1. ſolut. 5. num. 28. & interpret. 2. Dub. 1. ſolut. 1. num. 3. Mantic. in l. 12. de Conject. Tit. 16. ex num. 10. & Fuſar. loc. alleg. quæſt. 283. num. 6.

14 Unde ad probandam ſubſtitutionem directam ſeptem teſtium depoſitionem neceſſe eſſe tradunt Soccin. ſen. in conſ. 151. ex num. 5. tom. 3. Aſin. in Prax. §. 19. cap. 6. num. 2. Medic. de Caſib. fortuit. part. 1. qu. 2. num. 5. & Surd. in conſ. 129. & 147. lib. 1. qui id
15 etiam procedere aſſerit ad probandam fideicommiſſariam ſubſtitutionem in teſtamento omiſſam. Sicùt ad
16 probandum teſtamentum ſcribunt Gulierm. de Benedict. in cap. Raynutius. verſ. teſtamentum. primo. num. 9. De Teſtament. Maſcard. de Probat. tom. 3. concluſ. 1458. num. 14. & conferunt Meyrer de Teſtament. ſucceſſ. lib.3. Tit.1. Reuſner. de Teſtam. part. 3. cap.12. & Paul. Berenſ. ad Inſtit. Diſput.6. them.1. quæſt. 3. Pro-
17 bari tenorem ſcripturæ teſtamenti deperditæ per duos teſtes dixit Nevizan. in conſ.80. num.26. At id procedere

re

Digitized by Google

re quoties de probandis ſollemnitatibus, aliiſquè acceſ-
ſoriis ipſius teſtamenti tractaretur, melius tradit Jo
Crot. in Tract. de Teſtib. part. 6. num. 226. verſ. regu-
18 lariter. & ibi De Moncada. & tandèm quot teſtes re-
quirantur ad impugnandum teſtamentum dant Dec. in
conſ. 101. Bartol. in l. 1. §. ſi quis negaverit num. 12. ff.
quemadm. teſtam. aper. Paul. de Caſtr. in l. Jubemus
num. 3. C. de Probat. Jaſ. in conſ. 13. vol. 3. Soccin. in
conſ. 229. num. 5. & in conſ. 147. num. 27. vol. 2. &
in conſ. 28. num. 3. vol. 3. Alex. in conſ. 149. num. 2.
vol. 2. Calcan. in conſ. 126. Bertran. in conſ. 239. part.
3. Ruin. in conſ. 36. vol. 4. Nel. in Tract. de Teſtib. nu.
228. Mar. Antonin. Macerat. lib. 3. Reſol. 44. verſ. quin-
tus fuit caſus. num. 5. & Staiban. in Reſol. 54. nu. 24.
& in Reſol. 68. nu. 14. lib. 1.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXIX.

### SUMMÆ.

1 *Hæres, inventario ſollemni non confecto, creditoribus, & legatariis de proprio tenetur. ejuſque actiones, & jura confunduntur. num. 2.*
3 *Inventarium ſollemne quid operetur?*
4 *Tempus, quo ſollemne inventarium conficiendum eſt, traditur.*
*Nùm à Principe prorogari poſſit? num. 5.*
*A quo die exordium capiat?* adverſus Roland. Fachin. & Valaſc. *num. 6. & 7.*
8 *Pendente termino ad conficiendum inventarium Hæres à Creditoribus, & legatariis inquietari non poteſt.*
9 *Hæredi adeunti ab inteſtato hæreditatem, habita poſtmodum Teſtamenti notitia terminus ad inventarii confectionem deſtinatum, à quo die currere incipiat?*
10 *Hæres, qui deſcribere omiſit omnia bona hæreditaria in inventario, quandò, & qua multetur pœna? & num. 11. 12. 13. & 14.*
15 *In ſollemnis inventarii confectione, qui, & qualitèr citandi?*
16 *Creditorem certum, atquè hæredi notum abſentem à loco ubi inventarium conficitur ſat eſt citare per edictum.* Reiicitur Gizz.
17 *Si creditorum multitudo ineſſet qualitèr in confectione inventarii citandi?*
18 *Inventarium, quandò adverſus non citatos non proſit?* Declaratur D. Reg. noſter. & retunditur Gizz.
19 *Inventarium factum per Judicem, quandò hæredi proſit, adverſus creditorem abſentem?* ex Salgad. declaratur Excobar.
20 *Fœmina reſtituitur adverſus ſollemnitates inventarii omiſſas.* comprobantur D. Reg. noſter, & Gizz. exploſo Rolando à Valle.
*Amplia, ut num. 21.*
22 *Minor reſtituitur in integrum, adverſus Inventarii omiſſas ſollemnitates, & quandoque ad Inventarium non confectum? num. 23.*

INjuſtos putabat illos Cyrus, qui legibus abutebantur
Max. Tir. teſte ſerm. 58. & reverà parificari leges non
ſervare, ac non habere conſiderat Natal. Comes in lib.
27. Hiſtor. fruſtrà igitùr hoc loco, legis beneficium im-
1 plorat, qui in eam commiſit. Indubium eſt hæredem, ſol-
lemni inventario non confecto, defuncti creditoribus,
& legatariis de proprio teneri, ut legitur in l. fin. §. &
ſi præfatam. C. de Jur. Deliberand. & tradunt prolixè
Phanuc. de Invent. in præfat. nu. 6., & in ſimili Tract.
Craſſ. quæſt. 3. Monticul. cap. 5. num. 7. & Roland. par.
1. quæſt. 5. num. 2. ac in idem adſtipulantur Bald. in
conſ. 383. Natt. in conſ. 574. Grat. in conſ. 12. num. 33.
Decian. tom. 2. conſ. 49. num. 45. & Menoch. in conſ.
2 272. num. 53. ejuſquè jura, & actiones confundi ſtatuit
Tex. in l. ſi debitori 7. C. de Pact. l. ut debitum, 5. C. de
Hæredit. action. & in l. ſi debitori, 51. ff. de Fidejuſſ. eo
nàm ipſe ſibi creditor adeundo hæreditatem, debitoris
ſui pecuniam ſolvere creditur Jacob. Cujac. in lib. 37.
quæſt. Papin. Purpurat. in cit. l. ſi debitori. num. 11.
Montic. loc. allegat. in præfat. num. 142. Inventarium
3 namquè bonorum defuncti, & hæredis ſeparationem
operatur, ut in cit. l. fin. §. in computatione. Coſt. in
tract. aut ſciebat, aut ignorabat. Diſtint. 37. num. 1.
Rot. Roman. part. 1. Diverſ. in Deciſ. 262. num. 6. Pa-
riſ. in conſ. 16. num. 42. lib. 2. Rebuf. de ſentent. pro-
viſ. artic. 3. gloſ. 3. Didac. Spin. de Invent. num. 40.
Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 34. nu. 25. Gratian. Diſcept.
998. Porcell. de Invent. quæſt. 7. & noviſſimè Panſut.
in controv. 23. num. 107. & ſeq. alia hæredis ſollemnis
inventarii non conficientis, incomoda dant Laderch.
in conſ. 138. Phanuc. loc. cit. quæſt. 7. Oſuald. Hilliger.
ad Donell. lib. 7. Comment. cap. 3. & Urceol. tom. 2.
Conſult. 66.
4 Primò in præſentis Deciſionis facti contingentia pro-
ponebatur; Inventarium de quo agebatur non fuiſſe
confectum intra nonaginta dies à die aditæ hæreditatis,
Tempus adèo præſcriptum, ut inventarium factum
unica die poſt terminum prædictum hæredi non pro-
deſſe Deciſum dicit Gizzarell. in Deciſ. 42. num. 24. &
perlatè tradunt Burſat. in conſ. 370. num. 6. Obrecht.
Diſput. 20. th. 530. cum ſeq. Fachin. lib. 4. Controv. 35.
& 36. Coſt. loc. cit. tom. 1. Diſtin. 27. num. 6. Hænon.
in Diſput. 10. controv. 4. Athuſ. lib. 1. Diacæolog. cap.
44. num. 11. Mar. Antonin. Macerat. lib. 2. Reſolut. 8.
num. 18. Gratian. in Diſcept. 711. Viv. commun. Opin.
in Opin. 35. & Roland. loc. citat. part. 3. ex num. 52.
imò Craſſ. loc. cit. quæſt. 251. num. 4. voluit inventa-
rium in ultima die termini factum non opitulari, quia
Juſtinianus uſus fuit dictione intrà. Nec præfatum tem-
5 pus à Principe prorogari poſſe indicat Phanuc. loc. cit.
part. 2. num. 73. cui contradicit Roland. loc. allegat.
quæſt. 81. in tract. de Invent. Diverſ. fol. 55.
6 Sed à quo die currat hoc tempus, apud Claſſicos ſub-
oſcurum adhùc eſt; ſunt qui ſubſtinent à die ſcientiæ
delatæ hæreditatis authoritate Imperatoris ibi: Delatam
ſibi ab inteſtato hæreditatem cognoverit. penès Roland.
loc. indicat. quæſt. 68. fol. 52. num. 1. Fachin. in alleg.
Controv. 35. & apùd Vaſq. lib. 2. §. 18. num. 48.
7 Sententia verò aliorum verior eſt, ut nonaginta die-
rum exordium ſumat, à die aditæ hæreditatis, illo po-
tiſſimo ſtante, quia Jura quæ de hærede verba faciunt
intelliguntur adita hæreditate Ulpiano teſte in l. ſtatu
liberos 3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtat. liber. & ibi Gloſſ.
verb. adierit. ac concordant jura in l. Celſus 29. §. quod
alicujus. ff. de Legat. 2. l. 3. §. ſi quis intra. ff. de Hæ-
redib. inſtit. l. ſi in diem, ff. de Condit. & Demonſtr. &
8 in cit. l. fin. §. donec. habetur pendente termino ad
Conficiendum inventarium hæredem haùd conveniri
poſſe, & tradunt Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. Tit. Des
ſucceſſionſ. §. 4. Rub. 7. ex nu. 9. Sanfelic. tom. 2. Dec.
211. De Franch. in Deciſ. 286. num. 5. Boer. in Deciſ.
10. num. 3. Gizz. in Obſerv. 96. num. 10. & defendunt
elegantèr Dec. in cons. 633. ex num. 2. Gratian. in Di-
ſcept. 563. ex num. 27. Montic. in cit. tract. de Invent.
cap. 8. num. 3. Alvar. Valaſc. in Conſult. 52. nu. 5. Fab.
lib. 2. Codic. tit. 25. Diffin. 1. num. 4. & lib. 6. tit. 11.
Diffinit. 9. & 20. & tit. 20. Diffin. 1. nu. 25. Viv. loc.
indicat. Opin. 351. num. 4. Phanuc. in cit. tract. de In-
vent. par. 1. num. 2. Roland. in quæſt. 68. Fachin. in
allegat. Controv. 35. Grivell. in Deciſ. 143. Borrell. in
ſumm. Deciſ. lib. 3. tit. 19. nu. 14. Cancer. lib. 1. Reſol.
2. num. 3. & noviſſimè De Roſa memor D. Regent. no-
ſtri hìc ad Conſuetud. Neap. pag. 142. num. 700.
9 Probatquè hac in re unum mirabile Montan. quod

ſi ab

Digitized by Google

ſi ab inteſtato hæres hæreditatem adiiſſet, & demùm teſtamenti habita notitia obtinuiſſet Decretum præambuli ex teſtamento terminum ad Confectionem inventarii præſcriptum currere à die ultimi Decreti *in Controv.* 34.

10 Obſervandum ſecundò ſuccedit, ad quid teneatur hæres, qui omiſit aliqua bona hæreditaria in inventario deſcribere. Ego procùl à dubitatione ſum ſi id citrà dolum eveniat ad aliud non teneri, quam ad deſcriptionem bonorum novitèr repertorum, juvatque hoc in caſu proteſtatio in inventarii confectione fieri ſolita, *ut non opponenda habeantur pro non oppoſitis, & quod quamprimum ad hæredis notitiam alia deſcribenda pervenerint, illa apponi curabit* Roland. *loc. cit. quæſt.* 129. *fol.* 69. *in cit. tract. de Invent. Diverſor.* & *ibid.* Porcell. *quæſt.* 4. *num.* 5. Coſt. *in allegat. Diſtin.* 27. *num.* 23. Conrad. Rittershuſius *in expoſit. metodic. novellar. par.* 6. *cap.* 8. *num.* 11. Bocer. *claſſ.* 3. *Diſput.* 11. *th.* 70. nonaginta dierum lapſum haùd reſiſtente; Argumento *l. aſſe. ff. de Hæredib. inſtituend.* & legantur Bald. *in cit. l. fin. §. cum igitur col.* 3. Vital. *de Clauſ. verb. Nihil innovar. inventar. pendent. col.* 14. *in fin.* Jaſ. *in ead. l. fin. poſt num.* 3. & Mart. *de Clauſul. part.* 1. *Clauſ.* 134.

11 In hærede verò doloſo ſententia in duas partes ſciſſa eſt Fachin. teſte *in cit. lib.* 4. *controv.* 37. *& prolixiùs lib.* 10. *controv.* 66., *& lib.* 13. *controv.* 55. Prima opinio eſt, ut ex hac omiſſione hæres teneatur ad duplum, quam probant allegati ex D. Regent. noſtro *num.* 6. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 222. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 26., & ex Coſt. *in indicat. loc. num.* 22.

12 Aptiùs tenuerunt Alii hæredem uti doloſum teneri, ac ſi inventarium non confeciſſet etenìm lex voluit hæredem teneri omnia bona defuncti in inventario deſcribere ut diſponitur *in cit. l. fin. §. ſin autèm dubius*: undè ſi in legem, dolum commiſit, illius beneficio privandus eſt Fab. *in citat. Diffinit.* 20. ac fuit Deciſum hoc loco. Et Reverà minùs eſt inventarium intrà legitimum tempus non abſolvere, quam hæreditaria bona occul-
13 tare, & tamèn ſollemne inventarium non conficientem hæredem intra ſtatutum tempus, præſumens lex hæreditatem, ejuſquè ſubſtantias illum occultaſſe, teneri de proprio diffinitum eſt *in cit. l. ſcimus. §. ſi verò poſtquam*, & apertiùs probant Afflict. *in Deciſ.* 44. *nu.* 23. Mareſcott. *in Reſol.* 8. *num.* 23. *&* 29. *lib.* 2. Cacheran. *in conſ.* 56. *num.* 13. Viv. *in Opin.* 252. *num.* 2. *&* 7. Villalob. *lit. I. num.* 26. Gratian. *in Diſcept.* 981. *num.* 22. & convenitur obligatione defunti à creditoribus, & legatariis ex quaſi contractu, idem Gratian. *ibid. num.* 19. *& in Deciſ.* 48. *num.* 6. quanquàm quo ad legatarios diſſentiant De Benedict. *in cap. Raynutius. verb. mortuo itaquè teſtatore el primo. nu.* 396. & Craſſ. *in §. Teſtamentum. quæſt.* 22. & quo ad Fideicommiſſarios Paltron. *de Acquir. poſſeſſ. quæſt.* 8. *num.* 1024.

14 Idem facilè probandum contemno in reali occultatione, proptèr quam hæredem inventarii beneficio privari elegantèr probant Gratian. *tom.* 3. *Diſcept.* 532. Hodier. *in controv.* 5. *nu.* 28. Fachin. *in adduct. loc.* Craſſ. *in quæſt.* 258. Marcian. *in conſ.* 13. *tom.* 2. Cevall. *commun. contr. comm. quæſt.* 731. Prat. *ad Paſtal. de Virib. patr. poteſtat. par.* 1. *cap.* 2. *verſ. præcedenti affinis eſt quæſtio.*

15 Obſervo tertiò in inventarii confectione citandos eſſe ad certam diem, & horam omnes creditores, legatarios, Fideicommiſſarios, & intereſſe prætendentes, ut habetur in Auth. *de Hæredib. & falcid. §. ſancimus*, & tradunt examuſsìm Gregor. Obrecht. *in Diſput.* 20. *th.* 765. Fab. *in citat. Tit.* 11. *Diffinit.* 27. *&* 37. Staiban. *in Reſol.* 23. *ex num.* 1. *tom.* 1. Durant. *de Acquirend. hæredit. cautel.* 8. *num.* 2. Antonin. *in adduct. Reſol.* 8. *num.* 10. *& in eod. lib.* 2. *Reſol.* 11. *num.* 11. Craſſ. *loc. cit. quæſt.* 9. *num.* 1. Valaſc. *in allegat. Conſult.* 52. *nu.* 11. & Porcell. *ubi ſup. quæſt.* 2. *num.* 3. modo tamèn hæredi ii noti ſint, atquè certi Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 23. Viv. *in Opin.* 350. *nu.* 10. Afflict. *in Deciſ.* 262. *num.* 5. Vital. *loc. cit. fol.* 175. *num.* 18. aut de facili certificari poſſint Valaſc. *loc. alleg. nu.* 21. Phanuc. *part.* 3. *num.* 13. alitèr ſat eſſet illos per edictum citare Marant. *in ſpec. part.* 6. *memb.* 1. *Tit. Rectè concipitur citatio. num.* 98. Viv. *in loc. indicat. nu.* 22. Seraphin. *in Deciſ.* 371. *num.* 4. *&* 5. Scacc. *in eod. tract. de Judic. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 20. Gallup. *in prax. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. D. Reg. noſter *in Deciſ.* 96. *num.* 11. *&* 30. & *ibi* Nos *in Obſervat. ex num.* 7.

16 Idquè procedere, quotieſcumquè citandus à Civitate ubi inventarium conficitur abſens eſſet ſtatuit Juſtinianus *in cit. Auth. de Hæredib. & falcid. in §. hinc nobis. verſ. fiat igitur.* ibi *convocare omnes legatarios, & fideicommiſſarios, quantincumquè in eadem civitate ſunt conſtituti.* & *ibi* Gloſſ. *verb. fideicommiſſarios.* Valaſc. *in adduct. Conſult.* 52. *num.* 22. Craſſ. *loc. citat. quæſt.* 9. Roland. *part.* 3. *fol.* 69. *&* 70. Spin. *de Invent. nu.* 21. Gratian. *in Diſcept.* 798. Seraphin. *in cit. Deciſ.* 371. *num.* 4. *&* 5. Farinac. *in Deciſ. poſth.* 597. *num.* 3.
17 *part.* 2. quicquid ſibi conſuluiſſe aſſerat Gizz. *hic n.* 19. Et eandèm citationem per proclama practicari quoquè quoties creditorum multitudo ineſſet ſcribit Gratian. *in Diſcept.* 197. *num.* 18.

18 Obſervandum ulteriùs incidit, quandò contra non citatum inventarium non proſit? dum D. Reg. noſter *num.* 11. tradit contra creditores, & intereſſe habentes non citatos inventarium non prodeſſe, & probant Cagnol. *in l. ſi quis minor. nu.* 120. *C. de Tranſact.* Mant. *in Deciſ.* 189. Roland. *loc. citat. pag.* 71. Surd. *in conſ.* 181. *num.* 26. *tom.* 2. Cravett. *in conſ.* 179. Alex. *in conſ.* 106. *nu.* 17. *tom.* 5. Craſſ. *loc. citat. quæſt.* 9. Spin. *loc. citat. num.* 21. Rim. Jun. *in conſ.* 593. Capyc. *in Deciſ.* 101. & *ibi* Petr. *num.* 3. *& in Annotat. ad Deciſ.* 8. *num.* 2. Nota propterea ut ea concluſio obtineat, neceſſe eſſe hæredem à Creditore convinci de ejus cognitione, & ſcientia, ac quod dolo ipſum citare non fecit; ut deciſum pluries refert de Marin. *lib.* 2. *Reſolut.* 111. quicquid ſibi Gizz. involvat *hic num.* 5. penès quem fides ſit de Deciſione relata *num.* 9. cum nec cauſam patrocinavit, nec ſuum calculum in votando præbuit, & ſic ignarus eſt, quibus mediis profluit, Et quod Inventarium hæredi proſit etiam reſpectu non citatorum quando aliqui ex creditoribus citati ſint cum lex non ſit omninò contempta ſicuti ſi inventarium confectum non fuiſſet probant De Marin. *loc. cit.* Gratian. *tom.* 4. *Diſcept.* 797. *num.* 16. De Franch. *in Deciſ.* 229. & *ibi* De Luc. *num.* 2. Rot. Roman. *in impreſſis poſt Conſil. Farinac. in Deciſ.* 199. *num.* 7. & Peregrin. *in conſ.* 95. *num.* 7. *lib.* 4.

19 Et illud hic non abſre ad intelligentiam traditi ex D. Regente noſtro *num.* 35. Obſervandum cenſeo quòd licèt Excobar *de Ratiocin. cap.* 9. *nu.* 22. illius fuit opinionis, tùnc inventarium à Judice factum abſente, & ignorante creditore hæredi prodeſſe, quotiès intra trimeſtre tempus cum ſollemnitatibus ab hærede ratificatum fuerit. Hanc ratificationem uſu receptam non eſſe, ſatiſquè eſſe hæredi, ut à pœna ſollemnis inventarii non conficientis excuſetur Inventarium per Judicem factum probat Salgad. *in labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 38.

20 Deniquè Obſervo *num.* 38. Fœminam adverſus omiſſas ſollemnitates in confectione inventarii per in integrum reſtitutionis beneficium ſuccurri Adde Petr. *ad Capyc. in Deciſ.* 101. *nu.* 2. Franc. Marc. *in Deciſ.* 291. *part.* 1. Staiban. *tom.* 1. *Reſol.* 95. *ex num.* 37. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. art.* 35. *verſ. ſed rursùs limitatur. fol. mihi* 352. Hodiern. *in controv.* 5. *nu.* 33. D. Reg. noſter *in Conſult.* 57. *ex num.* 28. *tom.* 1. De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 229. *num.* 1. qui inventarii ſollemnitatum ignara præſumitur, ut deciſum dicit Gizz. *hic num.* 10. & Obtinui pro D. Virgilia Lettereſe, & D. Judicta Caſella hæredibus D. Honuphrii Lettereſe

tereſe V. J. D. in Banca Caroli de Ardia quicquid dicat Roland. à Vall. *in cit. tract. de Invent. Diverſ. quæſt.* 22. cujus opinio procedere poterit quotiès dolus concurreret Tap. *in Deciſ.* 39. & Cenſal. *loc. citat.*

21 Potiſſimum hanc obtinere ſententiam ſi in muliere cum ſimplicitate concurreret paupertas aſſerunt Rocc. *in Reſponſ.* 97. *tom.* 1. & De Luc. *in citat. Obſ.* 229. *num.* 3. aut ſi peritiores conſulere non potuiſſet Phanuc. *loc. cit. part.* 2. *num.* 21. & Boer. *in Deciſ.* 124. *num.* 20.

22 Minorem quoquè per beneficium reſtitutionis in integrum ſuccurri, nè dùm quoad ſollemnitates omiſſas, verum etiàm ad inventarium non confectum ſcribunt laudati per Nos *in Obſerv.* 15. *num.* 6. quibus modo ſubnectimus Surd. *in conſ.* 95. Menoch. *in conſ.* 177. *num.* 32. Natt. *in conſ.* 149. Bero. *in conſ.* 37. *lib.* 2. Soccin. Jun. *in conſ.* 7. *lib.* 4. *num.* 16. Alex. *in conſ.* 124. *num.* 7. *lib.* 3. Dec. *in conſ.* 445. *num.* 56. Oliban. *de Action. in §. rursùs. in* 1. *relect. num.* 72. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem habens. verb. legitimum tempus num.* 17. *De*

23 *In Integr. Reſtit.* & Covarr. *in Reg. Poſſeſſor. part.* 3. *§.* 3. *num.* 4. & probata læſione admittunt Franc. Marc. *in Deciſ.* 302. *part.* 1. Cæſ. de Barz. *in Deciſ.* 64. *num.* 51. Gratian. *in Diſcept.* 767. Antonin. *in cit. Reſol.* 8. *ex num.* 56. *lib.* 2. Rot. Roman. *in Deciſ.* 107. *ex num.* 10. Myſinger. *Obſer.* 16. *cent.* 4. Roland. à Vall. *in cit. tract. de Invent. part.* 1. *verſ. quinto quæro.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXX.

### *SUMMÆ.*

1 *Creditor anterior, an adverſus poſteriorem creditorem experiri petat pro avocatione pecuniæ penès ſe retentæ, occaſione fundi debitoris ſubhaſta poſiti, emptore non reperto, ſibi cum retentione crediti adjudicati? & num.* 2.

*Quid ſi creditor anterior fuiſſet præſens, & intimatus non impediit? num.* 3. *&* comprobatur Deciſio *num.* 4.

*Fallit in Fiſco. num.* 5.

6 *Cautela citationis per proclama ad inſtantiam poſterioris creditoris, num operetur ad extinguendam hypothecam anteriorum creditorum?* reiicitur Faber.

7 *Creditor, quandò ad licitandum admittatur?*

8 . . . *poſterior, qui prædium emit cum ſui crediti retentione, venditione revocata ad creditoris anterioris inſtantiam, à quo Die fructus, ſivè intereſſe reſtituat?* comprobatur Deciſio. *contra* Gait. & Thor.

9 *Intereſſe, mora non intercedante, non debetur.*

10 *Poſſidens, Judicis Decreto, eſt bonæ fidei poſſeſſor, & ideo non tenetur ad fructuum reſtitutionem, etiam poſt litem conteſtatam perceptorum.*

11 *Fiſco avocanti pecuniam à poſteriore creditore intereſſe non debetur.*

12 *Revocata venditione, an tertius emptor teneatur fundum ſub haſta emptum reſtituere? & num.* 13. ex Prat. reiicitur Mareſcot. *num.* 15.

*Quid ſi emptori prætium offeratur? num.* 14.

1 PErſpicaciſſimus Antonius Faber indubium revocatam ſententiam bis ab inferioribus Judicibus prolatam, per Supremum Sabaudiæ Senatum refert, Diffiniens anteriorem creditorem adverſus creditorem poſteriorem agere nequire ad avocandam pecuniam occaſione ſui crediti retentam, exquò ſubhaſtato fundo emptore non reperto ſibi adjudicatum fuit, illa ratione motus, nàm pecunia, quam creditor poſterior idemquè emptor ex publicæ auctionis cauſa debuiſſet numquàm debitoris fuerit, atquè adèo anteriori creditori non obligata quamvis ex prætio rei pignoratæ perventa ſit, aliaquè hujus placiti fundamenta dat *in Tit. ſui Codicis De Diſtract. Pignor. Diffin.* 33. ſequutus ex De Marin. id S. R. C. quoquè Deciſione firmante in cauſa D. Octaviani Capycii Latro *in lib.* 1. *Reſol.* 71. *num.* 10.

2 At per hypothecariam actionem anteriori creditori adversùs poſſeſſorem eſſe conſultum, non eo inficias, etenim illa nèc adjudicatione, nèc venditione extinguitur De Marin. *loc. cit. ſub num.* 11. & Rot. Roman. *in impreſſis poſt Nig. de ſubhaſt. in Deciſ.* 29. Niſi ab ipſo creditore hypothecæ renunciatum ſit juxtà notata per J. C. *in l.* 6. *&* 8. *C. de Remiſſ. pignor.*

3 Obiicitur verò Deciſioni illos De Gattinario in pignoris diſtractione eo tēpore quo in Moncelli poſterioris creditoris beneficium extincta extitit candela intimatos fuiſſe, exindè ſe prejudicaſſe probatur ex *l. ſi fidejuſſor. C. Mandat.* Fachin. *in controv.* 80. *lib.* 7. *lit. D.* Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Rub.* 3. *§.* 8. *verſ. ſan conſentement. num.* 8. *&* 9. Roſental. *de Feud. cap.* 9. *Concluſ.* 75. *num.* 7. *&* 15. Gratian. *in Diſcept.* 68. *num.* 16. *tom.* 1. Mendozz. *in lib.* 2. *De Pact. cap.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 37. optimè ad rem ſcribit De Amat. *in Reſol.* 11. & ſic Deciſum tradit Staiban. *in Reſol.* 5. *tom.* 1. *& in Reſol.* 180. *tom.* 2. ac comprobat Gizz. *hìc poſt hæc ſcripta in lucem proditus. num.* 3.

4 Ego tamèn diſcedendum à Deciſione non ſum voti, eo quod jus pignoris per taciturnitatem, ſcientiam, aut præſentiam remiſſum non cenſetur, niſi expreſſus intercedat conſenſus teſtibus Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 6. *Tit.* 4. *num.* 20. Neguſant. *de Pignor. memb.* 3. *part.* 6. *num.* 23. Gratian. *Diſcept.* 38. *num.* 19. & ſic Deciſum per Senatum ſuum dicit Surd. *in Deciſ.* 302. *num.* 4.

5 Fallit aſſumptum in Fiſco pignus diſtraente, quo caſu creditor videns, & tacens ſibi præjudicium infert. *l. hypothecis.* 3. *C. de Diſtract. pignor.* Neguſant. *loc. alleg. num.* 25. Merlin. qui id in Dotis gratiam, Piæ cauſæ, atquè etiàm libertatis extendit *in controv.* 58. *ex num.* 13. & noviſſimè De Philip. *in Diſſertat.* 2. *ex num.* 39.

6 Fallax propterèa cautela judicanda eſt citationis per proclama ex Fabro data, relata ex De Marin. *in adduct. loc.* nè anteriori creditori in pignoris jure prejudicetur dum illius præſentia in judicio, nec ſatis eſt niſi ſola hypothecæ ſpecialis remiſſio interveniat Burſat. *in conſ.* 32. *num.* 38.

7 Obſervo ſecundò *num.* 9. Creditorem quotiès alius emptor ad licitandum non veniat, in licitatorem admitti probant concluſionem Galleſ. *De Obligat. Camer. quæſt. ultim. num.* 30. Soccin. *in conſ.* 37. *vol.* 4. Rebuff. *De Liter. Obligat. Artic.* 85. *gloſſ. unic. num.* 17. Additionator *ad Ludoviſ. in Deciſ.* 12. & Rot. Roman. *in recollect. per Rub. in Deciſ.* 411. *num.* 7. indiſtinctè tamen illum ad licitandum admitti probant, & meliùs Jo: Bapt. Aſin. *de Execut. §.* 6. *cap.* 7. *fol.* 140. Gratian. *tom.* 1. *Diſcept.* 7. *num.* 7. Coler. *de Proceſ. execut. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 73. Seraph. *in Deciſ.* 69. *num.* 10. & in paritate prætii cæteris licitatoribus præferendum eſſe ſumitur ex Tex. *in l.* 1. *ff. de Privileg. credit.*

8 Inſupèr Obſervo *hoc loco* Deciſum poſteriorem creditorem, qui prædium emit cum ſui crediti retentione, venditione revocata, anteriore creditore inſtante, ad fructus, ſivè intereſſe pro retenta quantitate, uſquè in diem ſententiæ revocatæ venditionis non teneri. Deciſionem comprobant Sanfelic. *in Deciſ.* 124. *ex num.* 14. *lib.* 1. Anton. Nig. *de Judic. ſivè Prætor. pignor. ſubhaſt. vendit. cap.* 30. *num.* 109. & De Marin. *ad Reverter. in Obſerv.* 82. *num.* 2. *& in Obſerv.* 380. *num.* 3. *& rursùs in cit. Reſol.* 71. *num.* 13. licèt contrarium ſuadere videantur Thor. *in part.* 2. *compend. verb. pecunia liberata ordine S. R. C.* & Gait. *de Credit. cap.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 884. Intereſſe, namquè mora ceſſante haùd de-

9 beri dixit J. C. *in l. lecta. ff. ſi cert. petatur. & in l.* 2. *§. ſi navis. ff. ad Leg. Rod. de Jact.* Hinc eſt quod ſi talis cre-

Digitized by Google

lis creditor abſquè judiciali interpellatione in mora conſtitui non poterat, *ut in adduct. l.lecta §.pactum autèm. & in l.nulla 99. ff. de Regul.Jur.* ſequitur à die latæ ſententiæ revocantis venditionem teneri, quia ex illo die judicialitèr interpellatus cenſetur.

10 Aſſiſtit eidem poſteriori creditori bona fides; ipſe enim decreto Judicis fundum obtinuit, quo ſtante titulo, à fructuum, ſivè intereſſe reſtitutione, etiam poſt conteſtatam litem excuſatur Gloſſ. *in l. navis 62. §. generalitèr. verb. undè non habet. ff. de Rei vindicat.* De Marin. *in cit. Obſerv.82. num.2.*, & de Fiſco, qui pecuniam liberatam avocat abſquè intereſſe loquitur his
11 verbis: *Pecunia, quam creditor à debitore ſuo recepit ſi poſtea ex juſta cauſa Fiſco reſtituenda erit: ſinè uſuris debetur.* Tex. *in l.pecunia. C. de Privileg. Fiſc.* & concordat Tex. *in l. deferri §. fin. & l. ſequent. ff. de Jur. Fiſc.* & probant De Pont. *in conſ.19. num. 3. tom. 2.* Alphar. *in Collect.* 1258. Theſaur. *in quæſt.16. lib.2.* & Covar. *in quæſt.* 29.

12 Et tandèm velut pro colophone ponam unum, de quo dum hæc ſcribo, ſupèr facto dubitari contingit, nùm ſubhaſtato fundo creditore inſtante, extinta candela in tertii licitatoris plus offerentis beneficium, executione poſtmodùm revocata; tertius emptor teneatur fundum reſtituere?

13 Ego, qui partes emptoris ſubſtineo, illum ad fundi reſtitutionem non teneri tueor etenim executorum bonorum, legitima venditione peracta, contra emptorem non datur actio ad rem, ſed contra victum ad prætium De Franch. *in Deciſ.* 660. & defendunt examuſſìm Guzman. *de Evict. quæſt. 34. num.* 39. Carleval. *de Judic. lib. 2. Tit. 3. Diſput. 24. ex num.* 11. Fab. *in citat. Codic. lib.8. tit.19. Diffinit.4.* Fontanell. *de Pact. Nuptial. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 5. num. 8. & part.10. ex num.22.*

14 Nèc reſiſtit illud, quod ſi emptori prætium offeratur fundi reſtitutionem recuſare haùd poſſit, nàm nulla ipſi afficitur injuria, & damnum pateretur ille cujus bona fuerunt diſtracta nullitèr, illiſquè carere neceſſe haberet Olea *de Ceſſion. jur. Tit. 4. quæſt. 2. num. 26.* Exquò Gordianus Cæſar ità reſcripſit, *ſi ob cauſam judicati pignora capta ſunt ex ejus authoritate, cui percipiendi jus fuit: ea quæ, de quibus complecteris tu mercatus es: fruſtrà ab ea, quæ condemnata eſt; vel quæ in ejus locum ſucceſſit, eorum refertur quæſtio. quandoquidem etſi evictio eorum ab alio ſubſecuta fuiſſet; adversùs eos debuiſſe dare actionem, quibus prætii ſolutio proficit, rectiſſimè reſponſum eſt*, in *l.13. C. de Evict.* Propterea ſi fundi reſtitutionē emptor ſubhaſta prætio ſibi reſtituto reſtituere non mallet incaſſum legislator reſcripſiſſet adverſus eos actionem dari, quibus prætii ſolutio proficit, quod confirmatur ex Text. *in l. quicumquè. C. de Fid. Inſtrum. lib.* 10. & *ibi* Andr. de Barul. *num.* 3. Rodoer. *ad De Marin. lib. 1. Reſol. 74. nu. 6. & 7.* Undè ſi in re nulla contra emptorem actio competit, quia perpetuo jure dominii pertinet *l. ſi quis fundum 3. C. ſi propt. publ. penſitat.* validè quanquàm prætium ſibi offeratur recuſare poterit, alitèr ſub publica fide fraudaretur emptor, nulluſquè ad publicas venditiones accederet, & tamèn haſtæ fiſcalis fides facilè convelli non debet *l. ſi hypothecas 8. C. de Remiſſ. pignor.* Fab. *loc. citat. lib. 7. Tit. 32. Diffinit. 4. num.* 14.

15 Et quamvìs Giurb. *in Obſ.55.* ſequutus ex Mareſcot. *lib. 2. Reſol. 50. num.* 5. contrarium ſuadere conetur, quia venditione revocata, etiam ſubhaſtatio revocata cenſetur. aptè Prat. occurrit id procedere quotieſcunquè in fraudem appellationis debitor tertio emptori fundum vendidiſſet, non verò in legitimo emptore, qui Judicis decretum fuit ſequutus *in Diſcept. 33. num. 21. tom. 2.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXXI.

### *SUMMÆ.*

1 *Viduam, bigamiæ indulgentiam neſcire debere traditur.*
2 *Vidua, ob tranſitum ad alias nuptias Deum, Defunti Animam, ac filiorum Charitatem lædit.*
3 . . . *binuba filiorum tutela amittit, quamquàm teſtamentaria.*
*Etiam ſi Pater illam ſecundis nuptiis non obſtantibus, officium tutelæ exerceri valere.* Declaratur Prat.
*Aut nuptiæ eſſent invalidæ. num. 4.*
5 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias, filiis tutore non petito illorum privatur ſucceſſione.* comprobatur D. Reg. noſter.
*Idèm dicendum in Avia. num. 6.*
7 . . *& Avia ut filiorum, ſive nepotum ſucceſſione priventur, quìd probandum?*
8 . . *ad ſecundas nuptias tranſeuncto, non petito filiis tutore, illorum non privatur hæreditate ſi contutor adſit.* Comprobatur Deciſio.
9 . . *minor, ob non petitum filiis tutorem per tranſitum ad alias nuptias non amittit illorum ſucceſſionem.* adversùs Sanchez.
*Fallit in matre majore num.* 10.
*Quìd in legitima ſibi, ex filiorum bonis debita? nu.* 11.
12 . . *per tranſitum ad ſecunda vota, proprietate illius privatur, quod mera viri liberalitate obtinuit.*
*Jocalium quoquè, atquè aliorum nuptiarum tempore à Viro donatorum. num.* 13.
*Quid in transmiſſis per conſanguineos ſponſi?* Reiicitur Gizz. *num.* 14.
*Ampliatur. num.* 15.
16 *Pater binubus privatur proprietate illius, quod mera uxoris voluntate habuit.*
17 *Mater de filiorum conſenſu, alias nuptias feſtinans, an ſucceſſione, & proprietate privetur?*
*Quid primi viri accedente voluntate? num.* 18.
19 . . *binuba, nùm mortuo ſecundo viro filiorum primi matrimonii tutelam reaſſumat?*
20 *Curatoris furioſi exercitium ceſſat ceſſante morbo, reincidente verò in furore, redit.*
21 *Mater, & Avia, quibus, & quando in tutela præferantur?*
22 *Bona ſecundi viri, quandò filiis primi matrimonii tacitè hypothecata ſint?* Comprobatur Gizz. Declaratur *num.* 23. & Retunditur. *num.* 24.

1 BIgamiæ indulgentiam, Viduam neſcire debere monuit Sanct. Hieronym. *in Epiſt.* 96. nam The-
2 ſauro teſte *in lib.1. Quæſt.28.* Deum; Defunti animam, & filiorum charitatem lædit;. iiſquè etiàm tyrannum adducere præſumi ſubdit idèm Div. Hieronym. *in Epiſt. 19. lib.* 2. & ad rem confert Tex. *in l. lex quæ tutores 22. §. lex enim. C. de Adminiſtr. tutor.* ac probant Berlich. *De Jur. Noverc. part. 2. art. 3. ſect. 16. ex nu.* 1091. & Molfeſ. *ad Conſuetud. tom. 1. part. 3. quæſt. 11. num.* 9. ac nonnulla ad propoſitum dant Nonnus *in 1. Dionyſiacōn* Jo: Mallara. *in Hercul. cant.*4. Iſacius Tzetzes *in Lycophronem* Hyginus *de Ariete.* Pontan. *in Urania*, & Natal. Comes *Mytholog. lib. 6. cap. 9.* Indè
3 illam ipſo jure ea de cauſa ſuorum filiorum tutelæ, quanquàm teſtamentariæ exercitio privari ſtatutum habetur in Auth. *Sacramentum. C. quand. mulier tutel. offic. fung.* & inter multos tradunt Maſtrill. *in Deciſ. 6. num. 35. part. 1.* Fragoſ. *de Regimin. Reipublic. part. 1. lib. 6.*


Digitized by Google

1.lib.6. Diſput.16.Rub. de Obligat. tutor.num.50.Gut-
tierez de Tutel. part. 2. cap. 9. Gomez in l. 14. Taur.
num. 11. Nicol. de Ubald. de ſucceſſ. ab inteſtat. in 2.
part. tract. num. 22. Tell. Fernand. in l. 6. Taur. nu.3.
Jo: de Garronib. in Auth. iiſdem pœnis. C. de ſecund.
Nupt. Coſt. de Judic. num.238. Montal. in lib.3. ad leg.
For. 3. tit.7. verb. En guarda. Eſcobar de Ratiocin. cap.
6. num.2. Cacher. in Deciſ. 57. Farinac. in Deciſ. 275.
num.1. tom.2. poſth. Merlin. de legitim. lib.4. tit. 2. ex
num.8. Matin. de Legitim. perſon. cap. 5. num.38. Pa-
ſcal. de Virib. patr. poteſt. part. 10. cap.3. num.22. Ho-
diern. in l. hac edictali. C. de ſecund. Nupt. quæſt. 20.
nu.12. De Luc. ad De Franch. in Obſerv. 350. nu.6. D.
Rodoer. in conſ. 15. nu.19. & Calà de In Integr. reſtit.
4 Quæſt.12. num. 31. licèt nuptiæ invalidæ ſint. Cancer.
par.3. Reſol.11. Gratian. tom.1. Diſcept.36. nu.60.& O-
lea de Ceſſion. jur. tit.2. quæſt.5. num.6. aut pater in ta-
bulis teſtamenti diſpoſuiſſet, ſecundis nuptiis haùd ob-
ſtantibus filiorum tutela nè privetur Gomez loc. citat.
verſic. item adde. De Marin. lib. 1. Reſol. 264. num.7.
quicquid Fragoſ. loc. adduct. num. 53. involvat, & ex
eo Prat. ad Paſcal. loc. citat. verſ. negativam. cum ea
operetur voluntas nè ipſo jure Mater tutelæ officio pri-
vetur, ſed Judicis decreto Gloſſ. in l.omnem. C. ad Ter-
tull. Ruin. vol.5. conſ. 84. num. 10.

5 Privari quoquè Matrem ad alias nuptias tranſeun-
tem, filiis tutore non petito illorum ſucceſſione; teſta-
tur D. Reg. noſter nu.1. cui accinunt Marant. in l. is po-
teſt num. 215. & 219. ff. de acquir. vel omittend. hæred.
Laur. de Palatiis in Tract. de ſucceſſ. part. 1. num. 51.
Nevizan. in ſylv. nupt. pagin. 180. limit. 4. Cancer. loc.
citat. Tit. de Tutor. cap.7. num.53. Rodoer. ad De Ma-
rin. lib. 1. Reſol. 2. num. 12. & in citat. conſ.15. num.
2. ac De Luc. ad De Franch. in Obſerv.167. illius namq;
ſucceſſione efficitur indignus, cui de tutore reſpicere
6 neglexit l. 2. §. ſi mater 23. ff. ad Sen. Conſ. Tertyll. Me-
dic. in conſ. 99. num. 64. Royas de Succ. cap. 30. num.
36. Thor. vot. 11. num. 19. Et in Avia cujuſquè lateris
ſit admittunt Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſt. 28.
Valentin. Forſter. de ſucceſſ. ab Inteſtat. lib. 7. cap. 16.
num. 11. & Viv. in Deciſ.432. Quìd verò probandum,
7 ut ea privatio obtineat ponit Gratian. in Diſcept. 72.
nu. 23. & 24. in Diſcept. 462. ex nu. 7. & in Diſcept.
668.

8 Hanc tamèn indubitatam concluſionem haùd obti-
nere, quotiès impuberi alius remaneret tutor, pro Matre
Deciſum legitur hìc, & comprobant Gloſſ. in l. matres.
verb. matres. C. ad Senat. Conſult. Tertyll. Guid. Papa
in conſ. 179. Dec. in conſ. 246. num. 7. & alii allegati
per Galter. in prax. tutel. part. 1. in Princip. ſub nu.26.
Hodiern. ad Surd. in Obſ. 48. num. 8. Molfeſ. ad Con-
ſuet. part. 3. quæſt. 1. num. 4. Mart. vot. 92. Rodoer. in
indicat. conſ. 15. num. 26. & D. Calà eod. loc. nu. 15.
D. Regentis noſtri immemores, & probat quoquè D.
Altimar. poſt hæc ſcripta viſus ad Rovit. in conſ. 98.
num. 12. tom. 1.

9 Idquè etiàm in Matre minore ad alias nuptias, filiis
non petito tutore procedere, ut illorum ſucceſſione
non privetur ſumitur ex l. penult. ff. quib. ex cauſ. in-
fam. irrogat., & ex l. 2. C. ſi advers. delict. ac tradunt
Boer. in Deciſ. 185. De Franch. in Deciſ. 165. & 632.
Mandoſ. de Ætat. minor. cap. 5. Quæſt. 13. Merlin. loc.
cit. ex num. 28. Bertrand. in conſ. 381. num. 3. lib. 2.
par. 1. Forſter. in allegato cap. 16. nu. 5. Cevall. comm.
contr. commun. quæſt. 729. num. 23. Soccin. in conſ.
153. nu. 36. lib. 2. Speculat. in lib. 2. Tit. de Reſtit. in
integr. §. 2. num. 15. Gomeſ. in cit. l. 14. Taur. num.
18. quia omittendo, non in committendo deliquit
Gabr. comm. concluſ. lib. 3. De Secund. Nup. concluſ. 9.
nu. 34. Hodiern. ad Surd. in Deciſ. 48. nu. 5. Gratian.
in Diſcept. 668. num. 3. & 4. & in Diſcept. 862. num.
20. 21. & 35. & in Deciſ. 177. Guttier. loc. citat. part.
1. cap. 16. ex num. 92. Fontanell. de Pact. nuptialib.
clauſ. 5. gloſſ. 1. part. 2. num. 87. De Marin. in Reſol.
273. lib. 1. nu. 28. & D. Calà loc. cit. num. 34. & 40.
quicquid ſcribat Sanchez de Matrim. tom. 2. Diſput.
87. num. 17.

10 Mater verò major procùl dubii eſt quìn ad ſecundas
nuptias convolando filiis non petito tutore illorum ſuc-
ceſſione privetur Riminald. in conſ. 234. Hieronym.
Gabriel. in conſ. 17. lib. 2. atquè etiàm legitima affe-
11 runt Gloſſ. in §. hinc nos. Auth. de Nuptiis. verb. ſcri-
ptura. Theſaur. in citat. quæſt. 28. num. 9. Laderch.
in conſ.33. & Alii apud Argel. de Acquir. poſſeſſ. quæſt.
3. artic. 17. ex num. 945. & penès Merlin. loc. alleg.
lib. 4. tit. 2. quæſt. 2. ex num. 5. ad fin. quibus validè
reſiſtunt Sperell. in Deciſ. 33. Rot. Roman. in impreſſis
poſt cit. Merlin. in Deciſ. 200. Michalor. de Fratrib.
part. 3. cap. 13. ex num. 51. Fachin. in lib. 3. Controv.
63. rationibus noviſſimè relatis per Urceol. tom. 1. con-
ſult. 17. num. 11.

12 Amittere eandem proprietatem illius, quod mera
viri liberalitate obtinuit probant Galeat. Malvaſ. in
conſ. 192. Jo: Del Caſtil. Sotomayor de Uſufruct. cap.2.
num. 14. Forſter. in Quæſt. 58. lib. 3. Mart. tom. 5. Di-
geſt. noviſſ. tit. de ſucceſſ. cap. 123. fol.118. Merlin. loc.
citat. eod. lib. 4. Quæſt. 1. tit. 2. ex num. 13. Fachin. in
adduct. Controv. 63. verſ. ad primum. Jo: De Garronib.
in l. generaliter ex num. 49. ad 58. C. de ſecund. nupt.
Tomaſ. de Legitim. tit. 17. cap. 9. num. 18. Surd. in
Deciſ. 99. num. 18. Gratian. in Diſcept. 862. ex num.
3. Et num. 7. id extendit in jocalibus, & aliis donatis
13 tempore ſponſaliorum matrimonii contemplatione, &
eandem ſententiam proſequuntur Theſaur. in cit. lib.1.
quæſt. 29. Guttier. in quæſt.18. num. 5. Caſſan. ad Con-
ſuetud. Burgund. pag. mihi 211. ex num. 2. Gabriel. loc.
citat. concl.1. num.21. Sanchez. in cit. tract. de Matrim.
lib. 6. Diſput. 41. Suarez de Arrhis num. 37. & 72. At
14 Gizz. hic num.7. tradit id in traditis per conſanguineos
ſponſi non procedere, quia illa pleno jure mulieri acqui-
runtur. Contrarium tamèn meliùs probant Salernitan.
in Deciſ. 8. De Franch. in Deciſ. 595. De Marin. in
citat. Reſol. 273. num. 9. & noviſſimè D. Jo: Bapt. De
Luc. in Tract. de Dot. Diſcurſ. 103. etenìm viri con-
templatione data cenſentur, atquè adèo ipſi viro quæſi-
ta Surd. in Deciſ. 118. num. 5. & optimè poſt alios Pi-
15 tagn. apud De Marin. in cit. lib. 1. Reſol. 90. num.
25. idquè in omni alia re à conſanguineis viri ab
uxore habita eadem attenta ratione militare firmant
Piſtor. lib. 2. pract. quæſt. tit. de Matrim. cap. 5. Rocc.
lib. 2. Reſp. 14. num. 12. Villalob. in Antinom. jur. in
verſ. Donata ſponſæ. num. 198. Gomez in cit. l. 14. Taur.
num. 7. Molfeſ. part. 3. quæſt.22. num.11.& noviſſimè
poſt alios Carol. Ant. de Luc. ad De Franch. Obſerv.
607. num.21. & Obſerv.695. verſic. veriùs Ego exiſtimo.

16 Quìd dicam in Patre binubo? prædicta non proce-
dere reſpondit Mattheſil. de ſucceſſ. ab inteſtat. artic.2.
princip. num. 25. ac in idem deſcendit Matute in Di-
ſquiſit. 40. nu.22. Pro utraquè parte refert fundamenta
Bacov. ad Treutler. vol. 2. Diſput. 16. th. 4. liter. D.
pagin. 1041. At adversùs Patrem ſtant Roland. in conſ.
95. num. 9. lib.1. Gail. lib. 2. Obſerv. 98. num. 3. Paul.
Æmil. Gall. de Except. in ſucceſſ. tam ab inteſtat. quam
ex teſtam. part.1. tit. 4. except. 3. ex num.32. Gratian.
in Diſcept.702. num. 22. Forſter. in cit. cap.11. Decian.
in conſ.87. n.3. Jo: de Monferrato in l. frater, à fratre. ff.
de Condit. indebit. Quæſt.17. Gabr. in adduct. Tit. de ſe-
cund. nupt. concl. 7. Rot. Roman. part. 1. Recentior. in
Deciſ. 638. eò quod ſicùt jura præſumunt Matrem ſe-
cundo nubentem filios primi matrimonii excoriare l.
lex quæ tutores. C. de Adminiſtr. tutor. Hodiern. in cit.
l. hac edictali. quæſt. 1. num. 18. & quæſt. 49. nu. 52.
ità Patrem novercali inductum amore malignè in ſan-
guinem proprium ſe gerere, probatur ex Tex. in l. 3. &
4. de Inoff. Teſtam.

17 Immunem verò à pœna Matrem exiſtimant, quo-
ties

Digitized by Google

ties de Filiorum conſenſu, ad ſecundas nuptias acceſſerit Sanchez *loc. indicat. Diſput.* 89. *num.* 49. Barri. *de ſucceſſ. ab inteſtat. tit.* 2. *num.* 8. Bertran. *in conſ.* 52. *nu.* 2. *lib.* 2. Fontanell. *in cit. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 1. *num.* 37. Roland. *in conſ.* 81. *num.* 10. *lib.* 3. Gratian. *in Diſcept.* 140. *num.* 3. & ſic Deciſum refert Fab. *in ſuo Codic. Tit. de ſecund. Nupt. Diffinit.* 8. & legatur Mart. *de ſucceſſ. part.* 1. *quæſt.* 5. *artic.* 2. *ex num.* 10. Etiam taciti Sarmient. *ſelectar. interpret. lib.* 1. *cap.* 4. Jo: De Garronib. *in Rub. Codic. de ſecund. Nupt. num.* 116. Surd. *in Deciſ.* 99. *num.* 12. & *in Deciſ.* 100. *num.* 1. Sed in contrarium ſtant poſita per Hodiern. *in cit. Deciſ. Surd.* 99. Et De Marin. *in alleg. Reſol.* 273. *num.* 27. interpretatus fuit, ut prior opinio procedat, quoties filii primi matrimonii conſentirent, & una ſimùl jus remitterent ſequutus Fachin. *lib.* 3. *controv.* 65. Nec
18 ſatis eſſe patris conſenſum, voluit Hodiern. *loc. citat.* Tu verò videſis Gaill. *in cit. Obſer.* 98. *num.* 18. Decian. *in conſ.* 35. *vol.* 1. Menoch. *in conſ.* 308. *num.* 14. & 27. *lib.* 4. Coraſ. *lib.* 3. *Miſcell. cap.* 1. & Theſaur. *in cit. lib.* 1. *quæſt.* 29. & 30.

19 Modò de illo videndum ſuccedit, nùm Mater binuba per ſupremum ſecundi viri fatum filiorum prioris matrimonii tutelam reaſſumat? Contra Matrem communis ſententia eſt, nam cum à filiorum tutela ſuſpecta abiit, adhùc eadèm ſuſpitionis cauſa durat, cum in craſtinum ad alias nuptias convolare poſſit; Fortiùs ſi alterius matrimonii liberi ſuperſtes extarent Surd. *in Deciſ.* 106. & ibi Hodiern. *num.* 1. & *in cit. l. hac edictali. quæſt.* 1. *num.* 40. De Marin. *in cit. lib.* 1. *Reſol.* 264. *num.* 9. De Amat. *in indicat. Reſol.* 24. *ex num.* 10. Boer. *in Deciſ.* 266. *num.* 4. Salgad. *in labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 23. Paſcal. *loc. citat. num.* 31. Gratian. *lib.* 1. *Diſcept.* 6. *ex num.* 35. quicquid diſtinguant Specul. & alii penès De Marin. Boer. & Surd. exemplo furioſi, cui datus fuit curator; etenim ceſſante morbo, ceſſat curatoris poteſtas, ſed in furore re-
20 incidens in ejuſdem curatoris poteſtate redit. Termini vero non ſunt pares, cum in caſu noſtro defectus in Matre conſideretur, quæ ſuſpecta à tutela abiit.

21 Obſervo *num.* 15. Matrem, & Aviam omnibus in legitima, aut dativa tutela præferri, teſtamentaria excepta Fab. *in Cod. tit. qui per tutor. Diffinit.* 2. Molfeſ. *loc. cit. tom.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 26. *ex num.* 14. Staiban. *tom.* 2. *Reſol.* 124. Thor. *part.* 1. *compend. verb. Bajulatus ſive Tutela.* D. Petr. *in proœm. ad Rit. M. C. V. nu.* 15. Matin. *in adduct. Tract. de Legitim. perſon. cap.* 1. *num.* 71. Maſtril. *in cit. Deciſ.* 6. *num.* 5. Severin. *ad Sanfelic. tom.* 3. *Deciſ.* 283. *verſ. num.* 4. *adde.* ipſis tamèn volentibus Angel. *in* §. 1. *Inſtit. de Attilian. tutor.* Maſtrill. *in Deciſ.* 174. *num.* 9. *part.* 2. Alex. *in conſ.* 161. *lib.* 5. Gratian. *in Diſcept.* 28. *num.* 21. Sed Avo paterno non præferri probant Gloſſ. *in Auth. matri, & avia. C. qui tutel. offic.* & Arias de Meſa *in Reſol.* 25. *num.* 19. *lib.* 2. etsì contrarium dicat Afflict. *in Deciſ.* 183. & vide Paſcal. *loc. cit. part.* 3. *cap.* 10. *ex num.* 6. Niſi in teſtamenti tabulis matri tutela relicta ſit Capyc. *in Deciſ.* 50. *num.* 5. & ibi Proſper Petr. *num.* 2. De Amat. *tom.* 1. *Reſol.* 24. *num.* 3. Molfeſ. *loc. cit. nu.* 18. Thor. *ubi ſup. verb. Mater in tutela.* Atquè etiàm ab inteſtato ſi de bonorum dilapidatione in Avum ſuſpitio orta eſſet De Franch. *in Deciſ.* 10. *in fin.* & Reverter. *in Deciſ.* 354.

22 Denìquè Obſervo Gizz. *hic num.* 14. ſcribentem; Matre ad ſecundas nuptias tranſeunte, tutore filiis non petito, nec adminiſtratæ tutelæ, reddita ratione; bona ſecundi viri tacitè hypothecata cenſeri. ſuper quo habemus jura expreſſa *in l.* 2. *C. Quand. mul. tutel. offic. & in l. ſi matres. C. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacit. contrah. & in* §. *ſi autem tutelam. Auth. de nupt.* & elegantèr tradunt Soccin. *in conſ.* 160. *vol.* 2. Cancer. *loc. cit. lib.* 1. *Reſol.* 7. *num.* 39. *De Tutor.* Acoſt. *de Privil. Credit. Regul.* 3. *ampl.* 25. & 26. Paſcal. *loc. cit. num.* 41. Neguſant. *de Pignor. memb.* 4. *part.* 2. *num.* 156. & De Marin. *in cit. Reſol.* 264. *num.* 4. idquè procedere quoquè ſi mater petierit tutorem, & tamèn rationes non reddidiſſet, dicunt Bald. *in cit. l. ſi mater num.* 3. & Marant. *in prax. tit. de execut. ſentent. num.* 33.

23 Hoc verò aſſertum intelligendum eſſe in Matre, quæ filiorum tutelam legitime ſuſceperat, ſecus ſi in adminiſtratione de facto ſe ingeſſiſſet putant Guttier. *in cit. Tract. de Tutel. part.* 1. *cap.* 9. *nu.* 30. Gabr. *in cit. Tit. de ſecund. nupt. Concluſ.* 9. *num.* 27. Boer. *ad Conſuetud. Bituricenſ. Tit. de Jur. perſon.* §. *fin. col.* 2. Mantic. *de Tacit. lib.* 11. *tit.* 16. *num.* 5. Paſcal. *loc. cit. num.* 42. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 75. *num.* 4. rationibus poſitis per Dec. *in conſ.* 591. Baez. *De Decim. cap.* 7. *num.* 17. & per Mart. *de ſucceſſ. leg. part.* 2. *quæſt.* 4. *artic.* 3. *ſub num.* 13.

24 At de veritate opinionis Gizz. dubitat Excobar *loc. allegat. cap.* 34. *num.* 14. ſubſtinens ſaltèm cum moderatione intelligendam, utpotè ſi adminiſtrationis rationes cum vitrico ad calculum fuiſſent revocatæ, & pro reliquorum reſtitutione, priùs bona matris excuſſa. adeas illum in contingentia.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXXII.

### *SUMMÆ.*

1 *Socii criminis, adverſùs ſocium, jure communi attento, non recipitur depoſitio.*
*Quìd in criminibus exceptis? num.* 2.
*Vel in Depoſitione ſocii in crimine? num.* 3.
4 *Depoſitio trium latronum in Regno, quandò habeatur, uti duorum proborum virorum teſtimonium?*
*Et quandò probet, furtum in hac Civitate commiſſum? num.* 5.
6 D. Carol. Ant. de Luc. *præſentem Deciſionem conſiderat.*
7 *Diſpoſitio* Pragm. 3. De Furt. *quandò obtineat ſibi locum? & num.* 8.
9 *Socii Criminis confeſſio, quandò ſatìs ſit, ut nominatus torturæ ſubiiciatur?* adverſùs Gizz.
10 *Socius criminis indultatus, quandò in teſtem conſocium torqueri poſſit?*
*Quìd in Regno. num.* 11.
12 *Torturæ tormenti nonnulla.*
13 *Quibus indiciis concurrentibus, ad Torturam deveniri poſſit? & num.* 17.
14 *Inventio rei furatæ penès aliquem, quandò indicium ad torturam faciant?*
15 *Inſtrumenta, quibus reproba moneta cudi poteſt, inventa apùd aliquem, quando faciant indicium ad torturam?*
16 *Indicia, ut ad torturam deveniri poſſit quæ?*
18 *Ad Torturam nùm deveniri poſſit, quotiès mulcta pro delicto eſſet pecuniaria?* reiicitur Ghirland.
19 *Reus, nùm ex proceſſu informativo tormentis ſubici poſſit?*
20 *Diſpoſitio* Cap. Regn. ad hoc. *an in Crimine peculatus procedat?*

1 QUanquàm Honorius, & Theodoſius auguſti, Ceciliano præf. præt. reſcripſiſſent, Socios criminis in teſtes adverſus ſocium recipiendos haud eſſe, neque eorum depoſitionibus ſtandum, *in l. quoniā liberi* 10. *C. De Teſtib.* & hanc cōmunem Legum Romanorum Interpretes ſententiam ſuadeant apud Nepot. de Mont. Alban. *in Tract. De Teſtib. num.* 69. Jacob. Ægid. *ad Bartol. in Tract. De Reprobat. Teſt. num.* 16. Federic. Schench.

Digitized by Google

Schench. *De Teſtib. num.* 36. Nell. à Sanct. Gemin. *in ſimili Tract. num.* 16. Alberic. de Malet. *in eod. Tract. cap.* 4. *num.* 65. Jodoc. Damhoud. *in conſimil. Tract. Tit. de Reprobat. Teſt. num.* 14. Bald. *in conſ.* 383. *nu.* 4. *part.* 5. Fulgoſ. *in Conſ.* 136. *col.* 2. Corn. *in conſ.* 58. *num.* 4. *vol.* 1. *in conſ.* 94. *num.* 5. *& in conſ.* 112. *nu.* 5. *vol.* 3. Dec. *in conſ.* 342. Boſſ. *de Indic. num.* 144. Boer. *in Deciſ.* 319. Lancell. Conrad. *Offic. Prat. lib.* 1. *Tit. de Teſtib. num.* 39. Menoc. *de Arbitr. caſ.* 474. *nu.* 10. Gramm. *in Deciſ.* 25. Laur. Kircho. *cent.* 4. *comm. opin. caſ.* 39. latè Farinac. *de Indic. & Tort. quaſt.* 43. Theſaur. *lib.* 2. *quaſt.* 35. & Gomeſ. *de Prob. Delict. Reſol.* 12. *num.* 16. *tom.* 3. *var.* quia per delicti confeſſionem, infames ſe declaraverunt De Marſil. *in prax. Crimin.* §. *Diligentèr. n.* 62. Ancharan. *in conſ.* 189. *n.* 9. *tom.* 1. Boſſ. *loc. citat. n.* 182. Hieronym. Gabr. *in conſ.* 177. *n.* 9. Mar. Antonin. Macerat. *lib.* 3. *Reſol.* 7. *ex n.* 1. *Reſol.* 17. *n.* 9. *& in Reſol.* 34. *n.* 4. 16. *&* 17. ac Prat. *in Reſponſ. crimin.*
2 23. *num.* 4. Niſi de Criminibus exceptis ageretur: nam tunc aliis concurrentibus, ad torturam in ſocium deveniri poſſe concludunt Clar. *in* §. *fin. quaſt.* 21. *nu.* 8. *&* 9. Menoch. *loc. citat. num.* 25. Scot. *in conſ.* 1. *nu.* 46. *lib.* 3. *tom.* 2. Reverter. *in Deciſ.* 42. & *ibi* De Marin. Ricc. *in Collect.* 3561. & noviſſimè D. Majoran. *in ejus opoprax. Crimin. cap.* 8. *nu.* 106. Aut depoſitio
3 ſocii in crimine eſſet: quam abſquè tortura adverſus ſocium probare legitur *in cap.* 1. & *ibi* Gloſſ. *de Teſtib.* Boſſ. *eod. loc. num.* 154.

4 In Regno tamen noſtro, trium latronum depoſitionem in tormentis factam, itaùt unus de alterius confeſſione ignarus ſit, tanti valere, quanti duorum proborum virorum teſtimonium, ſtatuit Carolus I. Andegavenſ. *in cap. Frequens, & effrenata.* Cujus diſpoſitionem procedere, quotiès nominatus eſſet levis, & infamata perſona, declaravit Carolus II. *in Conſtit. Divæ memoriæ Domini Patris. in Tit. De Confeſſ.* Et demùm quod tres delinquentes in tortura confeſſi probent in furtis commiſſis in hac Civitate, & Suburbiis, Die vel Nocte cum diſcaſſatione apothecæ, aut ſcaliatione do-
5 mus contra ſocios habetur in Pragm. 3. *de Furt.* & memorant D. Reg. noſter *hic ex num.* 2. *ad* 6. Paſcal. *de Virib. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 41. Prat. *in allegat. Reſp.* 23. *num.* 33. Gizzarell. *in Deciſ.* 78. & *ibi* De Angel. & De Mari. Sanfelic. *in Deciſ.* 37. *tom.* 1. *& in Deciſ.* 387. *tom.* 3. De Franch. *in Deciſ.* 570. *&* 577. & utrobiquè De Luc. qui *in Appendic. pag.* 201. *cent.* 6. hanc D. Regentis noſtri Deciſionem laudat, advertendo
6 prudentèr delictum de quo agebatur, nocte fuiſſe commiſſum, & cum duorum ſociorum dicto multa concurriſſe adminicula, aliavè indicia, & probationes; Indè torto inquiſito tormento coclearum, quo cum ſufficientèr indicia, & probationes in ipſum haùd evacuata Judicibus viſum; votorum tandèm dirempta paritate: ad inſerviendum delinquentem quinquennio, in Regiis Triremibus damnatum fuiſſe. Super quo videndus eſt Conciol *in Reſol. Crim.* 14. *ver. tortura.* & ſequitur *Deciſ.* memoratus De Luc. *in Obſerv. ad De Franch.* 538. *num.* 4.

7 Nota verò ad hoc, ut citatæ Pragm. 3. *de Furt.* obtineat diſpoſitio, apùd acta Judici conſtare debere inquiſitum eſſe levem, & infamatam perſonam juxtà poſita in adducta Conſt. *Divæ memoriæ.* teſte Rovit. *in Prag.* 6. *num.* 8. *de Receptat. delinq.* Undè cum in quadam contingentia Fiſcus habuiſſet quatuor ſociorum criminis confeſſiones, exquò de infamia, & levitate nominati non conſtabat, deciſum fuiſſe contra Fiſcum teſtatur Sanfelic. *in cit. Deciſ.* 383. *num.* 4.

8 Additquè Rovit. *eod. loc. num.* 5. nec prædicta jura municipalia obtinere, quotiès unus ex ſociis aliquos pateretur defectus utputà corruptela, minor ætas, & ſimilia, & probat Sanfelic. *ibid. num.* 1. *&* 2. idquè *num.* 7. Deciſum procedere tradit in ſocio torto tamquam cadaver., & ſequitur Prat. *in cit. Reſp.* 23. *num.* 38. & *ad Paſcal. in indicat. part.* 4. *cap.* 4. *verſ. ad num.* 41. extendit in confeſſione ſocii criminis, qui fuit morti traditus.

9 Obſervo inſupèr *num.* 13. Socii criminis confeſſionem, aliis concurrentibus indiciis de jure communi, ſatis eſſe quin nominatus quæſtioni ſubiiciatur. Adde Guid. de Suza. *in Tract. de Torment. col.* 8. De Marſil. *in ſingul.* 209. *& in l.* 1. §. *Divus Antoninus. ff. de Quaſtion. num.* 5. *&* 8. Alex. *in conſ.* 132. *vol.* 1. *in conſ.* 69. *vol.* 2. *& in conſ.* 89. *verſ. Quinimò ſecundum Salicet. vol.* 3. Angel. *de Malefic. verb. fama publica. verſ. Quæro an princeps criminis.* & *ibi* Addit. Anan. *in conſ.* 59. *verſ. reſtat ergò.* Jo: Mar. Monticell. *in prax. crimin. regul.* 4. legatur ad rem Ciazz. *in Diſput. Crimin.* 2. & Petr. de Moncad. *ad Crot. de Teſtib. part.* 3. *verb. Torturæ. liter. hh. pagin.* 605. *in Tract. De Teſtib. Diverſ.* unum hac in re cordi tenendum eſſe aſſerit ad finem, ut poſita concluſio obtineat, neceſſe eſſe quod ſocii criminis depoſitio recepta ſit præmiſſo juramento, deindè in tormentis; ſequutis Fulgoſ. *in conſ.* 173. Soccin. *in Regul.* 375. *fallent.* 3. & aliis, & in idem deſcendunt De Marſil. *in alleg.* §. *diligentèr. num.* 62. Peguer. *in Deciſ.* 37. Gigas *de Crimin. Laſ. Majeſt. lib.* 2. *cap.* 24. *in fin.* ac ex noſtris Reverter. *in citat. Deciſ.* 42. Rovit. *in Pragm.* 1. *num.* 9. *de Perſeq. Malefact.* Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *Pragm.* 6. *num.* 139. & Sarn. tranſcribit formulam convalidationis depoſitionis in caput ſociorum *in ſua prax. crimin. part.* 2. *pag.* 47. *formul.* 43.
10 quicquid ſibi Gizz. involvat *hic num.* 10. Poſſequè torqueri ſocium criminis indultatum in teſtem, quoad conſocium probat De Franch. *in Deciſ.* 459. quem ſequuntur Paſcal. *in citat. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. Ricc. *in Collect.* 133. *in fin.* Rovit. *in indicat. Pragm.* 6. *num.* 9. *de Receptat. Delinq.* Caball. *in Reſol. Crimin.* 29. 33. *&* 75. *cent.* 1. *& in Reſol.* 185. *cent.* 2. Feliù *part.* 2. *var. concluſ. verb. ſocius.* Maſtrill. *in Deciſ.* 244. *num.* 10. *part.* 2. ac videſis Boſſ. *in Tit. de Oppoſit. contr. teſt. nu.* 21. Hoc verò dictum intelligendum eſt juxtà diſtintionem traditam ex Capiblanc. *loc. alleg. num.* 145. quem noviſſimè ſequitur De Luc. *ad De Franch. in cit. Deciſ.* 459. *num.* 3.

11 Et in Regno ſolam ſocii depoſitionem ſi de delicto, quo venit imponenda pœna corporis afflictiva agatur, ſatis eſſe ad formandam inquiſitionem habetur in cap. Regn. *ut delatas.* & conſulantur in contingentia Caball. *in Reſol. crimin.* 84. Maſcard. *in Concl.* 1317. & Clar. & Addent. *in allegat. quaſt.* 21. *num.* 7.

12 Succeſſivè obſervandum venit, torturam graviorem pœnam eſſe, quam utriuſquè manus inciſionem, cum D. Regent. noſtro *num.* 16. concordat licèt eo immemore Dominic. de Rub. *in certam.* 12. *num.* 28. & ipſa morte duriorem Carpz. *in quaſt.* 119. Crot. *in cit. Tract. de Teſtib. part.* 3. *num.* 96. Undè Senec. *ad Luc. Epiſt.* 22. ſcripſit: *Nemo tam timidus eſt, ut malit ſempèr pendere, quam ſemèl cadere undè faciliùs reperiuntur, qui ſe ultro morti offerant, quam quod dolorem patienter ferant.* alia ad propoſitum dant Paul. Zacch. *lib.* 6. *tit.* 2. *quaſt.* 2. Danz. *de Pugn. Doctor. tom.* 2. *cap.* 3. Caracciol. *de Monument. Eccleſ. Neap. cap.* 18. *ſect.* 5. *&* 6. nec non Horat. Græc. *nel ſuo Medico fiſcale ſect.* 4. *per totam.* idcircò non de facili inferenda; Judicibus monuit Guazzin. *ad Defenſ. reor. Defenſ.* 30. *cap.* 4. *num.* 3. Quæ verò indicia ſat ſint, ut ad illam deveni-
13 ri poſſit, ponunt latiùs Fab. *in ſuo Codic. tit. de Quaſt. Diffin.* 4. Peguer *in Deciſ.* 71. Myſing. *in Obſerv.* 93. *centur.* 6. Viv. *in Deciſ.* 282. Farinac. *in quaſt.* 37. *&* 42. Ricc. *ad Maſcard. de Probat. tom.* 3. *Concluſ.* 1391. *pag.* 9. Petr. *ad Capyc. in Deciſ.* 145. & quod inventio
14 rei furatæ penès aliquem faciat contra ipſum indicium ad torturam, ſi perſona pravæ famæ, & conditionis ſit, nèc doceat, quomodò habuit notant Jul. Clar. *in* §. *furtum. num.* 5. *& in adduct. quaſt.* 21. *nu.* 41. Peguer. *in Deciſ.* 38. Farinac. *de Furt. part.* 1. *quaſt.* 77. Maſcard. *loc.*

Digitized by Google

*loc. alleg. tom.2. concl.* 833. *num.* 1. & alii apud de Marin. *ad Revert. in Obſerv.*207. *num.*1. pro ut in illo, qui
15 habere penès ſe repertus fuit inſtrumenta, cum quibus reproba moneta cudi poteſt; probat declarato De Franch. *in Deciſ.*440. De Luc. *in Obſerv. num.*4.
16 Indicia tamèn in eorum ſpecie, ut ad torturam devenire poſſit debent eſſe luce meridiana clariora *l. unius. §. in ea. ff. De Quæſt.* Bald. *in conſ.* 269. *num.* 6. Menoch. *lib.*1. *præſumpt.*89. *num.*3. *& De Arbitr.caſ.* 270. Lancell. Conrad. *in cit. tit. De Offic. Præt. cap.* 9. *de Negat. Crimin. & torm. num.* 30. *&* 33. Thom. de Peperat. *in Tract. de Fama. num.*58. Guid. de Suza. *de Iudic. & Tortur. num.*28. & *ibi* ſuus Additionator Bolognin. Clar. *in cit. §. fin. quæſt.* 64. *num.* 9. Oldeſop. *caut. crim.* 9. *tit.* 4. Et talia quod delinquentis confeſſio ſola deeſſe cognoſcatur. *l.* 1. *ff. de Quæſt.* plenè Maſcard. *in adduct. concluſ.* 1391. Indè nec torturam irro-
17 gandam eſſe niſi pro delicto, veniat imponenda pœna ultra relegationem placuit Farinac. *in cit. quæſt.*42. Cravett. *in conſ.*137. Maſtril. *in Deciſ.* 191. *lib.*2. *num.* 20. Marant. *in prax. part.* 6. *verſ. inquiſitio. nu.* 127. Ant. de Ball. *de Quæſt. & torm. quæſt.* 13. *num.* 2. Prat. *in Reſponſ. crimin.*1. *num.*36. *& Reſponſ.*17. *nu.*52. Clar. *loc. cit. num.*4. Gramm. *vot.*15. Rovit. *in Pragm.* 2. *nu.* 59. *&* 65. *de Juriſd. invic. non turb.* & diſpoſitum legitur *in Cap.* Regn. *Tormenta ubi* De Nigr. *num.*13. Et Peguer. dixit torturam Judicem impartiri poſſe, quoties reus pœna fuſtigationis plectendus veniret: quia corporalis eſt *in Deciſ.*16. *num.*6.
18 Voluitquè Paul. Ghirlan. *in tract. de Quæſt. & Tortur. quæſt.*7. *ex num.*6. Quæſtioni ſubiicere poſſe reum à Judice, quamquàm crimen; mulctam pecuniariam mereatur, & eandèm opinionem ſequitur Franc. Marc. *in Deciſ.* 906. *part.* 1. *num.* 15. Hoc tamèn dictum ſi veritate polleret in delictum perquirendo major infligeretur pœna, quam in condemnando Clar. *loc. cit.* & *ibi* Bajard. *num.*7. & Drogh. *poſt num.* 14. *liter. P.* Jodoc. Damhuder. *in Enchirid. verb. Mors, & Tortura.* qua etiam attenta ratione, nec torturæ tradendum eſſe illum, qui criminis occaſione pœna arbitraria plectendus veniret probant Caball. *in Reſol. Crimin.* 28. Gramatic. *in conſ.*15. *num.*4. De Ball. *lib.*4. *Quæſt. crimin.* 5. *num.*12. & Cumia *in Rit. Regn. Sicil.*46. *num.*52.
19 Nùm tandèm ex proceſſu informativo reus tormentis ſubiicere poſſit extricant perlatè Thor. *in Compend. Deciſ. part.* 2. *verb. Tortura.* & De Rub. *in citat. Certamin.* 7. Et an Cap. Regn. *Ad hoc* procedat in crimine
20 peculatus? diſſident De Franch. *in Deciſ.* 315. & Sanfelic. *in Deciſ.* 166. ſed conciliat elegantèr D. Mucc. *Quæſt. forenſ. Dilucidat. in quæſt.*14.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXXIII.

### SUMMÆ.

1 *Intereſſe in mutuo, quandò à principio taxatum ſubſtineatur?* D. Reg. reiicit Maſcard. cujus ſequaces ſunt D. Carleval. & D. Petr.
*Adducuntur* D. Regent. noſtri ſequaces *num.*3.
2 . . . . *ratione moræ lucri ceſſantis, & damni emergentis in mutuo permittitur.*
4 . . . . *proptèr moram debito, ab hæreditate jacente, ſivè debitore decocto, quandò debeatur? & num.*6.
5 . . . . *abſquè mora non currit.*
7 *In mora ſinè culpa, quis non conſtituitur.*
8 *Mora, quandò à Debitore, qui præceptum habuit à Judice ut ſolveret contrahatur ad finem, ut ad intereſſe teneatur?*
9 *Intereſſe alterius intereſſe non debetur.*
*Licèt primum intereſſe principalitèr in contractu deductum ſit. num.*10.
*Aut ſententia Debitor ad illud condemnatus reperiatur. num.*11.
12 . . . . *lucri ceſſantis, illud intereſſe non parit* contra Cagnol. & Gizz.
13 . . . . *alterius intereſſe loco tertiarum debitum poſt reſciſſionem contractus non debetur* Rejecto Gizz. comprobatur D. Rovitus ex D. Rodoer.
14 . . . . *tertiarum quandò debeatur? & n.*15.

1 Maſcardum reprobatum *hoc loco* ex D. Regent. noſtr. occurrimus *num.*2. approbatum verò ab aliis conſideramus; in illo, quod tradidit *in tract. de probat. concluſ.* 934. (*error namquè fuit ſcribere* 933.) *num.* 25. pactum de intereſſe in mutuo à principio in certa quantitate moderata taxato, ut mutuans cautiùs ſit non ſubſtineri, allegans ibi novem Doctores; Quadraginta novem conducit ad idem Carleval. *de Judic. tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *Diſput.* 8. *ſect.* 6. *num.* 79. & ſeptem alios addit D. Conſil. Petr. *in Rit.* 20. *num.* 10. *verſ. ſi igitur lucrum.* nàm licèt intereſſe proptèr moram, lu-
2 cri ceſſantis ratione, vel damni emergentis in mutuo permiſſum ſit. Bonacin. *Diſput.* 3. *punt.* 4. *num.* 12. ea occaſio à principio conſiderari non poteſt, alitèr eſſet de futuro eventu divinare Maſcard. *loc. cit.* & Carleval. *eod. loc. num.*79.
3 At in ſolito negotiari, & omni prorsùs fraude, & dolo palliandi uſuras, ceſſante aptiùs probant laudati ex D. Regent. noſtro *in cit. num.* 2. quibus ſubnectimus Bald. *in conſ.*166. *lib.* 1. Covar. *lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. *num.*3. *& cap.*4. *num.*5. Molin. *de Contract. Diſput.* 315. *num.*5. Sot. *de Juſtit. lib.*6. *artic.*3. *quæſt.*1. Coſm. Philiarc. *de Offic. Sacerdot. lib.* 5. *cap.* 7. *in fin. tom.* 2. Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *Reſol.* 29. Conrad. *de Contract. tract.*2. *quæſt.*30. *col.*5. *verſ. tertia authoritas.* D. Rocc. *in Reſp.*41. *tom.*1. Gait. *de Credit. cap.*2. *tit.* 7. *quæſt.*1. *ex num.*1662. *& quæſt.* 2. *num.* 1690. Sanfelic. *in Deciſ.*124. *tom.*1. *num.* 10. Bonacin. *in cit. quæſt.* 3. *pun.* 7. Salon. *de Juſtit. Quæſt.*78. *artic.* 2. *controv.* 9. *dub.*2. Tolet. *de Inſtruct. Sacerd. lib.*5. *cap.*32. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 20. *dub.*15. Navar. *in Manual. cap.*17. *num.*211. Trullenc. *ad Præcept. Decalog. tom.*2. *lib.*7. *cap.* 19. *Dub.* 8. *num.*6. Azor. *Inſtit. Moral. part.* 3. *lib.*5. *Tit. de Uſur. cap.*6. *quæſt.*5. Maſtrill. *in Deciſ.*245. *num.* 12. *part.*3. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 20. *nu.* 3. Surd. *de Aliment. Tit.*1. *Quæſt.* 45. *ex num.*76. *& in Deciſ.*259. *ex n.* 1[illegible]. & *ibi* Hodiern. Cavalcan. *in Deciſ.* 21. *ex nu.* 29. *part.* 4. & noviſſimè Marott. *tom.*1. *controv.*34. *num.* 2. etenìm pecunia mutuo habita, quæ tibi pro damni reparatione neceſſaria eſt magìs valet, quam ſecundùm ſe conſiderata, & ipſa exquirit æquitas, ut ex mutui beneficio, damnum non reportem Leſſ. *loc. alleg. Dub.* 10. *num.*72. Trullench. *ubi ſup.* & legatur ad rem Rebuff. *in l. unic. num.*619. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter.*
4 Secundo Obſervandum eſt, an intereſſe proptèr moram à debitore decocto, ſivè hæreditate jacente, cui datus eſt Curator debeatur. Si in ſtipulatione deductum illud ſit, non eſt quin dubitem, authoritate *l. continuus §. illud. ff. de Verb. Obligat.* Sed in intereſſe ex mora debito Judicis officio nullo modo deberi reſpondendum eſt, nàm hæreditas jacens, etsì Curatorem habeat, ſivè decoctus debitor ſit, in mora non conſtituitur attenta ſolvendi impotentia; teſtibus Rovit. *in Deciſ.* 41. Paul. Staib. *lib.*2. *Reſol.* 176. *ex num.* 2. *ad* 30. Jo: Bapt. Staiban. *de Intereſ. lib.*2. *tit.* 5. *quæſt. unic. ex num.*11. *ad* 14. & ſic Deciſum tradit Marott. *in cit. Contr.* 34. U-
5 ſuræ enim abſquè mora non currunt. *l. lecta. ff. ſi cert. petat. l.*2. *§. ſi navis. ff. ad leg. Rhod. de fact.* Hieronym. Gabriel. *in conſ.*57. *num.*6. *& in conſ.*147. *nu.*2. *vol.*2.
6 Honded. *in conſ.*28. *n.*9. *&* 10. *tom.* 1. Gratian. *tom.*2. *Diſcept.*

Digitized by Google

*Diſcept.*240. *num.*1. & Surd. *in Deciſ.*240. *num.*7. Modò tamèn mora poſt debitoris impotentiam contracta ſit. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 262. *num.* 4. probat Alex. *in l. quod te. num.* 9. *ff. ſi cert. petat.* & videſis Buttigell. *ibid. num.* 40. *verſ. detinendo.* Bellon. *lib.* 3. *ſupputation. Jur. cap.* 13. Larrea *in Deciſ.* 23. Mantic. *de Tacit. lib.*14. *Tit.*35. *ex num.* 13. exquò ſine culpa,
7 in mora non inciditur. *l. intèr ſtipulantem. §. Sticum. ff. de Verb. Obligat.*

8 Proùt dicimus in debitore, qui Judicis præceptum habuit, nè ſolveret, quia etſi à mora excuſatus ſit, ac proindè ab intereſſe liberatus. Afflict. *in Deciſ.* 150. *nu.* 26. *& in Deciſ.* 328. *num.* 1. id tamèn procedit quotiès mora antè Judicis decretum commiſſa non fuiſſet Rot. Genuenſ. *in Deciſ.*61. *num.* 6. *&* 9. Cavalcan. *part.* 1. *Deciſ.*5. *num.*1. *&* 6.

9 De illo inveſtigandum ſuccedit, an intereſſe, alterius intereſſe debeatur? Meminit D. Reg. noſter *num.* 47. Minadois hac de re differentis *in Deciſ.* 17. At ſanè negativa ſententia in judiciis communitèr recepta eſt authoritate Text. *in l. improbum. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. in l. placuit. in l. nequè. ff. de Uſur. & in l. ſi non ſortem. ff. de Condit. indebit.* Ruin. *in conſ.* 55. *nu.* 16. *vol.*1. Morot. *in conſ.*65. *num.* 6. Menoch. *de Arbitr. caſ.*119. *num.* 33. *&* 34. Fab. *in ſuo Codic. Tit. de Uſur. Diffinit.*4. Jo: Franc. del Caſtil. *in Deciſ.*29. Maſtrill. *in Deciſ.* 124. *num.* 30. *part.*2. Paul. Staib. ſenior. *in conſ.*48. *num.*3. Ann. *in conſ.*48. *nu.* 14. De Franch. *in Deciſ.*21. *&* 254. Mart. *vot.* 165. *num.* 16. Goſt. *de Portion. Rat. Quæſt.*142. Molfeſ. *in ſumm. Theolog. part.* 2. *Tract.* 12. *cap.* 7. *num.* 113. *& in conſ.* 9. *num.* 32. Jo: Lup. *de Uſur. §.* 6. *n.* 20. Gait. *de Credit. tit.* 7. *cap.* 2. *n.*1489. Peregrin. *de Jur. fiſc. lib.*6. *tit.*7. *ex n.* 30. & Prat. *tom.*3. *Diſcept.*31. *ex nu.* 48. abſurdum namquè eſt pecuniam, pecuniam parere De Leo. *in Deciſ.* 13. *num.* 5. & quemadmodum ævo, quo permiſſæ fuerant uſuræ, uſurarum uſuræ erant prohibitæ Covar. *lib.*3. *Reſol.*1. *ſub num.* 5. Virgin. de Boccat. *in Tract. de Cenſib. part.*2. *num.*61. *& part.*4. *num.*36. cum aliis allegatis ex Scacc. *de Comerc. & Camb. §.*7. *Gloſſ.* 2. *nu.* 39. & de eis verba faciunt prolixè Farinac. *de Hæreſi quæſt.*178. *§.*3. Thomin. Triviſ. *in Deciſ.*35. *lib.* 2. Navar. *in ſumm. cap.*17. *& in Tit. de Uſur. tom.* 1. Zabarel. *in Clement.* 1. *§. fin. quæſt.* 19. *de Uſur.* Arnol. Albert. *in Tract. de Hæret. quæſt.* 2. & Caſtr. *lib.* 14. *adverſ. hæreſ. in verb. Uſura.* atquè adèo nec in ſtipulatione deduci potuiſſe tradit Pereir. *in Deciſ.* 84. ità hoc tempore intereſſe alterius intereſſe improbatur: quia acceſſionis non conceditur acceſſio De Marin. *Reſol. quotid. tom.* 1. *Reſol.*199. *num.*1.

10 Idquè procedere, approbamus quoquè quotiès in inſtrumenti tabulis interuſſurium, non autèm tertiæ ad formam Bullæ principalitèr promiſſum ſit, ſequuta S. R. C. Deciſione apud Thor. *in compend. part.*2. *verb. intereſſe interuſſurii.* atquè Rovit. *in Deciſ.* 9. ſicùt nec
11 intereſſe alterius intereſſe ad quod quis per ſententiam condemnatus fuit, deberi Deciſum dicit De Medic. *in conſ.* 155. *ex num.* 6. & probant Anna *in cit. Conſ.* 48. & De Marin. *loc. cit. num.* 9. *& tom.* 2. *Allegat.* 48.

12 Indè à Cagnolo *in cit. Lunic. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. num.* 46. ſequutus per Gizz. *hic num.* 14. cavendum proponunt Interpretes ſapientiores, negantes apprimè intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis locum obtinere reſpectu interuſſurii mediati, etenìm hoc eſſet concedere pœnam pœnæ, acceſſionem acceſſioni, atquè ſervitutem ſervituti, teſtibus Prat. *in Obſerv.* 12. D. Rocc. *tom.* 1. *Reſponſ.* 44. & ex aliis De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 254. *num.* 3.

13 Poſita atquè etiam adaptari intereſſe quod tertiarum loco debetur contractu jam per graduationem reſciſſo conſtantèr tenendum eſt: quicquid Gizz. *hic ex num.* 26. exemplis conetur adſtruere, rejecto (neſcio quo fato) Rovit. *in pragm.* 1. *num.* 39. *de Cenſib. & in pragm.* 3. *ex num.*17. *De ceſſion. Bonor.* etenìm nulli dubium eſt quìn ſtante contractus reſciſſione non ampliùs creditori debentur tertiæ bene tamèn intereſſe ad eandem rationem, quia quamquàm quò ad emptionem contractus reſciſſus ſit: adhùc quò ad creditum in pecunia durat pro quo intereſſe non tertiæ pertinent, & conſequentèr, tertiis deficientibus, intereſſe illatum quoquè deficiunt optimè Rodoer. *ad De Marin. in adduct. Reſol.*199. *num.* 8. Confert ad rem intereſſe, cujus verba
14 facimus niſi culpabilis intercedat debitoris mora non deberi Trentacinq. *var. Tit. de Intereſ. Reſol.* 1. *ex nu.* 35. & accedente impotentia ſolvendi debitorem in mora conſtitui haùd poſſe tradunt Sanfelic. *in Deciſ.* 124. Minad. *loc. cit. in fin. verſic. & quia.* & D. Reg. noſter *hic.* & ideò quoquè debitorem à tertiarum intereſſe excuſari probavimus *in Obſervat.* 115. *ex num.* 16. De Exemplis tandèm ex Gizz. relatis curandum minimè eſt, quia in illis contingentiis patrocinando nec operam navaſſe ſuam conſtat, nec in votando calculum præbuiſſe (is namquè intèr Magiſtratos aſcitus non fuit) ut quibus mediis relatæ determinationes prolatæ fuiſſent phyſicè patefaceret.

15 Deberi deniquè tertiarum intereſſe quotiès ad ſummam ducatorum centum perventæ ſint ad rationem ducatorum quinque pro centenario ſcriptum reliquimus *in Obſerv.*106. *ex num.* 18. modo addimus id etiã probaſſe Thor. *in cit. compend. part.* 2. *verbo intereſſe.* Marcian. *in Diſput.* 59. Galeot. *ad De Medic. in conſ.* 86. *num.*15. Rovit. *in cit. Deciſ.* 9. *num.* 8. & Ricc. *in Collect.* 3718.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXXIV.
### SUMMÆ.

1 *Filiafamilias attento Jure Romano per matrimonium à patria poteſtate non ſolvitur.*
*Contrarium ex Neapolitana Conſuetudine, ac aliarum Civitatum ſtatutis. num.*5.
2 . . . . . . . *nupta de Jure Quiritum, teſtamentum ordinare non valet.*
*Fallit in relictis, cum poteſtate diſponendi ad libitum num.*3.
*Atquì in Antefato per viri mortem lucrato. num.*4.
6 *Matrimonio ſoluto, filia* Conſuetudine *Partenopea ſtante in patriam poteſtatem reincidit.*
7 *Filiafamilias, per matrimonium jura ſuitatis non amittit, atquè paternam retinet originem.*
8 . . . . . . *attenta* Cõſuetud. *noſtræ Civitatis ſi nupta fuerit, Patre vivente teſtabilis eſt.*
*Niſi extera ſit Neapolitano nupta. num.*9.
10 . . . . . . . *emancipata de jure communi teſtamentũ ordinare mavit.*
*Limita ſi in emancipatione dolus acceſſerit. num.*11.
12 *Simulatio ex temporis modicitate, & actuum vicinitate arguitur.*
13 *Emancipatio ad actum ſingularem ordinata non ſubſiſtnetur.*
14 Pragm. Unic. De Senat. Conſult. Macedon. *an inducta ratione paterni præjudicii, vel ad filii integrandam perſonam? & num.*15. 27. 28. 30. 31. *&* 34.
16 *Nemo ſibimet valet authorare.*
17 *Epiſcopus, cujus conſenſus in negotio neceſſe eſt, ſi illud in ſui utilitatem vergat conſentire non valet.*
18 *Donatio cauſa mortis, ex filio patri facta non ſubſiſtnetur.*
19 *Mundualdus in ejus beneficium authorare non poteſt.*

20 Pragm.

20 Pragm.unic. De Senat. Conſult. Maced. *nedùm patris conſenſus in filiifamilias contractu exquirit, ſed etiam ejus præſentia.*
21 *Reiicitur* Garavitæ *placitum. ex* D. Merlin. & D. Mucc.
22 *Filiifamilias peculium, in quo verſetur?*
23 *Peculium Caſtrenſe, eſt in plenaria filiifamilias poteſtate. Sic, & quaſi caſtrenſe.*
24 *....profectitium non filiofamilias, ſed Patri pertinet.*
25 *Uſusfructus peculii adventitii apud Patrem eſt.*
26 *Pater ex filiifamilias contractu non tenetur, nec econtra.*
29 Deciſ. Præſid. Ganaver. 54. *retunditur.*
32 Pragm. unic. De Senat. Conſult. Maced. *comprehendit filiosfamilias majores. Adverſùs* D. Merlin.
*Nùm Clericos obliget? num.* 33.
35 *Beneficii*, quod cum eo *oppoſitio, Inſtrumenti liquidationem impedit, atquè ſententiæ executionem, & excarcerationem filiifamilias operatur.*
36 *Beneficium* quod cum eo, *cùr conceſſum?*
37 *Renunciari, nùm poſſit beneficio* quod cum eo?
38 *Renunciatio beneficii* quod cum eo, *qualitèr facienda, atquè concipienda?*

1 SCripſerat Ulpianus filiamfamilias per matrimonium à patria poteſtate non ſolvit *in l. quotiès* 30. *ff. ſolut. matrimonio.* nàm parentis poteſtas merè Civilis eſt. Paſcal. *de Virib. patr. poteſtat. part.* 1. *cap.* 1. *nu.* 1. matrimonium verò proptèr conſenſum de quo conſtat magis naturale eſt, quam Civile ad Text. *in l. cum fuerit.* 15. *ff. de Condit. & demonſtr. & in l. nuptias* 30. *ff. de Regul. jur.* propterèa quantumvis nupta teſta-
2 menti factionem non habere probant allegati per Nos *in Obſervat.* 98. *ex num.* 1. quibus modo ſubnectimus Amaya *tom.* 2. *Obſervat.* 16. *ex num.* 16. Gratian. *in Diſcept.* 382. & Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *Diſput.* 138. atquè ad concluſionis ornatum videſis Hermoſill. *in l.* 11. *gloſ.* 8. *ex num.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. Picard. *in tit. qui teſtam. facer. poſſunt. num.* 100. Palaez *de Majorat. part.* 1. *quæſt.* 1. Sanch. *in lib.* 7. *Decalog. cap.* 13. Pereira *in l. ſi curatorem habens. verb. læſis. ſub num.* 152. *C. de in integr. reſtit.* Molin. *de Hiſpan. Primogen. lib.* 2. *cap.* 9. Alvarad. *de Conject. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 1. Guttierez *lib.* 2. *quæſt.* 40. Spin. *de Teſtam. gloſ.* 9. *princip. circ. fin. & in Gloſ. Rùbric. part.* 4. Caſtill. *lib.* 1. *Controv. de Uſufruct. cap.* 68. Gregor. Lopez *in l.* 13. *tit.* 1. *part.* 6. *gloſ.* 2. Mantic. *de Conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 15. Matin. *de legit. perſon. cap.* 4. Valenzuel. *in conſ.* 5. *lib.* 1. Retes *lib.* 1. *Opuſcul. cap.* 22. Cervantes *in l.* 5. *Taur.* Vaſq. *de ſucceſ. creat. lib.* 1. §. 1. Peralt. *in Rubr. de Hæred. Inſtit. ex num.* 181. De Olea *de Ceſſion. jur. tit.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 20. Vela *in Diſſert.* 1. & Chumazerum *in Dodecad. Diſput. cap.* 2. Niſi filiæfamilias quìd relictum reperiatur cum pote-
3 ſtate diſponendi ad libitum Nig. Cyriac. *in Controv.* 577. *ex num.* 2. Vel de antefato per viri mortem lucra-
4 to ageretur, de quo haùd obſtante patris exiſtentia ad libitum teſtari poſſe concludunt Ric. *in Reſol.* 569. *ex num.* 2. & Thor. *ibid.*
5 Lege verò municipali Civitatis noſtræ attenta per matrimonium filiamfamilias ſui juris efficere legitur in Conſuetud. *Sed, & mulier. Tit. de Filiafamilias nubente.* Cujus meminit Paſcal. *loc. cit. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 44. & eandem Diſpoſitionem apud Hiſpanos vigere refert De Marin. *tom.* 1. *Reſol.* 324. *num.* 10. ac ab Hæbreis etiam, Longobardis, Gallis aliiſque nationibus receptam oſtendit Tiraquell. *in l. connubiali* 1. *ex nu.* 1. ac totius Europæ moribus ferè amplexatam, itaùt hoc ævo patriam poteſtatem potiùs naturalem, quam civilem cenſendam eſſe exiſtimant Berlich. *part.* 2. *cōcluſ. practic.* 11. *num.* 13. Beſold. *in lib.* 1. *Politic. cap.* 10. *num.* 47. *pagin.* 372. & alii penès Harpprec. *ad Inſtit. lib.* 2. *Tit. de Nupt. in princip. num.* 57. & *in* §. 6. *Tit. Quib. mod. jus patr. poteſtat. & Demùm in lib.* 3. §. 2. *num.* 8. *Tit. ad Senat. Conſult. Tertyll.* At matrimonio
6 ſoluto, illam in patriam poteſtatem reincidere Deciſum dicit Minad. *in Conſtit. in aliquibus notab.* 2. *n.* 37. quem ſequitur noviſſimè De Roſa *ad Conſuetud. Neap. pagin.* 206. *num.* 6. & dixerat priùs Napod. *in ead. Conſuetud. num.* 10. Afflicto diſſentiente *in ead. Conſuet. verſ. Gloſſ. Napodan. pagin.* 180. & *in Conſtit. Proſe-*
7 *quentes. Tit. de Pugn. ſublat. num.* 12. indè paternam retinere originem, nèc jura ſuitatis amittere tradunt Tiraquell. *loc. cit. Gloſſ.* 1. *part.* 1. *num.* 37. Gratian. *in cit. Diſcept.* 382. *num.* 24. & *Diſcept.* 886. *num.* 2. Minad. *in alleg. loc. ex num.* 70. & D. Jo: Baptiſt. de Luc. *in Tract. De Dot. Diſcurſ.* 149.
8 Quo ſtante ſtatuto Mulierem, haùd reſiſtente, patrem in humanis agere, teſtamenti tabulas ordinare valere indicat D. Reg. noſter *num.* 1. videndus ſuper puncto eſt Alex. *in l. fin. C. qui teſtam. facer. poſſ. num.* 5. & reſolvunt elegantèr Jacob. Anell. de Bott. *ad citat. Conſuetud. pagin.* 190. *lit. B.* D. Altimar. *ad Rovit. in conſ.* 4. *num.* 39. *tom.* 2. & De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 146. *num.* 6. & *in Obſerv.* 152. *nu.* 2. Niſi exte-
9 ra ſit Neapolitano nupta, nam eo caſu tenet. D. Galeot. *in controv.* 30. *tom.* 2. ſequutus De Franch. *in Deciſ.* 546. conſuetudinem de qua ſcribimus in patris forenſis præjudicium non procedere, ponderentur verò in contrarium relata ex De Luc. *in Obſerv. ad cit. Deciſ. De Franch.* 546. *num.* 5.
10 Et Jure Quiritum inſpecto, filiafamilias ſi emancipata ſit teſtamentum ordinare poſſe ſumitur ex *l. cum oportet* §. *fin. C. de Bon. quæ liber.* Mynſinger. Ointom. & alii *in* §. *prætereà. Inſtitution. lib.* 1. *Quib. Mod. Jus patr. poteſt. ſolvit.* Ità tamèn quod in emancipatione
11 dolus non intercedat, ut in facto præſentis Deciſionis D. Reg. noſter conſiderat, ubi filia in extremo vitæ conſtituta à patre fuit emancipata, & paulò poſt ſuum ſupremum ordinavit elogium, atquè adeò fraudem accedere præſumi facile deſumitur ex poſitis per Abb. *in conſ.* 97. *num.* 3. Mantic. *de Tacit. lib.* 13. *Tit.* 38. *num.* 32. Maſcard. *de Probat. tom.* 1. *Concluſ.* 438. Farinac. *part.* 4. *de Falſ. Quæſt.* 162. *num.* 146. ipſa namquè a-
12 ctuum vicinitas, ac temporis modicitas ſimulationem inducit Addit. *ad Farinac. loc. cit. nu.* 149. & emanci-
13 patio facta ad aliquem actum ſingularem non ſubſtinetur Paſcal. *in cit. tract. de Virib. Patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 128.

Obſervandum ſuccedit *num.* 11. an Donatio cauſa mortis Patri per filiumfamilias facta ejusdem accedente conſenſu, valida ſit? At quia D. Reg. noſter *num.* 26. excitat ſinuoſam quæſtionem illam, an Pragm. *Unic. De Senat. Conſul. Maced.* Diſpoſitione attenta; Pater poſſit ſibi ipſi authorare? Cum ſupèr utrumquè in quadam contingentia facti Juris Allegationes compoſuiſſem illas ad verbum tranſcribendas curavi.

Rem intèr primos ingeniorum apices maximos legum noſtrarum Interpretes ſummè diſceptatam; multijugam adèo, ut cum ſuperioribus annis de ea diſputari contingeret D. tunc S. R. C. Præſ. Petrus Jordanus Urſinus totum ſuum Tribunal ad ejus deciſionem convocavit teſte Hodiern. *in Quæſt.* 59. *num.* 58. *ad l. hac edictali. C. de ſecund. Nupt.* & quam indeciſam relatis tantum Doctoribus hinc indè pugnantibus relinquerunt Tiraquell. *ad leg. Connub. Gloſ.* 8. *Quæſt.* 13. *num.* 222. Rrat. *ad Paſcal. de Virib. patr. poteſtat. part.* 1. *cap.* 6. *verſ. ad nu.* 103. & 122. & D. Conſil. Petr. *in Rit.* 135. *num.* 17. Defendendam aggredior. Nùm Paternus con-
14 ſenſus à Pragm. *unic. De Senat. Conſult. Maced.* in obligatione filii requiſitus, inductus ſit ad filii perſonam integrandam, vel potiùs nè patri fiat præjudicium, itaùt poſſit Pater ſibi ipſi conſenſum præſtare, dum cum filio contrahere vult.

Meum, dum meæ ſunt partes Adam Planenſis inſolidum obligati cum quondàm Bernardino ejus patre

jura tueri erit oſtendere conſenſum paternum ex Pragmatica ad filii perſonam integrandam inductum eſſe.

15 Movet me ſtatuentis mens, filiorum commodum reſpiciens, publicamquè utilitatem, nè filiifamilias circà eorum ſubſtantiam malè verſentur, ut elegantèr notant poſt alios Scaglion. *in cit. Pragm. num.* 1. & Staiban. *in Reſol.* 70. *num.* 15. *tom.* 1. conſequentèr inductum eſſe conſenſum ad filii perſonam integrandam concludunt Galter. *de liquid. Inſtr. part.* 2. *ſecund. part. princip. verſic. advertant inſupèr ad debitorem. num.* 53. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 53. *num.* 5. Rovit. *in cit. Pragm. num.* 53. Paſchal. *in cit. tract. de Virib. patr. poteſtat. cap.* 6. *num.* 39. Frecc. *de Liquid. part.* 9. *quæſt.* 8. *num.* 37.

16 Intrat, & in hoc regula, nullum ſibi ipſi auctorare valere, ſumpta ex Text. *in l.* 1. *De Authorit. & Conſenſ. tutor. l.* 1. *§. fuit quæſitum. ff. ad Trebell.* Tiraquell. *de contract. ligniag. §.* 1. *Gloſſ.* 9. *num.* 73. & alii apud Nigr. *de Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 57. propterea

17 Gloſſographus *in Clementin.* 2. *De Reb. Eccleſ. non alienand.* dixit Epiſcopum, cujus conſenſus eſt neceſſarius ſuper aliquo negotio, illum impartiri non poſſe quotiès res de qua agitur ipſius commodum vergat Rodoer. *ad De Marin. in Reſol.* 144. *num.* 10. *lib.* 1. Dona-

18 tionem etiam mortis cauſa patri factam, ejuſdèm accedente conſenſu invalidam eſſe, eadem attenta ratione tradunt Gloſſ. *in adduct. l.* 1. *verb. rem acquirit.* & *ibi* Bart. *De Author. & Conſenſ. tutor.* Tiraquell. *in allegat. quæſt.* 13. *num.* 115. Andr. ab Exea *in lib. Pact. num.* 95. & 386. Cancer. *lib.* 2. *Reſol.* 1. *num.* 63. Villalob. *comm. opin. verb. Filiusfamilias. num.* 84. Durant. *de Art. teſtand. Tit.* 1. *caut.* 1. *num.* 4. & ſic Deciſum refert Guid. Pap. *in Deciſ.* 225. ac hanc ſententiam communem prædicant Bald. *in conſ.* 62. *num.* 3. *lib.* 4. Dec. *in l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſſ. nu.* 56. *ac in conſ.* 245. *num.* 6. & *in conſ.* 612. *in fin.* Covar. *in Rub. de Teſtam. part.* 3. *num.* 7. Pariſ. *in conſ.* 97. *n.* 21. *lib.* 3. Mich. Craſſ. *in §. Donatio cauſa mortis. Quæſt.* 3. *num.* 3. Soccin. Roman. & Imol. *in l.* 1. *§. fuit quæſitum. ff. ad S. C. Trebell.* Cavagnol. *in Paraphaſi ad l. quanquàm num.* 3. & 4. *de Auth. & Conſenſ. tutor.* Clar. *in §. Donatio. Quæſt.* 6. *num.* 7. & *ibi* Harpprec. *num.* 4. & *ad Inſtit. tom.* 2. *Tit.* 7. *§.* 1. *num.* 34. & 35. Reg. Capyc. Latr. *in Deciſ.* 134. & Cevall. *Comm. contr. Comm. lib.* 1. *Quæſt.* 232.

19 Idquè in mundualdo adhibendo, juxtà Longobardorum leges in contractibus mulierum, probarunt Jaſ. *in cit. l.* 1. *in* 2. *lect. §. fuit quæſitum ex num.* 4. Tiraquell. *in adduct. Gloſ.* 8. *num.* 122. Marant. *in ſingul. verb. Mulier ex forma ſtatuti pagin.* 67. *col.* 1. & Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 260. *num.* 3.

20 Confirmatur noſtra ſententia, exquò Pragm. in filiifamilias contractu, nedùm Patris conſenſum intervenire debere ſtatuit, verumetiàm, ut ipſo præſente fiat, quò fit, ut præcedens, vel ſubſequens conſenſus actum non convalidet, teſtibus Rovit. *loc. alleg. ſub num.* 11. Hodiern. *ad Surd. in indicat. loc. num.* 6. Paſcal. *ubi ſup. num.* 27. & 30. De Marin. *lib.* 1. *Reſol.* 133. *nu.* 1. & *Reſol.* 145. *nu.* 26. & *ad Reverter. in Obſervat.* 127. & in ſimili ſtatuto ſcribunt Gabr. *in lib.* 1. *Conſ.* 2. *n.* 4. Cancer. *in ead. Reſol.* 1. *num.* 113. Corn. *in conſ.* 242. *lib.* 4. *ſub nu.* 2. Put. *in Deciſ.* 153. *num.* 1. *lib.* 2. & *lib.* 3. *Deciſ.* 268. Gratian. *lib.* 4. *Diſcept.* 647. *num.* 3. Tiraquell. *in cit. Gloſſ.* 8. *num.* 1. Cravett. *in conſ.* 11. *nu.* 4. & alii congeſti per Salgad. *in labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 52.

21 Nec reſiſtit dimicantis Caravitæ traditum, ideò filium emancipatum, aut ſeorsùm à patre viventem, vel conſentiente patre contrahentem probè contrectatione obligari, quia paternum intereſſe non intrat. Etenìm Aſſeclæ etiam ſui, in ipſum probant dari caſum, quo quamquàm filius emancipatus ſit, à patre ſeorsùm vivat, aut conſentiente patre contrahat, in illius intereſſe præjudicari poſſit; Merlin. namquè in *Controv.* 99. *num.* 34. *tom.* 2. inopiæ occaſio in promptu habet, qua ſtante, filio emancipato Patrem alimenta præſtare ſtatuit Text. *in l. cum non ſolum. §. ipſum autèm. C. de Bon. quæ liber.* & ſcribit Provenz. *in Conſuetud. ſi quis habet. num.* 9. *Tit. de Aliment. Præſtand.* propterea illum, quoquè Pragmaticæ diſpoſitioni allegari ſequeretur, & tamèn excepit; ſicùt de boni s caſtrenſibus, vel quaſi contrectantem etsì inopiæ occaſio nèc deſit cum licèt in his Pater uſumfructum plenarium non habeat benè commoditatem obtinet, atquè adeò Caravitam erraſſe concludit Mucc. *var. quæſt. forenſ. dilucidat. quæſt.* 2. *num.* 17.

22 At audiamus, qualitèr filiusfamilias Patrem præjudicare poſſit? Indubium apud Nos eſt legiſlatorem filiifamilias peculium in quatuor ſciſſiſſe partes Caſtrenſe ſcilicèt, vel quaſi, Adventitium, aut Profectitium *in §. igitùr. Inſtit. Per quas perſon. nob. acquir.* & latè exornat Virgil. *de Legitimat. perſon. cap.* 4. *num.* 27.

23 Caſtrenſe peculium, vel quaſi, cum in plenaria filiifamilias poteſtate ſit, ſive in humanis vigeat Pater, ſivè ab humanis diſceſſit *l. cum oportet verſ. exceptis. C. de Bon. quæ liber.* Schneid. dictus Oinot. *Inſtit. de Action. lib.* 4. *§. actiones. num.* 2. Duard. *de Cenſib. §.* 1. *quæſt.* 18. *ex num.* 12. *ad* 35. & Trullench. *ad præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 11. *Dub.* 3. *num.* 5. per alienationem patri non præjudicatur: quia cum in his filiusfamilias Pater dijudicetur, eidem injungere haùd poteſt nè alienet, atque adeò hæc bona ſub Pragmaticæ diſpoſitione non comprehendi tradunt aptiùs D. Petr. *tom.* 2. *Rit.* 201. *num.* 17. & De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 70. *num.* 3. & 4. *verſ. verùm ego.*

24 In peculio profectitio, idem aſſeverantèr concludendum eſt, etenìm cum illud integrè Patri acquiratur, filiusfamilias patri præjudicare quoquomodò nequit Paſcal. *loc. allegat. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. Cald. Pereyr. *in l. Procuratorem habens. verb. læſis. num.* 115. *C. de In Integr. reſtit. minor.* Myſinger. & Harpprec. *in indicat. §. igitur.*, & Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 4. *Dub.* 3. *num.* 12.

25 Deniquè uſusfructus peculii adventitii penès Patrem eſt. Sanch. *in conſ. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *Dub.* 14. ſuper quo lex vetat filiofamilias omne comercium, etiam ſi de proprietate agatur, patre vivente *l. fin. §. filiis autèm familias. C. de Bon. quæ liber.* Paſcal. *in adduct. loc. ex num.* 31. *ad* 36. Fab. *in ſuo Codic. Tit. De Bon. quæ liber. Diffinit.* 4. & Solorzan. *de Jur. indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 15. ità quod ſuper hujus peculii proprietate dùm vivit Pater filiusfamilias cenſum conſtitui non poſſit Duard. *loc. alleg. quæſt.* 8. *nu.* 49. & 59. Et tandèm nèc per contractum, nec per delictum patri præjudicium inferre poſſe ſcribùnt prolixè Pereyr. *ubi ſup. num.* 152. Clar. *in §. fin. Quæſt.* 78. *num.* 12. Cacheran. *in Deciſ.* 94. Peregrin. *de Jur. fiſc. lib.* 5. *n.* 128. Mieres *part.* 1. *Quæſt.* 1. *num.* 193. Hunnius *in Encyclop. jur. part.* 1. *Tit.* 10. *cap.* 9. *à num.* 18. Carleval. *de Judic. lib.* 1. *Tit.* 3. *Diſput.* 20. *num.* 2. Virgil. *eod. cit. loc. num.* 49. Fab. *in indicat. C. Tit. Nè filius pro patr. Diffinit.* 3. & 5. & Rot. Român. *poſt Rodriq. in Tract. de Concurſ. Credit. in Deciſ.* 11. *ex nu.* 14. *ad* 19.

26 Et illud patet, patrem ex filii contractu non teneri, nèc econtra, ut in Tit. *Nè filius pro patr. l. crimen. ff. de Pœn. l. qui ad tempus. §. nullum. ff. de Decur. cap. crimen.* 1. *quæſt.* 4. Valenzuel. *in conſ.* 174. *num.* 41. *tom.* 1.

27 Conſtat igitùr, exquò tota lege perſpecta nullus datur caſus, quo filiusfamilias contrahendo patrem præjudicare poſſit, Pragmaticæ diſpoſitionem paternum intereſſe non attendere, ſed filiifamilias integrationem perſonæ. De Marin. *in adduct. Reſol.* 145. *ex num.* 34. *ad* 38.

28 Accedit, quod ſi Pragmatica ad Patris intereſſe reſpectum habuiſſet, utiquè illius præſentia, & conſenſu non adhibito contractum non invalidaret, & tamèn ſic

in ea

Digitized by Google

in ea diſponitur, *& acta non teneant*, aut ſaltem talem contractum genitori vita durante non prejudicare ſtatuiſſet, ut benè conſiderat Rovit. *cit. loc. num.* 52. & tamèn indubitati juris eſt, quotiès ſtatutum non ſimpliciter patris conſenſum exquirit, ſed progreditur ad annullationẽ actus; tunc conſenſus requiritur ad integrandã perſonam. Barthol.Soccin.*in conſ.*23.*n.*22.*lib*.4.

29 Nec obſtat Ganaver. ſubſtinens *in Deciſ.* 54. Pragmaticam, de qua ſcribimus, actus nullitatem non operare, niſi in caſu quo filiusfamilias ſe non eſſe talem dixerit, quod priùs, & dixerat Merlin. *in cit. controv.*99. *num.*2. Quia hoc dicterium, nè dum ipſiſſima Pragmaticæ reſpuunt verba, verum etiàm à Noſtratibus communiter rejectum eſt eod. Ganaver. teſte *num.* 4. *in fin.* Caravit. *loc.cit.* §.17.*nu.* 15. *cum duob.ſequent.* Rovit. *ibid. num.* 17. Paſcal. *loc. alleg. part.* 1. *cap.* 6. *antè num.*3. Prat. *in Reſponſ.* 39.*num.* 15. Frecc. *in ſindicat.part.*9. *quæſt.*8.*ex num.*1. itaùt taliter judicandi mos introductum reperiatur: etenìm conſenſus, & patris præſentia à ſtatuto exigitur pro forma contractus, & forma deficiente; contractus corruit, quemadmodum forma dat eſſe rei *l. cùm hi*, §. *Prætor. ff. de Tranſact.* Vel. *in Diſſert.* 21. *num.* 5. Salgad. *in cit. Labyrint. part.*1. *cap. ultim. num.*132., & Velaſc. *in Axiom. lit. F. ex num.*154.

30 Conſequens idcircò eſt, Adam inſimùl cùm Patre in beneficium illorum de Fatio inſolidum obligatum non teneri ex contractu venditionis annuorum introituum ex quò Pater habuit commodum, & beneficium, atquè adèo non poterat authorare teſtibus.

## IN REPETITIONIBUS, ET GLOSSIS.

Gulierm. de Benedict. *in cap. Raynutius. verb. duas habẽns filias. num.*256. *De Teſtam.*

Cald. Pereyr. *in alleg. loc. verb. contractum feciſti. ſub num.*45.

Riminald. Jun. *ad Inſtit. in Tit. De Donat. nu.*1347.

Bartol. *in l.*1. *ff. de Author. Tutor.*

Jaſ. *in l. pactum. num.*5. *C. de Collat.*

Bald. *in l. bonorum in fin.C. qui admitt.*

Philip. Dec. *in l. ſervum. n.* 57. *C. qui Teſtam. fac. poſſ.*

Alex. *in l. penult.* §. *fuit quæſitum. ff. ad Trebell.*

Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 416. *num.* 84. 85. *&* 140.

Barthol. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. des droicts rub.*4. *femme mariee*, §. 2. *num.*37.

Virgin. de Boccat. *in Conſtit. March. Gloſſ.* 3. *num.* 35. 39. *&* 40.

Rovit. *in adduct. Pragm. ex num.* 48. ubi intèr alia reſpuit fundamenta. Rot. Roman. *in Deciſ.*158. *penès Farinac.*

## IN CONSILIIS.

Roman. *in conſ.*437. *num.*5.

Alex. *in conſ.* 106. *vol.*1.

Bald. *in conſ.*213. *lib.*2. *& in conſil.*287. *&* 290.

Barthol. Soccin. ſcribente ad terminos ſtatuti florentini *in cit. conſ.*23. qui *num.* 25. *in fin.* ità conſuluiſſe alios inſignes Doctores Peruſinos teſtatur.

Hieronym. Gabriel. *in conſ.*167. *num.*4. *lib.*1.

Pariſ. *in conſ.*97. *num.* 21.

Corn. *in conſ.*294. *num.*3. *lib.*1.

Barbat. verba faciente ſuper ſtatuto ſimili Foroliivienſi *in conſ.*41. *lib.*4.

Paul. de Caſtr. ſcribente ſuper Senatum ſtatuto *in conſ.* 465. *num.*1. *lib.*1.

Philip. Dec. *in conſ.*279. *col.* 2.

Jaſ. loquente in terminis ſtatuti Senenſis. *in conſil.* 69. *num.*6. *& in conſ.*44.

Rovit. ſcribente ad interpretationem Pragmat. noſtræ *in lib.*2. *conſ.*68.

Andr. Molfeſ. probante id in terminis ejuſdèm Pragmat. *in conſ.*4.

Deſider. Guid. qui ità ter deciſum refert. *in conſ.* 170. *intèr conſil. ultim. volunt. lib.*1.

## IN TRACTATIBUS.

Jo: Bapt. Aſin. *de Execut.* §.3. *cap.*143. *num.*7.

Mar. Cutell. *de Donat. contempl. matrim. cap.*1. *num.* 171.

Jo: Paul. Galter. *in cit. Tract. de Liquid. Inſtr. verb. advertant inſupèr ad debitum. num.*53.

Aſcan. Clement. *de Patr. Poteſt. cap.*6. *Effect.* 10. *nu.*6.

Philip. Paſcal. *loc. cit. lib.*1. *cap.*6. *num.*39.

Jul. Clar. *in adduct.* §. *Donatio*. *Quæſt.*6. *nu.*7.

Jo: Petr. Fontanell. *de Pact. Nuptial. tom.* 1. *Clauſ.* 4. *gloſſ.*10. *part.*2. *num.*48.

Leonard. Duard. *cit. tract. de Cenſib. tom.* 1. §. 1. *qu.* 19. *num.*23.

Cenc. *de Cenſib. part.*1. *cap.*2. *art.*2. *num.*13.

Bertazol. *de Clauſ. Gloſſ.*11. *clauſ.*7. *num.*8. *&* 9.

Andr. Alciat. *de Præſumpt. Regul.* 1. *Præſumpt.* 2. *num.*5.

Brun. *de ſtat. Excluſ. fœmin. part.*2.

Hodiern. *in cit. l. hac edictali*. *Quæſt.*49. *num.*58.

Tuſc. *pract. concluſ. verb. authorari. concl.* 565. *num.*5. *tom.* 1.

Mercurial. Merlin. *de Legitim. lib.*3. *Tit.* 2. *Quæſt.* 27. *num.*2.

Frecc. *in cit. Tract. de Liquid. Quæſt.*8. *part.* 9. *nu.*37.

Steph. Gratian. *tom.*4. *Diſcept.*781. *num.*28.

De Marin. *in cit. Reſol.*144. *num.*18. *& in Reſol.* 145. *ex num.*5.

Jo: Leonard. Rodoer. *ad De Marin. in adduct. Reſol.* 144. *num.*5.

Reg. Galeot. *lib.*2. *Controv.*74. *ex num.*44.

Paul. Staib. qui rem deciſam tradit *in indicat. Reſol.* 70. *num.*16.

Jacob. Cancer. *in alleg. lib.* 2. *Reſol.*1. *ex num.* 67. *Tit. de Minorib.*

Joſeph. Urceol. *lib.*1. *Conſult.*44. *ex num.*9. *ad* 16.

Læl. Gizz. *penès De Marin. tom.* 3. *Reſol. Allegat.* 107. *& apùd Novar. Part.*1. *Quæſt.*117.

Hìc etiam loco reponendus eſt Pand. quem adverſarii perperam pro ipſis allegant *in Tract. de præſent. Inſtrum. part.*2. *decl.* 17. *num.* 41. ubi quamquàm filiumfamiliàs pro patre, vel cum patre obligatum Pragmaticæ diſpoſitioni non ſubjacere aſſerat, tamèn allegatis priùs DD. contrarium ſubſtinentibus ſubdit *rè latè à quibus (nè te Commorer) excipere potes hujus aſtructionis limitationes*; intèr quas penès ex Pand. laudatos ſententiam noſtram veriſſimam prædicatam legitur.

## IN DECISIONIBUS.

Guid. Pap. *in Deciſ.* 223.

Mar. Mut. *in Deciſ.* 94.

Peregrin. *in Deciſ.* 51.

Borgnin. Cavalc. *lib.*2. *Deciſ.* 31. *num.* 36. alias Deciſiones referente.

Rot. Roman. *penès Farinac. tom.*1. *Deciſ.*153. *&* 177. *& tom.*2. *Deciſ.*218. *poſt Cenc. de Cenſib. in Deciſ.*18. *&* 20. *& in Recollect. per Pic. poſt Comment. ad ſtatut. Urb. in Deciſ.*59. *num.*9. *&* 10. *& in Deciſ.* 60. *ex num.*3.

Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.*53. *num.*6.

Gratian. *in Deciſ.* 95. *num.*2.

Franc. Hieronym. De Leo *in Deciſ.* 94. *num.* 4. *tom.*1.

Urſill. *ad Affict. in Deciſ.*308. *nu.*22. *&* 23.

Maſtrill. *in Deciſ.* 186. *tom.*2. *num.* 22. qui contrariis occurrit *num.*24. & Deciſum refert *num.*26.

De Franch. *in Deciſ.*14. ubi ſtante prohibitione à patre in ca-



Digitized by Google

in tabulis teſtamenti, filio injuncta, de non alienando abſquè matris conſenſu. Invalida judicata fuit donatio in Matris beneficium, facta, quia ipſa authoraverat.

Thor. *in comp. deciſ. part. 3. verb. contractus. pagin. 227. col. 2.*

De Marin. *ad Reverter. in Obſerv.* 127. *lib.* 1.

31 Suntquè alii non mediocris farinæ viri, qui in unum coacervando, illud nè paternum præjudicetur intereſſe, & filiifamilias integranda perſona, ea ratione ſubſtinent contractum factum in patris beneficium non ſubſtineri, intèr quos eſt Jul. Clar. *loc. cit. num.* 5. motùs ex eo: nam ſi paternus conſenſus ſolummodò reſpectu ejus præjudicii requireretur, in conſequentiam veniret, filiumfamilias causâ mortis donare valere ſinè patris conſenſu, bona ſuper quibus Pater uſumfructum non habet, quod falſum eſt Harpprecht. *ad Inſtit. in cit. §. Donatio ex num.* 27. Thad. Piſ. *lib.* 4. *Reſol.* 4. *n.* 5. aut patri ſaltèm donare, quod lex non permittit Clar. *loc. citat.*

32 Dictumquè ſtatutum obligare, nedùm filiosfamilias minores, verum etiam majores, qui eſſe ſolent integri judicii contra D. Merlin. ratio in promptu eſt, ille namquè qui ſui juris non eſt, integrum haùd habet judicium, proptèr quod dixerat Cajus J. C. capitis munitio, eſt capitis mutatio, undè cum filiusfamilias ſui juris eſſe inceperit novus homo appellatur De Franch. *in Deciſ.* 181. *num.* 5. & ideò ſivè major, ſivè minor, niſi ſui juris effectus ſit, integer dici non poteſt, etiàmſi capularis. Virgil. *in cit. cap.* 4. *num.* 36. & benè aliis relatis rationibus diſcurrit Mucc. *loc. allegat. num.* 25. & videatur Rovit. *in cit. pragm. num.* 58. *verſ. nèc dicat.* qui nedùm Merlin. occurrit verumetiàm *Deciſ.* Rot. Roman. 180. *deſupèr citata.*

33 Nec convincit ejuſdem Merlini argumentum *in citat. Controv.* 99. *num.* 41. de Clerico Pragmaticæ diſpoſitioni non ſubjecto: quia ſui juris eſt. Etenìm quamquàm contrarium ſuadeant Rovit. *in alleg. Pragm. nu.* 49. Pand. *in indicat. part.* 3. *Declarat.* 17. *num.* 38. & alii penès D. Petr. *in citat. Rit.* 135. *num.* 18. & Rodoer. *ad De Marin. in Reſol.* 62. *num.* 2. ſuccedit ex eo, exquò filiusfamilias laicus, ſui juris non eſt, perſonam integram non eſſe Gloſſ. *in l. fin. verſ. in neceſſitate. verb. imponenda. C. de Bon. quæ liber.* Prat. *in cit. Reſponſ.* 39. *num.* 3. atque adeò abſquè patris conſenſu contrahere non valere.

34 D. Mucci verò noviſſimè *loc. cit.* placuit; caſum, de quo agimus ſub Pragmatica non comprehendi, ſed de eo ſtandum eſſe diſpoſitis à jure communi Quiritum, filiosfamilias inſimùl cum patre, dum ſub ejus poteſtate ſunt obligatos, per beneficium deducto nè egeat ſuccurrente; Placitum quod ſi veritate polleret, nec dubia Aſtræa noſtra redditur, quippè Adam cum Patre obligatus dum ſub patria poteſtate erat, inſolidum tenebatur; modo ſui juris effectus, quia ſe à paterna abſtinuit hæreditate, non tenetur niſi in quantum facere poteſt, deducto nè egat *l. ſi filius. ff. quod cum eo.* De Marin. *in cit. cap.* 145. & *ibi* Rodoer. Matth. Brun. *de Ceſſ. Bonor. quæſt.* 7. *princip. pagin.* 20. Prat. *in cit. Reſponſ.* 39. cujus beneficii vis, ea eſt ne dùm ut inſtrumenti ad

35 Rit. 166. formam præſentationem impediat Rovit. *in adduct. Pragm. num.* 24. De Marin. *in cit. cap.* 145. & Rodoer. *num.* 3. ac ſententiæ executionem, verumetiam carceribus filiofamilias ea occaſione mancipato excarcerationem operatur De Franch. *in Deciſ.* 221. &

36 *ibi* De Luc. *num.* 1. etenim privilegium iſtud miſerationis gratia illi conceſſum eſt, quia reverentia paterna inductus ad ſolutionem debiti tenere dixit, de quo nil ſibi pervenit, indè iniquum eſſet vinculis detineri, at-

37 què adèo hoc beneficio renunciare non poſſe tradiderunt allegati ex Fab. de Falc. *in Allegat.* 31. *in impreſſ. poſt Scaglion. ad Pragm. Regn.* & ex Prat. *loc. cit. num.* 22. *cum ſeq.* Imò renunciationem ipſam non ſubſtineri, etsì juramenti ſacramento vallata ſit probant Rovit. *in ſæpius cit. loc. num.* 35. & 36. Staiban. *in cit. Reſol.* 70. *num.* 35. Brun. *loc. allegat. quæſt.* 20. Virgil. *in cit. cap.* 4. *num.* 6. & 7. ut de Macedoniani Senatus Conſulti renunciatione voluit Bart. *in l. nemo poteſt, num.* 22. *ff. de Legat.* 1. & *in l. quis pro eo, num.* 10. *ff. de Fidejuſſ.* nam edictum, de quo ſcribimus de jure publico eſt, & ad publicam utilitatem introductum, idcircò illi haùd renunciari poſſe, cum juri publico quis nec cum juramento derogari valeat; probat De Falc. *loc. cit. num.* 22.

38 Nos tandèm ſi illorum opinionem admitteremus hoc beneficio renunciari poſſe, renunciationem admittendam non eſſe conſtantèr fatemur, niſi ſpecialiſſimis verbis cum inſertione verborum ſignificantium dictũ beneficium concepta ſit, ad formam à Rovit. relatam *eodem loc. num.* 37. placuit De Marin. *in cit. cap.* 145. *num.* 6. Staiban. *in indicat. Reſol.* 70. *num.* 38. & De Luc. *ad de Franch. in Obſerv.* 181. *num.* 2.

Hujus renunciationis forma ea eſt; licèt ipſe talis benè certioratus ſit, quod proptèr beneficium *l.* 2. *ff.* & *C. quod cum eo.* ad ſolutionem debiti, de quo agitur adſtringi non poſſit, niſi inquantum facere poteſt, tamèn eidem renunciando beneficio, contentatur, eo non obſtante inſolidum teneri Rovit. *loc. cit. num.* 37. Fab. de Falc. *ubi ſup. num.* 24. De Luc. *ad De Franch. in alleg. Obſerv.* 181. *nu.* 2. & prius tradiderunt Hippol. de Marſil. *in tract. de Fidejuſſ. in Rub. num.* 37. Roman. *in conſ.* 219. *num.* 3. & *ibi* Mandoſ. *verb. ſpecialiſſima.* Alberic. *in Rub. ff. quod cum eo.* Judicem verò non Notarium filiumfamilias renunciantem hoc beneficium certiorare debere, ſcribunt Federic. de Sen. *in conſ.* 199. & Staib. *loc. indicat. num.* 40.

Et ex his in ſpem ducitur Adam in Fatios victoriam reportare, vel attenta Pragm. *unic. de Senat. Conſult. Macedon.* diſpoſitione, vel per beneficium *Quod cum eo.* Cui in contractu renunciatum non eſt. ſcribebam Decimo quinto Kalendas Octobris 1671.

## OBSERVATIO IN DECISIONE CXXXV.

### SUMMÆ.

1 Afflict. ex D. Reg. noſtr. *rejectum*, à D. Andreaſſo cum laude citato, *defenſum oſtenditur.*

2 Conſtit. Regn. in aliquibus. *procedit tam in ſucceſſione paterna, quam materna.*

3 *Adducuntur* D. Regent. noſtri *ſequaces.*

4 Conſtit. Regn. in aliquibus. *maſculinitatem reſpexit.* & *num.* 11.

5 *Soror dotata, per ſororem indotatam non excluditur.*

6 *Fœmina proptèr maſculum, excluſa, mortuo maſculo, ad ſucceſſionem reintegratur.*

7 *Frater uterinus in tèrminis* Conſtit. in aliquibus. *num ſororem uterinam excludat? Diſſident* Caput. & De Marin.

Caputi *ſequaces referuntur. num.* 8.

*Sed ſententia* De Marin. *verior Judicatur. nu.* 10.

9 *Soror uterina, an à fratre uterino dotanda ſit?* & *n.* 12.

13 . . *a materna excluditur ſucceſſione, quandò ex bonis maternis fuit dotata.*

14 . . *quandò per unicam dotationem ab omni ſucceſſione excludatur in terminis* Conſtit. Regn. in aliquibus, & Conſuetud. noſtræ Civitatis.

1 MAttheum de Afflictis *in Deciſ.* 178. à D. Regente noſtro *hoc loco* interpretatum; ex D. Franciſco Anto-

Digitized by Google

Antonio Andreaſſo eximio juris Conſulto, privatorum priùs, poſtmodùm Regii Ærarii cauſarum patrono celeberrimo, defenſum occurrimus penès Gregor. Motill. *in prax. S. R. C. De Appellat. Tit. De Appellat. De-*
2 *ſert. ex num.* 97. ſententiam verò D. Regentis noſtri communitèr amplexatam, & in Regno pro lege habitam teſtatur De Marin. *tom.*2. *Reſol.*208. *nu.* 19. Conſtit. Regn. *in aliquibus.* nedùm in paterna, verume-
3 tiam in materna ſucceſſione procedere, & probant apertiùs De Pont. *in Conſ.* 74. *tom.* 1. Hodiern. *in l. hac edictali. quæſt.*12. *num.*9. *&* *ad Surd. in Deciſ.* 9. *nu.* 18. *& Deniquè in Controv.*21. *num.* 7. Molfeſ. *ad Conſuet. part.*4. *in Addit. ad quæſt.* 40. *ex nu.* 2. Provenz. *in Conſuetud. ſi moriatur. Obſervat.*9. *num.* 4. *&* 7. D. Jo: Dominic. Panzut. *in Controv.* 11. *num.* 112. *tom.* 1. & nominatìm ſequuta Deciſione D. Marcian. *tom.* 1. *Diſput.*6. *num.* 48. D. Altimar. *ad Rovit. in Conſ.* 68. *num.* 18. *tom.* 1. De Luc. *in Obſervat. ad De Franch.* 171. *num.*1. & Mut. Groſſ. *in cit. Conſuetud. ſi moriatur. Annotat.*18. *num.*4. *&* 5.

4 Obſervarunt enìm Interpretes, ſtatutum hoc maſculinitatem reſpexiſſe, ex eo quippè, nam ſoror dota-
5 ta à ſorore indotata non excluditur Afflict. *in Deciſ.* 161. Caput. *in cit. Conſuet. ſi moriatur. part.*1. §. 2. *n.* 2. Rovit. *in conſ.*23. *num.* 13. *lib.*1. & *ibi* Altimar. *nu.* 12. & De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.* 328. Eaquè
6 per maſculi exiſtentiam excluſa, illo, vivente patre, decedente, reintegratur, Minad. *in citat. Conſtit. in aliquibus. not.*2. *ex num.* 65. probant elegantèr Hodiern. *in cit. quæſt.*12. *ex num.* 12. & Thor. *ad De Pont. de Poteſtat. Proreg. tit.*9. *num.*27. & conferunt tradita ex Merlin. *de legit. lib.* 3. *Tit.* 1. *quæſt.* 3. & Surd. *de Aliment. Tit.*2. *quæſt.*15. *ex num.*91.

7 At ſupèr illo diſſident Paraphraſtes peritiores in terminis ejuſdem Conſtitut. *in aliquibus.* an frater uterinus, ſororem uterinam excludat? Dimicant Caput. *in cit. Conſuetud. ſi moriatur. part.* 1. §. 5. *fol.* 131. & De Marin. *tom.*2. *Reſol.*208. *ex n.* 19. Theodor. verò ſuam proferre ſententiam in medio non audet, ſenatus ſententiam per modũ legis condendæ exoptans *in Allegat.*99.

8 Caputum ſequitur D. Andreaſſus *loc. indicat.* ſtante illo; ſtatutum hoc in dotatione fundari, ad quam ute-
9 rinus non tenetur *l. cum plures* §. *fin. ff. de Adminiſtr. Tutor.* D. Galeot. *ad De Medic. in conſ.*11. *ſub num.*41. Provenz. *loc. indicat. Obſerv.* 12. *num.* 28. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*5. *gloſ.* 3. *num.* 17. Coſt. *de Remed. ſubſid. Remed.* 66. *num.* 4. & Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicomm. art.*26. *verſ. quartò limitatur.*

10 Pro De Marinis meliori fato decertant Camill. la Rath. *in conſ.* 8. Molfeſ. *loc. alleg. num.* 2. Piſanell. *ad Afflict. in Deciſ.*160. De Luc. *in cit. Obſerv.*171. *nu.*2. *& in Obſerv.* 566. Panſut. *ubi ſup. ex num.* 110. & in ſua contingentia pro cliente D. Andreaſſ. non obtinuiſſe notat Mut. Groſſ. ſententiæ S. R. C. ipſiſſima verba tranſcribens *in Appendic. ad Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. ex num.* 7. *verſ. Duodecim ab hinc annis.* & prius idèm munus expleverat Motill. *loc. cit. num.* 125. cujus meminit De Luc. *in cit. Obſerv.* 566. *num.* 6. & noviſſimè probat Carol. De Roſa *in Gloſſograph. ad Cõſuetud. pagin.* 65. *ex nu.* 145. additquè D. Altimar. ſic paritèr fuiſſe deciſum in altera contingentia per S. R. C. *loc. citat.* Bona ratione, nam cum indubium ſit, Conſtitutionem *in aliquibus.* in matris hæreditate procedere, quo jure cautum non reperitur ſororem, & fratrem, ex diverſis nuptiis ortos, æqualitèr eorum matri ſuccedere; ſequitur ſororem ab illo excludi, cum onere dotandi de paragio. De Marin. *loc. citat.*

11 Objectis facili negotio occurritur; maſculinitatem non dotationem ſtatutum reſpexiſſe, ut probatum eſt *num.*4. & latiùs rem proſequitur Molin. *de Primogen.*
12 *lib.*1. *cap.*5. & attento jure Codicis frater uterinus ſororem uterinam dotare tenetur Tiraquell. *de Primogen. quæſt.*62. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.*3. *Gloſſ.* 3. *part.*1. *num.*60. Campeg. *De Dot. part.* 4. *quæſt.*23. Larrea *in Deciſ.* 47. Molfeſ. *loc. cit. part.* 5. *quæſt.* 11. *num.*23. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſolut. Matrim. part.*4. *n.*128. Boer. *in Deciſ.*129. Capon. *de Dot. in cit. l.* 1. *quæſt.* 4. *num.*77. *verſ. Alii.* De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 26. & D. Calà *de in integr. reſtit. quæſt.*10. *num.*3. illo ſtante: nam per Tex. *in l. fin.* §. *ſed nec fratrem. C. de Legitim. hæredibus.* Cognati cum Agnatis ſuccedunt. Gratian. *tom.*1. *Diſcept.*65. *num.* 4. *&* 5. & De Marin. *in cit. Reſol.*208. *num.*22.

13 Obſervo *num.*14. quod in tantum à fratre, ſoror à materna ſucceſſione excluditur inquantum, quod de maternis bonis fuit dotata; ſuper quò videndus eſt De Marin. *ad Reverter. Obſerv.*52. *num.* 4. ſoror namquè in terminis *Conſtitut. Regn.* per unicam dotationem non excluditur ab omni ſucceſſione, ſed ab illa tantum, qua fuit dotata. Franc. Cenſal. *ad Peregrin. loc. cit. pagin. mihi* 218. *verſ. ſecundo obſerva.* Bucin. *in cit. Conſuetud. ſi moriatur. pag.*70. *verſ. per iſtam.* Minad. *loc. cit. pagin.*51. *num.* 61. De Pont. *in cit. Tit.*9. *ex num.*4. & *ibi* Thor. idem de Pont. *in Conſ.*50. *nu.*26. Ann. *in Allegat.* 34. *num.*16. Ann. alter *in Conſ.* 45. *n.* 23. De Franch. *in Deciſ.* 161. 307. *&* 328. Afflict. *in Deciſ.*248. *num.*2. *& in cit. Conſtit. in aliquibus. n.*21. *&* 22. Maur. *in Allegat.*23. *num.*2. De Marin. *in alleg. Reſol.*208. *num.* 6. & probant Covar. *in cap. quamvis pactum. part.*3. §.3. *num.*2. *De Pact.* Theſaur. *in Deciſ.* 62. id verò non procedere, attento noſtræ Civitatis mu-
14 nicipali jure, tradunt Hodiern. *in Controv.*7. *num.*48. Cenſal. *loc. citat. pag.* 58. *verſ. tertio excluditur.* De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.* 87. *num.*2. Panſut. *in Controv.* 12. *num.* 36. contrarium tamèn ſubſtinet De Marin. ut ſoror ab illius ſucceſſione attenta Conſuetudine excludatur, à quo dotem obtinuit *in cit. Obſervat. ad Reverter.*52. *num.*4. *circ. med.* & relegenda ſunt ex Nobis tradita *in Obſervat.*61. *num.*8.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXXXVI.
### *SUMMÆ.*

1 Jo: Bapt. Thor. *commendatur.*
2 . . . . . *aliquandò erravit, in referendis Senatuum Deciſionibus.*
3 Pragm. 16. De Ordin. Judic. *qua ratione publicata, exponitur.*
*Procedit tàm in actore, quam in reo.* Notatur Gizz. *num.* 3. *&* 6.
4 *Dolo Actoris concurrente, quandò Reo Beneficia concedantur.*
*Ampliatur num.* 5.
7 D. Conſil. Petra *laudes emerita.*
8 *Beneficia intrà quod tempus petenda ſint? Notantur* D. Reg. noſter. Verde. & Alii.
9 *Tempore elapſo ad petendum beneficia, ampliùs ampliari non poteſt. Declarantur* De Franch. Gizzarell. & Alii *num.* 12.
*Fallit in Fiſco. num.* 10.
*Et in patrimonio Decocti, etsì Curatorem habeat. num.* 11.
13 *Beneficiorum nomenclatura, exquò originem ſumpſit?* adverſus Gizz.
14 *Grammatici vocum magis, quam rerum ſignificationi incumbunt.*
18 *Beneficia, quandò litis conſortibus proſint?*
*Atquè Adverſariis? num.* 19.
20 . . . . . *in manutentionis Judicio, num concedantur?*
21 . . . . . *quandò privilegiatis denegentur?*

22 Mi-

Digitized by Google

22 *Minor, ut reſtituatur in integrum adverſùs fatalium*
*lapſum, nùm læſionem probare teneatur?* Declaratur
Gizz.
23 *Mulier non reſtituitur in integrum adverſùs lapſum*
*fatalium*.

1 JO:Baptiſtam Thorum laborioſiſſimum appellat Reg.
Jo: Hieronym. De Philip. *in Diſſertat.Fiſcal.*1. *nu*.
6. At non eſſe Authorem integræ fidei teſtatur Jo: Leo-
2 nard. Rodoer. *in Conſ.* 44. *num.* 85. is namquè in refe-
rendis Noſtrorum ſupremorum Tribunalium Deciſio-
nibus erravit, ob ſuam credulitatem quandoquè, erro-
reſquè ſuos inter multos detegunt D. Reg. noſter *hìc*
Gizz. *in Obſerv.* 79. *num.* 7. *& in Obſervat.* 111. *num.*
3. Reg. De Marin. *tom.*1. *Reſolut.*90. *num.*25. *verſ. ad-*
*hùc lis. & tom.* 2. *Reſol.* 230. & D. Conſil. Petr. *tom.*2.
*Rit.*264. *num.*123. *verſ. etiàm in fin.*
3 Erravit in hàc facti ſpecie Thor. *in* 2. *part. compend.*
*verb. Beneficia.* Pragm.16. *de Ordin. Judic.* publicatam
fuiſſe in odium dilationum; at quia reorum eſt fugere
in conſequentiam ſubdit; terminum *ex citat. Pragm.*
ſtatutum in petendis beneficiis reum ſolummodo alli-
gari. Quaſi quod Actor dolo judicium differre non va-
leat. Et Actor, & Reus ad imparia judicentur? & quic-
quid illum excuſare conetur Gizz. *in cit. Obſ.* 79. *num.*
4 7. Deciſio Senatus in promptu eſt, ideò minori lite pen-
dente ad majorem ætatem perventi reſtitutio ad pingui-
us probandum S. R. C. conceſſit, quia malitioſè Actor
judicium diſtulit, teſte Afflict. *in Deciſ.* 210. quod ad
5 factum Judicis quoquè extendit, eruditus Imbrian. *in*
*Tract. de Prim. & Secund. Benefic. conſideration.* 3. *nu.*
86. Alios colligit De Marin. *ad Revert. in Obſervat.* 115.
6 *num.* 3. ſemperquè Pragmaticæ diſpoſitionem fuiſſe ta-
litèr receptam demonſtrat D. Reg. noſter *in Deciſ.*91. &
*ibi* Nos *in Obſervat. num.*1. & probat D. Conſil. D. Ca-
7 rol. Petr. Baro Vaſti girardi, Caccaboni, & aliorum feu-
dorum, meritiſſimus Æques ordinis Calatravæ genere,
& virtute clarus *in Rit.*71. *num.* 8. *in fin.*
8 Certùm ergò eſt Beneficia de quibus ſcribimus ab
Actore, vel Reo privilegiato peti poſſe, primum poſt
notificatæ publicationis trigeſimum diem ſi in termino
probationes factæ ſint, ſin verò non à die poſt intima-
tam concluſionem, ſecundum verò elapſis primis tri-
ginta diebus D. Petr. *loc. cit. num.* 7. *circ. fin.* & ſumi-
tur ex ipſiſſimis Pragmatic. verbis *frà il termine di tren-*
*ta dì dopò fatta, & intimata legitimamente la publica-*
*tione*, quod non advertit Rovit. *in ead. Pragm. antè nu.*
7. cujus placitum ſequuti ſunt, ſed malè D. Reg. noſter
*hìc num.* 5. & *in alleg. Deciſ.* 91. *num.* 7. ac *ibi* Gizz. *nu.*
2. Verd. *ad Gallup. in prax. part.* 2. *cap.*31. *num.*25. *lit.*
*E.* & noviſſimè Sarn. *in ſua involuta prax. Civil. part.* 2.
*Tit. De Benefic.* ſcribentes tempus prædictum currere à
die intimatæ publicationis.
9 Hoc tamèn tempore decurſo, præcluſa eſt via perſo-
nis privilegiatis reſtitutiones prædictas ad pinguius pro-
bandum petendi, D. Reg. noſter *hìc*, Sanfelic. *in Deciſ.*
144. *lib.* 1. Rovit. *in Pragmat.*53. *num.*3. *in fin. de Offic.*
10 *S.R.C.* excepto fiſco, quem ſub diſpoſitione *Pragm.* non
comprehendi fundat Donad. *de Renunc. cap.* 4. nec
11 jacentem hæreditatem, quamquàm Curatorem habeat
Rovit. qui ſic deciſum refert *in Deciſ.* 41. expendens
ad id Text. *in l. ea quæ §. fin. C. de Tempor. in integr.*
*reſtit.* & *ibi* Bart. & Bald. & approbant Thor. *in adduct.*
*part.* 2. *verb. primum, vel ſecundum beneficium*, &
Staiban. *tom.* 2. *Reſol.* 140. *num.* 13. *& in Reſol.* 176.
*num.* 28.
12 Quibus ſtantibus, poſitum ex de Franch. quod in-
troducta cauſa præcluſa ſit via perſonis privilegiatis pe-
tendi beneficia *in Deciſ.* 261. *num.* 2. *&* 10. ubi ſatis
eſſe ad effectum prædictum, quod facta ſit concluſio in
cauſa aſſerit authoritate Rot. Roman. *in Deciſ.* 4. *de*
*Judic. in antiq. pag.* 129. atquè etiam tradita per Giz-
zarell. *in Deciſ.* 21. Minad. *in Deciſ.* 15. Afflict. *in De-*
*ciſ.* 216. De Iſern. *in Conſtit. Regn. Obſcuritatem*, Mu-
ſcatel. *in prax. gloſ. concluſio. num.* 9. & per De Pont.
*in conſ.* 62. *nu.* 9. eſſe antiquata tamquam ſcripta antè
promulgationem adductæ Pragm. 16.
13 At modò Nobis fas ſit in hac beneficiorum materia
aliquid extrà inſtitutum contexere; Eorum nomen
Canonum jure mutuo acceptum, cum alias ab alieni-
genis in integrum reſtitutio vocitetur, teſtatur Im-
brian. *loc. indicat. in conſid.* 1. *num.* 20. licèt Gizz. *in*
*Obſervat.* 79. *num.* 1. id prodiiſſe autumat, nàm Con-
ſtitutio Regni hac de re verba faciens: *Beneficium re-*
*ſtitutionis* exordium ſumit, Certè bina iſthæc in inte-
grum reſtitutio in Judicio privilegiatas perſonas bene-
ficat, nec video cùr ejus nomenclatura minùs origi-
nem ſumat ex *cap. beneficio. de in Integr. reſtit.* quam
ex *adduct. Conſt. Beneficium.* niſi quia nomen iſtud ad
14 id ſoli Regnicolæ applicentur. Cæterum hujus Diſſer-
tationis determinatio Curioſioribus remicto, Gram-
matici enìm vocum magis, quam rerum incumbunt
ſignificationi Reg. de Philip. *in Diſſert.* 32. *num.* 31.
15 Nota ulterius, ſi cum majore fuiſſet compilatus pro-
ceſſus, & perempta Judicii inſtantia, veniat in Judicio
minor majoris litigantis ſucceſſor, is obtinebit benefi-
cia ad pinguiùs probandum ſi petierit, ut Deciſum di-
cit Sanfelic. *in lib.* 3. *Deciſ.* 145. cujus rei ſolidiſſimum
16 fundamentum eſt, ipſa inſtantiæ peremptio; cum
alias minori, majori ſuccedenti, factis probationibus,
per reſtitutionis in integrum non ſuccurratur Afflict.
teſte *in Deciſ.* 212. eo quod læſio non præſumitur, cum
quid in probationibus ipſe non prælterit, ubi lædi po-
tuerit. Imbrian. *loc. cit. num.* 87. & Gallup. qui ità
Deciſum refert in caſu à fortiori *in indicat. part.* 2. *cap.*
17 30. *num.* 11. ſin verò id contra eveniat, benè major
minoris hæres, hoc reſtitutionis in integrum potiretur
beneficio, ſtante quod acta cum minore proceſſerunt,
qui decipi poterat, introductio namquè beneficii reſti-
tutionis in integrum ad pinguius probandum, occaſio
deceptionis fuit, non ratio perſonæ, ut Deciſum tra-
dit Afflict. *in Deciſ.* 211.
18 Inſupèr nota. Reſtitutionem iſthanc ad pinguius
probandum minori conceſſam, majori litis conſorti
adhùc prodeſſe ex Afflict. *in Deciſ.* 151. Surd. *de Ali-*
*ment. lib.* 9. *cap.* 14. De Franch. *in Deciſ.* 269. Capyc.
*in Deciſ.* 173. Thor. *part.* 1. *verb. Reſtitutio in inte-*
*grum competens minori.* De Marin. *ad Revert. in De-*
*ciſ.* 164. in cauſa tamèn individua, alias major illo uti
non poſſet Afflict. *in Conſtit. Obſcuritatem. quæſt.* 14.
*num.* 21. *& in Deciſ.* 213. & De Luc. *ad De Franch.*
19 *in Obſervat.* 269. *num.* 2. Adverſarios verò illis juvari
dixit Imbrian. *loc. cit. num.* 42. *& Conſider.* 3. *nu.* 52.
Niſi ab eis, quo minor fuit læſus proceſſerit ſcribunt
Petrus De Ravenn. *in ſingul.* 622. & Gallup. *loc. cit.*
*num.* 13. *&* 14.
20 At in judicio manutentionis, beneficia non eſſe con-
cedenda ſtatuit Sanfelic. *in prax. ſect.* 58. *num.* 6. In
21 cauſa criminali notat Afflict. *in Conſtit. minorum jura.*
*num.* 8. *quæſt.* 4. D. Reg. noſter *in Conſult.* 115. *num.*
12. Imbrian. *de Repulſ. repulſ. part.* 1. *conſid.* 1. *num.*
128. & Revert. & *ibi* De Marin. *in Deciſ.* 341. quam-
quàm à fiſco petantur Imbrian. *cit. tract. de prim. &*
*ſecundo benefic. conſider.* 4. *num.* 51. Adverſùs termini
repulſæ lapſum *l. auxilium. ff. De Minorib.* Afflict.
*loc. cit. quæſt.* 5. *num.* 9. Caravit. *in Rit.* 71. *num.* 5.
Motill. *in prax. Tit. De Grad. Publicat. Rub. de Bene-*
*fic. num.* 46. & licèt D. Petr. pro Univerſitate ſuæ terræ
Caccaboni contrarium in quadam contingentia defen-
dere conatus fuiſſet, juxtà ſua ſcripta obtinere haud
potuit, ut ipſe refert *in cit. Rit.* 71. *num.* 16. *in fin.*
22 Modo velùt pro corónide obſervandum cenſeo Gizz.
*hìc num.*26. tradidiſſe Minorem non ſuccurri beneficio
in integrum reſtitutionis, adverſùs lapſum fatalium,
niſi probata læſione. Fontanell. verò voluit ſatis eſſe læ-
ſionem allegare *in Deciſ.* 191. *num.* 20. Cujus opinio-
nem

Digitized by Google

nem in reo admiſſam defendunt Garz. *de Nobilit. gloſ.* 6. §. 1. *num.* 52. Giurb. *in Deciſ.* 18. *num.* 13. & Lopez *in l.* 1. *gloſſ.* 3. *Tit.* 25. *part.* 3. Mulieres verò prorsùs ab hoc beneficio excluſas, cum ſatis non ſit ſexus
23 fragilitas ad effectum, ut adversùs lapſum fatalium reſtituantur demonſtrant De Franch. *in Deciſ.* 284. & *ibi* Ricc., Rovit. *in Pragm.* 1. *de Appellat. num.* 31. & *ibi* Novar. *num.* 54. Giurb. *in Deciſ.* 18. & Staib. *tom.* 1. *Reſol.* 94. *num.* 10. & *tom.* 2. *Reſolut.* 140. *num.* 15.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXXVII.
### SUMMÆ.

1 Deciſionis *referuntur ſequaces*.
2 *Retentio favorabilior actione*.
3 . . . . *faciliùs actione permittitur*.
4 *Retentionem concedendam fore, quamquam poſſeſſor actione careat; qui dixerint*.
5 *Petitione rejecta, non dicitur excluſa retentio*.
6 *Exceptio ſæpius conceditur, cui actio non competit*.
7 *Retentio conceditur, quatenùs petens poſſideat. comprobatur* D. Reg. noſter.
*Et creditum liquidum habeat. num.* 8. *vide n.* 10. & 11.
9 *Compenſatio, & Retentio à pari procedunt*.
12 *Mulieri in bonis viri, retentio pro dote, & antefato competit*.
*Atquè filiis. num.* 13.
*Refertur Opinio* Matute *num.* 14. Gizzarelli *num.* 15. & Parladot. *num.* 16.
17 *Retentio: núm Marito competat pro meliorationibus factis in fundo dotali? diſſident* Mareſcot. Cenſal. Capon. & alii *cum* Fabr. & Molfeſ.
18 . . . . *competit colono pro impenſis in fundo factis*.
19 . . . . *quandò emptori competat, ex pretio anterioribus creditoribus pervento?*
20 *Retentionis Exceptione, non juvatur hæres abſque Inventario, adversùs Creditores, & legatarios*.
*Fallit in Fideicommiſſario. num.* 21.
22 *Hæres cum beneficio inventarii non dicitur propriè hæres*.
23 . . *quandò non Confecto Inventario de proprio non teneatur? Comprobatur* D. Reg. noſter.
24 *Inventarium non conficere; quandò expediat hæredi; atque Tutori?*
25 *Hæres ſi in dolo non ſit, per inventarium non Confectum, in foro conſcientiæ, de proprio non tenetur*.
26 *Diſpoſitio* l. per Diverſas, & l. ab Anaſtaſio. C. Mandat. *quandò non obtineat?*

1 OBtinuit in facto præſentis Deciſionis D. Marcian. *in Diſput.* 41. *tom.* 2. & ſequitur noviſſimè illam nominatim Carol. De Roſ. *in ſua Gloſſograph. ad Conſuetud. Neap. pagin.* 138. Ceterùm retentionem, actio-
2 ne favorabiliorem eſſe intèr multos tradunt De Marin. *tom.* 2. *Reſol.* 13. *num.* 2. Nig. *De Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 28. *nu.* 23. illa enim faciliùs actione permittitur Scacc.
3 *de Judic. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 121. & *De Comerc. & Camb.* §. 7. *gloſ.* 5. *num.* 98. Matut. de Azeved. *in Diſquiſit.* 15.
4 *num.* 34. D. Reg. noſter *in Deciſ.* 25. *num.* 24. & D. Rodoer. *in Conſ.* 26. *num.* 18. imò dari, quamvis poſſeſſor actione careat, ſunt voti Thomat. *in Deciſ.* 19. *num.* 7. Surd. *in Deciſ.* 255. *num.* 11. Giurb. *in Deciſ.* 60. *nu.* 5. & 7. Decian. *in conſ.* 94. *num.* 28. *vol.* 2. Becc. *in conſ.* 233. *num.* 28. Cyriac. *in Contr.* 180. *num.* 5. & petitione
5 excluſa retentionem rejectam non dici, deſumitur ex *l. debitori C. de Pact.* Cæphal. *in conſ.* 299. *num.* 34. Honded. *in conſ.* 299. etenim ſæpiùs conceditur exceptio,
6 cui actio non competit *l. licèt. C. de except. l. pen.* §. *fin. ff. de Dol. except.* Caſtil. *in Controv.* 15. *ex num.* 9. *tom.* 3. & *in Controv.* 42. *nu.* 113. *tom.* 4. & *in Controv.* 164. *ex num.* 6. *tom.* 6. Gratian. *Diſcept.* 356. *num.* 30. *tom.* 2. Molignat. *de Retent. quæſt.* 28. & 206.
7 Iſthæc retentionis exceptio conceditur, ſi petens in poſſeſſione reperiatur teſte D. Reg. noſtro *hic num.* 1. & 12. facit Tex. *in l. ſi in aera* 33. & *l. ex quibus cauſis* 51. *ff. de Condit. indebit.* & concordant Dec. *in conſ.* 400. Bald. Novell. *De Dot. part.* 7. *privil.* 18. & 24. Molignat. *loc. cit. quæſt.* 20. Bertol. *ad Rodriq. de Concurſ. credit. part.* 1. *artic.* 1. *num.* 102. & Motill. *in ſuo Comparit. Archetyp. impreſſ. poſt prax. pagin.* 128. *num.* 4. & cre-
8 ditum liquidum habeat D. Reg. noſter *hic num.* 30. Buratt. *in Deciſ.* 160. *num.* 10. & *ibi* Addit. *num.* 20. & 21. Rot. Roman. *in noviſſ. Deciſ.* 443. *num.* 4. *part.* 2. & *in Deciſ.* 411. *num.* 26. & 27. *part.* 5. Caval. *in Deciſ.* 539.
9 *num.* 5. & 6. Quia cum retentio, & compenſatio pari paſſu ambulent *l.* 4. & *l. ob negotium* 20. *ff. de Compenſat. l. in reſtituenda C. de Petit. hæredit.* Gratian. *in cit. Diſcept.* 356. *num.* 28. de illiquido ad liquidum non admittitur Hering. *de Fidejuſſ. cap.* 15. *num.* 117. Neguſant. *de Pignorib. part.* 5. *memb.* 1. *nu.* 27. Bertol. *loc. cit. num.* 108. Zacch. *de Oblig. Cam. Dec.* 130. *num.* 8. Idquè
10 in debito dubio, quoquè procedere ad impediendam immiſſionem, ratione juris clari, & indubitati competentem indicant Seraphin. *in Deciſ.* 1455. *num.* 4. Surd. *in Deciſ.* 184. *num.* 6. Niſi de brevi liquidandum eſſet Calvin. *de Æquitat. cap.* 7. *num.* 8. & 9. D. Reg. noſter *in* [illegible] *Deciſ.* 25. *n.* 37. & *in Deciſ.* 197. De Roſ. *loc. cit. pagin.* 136. *num.* 672. ſatis namquè eſt ad retentionem
11 obtinendam, creditum eſſe certum, licèt de quantitate dubitetur D. Reg. noſter *hic ex num.* 44. Alex. Raudenſ. *in Deciſ.* 15. *ex n.* 203. Grammat. *in Deciſ.* 58. *n.* 10. Paul. de Caſtr. *in conſ.* 170. *n.* 3. *part.* 2. & ponderato D. Reg. noſtro, Epiſcop. De Afflict. *in Controv.* 3. *num.* 48.
12 Pro dote mulieri retentionem competere refert Gizz. *hic num.* 15. pro ejus dotibus ſupèr bonis demortui viri, & probant per latè Ricc. *in Collect.* 1317. *verſ.* 4. *part.* 3. Viv. *in Deciſ.* 317. *lib.* 2. Neguſant. *loc. allegat. nu.* 36. Myſinger. *in Obſerv.* 83. *cent.* 6. Molignat. *cit. quæſt.* 20. & *quæſt.* 15. Hartam. Piſtor. *lib.* 2. *Obſer.* 6. *Tit.* 27. Grammatic. *in cit. Deciſ.* 58. *num.* 3. & *in Deciſ.* 92. Caroc. *in Deciſ.* 21. Magon. *in Deciſ.* 64. *ex num.* 34. Coler. *de Proceſ. Execut. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 220. Ludovic. *in Deciſ.* 109. *part.* 2. Et in antefato ſcribunt Argel. *de Legitim. Contradict. quæſt.* 13. *art.* 9. *num.* 99. Rot. Roman. *in impreſſ. poſt* Merlin. *de Legitim. Deciſ.* 196. *num.* 3. idem Merlin. *de Pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 5. illamque filiis etiam competere pro maternis dotibus, quo-
13 què ad ſententiæ executionem impediendam probant Mantic. *in Deciſ.* 326. & 334. Tiraquell. *de Retract. Convent.* §. 7. *num.* 14. Meyrer *de Pignor. lib.* 2. *Tit.* 16. *num.* 17. Conſil. Hodiern. *in Controv.* 15. *num.* 2.
14 Quod cum moderatione interpretatus fuit Matut. de Azeved. *in Diſquiſit.* 48. *ex num.* 12. ut traditum procedat, quotiès lis eſſet pro parte uxoris, aut filii cum marito, vel creditoribus ejus ex Text. *in l. ſi quis poſt hanc. C. de Bon. proſcript.* ſecùs verò ſi eadem cum hæredibus defuncti verteretur, cum eo caſu actionem de dote dari, non retentionem concludit ex *l. dotis actione. C. ſolut. Matrim.* & *ex l. in rebus. C. de Jur. Dot.* etenim ſi uxori, mortuo viro, retentionem competeret, annum hæredibus viri datum ad dotes reſtituendas non prodeſſet *l. unic.* §. *exactio. C. de Jur. Dot.*
15 Sed Gizzarell. & ejus Addentes. voluere *in Deciſ.* 44. poſſeſſionis demortui viri, uxori retentionem competere, pro cautione donèc dos ſibi reſtituatur, & concordant Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 6. *à num.* 9. Caroc. *in cit. Deciſ.* 21. *num.* 42. Ant. Fab. *in ſuo Codic. Tit. de Jur. Dot. Diffin.* 11. *num.* 5. *in alleg.* & Rot. Roman. *poſt Poſt. de Manutent. Deciſ.* 173.

fructus

Digitized by Google

fructus tamèn quos ex bonis retentis mulier percipit, cum dote compenſari placuit Coſt. *de Port. Rat. quæſt.* 58. *num.* 9.

16 Parlador. tandèm dixit *in lib.* 2. *Rer. Quotid. cap.* 5. *num.* 13. uxori, adverſùs hæredes viri, retentionem permiſſam eſſe ſupèr ſolis bonis dotalibus extantibus, cum ſuper illis ab ipſo traditionis tempore videatur habere titulum, & mortuo viro dominium *l. in rebus. C. de Jur. dot.* non autem in bonis hæreditariis, cum in illis ſolam hypothecam habeat.

17 Marito verò, nullam in bonis dotalibus ratione meliorationum factarum in illis retentionem competere probant Mareſcot. *in Reſol.* 112. *num.* 2. Garſ. *de Expenſ. & melior. cap.* 6. *num.* 19. *in fin.* Theſaur. *lib.* 1. *quæſt.* 71. Capon. *de Dot. in l.* 2. *ff. ſolut. matrim. quæſt.* 4. *num.* 46. & Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. art.* 49. *pag.* 512. *verſ.* 2. At contrarium inſinuare conatur Anton.Fab. *de errorib. Pragm. tom.* 2. *Decad.* 82. *error.* 4. & ſcribit etiam Molfeſ. *tom.* 1. *ad Conſuetud. part.* 7. *quæſt.* 16. *ex num.* 10. Videantur tamèn poſita per D. Rodoer. *in conſ.* 38. *ex num.* 10. *ad* 13.

18 Colono retentionem competere pro impenſis in fundo factis tradunt Hodiern. *ad Surd. in Obſ.* 294. *n.* 3. & 4. Molignat. *loc. cit. quæſt.* 117. & alii laudati ex Severin. *ad Sanfelic. in Deciſ.* 371. *verſ. conductor pro expenſis*, & ex Ganaver. *in Deciſ.* 54. *à num.* 17. Empto-
19 ri quoquè poſſidenti eandem exceptionem competere, quoties ejus pecunia ad anteriores creditores perventa eſt, quamquàm abſque pacto adversùs poſteriores fatentur Chriſtin. *in Deciſ.* 161. *vol.* 4. & Staiban. *tom.* 1. *Reſol.* 5. *num.* 29. & 30.

20 Hac autèm exceptionem non juvari hæredem abſquè inventario, adversùs creditores, & legatarios: quia retentio, legata, & Credita minueret, quod facere non poteſt ille qui de proprio tenetur docuit Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 170. *ante num.* 10.

21 Fallit id in reſtitutione per fideicommiſſum Coſt. *de Rat. quæſt.* 58. *à num.* 4. Merlin. *in cit. Tract. de Pignor. lib.* 4. *quæſt.* 44. *num.* 8. & *quæſt.* 76. *num.* 18. & *quæſt.* 190. *num.* 3. Urceol. *in Conſult.* 4. & *in Conſult.* 19. *utrobiquè num.* 5. *tom.* 1. etiamsì inventarium confectum non ſit Craſſ. *in §. Fideicommiſſum. quæſt.* 47. *num.* 3. Præt. *de Interpret. ultim. volunt. fol.* 354. *n.* 13. Vincent. Fuſar. *de Subſtit. quæſt.* 665. & 666. & Urceol. *in indicat. Conſult.* 19. *num.* 13. & *in Conſult.* 20. *num.* 1. & 4. præſertìm ſi ex fideicommiſſario de conficiendo inventario non fuiſſet requiſitus Fuſar. *loc. cit. quæſt.* 677. Cyriac. *in Controv.* 496. *à num.* 21. & Urceol. *in adduct. Conſult.* 19. *num.* 14.

22 Probat D.Reg. noſter *num.* 21. & 50. hæredem cum beneficio Inventarii propriè hæredem non eſſe. Adde eandem magis communem, & receptam ſententiam prædicari ex Barz. *in Deciſ.* 42. & 64. Pinell. *in l.* 1. *par.* 3. *ex num.* 81. *C. de Bon. Matern.* Fabr. *in lib.* 2. *Codic. Tit.* 4. *Diffinit.* 14. *num.* 14. Marcian. *in lib.* 1. *Diſput.* 60. *num.* 4. & ex D. Galeot. *in lib.* 2. *Controv.* 5. *n.* 17.

23 Obſerva ulteriùs *num.* 54. ultra hæreditarias vires, ob non confectionem inventarii, non teneri hæredem, quotiès tractatur de hæreditate, ubi fraus occultationis bonorum intervenire non poteſt, lex namquè ſupponit idèo hæredem inventarium non confeciſſe, quia hæreditas erat locupletior, & ipſum bona occultaſſe, quandò verò conſtat contrarium legis præſumptio hæc ceſſare debet De Marin. *tom.* 2. *Reſol.* 11. Prat. *ad Paſcal. de Virib. Patr. Poteſtat. part.* 1. *cap.* 2. *verſ. ad nu.* 35. maximè ſi ipſi creditores, & legatarii faſſi fuiſſent in hæreditate alia bona non adfuiſſe, quam quæ confitetur hæres D. Reg. noſter *hìc*. Magil. *de Imput. quæſt.* 132. *num.* 35. Covar. *in cap.* 1. *nu.* 15. *de Teſtam.* Craſſ. *de Invent. quæſt.* 22. Menoch. *in conſ.* 471. *num.* 34. & Phanuc. *de Invent. part.* 7. *num.* 278.

24 Expedit quandoquè in patrimoniis illuſtrium perſonarum hæredi ſollemne inventarium non conficere, nè ampliſſima exiſtimata patrimonia debiles ex eo vires manifeſtentur. Merlin. *controv.* 73. *centur.* 2. *num.* 16. & 17. tradit eadem de cauſa Judicem Tutori remittere poſſe inventarii confectionem. Nec teneri hæredem in
25 foro conſcientiæ, ultrà hæreditatis vires ob non confectum inventarium, quotiès bona hæreditaria ab illo occupata non fuiſſent tradunt De Franch. *in Deciſ.* 536. Noal. *de Traſmiſſ. cap.* 28. *num.* 135. Gratian. *tom.* 1. *Diſcept.* 34. *ex nu.* 10. De Benedict. *in cap. Raynutius. verb. abſquè liberis el primo. nu.* 32. *de Teſtam.* Bonacin. *de Teſtam. punct. ultim. num.* 3. qua in re, etsì Fachin. tres varies opiniones adducat, diſtinctione illas conciliare conatur *in lib.* 6. *controv.* 24.

26 Demùm D. Reg. noſter *hoc in loco* tangit materiam *l. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio C. Mandat.*, quarum diſpoſitionem non obtinere reſpectu poſſeſſorum, & hæredum ad finem retinendi res poſſeſſas ſcribit *num.* 55. & probant elegantèr De Franch. *in Deciſ.* 427. *num.* 1. & alii relati ex Staiban. *Reſol.* 82. *num.* 18. & *Reſol.* 83. *num.* 36. *tom.* 1. benè tamèn locum ſibi vindicare contra litium redemptores, in quos ipſa diriguntur legum verba, atque adèo non procedere in ceſſione annuorum introituum, indicant Ant. Fab. *lib.* 12. *Conject. jur. Civil. cap.* 12. Sanfelic. *in Deciſ.* 120. *num.* 4. amplians id, etiam quod jura ceſſa, eſſent in judicio deducta, antequàm cederentur De Pont. *in conſ.* 77. & ità Deciſum tradit Gizz. *in Obſ.* 16. *num.* 4. & Nos *alibi hoc eodem libro*.

Et quamquàm eadem diſpoſitione attenta, ceſſio ſimulata cenſeatur ſi pro parte donatio; pro altera pretium intercedat, tamèn quandò alitèr emptor illam partem non fuiſſet empturus, niſi ſibi de alia parte donatio facta fuiſſet, ceſſare ſimulationem probat Trentacinq. *lib.* 2. *Tit. de Action. Reſol.* 2. *num.* 27. quem ſequitur Hodier. *in l. hac edictali. quæſt.* 5. *num.* 35. *C. de Secund. Nupt.* Alia ad materiam videſis *in Obſerv.* 188.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXXVIII.
### *SUMMÆ.*

1 *Obligatio de exhibendo bona ſibi ordine Judicis conſignata, comprehendit creditores, qui obligationis tempore, in Judicio non erant.*

*Contrà* D. Reg. noſtrum *ſunt* Maſtrill., Noguerol., & Salgad. *num.* 2. *ſed declarantur. num.* 3.

*Et* Deciſione Noviſſim. *Comprobatur* Deciſ. *num.* 4.

5 *Teſtium aſſerentium cognoſcere obligatum, ſubſcriptio in Obligationibus penès acta: an attenta* Pragm. 15. de Actuar. *ſit de forma?*

D. Reg. noſter *rejicit* Novar., Capiblanc., Gait., & alios, *quos defenduntur num.* 6. *Conſideratis* Rovit. & Berardin. Pando. *num.* 10. & 11.

D. Conſil. D. Carolus Petra *emeritis refertur laudibus num.* 9.

*Adducitur placitum* De Luc. *ſed exploditur. numer.* 12. & 13.

Deciſio Præſens, *qualitèr ſalvari poſſit? nu.* 14. & 15.

7 Pragm. 15. & 16. de Actuar. *examinatur* notato Gizz. & *num.* 8.

16 *Obligatio penès acta: an ſatìs ſit, quod per unicum teſtem ſubſcribatur?* De Luc. *rejicit* Thor.

17 *Elapſo decennio, qualitèr Obligatio penès acta ſtipulata incuſetur?* Adversùs Thor.

18 *Actio executiva, in Obligationibus apùd acta receptis, quantò tempore præſcribatur? rejicitur* Thor. & Carleval. reſpuit Tapp. *ac* ex D. Conſil. Petr. carpitur Gizzius.



Digitized by Google

19 *Pactum executivum, quantò præſcribatur tempore?*
20 *Obligatio penès acta, qualitèr contra debitoris hæredes incuſetur?*
21 *. . . . . . . . . in una Curia recepta, qualitèr in alia incuſari poſſit?*
22 *Citatus ad dicendum cauſam, quarè in ipſum incuſari obligatio non debeat, opponens peremptoriam exceptionem auditur abſquè depoſito, nec carceratione.*
23 *Judicis præſentia: an neceſſaria ſit in recipienda Obligatione penès acta?* De Luc. *reiicit* Scacc. *quem defendit* Motill.
24 *Viri importunæ praces, quandò ſatis ſint ad nullitatem actus? Comprobatur* D.Reg. noſter. *ſed in ipſum ſtant* Sanchez. & alii. *Conciliantur verò* ex Mandell. & aliis *num.*25.
26 *Uxoris officium ergà Virum.*
27 *Metus minor in fœmina, quam in viro requiritur.*
28 *. . in fœmina excluditur per interventum ipſius conſanguineorum. Comprobatur* D. Reg. noſt. *Niſi læſio intercedat. num.*29.
30 *Nonnulla de fidejuſſione de Judicio ſiſti. remiſſivè.*

1 OBligatio de exhibendo mobilia, Judicis decreto cõſignata, ad unius creditoris inſtantiam, comprehendit alios creditores, qui tempore, quo concepta fuit in Judicio non erant. Sit Concluſum legitur *hic.*

2 Sed adverſantur Maſtril. *in Deciſ.* 126. *part.* 2. Noguerol. *in Alleg.* 7. *num.* 5. *&* 14. & Salgad. *in labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 36. ſubſtinentes fidejuſſorem, de retinendo pecuniam loco depoſiti, & reſtituendo ad omne Curiæ mandatum ad unius inſtantiam, non teneri redepoſitare altero creditore inſtante, qui tempore ſequeſtri in judicio non erat, & ita per ſuum ſacrum Regium conſcientiæ Conſilium judicatum teſtatur Maſtrill. *in cit. loc.*

3 Hoc verò procedere, ſum voti, quotiès ad Certos creditores Judex ſe reſtrinxiſſet non tamèn in obligatione indefinita de reſtituendo ad omnem Curiæ ordinem, ut Deciſum legitur per Rot. Roman. *poſt Pacific. de Salvian. Interdict. Deciſ.* 134. & proſequuntur Noguerol. *eod. loc. num.* 12. & Salgad. *num.* 39. Fuitquè

4 etiàm per S. R. C. juxtà præſentis Deciſionis ſemitas, determinatum, referente Regio Conſiliario Jo: Baptiſta Jovino ejus aulæ præfecto Die 11. Julii 1661. in Cauſa Franciſci Antonii Fajella, & Joſeph Mareſca, adversùs Carolum Camone, ut eſt videre in proceſſu in Banca De Litto.

5 Obſervo ſecundò D. Reg. noſtrum *hic num.* 34. dixiſſe Pragm. 15. *de Actuar.* numquàm ſe ſomniaſſe, ut in Obligationibus penès acta, debeant ſe ſubſcribere duos teſtes, aſſerendo cognoſcere obligatum, & utitur Authoritate Rovit. quem Magnum Practicum appellat *in Pragm.* 36. *num.* 6. *de Offic. Magiſtr. Juſtit.*, & Atteſtatione plurium Actuariorum M. C. V. aſſerentium, non conſueviſſe ſubſcribi facere teſtes, in obligationibus, quæ ab ipſis capiuntur; *& num.* 36. invehitur adversùs Jo: Mar. Novar. Jo: Franc. Capiblanc. Jo: Do-

6 minic. Gait. Jo: Paul. Galter. & Jo: Dominic. Taſſon. probantes jàm dictam ſubſcriptionem duorum teſtium eſſe de forma in Obligationibus prædictis, exquò non multum in Regiis Tribunalibus verſatos.

7 Erravit tamèn hac in re D. Reg. noſter; etenìm etſi verbis expreſſis duorum teſtium cognitionem obligati teſtantium, ſubſcriptionem in Pragmatica ſanctione diſpoſitum non legatur, quicquid ſibi Gizz. dicat *hic num.* 17. id virtualitèr deſumi inficias eundum non eſt, ibi: *Sottoſcriverſi di propria mano ſua nelle cautele delle Obliganze, ò plegiaria che farà in preſenza almeno di due teſtimonii che aſſeriſcano di Conoſcerlo, è dechiarino le qualità d'eſſo*, & in Pragm. ſequenti

8 promulgata in declarationem anterioris Die 9. Maii 1603. reſtringente enunciatas ſollemnitates adhibendas tantùm in obligationibus penès acta, & fidejuſſionibus excedentibus ſummam ducatorum quinquaginta ita legitur: *Baſti la ſottoſcrittione del obligato ſapendo ſcrivere in preſenza però di due teſtimonii, quali riconoſcano la perſona*, quomodò autem recognitio perſonæ teſtes facturi ſint, voce, vel ſcriptis Pragmatica certè non expreſſit; In ſcriptis tamèn Interpretatio reſpondit ab ipſo promulgationis ævo, uſque nùnc, prout in Archivo Regiæ Siclæ patet, & teſtatur Gizz. *num.* 19. ac eſt videre penès Galter. magni nominis practicum, qui ſuam Inſtrumentalem praxim ſecundo cum Additionibus in hac Neapoli Typis mandari curavit Anno 1609. expleta Die 1. Novembris 1608. *ut in ultim. pagin. nominatæ prax. num.* 15. tertiò tandèm reimpreſſa anno 1627. Top. *in Bibliotec. Neapol. pag.* 149. & sìc ſcripſerat iſte Author, vel in ipſo publicationis Pragmaticæ tempore, vel paulò poſt, *& pag.* 50. indicata prius antiquata non ſubſcribendorum teſtium praxi, ità ſubdit, *ſtatutum eſt, ut obligationes concipiantur per Actuarios, ità quod in fine ipſarum, obligandi ſcientes ſcribere ſe ſubſcribant, & indè etiàm duo teſtes paritèr, qui aſſerant intereſſe, & cognoſcere obligatum*, & retulit Capiblanc. in practica, & theorica vir apprimè verſatus ex pluribus Magiſtratibus, quos functus fuit; *in Pragm.* 1. *num.* 349. *in med. De Baronib. tom.* 1. *in noviſſim. pagin.* 50. atquè Taſſon. & Gait. unus M. C. V. Judex, alter Primarius in Supremis noſtræ Nob liſſimæ Civitatis ſubſelliis cauſarum Patronus, ea proptèr de praxi noſtrorum Tribunalium inſtructiſſimi imò & pro eis ſunt Molfeſ. *ad Conſuetud. tom.* 2. *Tit. de Inſtrum. confeſſ. part.* 10. *quæſt.* 9. *nu.* 8. Thor. *in Codic. rer. Judic. caſ.* 60. *num.* 173. & nominatìm contra D. Reg. noſtrum, hanc veritatem ſuadent

9 D. Conſil. Petr. ſapientiſſimus Juris Conſultus, & omni virtutum generè decoratus, qui ſic deciſum refert *in Rit.* 128. *num.* 8. De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 262. *num.* 3. & Motill. *in Comparit. Archetyp. impreſſ. poſt Prax. S. R. C. pagin.* 172. *ex num.* 10., ac repetiit Novar. *in cit. pragm.* 16. *ex num.* 2. *& in lib.* 1. *quæſt.* 154.

10 Nec eſt curandum de Rovit. ex D. Reg. noſtro adducto, *num.* 34. etenìm ille articulo non diſpuncto aliqua protulit verba ad Pragmaticam remiſſiva. Ità nèc de Berardin. *Pand. de Præſent. & execut. inſtr. part.* 1. *Declarat.* 6. *num.* 39. *&* 40. quia ejus ſcripta dirigun-

11 tur antè publicationem Pragmaticæ, ut quiſquè legens intuebitur, ejuſquè *tractat.* excuſſum fuit Venetiis Anno 1590. Quid dicam de fidè Actuariorum M. C. V. relata per D. Reg. noſtrum *num.* illæ nullam adhibendam eſſe fidem patet à libris Obligationum ex Actuariis M. C. V. receptarum ab ipſo anno publicationis Pragmaticæ uſquè his temporibus in dicto Archivo ſervatis quibus conſtat in Obligationibus excedentibus ſummam ducatorum quinquaginta, ſempèr duorum teſtium ſubſcriptionem fuiſſe adhibitam, teſtantium quoquè obligatum cognoſcere, & confert Gizz. *num.* 19.

12 At De Luc. *in ſede indicat.* voluit ad finem, ut parte non citata, obligatio penès acta incuſari poſſit, teſtium ſubſcriptionem requiri, ſi verò citatur pars annotationem teſtium per Actuarium factam ſatis eſſe, etenìm ſi illi ſubſcriptionem recognoverint, pro validitate obligationis, judicandum exiſtimat, ex eo ducto, quod citatus D. Petr. refert denegatam viam executivam obligationi: quia teſtium ſubſcriptio non interceſſerat, & fuiſſe ex S. R. C. impartitum terminum ordinarium in cauſa.

13 De Luc. tamèn non advertit, de illo diſceptari, Nùm teſtium ſubſcriptio, inducta, ſit de forma ſubſtantiali ad finem, ut abſquè partis citatione, Obligatio apùd acta recepta paratam obtineat executionem, etenìm nullus indubium uſque adeò revocare auſus fuit, Obligationem haùd haberi, acsi concepta non fuiſſet, ità ut omni actione debitor remanere debeat deſtitutus, ſed

E exquò

Digitized by Google

exquò ſtatutas ſollemnitates non continet, viam exe-
cutivam, illam non mereri, ſed ordinariam, in quibus
terminis profluit Deciſio ex D. Conſiliario Petra rela-
ta.

14 Ego verò fortaſſè ad ſalvandam D. Reg. noſtri Deci-
ſionem, in qua non de veritate obligationis diſſereba-
tur, ſed tantum illam conceptam fuiſſe, abſquè ſol-
lemnitatibus accedente vi, & mariti metu, ut benè ad-
vertit Gizz. *hìc num.*24. Placitum De Luc. ad reſecan-
15 das dilationes, amplecti mallem, citato namquè obli-
gato ad dicendum cauſam quarè obligatio incuſari non
debeat, ſi debitum fateretur, partes Judicis eſſent in
condemnando, optimè Iſern. *in Conſtit. proſequentes.*

16 Hac tandèm in re Thor. interpretatus fuit ſatìs eſſe,
Obligationi penès acta excedenti ſummam Ducato-
rum quinquaginta, ut paratam executionem obtineat,
unius teſtis ſubſcriptionem *in cit. caſ.*60. *num.*123. ſed
reſiſtunt Pragmatic. 16. verba, *in preſenza però di due
teſtimonii*, & idèo advertentèr reiicitur à De Luc. *in
adduct. Obſervat.* 262. *num.* 4. & ità ex pluribus con-
tingentiis ſumus docti.

17 Elapſo decennio, à die ortæ actionis, debitorem ci-
tandum eſſe, ad dicendum cauſam quarè obligatio
apud acta recepta in ipſum incuſari non debeat, & ſi
poſt intimationem ad propoſitum, quicquam deduxe-
rit incuſata obligatione, literas executoriales relaxari,
demonſtrat inconcuſſa praxis M.C.V., & meminerunt
Caravit. *in cit. Rit.* 128. *num.*3. Sanfelic. *in prax. ſect.*
28. *ſub num.* 23. & Franc. Ant. de Judic. Robert. *in
Tract. de liquid. Inſtrum. Conſid.* 2. *num.* 3. quicquìd
ſibi Thor. involvat ſubſtinens decennio præſcribi, in
his obligationibus viam executivam, atquè adeò cre-
ditorem experiri debere via ordinaria *in part.*1. *vot.* 81.
*num.*9. quia triginta annorum curriculo in obligatio-
18 nibus apùd acta ſtipulatis executiva actio præſcribitur,
ut elegantèr adverſùs Tapp. *in Conſtit. Duram, & Di-
ram num.*14. ſcribit Carleval. *de Judic. lib.*1. *tit.*2. *Di-
ſput.*4. *num.*13. contra quem malè contendit Gizz. *in
Obſerv.*58. *num.* 15. in quem nominatìm ſtat D. Con-
19 ſil. Petr. *in cit. Rit.*128. *num.*21. ut de pacto executi-
vo, publico inſtrumento adjecto tradidimus *in Obſerv.*
58. *num.*2.

20 Hæredes quoquè, debitoris, obligati apud acta, inti-
mandos eſſe ad dicendum cauſam, quarè obligatio in-
cuſari non debeat firmant Pand. *loc. alleg. Conſider.*3.
*num.*4. Galter. *ubi ſup. ſecund. ſecundæ part. princip.
verb. advertat inſuper ad debitorem. ex num.*32. *pagin.
mihi* 198. Sanfelic. *in Deciſ.*215. & D. Conſil. Rocc. *in
Reſponſ.* 21. *num.*5. *tom.* 1. additquè Galter. *num.* 35.
quod ſi obligationis tenor in literis citationis inſertus
fuerit, hæredes intimatos apud acta reſponſuros non
venientes, ad pœnam quoque teneri: quia obligatio
pœnalis eſt, Ego verò hoc ultimum Galter. dictum
numquam vidi practicatum.

21 Nec obligationem in uno tribunali penès acta rece-
ptam, in alio incuſari, niſi præcedente eadem citatio-
ne ad dicendum cauſam quarè incuſari non debeat, di-
xit Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 387. *num.* 31. & probant
ex aliis D. Petr. *loc. indicat. num.* 18. Epiſcop. Genuenſ.
*in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 16. *num.* 3. *pagin.
mihi* 56. ubi hæc ſubdit verba *in Curia Archiepiſco-
pali ſervatur, quod creditor incuſat obligationem in
curia ſeculari, & præſentat literas executoriales D. Vi-
cario, dicens non habuiſſe notitiam clericatus, & per
Curiam Archiepiſcopalem citatur Clericus ad dicen-
dum cauſam quarè non debeat exequi contra ipſum vi-
gore illius obligationis, qui ſi compareat, & alleget ali-
quas exceptiones, datur ei brevis terminus ad proban-
dum, & proceditur ſummariè, ità quod, ſi nihil
probaverit, D. Vicarius mandat exequi contrà Cleri-
cum realitèr, & perſonalitèr.* Hactenùs Genuenſ. ſed
videſis in contingentia Zabarell. *in Clem.*1. *quæſt.*9. *de
Cenſib.* Gart. *in cit. tract. de Credit. cap.* 2. *Tit.* 2. *n.*58.
Layman. *in Theol. Moral. lib.*4. *tract.* 9. *cap.*4. *ex num.*
12. Ceval. *de Cognit. per viam violent. part.*2. *quæſt.*44.
Ambroſin. *de Immunit. cap.*19. Molin. *de Juſtit. tom.*
4. *tract.*3. *Diſput.*49. Thor. *vot.*5. *num.*40. *part.* 1. &
*part.*2. *vot.* 60. Covarr. *quæſt.* 32. Dian. *de Immunit.
Eccleſ. Reſol.*26. Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ.*10. *lib.* 5.
Bellug. *in ſpecul. Princip. De Propoſit. §. videndum
Rub.*11. & Sanfelic. *in prax. Tit. de Ord. Judic.*

22 Unum deniquè hac in re pro Tyronibus notabo,
quod in caſibus, in quibus debitor citatur ad dicendum
cauſam quarè obligatio incuſari non debeat, opponens
ille peremptoriam aliquam exceptionem, nullo facto
depoſito, & extra carceres auditur Caravit. *loc. cit. ex nu.*
3. Sanfelic. *in alleg. prax. ſect.* 28. *ſub. num.*23.

23 Modò videndum ſuccedit: num Obligatio penès acta
recipienda ſit præſente Judice? Reſpondit Scacc. *in
locis Ill. & Excel. D. Marci Antonii Columnæ in Pro-
vincia Aprutii Actuarii ſcribere obligationes non ſolùm
ſine Judicis præſentia, ſed etiam eo inſcio, & nihilominùs
habere executionem paratam in Tract. de Judic. cap.*62.
*num.* 5. ſed in eum invehitur De Luc. *in Obſervat. ad
Franch.* 118. *num.* 4. in quem ſcribit Motill. *loc. cit. à
num.* 28. videndus tamèn eſt De Marin. *tom.* 2. *Reſol.*
149. *num.* 5. & quod Actuarii M.C.V. habeant man-
datum à Judicibus concipiendi obligationes notat Gal-
ter. *loc. citat. part.* 1. *primæ part. Rub.* 2. *Tit. in pu-
blic. form. ſumpt. num.* 39.

24 Obſervo *hìc nu.*17. viri importunæ præces ergà uxo-
rem ſatis eſſe ad nullitatem actus, qui gignitur. Proba-
tur aſſumptum ex Text. *in cap. fin. De Reſcript. in* 6.
*l.* 1. *§. qui bona fide. verb. perſuadere. ff. de ſerv. corrup.
l.* 1. *C. nè filius pro patr. l. eum* 5. *C. de Apoſtat. & l.* 1.
*C. de Petit. bon. lib.* 10. & *ibi* Bald. Peralda *in l. ſi quis.
ff. de legat.* 3. *num.* 93. Hoſtienſ. & Imol. *in cap. tuæ
fraternitatis. De Præb.* Sed Contrarium probant Henriq.
*De Matrim. lib.*11. *cap.* 9. *num.* 5. Roland. *in Conſ.* 83.
*vol.* 2. *num.* 27. & Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *Diſput.*7.
*ex num.* 5. quia importunæ præces tantam vim habere
non dignoſcitur, ut ad actum involuntarium movere
25 poſſint. Niſi cum illis metus reverentialis concurrat,
quo caſu procedere primam opinionem fatentur ele-
gantèr Mandell. *in conſ.* 77. *num.* 10. Maſcard. *de Pro-
bat. tom.* 1. *Concl.* 193. *num.* 9. Sebaſt. Medic. *de Caſib.
fortuit. part.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 7. Garz. *de Nobilitat.
gloſſ.* 17. *num.* 15. & 23. Guttier. *in Quæſt. Canon.*37.
*ex num.* 17. Sanch. *loc. cit. num.*7. Covar. *in* 4. *Decret.
part.* 2. *cap.* 3. *§.* 6. *in fin.* Guid. Pap. *in ſing.* 463. Cra-
vett. *in conſ.* 10. *num.* 17. & plenè Baltaſſ. Mongoll.
*De his quæ vi. cap.* 4. *per tot.* qui *cap.*3. *num.*7. memi-
nit reverentialis metus uxoris, in perſona mariti; maxi-
26 ma certò reverentia eſt, quæ ab uxore ergà virum de-
betur; undè Comicus quidam Græc. latinitati ex Au-
thor. Polyanth. *tom.*1. *verb. uxor. pagin.* 1485. reſtitu-
tus ſic monuit

*Proba uxor, ò Nicoſtrata, marito ſuo*
*Non debet eſſe ſuperior: ſed obſequens*
*Nam grave malum, uxor eſt ſuperans virum ſuum.*

Hinc Phocionis Uxor interrogata cùr auro inornata in-
cederet? Reſpondit uxori magnus ornatus virtus viri
ſui eſt, teſte Anton. *in Meliſſ. part.* 2. *ſerm.* 33. & Socra-
tes dicere ſolebat, viros oportere legibus Civitatis pare-
re; uxores verò maritorum; Norma namquè conjugis
vir eſt. Æquitas ergò docet, ut viris tanquàm Capiti
uxores obtemperent, Paul. Manut. *lib.* 3. *Apoph.* proin-
dè uxores in virorum manibus eſſe, ipſoſquè cum pro-
pinquis de eis antiquitus ſtatuiſſe notat Juſt. Lipſ. *ad
Tacit. lib.*2. *Annal. pagin.* 119.

27 Minor metus requiritur in fœmina, quam in viro
Menoch. *de Arbitr. caſ.* 135. Sanchez *de Matrim. cit.
lib.*4. *Diſput.* 3. *in fin.* Lopez *part.*2. *Inſtruct. de Matrim.
cap.* 4. *pagin.* 1070. *col.* 1. Mantic. *de Conject. lib.* 2.
*tit.* 7. Sot. *de Juſtit. lib.* 7. *quæſt.* 2. *art.* 1. Covar. *loc.
cit. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 4. *num.* 9. Farin. *in Fragm. part.*
2. *verb.*

Digitized by Google

28 2. *verb. motus ex num.* 73. At illum excludi per conſanguineorum uxoris interventum dixit D. Reg. noſter *num.* 48., & ſumitur ex Gloſſ. *in l. Polla. verſ. pupillo. C. de His, quib., ut indign.* probantquè Vital. *de Clauſul. Tit. de Met. Uxor. num.* 8., & Angel. *in conſ.* 115.
29 fallit id tamèn quoties læſio intercedat, ut elegantèr tradit Maſcard. *loc. cit. tom.* 2. *Concluſ.* 1055. *nu.* 27.
30 Et tandèm nonnulla D. Reg. noſter *ex num.* 28. tangit de fidejuſſore, de Judicio ſiſti ſuper quo nè plus ultra inſtitutum noſtrum te detineam, adeas Mar. Antonin. *lib.* 2. *Reſol. ultim. caſ.* 22. Gratian. *tom.* 1. *Diſcept.* 531. *num.* 89. De Marin. *lib.* 1. *Reſol.* 133. *num.* 19. Prat. *ad Muſcatell. in prax. de Fidejuſſor. part.* 1. *mod.* 12. De Olea *in Tract. de Ceſſion. Jur. Tit.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 42. D. Conſil. Petr. *tom.* 2. *Rit.* 211. *num.* 11. Bajard. *ad Clar. in §. fin. quæſt.* 46. *num.* 93. *&* *in quæſt.* 51. *num.* 28. Maur. Burg. *de Mod. procedend. ex abrupt. cent.* 1. *quæſt.* 5. & Joſeph Ludovic. *in Deciſ. Lucenſ.* 24. *&* 43.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXXXIX.

### SUMMÆ.

1 *Matrimonium indiſſolubile vinculum.*
2 . . . . . *ſi. le Parochi probatur.*
*Quid ſi in libro Parochi non reperiatur deſcriptum? &* *num.* 3.
*Aùt principalitèr de matrimonio non controvertitur, ſed de prole, an legitima ſit? num.* 4.
5 . . . . . *nùm præſumptionibus probetur, attento* Concil. Tridentino?
6 *Cauſæ matrimoniales ad Eccleſiaſticum Judicem pertinent.*
7 *Pendente quæſtione, ſupèr Matrimonio, uterquè Judex, Eccleſiaſticus ſcilicèt, vel ſæcularis, alimenta decernere poteſt.*
*Et Judicant de reſtitutione dotis. num.* 8.
9 *Quæſtione pendente, ſupèr matrimonii exiſtentia, aut validitate coràm Eccleſiaſtico, nihil à Judice laico innovandum, etſi de legitimitate prolis, vel ſucceſſione ageretur. cum* Deciſ. noviſſ.
10 D. Bartholomei Paſcalis *laudes emeritæ.*
*Occurritur* Bartol. ex Barboſ. & aliis *n.* 11.
Arnald. Albert. *declaratur. num.* 12.
Deciſ. 36. De Franch. *ponderatur. num.* 13.
Capyc. in Deciſ. 7. *conſideratur. num.* 14.
15 *Terminus ad Concomitandum, quandò concedatur? cum* Deciſ. noviſſ. *num.* 16.

1 CONjugii arctiſſimum, ac indiſſolubile vinculum ſumitur ex Geneſ. 2. 24. Div. Marc. 10. 11. Div. Luc. 16. 18. Magiſt. ſentent. *in* 4. *Diſtint.* 27. *cap.* 5. *&* *Diſtin.* 36. *cap.* 3. & *ibid.* Sanct. Thom. *quæſt. Unic. art.* 5. *&* *in addit. ad* 3. *part. quæſt.* 61. *art.* 1. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *Diſput.* 13. & Covar. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 7. §. 4. quod prætèr DEUM nemo ſolvere poteſt Div. Matth. 19. 6. Cap. *intèr corporalia. de Tranſlat. Epiſc.*
2 fide Parochi probari teſtantur Cæſ. De Graſſ. *in Deciſ.* 1. *num.* 12. Put. *in Deciſ.* 257. *part.* 1. Cavalcan. *in Deciſ. Fiviz.* 12. *num.* 23. *part.* 2. Genua *de ſcript. privat. lib.* 5. *Tit. de Lib. Plebanor. quæſt.* 6. Rot. Roman. *in Deciſ.* 240. *part.* 2. *Diverſor.* Ricc. *in Prax. Reſol.* 217. Mar. Antonin. *lib.* 1. *Reſol.* 93. *num.* 9. Marcell. Volpe *in prax. Eccleſ. cap.* 20. *num.* 23.
3 At matrimonium, de quo in hac Deciſione, in libro Parochi, juxtà diſpoſitum in ſacroſancto, Oecumenico Concilio Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. non apparebat notatum. Proindè Obſerva ex hoc haùd tolli aliam probationem Gratian. *tom.* 3. *Diſcept.* 468. *num.* 39. *&* 40. & ſignantèr per teſtes Grat. *in conſ.* 2. *num.* 35. *lib.* 2. Roland. à Vall. *in conſ.* 3. *vol.* 1. *num.* 56. & latè Covar. *in* 4. *Decret. part.* 2. *cap.* 8. Laurent. Silvan. *in conſ.* 3. *ex num.* 7. Menoch. *in conſ.* 199. *num.* 29. *vol.* 2. Cravet. *in conſ.* 169. Boer. *in conſ.* 40. Anton. Gabr. *comm. concluſ. tit. de Teſtib. concluſ.* 8. & Jo: Mar. Monticel. *in Repert. de Teſtib. pagin.* 364. *cum mult. ſequent.* qui quamquàm non omni exceptione majores ſint, pluribus conjecturis concurrentibus, atquè præſumptionibus admittuntur. Gram. *in conſ.* 26. Dec. *in conſ.* 163. *num.* 8. & quibus aliis modis probetur tradunt Verall. *in Deciſ.* 207. *part.* 2. Antonin. *loc. cit.* Ludoviſ. *in Deciſ.* 247. & latiſſimè Maſcard. *de Probat. Concluſ.* 1023. *cum mult. ſequent.*
4 Obſerva inſupèr, quod quotieſcumquè matrimonium principalitèr non controvertitur, tunc leviores ſufficiunt probationes Gratian. *loc. cit. num.* 34. *&* 58. Rot. Roman. *in Deciſ.* 357. *part.* 1. *Diverſ. num.* 10. Genuenſ. *in prax. cap.* 27. *num.* 24. & licèt matrimonium non præſumatur, ut in Concil. Trident. *cit. cap.* 1. & ſcribit Navar. *in cap.* 25. *num.* 144. *Tit. de Peccat. conjug.* ſi de legitimitate prolis tractetur, præſumi probat Rot. Roman. *in ead. part.* 1. *Diverſ. Deciſ.* 470. *num.* 5. & ideo illud præſumptivè hac in ſpecie ſatìs eſſe probari notant Put. *in Deciſ.* 72. *lib.* 1. & Gemin. *in conſ.* 27. per inſtrumentum dotale, reputationem, & famam aſſerit Dec. *in conſ.* 153. *col.* 2. *verſ. &* *videmus*, voluitquè Peregrin. ſolam famam ad id ſufficere *in conſ.* 37. *num.* 2. *lib.* 4. imò ſufficere probare, quod ſe conjuges vocarent probant Dec. & Salyc. *in l. quidam. ff. de Probat.* & addit Tomaſ. matrimonium putativum, & unius conjugis bonam fidem ad legitimationem prolis ſatìs eſſe, Canonico tamèn haùd impedimento obſtante, *in tract. de legitimat. tit.* 9. *cap.* 1. *ex num.* 6. & facilè deſumi poteſt ex cap. *ex tenore*, *Qui fil. ſint legit.* & videatur ad rem Viv. *Comm. opin. verb. matrimonium.* Hieronym. de Cevall. *comm. contr. comm. quæſt.* 697. Mant. *in Deciſ.* 51. Paleot. *de Noth. &* *ſpur. cap.* 10. & Fachin. *lib.* 3. *controv.* 53. & tandem quod ex diutina cohabitatione matrimonium præſumatur ad effectum, ut filii reputentur legitimi placuit Gabriel. *loc. cit. lib.* 1. *concl.* 1. *de Præſumpt. nu.* 4. Maſcard. *in adduct. loc. concluſ.* 1230. *num.* 4. *&* 18. Covar. *in cit. part.* 2. *de ſponſal. cap.* 2. *num.* 5. & Seraph. *in Deciſ.* 100. *part.* 1.
5 Sed an hoc locum obtineat, attenta definitione indicati ſacroſancti Concilii Tridentini, facilè dignoſcitur ex diſtinctione, quam ex Gilken. *in tract. de præſcript. part.* 2. *memb.* 1. *cap.* 5. *num.* 22. refert Coſt. *in Tract. de Retrotract. cap.* 6. *ex num.* 5. qua conatus fuit ſententiam illorum interpretare, negantem matrimonium probari per præſumptiones, quam veram dicit, quotiès matrimonium non eſſe contractum in faciem Eccleſiæ conſtat, aut nihil tale allegetur; sìn autèm quis contendat matrimonium contractum eſſe ad formam Tridentini Concilii in faciem Eccleſiæ, & loco probationis affert diuturnam cohabitationem, mutuam tractationem, famam publicam, & alias conjecturas ad fulciendam ſuam intentionem, hanc probationem recipiendam eſſe concludit, & patet ex *Deciſ.* Rot. Rom. omninò ad ornatum præſentis D. Regent. noſtri Deciſionis legenda 79. *cit. part.* 1. *Diverſ.*
6 Nota modò hac occaſione, indubium omnes cauſas matrimoniales Eccleſiaſtico Judici pertinere, ex Diſpoſitis in allegat. Concil. *ead. ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *De Reformat.* & tradunt Gloſſ. *in cap. ex tenore. verb. Eccleſiaſticum. de for. competent.* Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 11. *ex num.* 50. Petr. Gambacurt. *de Immunit. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 4. Anſald. *de Juriſdict. part.* 2. *Tit.* 3. *cap. unic. num.* 3. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. part.* 2. *Alleg.* 1. *num.* 7. Matut. de Azeved. *in Diſquiſit.* 5. *num.* 8. Ma-

Marant. *in Reſponſ.* 34. *tom.* 1. Sbroz *de Offic. Vicar. lib.*2. *quæſt.* 43. De Pont. *in conſ.* 44. Staiban. *tom.* 1. *Reſol.*37. *num.*15. Marcell. Volp. *loc. cit. cap.*41. *n.*36. Nèc Judex ſæcularis, etiàm ſummariè de eis cognoſcere valet Jo: Andr. *ad ſpeculat. in Tit. Qui fil. ſint legitim.* §.1. *verſ. competit.* Dec. *in cap.*2. *de Judic. nu.*24. *verſ. tertio fallit.* Sed quæſtiones ſupèr nullitate matrimonii ad Eccleſiaſticum remittit. De Luc. *ad Franch. Obſerv.*36. *num.* 1. Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *De Jur. Eccleſ. Reſol.*35. Sperell. *in Deciſ.*9. etenìm laicus, prorsùs eſt incapax ad Cognoſcendum; Additquè Barboſ. *in indicat. loc. Alleg.*84.*num.*17. quamquàm de legitimitate ipſius tractaretur, quia de ea cognoſci non poteſt, abſquè quod dijudicetur: an ſit matrimonium. Pendente verò quæſtione ſupèr validitate, vel invaliditate

7 matrimonii, poſſe Eccleſiaſticum Judicem ſicùt, & laicum alimenta decerni, probant Genuenſ. *loc. cit. cap.* 27. *num.*2. Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicom. art.* 24. *verſ. & quia, & verſic. ſed rursùs.* Gerard. *in ſingul.* 88. Palat. *in cap. per veſtras. De Donat. int. vir. & uxor. notab.* 2. *num.* 1. Molin. *de Juſtit. Diſput.* 443. *tom.*2. Azeved. *in l.*10. *num.*44. *& lib.* 10. *recompilat. Tit.*1. Soarez de Paz *in practicab. tom.*2. *prælud.*2. *n.*2. Bald. Novel. *De Dot. part.* 9. *privileg.* 16. Petr. Barboſ. *in l.*1. *ff. ſolut. Matrim. part.*1. *num.* 46. & ſumitur ex Cap. *de prudentia, cap. nuper., & cap. per veſtras. De Donat. intèr.* nam is articulus emergens eſt, & dependens à principali cauſa. Scribentes in Cap. *tuam. De Ordin. cognit.* Surd. *De Aliment. Tit.* 8. *privileg.* 10. *n.* 4. *&* 5. Fab. *in ſuo Codic. Tit. de Juriſdict. Omn. Judic. Diffinit.*10. *ſub num.* 3. & in conſequentiam ſupèr do-

8 tis reſtitutione judicare poſſe tradunt Gomeſ. *ad l.* 10. *Taur. num.*53. Thor. *part.* 3. *compend. Verb. fructus dotis.* & Molin. *de Primogen. lib.*2. *cap.*15.

9 Pendente tandèm quæſtione coram Judice Eccleſiaſtico, an matrimonium fuerit contractum, vel validum ſit, coràm Judice laico nihil tractari poſſe, quamquàm de legitimitate prolis, aut ſucceſſione contendatur, dicunt Capyc. *in Deciſ.* 7. Genuenſ. *loc. allegato cap.*95. *pagin. mihi* 381. Gerard. *de Petr. ſanct. in ſingul.* 96. Petr. Barboſ. *in cit. l.* 1. *part.* 1. *num.* 22. & Mart. *in tract. de Juriſdict. part.*2. *cap.*8. *num.*16. in illis verbis: *Secùs putarem, ubi coram Eccleſiaſtico penderet cauſa determinanda ſupèr validitate, vel invaliditate matrimonii intèr conjuges, tunc enim nè ſententia, & decretum ſint Contraria ſi incidentèr intèr alios ab eodem matrimonio dependentes, etiam ratione ſucceſſionis, opponi contingerit, Judex laicus ſuperſedere debet, & expectare exitum principalis cauſæ ab Eccleſiaſtico determinandæ.* Hæc ille. Etità ſub patrocinio noſtro per S. R. C. Deciſum pro Rev. D. Jo: Baptiſta Melina tutore Aſcanii Vitaliani, & Franciſci Antonii Venturo Die 24. Januarii 1674. referente tunc Judice M. C. V. in Civilibus D. Carolo de Vera ſuffragia ferentibus Regiis Conſiliariis D. Franciſco Rocco aulæ Decano, D. Jo: Baptiſta Hodierna, D. D. Troyano Miroballo, & D.

10 Ignatio Provenzale, patrocinante D. Bartholomeo Paſcale viro moribus candore ſuaviſſimo, & in noſtris ſubſelliis primario Advocato pro ſuccumbente Dominico Infuſino, ſivè Venturo, qui ſe quoquè quond. U. J. D. Lutii Venturo filium prædicabat, Cum Maria Infuſina genitum, & tamèn pendebat quæſtio in Romana Curia ſuper exiſtentia, aut validitate matrimonii intèr Lutium, & Mariam, & in S. R. C. de ſucceſſione tractabatur. proceſſus erat in Banca Albani Actor. Magiſtr. M. C. V. nunc in Banca S.R.C. De Litto. Articulus namquè ſupèr matrimonio eſt abſorbens, & ſucceſſio eſt ſequela matrimonii. *cap. tanta. qui fil. ſint legitim.* declarato enim nullo matrimonio ſupervacaneum eſt de ſucceſſione agere. Covar. *cit. part.* 2. *de ſponſalib. cap.*6. *nu.* 12. Tell. Fernand. *in l.* 6. *Taur. num.*13.

11 Nec obſtat Bartol. diſtintio *in l. Titia. num.* 3. *ff. ſolut. Matrim.* cujus meminit De Franch. *in Deciſ.* 36. *num.*2. intèr quæſtionem de jure, & de facto, utputa quando eſt dubium ſi fuerit, aut non contractum matrimonium, vel ſi fuerit vel non legitimum, etenim etsì penès Alex. *in ead. l. Titia. nu.*6. expeditum ſit, eandem diſtinctionem eſſe à DD. improbatam, ſubdens ille vix ſibi poſſe perſuadere Bartolum ita ſcripſiſſe, quia ſi diligentèr Text. *in cap. lator. cit. tit. qui fil. ſint legitim.* perpendatur; contendebatur ibi de Avita ſucceſſione intèr filium, & nepotem, atquè adeò non principalitèr de matrimonio, cujus ſupèr validitate cognoſcere veniebat, per modum cauſæ, & tandèm pro remiſſione ad Eccleſiaſticum Judicem Deciſum fuit, ut elegantèr obſervant Auguſtin. Barboſ. *in indicat. Alleg.* 84. *num.*20. & alii colletti à Petr. Barboſ. *loc. cit. nu.* 22.

12 Tamèn iſthæc diſtinctio haùd applicari poteſt, quotiès de validitate, vel invaliditate matrimonii, pendet quæſtio coram Eccleſiaſtico Judice, ut ſupra probatum eſt, & ſic eſt legendus Arnald. Albert. *in Tract. de Agnoſcend. Aſſertion. Cathol. & Hæretic. quæſt.*25. *n.*51.

13 Et in facti ſpecie *Deciſ.* 36. De Franch. contentio erat de puniendo reo, qui eodem tempore duas acceperat uxores, nec cauſa matrimonii erat coràm Eccleſiaſtico Judice præventa, pro ut illa Anton. Capyc. il-

14 lorum de Campora de ſucceſſione agentium coram ſæculari Judice, & de Matrimonio coram Eccleſiaſtico, & ideo pro cauſæ remiſſione Deciſum *in cit. Deciſ.*7.

15 Ad *num.*10. ubi D. Reg. noſter verba facit de termino ad impugnandum, Unum pro indubitato habeas, edenti ſcripturas, ſivè publicas, ſivè privatas, poſt concluſum in cauſa, concedendum eſſe terminum ad illas concomitandum; alteri parti verò ad impugnandum, modò tamen illæ de per ſe aliquam fidem faciant D. Conſil. Petr. *tom.* 2. *Rit.* 238. *num.* 8. & in cauſa Julii

16 Procaccini cum Venerabili Monaſterio Sancti Franciſci Terræ Guardiæ Grelis, Me pro Procaccino patrocinante, Die 7. Novembris 1670. fuit conceſſus terminus ad impugnandum, quamdàm ſcripturam vulgò expropria quondam Fratris Franciſci Scioli ex Procuratore Monaſterii, apud acta exhibitam in actu expeditionis cauſæ, referente in S. R. C. D. Conſiliario Eraſmo de Ponte. proceſſus eſt in Banca Julii Amenta pro Borrello, inſcriptus, Pro eodem Monaſterio, cum Capitanio Julio Procaccino.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXL.
### SUMMÆ.

1 Deciſio præſens D. Regent. Noſtri *altera* S. R. C. determinatione *comprobatur*.

2 D. Conſiliarius, & Præſ. Regiæ Cameræ Summariæ Hortentius Pepi *cum laude memoratur*.

3 *Emeritis oneratur laudibus* D. D. Hieronymus Valdetarius.

4 *Teſtamentum ad pias cauſas ordinatum, quanquam nullam juris Civilis ſollemnitatem expoſcere aſſerant nonnulli; pèr ordinarias probationes, de Teſtatoris voluntate conſtare debet.*

5 *Teſtes ſingulares, in diſpoſitis ad cauſas pias, non probant.*

6 *Teſtimonium ſingulare Canonum Jus non admittit.*

7 *Depoſitioni teſtis ſingularis, cùr non ſtandum, quamquam omni exceptione majoris?*

8 *Publicatio teſtamenti in diſpoſitis ad pias cauſas, quãdò neceſſaria?*

9 Te-

9 *Teſtamenti publicatio, pro validitate neceſſarium requiſitum.*
10 *In teſtamentis ſpeciale eſt, ut teſtes teſtatorem videant, & audiant.*
11 *Muti, & ſurdi in teſtamentis etiam ad pias cauſas, non adhibentur in teſtes.*
12 *Teſtis ſubſcriptio, quandò ſcripturæ approbationem non inducat?*
13 *Teſtamentum, an ſit verbum duplex?*
14 *. . . . à voluntate Teſtatoris pendet.*
15 *Pendente nullitatis Teſtamenti Judicio, Hæres ab inteſtato in poſſeſſione, an manutenendus ſit?*
16 *Schedula, in qua pia cauſa inſtituta eſt, ſcripta proprio diſponentis chirographo, nullis teſtibus adhibitis, an executionem mereatur? & num.38. & 56.*
17 *Teſtamentum, quod paravit quis in ſcriptis redigere, ſollemnitatibus de jure requiſitis non adhibitis: nùm in gratiam piæ cauſæ obtineat?*
18 *Poſſeſſor, quanquàm injuſtus in poſſeſſione manutenendus eſt, imò defendendus. nu. 19. & 20.*
21 *Manutentio, qualitèr veniat concedenda? & num. 23.*
22 *Interdictum* interim, *poſſeſſorem favet.*
24 *Unicus actus, in poſſeſſoris gratiam ſatìs eſt.*
25 *Teſtamentum, in quo liberi inſtituti ſunt, cùr ſubſtineri, Jus mandet? & num. 31.*
26 L. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. De Teſtament. *Diſpoſitio, ad filios naturales non extenditur.*
27 *Vix legem inveniri poſſe, quæ naturali non fulciatur ratione, ſtatuitur.*
28 *Affectio in filios, Naturali potiùs, quàm Civili ſpectatur jure.*
29 *Jure naturæ, nulla differentia ineſt, intèr filios legitimos, & illegitimos.*
30 *Diſpoſitio* §. ex imperfecto. *ad piam cauſam non extenditur, & num. 32.*
33 *Teſtamentum ad pias cauſas, quot teſtes, Jure Civili attento, de ſollemnitate expoſcat?*
34 *De Libertate, ad piam cauſam, valet argumentum, & num.35. & 36.*
37 *Teſtamentum, libertatis favore, an teſtes expoſcat? & num. 55.*
39 *Poſſidens ex contractu, ubi aliqua deficit juris ſollemnitas, malè poſſidet, & ad reſtitutionem tenetur, & n.40.*
41 *Lex Quiritum obligat ſubditos in foro conſcientiæ.*
42 *Hæres ab inteſtato, tuta conſcientia, hæreditatē retinet, quotiès in teſtamento aliqua Juris ſollemnitas deficit.*
43 *Obligatio naturalis, ex teſtamento nullo non oritur.*
44 *Hæres inſtitutus in teſtamento, ubi aliqua Juris ſollemnitas deficit, in foro conſcientiæ hæreditatem retinere, non poteſt.*
45 *Dictum illud,* ſumma eſt ratio, quæ pro Religione facit. *qualitèr intelligendum?*
46 *In gratiam piæ cauſæ, quandò judicandum?*
47 *Privilegia piæ cauſæ, in tertii præjudicium non operantur, & num.48.*
49 *Pia cauſa, an filiorum legitimæ magis privilegiata ſit? & num.50.*
51 *Potiorem filiorum cauſam, quàm Piam, qui dixerint?*
52 *Furioſi teſtamentum, filiorum favore, ſubſtinetur, ſecùs in gratiam cauſæ piæ.*
53 *Libertatis jura publica ſunt.*
54 *Legitimæ filiorum, præfertur libertas.*
57 *Teſtamentum de jure Canonum, quot teſtes exquirat? An ſint de forma? num.58. & 64.*
59 *Forma dat eſſe rei.*
60 *Diſpoſitio* Cap. Relatum. de Teſtam. *an in ſæcularibus Curiis recepta?*
61 Deciſ. Gizzarell. 45. & 46. ex Theodor. *ponuntur ad trutinam, & num.63.*
62 *Teſtes in teſtamento, attento Canonum jure, nùm rogari debeant?*
65 Rot. Roman. Deciſ. 74. part.2. Diverſor. *reiicitur.*
66 *Scriptura, in qua de eſſentia teſtes requiruntur, qualitèr in Romana Curia recognoſcatur? Quid in S. R. C. Neapolitano? num.67.*
68 *Privata ſcriptura, qualitèr recognoſcatur teſtibus? & num.69., 72. & 73.*
70 *Judex pronunciat ſupèr certo.*
71 Deciſ. Rot. Roman. penès Put. 14. & 18. in Epitome. *expenduntur.*
74 *Teſtamentum, quod in privata ſcriptura conſiſtit, qualitèr teſtibus probetur? Quìd ſi liberi, in illo inſtituti ſint? num.75. Aut Pia Cauſa? num.76.*
77 *Militis teſtamentum, an per teſtes deponentes habere notam manum probetur?*
78 *. . . . . . . . quas expoſcit ſollemnitates? & n.79. & 80.*
81 *Teſtamentum, quod paravit quis in ſcriptis redigere, ſollemnitatibus non expletum, an in gratiam Piæ cauſæ ſubſtineatur? & num.82. & 84.*
83 *Quod ago, ſi non valet ut ago, valebit, ut poteſt.*
85 Deciſ. Put. 14. lib.1. *ponderatur.*
86 *Quin leges in teſtamento ſuo locum obtineant, Nemo cavere poteſt.*
87 *Potentiùs eſt, quod in albo legis extat, quam quod in nigro teſtamenti legitur.*
88 *Voluntas, ambulatoria, uſquè ad extremum vitæ ſpiritum, experitur.*
89 *Teſtamentum non publicatum, quia id in alium diem diſtulit Teſtator, favore piæ cauſæ non exequitur.*
90 *Immiſſio in hæreditate, quandò hæredi ſcripto concedatur?*
91 *Conſiliarii, & boni Viri columnæ ſunt, populum ſubſtinentes.*

1 ALtera Sacri Regii Conſilii Determinatione, præſens comprobatur Deciſio, lata, D. tùnc meritiſſimo Regio Conſiliario, poſtmodùm Præſide Regiæ
2 Cameræ Summariæ Hortentio Pepi ſapientiſſimo Juris Conſulto referente, Pro D. Andrea, & fratribus de Piſanello, filiis quondàm D. Vittoriæ de Sangro, Adversùs Venerabilem Montem Operum Miſericordiæ, hujus Nobiliſſimæ Civitatis; Etenìm gravi decumbente morbo, in Caſali Portici, D. Joanne Baptiſta Saſſo, adiens ipſum, Die Lunæ 22. Octobris 1657. Rev. Frat. Deodatus de Sancta Monica Prior Diſcalceatus Auguſtinianus, rogatus is de conſcribendis Saſſi ſupremis tabulis, clauſo, cameræ jacentis oſtio, Teſtatoris dictantis voluntatem, pagina adnotavit, qua priùs Monte Operum Miſericordiæ inſtituto; aliiſquè poſteriùs exaratis, lectis deindè à Teſtatore, & intèr femoralia ſervatis, Notarium accerſiri juſſit, & Monaco Die ſequenti ibidèm reverti injunxit, Repetiit Prior domum, at in alium diem ſtipulationem ſcripturæ, quam in teſtamentum redigere cupiebat diſtulit Ægrotus; ſequenti nocte morbo ingraveſcente, vocato Parocho, penè peccatorum obtenta venia, Teſtator imperfectam diſpoſitionem compleri ordinavit, ſcriptiſque à Parocho illius placito, nonnullis legatis; dùm pro Notario diſcedit ſervus, agnoſcens Parochus Saſſum de proximo animam exalaturum, vocatis domeſticis, atquè familiaribus, jam dictam ſchedulam illorum Crucis ſigno pro teſtibus adhibitis roboravit. Sed magna cum diſcuſſione, cauſæ inteſtatæ fieri locum S. R. C. declara-
3 vit Die 12. Januarii 1660. ſub patrocinio D. D. Hieronymi Valdetarii, viri, in quo æquè refulget ſanguinis nobilitas, Doctrinæ maturitas, omniumquè virtutum cumulus. Proceſſus eſt in Banca De Litto, apud
4 Scribam Parente: optima ratione, quia quamvis ſint, qui ſubſtineant teſtamentum ad pias cauſas, abſquè ulla ſollemnitate de jure civili valere, attamèn non ambigitur Teſtatoris voluntatem firmitèr probandam eſſe, per ordinarias probationes requiſitas, in quolibèt actu, & de certitudine illius conſtare debere, ſaltèm per duos teſtes juxtà illud axioma divinum in Deutoronom. ſcriptum *cap.* 19. *verſ.* 15. & repetitum à Div. Joan.

Digitized by Google

Joan. *cap.*8. *verſ.*17. 1. *Hebr.* 10. *verſ.*29. à Div. Matt. *cap.*18. *verſ.*17. ac in *cap.*4. *&* 33. *extr. de Teſtib.* in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. Covar. *in cap. relatum. num.* 9. *De Teſtam.* Cum talis probatio in dictis teſtamentis cōſona ſit juri Divino, Div. Thom. *in* 2. 2. *quæſt.*70. *art.*2. Meſtertius *De Juſtit. Roman. Leg. tom.* 2. *Dub.* 44. Theodor. *in Allegat.* 12. & Merend. *in lib.*4. *Controv.* 16. præcipuè in teſtamentis ſecretis, in quibus cautiora remedia adhibuit lex, Barii *De ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 3. Cyriac. *in Controv.* 44. *num.*8.

At cum Prior, qui dicitur primæ partis teſtamēti ſcriptor, non amplius quam de ea parte deponere poterat, quàm à ſe ſcripta, Parochus verò de altera, ſingulares
5 habentur, & uti tales nullam fidem faciunt, etiam favore piæ cauſæ, ut in terminis terminantibus elegantèr ſcribunt Spin. *in ſpecul. de Teſtam. gloſſ.* 31. *nu.*23. *&* 24. Pariſ. *in conſ.*24. *num.*24. *lib.* 2. *&* *in conſ.* 146. *num.*14. *lib.*4. Paul. de Caſtr. *in conſ.*137. *vol.*2. Corn. *in conſ.*63. *num. ultim. lib.*3. Abb. *in conſ.* 98. *num.*2. *part.*2. Polidor. Rip. *in Tract. De Act. in mort. artic. cap.*62. *num.*2. Bald. Paul. & Alexand. *in l. cum antiquas. C. De Teſtam.* probant Jaſ. *in conſ.* 155. *num.*12. *vol.*4. Dec. *in conſ.* 119. *num.*8. Bald. *in l. errore* 2. *C. De Teſtib.* Gratian. *in Diſcept.*973. *num.*48. Afflict. *in Deciſ.*143. *ſub num.*5. & D. Reg. noſter *hic num.*19. & in caſu ſimili Deciſum refert Thor. *in Comp. part.* 3. *verb. Teſtamentum oretenus.* cum nec etiam de jure
6 Canonico teſtes ſingulares admittantur. *cap. licèt cauſam.* 9. *De Probat. cap. bonæ memoriæ* 23. *&* *cap. cum dilectus. de Elect.* Et quamvis dici poſſet Priorem Sancti
7 Auguſtini eſſe omni exceptione majorem, & deponere in cauſa favorabili, attamèn quia in dubium poſſet revocari, ſe ſcripſiſſe alitèr, quam à Teſtatore fuerit ordinatum, proindè ſtante iſto intereſſe ejus dedecoris, nihil probat, ut in teſtamento inter liberos reprobat perſonam Præſidentis Camilli de Curtis hac ratione Regens Rovit. *in conſ.* 41. *num.* 6. *tom.* 2. ex Maſcard. *De Probat. concluſ.*1363. & Farinac. *de Teſtib. quæſt.* 60. *num.*20. qui de communi teſtatur Cancer. *lib.* 1. *Reſol.*20. *num.*7.

Conſideratum quoquè in eadem contingentia fuit, ſchedulam prædictam à teſtatore coram teſtibus non fuiſſe dictatam, nec ſcriptam ab ipſo, aut ſubſcriptam, neque audiviſſe teſtes nuncupativè hæredis nomen, nec antè, nec poſt ſcriptam diſpoſitionem, Undè intrabat diſtinctio Didac. Covar. *in citat. cap. relatum. ex*
8 *num.*15. aut teſtamentum à teſtatore præſentibus teſtibus fuit dictatum, & eo caſu piæ cauſæ favore nulla opus eſt lectione coram teſtibus, qui facilè deponere valent, teſtatorem dictantem hæredis inſtitutionem audiviſſe; aut ſcriptura teſtibus abſentibus, à Teſtatore Notario ſcribenti dictata fuit, & tunc quia teſtes de contentis in ſchedula nihil ſciunt niſi coram teſtibus legatur ſcriptura remanet invalida; hancquè diſtinctionem ſequuti ſunt Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.*7. *num.* 2. Grammat. *in Deciſ.* 62. & D. Reg. noſter *hic num.* 13. *&* 14. teſtamenti enìm publicationem coram teſtibus, ad validitatem teſtamenti neceſſarium eſſe requiſitum, probavimus *in Obſervat.*7. *num.*12. *&* 13. quamquàm apud Caſtill. *in Controv.* 21. *num.* 87. *lib.*4. ſint qui dubitent, nùm ea lectio in teſtamento ad pias cauſas, vel liberorum favore neceſſaria ſit, ſupèr quo nonnulla ſcribit Balthaſ. Tomaſ. *in Tract. De Diſpoſit. ad pias cauſas. tit.*2. *cap.*49. *pagin. mihi* 666.
10 etenim quandò teſtes nullatenùs teſtatoris proprio ore, diſpoſitionem audiverunt ad text. *in l. jubemus. C. De Teſtam. &* *in l. hæredes palam. ff. eod.* & ad poſita ex Menoch. *De Arbitr. caſ.* 475. *num.* 23. Clar. *§. teſtamentum. quæſt.*59. Nicol. Reuſner. *De Teſtam. part.*3. *cap.*13. Diaz *in Regul.* 729. & à Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt.* 59. illam ſaltèm per lectionem audire de-
11 beant, atquè adeò muti, & ſurdi in tabulis teſtamenti in teſtes non adhibentur. *§. teſtes. Inſtit. De Teſtam.* *&* *ibi* Minſyng. *num.* 4. & Picard. *num.* 38. Gaddeus *in l. coram titio. num.* 209. *ff. De Verb. ſignificat.* Nec in hoc operari piæ cauſæ favor, dum ſcriptura aliud continere poſſet, quàm teſtator dixerit tradunt Gomeſ. *ad l.* 3. *Taur. num.*107. *&* *ſeq.* Theodor. *in Allegat.*12. *num.*7. *&* 8. Nec valet dicere per teſtium ſubſcriptio-
12 nem induci approbationem ſcripturæ, quia ea regula fallit in teſtamento, quoties contenta in ſcriptura non audierunt, nec legerunt Rub. *De Teſtament. cap.* 26. *num.*224.

Nobis verò Deciſionem hanc D. Regent. noſtri ponderandi anſam dedit lis orta intèr Portiam del Verme, & Venerabile Monaſterium Sancti Laurentii propè Padulam Ordinis Cartuſiæ, ſupèr quo Jurium Allegationes compoſui, quas hìc inſerere opportunum cenſui.
13 Armatur in Servium Sulpitium Aul. Gell. *Noct. Atticar. cap.*12. probatus à Laurent. Vall. *in lib.* 6. *cap.* 35. improbatus ab Joan. Harpprecht. *in lib.* 3. *Inſtit. tit.*24. *num.*1. *&* *ad Clar. in §. teſtamentum. quæſt.* 1. *ex num.*1. ea habita occaſione, illum *in lib.* 2. *Teſtament.* Teſtamentum eſſe verbum duplex ſcripſiſſe, quod & legitur *in lib.*2. *Inſtit. Tit.* 10. ad demonſtrandum ab emphaſi nominis Teſtatoris mentem, conteſtationem indigere, Theophilo teſte *in Grac. Inſtit. eod. Tit.*10. Certum tamèn eſt cognito in ſupremo elogio voluntatis defectu, nec immortalitatis dicitur Typus, nèc ultra fatum, porrigitur fati ſolatium.
14 Bono ergò jure, in ſpem ducitur Portia del Verme ſuum Jus obtinere adversùs prætenſa per Procuratorem Venerabilis Monaſterii Sancti Laurentii propè Padulam, ſtantè, quod Sylvius del Verme aut inteſtatus obiit, aut in ſchedula, quæ producitur, voluntatis defectus cognoſcitur.
15 Tria hac in contingentia diſceptanda veniunt, Unum, an pendente Judicio nullitatis, ſivè invaliditatis ſchedulæ, in actis pro parte Monaſterii porrectæ, Portia in hæreditatis poſſeſſione, vigore Decreti Preambuli ab inteſtato dicti quond. Sylvii, qua reperitur manutenenda ſit?
16 Alterum, nùm pia cauſa hæres inſtituta in ſchedula, in qua nullus teſtis intervenit, ſi de teſtatoris caractere non dubitaretur, ſubſtineatur?
17 Deniquè, an Teſtamentum, quod paravit quis in ſcriptis redigere, poſt Teſtatoris fatum, nullis ſollemnitatibus adhibitis, repertum, in gratiam piæ cauſæ, executionem mereatur?

Et ut ſupèr primo dubio exordium ſumam; in dubium revocandum Pars ambigere haùd poteſt: Diſceſſo ab humanis Sylvio Anno 1658. virtute Decreti preambuli, Portiam ſororem illius germanam fuiſſe in bonorum hæreditariorum poſſeſſione immiſſam, adhùc ab ipſa detentam, quamquàm Procurator dicti Venerabilis Monaſterii exhibita quadam ſchedula proprio Sylvii chyrographo ſcripta prædicans, ſibi pertinere contendat, & accinit Decretum M. C. V. interpoſitum cauſa ſollemnitèr diſcuſſa, *quòd infra quatuor dies audiantur partes, & interim Portia manuteneatur in poſſeſſione bonorum hæreditariorum præſtita cautione in forma etiam quo ad fructus.* Quod etsì Monaſterio ad S. R. C. proclamante moderatum fuit, Monaſterio ſub ſequeſtro immiſſionem concedente, pendet ex parte Portiæ hujuſmodi decreti reclamatio, cōfirmationem Decreti M.C.V. exoptans, aſſiſtente Papiniano in
18 illo Attilii Reguli ad Nicoſtratum Præceptorem monito, Jus poſſeſſorem, quanquàm injuſtum protegere, & lite pendente, manutenere *l.*27. *ff. De Donat. cap. cum Eccleſia. De Cauſ. poſſeſſ. &* *propriet. cap. licèt Epiſcopus. De Præbend. in* 6. & probant elegantèr Gargiar. *in Patrocin.* 26. *part.*1. Garſ. Maſtrill. *in Deciſ.* 52. Mart. *de Juriſdict. part.*4. *cent.*2. *caſ.* 159. *n.*26. Staiban. *in Reſolut.* 27. *num.* 12. *tom.* 1. Reg. Capyc. Latr. *in Deciſ.* 182. *tom.*2. *num.*34. *&* 35. ac Joan. Bapt. Mucc. *in Quæſt.*

21.

Digitized by Google

19 21. *num.*15. Imò & in illa defendendum eſſe, ut abſque impedimento poſſideat, concinunt J. C. *in l.* 1. *ff. de Acquirend. poſſeſſ.* Antonin. Maceratenſ. *lib.* 1. *Reſol.* 66. *n.*6. *&* 8. Thor. *in compend. Deciſ. part.*1. *verb. Poſſeſſor.* Poſt. *de Manutent. Obſerv.* 42. *ex num.* 90. Rot. Roman. *in impreſſ. poſt eundem Poſt. in Deciſ.* 665. *num.*6. Milan. *in Deciſ.*1. *num.* 98. *&* 99. & De Marin. *in Reſol.* 115. *num.* 15. *tom.* 2. licèt poſſeſſio
20 nulla ratione fulciatur, Oldrad. *in conſ.* 227. Dec. *in conſ.*125. *& in conſ.* 200. Butr. *in conſ.* 62. & Caſar. *in Quæſt.* 31. *num.* 15. *&* 17. indè Capiblanc. aſſerit *in Pragm.*1. *cap.*77. *num.*3. *De Baronib. tom.*2. manuten-
21 tionem poſſeſſori fore concedendam, indiſcuſſa cauſæ
22 juſtitia; quia interdictum interim, ſtat pro poſſeſſore, quod ſumitur ex *l.* 1. *§. hujus interdicti. ff. uti poſſidet.* ac tradunt intèr multos Andr. de Iſern. *in cap.* 1. *§. ſi quis. num.*30. *Tit. ſi de Feud. Defunct.* Ann. *in Allegat.*131. *num.*6. *& in ſingul.* 548. De Franch. *in Deciſ.* 548. D. Capyc. Latr. *in Deciſ.* 77. *num.* 14. *tom.* 1. *& ibi* Gizz. Anton. Maceratenſ. *in allegat. loc. lib.* 3. *Reſol.*22. Maſcard. *de Probat. Concluſ.*1196. & De Marin. *ad Reverter. Obſerv.*480.

23 Et plerumquè poſſeſſori manutentionem concedendam eſſe, etsì malum in jure foveat jus, tradunt Fab. *in lib.*1. *de Errorib. Pragmatic. Decad.* 39. *Error.*8. *n.* 5. Fachin. *in lib.*8. *Controverſ.*9. *verſ. hanc poſteriorem ſententiam, & in Controverſ.* 17. *verſ. contrarium docuerunt*, etenim unicus, & ultimus attenditur actus, ut
24 originalitèr dixit Innocent. *in cap.* 2. *num.* 2. *De Cappell. Monacor.* & ſequuntur Gratian. *tom.* 1. *Diſcept.* 113. Rodriq. *de Ann. Reddit. lib.*1. *quæſt.* 17. *num.*36. Poſt. *loc. citat. Obſerv.*71. *num.*55. *& in Obſervat.* 73. *num.*4. Seraphin. *in Deciſ.* 1213. *num.* 5. *& in Deciſ.* 1437. *num.* 1. *lib.* 2. De Pont. *in Deciſ.* 40. *num.* 3. Cavaler. *in Deciſ.* 589. & Caſar. *in adduct. Quæſt.* 31. *num.* 15. Argumento *l. Mela. ff. De Aliment. & cibar. legat.* Cum ab ipſa poſſeſſione, non verò à titulo Jus dimetiatur. Poſt. *in citat. Obſervat.* 42. *num.* 9. Thomat. *in Deciſ.*15. *num.* 22. Paz *de Tenut. cap.* 3. De Afflict. *in Controv.* 9. Reg. Galeot. *in Controv.* 36. *num.* 32. De Marin. *ad Revert. in Obſervat.* 449. *num.*2. *& in Reſol.*38. *num.*25. *tom.*2. Merlin. *in Contr.*36. & in feudis hanc ſententiam admiſſam, quàquàm contradicant Agnati, elegantèr ſtatuunt Oſaſc. *in Deciſ.* 23. *num.* 36. Borrell. *lib.* 1. *ſumm. Deciſ. Tit.* 34. *num.* 489. Afflict. *in Deciſ.* 119. *num.* 4. Reverter. *in Deciſ.*359. *num.* 3. *& ibi* De Marin. *num.* 4. *& in Deciſ.*360. *ſub num.*2.

25 Idquè in ſpecie, in qua verſamur faciliùs obtinere contendo, etenim Portia in principali articulo, bonum jus fovet, ſupèr quo adèpol pro certo eſt, Conſtantinianas, & Theodoſianas Conſtitutiones adaptari teſtamento imperfecto, in quo teſtatoris liberi inſtituti ſunt, ut in *l. hac conſultiſſima* 21. *§. ex imperfecto C. de Teſtament. & in l. intèr omnes* 36. *C. Famil. Herciſcund.*
26 nec extendendas eſſe ad alium caſum, licèt inſtituti filii teſtatoris eſſent, ſed naturales, apprimè notant Alex. *in l. ex facto §. ſi quis rogatus. num.* 45. *ad Trebell. & in cit. §. ex imperfecto.* Dec. *in conſ.*610. *ex nu.* 2. Bald. *in l. ſi qua illuſtris. verſ. quæſtio fuit de facto. C. ad S. C. Orfician.* Paleot. *De Noth. & ſpur. cap.*32. *num.*2. *& cap.*33. *num.*6. D. Capyc. Latr. *in Conſult.*132. *nu.*32. *tom.*2. & ſic Deciſum teſtatur Angel. *in l. filio præterito*
27 *col.*1. *C. de Injuſt. rupt.* Et tamèn vix legem inveniri poteſt, quæ aliqua naturali non fulciatur ratione; &
28 Parentum affectio in filios, potiùs naturali, quam civili jure ſpectatur. Et tandèm juræ naturæ nulla ineſt
29 differentia intèr legitimos, & inlegitimos, Bald. teſte *in cap. quæ in Eccleſia de Conſtitut.*

30 Indè præcitata Jura, nec in gratiam piæ cauſæ extendenda eſſe patet, etenim cum non alia fuerit Cæſarum
31 mens, cum juſtis liberis favere voluerunt, niſi ut imperfecta illa, minuſvè ſollemnis voluntas parentis, ab inteſtato cuſtodiatur; abſurdum eſt, ex hoc exiſtimare, idem privilegium dandum eſſe piæ cauſæ, quæ nullo modo, nulloquè jure ſuccedere poſſet, majus namquè privilegium eſſet, quod haberet pia cauſa, ut quicquid in piam cauſam relictum eſſet valeret, quam quod haberent liberi, ut quod iis in hujuſmodi voluntate minùs ſollemni relictum eſt, ab inteſtato ſubſtineatur.

32 Prodit ex his ſchedulam in actis productam (eſto, quod Silvii chirographo, citra veri præjudicium, ſcripta ſit,) non ſubſtineri in teſtamentum, quia nè dum teſtes non intervenerunt, verùm etiam exquò omni alia civili, atque etiàm Canonica caret ſollemnitate.

33 Julianum J. C. namquè ſic loquutum invenio: *Quædam cùm in extrema eſſet valetudine, præſentibus honeſtis viris compluribus, & Matre ſua, ad quam legitima ejus hæreditas pertinebat; ita loquuta eſt, ancillas meas Mæviam, & Sejam liberas eſſe volo.* in *l. ſi pater* 47. *§. quædam. ff. De Fideicomm. libert.* ubi Gloſſographus obſervans verbum illud *compluribus* interpretatus fuit, *adminus quinque teſtes, in teſtamento interveniſſe*. quod De Benedictis ad duos tantùm teſtes, in diſpoſitis ad cauſam piam reſtringit; *in cap. Raynutius. verb. Teſtamentum el primo. num.*57. *De Teſtament.*

34 Spectat modò hìc vulgatum illud, quod diſpoſitum in Jure, libertatis favore, piæ cauſæ applicetur; Everard. *in Topic. loc.* 33. *de libert. ad piam cauſam.* Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Rub.*9. *Tit. Des Maimortes. num.*14. Bartol. *in l. proximè. ff. De iis, quæ in Teſtament. delent.* Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. in Addit. ad part.*3. *Allegat.* 83. *verſ. nùnc verò reſtat.* Dec. *in l. captatoria. col. fin. C. de Teſtament. Milit.* P. Franc. Meroll. *Theol. Moral. tom.* 3. *Diſput.* 3. *De Conſcient. ejuſq. obligat. cap.*4. *n.*143. Santorel. *in Reſol.*69. *n.*7. Intrigl. *in ſingul.*97. *n.*147. *lib.*3. Mantic. *de Conject. lib.* 13. *tit.*11. Maſcard. *de Probat. concl.*1177. Rot. Roman. *part.*2. *Diverſor. in Deciſ.*74. *ex num.* 21. Menoch. *de Præſumpt. in præſumpt.* 115. *à num.* 21. & conferunt jura *in l. contra voluntatem. C. de Teſtament. manumiſſ. l. in communes. C. de Comm. ſerv. manumiſ. & in l. libertas omnibus. ff. de Regul. jur.*

35 Conſtantinus etiàm primus Imperator chriſtianus, qui pias diſpoſitiones introduxit, in illis teſtes de forma deſideravit, ut in *l.*1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & notant *ibi* Jaſ. *ex num.*19. Paul. de Caſtr. *num.* 2. & Boer. *in Deciſ.* 93. *ex num.* 1. Voluitquè idèm, Fridericus
36 Cæſar *in l. generalitèr* 13. *eod. Tit. de ſacroſanct. Eccleſ.* ubi Gloſſ. *verb. munitum.* ibi: *ſcilicèt teſtium, & aliarum ſollemnitatum, ut notatur ſupra eod. l.* 1. Et tan-
37 dèm Juſtinianus *in §. ſi tamèn. Auth. de Teſtament. Collat.*8. ità dixit: *ſi tamèn aut uxori, aut extraneis perſonis aliquibus, voluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & hæc propria ſcripta manu à teſtatore coram teſtibus, quoniam omnia conſequentèr in diſpoſitione poſita ipſi, & ſcripſerunt, & volunt manere ſint firma.*

38 Concludunt ex his non mediocris farinæ viri, ſchedulam Teſtatoris manu conſcriptam nullis adhibitis teſtibus, favore piæ cauſæ non ſubſtineri intèr quos ſunt.

1 Jaſ. *in conſ.*184. *lib.*2. *ſub num.*31. *& in conſ.* 115. *verſ. ſed per Advocatos. lib.*4. *& in Auth. quod ſine. C. de Teſtament. poſt num.* 1. ſic habet *quandò ergò ſcriptura eſt ſcripta manu propria patris, & ibi non repeꝛiuntur aliqui teſtes verum eſt quantum ad ipſos filios, ſed ſi in tali ſcriptura eſſent aliqua relicta, etiam ad pias cauſas, ut dicit* Text. hìc in fin. *loquens de legato libertatis, tùnc quantum ad hoc, ut talia legata valeant de neceſſitate requiruntur duo teſtes.*

2 Aretin. *in conſ.*64. *col. penult. lib.*2. *verſ. verùm his non obſtantibus.*

3 Alex. *in conſ.*460. *part.*3.

4 Paul. de Caſtr. *in conſ.*451.

5 Marian. Soccin. *omninò legendus in conſ.*189. *lib.*1.

6 Corn. *in conſ.*307. *col. penult. verſ.*3. *lib.*3.

7 Ol-

Digitized by Google

7 Oldrad. *in conſ.* 119.

8 Barbat. *in conſ.* 42. *vol.* 4.

9 Covar. *in cap. relatum. num.* 12. *verſ. mallem huic opinioni. De Teſtament.*

10 Clar. *in §. Teſtamentum quæſt.* 7. hanc eſſe communem opinionem teſtatur, & quamquàm ſe in foro
39 conſcientiæ bonorum retentionem non conſulere aſſerat; Innocent. reſiſtit *in cap. quia plerique de Immunit. Eccleſ.* qui enim per contractum, cui aliqua juris ſol-
40 lemnitas deficit, aliquid poſſidet, ad reſtitutionem tenetur: lex namquè etiàm civilis obligat ſubditos in
41 foro conſcientiæ Sot. *lib.* 1. *de Juſtit. quæſt.* 6. *Artic.* 4. Villagut *de Extenſ. leg. in gener. prælud.* 3. *num.* 8. & 11. Meroll. *loc. cit. tom.* 2. *de legib. Diſput.* 4. *cap.* 3. *De Legib. Civil. Dub.* 21. & in ſpecie, quod declarato
42 nullo teſtamento: quia aliquæ ſollemnitates juris deficiunt, hæres ab inteſtato tuta conſcientia hæreditatem retinere valeat, elegantèr probant Sot. *loc. cit. lib.* 4. *quæſt.* 5. *art.* 3. Coſt. *de Retrotract. cap.* 6. *num.* 19.
43 etenim ex teſtamento nullo, nulla oritur civilis obligatio. Caſſad. *in Deciſ.* 5. *de Jur. Patron. num.* 2. nèc na turalis. Jaſ. *in l. ſi poſt diviſionem ex num.* 5. *C. de Jur. & fact. ignor.* Petr. Loriot. *de Jur. artic. Tract.* 11. *cap.* 22. Bald. *in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*
44 & hæredem inſtitutum, in foro conſcientiæ, hæreditatem haud retinere poſſe, tradunt Div. Thom. 2. 2. *quæſt.* 69. *artic.* 4. Fortun. Garſ. *de Ultim. fin. num.* 260. Florian. *in ſumm. part.* 1. *tit.* 18. §. 4. Jo: Medin. *de Reſtit. quæſt.* 36. *verb. quo præmiſſo.* Azeved. *in proœm. ordinam. quæſt.* 10. Bonacin. *Diſput.* 3. *de Contract. quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 5. Salon *quæſt.* 5. *De Domin. art.* 4. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Cevall. *commun. contr. comm. quæſt.* 71. *poſt num.* 8. & *quæſt.* 137. *num.* 2. & 5.

11 Gomes *ad leg.* 3. *Taur. num.* 18. & 106.

12 Burg. De Paz *ad leg. Taur. part.* 1. *concluſ.* 2. *nu.* 112.

13 Cevall. *loc. citat. lib.* 1. *quæſt.* 136. qui hanc communem ſententiam probat.

14 Tomig. *cap.* 4. *quæſt.* & *Deciſ.*

15 Cardin. Put. *in Deciſ.* 97. *lib.* 3.

16 De Benedict. *loc. cit. verb. teſtamentum. el primo. num.* 87.

17 Cardin. Mantic. *lib.* 6. *de Conject. Tit.* 3. *num.* 9.

18 Ant. Fab. *omninò legendus; de Errorib. Pragmat. lib.* 1. *Decad.* 37. *error.* 7.

19 Andr. Fachin. *lib.* 4. *Controv.* 3. *col.* 384. *verſic. quod attinet ad tertium.* ibi: *ſed hanc ſententiam amplecti non poſſum, eo in caſu, quo ſchedula manu teſtatoris reperiatur, quæ coram teſtibus publicata non ſit, etsì etiàm ſint puguantes DD. ſententiæ, tamèn contrariam ſententiam amplector, quia nec juri Canonico locus ullus extat, qui pias cauſas juvet in propoſita ſpecie, & magnopere adverſatur Juſtinianus.* Hactenùs Fachin.

20 Jo: Harppreſt *ad Inſtit. tom.* 2. *tit.* 10. §. 3. *num.* 304. *col.* 810.

21 Mar. Antonin. Macerat. *lib.* 1. *Reſol.* 112. *caſ.* 21. & *lib.* 3. *Reſol.* 44.

22 Thom. Manlius *de Ultim. Volunt. lib.* 1. *Tit.* 12. *nu.* 9.

23 Molin. *de Juſtit. lib.* 1. *Tract.* 2. *Diſput.* 134.

24 Conrad. Ritterſuſius *de Different. Jur. Civil. & Canon. lib.* 4. *cap.* 2.

25 Gam. *in Deciſ.* 221.

26 Dicaſtil. *de Juſtit. lib.* 2. *Tract.* 19. *Diſput.* 1. *Dub.* 10. *num.* 124.

45 Nec tot Illuſtrium virorum dicta perturbat, decantatum illud *ſumma eſt ratio, quæ pro Religione facit*, queàdmodùm hoc ſit in quæſtione; & id in dubiis quæſtionibus applicetur; prout de libertate loquitur Tex. *in l. quotiès* 20. *ff. de Regul. jur.* & probant in ſuppoſita ſpecie Pariſ. *in conſ.* 86. *num.* 68. *lib.* 2. Hieronym. Gabriel. *in conſ.* 98. *lib.* 2. Intrigliol. *in ſingul.* 97. *num.* 1. & 118. *lib.* 1. Fab. *in cit. Error.* 7. & non quia aliqua
46 inducta, favore piæ cauſæ reperiuntur, ſempèr pro illa judicandum eſt. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 393. *num.*
47 66. & ceſſare hoc privilegium inſtante tertii præjudicio, tradit Gravett. *in conſ.* 303. *num.* 6. præcipuè filiorum
48 legitima, teſtibus Joſeph. de Ruſtic. *in l. cum avus. lib.* 1. *cap.* 20. *ex nu.* 10. *De Condit. & Demonſtrat.* Didac. Perez *ad Didac. à Segura in l. unum ex familia §. ſed etsì fundum. num.* 170. *ff. De legat.* 2. Roderic. Suarez *in l. quoniàm in prioribus C. de Inoff. teſtam. in Declar. l. Regn. ſui pag. mihi* 261. *nu.* 1. Marc. Anton. Peregr. *tract. var. lib.* 6. *in cap. in præſentia de Prob. Decret. lib.* 2. *num.* 90. Covar. *in cap. relatum. num.* 1. *de Teſtam.* De Benedict. *in cap. Raynutius. verſ. mortuo itaquè teſtatore. num.* 128. Spin. *de Teſtam. Gloſ.* 14. *num.* 128. Tiraquell. *in l. ſi unquàm. verb. donatione largitus. num.* 326. *C. de Revocand. donat.* Merlin. *de legitim. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 2. Gratian. *in Deciſ.* 162. *num.* 4. & *in Deciſ.* 206. *in fin.* Joſeph Ludovic. *in Deciſ. Luc.* 18. *à nu.* 12. Oſaſch. *in Deciſ.* 110. *num. ult.* Marc. Anton. De Amat. *in Deciſ.* 8. *num.* 35. Rot. Roman. *in Deciſ.* 74. *num.* 17. *part.* 2. *Diverſ.* imò, & ultrà legitimam, ſunt voti Trentacinq. *de ſubſt. part.* 2. *cap.* 6. *verſ. huic ratione non obſtante.* Fuſar. *in allegat. quæſt.* 393. *num.* 65. Mart. *De ſucceſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 8. *art.* 5. *à num.* 4. *ad* 10. Tomaſ. *de ſpecial. piæ cauſ. tit.* 2. *cap.* 121. *num.* 190. Surd. *de Aliment. quæſt.* 15. *num.* 190. Cutell. *de Donat. contempl. matrim. lib.* 1. *Diſcurſ.* 2. *part.* 6. *num.* 113. Menoch. *in Præſumpt.* 189. *num.* 126. 130. & *ſeq. lib.* 4. & alii penès Præſid. Merlin. *tom.* 2. *Controv.* 5. *num.* 22. cum in cauſis favorabilibus, ità debeat favor exhiberi, ut ab inteſtato ſucceſſuris injuſtitia non fiat. *cap. ex tenore. de For. competent. l. fin. C. de Milit. Teſtam.* Harppreſt. *in indicat. tom.* 2. *tit.* 7. §. 2. *num.* 139.

49 Sed rursùs obiicit Venerabile Monaſterium, magis in jure cauſam piam privilegium potiri, quam filios, legitima dempta atquè adeò teſtamentum imperfectum, in quo teſtatoris liberi, attento eorum favore, ſubſtinetur, id
50 reſpectu piæ cauſæ, quoquè procedendum fore. At antecedenti reſiſtunt Dec. *in cap.* 1. *verſ. ſexto ſimili. col.* 10. *De Probat.* Marian. Soccin. *in conſ.* 189. *ex num.* 76. & Andr. Alciat. *in l. licèt. col.* 2. *C. de Pact.* potior
51 enim eſt filiorum cauſa, quam pia, teſtibus Ancharan. *in Rubr. de Teſtam. in* 6. *col.* 2. & *in cap. ſi pater. in* 7. *notab.* Bald. *in l. jubemus. C. de Teſtam.* Confert ad
52 id, quod furioſi teſtamentum, ad piam cauſam, ordinatum, non ſubſtinetur. Bartol. teſte *in alleg. l.* 1. *quæſt.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & tamèn licèt in Senatu T. Longus Tutidani viri furioſi ſupremum elogium, nullum declarari petiiſſet ex *l. furioſum. C. qui teſtam. facer. poſſ.* abnuerunt affirmare Judices, quia teſtatoris filii fuerant inſtituti. Valer. Max. teſte *in lib.* 7. *memorab. Dictor. cap.* 8. & videantur Jo: Andr. *in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat.* Jaſ. *in l. patre furioſo. col.* 2. *De his, qui ſunt ſui,* & *in conſ.* 141. *lib.* 4. Bald. *in cap.* 1. *in princip. Tit. per quos fiat inveſtit.* Ant. Corſ. *in ſingul. verſ. Teſtamentum,* & De Marſil. *in ſing.* 380.

53 Antecedenti verò admiſſo, Argumentum non concludere fatentur Interpretes, etenim quamquàm liber-
54 tas ipſa, cujus jura publica ſunt *l. ſi quis rogatus. ff. de Fideicom. libertat.* filiorum legitimæ præferatur Dec. *in indicat. l. quoties. num.* 3. Paul. De Caſtr. *in l. Papinianus. §. quartam autèm. ff. de Inoff. Teſtam.* tamèn
55 ſchedula, etsì teſtatoris proprio caractere diſpoſita, ob teſtium deficientiam, illius favore non ſubſtinetur, Juſtiniano, & aliis Cæſaribus ità mandantibus.

56 Occurritur, & illo; Teſtamentum nullum ex defectu voluntatis, favore piæ cauſæ ſubſtineri, ergò potentiùs ſi defectus fuerit in ſollemnitate, quia antecedens, nèc veritate pollet, nec argumentum concludit quotiès ſollemnitates deſideratæ, naturales ſunt, prout teſtium interventus. Mantic. *cit. lib.* 6. *Tit.* 3. *nu.* 9. Teſtamentum namquè, quo voluntas teſtatoris imperfecta ſpectatur, nèc favore piæ cauſæ ſubſtineri probat apertiùs

Reg.

Digitized by Google

Reg. Capyc. Latr. *in Deciſ.* 140.
57 Hinc Alexander S. P. *in cit. cap. relatum.* tantùm ea pars juris Civilis abrogavit, exigens in teſtamentis ſeptem teſtium interventus, ſtatuens ſufficere duorum,
58 aut trium Cujac. ità conſiderante *in lib. 3. Decretal. Tit. 26. col. 405. Lit. D. in poſterior.* quo jure Canonum ſtante, teſtes hos de forma ad piæ cauſæ diſpoſitum deſiderari probant Theodor. *in Allegat. 12. nu. 4.* Kirch. *comm. opin. cent. 4. Concluſ. 7.* Mantic. *loc. cit. num. 4.* Maſcard. *tom. 2. de Probat. concl.* 1126. *ex num.* 12. Jo: Andr., Imol., & Abb. *in adduct. cap. relatum.* Bart. *in cit. l. 1. num. 35. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ibi* Andr. de Beſſett. *num.* 4. Claud. Seyſſell. *in l. jus civile nu.* 44. *ff. de Juſtit. & Jur.* Pariſ. *in conſ.* 74. Reg. Capyc. Latr. *in alleg. Deciſ.* 140. *num.* 14. *&* 24. Aſin. *de Execut. cap.* 46. *num.* 6. Camill. Capuc. *in prax. Judic. part. 2. cap. 5. num.* 103. & eſſe communem opinionem teſtatur Vaſq. *de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 21. num.* 1. Undè ad probandum legatum ad pias cauſas relictum, unicum non ſufficere teſtem deſumunt Tanner. *in Defenſ. Eccleſiaſt. libert. lib. 2. cap.* 8. Manlius *de ultim. volunt. lib. 1. tit. 13. num.* 8. De Præt. *lib. 2. interpret. 1. dub. 2. ſolut. 3. num.* 19. Lugo *de Juſtit. Diſput. 22. ſect. 9. num.* 266. Maſcard. *concl.* 1358. *num.* 32. Dian. *de Teſtam. privil. tract.* 6. *Reſol.* 6. *& Reſol.* 15. Paſcal. *de Patr. poteſtat. part. 2. cap. 8. ex num.* 46. & Mart. *de ſucceſſ. part. 4. quæſt. 8. art.* 3. proptereà ob illorum defectum
59 corrui concludunt, quemadmodùm forma dat eſſe rei *l. Julianus §. ſed, & ſi quis. ff. de exhibend.* Salgad. *in labyrint. part. 1. cap. fin. num.* 32. Coſt. *de Fact. ſcient. & ignorant. inſpect. 6. num. 23. pag.* 234. dictoſ-
60 que teſtes ad id ſpecialitèr rogandos eſſe tradunt Beſſet. *loc. cit. ex nu.* 10. Lap. *in Alleg.* 29. Angel. à Gamballeon. *de Teſtament. in fin. verſ. & Galvano, & Mariano.* Zaſ. *in conſ. 6. num. 22. lib.* 1. Mynſing. *Reſp.* 46. *num. 5. Decad.* 5. Hunnius *lib. 2. Reſol. Civil. Tract. 5. quæſt. 8. pag.* 560. *& in Reſol. ad Treutler. vol. poſteri. Diſput. 10. quæſt. 45. pag.* 1002.
61 Præfatam verò Juris Canonici Diſpoſitionem in Curiis ſecularibus non eſſe receptam ſunt voti Innocent. *in citat. cap. relatum.* Specul. *in Tit. de Inſtrum. edit. §. compendioſè. num. 16. & ibi* Jo: Andr. qui id repetiit *in cap. cum eſſes. de Teſtam.* Odofred. *in cit. l. 1. num. 16. verſ. Nos autèm Civiliſtæ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Everard. *in alleg. Topic. loc. à ratione legis largæ. num.* 20. & alii penès Henric. Gianis. *in lib. 3. Decret. Tit. 26. cap. 8. lib.* 2. quod etſi indubium revocare contendat
62 aliqui, ea ſententia, illis exploſis crebiùs in Judiciis admiſſam demonſtrat Theſaur. *& ibi* Addit. *in Deciſ.* 18. Nèc adverſatur Gizzarell. *in Deciſ. 45. & 46.* ex Theodor. in ſua facti contingentia expenſo, in qua contra
63 cauſam piam ſcripſit *in cit. Allegat.* 12. referens obtenta, ex illa Judicatura, decretatione de verbo faciendo in S. R. C. per viam in integrum reſtitutionis, tandèm agnoſcendo Monaſterium malam fovere cauſam habita quadam elemoſina à petitione diſceſſiſſe.
64 Scio Reg. De Marin. illius opinionis fuiſſe *in lib. 2. Reſol. 229. num.* 6. ſchedulam Teſtatoris manu in beneficium piæ cauſæ ſcriptam, teſtes non deſiderari, ſed ſatis eſſe probari illam per teſtes habere notam manum deponentes, At hoc placitum rationibus improbatum attende! Etenìm ſi Deciſionem Rotæ Romanæ in cauſa
65 illorum de Mazzocchis, introſpiciamus *in part. 2. Diverſ. Deciſ.* 74. quæ eſt eadem ac *Deciſ.* 124. *ead. part.* 2. atquè Put. *in Epitom. in Deciſ. 18. Tit. de Fid. Inſtr. & Tit. De Teſtam. in Deciſ.* 14. haùd ad rem de qua agimus attinentia dixeris.
66 Primo pro coſtanti ex Rot. Romana habitum fuit, de ſtylo eiuſdem Rotæ quotieſcumquè de verificatione ſcripturæ agitur in qua ſunt neceſſarii teſtes, ſatìs eſſe, quod per teſtes deponentes habere notam manum pro-
67 betur, id verò S. R. C. non admittit atquè adeò teſtes deponere debere ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe ſcribere,
68 *ad tex. in §. ſi quis igitur. Auth. de Fid. Inſtrum.* Afflict. *in Deciſ.* 181.
69 Secundo concurrebant in illa facti ſpecie nonnulla adminicula, intèr quos teſtium depoſitionem habere notam, ſcribentis manum, quam probationem de per ſe ad obtinendum non ſufficere teſtatur eadem Rot. Roman. *in eadem Deciſ.* 124. *num. 3. & 4.* Judex nam-
70 què pronunciat ſupèr probatione certa *l. nequè natales. C. de Probat.* Maſcard. *tom. 1. Concl.* 671. Caſar. *in quæſt. 42. §. 2. num.* 19.

Primum adminiculum præſeferebatur in illo, nam pluribus parti ex adverſo intimatis decretis, quod ſchedulam recognoſceret, in ipſius contumaciam recognoſcere nolentis habita fuit pro recognita.

Secundum Diſpoſitio, de qua agebatur per extenſum ſcripta reperiebatur in quodam Teſtatoris libro: noſtra verò in quodam folio non penès Sylvium, nec in ejus arca, exhibita tandèm octo annos poſt Sylvii fatum.

Tertium Depoſitiones duorum teſtium teſtantium habere notam manum.

Quartum hæredem ab inteſtato non contemniſſe ſchedulam fuiſſe ſcriptam teſtatoris proprio caractere.

Deniquè eo in caſu concurrebat ſchedulæ obſervantia ſubſequuta.

71 Modò è Puteo fas ſit veritatem trahere, proptereà obſervatione dignum arbitror *Deciſ. 14. & 18. in Epitom.* induſtria Franciſci Rubei typis traditæ, quæ prius eodem Rub. teſte manuſcriptæ circumferebantur eaſdem eſſe, ac illa in cauſa de Mazzocchis lata, & ab eodem Put. juxtà ſententiam, quam tuemur determinatam, tradita *in cit. Deciſ. 97. lib.* 3.
72 Et quod niſi potentiora adminicula concurrant; teſtium depoſitiones, habere notam ſcribentis manum teſtantes, ad probationem ſchedulæ ſatìs non ſint, probant apertiùs Marian. Socc. *in alleg. conſ.* 189. *num.* 88. *&* 89. & Jo: Bapt. Coſt. *in Tract. de Remed. ſubſid. Remed. 82. num.* 2. etenìm talis ſingularis probatio,
73 privatam ſcripturam, ad effectum obtinendi non coadjuvat Angel. *in Auth. ſi quis vult. num. 1. C. qui potior. in pignor.* Afflict. *in cit. loc. & ibi* Urſill. Piſanell. Caravit. & Pulverin. Grammatic. *in Deciſ.* 84. Ricc. *in Collect.* 19. Cavagnol. *in Deciſ. Conſult.* 40. *num. 23. lib. 1.* Urceol. *lib. 1. Conſult. 9. num.* 9. Paleot. *in Deciſ.* 173. Gizz. *ad Reg. Capyc. Latr. in Obſerv. 55. num.* 13. Giarlin. *lib. 2. Controv. 175. num.* 26. Undè teſtamen-
74 tum quod in privata ſcriptura conſiſtit, niſi teſtes vidiſſe illud ſcribere deponant non probant, probant Queſad. *in Diſſert. 11. num.* 8. Ricc. *in prax. part. 3. Reſol. 339. num.* 6. Gyriac. *in Controv. 444. num.* 87. *&*
75 88. quamquàm teſtatoris liberi inſtituti fuiſſent Alex. *in conſ. 123. vol.* 1. Ludovic. Zunt. *in Reſponſ. pro Uxor. num.* 23. 95. 210. 266. 589. & 595. Soarez *Comm. Opin. Lit. T. num.* 43. Spin. *de Teſtament. gloſſ. 12. nu.*
76 44. aut cauſa pia. Aretin. *in cit. conſ. 64. Dub. 2. col. penult.*
77 Nec per teſtium depoſitiones habere notam Teſtatoris manum, militare teſtamentum probari indicat Conſil. Theod. *in cit. Allegat.* 12. Miles enim ſi in ipſo
78 prælio, quo vitæ ſortem dereliquit, teſtamenti tabulas ordinavit, quibus aliqui ſubſcripti reperiantur teſtes, quotiès de illarum veritate diſceptandum acciderit, niſi ſaltèm duo illorum deponant de teſtatoris voluntate,
79 ſupremum non probant elogium, At ſi hoc in Caſtro factum fuerit, eo caſu, niſi duo ad minus teſtes ad actû rogatos, ſpecialitèr interveniant, pro infecto habetur.
80 Demùm ſi nulla occupatus expeditione ille teſtatus ſit, nullum privilegium conſequitur *l. miles., & ibi* Gloſſ. *verb. Sub ipſo tempore, & l. nè quidam. juncta* Gloſſ. *C. de Teſtam. Milit.* Claud. Cotereus *de Jur. & Privileg. Milit. lib. 2. cap. 17. pagin. mihi* 267. Boccer. *de Bell. lib. 1. cap.* 24. De Benedict. *loc. cit. n.* 59. Schneid. dictus Oinotom. & Mynſinger. *in §. planè Inſtit. de Teſtament. Milit., & ibi* Jo: Harppreſt. *ex nu. 5. col.* 861.



Digitized by Google

His poſitis ad ultimum devenio aſſumptum; ſchedulam in actis productam, ex ſui lectura, integram Sylvii voluntatem non continere ibi: *Ho propoſto farme teſtamento ſerrato, quale s'habbia da ſtipulare per publico Notaro, è Giudice con tutte le Clauſule neceſſarie conforme comanda la legge*. Atquè adeò patet haùd vocari
81 poſſe teſtamentum, donèc à Tabellione, cum ſolitis requiſitis ſtipulatum ſit, ex Text. *in l. ſi fideicommiſſa. §. quotièſ. ff. de Legat.* innuit Andr. Fachin. *in Controv.* 14. *lib.*4. quamquàm pia cauſa inſtituta reperiatur. Ægid. Trullench. *ad Præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap.* 17. *Dub.*4. *num.*3. *verſ. At, ſi quis*.
82 Potiſſimùm in hac contingentia, qua Sylvius in ſcriptis teſtari paraverat ibi: *Teſtamento ſerrato* Staiban. *in Reſol.* 68. *num.* 40. *lib.* 1. ibi: *Sed in puncto, & in terminis terminantibus, imò majoribus adverto, quod licèt Teſtator poſſit, diſponendo intèr liberos, vel ad piam cauſam coram duobus teſtibus voluntatem ſuam declarare, ſi tamèn voluit dictam diſpoſitionem facere in teſtamento in ſcriptis, ſeù clauſo, & dictum Teſtamentum forsàn ex aliqua cauſa, non valet, ut quia non fuerit ſtipulatum, vel non rectè, tunc non valebit diſpoſitio intèr liberos, vel ad piam cauſam, licèt probetur per duos teſtes dicta voluntas*. Sequutus Reg. Capyc. Latr.
83 & Antonin. de Amat. Regula namquè eſt, ſi quod ago non valet, nec valebit, ut poteſt. *l. fin. §. illud. C. de Codicill. l. quod ſponſæ. C. de Donat.* Felin. *in cap.* 23. *de Offic. Delegat.* Rot. Roman. *in Deciſ.* 366. *num.* 31. *part.*1. *Diverſ.* & alii paſsìm.
84 Accedit his Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.*292. *num.* 5. ibi: *quod ſi conſtaret Teſtatorem in ſcriptis voluiſſe ſollemnitèr teſtari, & tunc exquò ad ſubſtantiam actus requirebatur ſcriptura, ſivè voluntas teſtatoris, non fuerit ſtipulata à Notario, & coram teſtibus publicata non poteſt dici actus perfectus*. hæc Hodiern. ſcribens de Teſtamento ad pias cauſas ordinato, & firmant.

Manlius *in cit. Tit.*12. *ex num.*9.
Oldrad. *in conſ.*119.
Dec. *in conſ.*159. *ſub num.*3.
Jaſ. *in conſ.*155. *ſub num.*3. *lib.*4.
Longlois. *in Deciſ.*24. *quæſt.*8. *num.*6.
Ludovic. Zunt. *in cit. Reſponſ. pro Uxor. num.*291.
Clar. *in cit. quæſt.*7. *num.*3.
Sanchez *in conſil. part.*2. *lib.*4. *cap.*1. *Dub.*7. *nu.*5. & 6.
Antonin. De Amat. *lib.*1. *Reſol.*8.
Reg. Capyc. Latr. *in indicat. Deciſ.*140.
Antonin. Macerat. *in alleg. Reſol.* 44. *verſ. tùm quia erat futuri teſtamenti præparatio.*
Villalob. 2. *part. Tract.*30. *Diff.*10. *num.*5.
Creſcent. *in Deciſ.*3. *num.*3. *De Teſtament.*
Barboſ. *lib.*3. *de Jur. Univerſ. cap.*27. *num.*69.

85 Deſtruitur partis Conſideratio Sylvium, in ultima parte ſchedulæ, ſcripſiſſe, illam eſſe ſuam voluntatem, rogando Cœlites in teſtes; ex Deciſ. Rot. Roman. apud Put. ſuperius citatæ, in qua teſtator expreſsè declaravit illam eſſe ſuam voluntatem, patefaciendo cauſam, cur teſtes in ea diſpoſitione non adhibuiſſet, ſæva peſte ſcilicèt craſſante, & tandèm pia cauſa non obtinuit, illo
86 ſtante, neminem poſſe facere, quìn leges in teſtamento ſuo locum obtineant, Juri publico derogare, nec Juriſdictionis formam pro arbitrio mutare Cujac. *in Tit.* 23. *lib.*6. *Codic. col.*922. *lit.* C. & Fab. *in cit. lib.*1. *De-*
87 *cad.*36. *error.*8. *num.*8. Potentiùs namquè eſt, quod in albo legis legitur, quàm quod in nigro teſtamenti eſt Quintil. *in Declam.*274.

Et illud adiiciam, Sylvium ultimum clauſiſſe diem in terra Padulæ, non illicò poſt ſcriptam ſchedulam, ſed poſt duos annos, itaut, ei tempus non defuit, illam in teſtamentum redigere, quòd non fecit, quia vel illa de ſui chyrorographi ſcriptura non eſt, vel quia volun-
88 tatem mutavit, ea namquè uſquè ad extremum vitæ ſpiritum ambulatoria eſt, nec ſibi legem dicere poteſt, nè mutet teſtamentum *l. ſi quis. in princip. ff. De legat.* 3. Joan. Bapt. Aſin. *De Exequut. §.* 2. *cap.*111. *num.*2. & 3. Cujac. *in lib.*2. *C. tit.*3. *leg.*15. *col.*93. *liter.*B.
89 Undè illatio oritur, quod ſi teſtamentum non publicatum, quia publicationem, Teſtator ad aliud diſtulit tempus, & interìm publicatione haùd peracta mortuus eſt, imperfectum voluntatis ratione cenſeatur, quanquàm pia cauſa inſtituta fuiſſet. Oltrad. & Alii *ſup. alleg.* quibus ſubnectimus Conſil. Hodiern. *in Controv.*36. & Thor. *ad Tiraquell. De Pia cauſ. privileg.* 18. & *in Comp. Deciſ. part.*3. *verb. teſtamentum extenſum. & in cit. verb. teſtamentum oretenus, & in ſupplem. Comp. verb. teſtamentum ſi ſit conditum*, quia in publicationis actu, vel melius Teſtator voluntatem ſuam patefacere potuiſſet, vel mutando illam, piam cauſam excludere. Quìd modò dicendum in eligente formam in ſcriptis teſtandi, & tamèn non temporis defectu, præſcriptas ſollemnitates non adhibuit! Patet id non feciſſe quia noluit.
90 Indè S. R. C. decretum moderandum in ſpem ducimus; Immiſſio enim hæredi ſcripto competit exhibenti teſtamentum, non cancellatum, non abolitum, nequè ex quacumquè ſuæ formæ parte vitiatum, ſed quod prima figura, ſinè omni vituperatione appareat, & de depoſitionibus teſtium legitimi numeri vallatum ſit *l. fin. C. De Edict. Div. Adrian. Tollend.* & conferunt ſcripta per Rot. Roman. *in Deciſ.*85. *num.* 8. *in impreſſ. poſt Salgad. in Labyrint.* undè voluit Ann. *in Alleg.*19. *n.*3. nullo modo Judicem hæredem ſcriptum immitti poſſe in poſſeſſionem vigore teſtamenti, in quo aliqua juris ſollemnitas deficit, & *num.* 12. addit quatenùs contra teneri in Syndicatu, & ſtatuit quoquè Ricc. *in Collect.*370., & 2304.
91 Et ex his manutentionem, excluſo Monaſterio ſperat Portia, ſivè potiùs Decreti M. C. V. confirmationem per Sapientiſſimos Conſiliarios, & Bonos Viros, qui Phil. teſte, columnæ ſunt populum ſubſtinentes; ſinè quibus, ædificium illud populi laberetur, & rueret. Scribebam 17. Kalendas Aprilis 1671.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXLI.
### SUMMÆ.

D. Regent. Merlin. *laudes emeritæ*.
1 *Judicem, quem quis in agendo elegit, habere contra ſe dedignari non debet*.
2 *Clericus, apud ſæcularem Judicem reconveniri poteſt. Præcipuè in locis, ubi talis conſuetudo viget. num.*3.
4 . . . *reconvenitur coram Judice laico, quanquàm negotium à Conventione totalitèr ſit independens* ſecundùm Caſarum.
5 . . . *quandò reconveniri poſſit?* & *num.*6.
7 . . . *an ad evitandam reconventionem, poſſit à conventione recedere?* & *quandò?*
8 *Reconventio in cauſis ſummariis, qualitèr obtineat? Declarantur* Mar. Antonin. & Ann.
9 . . . . . *non admittitur accedente fraude*.
10 . . . . . *adversùs Clericum non obtinet quotiès alieno nomine agit*.
11 . . . . . *in Criminali cauſa ſilet*.
12 *Clericus reconventus, non tenetur coràm Judice laico, cautionem præſtare de Judicio ſiſti. comprobatur* D. Reg. noſter.
13 *Sententia lata contra Clericum in reconventionis Judicio, ex Judice laico, exequutioni demandatur per Eccleſiaſticum Judicem. reiicitur* Montan. ex Mart.
14 *Clericus, nùm attenta* Pragm. Unic. de Prævent. moderand. *teneatur cautionem præſtare de ſolvendo debitum*

Digitized by Google

bitum, & pœnam? Comprobantur D.Reg. noſter, &
Gizz.
15 Laicus exterus, nec ſtabilia poſſidens in loco Judicii,
tenetur cautionem præſtare de Judicio ſiſti, & Judi-
catum ſolvendo. cum Deciſ. noviſſ. Declarantur
Ricc. & Novar. ex Scanarol. num.16.
17 Computis, adminiſtrationis non diſcuſſis executivè
adversùs tutorem agere prohibetur. comprobatur D.
Reg. noſter.
Niſi moroſus ille ſit in rationibus reddendis Declara-
tur D. Reg. noſter ex Montan. & Salgad. nu.19.
18 Tutorem, antè redditam univerſalem rationem
adminiſtrationis, poſſe cogi ad reſtitutionem bono-
rum in inventario deſcriptorum dixit Surd. quem
ex Hodiern. declaratur.
20 Judex, abſquè attentati metu appellatione non obſtan-
te ab interloquutorio, conſtante de adminiſtratione
ulterius procedere valet.

1 DOm. Reg. Merlin. literis homo multis præditus
concludit, dedignari haùd debere illum Judi-
cem habere contra ſe, quem in agendo elexit in Con-
trov.23. num.26. cent. 2. & accinit De Marin. in tom.
2 2. Reſol. 179. num. 6. ea proptèr Clericum coràm ſæ-
culari Judice reconveniri poſſe ex cap. 1. §. cujus in a-
gendo. 3. quæſt.4. cap. prudentia de Mut. petit. cap. at
ſi clerici. verſ. non tenet de Judic. l. ſi idèm. ff. de Juriſ-
dict. omn. Judic. & ex l. cum Papinianus, C. de ſentent.
Interloquut. tradunt allegati per D. Regent. noſtrum
num. 1. quibus Nos addimus Menoch. de Arbitr. lib.
1. quæſt.44. Lap. in Allegat. 118. Vill. comm. opin. ver.
Clericus. num.72. Boer. in Deciſ. 69. Soccin. in Regul.
56. fallent.4. Thor. in comp. Deciſ. part.3. verb. Recon-
ventio. Petr. Gambacurt. de Immunitat. Eccleſ. lib.7.
cap.13. num.2. Aufrer. de Poteſtat. ſæcular. in Eccleſ.
Regul.2. Fallent. 3. num. 4. Ambroſin. de Immunit.
cap.20. num. 35. Mart. de Juriſdict. part. 4. centur. 2.
caſ.107. num. 1. De Marin. ad Revert. tom. 2. Obſerv.
413. num.3. Gallup. in prax. part. 2. cap. 14. num.6.
Donad. de Renunc. lib. 1. cap. 25. num. 91. Squillant.
de Privileg. Cleric. cap.7. num.61. Marcian. in Diſput.
73. tom.2. Fab. in ſuo Codic. Tit. de Judic. Diffinit. 39.
Capyc. in Deciſ.18. Larrea in Deciſ. 4. num. 11. Ricc.
in Collect. 2287. Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. canon. 15.
quæſt.11. num.66. & ibi Addit. D. Conſil. Petr. in Rit.
67. num. 12. Caſar. in quæſt. 24. num. 9. & Motill. in
prax. Tit. de Grad. Citat. num.81. pagin. 26. Præcipuè
3 in locis ubi ea conſuetudo viget, ut diſpoſitum apud
Nos reperitur ex cit. Rit. 67. declarata contradicen-
tium opinione à Mart. loc. allegat. nu. 2. & à De Graſſ.
de Effectib. Clericat. effect.1. num. 747. relatorum, a-
pertius ſcribunt Dec. in cit. cap. At ſi Clerici ex num.
4 165. & ibi Abb. & in cit. cap. prudentia. Et Recon-
ventionem obtinere etsì ſit pro negotio, à conventio-
ne totalitèr independenti voluit Caſar. eod. loc. nu. 10.
5 Eandem poſt executam intimationem in laicum ad in-
ſtantiam Clerici proponi poſſe ſunt voti Rodulph. Scra-
der in Miſcell. cap. 4. num. 6. De Marin. in cit. Reſol.
179. num.2. & in eod. tom. 2. Reſolut. 52. Viſcont. ad
6 De Franch. in Deciſ. 596. & antè litem conteſtatam
ſubdit Mart. loc. cit. num. 5. authoritate Gloſſ. in Cle-
mentin. ſepæ §. verum. verb. exordio. De Verb. ſignific.
vel paulò poſt Proſper Petr. ad Capyc. in Deciſ.48. n.3.
At reconventionem non fieri, ut cauſa pari paſſu am-
bulet, ſed quo ad juriſdictionis prorogationem meliùs
dixit Marant. in prax. verb. an ſit judicium conventio-
nale, vel reconventionale. ex n.38. proptereà uſquè ad
concluſionem illam admitti concludunt Caravit. in
cit. Rit. 67. num.2. Maſtrill. in Deciſ.137. num. 17. &
Cancer. lib. 2. De Reconv. Reſol. 13. num. 14. imò &
uſquè ad ſententiam indicat De Marin. ad Reverter.
in cit. Obſerv. 413.
7 Obſervandum ſuccedit, an Clericus ad evitandam
reconventionem, in laici præjudicium poſſit à conven-
tione recedere? Negat ex multis, quos allegat D. Reg.
noſter antè num.2. & Nos ſubnectimus Menoch. in al-
legat. quæſt.44. Carpan. ad ſtatut. Mediol. part. 1. cap.
44. num.95. Anſald. de Juriſdict. part.3. tit. unic. cap.
9. num.108. D. Petr. loc. cit. num.14. Modò tamèn re-
conventio in Judicio deducta ſit, quia tunc cauſativè
judicio moto à Clerico fuiſſe renunciatum præſumitur
Gallup. loc. allegat. num. 10. Giſibert. de Renunc. cap.
30. Barboſ. de Jur. Eccleſ. Tit. de Privileg. Cleric. cap.
39. §.2. num. 140. Duard. loc. cit. Squillant. in ad-
duct. loc. num.66. Caſar. in indicat. quæſt. 24. n. 19.
De Luc. ad De Franch. in Deciſ.349. num. 2. & D. Al-
timar. loc. cit. num.8.
8 Reconventionem non habere locum in cauſis ſum-
mariis ſcribit Antonin. Maceratenſ. lib. 2. Reſol. 36. n.
14. Contrarium in Regno ubi omnes cauſæ ſunt ſum-
mariæ deciſum refert De Franch. in Deciſ.193. num.3.
& tradit Caravit. loc. indicat. quamquàm Ann. alitèr
34 illam Emmanuel Sà, reddita ratione, reiiciat in ſumm. §. legatum. num. 77. & in idèm authoritate Tex. in l. ultim. §. ſi fœnerator. ff. De eo quod met. cauſ. adſtipulentur, etiam ſi pia cauſa ſubſtituta reperiatur. Fontanell. omninò legendus, de pact. nuptialib. tom. 2. Clauſ. 6. Gloſſ. 2. part. 5. ex num. 25. Ancharan. in cap. 2. nu. 2. De his, quæ vi. Cephal. in Conſ. 295. vol. 2. num. 17. Bald. in l. interpoſitas. ex num. 6. C. de Tranſact. & Farinac. qui alios colligit in Fragment. part. 2. verb. me-
35 tus n. 111. Pœna enìm eſt, & dicitur, quicquìd coercendi hæredes, vel legatarii gratia fit, ut ille aliquid faciat, vel non faciat. l. filio familias. ff. de his quæ ſub pœn. nomin. §. fin. Inſtit. De Legat. Fontanell. loc. citat. num. 26. & perbellè Cancer. var. reſolut. part. 3. tit. de legat. cap. 20. à num. 388. Surd. in Deciſ. 7. ubi ex num. 1. ſeptem alias refert rationes, quibus ſubnecte, quod timor amiſſionis magni lucri in Conſtantem virum cadit. Covar. in 4. Decret. 2. part. cap. 3. §. 4. n. 18. Baltaſſ. Mongoll. in tract. De His, quæ Vi, Met. Cauſ. fiunt. cap. 2. §. 6. Sanc. loc. alleg. lib. 4. Diſput. 5. num. 23. & Palac. Rub. De Retent. Reg. Navar. part. 3. §. 1. quia morti æquiparatur, Tiraquell. de Nobilit. cap. 31. num. 369. hinc talis diſpoſitio, aliud non eſt, niſi pœnæ metu ad matrimonium compelli. Cyn. in cit. l. interpoſitas. oppoſit. 1.

De ea verò ſic ad Caſum loquitur Proſp. Paſeth. in Conſ. 87. ex num. 1. ad 4. *Cum igitùr in caſu noſtro, inſtitutio, & bona eſſent jam acquiſita à tempore mortis Teſtatricis; privatio autèm fiat ſolùm poſteà, quandò contrahet matrimonium, & ſic longo tempore poſt acquiſitionem: ſequitur talis lucri privationem jàm radicati valere non debere: Quia idèm judicatur de lucro jàm radicato, quàm de damno.* Poſſidente ergò Franciſca Antonia ab ipſo Die ſupremi Teſtatoris fati relictum inſtitutionis vigore, ſi ſollemnès nuptias, ſpreta conditione contraheret, nec illo privaretur: quia poſt acquiſitionem longo tempore id eveniret, ſubintrando damnum, & conſequentèr pœna, & cum Paſeth. concurrunt aptiùs Menoch. in conſ. 78. ex num. 8. vol. 1. Pariſ. in conſ. 19. num. 178. vol. 2. Soccin. in conſ. 21. vol. 3. Seſ. in Deciſ. 31. ex num. 39. vol. 1. Jo: Fab. Inſtit. tit. de legat. §. ultim. num. 3. Bartol. in l. 1. §. item ſi ità. ff. ad Leg. Falcid. num. 2. Aretin. in l. Uxorem. §. hæres. ff. de legat. 3. & Jaſ. qui ab hac ſententia in conſulendo, aut judicando non eſſe recedendum ſcribit in l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1. num. 16. Concurrente etiam ex facto Franciſcam Antoniam alia bona non habere quam à D. Joſepho relicta. imò talem pœnam ad terrorem fuiſſe appoſitam indicat luculentèr Alex. Raudenſ. in Deciſ. 22. num. 74.

Accedit caſum, in quo ſumus, in teſtamenti tabulis à D. Joſepho fuiſſe omiſſum, Inſtituta namquè Franciſca Antonia, ſtatutoquè maritari debere cum conſanguineo, & in ejus defectum, cum alio cognominato de Aponte. Utroquè verò carente, quìd agendum non prævidit Teſtator; Benè tamèn ſuper eo à Jure provi-
36 ſum eſt, caſum iſtum à Teſtatore omiſſum; ſub pœnali diſpoſitione non eſſe comprehenſum, teſtibus Marian. Soccin. in Conſ. 128. nu. 198. lib. 1. Natt. in conſ. 667. num. 15. Molin. loc. cit. lib. 1. cap. 4. nu. 3. Borgnin. Cavalc. in Deciſ. Fiviz. 8. num. 9. tom. 1. & in Deciſ. 20. nu 4. tom. 4. & Mantic. in adduct. Tract. de Conject. lib. 1. cap. 4. num. 3. Fortiùs quia de hæreditatis privatione agitur Roland. in conſ. 59. ex num. 52. lib. 3.

Qua in re audite PATRES CONSCRIPTI Marcel-
37 lum J.C. loquentem in l. uter ex fratribus. 23. verſic. plerumquè. ff. de Condit. inſtitut. *Conditio ſi uxorem duxerit, ſi dederit, ſi fecerit, ità accipi oportet, quòd per eum non ſtet, quominùs ducat, det, aut faciat.* Bona equidèm ratione, etenìm alterius facto, quis commodo privari non debet l. pater familias. C. de Inoff. Teſtam. D. Præt. de Interpret. ultim. volunt. pagin. 451. ex nu. 12. Gall. de Except. ſucceſſ. tit. 4. except. 25. ex num. 58. part. 2. Ex quò Severus, & Antoninus Cæſares reſcripſerunt: *Cum Avum maternum ea conditione filiam tuam hæredem inſtituiſſe proponas, ſi Antyli filio nupſiſſet: non prius eam hæredem exiſtere, quam conditioni paruerit, aut Antyli filio recuſante, matrimonium impeditum fuerit, manifeſtum eſt*, ut legitur in l. cum avum. C. de Inſtit. & ſubſtit. Unde Aphricanus dixit, Titio, Seja nolente nubere, legatum ſub conditione relictum, Titio ſi Sejam uxorem duxerit, deberi; in l. in teſtamento 31. ff. de Condit. & Demonſtr. & Pomponius voluit Titio inſtituto, ſi ſtatuas in Municipio poſuerit, ſi à Municipibus impediatur, licèt teſtatoris mandatum impletum non ſit, hæredem fore in l. ſi titius. 14. ff. de Condit. & demonſtrat. & concordant jura in l. 1. C. de iis, quæ ſub modo. l. ſi poſtea. §. ſed ita. ff. quand. dies legat. ced. in l. ventre. ff. de acquirend. hæredit. l. Mævia. ff. de ann. legat. l. 3. C. de Condit. inſert. & in l. turpia. §. 2. ff. de legat. 1. Indè eſt, quod ſi per Franciſcam Antoniam non ſtat, quìn nuptias contrahat cum conjuncto, vel alio cognominato de Aponte, ſed ex

quò

Digitized by Google

quò in dicti quond. D.Joſeph.familia nullus eſt, nequè in ſpe,nullusquè extraneus homo idoneus hactenùs innotuit (ut plenè probatum eſt in facto) cum quo in obſervantiam voluntatis illius connubio jungi poſſit, ſequitur eidem deberi relictum, quamquàm cum altero non habente requiſito à Teſtatore ordinato matrimonium contrahat, ut probant apertiùs Bald. Novell. *de Dot.cit.par.6.privileg.77.*Ruſtic.*de Condit.lib.3.tit.4. num.4.*Mantic.*de Conject.cit.lib.11. tit.16. num.14.*Peregrin.*de Fideicomm.artic.16. num.128. & 140.* Fontanell. *in citat.clauſ.6. Gloſſ.3.part.4.num.32.*Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.454.n.72.* Sanchez *loc. cit. lib.1.diſput.34. num.27.* Paſcal. *ubi ſup.part.3.cap.2.num.14.in fin.* D. Staiban.*Reſolut.forenſ. lib.1.Reſol.88.nu.27.*Ferdinand. Vaſqu.*lib.3. Controv. cap.94. num.6. & 7.*Campeg. *in tract. de Dot. part.1. Quæſt.43.* Ludovic. *in conſil.24. in 11. conject.* Covar. *in Epitom. de ſponſal. cap.3. §.8. num.2.* Balthax. Thomas. *De Diſpoſit. ad pias cauſ. tit.2. cap.21.n.54.*Menoch.*in præſumpt.183. ex nu.31.* De Præt.*loc. citat.lib.1. ſolut.14.n.34.*Bart.*in conſ.122.* Mierez *in cit.qu.50.n.1.ultim.*Jo:Sotomajor *Controv.25. tom.4.*Molin.*de Rit.nupt.lib.3.ſect.3.qu.29.*& Galganett. *in cit.tract.de Condit.& Demonſtrat.par.2.cap.1.qu.29.* Cujus rei Cauſam his ipſiſſimis verbis reddit Ulpianus *non videtur enim defectus conditione,ſi parere cõditioni non poſſit, implenda eſt conditio ſi poteſt. in l. quæ ſub conditione.8.§.quoties,ff.de Condit.Inſtitut.*Eſtquè etiam

38 certum conditionem, quæ de jure impleri non poteſt, atquè impoſſibilem, reiici, haberiquè, ac ſi in teſtamento ſcripta non ſit *l.obtinuit.* & *ibi* Gloſſ.*verb. Adſcriptas, ff.de Condition. & demonſtrat.§. impoſſibilis* & *ibi* Gloſſ. & Harpprech.*Inſtit.de Hæredib.Inſtituend.* Gloſſ.*in l.2. verb.noluerint.* & *ibi* Salycet. Cyn. & Bald. *ff. de Inſtit. & ſubſtit.*Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Rubric.1.§.4.num.12.* Scacc. *de Judic.lib.1. cap.57. n.6. & De Comerc. §.1.quæſt.7.part.9.ampl.20.nu.13.& 16.* Trullenc.*ad Præcept. Decalog.tom.1.lib.2.cap.2.dub.27. num.10.* & optimè in ſuppoſita ſpecie Surd. *in citat. Deciſ.5.*

Allegatis PATRES CONSCRIPTI non reſiſtit, cujuſdam hominis,ſe nominantis H.D'Aponte Petitio, ſe

39 ad matrimonium exhibentem,etenim ex quò fides Baptiſmatis,ultrà Baptiſmũ,& ætatem,aliud non probet,ut probant Bellett.*in Diſquiſit.Clerical.par.1.tit. de Cleric. teſte.§.1.n.10.*Ricc.*in prax.rer.quotid.Reſolut.217. n.5.* Maſcard.*de probat.tom.1.concluſ.673.*Viv.*in Deciſ.184.* Farinac.*loc.citat. verb. Ætas. num.141.* Mar. Antonin. Macerat. *var.Reſol.lib.1.Reſol.109. num.18.* & Barboſ. *de Poteſtat.Epiſcop.in Allegat.32. num.176.* an talis ſit, qualis ſe aſſerit incertum eſt; Certum verò non eſſe de cognatione quond. D. Joſephi teſtatoris. At Judices abſtinete! nè audiatis! à Judicio repellite Indignum.

Cur indignus? is eſt, qui ob innumerabilia ferè execranda commiſſa flagitia, carceribus mancipatus; ſcelerum ſubitus pœnis; tandèm accedente ſententia Regii Tribunalis campaneæ diffamatus evaſit; Socios ſuos, intimos, commenſaleſquè Prædonum Claſſici, Suorum opum comes, paupertas, Opera manum ſuarum conductum Rus colere, Mater ejus Fractæ parvæ Anverſani Vici Ruſtica, Fratres germani, fœdiſſimi homines V.S. viliſſimi, ac miſerabilis Barbitonſoris filia J. De Aponte fratris H.utriuſque lateris Conjuncti; ob ſtuprum paſſum poſt longevam Carcerationem, in executionem decreti M. C. V. & S.R.C.Uxor J.B.V. germanus à Creditoribus vinculis mancipatus, exquò ad accepti æris reſtitutionem non erat idoneus, implorato miſerabili beneficio Ceſſionis bonorum, libertatem conſequutus fuit. Denique is H. ille eſt,qui ideò juſtæ Franciſcæ Antoniæ petitioni in Senatu porrectæ, injuſtè ſe opponit, quia illa ejus petitioni de ſolvendis ducatis quatuor centum, ad redimendam vexationem noluit aſſentire.

E' Converſo Franciſca Antonia fulgidula, & intacta virgo eſt, pudibunda, candida, conſcientiæ illibata, exquiſitis ornata moribus, Franciſci Antonii J. C. filia, multorum V. J. D. Neptis; itidèm Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ hujus Nobiliſſimæ Civitatis, Archipræsbyteri D.Dominici,& Epiſcopi D.Honuphrii: Matrem habet D. Barbaram de Creſcentio ſtirpe generis claram.

Hic intrat communis ſententia Fontanell. *in cit. clauſ. 6. gloſ. 3. part. 4. nu. 23.* qui ſic Deciſum refert

40 per ſuum Senatum *ex nu. 24. ad 28.* Indignum, quoad nuptias illum dici, cui non poteſt, quis ſinè dedecore nubere, ſecundùm Civitatis mores, & Bertrand. *conſ. 148. nu. 11.* ſcripſit, quòd ſi nuptiæ dedecori ſint ipſi mulieri, & ejus conditioni, ſivè ſtatui non conveniant, præceptum illud tanquàm inhoneſtum, atque etiam Impoſſibile reiiciendum, & dixerant Cajus, & Papin. in *l. Cum ita legatum 62. ff. de Condit. & Demonſtrat.* ibi *ſi ità legatum ſit, ſi Titio nupſerit. Et quidem, ſi honeſtè Titio poſſit nubere dubium non erit, quin niſi paruerit conditioni, excludatur à legato. Si verò indignus ſit nuptiis ejus iſte Titius: dicendum eſt, poſſe eam beneficio legis, cuilibet nubere,*& De Præt.*in cit. tract. de Interpretat. ultim. volunt. tom. 2. lib. 4. Dubitat. 12. dub.1.* ibi *Exindè incidimus in aliam Quæſtionem,quod ſi in municipio, vel in familia non reperiatur aliquis, cui talis mulier nubere honeſtè,& commodè poſſit, quia omnes vel ſunt Nuptiis ſuis indigni,vel ſunt conſanguinei in gradu prohibito; tunc impunè poſſet aliis nubere, rejecta conditione matrimonii impeditiva,* & probant examuſſim intèr multos Sanchez *loc. alleg. lib. 1. diſput.33. nu. 11.* P. Molin. *tom. 1. de Juſtit. diſput. 207.* Ludovic. Molin. *cit. tract. de Primogen. lib. 2. cap. 13. num.5.* Oldrad. *in Conſil. 16.* Caſtil. *de Conject. ult. volunt. cap. 251. ex nu. 48.* Mierez *in cit. tract. de Majorat. part. 1. quæſt. 50. num. 10.* Jo: Bapt. Plot. *intèr Conſil. Matrimon. in Conſil. 87. num. 9. & 18.* Abb. in *Conſ. 65. lib.2.* & Mantic. *loc. indicat. lib. 11. tit. 18. n. 5.* & ità fuit Deciſum in caſu à fortiori per Rotam Romanam coràm Coccino in una Venuſina legati Die 28. Junii 1623.

Patet ergò PATRES CONSCRIPTI nullo modo ordinatam conditionem in tabulis Teſtamenti à D. Joſepho ordinatam, impleri poſſe: quia Homo cognominatus d' Aponte non eſt, cum quo Franciſca Antonia parere diſpoſitis valeat;Rejecta petitione H.qui etsi eſſe talem; qualem, ſe aſſerit, non probet, ejus attenta indignitate Jure, aut etiam Teſtatoris conjecturata mente reiicitur; Ille namquè indignum Nepti non deſtinaverat; ſed altioris expectationis Juvenem, Natalibus clarum, Divitiis, & Honoribus abundantem, merentemquè majora.

Accedit his inſupèr doctrina Mar. Antonin. Maceraten. *loc. alleg. lib.1. Reſol.2. ex nu.3.* probans perbellè, atquè Deciſum indicans juſtam, ac rationabilem cauſam non contrahendi matrimonium, quamquàm Ju-

41 ramenti Sacramento ſponſalia de futuro roborata interfuiſſent; Conditionis diſparitatem, ut putà Opulentia Franciſcæ, Paupertas H. aut Infima Iſtius progenies, Illius Nobilitas, vèl ſimilia ſuperius plenè ponderata Pariſ. *in Conſ. 58. ex num. 37. vol. 4.* Deniquè aut mali exitus periculum. Henriq. *in Summ. Theolog. Moral. lib. 11. de Matrim. cap. 6. §. 5. & cap. 13. §. 4.* Covar. *de Sponſal. part.1. cap.4. n. 4.* Antonin. *loc. citat. nu.7. & in Reſol. 79. nu.2.* atquè adeò in matrimonio Eccle-

42 ſiam à coactione abſtinere debere diſponitur *in cap. requiſivit de Sponſal.* & tradunt Sanct.Antonin.*in ſumm. part. 3. tit. 1. cap.18. in fin.* Gloſſ. *in cap. de illis. & in cap. ex literis, il 2. de ſponſal.* & Abb. *in indicat. cap. requiſivit n.3. Innuptas puellas opus eſt aſſervare cura pervigili.* Alciat. *Emblem. 22. Fœmina eſt, & Virgo natura mitis, & annis* Ovid. *Epiſt.22.* ut ſtabili jungatur connubio oportet. Unica eſt, hominem non habet,Niſi

D. O. M. & Vos JUDICES, quorum eſt hanc cauſam pietate fovere, amplitudine juvare, & æquitate moderari. *In ſola enim Pietate, & Juſtitia Spes victoriæ ſita eſt*. Phyl. *in Vit. Moyſ.*

43 Hujus loci modo eſt inveſtigare: an tali legatariæ Religionem introeunti relictum debeatur? in affirmativa opinione, attenta rationis identitate, reſident Bartol. *in l. ſi quis. §. 1. ff. de legat. 2. & in Auth. ingreſſi. nu. 2.* C. *de Inoff. Teſtam.* Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus Ampl. 1. nu. 13. C. de Inoff. Teſtam.* De Leo *in l. Deo nobis num. 16.* C. *de Epiſcop. & Cleric.* Emanuel Coſt. *in l. cum tale §. ſi arbitratu, limit. 4. nu. 5.* Sanct. Antonin. *part. 3. tit. 10. cap. 3.* Abb. *in cap. in præſentia. de Probat.* Tabien. *in verb. Hæreſ. §. 16.* Nevizan. *in Sylv. verb. legatum quæſt. 9. & in verb. hæreditas. 4. §. ultim.* Molfeſ. *ad Conſuetud. part. 4. quæſt. 16. n. 12.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. quæſt. 148. à n. 13.* Roſela *in verb. legare. §. 24.* Lara *de Anniverſar. & Cappellan. lib. 1. cap. 21. nu. 25.* Perez *in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. verſ. legatum relictum*. Sanchez *loc. cit. lib. 1. Diſput. 33. num. 29.* Bonacin. *de Contract. Diſput. 3. quæſt. 1. punct. 4. verſ. ſequitur.* Molin. *de Juſtit. Diſput. 208.* & Trullench. *ad Præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 16. Dub. 9. nu. 9. & cap. 17. Dub. 13. nu. 1.* quod procedere quoquè autumant Pont. *lib. 3. de Matrim.*

44 *cap. 7. num. 11.* & alii relati per Antonin. Dian. *tom. 5. tract. 14. Reſol. 35.* quem ſequitur Capon. *in lib. inſcripto De Dot. in l. 1. ff. ſolut. Matrim. quæſt. 4. n. 13.* in legato relicto in genere pro maritagio puellarum, ſed aptiùs contradicunt Natt. *in conſ. 296. nu. 4.* De Pret. *de Interpretat. ultim. volunt. lib. 5. dubit. 2. num. 77.* Molin. *de Juſt. tract. 2. Diſput. 207. concl. 1.* Mantic. *de Conject. lib. 8. tit. 5. num. 22. & lib. 12. tit. 23. n. 5.* Lara *loc. cit. nu. 24.* Baeza *de non meliorand. filiab. cap. 14. nu. 9.* Leſſ. *de Juſtit. lib. 2. cap. 18. dub. 15.* Matienz. *in l. 14. gloſ. 1. nu. 14. tit. 4. lib. 5. nov. recompil.* Cened. *lib. 1. quæſt. Canon. 35.* Guttierez *lib. 1. Canonic. cap. 32. n. 20.* Jacob. de Graſſ. *in Deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 59. num. 16.* & Sanchez *in citat. Diſput. 33. num. 24. & 32.*

45 Monuit verò Sacrum Regium Conſilium Anton. Capyc. teſte *in Deciſ. 204.* ſequuto ex Thor. *in Compend. Deciſ. part. 1. verb. legatum dotis, ut matrimonium contrahat*, & laudato à Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ. 1. n. 10. part. 3.*, ac à Salern. *in Conſuetud. ſi moriatur. pagin. 100. verſ. Monialis. Liter. G.* traditum, cum reſtrictione intelligendum, quatenùs filiæ, legata quantitas pro maritagio, non ultra paragium ſit.

46 Tandèm aliis placuit, ſatìs eſſe illam de Ingreſſarum paragio providere, quia ad id Pater tenebatur, ſi vivens filia Monaſterium fuiſſet ingreſſa; ad Text. *in cit. l. Deo nobis §. hoc autem.* atquè Fratres etiàm, cum ſororis paragium à futuro pendat eventu, monacatus ſcilicèt, vel matrimonii. Provenzal. *in allegata Conſuetud. ſi moriatur. Obſerv. 11.* & conferunt tradita per Nos *in Appendic. ad Obſerv. 31.* indè huic ſententiæ adherere videtur Bald. *in cit. l. Deo nobis.* Quid in legato ab Extraneo Teſtatore pro maritagio puellæ relicto? alibi in cauſa illorum De Minadois ex De Marin. deciſum retulimus.

47 Succeſſivè velùt pro colophone videndum eſſet, quid puellæ Religionem introeunti debeatur, prolato legato, de quincentum conſequendo ſi carnales contrahat nuptias, biſcentum verò, ſi ad ſpirituales convolet? implicita res eſt, atquè in ea ſpatiantur prolixè Cened. *ad Decretal. Collect. 111. & in quæſt. Canonic. 35. cit. lib. 1.* Galganett. *de Condit. & Demonſtrat. part. 10. cap. 8. nu. 44.* Leſſ. *lib. 2. cap. 18. dub. 25. nu. 123.* Genuenſ. *in quæſt. practicab. 150.* Sanchez *in Oper. moral. lib. 7. cap. 15.* Filiuc. *in tract. 33. cap. 10. quæſt. 7.* Lara *in alleg. cap. 21. dub. 15.* Molin. *loc. cit. cap. 207. verſ. dubium deindè eſt.* Pinell. *ſelect. jur. interpret. lib. 1. cap. 20. ex nu. 29.* Emanuel Rodriq. *tom. 2. quæſt. Regul. 127. art. 1.* Rebell. *de Obligat. Juſt. part. 2. lib. 18. quæſt. 16.* Spin. *de Teſtam. gloſſ. 14. princip. nu. 58.* Craſſ. *in §. legatum. quæſt. 50. num. 12.* Cancer. *lib. 1. var. cap. 24. ex n. 15.* Cevall. *Comm. contr. commun. quæſt. 241.* Dian. *part. 1. tract. 2. Reſol. 52. & part. 2. tract. 6. Miſcell. Reſol. 29.* Moz. *de Contract. tract. de Matrim. tit. De Diviſ. Matrim.* Maſquard. de Suſar. *in tract. de Cælibat. part. 1. cap. 9. num. 7.* Campeg. *De Dot. part. 3. quæſt. 50.* Cacher. *in Deciſ. 126. n. 6.* Thom. Ferrar. *Cautel. 9.* Mart. *in tract. de Juriſdict. part. 4. caſ. 80.* Menoch. *in alleg. lib. 4. quæſt. 83.* Covar. *lib. 1. var. cap. 19.* Maſtrill. *in Deciſ. 153.* At legatariæ non pertinere niſi biſcentum valdè probabile, & tutum teſtatur Trullenc. *loc. cit. cap. 16. dub. 9. num. 23.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXLV.

### SUMMÆ.

1 *Ariſtoteles, antiquorum acerrimus contradictor.*
2 *Subſtitutio tacita reciproca: an conjecturis induci poſſit?* Reiicitur Rip.
*Adducitur* Opinio Burſati. *num. 3.*
4 *Leves conjecturæ ad tacitam ſubſtitutionem reciprocam inducendam: quandò ſatis ſint?* Declaratur Marian. Soccin. ex D. Reg. noſtr. & Clar.
5 *Fidei commiſſum de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, extentionem patitur.*
6 *Fidei commiſſa: quandò odioſa? & num. 13.*
7 *Contra fideicommiſſum, in dubio judicandum.*
8 *Fideicommiſſum inducitur, quoties eadem viget ratio, aut ex præſumpta teſtatoris mente dignoſci videatur.* Comprobatur D. Reg. noſter.
*Qualitèr id deducatur? num. 9.*
*Quid ſi teſtator uſus fuiſſet dictione tunc, & eo caſu?* Reiicitur Maſtrill. *num. 10.*
*Vel dictione, & non aliter. num. 11.*
*Aut non aliter, nec alio modo. num. 12.*
14 *Subſtitutio tacita reciproca inducitur, ſi Teſtator agnationem conſervare intendiſſet, cum conditione de non alienando.*
*Quid in lineali ſubſtitutione? num. 15.*
16 *Tacita Reciproca inducitur, ex quo inſtituti agnationem conſervare valent.*
17 *Subſtitutio Reciproca, intèr primos facta, præſumitur tacitè ordinata intèr deſcendentes.*
*Quid ſi invicem vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum ſint ſubſtituti, ſalva gradum prærogativa? num. 18.*
19 D. Hieronymus Valdetarius *laudatur.*
20 *Reciproca Fideicommiſſaria inducitur intèr plures, quibus ſimplicitèr eſt datus ſubſtitutus, quotiès ſubſtitutus vero ſimilitèr eſt perſona magis dilecta.*
21 *Subſtitutione reciproca in contractu ordinata: legitima non detrahitur.*
22 *Fideicommiſſa, & ſubſtitutiones in contractu ordinari poſſunt.*
23 *Mater, per reciprocam ſubſtitutionem, privatur legitima filiorum, in ætate pupillari defunctorum.*
24 D. Joannes Dominicus Panſutus *laudatur.*

1 Ariſtotelem paratum ſempèr contradicendum antiquis teſtatur Marc. Aurel. Severin. *in ſuo eleganti tract. de Reſpirat. Piſc. Antirrhis. 3. part. Apologet. 1. pagin. mihi 22.* Nos verò Ripam communi reſiſtere opinioni *hoc loco* invenimus eten ìm *in l. hæredes*
2 *mei. §. cum ità. ff. ad Trebell.* tacitam reciprocam ſubſtitutionem, conjecturis induci haud poſſe mavult. in

ipſum

Digitized by Google

ipſum tamèn aptiùs ſtant laudati ex D. Regent. noſtr.
num.15. & in Deciſ.1. num.27. quibus ſubnecte Corn.
in conſ. 97. num. 6. tom. 1. & tom. 4. conſ. 101. Cra-
vett. in conſ.113. Tondut. in quæſt. Civil. 176. nu. 12.
part.2. De Marin. in Reſol. 220. n.8. tom. 2. Caren.
in Reſol.213. & Burſat. voluit in conſ. 372. lib. 4. quod
3 etsì plures concurrant conjecturæ, non operentur, niſi
de per ſe quælibet ad fideicommiſſum inducendum po-
tens ſit, quanquàm Marian. Soccin. illius fuiſſet opini-
4 onis, levem quamlibèt conjecturam ad propoſitum ſatìs
eſſe in conſ. 110. n. 33. Cujus placitum libet admittere
in teſtatoris deſcendentibus tantùm cum Clar. in §. te-
ſtamentum. quæſt. 77. num. 2. & D. Reg. noſtro in ad-
duct. Deciſ. 1. num. 55.
5 Fideicommiſſa namquè, licèt de caſu ad caſum, ac
de perſona ad perſonam nullam patiantur extentionem,
ut teſtantur Aretin. in l. Gallus. §. & quìd ſi tantùm. in
princip. ff. De Liber. & poſth. Balthax. Thomas. de Pri-
mogen. tit. 10. cap. 5. num. 582. & 583. Milanenſ. in
Deciſ. 1. num. 143. Cavalcan. in Deciſ. 19. ex nu. 45.
part. 3. Maſcard. de Probat. tom. 2. Concluſ. 1141. Surd.
in Deciſ. 207. n. 16. Cenſal. ad Peregrin. de Fideicom.
art. 19. pagin. mibi 44. col. 1. Conſil. Hodiern. ad Surd.
Obſerv. 162. num. 18. & mirè accinit Text. in l. ſi quis
6 ità. §. penult. ff. de Teſtam. tutel. quia odio ſa ſunt, at-
què adeò rigoroſè interpretanda l. cohæredi, §. cum filiæ.
ff. de Vulgar. et pupill. Cævall. cōmu. contr. cōmun. qu. 756.
n. 2. & noviſſimè Rodoer. in conſ. 32. nu. 21. memorans
7 dicterium illùd nu. 22. ex D. Regent. noſtro traditum
in Deciſ. 103. num. 22. in dubio contra fideicommiſ-
ſum judicandum, & concordat Marcian. in conſ. 38. in
fin. tom. 2. Tamèn id non procedit, quotiès eadem vi-
8 get ratio, aut ex præſumpta teſtatoris mente alitèr di-
gnoſci videatur, ut optimè dixit D. Reg. noſter hic n. 21.
& probant Maſcard. loc. alleg. nu. 10. Clar. in §. teſta-
mentum. quæſt. 76. num. 2. Surd. in Deciſ. 228. nu. 6.
Intrigliol. de Subſtitut. cent. 3. quæſt. 70. n. 3. Menoch.
de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 73. num. 4. & Staiban.
tom. 1. Reſol. 18. num. 24. 25. & 26. idquè conjecturis
9 deduci voluit Pariſ. in conſ. 50. ex n. 54. vol. 3. & meliùs
Mantic. de Conject. lib. 3. tit. 19. nu. 9. etiamſi teſtator
uſus fuiſſet dictione tunc & eo caſu, ut contra Maſtrill.
10 in Deciſ. 6. à nu. 31. part. 1. ſequutum ex Cenſal. loc.
indicat. Obſerv. 13. verſ. 1. pagin. mibi 21. luculentèr
ſcribunt Fachin. lib. 1. controv. 26. juxtà fin. & Mantic.
in eod. lib. 3. tit. 14. n. 10. ſubdens nu. 11. id non ope-
11 rare accedente dictione, & non alitèr, per quam om-
nem excludi modificationem, ob præciſam teſtatoris
voluntatem, notant Cavalcan. in Deciſ. 16. n. 5. part.
12 2. & Menoch. in conſ. 369. ex num. 24. potiſſimum ſi
dictum ſit, & non alitèr nec alio modo. Ruin. in l. cum
avus. in proœm. cap. 2. ff. de Condit. & Demonſtrat.
13 Quandò verò fideicommiſſa, & ſubſtitutiones tanquàm
odioſa comprimenda non ſint, ſed benigna interpreta-
tione ſumenda, habes apud Philip. Kpſchildt. de Fidei-
com. famil. nobil. cap. 7. nu. 85. Mantic. loc. cit. lib. 7.
tit. 1. num. 44. Creſp. de Valdaur. in Obſ. 22. nu. 5. &
noviſſimè meminit D. Reg. de Philip. in Diſſerat. fiſcal.
39. ex num. 54.
14 Solidiſſimam idcircò, intèr omnes ad effectum, de
quo ſcribimus exiſtimant Interpretes conjecturam, ſi
Teſtator agnationem conſervari voluiſſet, addita condi-
tione de imperpetuum non alienando, etenìm ex eo,
tacitam reciprocam ſubſtitutionem induci, teſtantur
Gozad. in conſ. 102. n. 4. Roland. in conſ. 23. n. 22. &
in conſ. 34. n. 65. lib. 4. Grat. in conſ. 48. Decian. in
conſ. 23. & in conſ. 481. n. 4. Dec. in conſ. 44. nu. 68.
& in conſ. 89. in fin. tom. 2. Zanch. in l. hæredes mei. §.
cum ità. part. 6. num. 176. ff. ad Trebell. Gabriel. tit.
de ſubſtit. concl. 1. num. 13. Rot. Roman. in Deciſ. 18.
n. 26. part. 10. Recent. Farinac. in Deciſ. 492. Sperell.
in Deciſ. 151. ex nu. 50. tom. 2. Mantic. in cit. lib. 7.
tit. 5. ſub nu. 15. Cyriac. in Controv. 585. à num. 20.
Petr. de Fideicom. qu. 5. ex n. 42. Peregrin. in ſimil. tract.
art. 13. n. 79. & 81. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 472. n. 22. &
in conſ. 24. nu. 43. & ità pluries ex Rot. Roman. Deci-
ſum recenſet Steph. Gratian. tom. 5. Diſcept. 828. n. 25.
15 quod Joſeph Urceoli interpretatus eſt, in tranſverſali-
bus, de linea, ad lineam non procedere, ſed juxtà ex-
preſſos gradus diſcretivè intèr deſcendentes, ejuſquè li-
neæ; adèout portio cujuslibèt ex nominatis, intèr ejus
deſcendentes conſervetur in Conſult. 80. nu. 3. tom. 2.
16 Idèm dicendum opinati ſunt alii, quotiès inſtituti
tales ſint, qui agnationem conſervare valent: quia dum
Teſtator bona in agnatione conſervare juſſit, tacitum
reciprocum fideicommiſſum inducere voluiſſe faten-
dum eſt, nè alitèr aliquo caſu penès fœminas, vel ex-
traneos contingat hæreditaria bona tranſire, & ex eo
Teſtatoris placitum, de conſervandis bonis in agnatio-
ne eluſoria reddatur Paul. de Caſtr. in conſ. 421. lib. 1. Dec.
in conſ. 371. & 516. Cravett. in conſ. 113. num. 2. &
in conſ. 130. num. 6. Gabriel. & Mantic. & in ſedibus
ſupra indicatis.
17 Atquè aliis placuit, reciprocam ſubſtitutionem intèr
primos factam, præſumi tacitè ordinatam inter deſcen-
dentes Urceol. teſte in Conſult. 12. num. 53. tom. 1.
18 Et hæc alia eſt Conjectura, ſi Teſtator invicem, vulga-
ritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum, ſalva ſempèr
prærogativa graduum, ſubſtituiſſet Fuſar. loc. alleg. ex n.
26. Sed id, ad inducendam linealem reciprocam, de
per ſe ſatìs non eſſe, niſi fortioribus jungatur, fuit voti
Urceol. in indicat. Conſult. 80. ex num. 11. ad 15. At
videatur De Luc. hac de re prolixè diſſerens in tract. de
Lin. legal. Art. 20. qui ex nu. 18. ad verbum Conſultat.
Urceol. tranſcribi curavit, & ex nu. 43. Doctiſſimam,
19 atquè laborioſam Allegationem J. C. ſatìs eruditi D.
Hieronymi Valdetarii memoris præſentis D. Regent.
noſtri Deciſionis num. 46.
20 Ulterius affirmandum proponimus, tacitam reci-
procam ſubſtitutionem, ex illo inductam cenſeri, quan-
dò ſuperſtes inſtitutus, veroſimilitèr, eſt perſona magis
dilecta, quàm ſubſtitutus; etenìm, alitèr perſonæ magis
dilectæ, ſubſtitutus præferendus veniret, ut elegantèr
probat Epiſcop. Covar. qui communem opinionem hanc
eſſe prædicat in cap. Raynutius. §. 8. nu. 4. de Teſtam.
& idem teſtantur Cravett. in conſ. 328. num. 32. ac Me-
noch. in præſumpt. 62. n. 35. lib. 4. & adhærent Oſaſch.
in Deciſ. 10. Bartholom. Soccin. in conſ. 77. lib. 1. &
lib. 2. conſ. 249. num. 15. Roland. à Vall. in conſ. 24.
n. 58. lib. 4. Ceph. in conſ. 166. ex n. 6. Alias tandèm
conjecturas, nè te diutiùs ultrà inſtitutum detineam,
apùd laudatos Authores invenies.
21 Unum modò extra ordinem nota, reciproca ſubſti-
tutione in contractu ordinata; legitimam detrahi
non poſſe. Gabr. in conſ. 136. num. 42. lib. 2. ſi cauſa
oneroſa intercedat. Rot. Roman. in Deciſ. 488. part. 1.
Diverſor. ſequitur Tomas. in Tract. de legitim. tit. 18.
cap. 27. num. 359. Fideicommiſſa verò, & ſubſtitutio-
22 nes poſſe in contractibus ordinari, probavimus in Ob-
ſerv. 2. nu. 1. & per eandèm ſubſtitutionem, Matrem,
23 filii legitima in pupillari ætate defuncti, privari probat
De Marin. lib. 1. Reſol. 275. num. 16. & pleniùs noviſ-
24 ſimè D. Jo: Dominic. Panſut. Juvenis excellentis lite-
raturæ in Controv. 3. ex num. 78. ad 85. tom. 1.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXLVI.
### SUMMÆ.

1 *Subſtitutio, ſi ſinè filiis deceſſerit, expirat, inſtituto cum filio decedente, quamquàm ſtatim moriatur.*

Com-

Digitized by Google

Comprobatur D. Reg. noſter, rejectis Odd. & Marc. *num.* 4.

2 *Conditio, ſi ſinè filiis deceſſerit, ſatis eſt, ut momento temporis impleta ſit, etsì implementum non duret.*

3 *Principium primæ exiſtentiæ, in conditionibus attenditur, nec curatur de ipſius conditionis eventu.*

5 *Nati quandoquè ſeptimo die pereunt.*

6 *Septimo die Nati reliquiam umbilici deiiciunt.*

7 *Subſtitutio, ſi ſinè filiis deceſſerit, filio abſquè Baptiſmo mortuo, evaneſcit.* Adverſùs Caſſan.

*Quanquàm ſecto ventre naſcatur. num.* 8.

*Vel fœmina ſit. num.* 9.

10 *Natus in ſexto, vel octavo menſe, & demùm mortuo, conditionem ſi filiis deceſſerit, deficere non facit.*

11 *Teſtamentum non rumpit, Natus in ſexto, aut octavo menſe.*

12 *Partus ſemeſtris, vel octimeſtris cùr naturalitèr vitalis non ſit?*

13 *Natus in ſexto, aut octavo menſe, tanquàm non natus reputatur.*

14 *Partus quinquemeſtris vitalis*, dat Valleſ. ex Mercur. & Rot. Roman. reprobatus.

15 *Partum ſemeſtrem vivere poſſe*, tradit Augen.

16 *Natus ſeptimo menſe, perfectus judicatur partus.*

*Idèm in Decimo, vel Nono Menſe ortus. num.* 17.

*Quìd in octavo menſe? adducitur placitum* Varron. Ariſtotel. & Harpprech. *num.* 18. & 19.

*Authoris ſententia ex* Molfeſ. & Aliis, *adducitur num.* 20.

21 *De Artifice, nemo judicare poteſt, niſi artifex.*

22 *Partus monſtroſus, conditionem ſi ſine filiis deceſſerit, quandò deficere faciat? & num.* 23.

24 *Conditio ſi ſine filiis deceſſerit, filio paulò poſt nativitatem decedente, non expirat, quotiès teſtator effectus conditionis fuiſſet conſideratus.*

25 *Fœmina vocata in defectum maſculorum, admittitur quandocumquè ſubſtitutioni fiat locus.*

26 *Maſculinitatis expreſſio, eſt ſignum conſervandæ agnationis.*

27 *Agnationem, per fœminas non conſervari, ſtatuitur.*

28 *Fœminæ ab agnatitio fideicommiſſo excluduntur.*

29 *Fœmina, proptèr maſculum excluſa, ob defectum maſculi ejuſdem lineæ, & gradus admittitur, niſi expreſsè cautum ſit, ut per maſculos remotiores excludatur.*

30 *Fœminæ ex maſculis deſcendentes, in fideicommiſſo, ſub conditione, ut linea finita admittantur alii, admittuntur.*

1 CONcluſum eſt; ſubſtitutionem ordinatam, caſu, quo abſquè filiis inſtitutus deceſſerit, evaneſcere, quotiès cum filiis moriatur, quamvis poſteà ſtatim intereant, quod, & D. Reg. noſter probaverat *in Deciſ.* 108. *num.* 11. & *in Deciſ.* 127. *nu.* 21. & *ibi* Gizz. *nu.* 5. & Nos ſupremi Senatus Deciſione, ac Claſſicorum authoritate comprobavimus *in Obſerv.* 108. *num.* 9. modò ſubnectimus legendos Thor. *vot.* 79. *ex num.* 1. *tom.* 2. Marott. *in Diſcept.* 12. *nu.* 3. *tom.* 1. Seraphin. *in Deciſ.* 582. Andreol. *in Controv.* 389. Gaill. *in Obſerv.* 136. *tom.* 2. Mantic. *de Conject. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 6. Rot. Roman. *in Deciſ.* 486. *n.* 1. *part.* 1. *Recent.* Mattheac. *de Legat. & Fideicom. lib.* 3. *cap.* 16. *ex nu.* 9. Tiraquell. *de Judic. in reb. exigend. nu.* 146. *pagin.* 452. Gual. *de ſubſtit. cautel.* 25. Sim. de Præt. *de Interpret. ultim. volunt. pagin.* 316. *nu.* 8. Maynard. *lib.* 5. *Deciſ.* 74. Rodoer. *ad* De Marin. *tom.* 1. *Reſol.* 239. *nu.* 3. & allegato D. Regent. noſtr. Joſeph Urceol. *tom.* 2. *Conſult.* 81. *nu.* 6. ac Mut. Groſſ. *in Conſuetud. ſi quis, vel*
2 *ſi qua. Annotat.* 31. *nu.* 21. 22. & 23. Etenìm ea conditio, ejus naturæ eſt, ut ſatis ſit, illam momento tem-
3 poris fuiſſe adimpletam, quanquàm implementum non duret *l. ſi quis hæredem. C. de Inſtit. & Subſtit.* in conditionibus, namquè primæ exiſtentiæ attenditur principium, nec de ipſius conditionis, curatur eventu. Gaill. *loc. cit. ex nu.* 1. Gabriel. *lib.* 4. *concluſ.* 8. *De Fideicom. ex nu.* 1., & benè Maynard. *in alleg. Deciſ.* 74. quicquìd ſibi Odd. *in compend. part.* 6. *in ſect. art.*
4 *ex num.* 7. & *in conſ.* 66. *num.* 20. ac Franc. Marc. *in Deciſ.* 169. involvant ſubſtinentes; ut noſtræ fiat locus ſententiæ, filii nativitatem ſatis non eſſe, niſi poſt ipſam,
5 per octo dies apud humanos vigeat; moti fortaſsè: quia Ariſtotel. dixit natos quandoque ſeptimo die mori
6 *in lib.* 7. *de Natur. Animal. cap.* 12. ea namquè die umbilici reliquiam deiicere notat Alex. Taſſon. *in lib.* 2. *quæſit.* 13.
7 Idquè procedere, licèt partus antè baptiſmum decedat, ut contra Caſſan. *in Conſ.* 19. *ex num.* 8. ſcribit Ruſtic. *in l. cum avus, ff. de Condit. & Demonſtrat. lib.* 4.
8 *cap.* 3. *nu.* 21. ſequutus ex Fuſar. *de Subſtitut. quæſt.* 417. *num.* 3. aut ſecto ventre ſit ortus. Peregrin. *de fideicom. art.* 43. *num.* 26. Hieronym. Gabriel. *in conſ.* 55. *lib.* 1. *num.* 8. Mantic. *in citat. lib.* 11. *tit.* 6. Ruſtic. *in eod. lib.* 4.
9 *cap.* 14. & quanquàm fœmina. Craſſ. *in §. Fideicommiſſum. quæſt.* 35. *num.* 1. Amat. *in Deciſ. Ferrar.* 5. Fuſar. *loc. alleg. quæſt.* 402. Mantic. *in indicat. tit.* 14. *num.* 1. & 7. & Mareſcot. *lib.* 1. *Reſolut.* 3. *cap.* 11. *num.* 8.
10 Niſi ſexto, vel octavo menſe natus fuerit, quo caſu conditionem, de qua ſcribimus non ceſſare, probant Soccin. *in cit. l. cum avus. num.* 110. Boer. *in Deciſ.* 220. Pariſ. *in conſ.* 56. *num.* 9. *lib.* 2. Cravet. *in conſ.* 210. *nu.* 6. De Marin. *in cit. lib.* 1. *Reſol.* 277. *num.* 1. & 2. & in
11 poſthumo, ut teſtamentum non rumpat, tradunt Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 45. *n.* 3. Menoch. *in conſ.* 284. *num.* 2. *lib.* 3. Tad. Piſ. *lib.* 2. *Reſol.* 6. *num.* 14. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 10. *gloſſ.* 1. *num.* 3. Caranz. *in tract.*
12 *de Part. natur. cap.* 9. & 16. *ex num.* 16. quià talis partus naturalitèr vivere non poteſt. Gulierm. de Benedict. *in cap. Raynutius. par.* 2. *verb. & ſobolem, quam geſtabat. num.* 27. vel quia cum octavus menſis, infanti quietis ſit, non motus, ob geminas, quas afflictiones patitur, novumque laborem; vel quia in octavo menſe, fœto Saturni prædominatur aſpectus maleficus. Rueff. *de Concept. & Generat. human. lib.* 2. *cap.* 5. Albert. Magn. *in Hiſtor. Animal. lib.* 10. *tract.* 2. Gell. *noct. atticar. lib.* 3. *cap.* 16. *pag.* 100. Ariſtotel. *in citat. lib.* 7. *cap.* 4. Avicen. *de Abort. lib.* 21. *tract.* 3. Amator Luſitan. *Curat.* 27. *cent.* 1. Galen. *de ſeptimeſtr. part. Claſſ.* 1. *pagin.* 340. *cum ſeq. & in Lib. extr. Claſſ. tit. Aſcriptæ finitiones Medicæ. pag.* 49. *lit.* G. Plin. *Hiſtor. Natural. lib.* 7. *cap.* 5. Valles. *lib.* 2. *Controv.* 10. Mich. Scot. *in lib. Phiſonom. cap.* 10. Laurent. *Anatom. lib.* 8. *cap.* 21. Scip. Merc. *in ejus Tract. inſcripto la Commare. lib.* 1. *cap.* 6. *pagin.* 34. & *cap.* 8. *pag.* 45. ac noviſſimè Horat. Grec. *in libr. cujus Epigraphen. eſt, il Medico Fiſcale ſect. ultim. pagin.* 58. indè tan-
13 quam non natum reputari aſſerunt, & Senatuum Deciſionibus ſtatuunt Afflict. *in Deciſ.* 226. Cavalcan. *in Deciſ.* 16. *n.* 26. *tom.* 3. Franc. Marc. *in Deciſ.* 168. Mart. *vot.* 55. Tiraquell. *in l. ſi unquam. num.* 205. *C. de Revocand. Donat.* Trentacinq. *de ſubſtitut. part.* 4. *cap.* 7. *n.* 77. Molfeſ. *tom.* 1. *ad Conſuetud. tit. de ſucceſſ. ab Inteſtat. part.* 4. *quæſt.* 59. *ex num.* 2. Antonin. de Amat. *tom.* 1. *Reſol.* 48. *ex nu.* 6. Maſcard. *tom.* 2. *de Probat. Concl.* 1151. Pereir. *in Deciſ.* 99. De Laurent. *in Deciſ. Avenion.* 178. & Donell. Enucleat. *lib.* 2. *cap.* 20. *lit.* T.
14 At Franc. Valles *in ſacr. Philoſoph. cap.* 18. puellam quamdàm quinto menſe à conceptionis die natam, ſuo ævo duodecim agentem annos cognoviſſe, ſcribit; in ipſum verò nè dum ſtat Scip. Mercur. *in allegat. cap.* 8. ſed elegantèr reſiſtit Deciſio Rotæ Romanæ, ad verbum tranſcripta ex De Marin. *in cit. Reſol.* 277. *à n.* 4.
15 Et Augen. *in lib.* 1. *De Human. Part. cap.* 15. fœtum ſexto generationis menſe ortum, vitalem eſſe voluit. De
16 ſeptimo menſe edito, quin vitale ſit non eſt cùr dubitem, accedente Authoritate *l. ſeptimo menſe, ff. de Stat. Homin.* Hippocrat. *in lib.* 4. *Epid. tex.* 64. & *in opuſc. de ſept. menſ. part. in princip.* alios memorat Rot. Roman.

pe-

Digitized by Google

penès De Marin. num.8. ac Cæcilius, cujus meminit Gell.loc.cit.pagin.101. ſic dixit:

17 *Inſolet nè mulier decimo menſe parere.*
*Pol nono, etiam ſeptimo, atquè octavo.*

18 & probat de octavo menſe dictum Marc.Varr.in lib.14. rer.Divinar.quod etsì Ariſtotel.id in Ægypto ſingulari-
19 tèr admittat, in cit.lib.7.cap.4.generaliter loquitur Jo: Harpprecth.in comment.ad Inſtit.tom.3.tit.1.num.61.
20 & 62. Nos tandem cum Molſeſ. loc.cit. Jul. Clar. in ead.quæſt.45.nu.3.circ.fin.& Jo: Petr. Surd.in Deciſ.83. num.11.& 12. de his Medicorum, atquè Obſtetricum eſſe ſtandum judicio, dijudicamus; juxta illud penès
21 Laert. ità ſcribentem lib.1.cap.19. *Anacharſis mirabatur, qui convenerint, ut artifices apud Græcos certarent: ſed de his judicarent artis expertes: ſenſiens de artifice neminem rectè judicare, niſi artificem.*

22 Admittimus verò poſitam concluſionem indubitantèr, in partu monſtroſo, non procedere, etenim ille, ex communi Doctorum placito, conditionem ſi ſinè filiis deceſſerit, deficere non facit Mantic. in adduct. lib.11.tit.8.nu.26. Franc.Marc.in cit. Deciſ.168. n.10. De Benedict. loc.indicat.verb.quæ filium.nu.20.Ruſtic. in cit.cap.14.num.11. & poſt alios Fuſar. in quæſt.419. ſequutus Odd.loc.allegat.part.6. quæſt.2.art.2. num.15. ſcribentem hanc thematis reſtrictionem adaptari, quo-
23 tiès partus in totum monſtroſus eſt. Et quandò dicatur monſtroſus adeas Peregrin. in cit. art.43. ex num.34. Ruſtic.in loc.indicat. ex num.12. & Scip. Mercur. ubi ſup.lib.2. cap.34.& 35.

24 Nec firmata concluſio procedit, quotiès teſtator, nedùm conditionis implementum, verùm etiàm ejus effectus fuiſſet conſideratus, etenìm eo caſu conditionem non deficere probant Trentacinq.loc.cit.part.4. cap.7. num.75.& Barthol.Soccin.in conſ.160.ex num.72.lib.2.

25 Obſervo ſecundo, quod quandò fœmina ob maſculorum defectum vocata eſt,& ſic indefinitè, & indeterminatè,tunc ut ſubſtitutioni fiat locus, ſatis eſt quandocumquè lineam maſculinam deficere,ut ultra allegatos ex D.Reg.noſtro ante n.7.probant conducti à Gratian.tom.4.Diſcept.659.n.16.quià non conſervandæ a-
26 gnationis ratione,ſed maſculorū prædilectione teſtatorem talitèr diſpoſuiſſe cenſetur,cum agnationis conſervandæ ſignum ſit maſculinitatis expreſſio. Alvarad.de Conjectur.ment.defunct.lib.2.cap.3. §.4.n.6.& 7. Reg. De Philip.in Diſſert. fiſcal.37.quam fœminæ non con-
27 ſervant l. lege. C.de legitim.hæred. Wltejus conſ. Marpurg.23. lib.1.num.10.Molin. lib.1.de Hiſpan. Primogen.cap.5.nu.50.Knipſchildt de Fideicom.famil. Nobil. cap.8.num.127.& 128.Reg.De Pont.De Poteſt. Proreg. tit.de ſucceſſ.Mulier.in Regn.num.27.& ibi Thor.Hieronym. de Oroz.de Apic.Jur.Civil.lib.5.cap.13. num.3.
28 verſ.quod in fœminis. atque adeò ab agnatitio, fœmina excluditur fideicōmiſſo,teſte Tondut.in indicat.part.2. cap.183.ex.nu.3.alios allegant Urceol.in adduct.tom.2. Conſult.60.nu.20.& Paſcal.de Virib.patr.poteſtat.part.4.
29 cap.9.ex num.55.ac num.61. notabile aſſerit unum, ſi teſtator fœminas proptèr maſculos excluſit, ſed non expreſsè cavit, quod à maſculis remotioribus excludantur, cenſeri de maſculis ejuſdem lineæ, & gradus intellexiſſe. Tu verò in contingentia videſis Cyriac.in Controv.476.lib.3.Valenzuel.in conſ.112.Theſaur.lib.2. quæſt.12.ex num.14.Cammarat.in Reſponſ.4.lib.2.Rovit.in conſ.16.lib.1.& Vel.in lib.2.Diſſertat.49.

30 Quid tandèm ſi poſt ſubſtitutionem in maſculorum gratiam, ſtatutus fuiſſet Teſtator, ut linea finita alii ſuccederent,an fœmina ex maſculo deſcendens admitteretur? Pro fœmina hoc ex interrogatus reſpondi juxtà tradita per Jacob. Menoch. in conſ.379. ex num.79. lib.4.& ex Fuſar.in quæſt.346.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXLVII.

### SUMMÆ.

1. *Venditio fundi tanquàm liberi, quandò ipſo oneribus obnoxio reperto, reſolvatur, vel ſuccurratur Emptor per actionem quanti minoris? & num.2.*
*Quid in venditione ſub haſta? num.3.*
*Aut ſi plura corpora in ſolutum data ratione pretii ſint, uno oneri alligato reperto?* Comprobatur D. Reg. noſter. num.4.

5 *Actu ex connexis nullo exiſtente, reliqua nō ſubſiſtunt.*

6 *Venditio, annuorum introituum, facta ſupèr fundo libero aſſerto, reperto poſtmodùm oneribus intricato, reſcinditur.* Comprobatur D. Reg. noſter. & nu.7.

8 *Venditor annuorum introituum, tenetur emptorem de oneribus, & hypothecis ſupèr fundo, in quo cenſus imponitur, certiorare.*
*Intellige, ut num.9.& 10.*

11 . . . *fundi, quandò, non promiſſa evictione, teneatur? & num.12.13.& 14.*

15 *Ignorantia oneris, qualitèr venditorem excuſet? & num.16.*

17 *Emptoris in arbitrio eſt, fundo oneribus obnoxio reperto, non adhùc ſequuta evictione, vel ad contractus reſciſſionem agere, vel Judicium quanto minoris intentare.*

18 *Actio quanto minoris, qualitèr extimetur?*

19 *Venditor rei alienæ obligationi ſubjectæ, qualitèr teneatur?* Comprobatur D. Reg. noſter. & nu.20. & quandò. num.21.22.& 23.

24 *Ceſſionarius, qui nomen ceſſum, ſolvendo non reperiit, quandò pro ſui crediti conſecutione in cedentem agat?* adducitur Opinio Gizz.ex Cancer. declarata. num.25.
*Refertur placitum* D. Reg.Galeot. num.26. & Reg. De Marin.num.27.

28 *Fundo inſolutum dato, evicto, nùm ad primeva jura Creditor redire valeat?*

1 VEriſſimam, & ab omnibus amplexatam diſtinctionem ex Cenc. traditam in ſuo ſingulari Tract.de Cenſib. quæſt.42. num.20. de onere reperto ſupèr fundo, tanquàm libero empto,ut ſi illius qualitatis ſit, quod tolli poſſit; quotiès ab eo liberetur nexu,
2 ſubſtineatur, emptore etiàm per actionem quantò minoris ſuccurſo; At ſi perpetuo alligatus oneri fundus repertus fuerit, venditionis contractum reſcindi, pretio cum damnis reſtituto, ſtatuit; & in idem veniunt Hermoſill.in l.63.tit.5.part.5.gloſſ.1.n.16.Cancer.part. 1.cap.13.ex nu.61.Mori.in Emptor.Jur.part.1.tit.9. De Contrah.Empt.ex num.42. Gomes.tom.2. var. cap.2. ex num.48.Theſaur.lib.2.quæſt.47.Mercurial. Merlin. De Pignorib.lib.4.quæſt.154.n.46.Mareſcot.lib.1. Reſol.90. num.7.Marc.Anton.de Amat.in Deciſ.6.nu.3. Gratian. in Deciſ.13.num.15.Carol.de Mean.part.2.Obſerv.170. num.3.Arumeus in Exercit.Juſtin.14.th.5. Maſtrill. in Deciſ.279.Olea De Ceſſion.Jur.tit.7.quæſt.2.n.12.& 13. Wlt.in lib.2.Juriſfeud.Rom. cap.4. num.88. Poſth. in Reſolut. civil.6. num.8.Salgad. in labyrint.cred.part.1. cap.19.n.30.& 39.Bachovius ad Treutler.in Diſput.28. th.2. lit.F.& in Reſol.ad Hunn.vol.2.à pag.326.optimè Urceol.tom.2. conſult.65. Cutell. De Donat. contempl. matrim.tract.1.Diſcurſ.1.part.unic. num.82. & 83. D. Franc.Merlin.in Controv.45.tom.1. Anell. de Amat. in conſ.58. Lanar.in conſ.73. num.20. & 21. Anichin. de Prævent.Inſtrum.cap.2.quæſt.4. Dub.5.nu.175.& 176. & noviſſimè Staiban. in Obſerv.ad Reſolut.184. nu.26. & 27.tom.2.idèm procedere, Deciſum aſſerit, D.Conſiliario

Digitized by Google

3 ſiliario Eraſmo de Ponte referente in S. R. C. in venditione ſub haſta in cauſa D. Præſidentis Regiæ Cameræ Summariæ D. Didaci Moles, cum illis De Gimmino.

4 Extendenda proculdubiò firmata ſententia eſt, quanquàm plura corpora fuiſſent vendita, uno tamèn, perpetuo oneri annexo, reperto, juxtà mentem D. Regent. noſtri *hoc loco*, ubì ex eo contractus pro reſciſſo habitus fuit, & condemnatus emptor ad reſtituendam terram Sorbi, quia aliqui ex fundis in ſolutum datis, pro illius pretio, oneri fuerunt reperti alligati, quod & probant luculentèr Cavalcan. *in conſ.* 125. *a num.* 22. ſequutus ex Nigr. *de ſubhaſtat.* §. 3. *num.* 45.
5 *pagin.* 131. nàm nullo ex connexis exiſtente actu, reliqua annullantur *l. certa ratione. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.*

6 Procedere quoquè traditam concluſionem, in contractu venditionis annuorum introituum, tradiderunt elegantèr Cenc. *loc. cit. quæſt.* 106. Navar. *de Uſur. quæſt.* 27. *& quæſt.* 83. *à num.* 28. Rot. Roman. *in Deciſ.* 741. *part.* 1. *Recent.* Gratian. *Tom.* 1. *Diſcept.* 175. *nu.* 16. *Tom.* 2. *Diſcept.* 301. *n.* 6. *& Tom.* 4. *Diſcept.* 717. *num.* 2. Mynſing. *Cent.* 6. *Obſerv.* 38. *nu.* 3. Jo: Harpprecht. *tom.* 4. *Inſtit. Juſtin. Tit. De Action.* §. 28. *ex num* 17. &
7 Urceol. *in eod. tom.* 2. *Conſult.* 53. D. Reg. noſtri memor *num.* 7. etenim ex quo res empta, ſupèr quo cenſus conſtitutus eſt, libera non ſit, emptori competit actio ad pretium. Gloſſ. notabilis *in l. ſi rem quam. verb. agentem, ff. de Evict.* & videſis ad rem Giurb. *in Deciſ.* 113. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 165. Altograd. *in conſil.* 12. *ex num.* 25. Menoch. *in conſ.* 1106. *num.* 21. *& in conſ.* 1178. *num.* 11. Staiban. *in citat. Reſol.* 184. & Jo: Franc. Marott. *in diſcept.* 25. *num.* 40. *cum duob. ſequent.*
8 venditor namquè certiorare emptorem tenetur, de hypothecis, & bonorum oneribus, ſupèr quibus cenſus imponitur Guttierez *in quæſt.* 169. *lib.* 2. Avendan. *de Cenſib. cap.* 53. Rodriq. *de Ann. Reddit. lib.* 2. *quæſt.* 1. Peguer. *in deciſ.* 126. Frider. Martin. *de Jur. Cenſ. cap.* 6. *ex num.* 100. Molin. *de Contract. Diſput.* 353. Aragon. *de Juſtit. & Jur. quæſt.* 77. *de Empt. & Vendit. art.* 3. Trentacinq. *de Action. empt. lib.* 3. *Reſol.* 11. Surd. *in cit. Deciſ.* 165. *&* 288. *ex num.* 56. *& in conſ.* 15. *num.* 15. Becc.
9 *in conſ.* 106. *num.* 11. Beneverùm eſt traditum hoc non procedere, quotiès bona ſuper quibus cenſus impoſitus fuit, libera promiſſa, & tamèn alterius hypothecæ, aut altero oneri obnoxia reperta, ad omnium onerum ſatisfactionem ſufficientia ſint. D. Franc. Merlin. *loc. cit. controv.* 72. Farinac. *in Deciſ.* 345. & Noguerol. *in*
10 *Allegat.* 22. *ex nu.* 36. Modò tamèn talis fundus hypothecæ ſubmiſſus, fideicommiſſo ſubjectus non fuiſſet repertus. Cutell. *loc. cit. num.* 91. Giurb. *in cit. Deciſ.* 113. *num.* 12. & Poſth. *in alleg. loc. Reſol.* 118. *num.* 14.

11 Quodquè etiam tenendum probamus; quanquàm venditor ſe nolle de evictione tenere convenerit, authoritate *l. emptorem.* 12. §. *qui autèm, ff. de action. empt.* Gratian. *in indicat. tom.* 4. *Diſcept.* 566. *num.* 3. Facchin. *in lib.* 2. *Controv.* 40. & poſt alios Hodiern. *in alleg. Obſerv. ad Deciſ. Surd.* 165. *num.* 2. cum ferendum non ſit,
12 ut cum temporis jactura, emptor, qui bonam fidem ſequutus fuit, nulla ſui culpa, pretium, & fundum amittat. Larr. *in Deciſ.* 75. *nu.* 5. *&* 6. Fab. *in lib.* 8. *Codic. Tit.* 31. *Diffinit.* 30. *in fin.* & alii penès Urceol. *tom.* 1. *Conſult.* 2. *ex num.* 43. qui *num.* 48. *&* 54. id procedere
13 aſſerit ſi in evictionis pactum genericè, & indefinitè conceptum eſſet; ſecùs verò ſi pro certa cauſa, aut limi-
14 tata perſona, ſequitur De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 239. *nu.* 4. quia cum in ſpecie inevictionis exprimatur cauſa, ſibi imputet emptor, ſi antè emptionem diligentiam non adhibuit ad evictionis veritatem indagandam Rot. Roman. *coràm Maut. in Deciſ.* 109. *num.* 7.

15 Voluitquè Mareſcot. hac in re ignorantiam, à contractus reſciſſione non excuſare *in Reſol.* 19. *nu.* 8. *lib.* 2. & probaverat Surd. *in conſ.* 36. *ex num.* 15. ac aſſignat rationem J.C. *in l.* 14. §. *quod autèm. ff. de Action. empt.* ibi: *qui ſcit præmore debuit furem eſſe, hic non debuit faci-*
16 *lis eſſe ad temerariam judicationem*. Sed tantùm ad reſtitutionem pretii tenere, probant Surd. *in adduct. Deciſ.* 288. *num.* 59. *&* 60. & De Caſtr. *in l.* 1. §. *ultim. num.* 2. *& in l. Julianus. in princip. num.* 3. *ff. cit. tit. de Act. empt.* ac ſumitur ex *l. ſi ſterilis.* §. *quamvis. eod. Tit.* quicquid de actione quanto minoris aſſerat. D. Reg. noſter. *num.* 10.

17 Nota modò unum in emptoris arbitrio eſſe, detecto fundo oneri ſubjecto, vel ad contractus reſciſſionem agere, vel ad liberandum fundum, quanquàm evictio ſequuta non ſit. Mercurial. Merlin. *in indicat. quæſt.* 154. Surd. *in conſ.* 13. *n.* 28. Magil. *de Evict. quæſt.* 83. *num.* 28. Cutell. *loc. allegat. tom.* 1. *Diſcurſ.* 1. *num.* 83. Gomeſ. *loc. cit. num.* 45. & alii penès Urceol. *in ead. Conſult.* 53. *num.* 8. *& Conſult.* 65. *num.* 3. *&* 13. & Hodiern. *loc. adduct. nu.* 7. & facilè deducitur ex *l. ſi hominem* 69. *ff. de ſolution. & ex l. creditor.* §. *prædium. ff. de Action. empt.*

18 At qualitèr extimetur actio, quantò minoris, inſurgit non abſre videndum; in reſolutione non concordant Interpretes; Borgnin. Cavalcan. ſequutus Ripam, illius opinionis fuit, occaſione ſervitutis, aut alterius oneris; tertiam partem pretii deducendam eſſe *in Deciſ.* 36. *num.* 5. *tom.* 1. Senatus Pedamontanus, quartam pretii partem exiſtimavit, apùd Theſaur. *in quæſt.* 115. *n.* 5. *lib.* 3. cujus placitum admittit Hodiern. *in cit. Obſerv. ad Surd.* 165. *nu.* 21. Alii non ultra rei venditæ pretium, ſextam partem extendendam dixerunt; Surd. teſte *in conſ.* 452. *num.* 77. *lib.* 7. At illam Judicis arbitrio remiſſam ire, adhibito expertorum judicio, meliùs faſſi ſunt Purpurat. *in conſ.* 356. Maſcard. *tom.* 1. *De Probat. Concluſ.* 616. *n.* 6. & D. Franc. Merlin. *in allegat. Controv.* 46. *num.* 9.

19 Obſervo ſecundo D. Regentem noſtrum *num.* 8. aſſerentem, Venditorem, rem alteri obligatam alienantem, diſſimulante obligatione; ſtellionatus puniri pœna; Cujus dicti, Author mihi eſt J. C. *in l. tutor* §. 1. *l. ſi quis in pignore* §. *fin. & in l. & quæ non dum.* §. *fin. ff. de pignorat. action.* & quandoquè etiam de falſo te-
20 neri, obſervat idem D. Regens *ibid.* ſed meliùs Hermoſill. *loc. citat. tit.* 5. *l.* 32. *part.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 215. *&* 226. Menoch. *lib.* 2. *de Arbitr. caſ.* 381. *ex num.* 7. ac Farinac. *in prax. quæſt.* 19. is namquè dolum commiſit, quia doloſa uſus fuit diſſimulatione, Cyriac. *in Controv.* 122. *nu.* 47. *tom.* 1. Salgad. *in alleg. labyrint. part.* 1. *cap.* 14. *nu.* 99. De Amat. *in Reſol.* 53. *nu.* 5. *tom.*
21 2. Cujac. *in Obſerv.* 26. *lib.* 10. niſi ea obligatio generalitèr proceſſerit Gomeſ. *loc. indicat. lib.* 3. *cap.* 7. Azeved. *lib.* 5. *Recompil. tit.* 15. *l.* 2. *num.* 2. & de in-
22 demnitate, emptori cavere paratus ſit, Felician. *in Tract. de Cenſib. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 6. vel rema-
23 nens venditoris patrimonium ſatis eſſet ad firmandam emptoris cautelam. Farinac. *in conſ.* 7. *num.* 11. *lib.* 1. Avendan. *de Cenſib. cap.* 53. *nu.* 7. & videatur Noguerol. *in cit. Alleg.* 22.

24 Tandèm, & illud obſervare non linquam, Gizz. tradidiſſe *ex nu.* 13. ceſſionarium, qui nomen ceſſum ſolvendo non reperiit, contrà cedentem, ad ſui crediti conſecutionem experiri poſſe, cum per nominis ceſſionem, ipſe non liberetur, ſed ſatisfactione ſequuta, & ità
25 deciſum refert *num.* 21. Sed Cancer. voluit dari actionem contrà cedentem in ſimplici ceſſione, etenìm illa mandatum continet ad exigendum *loc. cit. lib.* 1. *Reſol.* 6. *ex nu.* 183. & in eodem albo ſe ſubſcribunt Mercurial. Merlin. *in eod. tract. de Pignorib. quæſt.* 3. *nu.* 5. *quæſt.* 5. *quæſt.* 12. *num.* 9. *& quæſt.* 30. *ex num.* 32. *lib.* 5. & Salgad. *loc. citat. part.* 3. *cap.* 20. *num.* 45.

26 At D. Fab. Galeot. illius fuit voti, quod ſi ceſſionarius conſcius erat, tempore ceſſionis, nomen ceſſum ſolvendo non eſſe, ſibi imputare debere, ſin verò ignarus, & eo caſu in cedentem regreſſum dari concludit *in*

*Con-*

Digitized by Google

*Controv.* 32. *ex num.* 20. qui *ex num.* 72. id procedere
probat, etiam ſi ceſſum nomen in ipſo ceſſionis
tempore ſolvendo non erat, & concordant Roder. *de
Ann. Reddit. cit. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 22. Tondut. *in
quæſt. Civil.* 48. De Marin. *in Reſolut.* 42. *nu.* 1. *tom.*
1. ac noviſſimè De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 108.
*num.* 1.

27 Additque De Marin. *ibid. num.* 2. quod ſi poſt ob-
tentam ceſſionem, debitor ceſſus ſolvendo non efficia-
tur, adversùs cedentem regreſſum denegari: quia nomi-
nis ceſſi periculum, pertinet ad illum, cujus culpa factū
eſt deteriùs. Hodiern. *ad Surd. in Obſerv.* 187. & alii
apùd Oleam rem pleniſſimè diſſerentem *loc. cit. tit.* 7.
*quæſt.* 3. *num.* 39.

28 Quìd verò ſi fundus inſolutum datus evictus fuerit,
nùm ad primæva jura creditori redire permiſſum ſit?
extricant luculentèr De Marin. *loc. nupèr allegat. nu.*
6. & *ibi* Rodoer. *ex num.* 9.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CXLVIII.

### SUMMÆ.

1 *Fœminarum imbecillitas traditur.*
2 *Fœminæ, pro alio intercedere non poſſunt. & ſi quid
contra egerint per* Sen. Conſul. Vellejan. *ſuccurrun-
tur. num.* 3.
*Quìd ſi certioratæ contractui interveniant? adducitur
Diſpoſitio* Pragm. Unic. de Senat. Conſult. Vell.
*num.* 4.
5 *Mulier, pro excarcerando Viro, cauſa Criminali, vel
Civili carceribus detento, validè obligatur.* Compro-
batur D.Reg. noſter.
6 D. Joann. Bapt. Mucci *laudibus affertur.*
7 *Mater, pro liberando filio, carceribus pro cauſa Cri-
minali detento, validè obligatur* cum Deciſ. noviſſ.
8 Ill. Reg. D. Didacus De Soria Marchio Criſpani *cum
laude memoratur.*
9 *Mulier, cum aſſenſu Regii Collateralis Conſilii, pro
alio Intercedens, tenetur.*
*Quìd in Virgine, Maritata, aut Vidua, ſi remaneret,
ex ea obligatione indotata? num.* 10. 11. & 12.
13 *Diſpoſitio* l. à Divo Pio §. in venditione. ff. De Re Judic.
*quandò procedat? & Quìd in Regno? nu.* 14. 15. 16.
17. & 18.
19 *Creditor, an via Ritus jura ſua experiri valeat, ſi ju-
dicium ordinarium fuiſſet inſtitutus?*
20 . . . *obtenta ſententia aſſiſtentiæ, nùm variare valeat
de uno, ad aliud corpus non adhuc condemnato poſ-
ſeſſore?*
21 *Hæres cum beneficio Inventarii, quandò de proprio te-
neatur, ſi illi renunciavit?* Comprobatur D. Reg.
noſter. & *num.* 22.
*Quìd in hærede cauſa tranſactionis obligato? nu.* 23.
24 *Perſonalem executionem adversùs nobiliores, & Regni
Magnates inconſulto Prorege non fit.* Comprobatur
D. Reg. noſter *num.* 25.
26 *Juris peritos pro Civili debito non carcerari, qui dixe-
rint?*
27 *Exequi non poſſe libros Doctorum, Clerici Breviari-
um, Arma militum, & mortui cadaver, qui teneant?*
28 *Studioſorum libri in domo conducta illati, nùm pro
penſione tacitè hypothecati cenſeantur? Adducitur
Altercatio* Hunn. & Bachou. *Cum* Kubach. & aliis.
*num.* 30.
29 *Quæ ſub generali obligatione veniant?*
31 *Reſcriptum ſivæ gratiæ, ſivæ Juſtitiæ ſit, per obre-
ptionem, aut ſubreptionem vitiatur? Intellige, ut
num.* 32. 33. & 34.

1 DE ſuccurrendis fœminis, proptèr imbecillitatem
ſexus, hìc locus eſt. Quod Imbecillis ſit, Fragilis,
Infirmus, Invalidus, Impar laboribus, Incautus, Mollis,
Credulus, Flexilis, atquè adversùs propria Laborans co-
moda, elicitur ex elegantèr traditis per Dominic. De
Kub. *in Certamin.* 7. *ex n.* 7. *ad* 25. D. Conſil. Petr. *tom.* 1. *in
proœm. & in Rit.* 141. *utrobique à n.* 9. & per D. Reg. De
2 Philip. *in Diſſertat.* 25. *ex nu.* 3. proindè Vellejus Sena-
tusconſulto cavit, nè illa, pro ullo intercederet *in l.* 1.
*ff. ad Senat. Conſult. Vellejan.* & seriò meminerunt Zan-
ger. *in Tract. de Except. Tit. de Senat. Conſult. Vellejan.*
& Gothofr. *in l.* 2. §. 5. & *l.* 8. §. 1. *eod. Tit.* atquè e-
tiàm ſi quid adversùs Senatus Conſultum excogitatum
3 fuerit ſuccurri, dixit Paulus *in l.* 29. §. *fin. ff. citat. Tit.*
idquè adamuſsìm deciſum habes, ex Diſpoſitione Pra-
gmat. *unic. De Senat. Conſult. Vellejan.* quanquàm cer-
4 tioratio interveniat, ad ſatìs luculentèr poſita per Sta-
iban. *in Reſolut.* 4. occaſione præſentis D. Regentis no-
ſtri Deciſionis, facti, compoſita, & *in Reſol.* 42. *tom.* 1.
ac conferunt poſita ex Theſaur. *in Deciſ.* 222. & Regent.
Rovit. *in indicat. Pragmat. num.* 1. quicquìd Herring.
ſcribat in *Tract. de Fidejuſſor. cap.* 6. *num.* 4.
5 Excipit ab hac indubitata concluſione D. Regens
noſter *num.* 2. quotiès Mulieris obligatio, pro liberan-
do viro, æris alieni, aut alteriùs occaſione, carceri-
bus detentio proceſſerit, & conveniunt Staiban. *in ead.
Reſol.* 4. Rovit. *loc. cit. num.* 7. & eruditus ille ad miracu-
6 lum D. Joan. Bapt. Mucc. *var. Quæſt. Forenſ. Dilucidat.
quæſt.* 12. *caſ.* 16. Quod, & pro filio, pro cauſa crimi-
nali carceribus detento etiam permiſſum, notant Pa-
7 pon. *in l.* 12. *Arreſt.* 8. & 9. ac Fab. *in Codic. Tit. de Senat.
Conſ. Vellejan. Diffinit.* 16. & deciſum legitur, acceden-
te tamen Regii Collateralis Conſilii Diſpenſatione; refe-
8 rente in S.R.C. D. tùnc Illibatiſſimo Regio Conſiliario,
nunc meritiſſimo Regiam Cancellariam Regente Ill.
D. Didaco de Soria Marchione Criſpani, Die 22. Martii
1672. in cauſa Caroli de Federico contrà Andreanam
Palomba, in proceſſu pro Andreana Palomba, cum
Angela Amendola in Banca De Fuſco.
9 At quotiès Mulier cum eadem Regia diſpenſatione,
ex Collaterali Conſilio, obtenta, cum expreſſa Velle-
jani renunciatione obligata eſt, pro obligationis vali-
ditate taliter judicandi in ſupremis noſtris Tribunali-
bus ad morem inductum reperiri concinit De Mari-
nis, *lib.* 1. *Reſol.* 276. & *lib.* 2. *Reſol.* 236. *num.* 5. pro De
Franch. *in Deciſ.* 623. in De Pont. *De Poteſtat. Proreg.
tit.* 10. depugnans, & ſic intelligendus eſt Montan. *in
Controv.* 4. & videſis Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 86. *ex
num.* 25. Rocc. *in Reſponſ.* 4. *num.* 2. *tom.* 1. & *Reſp.* 53.
*num.* 10. *tom.* 2. quod in vidua, quæ ex ea obligatione re-
10 maneret indotata nòn admittit De Luc. *ad De Franch.
in Deciſ.* 84. *nu.* 6. *verſ. certiùs. circ. fin.* & *in Obſervat.
ad cit. Deciſ. De Franch.* 623. *num.* 8. id in Virgine etiam
11 procedere fatetur, & facilè colligi poteſt ex D. Joan.
Bapt. De Luc. *in tract. de Dot. Diſcurſ.* 95. *ex num.* 10.
12 Ego verò ex identitate rationis, nè fœminæ indotatæ
remaneant, id quoquè in conjugata admitto, ſi aut pe-
nitùs indotata remaneret aut pluſquam dotis medieta-
tem alienaret ſequutis Mel. *ad Gizzarell. in Deciſ.* 4. *ex
n.* 8. Surd. *in Deciſ.* 86. *in fin.* & *ibi* Hodiern. *ex n.* 15.
Ceval. *comm. contr. comm. quæſt.* 727. *n.* 30. Farinac. *in
Deciſ.* 74. Paſcal. *de Virib. patr. poteſt. part.* 3. *cap.* 5. *n.*
17. *verſ. ſed quandò.* Theſaur. *in Deciſ.* 223. *n.* 13. Gra-
tian. *in Diſcept.* 108. *à num.* 8. *tom.* 1. & Fontanell. *de
Pact. nupt. clauſ.* 7. *gl.* 2. *part.* 6. *nu.* 21. & *à num.* 25.
13 Ulterius *ex num.* 14. meminit D. Reg. noſter de di-
ſpoſitione *l. à Divo Pio,* 15. §. *in venditione. ff. de Re Ju-
dic.* ex qua datur ordo executioni, ut priùs mobilia,
poſtmodùm ſtabilia exequantur, ut demùm ad perſo-
nalem reſtrictionem deveniatur, & Concordat Rit. M.
C.V. 134. dirigens verba in eſecutione pro pœnis fiſca-
libus facienda, & extant latè tradita per Ricc. *in Collect.*
1556. *part.* 4. Jo: Bapt. Coſt. *De Remed. ſubſid. cap.* 43.



Digitized by Google

& per D. Conſil. Petr. *in cit. Rit.* 134. *num.* 2.

14 Ea verò diſpoſitio non procedit in Regno, in pœnis fiſcalibus, etenim talis debitor, Fiſco inſtante, eodem contextu carceribus mãcipatur, & ejus bona exequuntur, cum illa, vel ex conventione, vel incuſatæ obligationis, apud acta ſtipulatæ, debeatur, ex quibus, propter clauſulas apponi ſolitas, oritur actio realis, & perſonalis; Aut fiſco debita eſt, ratione contumaciæ, in qua quis condemnatus fuit, & ea occaſione ad utrumque devenitur. Caravit. *in cit. Rit.* 134. *n.* 1. meminit D. Reg. noſter *in Deciſ.* 72. *n.* 14. & ſcribit Reverter. *in Deciſ. juxtà ordinem De Marin.* 518. *num.* 2.

15 Paritèr nèc enunciatus ordo *indicat.* §. *in venditione.* admittitur, quotiès vigore Inſtrumenti, aùt obligationis penès acta ageretur, quibus in caſibus creditori permitti unico contextu debitorem in bonis exequi facere, ac de perſona, probant De Franch. *in Deciſ.* 118. *n.* 9. & Pand. *de Præſent. & liquid. inſtr. part.* 3. *Declar.* 14.
16 *nu.* 35. Idquè in ſignificatoriis, in Univerſitatis etiam beneficium, procedere tradit Revert. *in ead. Deciſ.* 518. *nu.* 2. In debito ex cauſa Litterarum cambii ac-
17 ceptatarum, & in tempore proteſtatarum, loquitur Pragm. 1. §. 6. & 8. *De Litter. Camb.* vel Apocæ ban-
18 calis recognitæ, aut legitimè verificatæ, ut in Pragm. 1. §. 6. *De Offic. Procur. Cæſar.* ſivè in contumaciam debitoris recognoſere nolentis, habitæ pro recognita. De Franch. *in Deciſ.* 502. Rovit. *in cit. Pragm.* 1. *nu.* 32. Mauſon. *de Cauſ. execut. lib.* 1. *quæſt.* 5. *concluſ.* 2. *n.* 42.

19 Obſervo inſupèr *n.* 15. D. Reg. ſcripſiſſe, non poſſe jura ſua experiri creditorem via ritus, ſi ordinario judicio illa direxit, quanquàm in Inſtrumento adſit clauſula, ut una via electa, altera non tollatur. Supèr quo videantur poſita ex Galter. *in prax. liquid. Inſtr. part.* 3. *princip. Rub.* 1. *nu.* 8. Marant. *in ſpecul. part.* 6. *Act.* 8. *nu.* 31. & *in Diſput.* 6. Trentacinq. *de Jur. con. poſſ. part.* 1. *ex nu.* 39. D. Regent. noſtr. *in Deciſ.* 27. *ex num.* 18. & *ibi* Gizz. *num.* 36. Seſſe *de Inhibit. cap.* 3. *ex n.* 7. Frecc. *de liquid. Inſtr. part.* 9. *quæſt.* 9. Roderic. Suarez *in l. poſt rem judicatam. ff. de Re Judicat. in explicat. l. Regni, Cujus exordium eſt, Muchas vezes. quæſt.* 10. Vital. *de Clauſul. verſ. quod una actione.* Rovit. *in Pragm.* 1. *de conſervat. n.* 10. & *in pragm.* 1. *de Inſtr. liquidat. num.* 56. & à Nobis *in Obſervat.* 120. *num.* 22.

20 Quid dicendum in creditore, qui in aſſiſtendi judicio ſententiam, ad ſui comodum reportavit, ſupèr aliquibus rubricis, nùm variando experiri poſſit, ſupèr aliis bonis novo judicio, per alios poſſeſſis? rem extricant elegantèr Capyc. *in Deciſ.* 33. & 46. Guid. Pap. *in Deciſ.* 348. Nig. *de Judic. ſeù Prætor. pignor. ſubhaſt. cap.* 35. §. 10. *num.* 20. Aſin. *de Execut.* §. 7. *quæſt.* 94. *num.* 3. *pagin.* 190. Manent. *in Deciſ.* 82. *nu.* 5. Gam. *in Deciſ. Luſitan.* 40. Minad. *in Deciſ.* 13. Gratian. *de Action. Concluſ.* 4. *nu.* 13. Jo: Vincent. de Ann. *in conſ.* 63. & 76. Reg. Galeot. *in Controv.* 14. *à nu.* 15. *tom.* 2. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt.* 7. De Marin. *ad Reverter. in Deciſ.* 173. & *lib.* 2. *Reſolut.* 58. De Pont. *de Poteſtat. Proreg. tit.* 5. *de Aſſenſ. Reg. ſupèr Dotib. nu.* 38. Tap. *in Conſtit. Regn. Contumacem civilem. num.* 4. Ricc. *in Collect.* 482. Salgad. *in Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 17. Novar. *lib.* 2. *quæſt.* 52. *nu.* 2. & *quæſt.* 53. *nu.* 3. Hodiern. *in Controv.* 40. & *in Obſerv. ad Deciſ. Surdi* 44.

21 Tertio Obſervo *nu.* 17. Hæredem cum beneficio inventarii, etsì proprio nomine, pro debito hæreditario obligatum, ultra hæreditatis vires, non teneri, niſi ſpecialitèr, & expreſsè eidem beneficio renunciaverit, juxtà formam Decreti lati, junctis quatuor Aulis S. R. C. cujus ipſiſſima verba tranſcribi curarunt Danz. *De Pugn. Doctor. tom.* 2. *Tit. de Sentent. conform. libell. n.* 7. De Marin. *in cit. lib.* 2. *Reſolut.* 233. *nu.* 14. Prat. *ad Paſcal. de Virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 2. *verſ. ad num.* 77. Sanfelic. *in Deciſ.* 212. *part.* 2. Gizz. *ſupr. Obſerv.* 115. *n.* 4. & quanquàm D. Reg. noſter *in Con-*
22 *ſult.* 31. *num.* 26. *tom.* 1. aſſerat hoc decretum publicatum unitis tribus S. R. C. Aulis; id Typographo erranti adſcribas, cum alitèr legatur hìc *num.* 20.

23 Excipit ab hac concluſione indubitata Staiban. Hæredem obligatum cauſa tranſactionis initæ, cum creditore hæreditario, ex qua aliquod comodum conſequutus fuit *in cit. lib.* 1. *Reſol.* 19. & comprobavimus Nos *in Obſervat. ad Deciſ.* 115. *num.* 3.

24 D. Reg. noſter *nu.* 21. teſtatur perſonalem exequutionem adversùs Nobiliores, & Magnates Regni, in conſulto Prorege non fieri. Nota hanc praxim in viridi obſer-
25 vantia eſſe, ut ex contingentis ſumus experti; & probat Joachim à Beuſt. *in l. admonendi nu.* 343. *ff. de Jurejur.* Gomeſ. *tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 54. Covarr. *lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 4. Coler. *de Proceſſ. Execut. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 153. & *cap.* 16. *à num.* 146., & *lib.* 3. *quæſt.* 13. Caccialup. *De Debit. ſuſpect. quæſt.* 5. *nu.* 12. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 20. *nu.* 28. Brun. *de Ceſſ. Bonor. quæſt.* 11. & Par-
26 lador. *Rer. quotid. lib.* 1. *cap. ultim. part.* 6. idquè in Juriſperiti gratiam, ut carceribus pro ære alieno mancipari, ullo modo poſſit, extendunt Jul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 28. *nu.* 4. Brun. *loc. alleg. part.* 10. *quæſt.* 4. *nu.* 3. Hartm. *lib.* 2. *Obſerv.* 4. *nu.* 6. Bart. *in tract. de Carcer. nu.* 57. Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 28. *à nu.* 28. hoc verò dictum, à Noſtris Tribunalibus eſt alienum.

27 Nec executionem fieri poſſe in libris Doctorum, in Breviario Clerici, in Armis Militum, & in Corpore mortuo, ſtatuunt Mandoſ. *de Inhibit. cap.* 71. *n.* 16. & 17. *fol.* 100. & Marc. Ant. De Amat. *in Deciſ.* 86. *num.* 3.

28 Et quod ſtudioſorum libri, in Domo conducta, illati, pro illius penſione, tacitè hypothecati non cenſeantur, dixerunt Hunn. *in Diſput.* 9. *ad Inſtit. th.* 26. & Bachov. *de Pignorib. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 3., & *de Action. Diſput.* 3. *ſub th.* 34. eo quod ſub generali obligatione,
29 non continentur ea, quæ ſunt ad uſum quotidianum, & quæ veroſimilitèr, ſpecialitèr non fuiſſet obligatus. *l.* 6. 7. & 8. *ff. de Pignorib.*

30 Contrarium tamen probant Quirin. Kubach. *Cent.* 3. *quæſt. illuſt. Politico-Juridic. Decur.* 9. *quæſt.* 3. Connan. *in lib.* 4. *Comment. Jur. Civil. cap.* 16. *n.* 8. & Hunn. *in Auth. habita.* C. *Ne filius, pro Patr.*

31 Tandèm ad ea, quæ de obreptione, vel ſubreptione pertinent, nonnulla dat Afflict. *in Controv.* 5. Tu tamèn nota per eas vitiari reſcriptum, ſivè gratiæ, ſivè juſtitiæ ſit, teſte D. Merlin. *in Controv.* 86. *n.* 14. *tom.* 2. potiſſimùm ſi in facto proprio id eveniat, idèm D. Merlin. *in Cõtrov.* 15. *n.* 28. Modò ſubreptio, vel obreptio, in cauſa finali,
32 non in cauſa impulſiva eveniat, ad Text. *in l. cum tale.* 71. §. *falſam cauſam. ff. De Condit. & Demonſtrat.* & elegantèr tradunt Mandoſ. *in Regul. Cancell.* 32. *quæſt.* 9. *num.* 10. Bonacin. *De Legib. Diſput.* 1. *quæſt.* 2. *punt.* 4. *nu.* 3. Lap. *in Allegat.* 89. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 20. *nu.* 5. & Menoch. *de Arbitr. caſ.* 201. *cent.* 3. *nu.* 30.
33 & per ſubreptionem gratiam annullari, quanquàm dolus non intervenerit, placuit Guttier. *Quæſt. Canonic. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 134. Dec. *in cap. ſedes. De Reſcript. num.* 14. & Tiraquell. *in Tract. Ceſſant. cauſ. limit.* 1.
34 *ex num.* 12. Vel obreptio in illo inciderit, quod mandat lex exprimi; cum Principis intentio ſit, ut leges ſerventur, Ledeſm. *de Matrim. quæſt.* 56. *artic. fin. dub.* 25. *Diffic.* 2. *concluſ.* 2. Flamin. Pariſ. *de Reſignat. Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 2. *nu.* 86. & *lib.* 10. *quæſt.* 2. *n.* 18. & Boſſ. *de Remed. ex ſol. Clement. num.* 34.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXLIX.
### SUMMÆ.

1 *Pœnitentia in tranſactionis contractu, non obtinet.*
2 *Conventio, ad modum tranſactionis, inita, ſicùt ſententia,*

Digitized by Google

*tentia, paratam obtinet executionem.*
3 *Tranſactio, remedium finiendarum litium, & intèr exceptiones litis finitæ, numeratur. num.* 4.
5 . . . . . *an concurrente læſione ultrà dimidiam reſcindatur? Refertur opinio Affirmativa.*
*Contrarium. num.* 6.
*Adducitur media ſententia* Gabriel. *nu.* 7.
8 . . . . *Cum minore inita reſcinditur, concurrente enormi læſione.*
9 . . . . *per calumniam facta, vel ex falſa cauſa, reſcinditur.*
10 *Petens reſcindi tranſactionem, num antè omnia, accepta reſtituere teneatur? Conſideratur* Deciſio D. Regent. noſtri.
*Proponitur opinio ajens, num.* 11.
*Contrarium. num.* 14.
*Quid in Minore? ex* D. Calà *reiicitur* Molin. *nu.* 12.
*Aut in Muliere?* Antonin. Maceratenſ. *ſtat pro* D. Calà, *ſed Contrarium Deciſum recenſet* Jo: Mar. Novar. *n.* 13.
*Quandò accepta non ſint reſtituenda?* Cum Deciſ. Noviſſ. *num.* 15. & 16.
*Quid ſi pacto cautum reperiretur, quod veniens adversùs tranſactionem, antè omnia accepta reſtituere teneatur? ex* D. De Marin. *reiicitur* Prat. *num.* 17.
18 *Minor, ut in integrum reſtituatur, non eſt facienda differentia, an exceptio dilatoria, vel peremptoria ſit, ſed ſi læſus in modico, vel in magno. Comprobatur* D. Regens noſter ex De Luc.
19 . . *non tanquàm minor reſtituitur, ſed tanquàm læſus.*
20 *In integrum reſtitutio, pro modica læſione, Minori non conceditur.*

1 Quamvis eum, qui pactus eſt, ſtatìm pœniteat: tranſactio reſcindi, & lis reſtaurari non poſſit vulgata *l.* 39. *C. De Tranſact.* & elegantèr notat Joan. Harpprecht. *in tom.* 3. *ad Inſtit. Juſtin. Tit.* 24. §. *ultim. num.* 171. eamque conventionem, ad in-
2 ſtar ſententiæ, paratam obtinere executionem, ſtatuit J. C. *in l. non minorem* 20. *C. eod. Tit. & in l.* 2. *ff. de*
3 *Jure jurand.* quia finiendarum litium, remedium. *l. fratris tui* 10. *C. de Tranſact.* cum aliis allegatis ex Prat. *in lib.* 1. *Diſcept.* 17. *à num.* 10. atquè adeò Inter-
4 pretes exceptionem tranſactionis, meritò exceptionem litis finitæ, appellati ſunt, ut intèr multos tradunt Fontanell. *de Pact. Nupt. tom.* 2. *part.* 1. *gloſ. unic. clauſ.* 9. *num.* 50. Valeron. *de Tranſact. Tit.* 5. *quæſt.* 1. Tondut. *de Prævent. Judic. part.* 1. *cap.* 33. Papon. *lib.* 7. *tit.* 7. *Arreſt.* 23. Parlador. *Rer. quotid. part.* 5. *cap. ultim.* §. 11. & 12.
5 Placuit tamèn Legislatori, tranſactionem, læſione, ultrà dimidiam, concurrente, reſcindi: ratione doli. *in l. cum tranſactio. ff. de Tranſact.* & concurrunt in idem Mar. Cutell. *De Donat. contempl. matrim. tract.* 2. *Diſcurſ.* 2. *ſpec.* 5. *num.* 22. De Marin. *ad Revert. in Obſervat. ad Deciſ.* 231. *num.* 4. poſt alios, quos congerit *in Reſolut.* 233. *num.* 7. & 8. *tom.* 2. & Nos ſubnectimus Lingloiſ. *in l.* 6. *De Verb. ſignif. Deciſ.* 24. *quæſt.* 2. *num.* 66. Mattienſ. *in Dialog. relat. part.* 3. *cap.* 20. *num.* 10. Grivell. *in Deciſ.* 20. & *in Deciſ.* 80. Prat. *ad Paſcal. de Virib. Patr. poteſt. cap.* 2. *verſ. Uſui forenſi.* Caccialup. *de Tranſact. quæſt.* 12. *col.* 1. & 2. De Franch. *in Deciſ.* 159. Jo: Kopp. *in Deciſ.* 58. *ex num.* 1. Heigium *part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 12. & *ſequent.* Andr. Fachin. *lib.* 2. *Controv.* 26. *verſ. ego eorum.* Guttier. *lib.* 2. *quæſt. pract.* 142. Fab. de Mont. *in Tract. de Empt. & Vendit. quæſt.* 8. *num.* 13. Pinell. *in l.* 2. *part.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 14. *C. de Reſcindend. Vendit.* Scurf *in conſ.* 16. *cent.* 2. *num.* 17. Acac. Anton. Ripoll. *var. reſolut. cap.* 11. *ex num.* 415. & hanc ſententiam in Senatu amplexatam, teſtatur Bellon. *in Tract. de His, quæ fiunt incontinent. lib.* 2. *cap.* 135. *num.* 3.
6 At his reſiſtunt Marant. *in Conſ.* 83. *num.* 13. Tileman. *de Benig. Deciſ. Camer. Imperial. Syntag.* 1. *Deciſ.* 1. *vol.* 6. *num.* 20. Grammatic. *in Deciſ.* 66. *nu.* 47. Afflict. *in Deciſ.* 220. *num.* 3. Ant. Fab. *De Errorib. Pragmatic. Decad.* 8. *error.* 10. Gothman. *vol.* 1. *Reſponſ.* 28. *num.* 242. Andr. Gail. *Practic. Obſerv. lib.* 2. *Obſervat.* 70. *ex num.* 6. Fomannus *in Diſput.* 22. *th.* 12. *liter. C.* & Hunnius *lib.* 3. *var. tract.* 7. *part.* 1. *qu.* 13.
7 Diſſidium hoc, fœdere inire cogitur Anton. Gabriel. ut prima opinio procedat, quotiès læſio enormiſſima concurrat, ſecunda verò ſi modicum ultrà dimidium excedat; *in lib.* 3. *Commun. concluſ. Tit. de Empt. & Vendit. Concluſ.* 5. *nu.* 69. & admittit Cevall. *Commun. contr. Commun. lib.* 1. *quæſt.* 72. *num.* 1.
8 Fallit Diſtinctio hæc, in Minore, etenìm ad irritandam tranſactionem, cum eo initam, ſatìs eſt ipſum enormitèr fuiſſe læſum, juxtà poſita ex Anton. Fabr. *in ſuo Codic. Tit. de In Integr. Reſtit. Minor. Diffinit.* 1. & *in Tit. ſi adverſ. tranſact. Diffinit.* 5. Fontanell. *loc. indicat. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 3. *nu.* 31. & 36. & *clauſul.* 10. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *num.* 8. quanquàm ipſe Minor contractui non contravenire promiſiſſet. Caſtil. *lib.* 3. *controv.* 2. *num.* 25. & Cutell. *in indicat. loc. Diſcurſ.* 1. *ſpec.* 23. *num.* 30.
9 Et Reverter. voluit tranſactionem, per calumniam factam, reſcindi *in Deciſ. ſecundum ordinem De Marin.* 540. *num.* 2. ut puta ſi ipſa tranſigendi cauſa, falſa fuiſſet detecta D. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 176. *num.* 2.
10 Succeſſivè obſervandum eſt, num petens reſcindi tranſactionem, antè omnia accepta reſtituere teneatur? D. Reg. noſter *hic* quæſtionem ferè indeciſam refert, etenìm accedente partis conſenſu S. R. C. mediam tenuiſſe viam aſſe[illegible] quia erat impoſſibile, totum acceptum reſtituere, atquè adeò ex ducatis 4500. receptis tantùm fuerunt reſtituti ducati biſmille.
11 Quod accepta antè litis ingreſſum reſtituenda ſint, probant Mar. Antonin. Maceratenſ. *lib.* 2. *Reſol.* 16. *num.* 5. Vaſq. *lib.* 6. *Controv.* 61. *nu.* 9. Gabriel. *loc. alleg. lib.* 4. *Tit. De Tranſact. Concl.* 1. *nu.* 50. Mar. Giurb. *in Deciſ.* 183. *num.* 3. Viv. *comm. opin. concluſ.* 1003. *num.* 4. Novar. *part.* 1. *quæſt.* 140. *num.* 1. Prat. poſt innumeros, quos colligit, *tom.* 2. *controverſ.* 40. & noviſſimè D. Joſeph Urceol. *tom.* 2. *Conſult.* 71. *nu.* 35.
12 Et quanquàm Molina, ab hac opinione excipiat minorem *in tract. de primogen. cap.* 9. *lib.* 4. *num.* 42. & Novar. *citat. loc. num.* 6. contrarium fatetur veriùs D. D. Hieronymus Calà *in tract. de In Integr. reſtit. minorib. quandoq. denegand. quæſt.* 9. *nu.* 41. & hoc ſuum placitum extendit, etiam in muliere, rejecta ratione,
13 nè remaneat indotata, & dixerat prius Antonin. Maceratenſ. *loc. citat. Reſol.* 11. *nu.* 26. Novar. verò contrarium in Rota Romana Deciſum ſcribit *in quæſt.* 24. *lib.* 2.
14 Indiſtinctè tamèn, quod accepta non ſint reſtituenda, tradunt Conſil. De Georg. *in Allegat.* 34. Jo: Vincent. De Ann. *in ſingular.* 540. De Marin. *in eod. lib.* 2. *Reſol.* 234. (etsì in ipſum contendat Prat. *ad Paſcal. loc. cit. verſ. ſed curioſa.*) & hanc eſſe communem opinionem, ex Anton. de Alexandr. teſtatur Gabriel. *ubi ſup. num.* 51.
15 Tu verò hac in re pro conſtanti teneas, acceptorum reſtitutionem, actorem ad reſcindendam tranſactionem agentem, haùd effugere poſſe, quotiès utraquè pars illi ſtare non mallet, ad quod eſt Text. ad litteram *in l. ſi diverſa* 14. *C. de Tranſact.* ibi: *ſi diverſa pars, contrà placitum agere nititur: æquitatis ratio ſuadet, refuſa pecunia (cum, & tu hoc deſideras) cauſam in integro agi,* & tenet Gloſſegraphus ibi: *dummodò hoc fiat de utrinſque conſenſu.* ſequitur Jaſ. *ibid. num.* 1. ſin autèm reſcindendæ tranſactionis voluntas coequalis non ſit, ad accepti reſtitutionem Actorem non teneri, optimis mediis fundat noviſſimè D. Jo: Bapt. Mucc. *var. quæſt. forenſ. dilucidat. quæſt.* 34. & fuit Deciſum in cauſa

in cauſa Victoriæ Chianeſe petentis reſcindi tranſactionem habitam cum Carolo, & Hyacinto Pettenato, qua quanquàm domi Decreto Regii Conſiliarii Antonii Floriſſi interpoſito Die 24. Novembris 1665. ordinatum reperiretur, quod ſtante declaratione facta coram Magnifico cauſæ Commiſſario, in biduo dicta Victoria ſolveret Ducatos biſcentum triginta ab ipſa occaſione tranſactionis acceptos. Illis depoſitatis: Decreto S. R. C. lato Die 13. Julii 1667. referente Regio Conſiliario Joanne Baptiſta Hodierna fuit dictum procedendum fore ad ulteriora ad ea quæ incumbunt, & interìm depoſitum reſtituatur Victoriæ, pro illis reſtituendis creditori, à quo mutuo acceperat, ſalvis juribus contrà dictos de Pettenato pro intereſſe medio tempore decurſo, pro ut patet ex proceſſu in banca Lælii Clavelli apùd Scribam Vaſallum.

16 Nec accepta tenetur reſtituere ille, qui adversùs tranſactionem veniens, per ſententiam conſequeretur ſaltèm id quod reſtituere petitur, ut elegantèr tradunt De Georg. *loc. cit. num.* 20. D. Mucc. *in allegat. loc.* & D. Calà *Ibid. ex num.* 46.

17 Quìd tandèm dicendum; ſi pacto cautum fuiſſet, adversùs tranſactionem venientem, accepta antè omnia reſtituere teneri? Affirmat Novar. *in quæſt.* 140. *lib.* 1. ſic Deciſum referens *num.* 4. Contrarium excipitur Determinatum ex De Marin. *laudato loco.* in Cauſa Marci de Sancto Antonio, & Hoſpitale Incurabilium, cujus jura erant ſub tutela Prat. qui *in cit. Diſcept.* 40. intèr alia fundamenta, pro reſtitutione acceptorum, in illa cauſa deduxit, ita pacto in tranſactione fuiſſe conventum, *ut num.* 3. *&* 34. & tamèn non obtinuit: ratione ex nobis tradita *num.* 16.

18 Scribit D. Reg. noſter *num.* 11. quod ut reſtituatur minor non ſit facienda differentia: nùm exceptio dilatoria, vel peremptoria ſit, ſed ſi læſus in modica, vel magna quantitate, quod comprobant Imbrian. *de Prim. & Secund. Benefic. Conſider.* 4. *num.* 125. Fontanell. *in Deciſ.* 19. Fab. *in citato Tit. de In Integr. Reſtit. Diffinit.* 7. cum cæteris conductis ex De Luc. D. Regentis noſtri memore *in Obſervat. ad De Franch.* 290. *num.* 2. exploſa contradicentium opinione *num.* 1.

19 atque notato de Obſcuritate Cancer. *var. tom.* 2. *Tit. de Minorib. cap.* 1. *n.* 271. etenìm ille non reſtituitur tanquàm minor, ſed tanquàm læſus. *l.* 1. *ff. de Minorib. l. nam, & poſtea §. ſi minor. ff. de Jur. jur.* Muſcatell. *in prax. part.* 3. *gloſ. fuerit. n.* 33. De Franch. *in Dec.* 473. *n.* 4. Addit. ad Ludoviſ. *in Dec.* 459. *n.* 11. Giurb. *in Deciſ.* 18. *n.* 7. *&* 15. Pariſ. *de Reſignat. Benefic. lib.* 3. *qu.* 7. *n.* 25. *verſ. his non obſtantibus.* Sforz. Odd. *de In integr. reſtit. qu.* 89. *Art.* 7. *n.* 58. Benintend. *in Deciſ.* 85. *n.* 7. Roland. à Vall. *in Tract. de Invent. part.* 1. *verſ. quintò quæro.* Bero *in conſ.* 68. *num.* 82. *lib.* 1. Turret. *in conſ.* 54. *num.* 12. *vol.* 1. Rot. Roman. *in noviſſ. part.* 2. *Deciſ.* 34. Marc. *in Deciſ. Delphin.* 249. *num.* 3. *part.* 1. & D. Calà *loc. citat. quæſt.* 13. *num.* 22.

20 nec in integrum reſtitutio, pro modica læſione conceditur. vulgata *l. ſcio. ff. De Reſtit. in integr.* Covarr. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 5. Capyc. *in Deciſ.* 13. Speculat. *in Tit. de Reſtit. in integr. §.* 1. *col. pen.* Gomeſ. *in §. pœnales. De Action. col.* 2. Dec. *in conſ.* 616. Pariſ. *loc. allegat. num.* 26. Maſcard. *de Probat. tom.* 2. *Concluſ.* 1062. *num.* 5. D. Mucci *in adduct. loc. quæſt.* 35. *num.* 18. & Nos *in Obſervat.* 29. *num.* 7.

# O B S E R V A T I O

## IN DECISIONE CL.

### S U M M Æ.

1 *Lycurgus, qua de cauſa, ſupèr adulterio Spartanis legem non dedit?*

2 *Recenſentur Advocati, qui cauſam præſentis Deciſionis patrocinati ſunt.*

3 *Filio legitimato hæredi ſcripto, in bonis per patrem quæſitis, conceditur immiſſio, vigore* l. fin. C. de edict. Div. Adrian. tollend. *quanquàm ab Agnatis opponatur, legitimatio aliquos pati defectus.* D. Merlin. *&* D. Provenz. *ſtant cum* D. Regent. noſtr. *quem* ex Noguerol. Alciat. *&* Gratian. *comprobatur nu.* 7.

4 *Exceptio, quæ altiorem requirit indaginem; immiſſionem vigore* l. fin. C. de Edict. Div. Adrian. *non impedit, ſed de ea in petitorio tractatur.*

5 *Filii ſpurii ſunt poſſeſſione capaces.*

6 *Inconveniens non eſt, ut quis capax poſſeſſionis ſit, & proprietatis incapax.*

8 *Filio legitimato, immiſſio quorum bonorum non conceditur, quotiès Agnati contrà legitimationem ſe opponerent.* ex D. Merlin. *declaratur* Cenſal.

9 *Filius legitimatus, an ſuccedat in bonis noſtris conſuetudinibus ſubjectis?*

10 *Filio legitimato cum clauſula* ſalvo jure venientium ab inteſtato; *nùm legitima debeatur?*

11 *Filius legitimatus, cum Clauſula* ſalvo jure venientium ab inteſtato. *excluditur ab Agnatis ab inteſtata Patris ſucceſſione.*

12 *Legitima filio legitimato, cum Clauſula* ſalvo jure venientium ab inteſtato, *extraneis à Patre inſtitutis, debetur.*

13 *Filius ex marito natus, non ex adultero præſumitur.* *Licèt Mater cum Adultero, etiam in ipſo mortis articulo genitum aſſerat. num.* 14. *&* 15.

16 *Omnis moriens non dicitur juſtus.*

17 *Meretrices cum Amaſiis ditioribus filios generaſſe aſfirmare conſueverunt.*

18 *Partus, ſi adultero aſſimiletur, non ex eo ejus præſumitur filius.*

19 *Partus, quandò ex Marito genitus præſumatur, quotiès Uxor lupanaribus eſſet proſtituta?* *Aut in domo adulteri habitaret? num.* 20.

21 *Filiatio, quibus probetur? & num.* 22. 23. 24. 25. 27. 28. *&* 29.

26 *Filiationis probatio reſpectu Patris ferè impoſſibilis eſt.*

30 *Legitimatio per reſcriptum Principis, qualitèr, & ex quibus vitietur?*

31 D. Jo: Leonard. Rodoer. *laudatur.*

32 *Illegitimitatis qualitas, in naturalium legitimatione, opus non eſt, ut exprimatur.* *Benè tamèn in ſpurio. num.* 33.

34 *Legitimatio eſt facienda cum cauſa.*

35 *Spurius eſt paternæ, & maternæ ſucceſſionis tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento incapax.* *Alitèr tenuerunt* Burſat., Cacher. *&* Clement. *n.* 37.

36 *Spurio, de æquitate canonica, tantùm alimenta debentur.*

38 *Spurius, legitima non exiſtente prole, Matri ab inteſtato, & ex teſtamento ſuccedit.*

39 . . . *ab Agnatis, & Cognatis ex teſtamento capit.*

40 . . . *nùm filio legitimo, & naturali pupillaritèr ſubſtituere poſſit.*

1 Licurgum nullam ſupèr adulterio Legem ſanciviſſe, ea de cauſa quia nullus apùd Spartam adulter erat; Geradam Spartanum, ſenem ferè capularem, Hoſpiti cuidam percuntanti, reſpondiſſe teſtatur Jo: Thuil. *ad Alciat. Embl.* 47. *nu.* 3. *pagin. mihi* 238. Nùm id ad tempora uſquè noſtra traham! Contendunt hoc loco D. De Marin. *tom.* 2. *Reſolut.* 101. & D. Rocc. *in*

2 *Reſponſ.* 80. *tom.* 1. cum D. Fran. Caraſa, *cujus Allegationem imprimi curavit Idem D. Rocc. Ibid. Reſponſ.* 81. qualitèr D. Franciſcum Alderiſium eſſe filium D. Joannis, ex coitu cum muliere conjugata ſuſceptum, probetur? Et an oppoſitiones in ejuſdem D. Franciſci legitimationem, ſatis ſint ad immiſſionem vigore *l. fin. C. de Edict. Div. Adrian. tollend.* impediendam?

3 Ob-

Digitized by Google

3 Obtinuit D. Franciſcus immiſſionem in bonis ex Patre quæſitis tantùm, & in idèm deſcendunt Provenzal. *in Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. Obſervat.* 10. *ex n.* 17. & D. Merlin. *tom.* 2. *Controverſ.* 85. *ex num.* 8. etenim utraque oppoſitio altiorem requirebat indaginem Caſtrenſis *in l.* 11. *C. de Probat.* atquè adeò in ſummarii poſſeſſorii judicio minimè tractandum, uti petitorium reſpicientes; concedendamque proptereà hæredi
4 ſcripto exibenti teſtamentum ex omni ſui parte perfectum immiſſionem concinunt ore, ex Nobis laudati *in Obſervat.* 5. *num.* 4. *&* *in Obſervat.* 14. *num.* 1. quibus modò ſubnectimus Dec. *in conſ.* 424. *&* 467. Becc. *in conſ.* 3. *num.* 4. *lib.* 1. Honded. *in conſ.* 54. *num.* 56. *lib.* 1. Surd. *in conſ.* 268. *num.* 47. Altograd. *in conſ.* 74. *ex num.* 17. Ann. *in Allegat.* 19. Tuſc. *practic. concluſ. tom.* 3. *liter. E. concluſ.* 409. Pariſ. *in conſ.* 10. *num.* 30. *lib.* 2. Rot. Roman. *in Deciſ.* 34. *num.* 2. *in impreſſ. poſt Merlin. de Pignor.* Addit. ad Buratt. *in Deciſ.* 411. *ex num.* 32. Thomat. *in Deciſ.* 82. *ex num.* 10. *lib.* 1. Mar. Antonin. Maceratenſ. *var. reſol. lib.* 2. *Reſol.* 59. *caſ.* 27. Oſaſch. *in Deciſ.* 23. De Pont. *in conſ.* 20. *ex num.* 23. Cavaler. *in Deciſ.* 167. *num.* 4. Achill. Perſon. *de Adipiſcend. num.* 103. Seraſin. *in Deciſ.* 828. Peregrin. *de Fideicom. Artic.* 48. & noviſſimè D. Jo: Leonard. Ro-
5 doer. *in conſ.* 21. *num.* 7. Quod ſpurii poſſeſſione capaces ſint, probant allegati ex De Marin. *eod. cit. loc. n.*
6 4. & quod inconveniens non ſit, ut unus poſſeſſionis ſit capax, & proprietatis incapax, ſcribit Alexand. Raudenſ.
7 *de Analog. cap.* 36. *num.* 73. imò, & immiſſionem hanc legitimato hæredi, à Patre in teſtamento ſcripto, impediri haud poſſe, prætextu, quod legitimatio aliquos patiatur defectus, probant Noguerol. *in Allegat.* 23. *num.* 143. Alciat. *in conſ.* 80. *num.* 8. *lib.* 6. & Gratian. *tom.* 2. *Diſcept.* 264. *nu.* 50. *&* 51.

8 Nec adverſatur Deciſio ex D. Merlin. relata *eod. tom.* 2. *Controv.* 90. *n.* 41. in qua, quinque, ex novem votantibus, ſtatuerunt filio legitimato, in bonis paternis etiam immiſſionem denegandam eſſe, impartiendo terminum ordinarium in cauſa, prævio bonorum hæreditariorum ſequeſtro, etenim non de immiſſione vigore teſtamenti in illa contingentia tractabatur, ſed de quorum bonorum interdicto, ſivè ſucceſſione ab inteſtato, & quanquàm plura, ab agnatis, adversùs legitimationem opponerentur, nec legitimatus erat in probatis, ſe uſquè ad Patris mortem fuiſſe in quaſi poſſeſſione filiationis, & ſic intelligendus eſt Cenſal. *ad Peregrin. art.* 23. *pagin. mihi* 94. *verſ. iſta tamen, & verſic. quàm immiſſionem.*

9 At an talis legitimatus, in bonis noſtris Conſuetudinibus ſubjectis ſuccedant? indeciſum legitur in hac Deciſione, beneverò communis opinio eſt negativa juxtà *Deciſ.* D. Reg. noſtri 166. *num.* 169. qua noſter hac de re latiùs redibit ſermo. Legitimam tamen non deberi legitimato cum clauſula ſalvo jure venientium ab in-
10 teſtato, ſunt voti. Gabriel. *in conſ.* 23. *num.* 11. *lib.* 2. Menoch. *in conſ.* 737. *num.* 3. *lib.* 8. Mercurial. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 8. *ex num.* 16. Gratian. *Diſcept.* 496. *ex num.* 37. *ad* 48. *& Diſcept.* 566. *num.* 1. Caſtill. *lib.* 4. *Controv.* 22. *num.* 158. & noviſſimè poſt alios Joſeph Urceoli *tom.* 2. *Conſult.* 93. *num.* 1.
11 ipſumque ab inteſtata ſucceſſione, ab Agnatis excludi concludunt Covar. *de ſucceſſ. ab inteſtat. cap.* 8. *part.* 2. *§.* 10. *ex num.* 1. Durant. *de hæredib. inſtituend. caut.* 18. Pachin. *lib.* 3. *Controv.* 62. Graſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſt.* 19. *num.* 14. Cott. *in verb. legitimatus per Oblationem.* Viv. *in opinion.* 452. Nicol. de Ubald. *de ſucceſſ. ab inteſtat. part.* 1. *ex num.* 117. Barz. *De Fil. non legit. num.* 50. Bero. *in conſ.* 177. *num.* 74. *lib.* 2. Dec. *in conſ.* 338. *num.* 4. *& in conſ.* 393. *num.* 1. & Capyc. *in Deciſ.* 22. *num.* 7. Niſi extraneus inſtitutus ſit, nàm eo caſu à legitima eſcludendum non eſſe vo-
12 luerunt aptiùs Covar. *loc. cit.* Ludovic. Sard. *de Naturalib. liber. §.* 7. *verſ. quintò quæritur. num.* 10. *&* 11. *tract. tom.* 8. *part.* 2. *pagin.* 42. Crot. *in conſ.* 10. & 8. *lib.* 1. Coſt. *de Ration. Rat. quæſt.* 156. *num.* 8. Anton. Gabriel. *de legitimat. concluſ.* 8. *num.* 6.

Obſervandum modò in præſenti, & illud eſt; Filium quocumque tempore conſtante matrimonio natum ex
13 marito, non ex adultero conceptum præſumi, teſtibus ex D. Regente noſtro congeſtis *num.* 2. 3. *&* 4. quibus Nos addimus Lanfranc. ab Orian. *in tract. de Teſtib. num.* 98. & *ibi* Addit. *liter. G.* Benedict. Capr. *in conſ.* 2. *nu.* 1. Anton. Gabriel. *loc. indicat. lib.* 1. *tit. de Præſumpt. concluſ.* 14. *num.* 1. latè Balthaſ. Tomaſ. *de legitimat. tit.* 13. *cap.* 7. *num.* 284. & Donell. Enucleat. *lib.* 2. *cap.* 20. *lit. T.* quanquàm mater, cum adultero,
14 illum generatum aſſerat Alciat. *de Præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 37. *num.* 4. Raph. Fulgoſ. *in l. quoties. ff. De Probat.* Nevizan. *in ſilv. nuptiar. lib.* 1. *num.* 50. Philip. Corn. *in conſ.* 293. Bartol. *in conſ.* 74. Anton. Gomeſ. *ad l. taur.* 9. *num.* 3. Vaſq. *lib.* 1. *Controv.* 48. *num.* 43. & Gaill. *in Obſervat.* 97. *n.* 8. *lib.* 2. etsi id in extre-
15 mo vitæ aſſerat. Menoch. *de Arbitr. Judic. cent.* 1. *lib.* 2. *caſ.* 89. cum non omnis moriens dicatur juſtus. Gram-
16 matic. *in Deciſ.* 56. *num.* 26. & Bero. *in conſ.* 161. *ex num.* 10. *lib.* 2. & quod meretrices ſoleant ejus filios, ex
17 ditioribus amaſiis, conceptos eſſe, affirmare, notant Lanfranc. ab Orian. *de Depoſit. teſtium. nu.* 154. Guliem. De Benedict. *in cap. Raynutius. verb. qua filium ex eo ſuſcipiens. num.* 8. *De Teſtament.* & Franc. Marc. *in Deciſ.* 457. *ex num.* 4. *vol.* 2.

18 Et Gabriel. *loc. cit. num.* 7. addit, licèt partus adultero aſſimilaretur, quia potuit id contingere tempore conceptionis, ob mulieris cogitationem, & in idèm concurrunt Gozadin. *in conſ.* 34. & Conſil. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 145. *num.* 11. & probant Plin. *Hiſtor. Natural. lib.* 7. *cap.* 12. Valer. Max. *De Similitud. form. lib.* 9. *cap.* 15. Jo: Angel. Lottini *in libro inſcripto, Scelta d'alcuni miracoli, e gratie della Santiſſima NUNZIATA di Firenze cap.* 3. *pagin.* 21. Petr. Matth. *nel Hiſtor. di Franc. lib.* 5. *narrat.* 1. *num.* 11. *pagin.* 408. Petr. Meſſ. *nella ſelva di var. lettion. part.* 1. *cap.* 38. Joſeph Hebr. *Antiquit. Judaic. lib.* 17. *cap.* 14. Albert. Magn. *lib.* 16. *Animal. cap.* 57. Ac Riminald. ſen. voluit *in conſ.* 289. *num.* 4. *vol.* 2. eandèm concluſionem
19 procedere, quanquàm Mater lupanaribus eſſet proſtituta, & placuit quoque Alex. *in conſ.* 87. *vol.* 3. Duenn.
20 *in Regul.* 344. *ampliat.* 1. Vel cum adultero cohabitaret Paleot. *in tract. de Noth. & Spur. cap.* 24. *num.* 1. modò tamen viro, liber concederetur acceſſus, & aliquandò cum uxore verſaretur. Menoch. *loc. cit. num.* 25. Paul. De Caſtr. *in conſ.* 252. *in fin. lib.* 2. Alex. *in conſ.* 87. *col.* 3. *& in conſ.* 157. *vol.* 2. Angel. *in l. ſeptimo menſe. ff. De ſtat. homin.* Barbat. *in conſ.* 68. *vol.* 4. & Surd. *in Deciſ.* 33. *in fin.*

21 Fallit tamen hæc, pluriès ampliata, concluſio, niſi filius fuerit educatus, tractatus, & nominatus adulteri filius; fama, & voce concurrente, ut ſcribit D. Reg. noſter *hic*, & latè Capr. *in cit. conſ.* 2. Grat. *in conſ.* 158. *col.* 1. *vol.* 2. Gabriel. *loc. alleg. num.* 15. & D. Reg. Merlin. *in cit. Controverſ.* 86. *ex nu.* 33. Aut Patrem adul-
22 terum, filius fateretur, à quo uti talis, in teſtamenti tabulis, inſtitutus fuiſſet. Paul. de Caſtr. *in conſ.* 115. *in ultim. dub. vol.* 1. & Pariſ. *in conſ.* 16. *vol.* 2.

23 Sed Boſſ. ſcribit *in Tract. crimin. tit. de Part. ſuppoſit. num.* 27. nominationem, tractatum, & educationem ſatis non eſſe filio, quin in petitorio obtineat, & conſtantèr tenent Cephal. *in conſ.* 82. *nu.* 48. & Alciat.
24 *Regul.* 3. *præſumpt.* 38. *num.* 4. *& ſequent.* Contradicunt verò Rot. Bonon. *in Deciſ.* 30. *num.* 34. & Paleot. *in adduct. loc. cap.* 42. *num.* 7. Tandèm Sard. *in cit. tract. de Natural. liber. Tit. de filiat. probat. num.* 12. Diſtinguit, ut prima opinio procedat, quotiès de filiatione principalitèr agitur; Aliorum verò placitum adaptari, ſi de illa ex incidenti agatur.

25 Quid dicam Ego? non eſſe recedendum ex traditis

num. 21.

Digitized by Google

*num.* 21. affirmandum dijudico: eò quod filiationis probatio, reſpectu Patris, difficilis probationis eſt. Pa-
26 leot. *eod. loc. cap.* 21. *num.* 1. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 787. *num.* 5. *tom.* 2. Paſcal. *de Virib. patr. poteſtat. part.* 2. *num.* 9. & *ibi* Prat. Sard. *in adduct. loc. num.* 1. Lanfranc. ab Orian. *loc. indicat. num.* 153. D. Reg.
27 Merlin. *in eod. tom.* 2. *Controverſ.* 84. *num.* 2. & ideò illam conjecturis, & præſumptionibus probari, concludunt Pariſ. *in cit. conſ.* 10. *num.* 31. cum aliis conductis ex Alb. *in conſ.* 84. *num.* 8. Grat. *in conſ.* 43. *vol.* 2. *ex num.* 37. Menoch. *in eod. tract. de Arbitr. caſ.* 89. *num.* 1. Caſtil. *in Controv.* 104. *tom.* 5. *num.* 6. potentes
28 deniquè conjecturas eſſe; tractatum, nominationem, atquè educationem, ſuadunt Theodor. *in Allegat.* 18. *à n.* 37. Hodiern. *loc. alleg. n.* 12. Prat. *ubi ſup. verſ. concurrebant rursùs*, & alias probandæ filiationis conjectu-
29 ras prolixè dant Marant. *in Reſponſ.* 13. *part.* 1. Ciarlin. *in Controv.* 7. *lib.* 1. & *in Controv.* 221. *lib.* 3. Reg. Merlin. *in adduct. Controv.* 84. Theodor. *in ead. Allegat.* 18. Prat. *in Diſcept.* 40. *tom.* 1. Novar. *in Prax. Elect. for. tom.* 1. *ſect.* 3. *qu.* 10. Gratian. *in Diſcept.* 562. Maſcard. *in cit. Tract. de Probat. Concl.* 789. Thor. *in Cõpend. Deciſ. verb. filiatio. part.* 1. Valenz. *in conſ.* 179. D. Rocc. *eod. tom.* 2. *Reſponſ.* 52. Noguerol. *in Allegat.* 15. Petr. *de Fideicom. quæſt.* 11. Eſcobar. *De Puritat. part.* 1. *quæſt.* 15. §. 3. Raudenſ. *in cit. Analog. cap.* 30. Spada *in conſ.* 50. Barbat. *De Fideicom. part.* 1. *cap.* 6. Tuſc. *loc. allegat. liter. F. concluſ.* 343. Cenſal. *ubi ſup. Artic.* 43. Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 5. *quæſt.* 3. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 1. *tit.* 14. Caranza *de Partu cap.* 20., & Tapp. *in Deciſ. S. R. C.* 37.

30 Obſervo inſupèr *ex num.* 8. D. Regent. noſtrum tradidiſſe, per obreptionem, vel ſubreptionem, etiàm minimam vitiari legitimationem, quæ fit per Principis reſcriptum. Supèr quo videſis Viv. *in Deciſ.* 339. *nu.* 6. Tepat. *var. ſentent. tom.* 2. *cap.* 446. *verſ. in legitimatione ſpuriorum*. Reverter. *in Deciſ.* 190. & *ibi* De Marin. Cum ſimus in gratioſis. Oldrad. *in conſ.* 226. ut puta ſi naturalis fuiſſet vocatus ſpurius. Ruin. *in Conſ.* 109. *num.* 22. vel falsò fuiſſet dictum Patrem, Agnatos non habere. Cephal. *in conſ.* 410. *num.* 17. & *in conſ.* 606. *num.* 30. aut expreſſum non fuiſſet, filium legitimandum eſſe infantilis ætatis. Cacheran. *in conſ.* 61. *vol.* 7. Vel Matrem comercium, cum aliis habuiſſe. Odd. *in conſ.* 16. *ex num.* 18. aut ejus qualitas expreſſa. Surd. *in conſ.* 525. *num.* 11. Menoch. *loc. citat. lib.* 2. *centur.* 3. *caſ.* 203. & *in conſ.* 629. *ex n.* 3. & *in conſ.* 732. *num.* 49. & *in conſ.* 799. *num.* 26. vel filii, qui erat ingeſtuoſus Marc. Antonin. Macerat. *lib.* 1. *Reſol.* 108. *n.* 13. Franc. Becc. *in conſ.* 18. *num.* 6. ſivè ex ingeſtu, atquè adulterio natus, aut duplici ingeſtu, & adulterio. Oldrad. *in conſ.* 247. *num.* 2. Balthax. Tomaſ. *loc. alleg. tit.* 13. *cap.* 1. *num.* 3. quicquid in duplicato adulterio,
31 ſibi ſcribat Fachin. *lib.* 3. *Controv.* 60. Cui ad propoſitum de more occurrit D. Jo: Leonard. Rodoer. *ad De Marin. lib.* 1. *Reſol.* 150. *num.* 6.

32 In mera Demùm, naturalium legitimatione, opus haùd eſſe, ut exprimatur qualitas illegitimitatis, probat, & Deciſione in cauſa Marcelli Mormilis, convallat De Marin. *in ead. Reſolut.* 150. *num.* 18. in ſpuriis verò, contrarium aſſerit *num.* 3. etenim ex adulterio,
33 inceſtu, vel ſacrilegio exprimendum eſt; an proles nata ſit.

34 Cauſam quoquè, in reſcripto exprimendam eſſe contendit D. Reg. noſter *num.* 14., quia legitimatio, abſque cauſa, fieri non poteſt. Tu tamèn in contingentia adeas Put. *in Deciſ.* 187. *lib.* 2. Fuſar. *de Subſtit. quæſt.* 408. *num.* 38. Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 43. & Tomaſ. *in adduct. tit.* 13. *cap.* 5.

35 Tandèm obſervo, ſpurium eſſe incapacem ſucceſſionis ex teſtamento, vel ab inteſtato, nec à Patre, nec à Matre, nec per Patrem conjunctis capere poteſt. Adde benè ſcribentes Peregrin. *de Jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *nu.* 32. 33. 37. & 40. Lup. *de Illegitim. com.* 1. §. 5. Craſ. *in §. inſtitutio. quæſt.* 9. & *in §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſt.* 20. Mynſing. *Obſervat.* 35. *cent.* 1. Sard. *loc. cit.* §. *De ſucceſſ. ſpur. part.* 3. Farinac. *in quæſt. Crim.* 13. *num.* 59. Covar. 2. *part. de ſponſal. cap.* 8. §. 5. & Clar. & *ibi* Addent. *in §. Teſtamentum. quæſt.* 31. *num.* 2. ſed
36 tantùm, de æquitate canonica, illi ſubminiſtranda ſunt alimenta. Covar. *loc. citat.* §. 6. *num.* 6. Gabriel. *eod. loc. tit. de Aliment. concluſ.* 1. *num.* 7. Craſſ. *in alleg. §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſt.* 2. *num.* 16. & Gaill. *in Obſervat.* 88. *num.* 4. *lib.* 2.

37 Sed aliter Aliis placuit, nempè ſpurium, inſtàr naturalis filii, ſecundùm paternam voluntatem, ſuccedere poſſe, inter quos ſunt Burſat. *in conſ.* 83. *tom.* 1. Cacheran. *in Deciſ.* 85. Clement. *de Patr. poteſtat. cap.* 6.
38 *effect.* 16. *num.* 33. Quod Matri ſuccedat, tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento, non extante legitima prole, legitur *in l. hac parte*, & *in l. ſi ſpurius. ff. Und. Cognat.* & probant De Franch. *in Deciſ.* 47. & *ibi* De Luc. *num.* 2. Paſcal. *loc. indicat. part.* 2. *cap.* 1. *nu.* 39. Tomaſ. *ubi ſup. tit.* 14. *num.* 410. Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *Reſol.* 121. & Leſſ. *de Juſtit. cap.* 19. *dub.* 6. *num.* 66.
39 *lib.* 2. Itèm illum Agnatis Patris, atquè Cognatis ſuccedere, attento teſtamento, ſunt voti Cravett. *in conſ.* 138. *num.* 11. & cæteri ex Tomaſ. allegati *in eod. tit.*
40 14. *num.* 411. Nùm verò filio legitimo, & naturali, pupillaritèr ſubſtituere poſſit? elegantèr differunt Paſcal. *adduct. loc. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 13. Gulierm. de Benedict. *in cit. cap. Raynutius. verb.* & *uxorem. nu.* 128. Craſſ. *in allegat. §. inſtitutio. quæſt.* 7. *nu.* 12. Peregrin. *in cit. tract. de Jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *nu.* 96.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLI.
### SUMMÆ.

1 *Creditor in diem, quandò, antè diem agere poſſit, ut adveniente die, debitum ſibi ſolvatur?* & *num.* 2. 3. 4. 5. 6. & 10.
7 *... rationabili accedente cauſa, à debitore fidejuſſionem petit, ut ſolutionis adveniente die, ſit ſecurus.*
8 *Maritus, Anni dilatione pendente, ad dotes reſtituendas, poteſt cogi, præſtare cautionem de ſolvendo, exacto anno.*
*Quid ſi retinens fuerit? num.* 9.
11 *Fiſcus, proptèr publicas neceſſitates, antè tempus à ſuis debitoribus exigere valet; relicto tamèn medii temporis interuſſurio,* & *num.* 12.
13 *Creditor, antè conditionis adventum, in judicio experiri poteſt, ut adveniente conditione debitum ſibi ſolvatur.*
14 *Succeſſor in Majoratu, vel Fideicommiſſo, nùm validè agat, ut declaretur, ad ipſum, poſt poſſeſſoris fatum, Majoratum, aut Fideicommiſſum ſpectare?* & *num.* 15. & 17.
16 *Judicium incertum,* & *de futuro non ſubſtinetur.*
18 *Dominium reale, in beneficium Donatarii, tranſlatum cenſetur, quanquàm uſusfructus reſervatus ſit?*
19 *Donatarius, virtute Clauſulæ conſtituti, quandò poſſidere præſumatur?* & *num.* 20.
21 *Text.* in l. quotiès 15. C. de Rei vindicat. *ponderatur. An ejus Diſpoſitio, in Contractu Feudali, Emphyteuticario, vel Locationis obtineat? num.* 22. 23. & 24.
25 Conſuetudinis Inſtrumenta donationum. *ponderatur Diſpoſitio,* & *num.* 26.
27 *Extrinſeca,* & *intrinſeca traditio, qualis, juxtà* Napodan. *mentem?*
28 *Merita, in donatione aſſerta, quandò probanda?*

29 Do-

Digitized by Google

29 *Donatarius, qui uſumfructum realitèr non obtinuit,*
*ſi antè donantis mortem decedat; rem donatam: an*
*ad hæredes tranſmittat.*
30 *Donatarius, Donatori præmoriens, an ad hæredes Do-*
*nationem tranſmittat, ſi pro illis ſtipulata non ſit?*

1 NOn adveniſſe adhùc ſolutionis diem; Creditori,
ſuum, antè promiſſum diem expetenti: validè
Debitor, quandò obicere valeat. hujus loci eſt inveſti-
gare; Ut nullo modò, quanquàm cum advenerit dies,
2 ſatisfactio ex nunc peti permiſſum ſit; authoritate *l.*
*fulcinus. §. ſi in diem. ff. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. &c.*
ſtatuunt, intèr multos Mihi, ſubciſivo tempore, cur-
3 renti quoquè calamo, hoc Die hæc adnotanti, allegati
ex Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 120. *num.* 2. Salgad. *in*
*Labyrint. credit. part.*1. *cap.*8. *num.* 25. & à Rot. Ro-
man. *in impreſſ. poſt Cenc. de Cenſib. Deciſ.*267. *nu.*3.
4 At meliùs contrariam partem defendit D. Reg. no-
ſter *hic*, & priùs probaverat *in Deciſ.*114. eiquè, præ-
tèr ex eo conducti, ſtrenuè aſſiſtunt Cenc. *eod. loc. qu.*
96. *ex nu.*13. *&* *quæſt.*98. *à num.*26. Jo:Bapt. Aſin. *in*
*tract. de Execut.* §.6. *cap.*55. *&* 56. De Marin. *ad Re-*
*verter. in Obſervat.* 577. *num.* 1. *tom.* 2. Sanfelic. *in*
*Deciſ.*310. *num.*3. *tom.*2. Nig. *in repetit. l.* 1. *num.*78.
*ff. De Reb. Credit.* Cancer. *var. reſolut. part.* 2. *cap.* 7.
*num.*41. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. tom.* 1. *cap.* 42.
*num.*27. Pellicc. *ad Conſuetud. Anverſ. cap.*9. *num.*51.
& Thor: *in Compend. Deciſ. part.* 1. *verb. agere antè*
*tempus ſolutionis*. propterea contradicentium opinio
5 admittenda eſt, quotiès creditor peteret, ut antè ad-
ventum ſolutionis promiſſæ, diem, debitum ſibi ſol-
vatur. Afflict. *in Deciſ.* 279. *in fin.* præcipuè ſi debi-
tum non eſſet certum, vel actio adhùc orta non fuiſ-
6 ſet. Prat. *lib.*2. *Diſcept.* 9. *num.* 3. & Deciſum teſtatur
D. Reg. noſter *in Deciſ.*64.
7 Poſſe verò rationabili accedente cauſa Credito-
rem, debitorem ſuum cogere, ad præſtandam cautio-
nem, ut adveniente die ſolvat, ſemèl, atquè iterùm
docuit Papin. *in l. in omnibus* 41. *ff. De Judic. & in l.*
*creditoribus* 4. *ff. De ſeparation.* & elegantèr tradunt
Fab. *De Conjectur. lib.* 15. *cap.* 2. & Salgad. *loc. allegat.*
*part.*1. *cap.*9. *num.*31. *&* 32. At quænam ſit, in ſub-
jecta materia, rationabilis occaſio, id Judicis arbitrio
remiſſum ire ſumitur ex Text. *in l. ſi fidejuſſor. §. fin. ff.*
*Qui ſatiſdar. cogant.*
8 Hinc eſt, quod pendente anni dilatione ad reſtituen-
dam dotem; maritus poſſit cogi præſtare cautionem, de
illam reſtituendo completo anno, Deciſum dicit De
Franch. *in Deciſ.* 218. & probant laudati ex D. Reg.
noſtro *in alleg. Deciſ.* 64. *num.* 4. quicquìd in contra-
rium ſcribat Acac. Ripoll. *in Reſolut.*10. *De Dot. recu-*
*perand. n.* 75. in quem noviſſimè invehitur De Luc.
*ad De Franc. in ead. Deciſ.*218. *verſ. evidentèr labitur.*
9 Imò ſi talem cautionem præſtare, renitens fuerit,
quanquàm annus adhùc elapſus non ſit, maritum
carceribus mancipari poſſe exiſtimavit Andreol. *in*
*Controverſ.* 420.
10 Quìd dicam in debitore ſuſpecto de fuga, aut ſi il-
lius patrimonium totum in ſatisfaciendo poſterioribus
creditoribus erogaretur! Pro creditore reſpondendum
dijudicat Amat. Rodriq. in *tract. de Concurſ. credit.*
*penes De Marin.tom.*3. *Alleg.*85. Galeot. *in Contr.*11. *&* 12. *tom.*2. Rovit. *in Deciſ.*65.& *ibi* Altimar.Danz. *de Pugn. Doctor.tom.*2.*tit. de Præcedentia,* & D.Rocc. *loc.allegat.* Confraternitatum,Avendan. *de Exequend. mandat.part.*1.*cap.*1.*num.*25. Guttierez *lib.*1.*quæſt. Canonic.* 35. & Cevall. *lib.* 4. *Commun. contr. Comm. quæſt.*897. *num.* 236. Canonicorum, & Parochorum. Gratian. *tom.* 2. *Diſcept.* 298. Canonicorum Regularium. Caſſan.*loc. allegat. part.*4.*Conſid.*43. *&* 54. Navar. *de Regularib.tom.*4. *ex num.*4. Fuſc. *loc.cit.num.* 66.& Rendin. *in promptuar.receptar.ſentent.tit.* 101. & Demùm intèr Religiones Caſſan. *loc. allegato Conſid.*52. Trithem. *de Vir.Illuſtr. Ordin. Sanct. Benedict. lib.*1.*cap.*3. Hieronym. Roman. *de Republ. Chriſt. lib.* 6. *cap.*8. Ricc. *in Reſol.* 103. Put. *in Deciſ.* 172. *lib.* 3. Campanil. *in Diverſor. jur. Canonic. Rub.* 12. & Bovadill. *Politic. tom.*1. *lib.*2. *cap.* 18.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLV.

### *SUMMÆ.*

1 *Notatur* Gizz.
2 D. Regens noſter, *ex* Regente Sanfelicio *declaratur.*
3 D. Joannes Baptiſta de Bonis *laudatur.*
4 *Magnus Admiratus maris: in Regno in certas perſonas, Juriſdictionem cum clauſula abdicativa fruitur, quo ad omnes.*
5 *Magna Curia Vicariæ, de Cauſis Magni maris Admirati ſubditorum non cognoſcit.*
6 *Juriſdictione privativa in certas perſonas conceſſa, adimitur ab aliis Judicibus, in illorum cauſis Juriſdictio.*
7 *Juriſdictio, cum clauſula abdicativa conceſſa, improrogabilis eſt. contrà* Prat.
8 *Clericus, Judicis non ſui, Juriſdictionem prorogare non valet.*
9 *Baro habens privativam Juriſdictionem, quo ad alios, cognoſcit de delicto vaſalli, extrà territorium commiſſo. Cum* Deciſ. Noviſſ. *num.* 14. 15. 16. 17. 18. *&* 20.
*Ampliatur num.*10. *Rejectis* Novar. Rovit. & Tapp. *num.*11. 12. *&* 13.
19 Ill. D. Januarii de Philippo *laudes.*
21 *Remiſſio cauſæ, quandò poſt ſententiam concedatur? Retunditur* D. Reg. noſter, *& num.*22. *&* 23.
*Quid ſi reus ad triremes tranſmiſſus, in ſententiæ executionem reperiatur? num.*26. *cum* Deciſ.Noviſſ. *num.*27.
24 *Executio ſententiæ; Barone remiſſione petente; in reum retardatur.*
25 *Barones, habere Juriſdictionem privativè quo ad Regem, cenſentur.*
28 *Regii Conſiliarii* D. D. Antonii Urſini de Silva *laudes emeritæ.*
29 *Spectabilis Regens* D. Stephanus Carrillo y Salzedo *laudibus extollitur.*
30 D. Regentis noſtri *objectum de revocatione, vel moderatione ſententiæ ex Judice inferiore, reſolvitur, & num.*32.
31 *Curia Admiratiæ eſt coequalis M.C.V.*
33 Pragm. 5. & 7. Ubi De Delict. quis convenir. deb. *diſpoſitio, quibus caſibus adaptetur.*
34 *Publicus latro, quis dicatur? Adversùs* D. Merlin. *num.*35. & D. Reg. noſter *declaratur.*
36 *Officium Magni Admirati neceſſarium oſtenditur, & quibus verſetur? num.* 38. *In Regno maxima extimatione habitum. num.*37.
*& in unum ex ſeptem Regni Officiis collatum.*
39 *A Decretis Curiæ Magnæ Admiratiæ, appellatur ad S. R. C. in cujus aula Judex illius ſedet, ſicùt in Cappella.*
40 *Curia Admiratia, quæ delicta componere valeat?*
41 *Bona naufragantium, quandò ad Magnum Admiratum pertineant?*

1 HAnc Deciſionem ſcribit Gizz. eſſe ità benè diſcuſſam, ut nulla indigeat additione. Ego
verò obſervo locum D. Regentis noſtri indeciſum, *ut*
*in verſic. & ſic facta relatione.* patet, & Declaratio-
2 ne, ex Regente Sanfelicio, tradita, opus habere *in*
*Deciſ. ultim. tom.* 3. concordant verò articulum remiſſionis ad Curiam Magni Admirati, in Collaterali Conſilio fuiſſe tractatum, dùm delinquentes erant in itinere, pro exequenda ſententia, & eorum detentio poterat verti in perniciem animarum, imò nèc Magnus Admiratus adhùc formitèr cauſæ remiſſionem petierat; proindè abſquè Decreto per D. Proregem fuiſſe ordinatam ſententiæ executionem, citrà præjudicium privilegiorum Curiæ Admiratiæ: nè id in exemplum in poſterum traheretur. Subditquè idèm Sanfelicius *num.*75. quod cum paulò poſt in manibus Curiæ incideret Laurentius Florentinus Nauta, unus ex ſociis ejuſdèm criminis, per Regium Collaterale Conſilium fuiſſe demandatum Curiæ Admiratiæ tradi, ex qua, accedente D. Proregis delegatione, morti traditus extitit more germanico, & memi-
3 nit noviſſimè D. Joannes Baptiſta de Bonis facundus,
veridicus, & doctus noſtrorum ſubſelliorum Advocatus, in Allegatione quadàm impreſſa apud De Luc.
*in Obſervat. ad De Franch.*722. *num.* 16.
4 Tradidi locum iſtum declaratione indigere, etenìm
ambigi minimè poteſt, quìn Magnus Admiratus privativam Juriſdictionem quo ad omnes habeat, in certas perſonas deſcriptas ex D. Regent. noſtro *num.* 3. Patin. *in Pragm.* 11. *de Militib. num.* 25. *penès Rovit. ad Pragm.Regn.impreſſ.* Prat. *in Reſp.*42. & à D.Conſil. Rocc. *in tract. de Offic. Rubric.* 16. *De Offic. Præ-*
5 *fect. Claſſ. num.* 2. *&* 16. propterea cum is certus Ju-
dex ſit, certis perſonis deputatus, ad Text. *in l.nec quicquam* 9.*ff.De Offic.proconſul.*& elegantèr intèr multos probant Jacob.Menoch.*De Præſumpt.lib.*2.*Præſumpt.* 18.*nu.*17. Joan.Garſ.*De Nobilit.Gloſſ.*1.*nu.*5.*verſ. itèm facit.*De Afflict. *in Deciſ.* 41. *num.* 2. & dixerat priùs
Felin. *in cap. paſtoralis.* 11. *De Offic. Delegat. num.* 2.
6 *verſ. limita quintò.* quià ex ea conceſſione, aliis Ju-
dicibus adimitur Juriſdictio.Maxill. *ad Conſuetud.Barenſ. Tit. de Immunit. noſtr.Civitat. in Conſuetud.ne-*
7 *què à Comitibus. ex num.*11. adèout ſubditus ille, vir-
tute clauſulæ abdicativæ, ad ſimilitudinem Clerici,
8 alterius Judicis Juriſdictionem prorogare non valeat,
ad tradita per D. Regentem noſtrum *num.* 8. & ultrà ex eo congeſti advertunt Gloſſ. *in cap. ſtatutum.verb. committatur, & in cap. diſpendia verb. proceſſus. De Reſcript. in* 6. Bald. *in l.non dubium. ff.* De Legib. *col.*10. Geminian. *in cap. cum beneficio.de Præbend.in* 6. Capyc. *in Deciſ.* 122. *num.*6. Afflict., & Urſill. *in Deciſ.*133. idèm Afflict. *in Conſtit. pœnam eorum.* Caravit. *in Rit.* 65. Ann. *in ſingular.* 56. & Sanfelic. *in citat. Deciſ. ultim. num.* 60. quicquìd Prat. *in adducto loc.* involvat, & in Clerico legantur. Mart. *de Juriſdict. part.*4. *caſ.* 102. *num.* 6. *pagin.* 187. Carleval. *de Judic. Diſput.*2. *quæſt.*8. *ſect.* 3. *num.* 1120. & Caſar. *in quæſt.peregrin.*15.*num.*17.34. *&* 35. *& quæſt.* 26. *num.* 3.
9 Quod in Baronibus Regni habentibus Feudi conceſ-
ſionem, cum eadèm clauſula abdicativa, quanquàm Vaſallus intùs Nobiliſſimam hanc Civitatem deliquiſſet, examuſsìm tradunt Ann. *in Conſ.*107. *num.* 14. *&* 15. Merlin. *in Controv.*72. *num.*5. *cent.*2.Petr. Foller. qui ſic Deciſum refert *in prax. part.*1. *ſecund. part. Rubr. Et audiantur excuſatores. num.* 139. *cum ſeq.*

Digitized by Google

ſeq. De Franch. in Deciſ. 458. num. 3. Jul.Cæſar Minad. in Deciſ. 58. Marcian. in Conſ. 58. num. 3. lib.1. & elegantèr Marin. Frecc. de Subfeud. lib. 2. aut. 2.
10 num.21. etiamsì expreſſis verbis; in eodèm conceſſionis privilegio, clauſula de cognoſcendis delictis, extrà territorium commiſſis non legatur. De Franch. in Deciſ.66. Rot. Luccenſ. in Deciſ. 41. num. 56. Antonin. Theſaur. in Deciſ.90. Sanfelic. in Deciſ. 68. & 138. & Didac.Covar. pract. quæſt. cap.11. num.6.
11 Non latet Nos in contrarium vergere Novar. in Collect. ad Pragm.2. num.31. tit. ubi de Delict. quis convenir. deb. atque Rovit. in Deciſ.11. num.14. occaſio-
12 ne reverentiæ Proregi debitæ; vel quià facili negotio delictum remaneret impunitum, juxtà ſenſum Tapp. in tom.3. Jur.Regn.tit.ubi De Crimin.agi oport. num. 20. At priorem ſententiam in Senatu ſequendam eſſe contendimus: cum Baro virtute conceſſæ Juriſdictionis in Vaſallos, cum clauſula abdicativa, privativè quo ad alios cognoſcat de illorum cauſis, & boni Principis eſt, ut quiſquè ſuo fruatur jure. Nec
13 eſt curandum De Tapp. cum lex adaptetur ad ea, quæ frequentiùs accidunt, & inconveniens, argumentum non ſolvat. ac in dies cernitur cauſas reorum ad Curias Artis lanæ, ſerici, Magni Admirati, & ſimilium, ex Regio Collaterali Conſilio, Sacro Regio Conſilio Sanctæ Claræ, & M. C. V. remiſſas, & intèr multas memoro à Collaterali Conſilio cau-
14 ſam Auguſtini N. & Dominici N. inquiſitorum de furto commiſſo intùs hanc Civitatem, in fundaco Stephani Porpora, remiſſam ad Curiam Artis lanæ, ut in proceſſu apùd Camillum Ruſſum, ejuſdem artis Actuarium patet, & relegenda ſunt poſita per Caracciol. De For. Privileg. remiſ. quæſt. 26. num. 14. Taſſon. ad Pragm.De Anteſat. Obſervat.3. verſ.3. Del Caſtill. in Deciſ. Sicil. 248. & Hælis. Danz. De Pugn. Doctor. tom.1. Tit. de Remiſſ. cauſar. cap.4.
15 Necnon idèm in cauſis Vaſallorum, pro delictis intùs hanc Civitatem commiſſis, pro remiſſione judicatum, ſtante clauſula abdicativa, indicant Taſſon. in alleg. verſ.3. Obſerv.4. num. 66. Sanfelic. in Deciſ. 73. lib.1. Thor. in Compend. Deciſ. part. 3. ſect. 3. pag. 146. Marcian. loc. indicat. & Merlin. tom.1. Controv. 100. verſ. tandèm dicebat. & ità Die 19. Octobris..
16 fuit Deciſum in Cauſa Anelli Baſile de Caſali Miani inquiſiti, & carceribus mancipati in M.C.V. De raptu mulieris conjugatæ, & aliis extrà territorium commiſſis. Acta ſunt in Banca De Ferrario, apùd Scribam Gargano. Ac paritèr Deciſum legitur Die 21. Januarii
17 1672. in cauſa Andreæ Galterii ejuſdèm Caſalis inquiſiti, & vinculis detenti pro delictis commiſſis extrà territorium, in proceſſu penès actuarium Tribunalis Campaneæ, Atquè iterùm idèm Deciſum Die 16. Februarii ejuſdèm Anni in cauſa Franciſci Ruſſi in M.
18 C. V. inquiſiti, & carcerati pro furto extrà territorium commiſſo, ut eſt videre in proceſſu in Banca Panzeræ, penès Scribam Papa. Et tandèm idèm ob-
19 tinuit, pro Ill. Marchione Miani, D. Januario de Philippo viro omni eruditione præſtantiſſimo Die 20. Octobris 1673. in cauſa Anelli Baſile, & Franciſci
20 Mango inquiſiti atquè in M. C. V. vinculis obſtricti pro delictis extrà territorium commiſſis, acta ſunt in Banca de Ferrario, penès Garganum.
21 Indè ſalva D.Regentis noſtri reverentia, in hac contingentia facti, vis haùd erat facienda pro cauſæ remiſſione deneganda, quod jàm ſententia prolata fuerat, ut num. 10. quemadmodùm ſatis ſatiſque erat eandem exequutioni demandatam non fuiſſe, dùm etsì nonnulli indubium pronunciare audeant; prola-
22 ta ſententia, fori declinatoriæ locum non fieri; procùl dubii eſt quìn idem Doctorum placitum non proce-
23 dat, quotiès Juriſdictio, cujus vigore cauſæ remiſſio petitur, improrogabilis eſt, quo caſu Judicis incompetentiam opponi poſſe, etiàm poſt tres ſententias conformes, decidunt Anaſtaſ. Germon. De Sacror. Immunit. lib.3. cap.15. num.50. cum ſequent. Camill. la Rath. in conſ.61. num.13. Grammat. in Deciſ.61. ex
24 num.18. & eandèm oppoſitionem, illarum executionem retardare, placuit ex D. Regent. noſtro allegatis num. 13. quibus ſubnectimus laudati per Carleval. loc. deſupèr adduct. lib.1. tit.1. Diſput.2. quæſt.8. ſect. 2. num. 1059. Franc. Severin. in Reſol. 9. impreſſ. poſt 2. libr. quæſt. forenſ. Novar. Marott. tom.1. Diſcept.7. num. 20. De Marin. lib. 1. Reſolut. 34. & ibi Rodoer. num.6. & 10. quod jam probaverat Andr.de Iſern. in repetit. cap. imperialem. §. prætereà. num. 79. tit. de
25 Prohibit. Feud. alienat. per Federic. Feudatarii: namquè cenſentur habere Juriſdictionem privativè quoad Regem. Theſaur. in Deciſ. 266. num. 4., & ſic Vaſallus, Barone inſcio, à quocumque Judice condemnatus, ab incompetenti id proceſſiſſe dicitur, quià in litigantis facultate non eſt; Baronem exercitio ſuæ Juriſdictionis privare, proindè habendum eſt, ac ſi ſententia lata non fuiſſet.
26 Traditum propterea aptè De Marin. extendit, quanquàm Vaſallus in ſententiæ executionem ad triremes transmiſſus reperiretur, nàm licèt per transmiſſionem res integra reſpectu Vaſalli dici non poſſit, benè tamèn reſpectu Baronis, in reſiduo temporis, & ſic in actu ſucceſſivo, in quo actus conſumatus non eſt; intantùm quod cum executio in tempore reiterationem recipiat, Baro eſt conſulendus in reſiduo, & ſic de praxi noſtrorum Tribunalium conductis Rovit. Tapp. & Viſcont. teſtatur num. 4. atquè etiam Dan-
27 za apud. Sarn. in prax. Crimin. part.1. cap. 23. pagin. 182. Et ità obtinui pro Duciſſa Sancti Pauli petente remiſſionem cauſæ Franciſci de Errico ſui Vaſalli ad
28 Regias triremes, Decreto D. D. Antonii Urſini de Silva, tùnc vigilantiſſimi Commiſſarii Campaneæ, modò in S. R. C. Sanctæ Claræ meritiſſimi Senatoris, & majora merentis, transmiſſo: etenìm remiſſo ſupplici libello ab Excellentia Regni ſupèr remiſſione porrecto; Spectabili D. Regenti D. Stephano Carrillo
29 y Salzedo ſapientiſſimo J. C. & omni ex parte abſolutiſſimo; articulo plenè diſcuſſo pro remiſſione fuit judicatum, ut patet in proceſſu apud Leonardum de Vivo.
30 Occurritur quoquè D.Regentis noſtri conſiderationi num.10. contingere poſſe revocationem, vel ſententiæ ex Judice ſuperiori latæ, moderationem, ab inferiore. Tùm quia Curia Magni Admirati non eſt in-
31 ferior tribunali Auditoris exercitus, ſed coequalis M.C.V. teſtibus Rovit. in Pragm.1. num.3. de Titulor. abuſ. Gizzarell. in Deciſ. 76. Sanfelic. in cit. Deciſ. ultim. num.64. & Conſil. Petr. in Rit.1. num.28. Tùm etiam quia excogitatum inconveniens, aptum
32 non habet fundamentum, cum à futuro dependat eventu, pro adimenda de præſenti juriſdictione domino, De Marin. loc. indicat. num.6. Rodoer. à num.13. & Danz. apud Sarn. in cit. loc.
33 Tandèm nec in præſenti Deciſionis ſpecie, applicanda venit diſpoſitio Pragm. 5. & 7. Ubi De Delict. agi aport. quibus cavetur publicos latrones, publicarumque viarum diſrobatores, à quolibèt officiali, illos capienti, puniri poſſe, in furto in mare etiàm commiſſo, interpretatum ex D. Reg. noſtro nu. 16. Cum
34 ille publicus dicatur fur, qui in viis publicis pluriès depredatus fuit l. capitulum §. graſſatores. ff. de Pœn. Capiblanc. de Baronib. tom.2. pragm.8. cap. 52. nu.2. & perbellè Gaſp. Theſaur. in quæſt. 80. quibus etsì reſiſtere videatur Merlin. in cit. cent.1. Controv. 17.
35 ſcribens in Regno neceſſaria frequentia ex §. graſſatores. requiſita, opus non eſſe. Contrariùm veriùs, quia per unicum actum, quis publicus latrus dici non poteſt, atquè adeò pro remiſſione cauſæ ad Baronem

ronem

Digitized by Google

ſonem concludit De Luc. *ad De Franch. in Obſerv.* 142. *num.* 2. & ſic intelligendus eſt D. Reg. noſter *hic num.*17.

36 Expleta eſt hujus loci declaratio, modò ad materiæ ornatum libeat aliqua extrà ordinem adnectere. Officium Magni Admirati maris omni ævo neceſſarium, oſtendit Tarcagnot. *de ſit. Neap. lib.*1. *pag.* 20. *&* 21. à Pollicrate adinventum, ſi credimus Surgent. *lib.*2. *De Neap. Illuſtr. cap.* 26. *num.* 30. in Regno no-
37 ſtro, maxima extimatione habitum, & in unum ex ſeptem Regni officiis erectum, Rovit. *in adduct. loc.* & latiùs Frecc. *loc. cit. lib.*1. *tit. de Offic. Magn. Ad-*
38 *mirati.* ejus Tribunal, quibus verſetur? dant Gallup. *in prax. part.*2. *cap.* 6. *num.* 71. De Pont. *de Poteſtat. Proreg. tit.*10. §. *De Portu.* Nig. *in cap. Reg.* 79. *ex n.* 1. Capiblanc. *loc. cit. cap.* 37. *num.* 11. Grammat. *in conſ. civil.* 108. & Conſtant. *in l.*1. *ex num.* 72. *C. de*
39 *Claſſ. lib.* 11. Appellatur ab ejus Decretis ad S. R. C. De Pont. *in Deciſ. Collat.*13. Conſil. Petr. *loc. alleg. nu.* 28. in cujus Aula Judex Curiæ Magni Admirati ſedet. Surg. *loc. cit.* & paritèr in Regia Cappella, Frecc. *loc. cit. lib.*3. *pagin.*422. *num.* 23. Taſſon. *loc. cit. verſ.* 3. *Obſerv.* 3. *à num.* 223. & De Luc. *in adduct. Obſerv.*
40 722. *num.* 19. habetquè jus componendi omnia delicta, prætèr Crimen raptus, & oſculi violenti, Altimar. *ad Rovit. in conſ.*48. *lib.* 3. Ad Admiratum bo-
41 na naufragantium pertinere, quorum ignorantur Domini, tradit Rocc. *loc. cit. tit. De Bon. Naufr.* §. 1. *num.*26. *&* 45. & De Marin. *ad Revert. in Obſervat. ad Deciſ.* 7. *& in Obſerv.*521. dixit illa Regi pertinere ſi hoſtium ſint.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLVI.

### *SUMMÆ.*

1 Rovit. & Marcian. *in ſpecie præſentis* Deciſionis *depugnant.*
2 Sanfelic., Arias de Meſa, Prat. & Altimar. *memorant* Deciſionem.
3 *Inſinuatio, jure Quiritum attento, in Donatione, ſolidorum quincentum, excedente requiritur.*
*Quam, in Regno, eſſe antiquatam oſtenditur. num.*4.
*Comprobatur* D. Reg. noſter.
5 *Inſinuationem: in Donatione, eſſe juris ſollemnitatem prorsùs reſpuendam; qui dixerint?*
6 *Ceſſio, quæ ex cauſa donationis fit, inſinuatione opus habet.*
7 *Inſinuanda: nùm ſit Donatio, ex dotis cauſa facta?* De Amat. *ſtat contrà* Matut. de Azeved.
8 *Inſinuationem: an Donatio piæ cauſæ favore, neceſſe habeat? Adducitur ſententia* Fabr. *& aliorum, quos* Bocer. & Soccin. *reſtringunt. num.*9.
10 *Inſinuatio, in Donatione remuneratoria, non obtinet.*
11 *Juramentum, nùm inſinuationis defectum ſuppleat?*
12 *Inſinuatio, per temporis lapſum, interveniſſe præſumitur.*
13 *Inſinuationi, cum juramento, renunciari poteſt.*
14 *Pactum de non contraveniendo, Donationi appoſitum: an inſinuationis renunciatio operetur?*
15 *Creditor, ex cauſa oneroſa, poſterior, an creditori anteriori, ex cauſa lucrativa, præferatur?*
*Pro creditoribus adducitur opinio ajens. num.*16.
*Creditores, ex cauſa lucrativa, defendunt adducti. num.*18.
*Refertur media* Mercurial. Merlin. *ſententia. nu.*17.
*Opinio* D. Joan. Bapt. Mucci *traditur num.*20.
19 D. Joan. Bapt. Mucci *laudatur.*
21 L. *intèr* eos. ff. De Re Judicat. *ponitur diſpoſitio.*
*Comprobatur* Gizz. ex De Marin. *ſed reiicitur à* Molin. Cyriac. & aliis. *num.*25.
22 *Donatio abſenti facta, nùm antè donatarii acceptationem, revocari poſſit? & num.*26.
*Quid ſi Notarius pro abſente acceptatus fuiſſet? num.* 23. *&* 27.
24 .... *donantis, & Donatarii conſenſum expoſcit.*
28 .... *abſenti facta, antè acceptationem, facto revocari poteſt.*

1 DEpugnant ſingulari certamine de veritate, ſupèr præſenti Deciſionis ſpecie, duo Commilitones Rovit. unus, Advocatorum ſupplens defectum *in Deciſ.*48. Alter Marcian. *tom.* 2. *ex Diſcept.* 51. *ad* 56. determinationem verò memorant Sanfelic. *in*
2 *prax. ſect.* 27. tranſcribendo Reſponſum Marcian. *à nu.* 28. Arias De Meſa *in lib.*3. *Reſol.* 50. Prat. *ad Paſcal. de Virib. Patr. poteſtat. part.*2. *cap.*9. *verſ. ad nu.* 44. & noviſſimè D. Altimar. collega meus doctiſſimus *in Obſerv. ad citat. Rovit. Deciſ.*48.

3 In primis; quod & abſquè controverſia concluderunt Judicantes; Obſervo inſinuationem attento Quiritum jure in Donatione quincentum ſolidorum excedente, neceſſariam ſtante Text. *in l. ſancimus, & l. penult.* §. *fin. C. De Donat.* qua de re latè penès Hermoſill. *in l.* 9. *Gloſ.*1. *nu.*27. *& gloſ.*15. *tit.*4. *part.* 5. *nu.*1. Rot. Roman. *in Deciſ.*44. *num.*9. *in impreſſ. poſt Rodriq. de Concurſ. credit.* Camill. Borrell. *in ſumm. Deciſ. tom.* 3. *tit.*11. Rot. Roman. *poſt Merlin. De Legit. in Deciſ.* 149. *& poſt tract. de Pignorib. in Deciſ.*100. Treutler. *vol.*2. *Diſput.*19. *th.*6. *ad liter.*F. Joan. Petr. Fontanell. *clauſ.*4. *gloſ.* 29. *De Pact. nupt.* Petr. Nicol. Mozz. *in tract. De Donat. tit. de ſubſt. ſe quæ requiſ. in Donat.* Vincent. Bond. *in Collect.*8. *ex nu.* 39. Bocer. *in Comment. De Donat. cap.* 3. Olea *De Ceſſion. jur. tit.* 8. *quæſt.*1. *num.*15. & Urceol. *tom.*1. *Conſult.*48. in Re-
4 gno eſſe antiquatam: quià proceditur in eo ſola facti veritate inſpecta, & concordant cum D. Reg. noſtro, Prat. *in adduct. loc. part.* 1. *cap.* 4. *verſ. & quoniam. ac verſ. undè ex preexaratis.*, & Cenſal. *ad Peregrin. in tract. de Fideicom. art.*42. *pagin. mihi* 442. *verſic. quar-*
5 *ta fit concluſio.* eſſequè illam, quamdàm juris ſubtilitatem prorsùs reſpuendam, ſunt voti Carol. de Graſſalis *De Regal. Regn. Franc. jur.* 7. *cart.* 4. *tit. verſ. hinc eſt,* & Prat. *loc. nupèr alleg.*

6 Indè obſerva in locis, quibus Conſuetudo inſinuandi donationem viget, ceſſionem, quæ ex cauſa donationis fit; inſinuationem indigere. Rebuff. *De Donat. inſinuand. art.*1. *gloſ.*1. *nu.* 7. *tom.*2. Gallerat. *De Renunc. lib.*1. *cap.*4. *nu.*107. Mart. *in comp. Deciſ. tom.* 3. *verb. inſinuatio. cap.*14. Covar. *lib.*2. *Reſol.*4. *num.* 8. Tepat. *var. tit.*495. *cap.*6. *verſ. inſinuatio.* Tondut. *in Reſol. Civil. cap.*57. *ex num.*13. & Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.*324. *ex num.* 17. *ad* 28. Clar. *in* §. *Donatio. quæſt.*16. *num.*4. & Gratian. *tom.* 3. *Diſcept.* 409. *num.*19. 20. 24. *&* 25.

7 Et D. Ferdinand. Matut. De Azeved. voluit, in donatione, cauſa dotis facta; inſinuationem eſſe neceſſariam *in Diſquiſit. legal.* 15. *num.* 25. ſed contrariùm inſinuat Marc. Ant. de Amat. *in Deciſ. March.*42.

8 Cæterùm decidunt ſapientiores Interpretes, inſinuationem, de qua ſcribimus, Donationem favore piæ cauſæ geſtam non expoſcere, Anton. Fab. *in ſuo Codic. tit. De Donat. Diffin.*12. Villalob. *Commun. opinion. lit. A. num.*135. Viv. *in verb. Donatio intèr vivos. in opinion.*212. *num.* 2. *&* 78. *lib.*1. Ruin. *in conſ.* 182. *num.*13. *lib.*2. Paul. de Caſtr. *in conſ.* 212. *nu.*3. *lib.*2. Lingloiſ. *in Deciſ.*50. *quæſt.*2. *n.*4. Joan. Franc. Rip. *lib.*3. *De Donat. & grat. revoc. cap.* 11. *num.*16. Rot. Roman. *in Deciſ.*4. *num.* 15. *in impreſſ. poſt Cutell. de Donat. & part.*2. *recent. in Deciſ.*458. *num.*6. *& coram Buratt. in Deciſ.*7. *num.*9. Spino *de Teſtam. gloſſ.*12. *num.* 47. Kirco *Comm. opin. cent.*1. *concl.* 87. Surd.

Digitized by Google

Surd. de Aliment. tit. 8. privileg. 72. nu. 8. Alvar. Velaſc.
De Privileg. miſer. perſon. part. 2. quæſt. 8. à nu. 87. Craſſ.
lib. 1. comm. opin. cap. 8. quæſt. 8. Jaſ. in conſ. 169. nu. 8.
Anton. Gabriel. Comm. concl. lib. 2. tit. De Donat. Concl.
9 1. num. 28. Quod tamèn Soccin. reſtringit, ut procedat quotiès non purè, ſed ſub conditione, res donata
ad cauſam piam pervenire debet in conſ. 115. num. 6.
lib. 4. & quanquàm Bocer. in indicat. cap. 3. ex num.
24. in contrariam partem deſcendere videatur, excipit quinque caſus, quibus inſinuatio in donatione non
obtinet, & decem numerat Altimar. loc. cit. num. 2.
verſ. ad num. 2. & ſeq.
10 In donatione remuneratoria, non eſt cùr dubitem,
inſinuatione opus non eſſe, probant id ratione Curt.
jun. in conſ. 81. num. 5. Simon De Præt. in conſ. 144.
num. 31. Surd. loc. cit. num. 4. Hodiern. in l. hac edictali. quæſt. 36. nu. 2. C. de Secund. Nupt. Petr. Pech.
de Teſtam. conjug. lib. 1. cap. 7. num. 4. Bond. in adduct. Colluct. 8. à nu. 40. Poſt. in Reſol. 83. in fin. Mynſinger. in Obſerv. 75. lib. 4. Gabriel. loc. cit. ſub num.
60. Coccin. in Deciſ. 433. num. 3. & 7. Benedict. Carpzou. in Deciſ. Saxon. 124. Bocer. in allegat. loc. num.
20. Cyriac. in Controv. 128. nu. 109. Gayl. in Obſerv.
40. num. 8. lib. 2. Cujac. in lib. 29. quæſt. 4. Papin. ad
l. Aquilius. ff. de Donat. Cappell. Tholoſ. in Deciſ. 381.
Chriſtoph. Torniol. in conſ. 86. num. 13. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 308. num. 93. Cenſal. ubi ſup. verſ. &
quamvis. Reg. Rovit. & Rot. Roman. in impreſſ. poſt
Merlin. de Legit. in Deciſ. 149. num. 24.
11 Inſupèr ſtatuunt nonnulli, inſinuationis defectum,
ex juramento ſuppleri, intèr quos ſunt Riminald. Inſtit. de Donat. §. 1. num. 1336. Cancer. part. 1. Reſol. 8.
De Donat. num. 5. 6. & 7. Gayll. Obſerv. 39. num. 11.
Bocer. loc. cit. num. 8. Fachin. in Controv. 83. lib. 3 &
in Controv. 48. lib. 12. Treutler. loc. cit. Mozz. ubi ſup.
num. 20. Cardin. De Lug. De Juſtit. tom. 2. Diſput. 23.
ſect. 10. num. 155. alios allegat Urceol. in cit. Conſult.
48. num. 12. qui num. 12. id non procedere aſſerit,
quotiès in Statuti executionem, inſinuanda veniret
12 donatio. Ob lapſum temporis inſinuationem interveniſſe præſumi voluit Anſald. in tract. de Juriſd. tit.
unic. cap. 4. Inſinuationi cum juramento à contrahen-
13 tibus renunciari poſſe, tradunt Cravet. in conſ. 118.
Pariſ. in conſ. 26. num. 60. lib. 3. Decian. in conſ. 314.
num. 14. Gratian. Diſcept. 531. num. 33. & adversùs
Rovit. in loc. allegat. num. 9. ſcribit Cenſal. indicat.
14 loc. verſ. & quamvis. Nùm demùm idèm operetur
pactum de non contraveniendo, videſis Capyc. in Deciſ. 159. num. 21. Gratian. in allegat. loc. num. 35. Fachin. cit. Controv. 83. Jacob. Cancer. adduct. loc. &
Hermoſill. in alleg. Gloſſ. 15. num. 14.
15 Nunc venio ad ſecundam Deciſionis partem. Creditores ex cauſa oneroſa, in bonis communis debitoris, an præferantur creditoribus ex cauſa Lucrativa?
16 Præferri ſtatuunt; prætèr ex D. Regente noſtro allegatos nu. 50. Cevall. commun. contr. comm. quæſt. 103.
num. 30. Gannaver. in Deciſ. 42. Noguer. in Alleg. 14.
nu. 69. Carleval de Judic. Diſput. 30. tom. 2. Rot. Roman. in Deciſ. 34. num. 4. in impreſſ. poſt Rodriq. de
Concurſ. & Alii laudati à Rovit. in appendic. ad cit.
Deciſ. 48. Prat. loc. cit. verſ. ad num. 44. Olea ubi ſup.
num. 27. & à Barbat. de Aſſiſt. gloſſ. 7. ex num. 19. edit. 2.
17 Diſtinguit Mercurial. Merlin. à Donatario ſolam
actionem perſonalem habente, Donatarium habentem actionem hypothecariam, & primo caſu cauſam
oneroſam præferendam eſſe concludit; ſecundo verò
tempus contractus attendendum eſſe, niſi donatio, vel
in creditorum fraudem proceſſerit, vel de tempore
conſtitutæ hypothecæ eſſet imperfecta in tract. de pignorib. lib. 4. tit. 1. quæſt. 25. & in idem veniunt Acoſt.
De Privileg. credit. regul. 1. ampliat. 4. ex num. 30. &
regul. 3. ampl. 25. ex num. 73. Pichard. in §. quædam

actiones nu. 70. Inſtit. De Action. & noviſſimè Altim.
loc. allegat. verſ. quam concluſionem.
18 Pro Donatario tamèn indiſtinctè faciunt poſita, ultrà penès allegatos à D. Reg. noſtro num. 56. apùd Cabal. part. 2. conſ. 26. Covar. lib. 1. var. cap. 26. Murit.
Apicell. in Addit. ad Patrem in Tutamin. pauper. tit.
de Dilat. quinquen. nu. 171. Gait. in append. ad Tract.
de Credit. part. 4. quæſt. 11. ex num. 1235. Staiban. in
Reſol. 102. tom. 2. & penès Urceol. in Conſult. 16. ex
num. 33.
19 At D. Joan. Bapt. Mucci Juris Conſultus apprimè
doctus, re in ſtatera appenſa, pro creditoribus con-
20 cludit in quæſt. 31. id ſibi ſuadens. Tex. in l. inter eos
19. ff. de re judicat. ibi: is quoquè ex cauſa donationis
convenitur, in quantum facere poteſt condemnatur,
& quidem is ſolus deducto ære alieno. inde ſi æs alienum deducendum eſt. De Pont. De Poteſt. Proreg. tit.
5. num. 23. ſequitur creditores poſteriores ex cauſa oneroſa præferendos eſſe Donatariis quanquam anterioribus, & ità per Rotam Romanam determinatum
legitur in cit. Deciſ. 34. num. 4. poſt Rodriq. Contrariis tandèm Occurrit idem D. Mucci.
21 Deniquè de illo aliquantiſpèr inveſtigandum,
Abſenti, an quæratur actio ex Donatione ad intelligentiam l. quotiès. C. de Donation. quæ ſub modo? Gizz. immoratus hìc aliquantulùm ſupèr eo,
ſequutus in omnibus Arias De Meſa in cit. Reſol.
50. & immemor Regentis De Marin. tom. 2. Reſolut.
89. num. 18. & 19. Negativam probavit opinionem
num. 2. ſupèr quo relegendi ſunt Hartam. Piſtor. lib. 4.
Reſol. 3. num. 12. & Mozz. in adduct. tit. de ſubſtantia-
22 lib. num. 23. & exindè antè donatarii acceptationem,
donationem revocari poſſe contendunt pleno calamo
à Nobis allegati in Obſervat. 2. num. 17. quibus modò
ſubnectimus De Franch. in Deciſ. 339. ſub num. 3.
Fab. in Codic. tit. de Revocand. donat. Diffin. 19. Sanfelic. in Deciſ. 192. num. 2. Hodiern. in Controv. 29. ex
num. 1. quia donatarii acceptationem omnimodò, ut
23 ſubſtineatur expoſcit, haùd refragante quod à Notario acceptata ſit pro abſente. Molin. de Rit. nupt. lib. 3.
cap. 8. Gabriel. loc. cit. lib. 3 tit. de Verbor. Obligat. concluſ. 1. nu. 100. Montan. de Regal. tit. De Regal. Offic.
nu. 37. verſ. etsi notarius. Jacob. Anton. Mart. in conſ. 73.
Molteſ. ad Conſuet. part. 1. tit. de renunc. quæſt. 4. nu. 14.
Joan. Deckher. in lib. 1. Diſſert. 4. num. 31. Cancer. lib.
1. var. cap. 8. num. 40. Reverter. & ibi De Marin. in
24 Deciſ. 3. etenim Donatio utriuſque Donantis ſcilicèt,
at Donatarii conſenſum expoſcit Valenz. in Conſil. 63.
vol. 1. num. 8. Petr. Gregor. Syntagm. jur. lib. 28. cap.
13. num. 1. Fachin. lib. 5. Controv. 32. liter. D. & Capon. in tract. De Pact. quæſt. 54. num. 24. & 31.
25 At in Gizzii placitum iverunt non modicæ authoritatis viri, intèr quos ſunt Molin. de Primogen. lib.
4. cap. 2. ex num. 63. Cyriac. lib. 2. Controv. 322. Hermoſil. in l. 4. tit. 4. part. 5. gloſſ. 1. num. 9. & 24. Sigiſmund. Scacc. de Commerc. & camb. §. 2. gloſ. 7. ex
num. 12. Joan. Dominic. Gait. in tract. De Credit. in
append. 4. part. ex num. 376. ad 428. Thor. in Compend. Deciſ. vot. 97. ex num. 150. Cevall. comm. contr.
comm. quæſt. 14. & 55. & Hodiern. ad Surd. qui innumeros alios colligit in Obſervat. ad Deciſionem 111.
num. 3. & quanquàm non deſint, qui antè donatarii
26 acceptationem, donationis revocationem contendant,
quos numeravimus in indicat. Obſervat. 2. num. 19.
tamèn admiſſa fortaſsè contraria opinione, in quæ-
27 ſtionem deduci haùd poteſt, ex Notarii ſtipulatione,
ſinè ceſſione donatario utilem acquiri actionem. Tiraquell. teſte de Conſtit. part. 3. limit. 30. & accinunt
Peguer. in Deciſ. 48. num. 11. & Anchar. in quæſt. fam.
23. eſſe communem opinionem, & in judicando amplexatam oſtendit Fab. Turret. in conſ. 60. vol. 2., &
ſic Deciſum refert Put. part. 2. Deciſ. 22. à num. 6.
Sed ad rem legantur nè plus, ultrà inſtitutum ordinem



Digitized by Google

nem te detineam, Antonin. De Amat. *var.reſolut.cap.* 30. *num.*6. Prat. *tom.*2. *Controv.*4. *num.*23. Addit. ad Molin. *de Primogen. in cit. loc. ex num.*67. *ad* 70. Alvar. Velaſc. *in Conſult.* 194. Seraphin. *in Deciſ.* 472. *lib.*1. Carol. Ruin. *in conſ.*126. *vol.*1. Joan. Petr. Surd. *in Deciſ.* 206. Villalob. *in Antynom. Jur. Lit. D. ex num.* 173. Monteroſ. *in ſua pract. tract.* 7. *pagin.* 115. Larr. *in Deciſ.* 91. *tom.* 2. Fab. *Decad.* 7. *De Errorib. Pragm. error.* 2. Noguerol. *in Allegat.* 22. Gomeſ. *in Reſol.* 11. Mierez *de Major. quæſt.* 24. *ex num.* 22. &
28 De Luc. ad De Franch. *in citat.Deciſ.* 339. Facto tamèn, antè acceptationem, Donationem revocari poſſe, dixit D. Reg. noſter *in Conſult.*137. *num.*20. *tom.*2. & ex Garſ. Maſtrill. *in Deciſ.* 211. cum aliquibus reſtrictionibus admittit Hodiern. *in cit. Obſerv.* 111. *num.*9.

# O B S E R V A T I O

## IN DECISIONE CLVII.

### S V M M Æ.

1 *Nè oculos ad ea, quæ intùs ſunt iniiciantur, monuit* Plutarc.
2 *Oculus dicitur magna manus.*
3 *Pedes, vel Oculi in alieno inferre; idem eſt.*
4 *Feneſtras, & pavimenta aſpectum habentia ad Monaſteria Monialium, quanquàm via publica intermedia ſit, hoc in Regno prohibentur. exornatur* Pragm. 2. de Monial.
*Quìd in habentibus proſpectum ad Campanile, Dormitorium, Chorum, vel Viridarium? num.* 5.
*Nùm ea Diſpoſitio, juri communi, ſit conformè, adducitur placitum* Reg. Rovit. ex D. Reg. noſtro *ſequutum num.*6. à Marott. *impugnatum*, ex Molfeſ. *defenſum. num.*7.
8 *Vicinus cogi poteſt ad vendendam ſervitutem, nè Monaſterio novum opus officiat.*
9 . . . *in Monaſterii præjudicium, parietem ultrò protendere non valet.*
10 *Laicis locari domus, Monaſteriis contiguas prohibetur.*
11 *Moniales: an cogi poſſint ad claudendas feneſtras, quibus proſpici poſſunt?* Sperell. *reiicit* Amendol.
12 Pragm. 2. de Monialib. *in Monacorum Monaſteriis adaptatur etiàm Diſpoſitio.*
13 *Diſpoſitio* adduct. Pragm. 2. de Monialib. *in quibus ædificiis obtineat?*
14 *Monacorum feneſtræ ad viam publicam aſpectum habentia, nè vicinis officiant: qualitèr permiſſa?*
15 *Vicinus pro ampliando Monaſterio, Eccleſia, ſivè ejus Clauſtro, Dormitorio, Viridario, & ſimilibus; cogitur, vendere fundum. Intellige, ut num.*18.
*Non verò illius partem, num.*16.
*Quid neceſſitate accedente? reprobatur* Giurb. *ex* De Franch. De Pont. & aliis *cum* Deciſ. noviſſ. *num.*17.
19 *Domum habens ſuprà, vel propè domum vicini, ſi aliud tollat in altum ſolarium, qualitèr feneſtras aperire valeat?*
20 Conſuet. ſi quis habet domum. *diſpoſitio: nùm procedat in illo, qui tantùm ſolarium conſtruit, vel ſolummodò altius ædificium tollit?*
*Quid in feneſtris inferioribus?* Piſanell. *retundit* Afflict. *num.*21.
22 *Feneſtræ: qualitèr in pariete communi permittantur? cum* Deciſ. noviſſ. *num.* 23.
24 *In muro, ad Domorum clauſuram deſtinato, quandò ædificare permittatur? & num.* 25.
26 *Murus, quandò ad Domorum clauſuram deſtinatus præſumatur?*
27 *Tigna, in muro ad clauſuram Monaſterii deſtinato immitti non poſſunt.*
28 *Murus ad Monaſterii clauſuram, qualis, & cùr introductus?*

1 Plutarcus *in libro, qui inſcribitur de Curioſitate*, nè oculos ad ea, quæ intùs ſunt iniiciantur mo-
2 nuit, etenìm oculus; Jaboleno teſte *in l. pecuniam* 79. *ff. de ſolut.* longa manus dicitur, & pedes vel oculos
3 in alieno inferre, purificari oſtendit Connan. *in lib.*4. *Comment. cap.*10. *num.*13. Prudentèr ergò, lege mu-
4 nicipali, hoc in Regno cautum eſt; feneſtras, & pavimenta ſuperiora, aſpectum habentia ad Monialium Monaſteria, quanquàm publica via intermedia ſit, claudendas fore, ſivè tegulis cooperienda, ut in Prag. 2. *De Monialib.* & apprimè notant Tap. *in Pragm.* 3. *eod. tit.* Ricc. *in Deciſ.*138. *vol.*1. Thor. *in comp. Deciſ. part.*1. *verb.Vicinus.* Capiblanc. *de Baron. Pragm.* 1. *num.* 176. *tom.* 1. Cyriac. *in Controv.* 231. *num.* 4. Altimar. *ad Rovit. in Deciſ.* 92. *num.* 24. & De Luc. *ad De Franch.in Deciſ.*223. *num.*2. & in proſpectu ad
5 Campanile, Dormitorium, Chorum, vel ad Viridarium ſcribunt Gannaver. *in Deciſ.* 10. Chriſtin. *in Deciſ.*64. *tom.*2. Petr. *De Poteſt. Princip. cap.* 11. Toming. *in Deciſ.* 222. *tom.* 2. Gramm. *in Deciſ.* 75. & Ricc. *part.*9. *Collect.*4211. proindè inhibitum cuidam Monaſterio altiùs protendi campanile, quia ex eo de facili haberi poterat aſpectus ad Monaſterii Monialium ſeptam, oſtendit Novar. *part.*2. *quæſt.*1.
6 Idquè Juri communi conforme, teſtatur Rovit. *ad eand. Pragm. num.*1. & ſequitur D.Reg. noſter *hìc nu.* 21. excepta parte illa, quæ de via intermedia loquitur, etenìm Legiſlatorem ſequutum fuiſſe doctrinam Antonii de Padilla *in l. altiùs. num.* 19. *in fin. C. de ſervit. & aqu.* indicat Rovit. Impugnat tamèn nomi-
7 natìm Rovit. & D. Regentem noſtrum, Joan. Franc. Marott. *Diſcept. forenſ. lib.*1. *cap.* 35. *num.* 24. & 25. confutando Padill. Sanè verò Padill. ſententiam in Tribunalibus amplexatam demonſtrant Molfeſ. *ad Conſuetud. part.*19. *quæſt.*14. *num.* 8. Tap. *in cit. loc.* Battagl. *ad Cyn. in l.*1. *C. de Epiſc. audien.* & Novar.
8 *in cit. quæſt.* 1. *num.* 4. imò & Interpretes nonnulli ſunt voti compelli poſſe vicinum ad vendendam ſervitutem altiùs non tollendi; nè Monaſterio novum opus officiat, in quos etsì aliqualitèr muſſitaverit Rovit. *in cit.Deciſ.*92. *nu.*24. probant ſententiam De Franch. *in allegat.Deciſ.*223. *nu.*4. Anton.Gomeſ. *ad leg.*46. *Taur.nu.*9. Cabed. *in Deciſ.Luſit.*105. *nu.*4. & *in Deciſ.* 152. *nu.*2. *part.*1. & alii penès Sanfelic. *in Addit.noviſſ.ad Deciſ.*110. *verſ. tenetur etiàm vicinus*; ac legatur quoquè Molin. *in tract. de Juſtit. tit. De Delict. Diſput.*
9 709. imò & ipſum Vicinum in Monaſterii præjudicium parietem ultrò protendere non poſſe, indicat
10 Mut. *in Deciſ.* 8. & domos Monaſteriis contiguas laicis locare prohiberi, cenſuit Thor. *in comp. part.* 2. *verb. ampliatio. col.* 2. nè ob loci vicinitatem fortaſsè ſcandalum patiantur Mel. *ad Gizzarell. in Deciſ.* 37. *num.*31.
11 Et quamvìs Amendol. adverſetur traditis *in Addit. ad De Franch. loc. indicat.* authoritate Quarant. uſus *in Summ. Bullar. verb. Monaſteria Monialium.* ſcribens Vicinum compelli poſſe Moniales ad claudendas feneſtras, quibus proſpici poſſunt, in ipſum contendit Sperell. *in Deciſ.* 58. ſequutus ex De Luc. *loc. cit.*
12 Eandèm Pragm. diſpoſitionem in noſtris ſupremis Tribunalibus Monacorum favore ampliatam teſtati ſunt Rovit. *in cit. Deciſ.* 92. & *ibi* Altimar. D. Reg. noſtri memor Novar. *in alleg. Pragm.*2. *num.* 5. Laganar. *ad Rovit. in ead. Pragm. verſ. ulteriùs, non fiant.* Rocc. *in Reſponſ.*18. *tom.*2. & Marott. *in adduct.Controv.*

Digitized by Google

trov.35. memor D. Reg. noſtri num. 24. in fin. Proce-
13 dere tamèn in novis ædificiis propè Monaſterium
conſtruendis non verò in antiquis, ut putà antè pro-
ductionem Monaſterii erectis, facilè deſumitur ex po-
ſitis per Rovit. in ead. Pragm. 2. num. 5. Novar. ibid.
num. 6. & 7. Rocc. in cit. Reſp. 18. & per Amendol.
ad De Franch. in laudato loc. num. 3. At qualitèr fe-
14 neſtræ Monacorum ad viam publicam aſpectum ha-
bentia, nè vicinis officiant, permiſſæ ſint adeas in
Bullar. tom. 4. §. 17. pagin. 60. & §. 61. pagin. 62. In
Conſtit. Urbani Fratrum Ordinis Minor. Convent.
Sanct. Franc. cap.6. De Cellar. ſeu Camer. & Hortor.
propriet. eliminand. tit.1. num.7. & penès Joan. Bapt.
De Lezan. in Summ. quæſt. regular. verb. Monaſteria
regularium tom.4. num.17. pagin.203.
15 Cogi poſſe vicinum vendere fundum pro Monaſte-
rio, aut Eccleſia amplianda communitèr amplexa-
tum, lego, etiàm pro illius Clauſtro, Atrio, Dormito-
rio, Viridario, & ſimilibus conſtruendo, penès Mar.
Antonin. in lib.1. Reſol.112. caſ.29. Cavalc. de Brach.
Reg. part.6. §. quoad partem. num. 255. De Pont. De
Poteſt. Proreg. tit.2. §.4. nu.18. Tap. in Deciſ.7. Ricc.
in Deciſ.147. lib.1. & in Deciſ.138. part.2. & in Col-
lect.130. Valenz. in conſ.18. Genuenſ. in pract. Eccleſ.
quæſt. 241. Coſt. ſicul. in conſil. 18. Barboſ. in Deciſ.
votiv. lib.3. vot. 102. num.51. Guzman. de Evict. qu.
52. ex num. 19. Cancer. part.1. var. tit. de Empt. nu.
78. Theſaur. lib.1. quæſt.64. nu. 6. Bovadill. in lib. 3.
Politic. cap.5. num.26. Caren. in Reſolut. 2. ex nu.36.
Ant. de Ball. var. tract. lib. 5. in pragm. unic. tit. 71.
De Privileg. Ædificant. num.5. Novar. part. 1. quæſt.
31. & 56. & part.2. quæſt.51. Petr. de Poteſtat. Prin-
cip. quæſt.4. num. 39. Bottilier. in Diſſert. 7. num. 7.
Proſper Petr. ad Capyc. in Deciſ.75. Borrell. in conſ.26.
Mart. de Juriſdict. part. 4. cent. 2. caſ. 171. Caroc. in
Deciſ. 26. De Conſtant. in l.1. C. de Vendit. rer. fiſcal.
nu.89. lib.10. Paul. De Cittadinis De Jur. patron. part.
3. tit. ex quib. cauſ. acquirit. jus patron. nu.89. Car-
pan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 433. num. 70. Marant.
part.2. Reſponſ.28. De Leo in Deciſ. 90. num. 9. lib.1.
Marc. in Deciſ.534. Molin. in cit. tract. de Juſtit. Di-
ſput.341. Sperell. in cit. Deciſ.58. part. 1. Gizzarell. in
Deciſ. 38. & ibi Addent. Maſtrill. in Deciſ. 280. part.
3. Grammat. in Deciſ. 75. Marott. loc. allegat. Giurb.
16 in Deciſ. 86. num. 8. qui id procedere aſſerit, quotiès
de totius fundi venditione agitur ſecus ſi de illius par-
te, cum eo caſu Vicinum, Eccleſia cogi non poſſit, &
in idem veniunt Maſtril. in ead. Deciſ. 280. ex nu. 16.
Theſaur. in alleg. quæſt.64. num. 11. Joan. Bapt. Coſt.
de Remed. ſubſid. Remed.76. Franciſc. De Petr. in Conſ.
84. De Marin. ad Revert. in Obſerv.284. nu.5. quam-
17 quàm Giurb. ibid. num.14. aſſerat placitum hoc haùd
procedere concurrente Eccleſiæ, ſivè Monaſterii ne-
ceſſitate, & ſoluto ultrà pretium damno, Audio juxtà
Maſtrill. ſententiam Obtinuiſſe Bartholomeum de Al-
ferio, & Venturam de Maſſa conjuges, contra Vene-
rabilem Monaſterium Sanctæ Mariæ de Providentia,
18 quia remota urgenti neceſſitate privilegium cogendi
vicinum ad vendendum non competit, ut teſtatur De
Franch. in cit. Deciſ. 223. num. 6. ibi cognita tamèn
neceſſaria ampliatione Monaſterii, & Eccleſiarum, in
quibus adeſt numerus Religioſorum, & Religioſarum,
& concordant Gratian. in Diſcept. 896. num.9. & 10.
tom.5. & Govar. lib.3. Reſol.14. ſequutus ex De Pont.
in cit. loc. num.18. ſubdens num.19. hæc verba: Nam
Dominis invitis domus, aut agri non paſſim capiuntur
ad novam Eccleſiæ conſtructionem. necnon legantur
Theſaur. in cit. quæſt. 64. num. 9. Novar. in adduct.
quæſt.51. Menoch. in conſ.1206. num.8. 15. & 19. &
Capon. in Controverſ.1. num.41. Alias thematis reſtri-
ctiones in unum congerunt Altimar. loc. indicat. &
Panſut. in Controverſ.25.
19 Nunc venio ad materiam Conſuetud. ſi quis habet
domum. ſub Tit. De Apertur. non faciend. in quà di-
ſpoſitum habeo, habentem domum ſupra, vel juxtà
Vicini domum, ſi aliud ſolarium protendat, tot ſimi-
les, & directas feneſtras, quot habebat in alio, aperire
valere. meminit De Marin. in Reſolut. 205. num. 5.
tom.2. & illam reſtringit Napodan. ut procedat in vi-
20 cino, qui domum in altum producit, & ſolarium
conſtruit, non tamèn in illo, qui tantùm tollit in al-
tum ædificium, vel ſimplicitèr ſolarium facit. Ibid.
in verb. altiùs. & Piſanell. voluit eandèm Conſuetu-
21 dinis diſpoſitionem, adaptari in feneſtris ſuperioribus
ſolummodò deciſionis teſtimonio probans in cauſa
Matthei de Afflicto contrà poſita in ſua Deciſ. 224.
penès eundem De Marin. in adduct. loc. ex num.9.
22 At in pariete communi feneſtras aperire prohibi-
tum, ſcribunt De Marin. eod. loc. num. 3. & D. Con-
23 ſil. Petr. in Rit. 85. ex num. 10. Niſi totalitèr mem-
brum, in quo foramen apertum fuiſſet, omni pror-
sùs luce orbatus remaneret, quicquìd indiſtinctè di-
cat Anell. de Amat. in Conſ. 40. cum hoc caſu ſoluto
damni pretio, remanere debeat ad lumen ingredien-
dum juxtà notata ex Cœſar. Urſill. ad Afflict. in De-
ciſ. 265. num. 15. 16. & 17. Deciſionem memorat
D. Petr. ibid. num. 15. & in cauſa Thomæ Manna-
ra cum Hyppolita Fontana in Banca, tùnc Caprilis,
nunc De Lombardo, per S. R. C. ſupèr inſtantia dicti
Thomæ petentis claudendas fore aliquas feneſtras, ſi-
vè aperturas abſquè cantonibus habentes aſpectum
ad vacuum domus ipſius Thomæ, fuit impartitus
terminus in cauſa, & interìm citrà præjudicium ju-
rium ambarum partium feneſtræ ſivè ſaſinæ prædi-
ctæ fuerunt reductæ ad lumen ingrediendi tantùm,
pro ut eſt videre in proceſſu intèr eaſdèm partes fol.
52. & probat Urceol. in Conſult.75. tom.2.
24 Prohiberi quoquè vicino ædificare in muro, ad clau-
ſuram duarum domorum, deſtinato in alterius vicini
damnum, ſuadunt Alberic. in l. altiùs. verſ. ſed quid
ſi laboraret. C. de ſervit. & aqua. Duen. in Regul. 3.
verb. Ædificare. num.6. & 7. Franc. Marc. in Deciſ.
498. part.1. Simon De Pret. in conſ.184. lib.1. & Car-
pan. ad ſtatut. Mediolan. in Rubric. de ſervitut part.
2. cap.335. num.10. & cap.343. num. 26. & 68. Niſì
25 civili modo id conſtruatur juxtà parietis patientiam,
D. Reg. noſter hìc num. 12. Sanfelic. in Deciſ. 188. &
Molfeſ. ad Conſuetud. tom.3. part.17. De ſervit. quæſt.
19. Quandò tandèm paries diviſorius dicatur deſti-
26 natus ad ſolam domorum clauſuram, adeòut ſupèr
illo altius elevari non poſſit, dant Sabel. in Reſol.15.
nu.22. Cæpoll. de ſervit. urban. prædior. cap.40. nu.33.
Theſaur. in Deciſ.23. & 41. nu.24. verſ. at ego dicere.
Roland. Cavagnol. in lib.1. Deciſ. Conſult.32. nu. 17.
Borgnin. Cavalcan. in Deciſ. Fivizan.8. tom.5. ex nu.
5. ſed de hoc ſtandum eſſe, peritorum in arte, judi-
ciò, concludit Chriſtin. in Deciſ. Belgic. 210. num. 9.
tom.1.
27 Deniquè obſervo, hac in Deciſione fuiſſe prohibi-
tum altius protendi ædificium, quia tractabatur de
immittendo tigna in pariete Monaſterii ad clauſuræ
uſum conſtructo, concordat Fulgoſ. ex Sanfelic. con-
ductus in Addit. ad Deciſ. 188. pagin. 372. tom. 2.
28 verſ. ſi eſt deſtinatus. Clauſuram namquè ad caute-
lam Monaſterii, excelſis meniis munitam, fuiſſe in-
troductam, teſtatur Iſidor. Moſcon. in tract. De Mili-
tant. Eccleſ. part. 4. verſ. primo, itaquè conſideran-
dum.



Digitized by Google

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLVIII.
### SUMMÆ.

1 Pragm. 71. De Off. Procurat. Cœſar. *adducitur Diſpoſitio, & Comprobatur* Deciſio.

2 *Decima* in Pragm. 71. De Off. Procurat. Cœſar. *contenta qualitèr in locatione plurium annorum interpretanda? & num.4. & 5.*

3 D. Reg. noſter à Rodoer. *notatur.*

6 *Diſpoſitio* Pragm.71. De Offic. Procurat. Cœſar. *procedit in fundi fiſcalis alienatione.*

7 Deciſ.340. Afflicti *ex* Arias de Meſa *cum* D.Reg. noſtr. *retunditur, & num.*8.

9 Afflicti in Deciſ. 340. ſequaces *memorantur. Sed ex* Koppin.D.Rodoer.D.Calà,& aliis *reiiciuntur.nu.*10.

11 *Nova oblatio, quandò in fiſci gratiam extincta candela, admittatur? Diſtinguit* Lopez.

12 *Læſio in locatione, vel venditione rei fiſcalis, ut nova oblatio, extincta candela admittatur, qualis concurrere debeat?*

*Quìd in Minoris fundi alienatione, aut locatione? num.*28.

13 *Oblatio nova poſt candela extinctionem, cùr fuit admiſſa in ſpecie præſentis* Deciſionis. *obſervatur?*

14 *Debitor fiſci ex alia cauſa, ad licitandum non admittitur.*

15 *Licitator novus, extincta candela, in venditione fundi urgentibus creditoribus patrimonii decocti, nùm admittatur?*

*Proponitur placitum* Thor., De Marin., Salgad.& Maſull. *qui ex* Brancia *declarantur. num.*16.

*Refertur negativa aliorum ſententia num.*17. Novar. *reiicit* Thor. *&* De Marin. ex Rodoer. *reprobatur.* Fabri. Deciſionibus S. R. C. *comprobatur opinio num.*22.

18 *Venditione perfecta, alterutro ex contrahentibus invito, reſcindi non poteſt.*

19 *Candela extincta, Venditio ſubbaſta perfecta dicitur.*

20 *Extincta candela, nova oblatio recipienda non eſt, quanquàm momento temporis poſt, præſentata ſit.*

*Quìd in rei fiſcalis alienatione, aut alterius perſonæ privilegiatæ?* Peregr. *rëiicitur ex* Amat. *&* De Maur. *quorum opinio* Avendan. *ampliatus fuit. num.*21.

23 *Licitator novus, extincta candela, in rei minoris ſubbaſtatione: an admittatur? & quandò. nu.*23.

24 *Minor, Fiſcus, & Eccleſia non reſtituuntur in venditione ſubbaſta juſto pretio facta, quanquam compareat, qui carius emere mavult.*

*Intellige, ut num.*25. *&* 26.

27 *Neceſſariæ ſollemnitates in Minoris fundi alienatione, quæ?*

1 QUod extincta candela, in fundi fiſcalis locatione, alia oblatio, niſi decimam excedat recipi haùd poſſit, diſpoſitum legitur in Prag. 71.
*De Offic. Procurat. Cæſar.* In præſenti verò dubita-
2 tur, an eadecima intelligenda ſit pro primo anno, licèt in omnes locationis annos diſtributa, vel potiùs pro omnibus annis? Succumbuit Aſtutus: etenìm major pars votantium fuit voti, ſatìs eſſe addictionem ultrà decimam pro primo anno, quamvis in plures locationis annos partibus diviſa. idquè deſumi noviſ-
3 ſimè probat Joan. Leonard. Rodoer. admiratus cùr tàm laborioſè peculiarem hanc compoſuiſſet Deciſionem D. Reg. noſt. *in Conſil.* 44. *num.* 45. ex ipſiſſimis Pragm. verbis: *Purche non ſia meno della decima parte dell'affitto d'uno anno.* Sin verò poſt ademptam poſſeſ-
4 ſionem id evenerit *l'offerta non ſia meno, che la ſeſta parte dell' affitto d' uno anno.* Memorat tamèn hunc
5 locum de Marin. *in Reſolut.* 147. *ſub num.*9. *verſ. cætera ad materiam. tom.*1. ac extendit Arias de Meſa *in*
6 *Reſol.* 20. *lib.* 2. ut quoquè in fiſcalis fundi alienatione procedat, quanquàm contendat Gannaver. *in conſ.* 2. *ex num.*97. *impreſſ. poſt ejus Deciſ. Reg. Camer.*
7 Properteà idem Arias de Meſa *eod. loc.* concludit, attenta præcitata Pragm. 71. Afflicti *Deciſ.* 340. in Re-
8 gno non adaptari: ſubſtinet namquè in illa, in rei fiſcalis venditione, ſivè locatione candela extincta novam oblationem, addictionis prætextu, admittendam non eſſe, de quo etſi Parlador. mirari, nec illam undiquè receptam, imò & à Senatu pluriès in judicaturis rejectam, teſtentur D. Reg. noſter *num.* 6. *&* 7. *& in Conſult.*5. *ex num.* 12. *tom.* 1. Staiban. *in Reſolut.*20. *à num.* 25. & poſt alios D. Rodoer. *in cit. conſ.* 44. *nu.* 27. qui *in numer. ſequentib.* qualitèr illa ſalvari poſſit demonſtrat; Sequutam invenio ab Alvar. Velaſc.
9 *in Deciſ. Conſuit.* 105. Sforz. Odd. *de In Integr. reſtit. quæſt.*3. *art.*13. *num.*87. Maſtrill. *De Magiſtrat. lib.*5. *cap.* 9. *ex num.* 17. Nicol. Loſæo *part.* 3. *De Jur. Univerſit. cap.*4. *num.* 23. Fontanell. *in Deciſ.* 119. Garz. *de Melior. & Expenſ. cap.*18. Antonin. de Amat. *lib.*1. *Reſolut.* 38. *num.* 19. & à Petr. Nunnez de Avendan. *de Exequut. mandat. cap.* 12. *num.* 3. Beneverùm
10 quia rerum fiſcalium locationes, atquè alienationes fiunt, cum pacto tacito adjectionis in diem, contrarium ſtatuunt Rodoer. *ad De Marin. in indicat. Reſolut.*147.*num.*2. Salgad. *in Labyrint. credit. part.*2.*cap.* 2. *num.*95. Larrea *in Allegat.*106.*vol.*2. Renat. Koppin. *de Deman. Franc. lib.*3. *cap.* 29. & noviſſimè D. Calà *de In Integr. reſtit. minor. deneg. quæſt.*20. *num.*45.
11 Diſtinguit Gregor. Lopez. *in l.* 5. *tit.* 19. *part.* 6. à locatione, in qua juris ſollemnitas impleta non eſt, locationem, ſivè venditionem debito modo factam, in modum quod læſio non intervenerit, & primo caſu admittendam eſſe novam oblationem concludit, prout de ore D. Regent. noſtri deciſum refert Gizz. *hic num.* 1. *circ. fin.* At ſecundo caſu negat, niſi intervenerit læſio, & ità obtinuiſſe in quadam cauſa afficatatorum ſerici teſtatur, & ad rem conferunt tradita à Pereir. *in l. ſi curatorem C. de In Integr. reſtit. minor.* ac à De Marin. *in adduct. tom.*1. *Reſol.*46. *ex num.*5. *& Reſolut.*
12 74. *num.*3. læſionem tamèn ultrà ſextam pretii partem ad hoc, ut nova oblatio, haùd obſtante candelæ extinctione admittatur, tradunt Urſill. ad Afflict. *in cit. Deciſ.*340. & De Pont. qui ſic deciſum, per Regium Collaterale Conſilium, aſſerit *in tract. de Poteſtat. Proreg. tit.*4. §.5. *num.*6. *&* 55.
13 Obſervandum modò illud eſt in limitationem indicat. Pragm.71. hac in contingentia novam oblationem fuiſſe admiſſam poſt decurſum tempus in eadem Pragm. ad licitandum præfixum, quia licitatorem, in cujus beneficium candela fuerat extincta detectum fuit, pro aliis arrendamentis locatis remanſiſſe debi-
14 torem, & ideò nec ad licitandum erat admittendus, ut advertit D. Reg. noſter *num.*14. & voluit Reverter. *in Deciſ.*539. *& ibi* De Marin. *num.*1.
15 Quìd dicam in patrimonio decocti? Admittendam eſſe novam oblationem probant Thor. *in addit. ad De*
16 *Pont. loc. alleg. & in compend. Deciſ. part.* 1. *verb. oblatio melior.* De Marin. *in cit. lib.*1. *Reſolut.*74. *num.*8. Salgad. *loc. cit. part.*2. *cap.*2. Maſul. *ad Capyc.* qui id admittit, quotiès paulò poſt candelæ extinctionē melior oblatio porrecta fuiſſet. *in Deciſ.* 36. & antè traditam poſſeſſionem Branc. *penès De Marin. tom.*3. *Reſolut. Allegation.*56.
17 Sed adverſantur Novar. in Thor. irruens. *in lib.* 1. *quæſt.*63. *num.*14. Rodoer. retundens rationem ex De Marin. datam *in allegat. Conſ.*44. *num.*9. *& in indicat. Addit. ad De Marin.*46. *num.* 2. & conferunt elegantèr jura in *l. congruit, & ibi* Luc. de Penn. *C. de Locat.*

*præ-*

Digitized by Google

34 Denique nùm pœna ultimi ſupplicii damnatus, inteſtabilis ſit? inquirendum remanet; Affirmativam opinionem ſequuti ſunt congeſti ex Gizz. *num.*14.Tomaſ. *eod. loc. cap.*11.*num.*35.Schroter. *Decad.*5.*quæſt.* 3. *Diatrib. Domeſtic.* Bocer. *De Bell. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 21. Piſ. *in adduct. Reſol.* 3. Matth. Berlich. *part.* 3.*concl.*8. *num.* 3. Wegner. *ad Inſtit. Diſput.* 7. *th.* 4. *ad lit. I.* & à De Luc. *in allegat. Obſ.* 501. *ex num.* 6.

35 Benigniorem verò contrariam ſententiam, arbitrati ſunt Matth. Steph. *cent.*2. *quæſt.*54.*lit.A.* & Alii congeſti per Joan. Harpreƈt. *ad Clar. in cit. §. teſtamentum quæſt.* 21. elegantèr de eo differentem *à num.* 1. *& in §. ejus qui. num.* 12. *Inſtitut. Quib. non eſt permiſſ. facere teſtament.* & noviſſimè à Carolo de Roſa ſuam allegationem ad verbum imprimi curantem compoſitam ſupèr facto memoratæ Deciſionis à Gizz. *hìc num.* 17. *in ſua Gloſſograph. ad Conſuetud. Neap. pagin.*193. *ad* 200.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CLXII.
### *SUMMÆ.*

1 *Neapolitanæ plebiculares ſeditiones, à quibus conſcriptæ? Comprobatur* D. Reg. noſter. *Quivè alienas memorarunt latè. num.* 3.
2 Maſanellum *tyrannum infeſtiſſimum* Michaël Angelus Ardizonius *interemit.*
4 *Seditioſi pœna, qualis?*
5 . . . . . *qui puniantur?*
*Quid in illo, qui moverat ſeditionem, & ſedavit? nu.*6.
7 *Mercedis remiſſio: an & quandò propter plebiculares prædictas revolutiones conductori facienda ſit? reaſſumitur* Deciſio.
*Partem affirmativam* Deciſionibus, & multorum authoritate *probatur. num.*8.
9 *Contractus, rerum mutato ſtatu, revocatur.*
10 *Status rerum ſi mutetur, à contractu locationis, & conductionis receditur: ex tacita contrahentium voluntate.*
11 *Mercedis remiſſio: proptèr inſolitas calamitates, facienda eſt.*
12 *Conductori, à domo migranti ob peſtis timorem, mercedis*

cedis remiſſio : an facienda ſit?
Quìd ſi in ea domo mobilia, & famuli remanſiſſent? D.Conſil. Petr. rejicit Epiſcop. De Afflict. & Ferdinan. De Afflict. num.13.
14 . . . . qui domum ad commercii uſum conduxit, commercio impedito, mercedis excomputum faciendum eſt.
Quìd ſi pacto, Conductor ad caſus fortuitos ſe ſubmiſiſſet? num. 15.
16 Conductor, ad caſus fortuitos non tenetur.
17 Conductori, qui à domo migravit: quia ruinam minabatur, quìd reficiendum? Comprobatur Gizz. ex Caroc.
18 Mercedis remiſſio, conductori molendini, quandò facienda?
19 Conductori, qua occaſione, mercedis remiſſio competat? remiſſivè.
20 Conductor, qui domum non potuit habitare ob tetras illuſiones, & nocturnos tumultus, ad penſionem non tenetur.
21 Conductori, quandò remiſſio mercedis facienda? & quandò ſint reficienda damna, & intereſſe? Comprobatur D. Reg. noſter.
22 Damnum, pro excomputo obtinendo in locatione, qualitèr conſiderandum?
23 Domo pluribus ſtudentibus conducta, ſi omnes ab illa migraverint, relicto tantùm uno, nùm hic teneatur tantùm pro rata penſionis?
24 Penſio, nùm à beneficiato ſolvenda, fructibus caſu fortuito accedente, non perceptis? Comprobatur Gizz.
Quìd ſi in litteris adſit Clauſula de ſolvenda penſione, quanquàm caſus excogitati intercedant: num.25.
Vel de Penſione ſolvenda; licèt ab eo fructus non percipiantur? num.26.
27 Caſus fortuitus penſionem non minuit, ſi fructus, qui remanent ad onera Eccleſiæ ſufficiant.
28 Penſio taxativè ſupèr fructibus aſſignatur.
29 Fructibus diminutis, diminuitur penſio.
30 Pendente quæſtione ſupèr nullitate, vel penſionis reductione; Penſionarius interìm manutenendus eſt in poſſeſſione. Comprobatur Gizz.
31 Penſio, compenſationem excludit.

PLebicularium ſeditionum hujus noſtræ, Deo ſempèr,
& Hyſpaniarum Regi ſuo invictiſſimo, & glorioſiſ-
1 ſimo, fideliſſimæ Civitatis, hìc locus eſt; latiùs verò id
munus expleverunt Thom. de Sant. nel Hiſtoria del
Tumulto di Napoli, Gabriel Tontoli nel Mas' Aniello.
Biſaccion. nelle Guerre Civili. Bruſon. nel Hiſtor. d'Italia,
e d'Europa. Raphael. de Turri in Volumine inſcripto
Diſſidentis, Deſciſcentis, Receptæquè Neapolis, libri
ſex. D. Victorius Siri in ejus Mercurio. tom. 11.
Brachel. in Hiſtor. ſui temporis. Joſeph Donzelli in libro
cujus Epigraphe eſt, Partenope liberata. Alphonſ. Loſchi
nell. compend. hiſtoric. tom. 1. pagin. 95. Galeat. Guald. in
part. 4. Hiſtor. pagin. 237. & in Vita Julii Mazareni. Capriata
in Hiſtor. Ital. part. 3. Boragn. in ejus Hiſtor. Author
Miniſterii Cardinalium Richeleju, & Mazareni.
Volumen cui titulus eſt Memorie del Duca di Ghiſa
in duas partes diviſus. Franc. Mar. Prat. in Eiſtol. ad
lect. lib. 2. Diſcept. Forenſ. & in Obſerv. 46. & 73. D.
Conſil. Petr. in Rit. 56. num. 2. tom. 1. Author Del
Re Dioſino in propriis nominibus anagrammatibus
uſus part. 4. & Michaelem Angelum Ardizonium,
2 Maſanellum infeſtiſſimum tyrannum, de Menſe Ju-
nii 1647. interemiſſe, Conſtant. Caſar. teſtatur in quæ-
ſtion. peregrin. 16. num. 12. pagin. 110. At ſi eruditio-
3 ni ſtudes, & plurium aliarum ſeditionum notitiam
habere non ſineris; perge Liban. Declamat. 42. Pro-
cop. Evagr. lib. 4. cap. 13. Ariſtid. in Orat. De Concord.
ad Rhodios. Liv. Hiſtor. Decad. 1. lib. 2. Philoſtr. lib. 1.
cap. 11. Niceph. lib. 17. cap. 10. A. Hirt. De Bell. Ale-
xand. pagin. 449. Socrat. lib. 3. cap. 2. Oſor. in Hiſtor.
Africau. & Indic. lib. 4. Sozomen. lib. 5. cap. 8. Epi-
ſcop. Panigarol. in Comp. Annal. Eccleſ. Anno Chriſt. 57.
pagin. mihi 291. & Ann. Chriſt. 68. pagin. 333. Mam-
brin. Roſ. in Hiſtor. Regn. pagin. 138. cum ſeq. Anto-
nin. Caſtald. in Hiſtor. quæ Manuſcripta circumfer-
tur lib. 2. Summont. in Hiſtor. tom. 4. lib. 9. cap. 1. &
erga fin. ejuſd. volum. Capac. nel ſuo Foraſtiero giorn.
6. Coſt. lib. 3. pag. 211. & à 239. ad 250. & Bolvit. in
Vit. B. Andr. lib. 1. cap. 22.
4 Qua plectantur pœna ſeditioſi, hujus loci eſt inve-
ſtigare; ſed exponit illas J. C. in l. 16. De Appellat. ac
in l. Provinciarum, C. de Fer. Ariſtot. in lib. 3. Ethic.
cap. 2. & in lib. 5. cap. 10. Xenoph. Defenſ. Socrat. cap.
8. Bald. in l. nullis 2. C. de ſedit. & de his, qui in pleb.
Farinac. quæſt. 113. inſpect. 5. vol. 4. Fab. de Monte-
leon. in prax. arbitr. part. 4. à num. 879. Nicol. Boer.
in tract. De Sedit. Anton. Matth. De Crimin. in prole-
gom. cap. 1. Boſſ. in tit. de Sedit. Anton. Capyc. in De-
ciſ. 130. Grammat. vot. 19. Menoch. de Arbitr. caſ.
5 437. & Dominic. de Rub. in Certam. 3. num. 33. Qui
verò facilè ſumi poteſt à Carrer. Pract. Crimin. tit. De
Homicid. verſ. quartodecimò excuſat. Clar. in alleg.
§. fin. quæſt. 60. num. 30. in fin. & ibi Drogh. num. 103.
verſ. Caporales factionum, & ſeditionum. Tiraquell.
De Pœn. leg. temper. cauſ. 47. Catalan. de Indult. quæſt.
5. ex num. 2. Leſſ. lib. 2. cap. 43. Dub. 9. num. 58. &
Martin. Delrio. Diſquiſ. Mag. lib. 4. cap. 4. quæſt. 1.
decuitquè Plat. De Legib. lib. 12. ac ſcribit Appian.
Alexandr. lib. 2. Hiſtor. Roman. Cæſar. ibi poſt mo-
dicum, vix tandèm ab ira liberatus, hoc ſolum conceſ-
ſiſſe viſus eſt, ut centum dumtaxat, & viginti ſedi-
tionis principes ab omnibus eligerat, duodecimquè ex
his à ceteris ſelectos ſupplicio afficeret, & accinit Cicer.
pro Cluent. Pœna debita multis ſimùl peccantibus, ab
aliquibus tantùm luitur. Et tandèm de illo,
qui ſeditionem movit, & ſedavit ſic penès Philoſt.
6 legitur: Qui ſeditionem moverit, moriatur; qui ſedave-
rit, premium ferat: Quidam & moverat, & ſedavit;
petiit premium: Hanc quæſtionem paucis abſolvit:
Quod eſt priùs? Moviſſe. Quod poſteriùs? Sedaſſe. Ita-
què priùs da pœnas motæ ſeditionis: ac deindè, ſi potes
accipe premium rectè factorum.
7 An, & quandò proptèr plebiculares prædictas revo-
lutiones, Conductori mercedis remiſſio concedenda ſit?
principalitèr in præſenti Deciſione inquiritur. Re-
gium Collaterale Conſilium reſolvit, denegandam in-
quilinis dilationem ſolutionis petitam reſpectu affi-
ctus, pro anno revolutionum, & quo ad prætenſa ex-
computa, proviſum, quod M. C. V. partibus auditis
juſtitiam faceret, conceſſa duorum menſium dilatio-
ne illis, qui ſecurè in conductis domibus habitare mi-
nimè potuerunt. Re tamèn ad M. C. V. & S. R. C.
8 delata pleniùs partibus auditis, diſcuſſa, pluribus in
contingentiis, nedùm pro ipſo revolutionis anno ex-
computa conceſſa fuere, verumetiàm pro ſequenti
anno, teſtibus Epiſc. De Afflict. hujus Deciſionis me-
more in Addit. ad Controv. ſuam 22. ex num. 1. ad fin.
pagin. 465. & 466. Conſil. De Roſ. in Conſult. 39. &
Prat. in cit. Obſervat. 73. & ad Paſcal. de Virib. Patr.
Poteſt. part. 4. cap. 6. verſ. ad num. 77. tangit author,
& comprobant examuſsìm, in eventu conſulendi om-
ninò, Farinac. De Contract. quæſt. 4. num. 2. Jo: Bapt.
Coſt. in conſ. 30. num. 1. Matth. Stephan. cent. 3. quæſt.
76. Andr. Gaill. Obſervat. 23. lib. 2. Plebſt. de Jur. to-
pic. Wirtemberg. th. 55. Bertachin. de Gabell. part. 2.
num. 25. Arnold. Ferron. ad Conſuetud. Burdegall. t.
8. §. 3. & D. Conſil. Petr. loc. cit. D. Reg. noſtri non
9 immemor. num. 4. quia ex cauſa nova ſuperveniente,
& rerum mutato ſtatu, contractus revocatur, etenìm
ad caſum inopinatum, & inſolitum non deſcendit. Pa-
ſcal. in cit. tract. de Virib. Patr. Poteſt. eod. cap. 6. nu.
23. & licèt à contractu recedere videatur, id contrà
volun-

Digitized by Google

10 voluntatem fieri non dicitur, quin potiùs contrahen-
tium tacita voluntate, nàm ſi de tali ſupervenienti ca-
ſu fuiſſet cogitatum, utiquè alitèr contraxiſſent. Lar-
rea in Allegat. 3. num. 20. & alii adducti ab Epiſcop.
De Afflict. in indicat. Controv. 22. ex num. 60. ad fin.
& in cit. Addit. num. 3. cum ſequent. Propterèa ex eo
11 concludunt Interpretes, ob calamitates inſolitas mer-
cedis remiſſionem faciendam eſſe. Surd. in Deciſ. 326.
Marcian. in Conſ. 69. num. 5. tom. 1. & in Conſ. 7. tom.
2. Coppin. de Sacr. Polit. lib. 3. cap. 7. & ad Leg. An-
dagavenſ. lib. 3. cap. 2. tit. 2. num. 20. necnon videan-
tur Cyriac. in Controv. 440. tom. 3. D. Conſil. Rocc. in
Reſponſ. 87. & Staiban. in Obſervat. ad Reſolut. ſuam
146. tom. 2.
12 Idquè procedere ſunt voti in conductore illo, qui à
domo, peſtis timore, migravit, D. Reg. noſter num. 24.
& 30. Cujus meminit Gizz. hìc num. 1. Carpan. ad
Statut. Mediolan. cap. 394. à num. 255. Gomeſ. in Re-
ſol. 3. tom. 2. Bonacin. de Contract. Diſput. 3. quæſt. 8.
punct. 3. num. 10. verſ. 4. Leſſ. de Juſtit. lib. 2. cap. 24.
dub. 2. Villalob. part. 2. tract. 25. Diff. 4. cum aliis alle-
gatis à P. Philibert. Marchin. De Bell. Divin. part. 9.
De Locat. & Conduct. cap. 3. num. 5. & ab Ægid. Trul-
lench. ad Præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 23. de
Locat. & conduct. dub. 2. num. 1. quanvìs in domo
13 conducta mobilia, & famuli remanſiſſent, ad tradita
per Epiſcop. De Afflict. eod. loc. in Addit. ſupplement.
ad eand. Controv. 22. pagin. 1. cum ſeq. & per Ferdi-
nand. De Afflict. in ejus jurium Allegat. induſtria
ejuſdèm Epiſcop. typis tradita pagin. 35. quibus reverà
nominatìm reſiſtit Conſil. Petr. loc. indicat. num. 5.
14 Conductori quoquè, qui domum ad uſum com-
mercii conduxit, commercio impedito, excomputum
faciendum eſſe, quia ad deſtinatum uſum illa uti non
potuit, ſtatuitur ex l. ex conducto §. ſi vis tempeſtatis. ff.
Locat. ac probant apertiùs Camill. de Medic. in Conſ.
141. Boſſ. De Remiſſ. Merced. num. 40. Caroc. de Lo-
cat. part. 4. tit. de Remiſſ. merced. quæſt. 8. num. 86.
Buratt. in Deciſ. 210. Conſil. Rocc. in adduct. Reſponſ.
87. & Conſil. De Roſa in ead. Conſult. 39. num. 15.
15 etsì pacto particulari ampliſſimis clauſulis roborato,
conductor ad caſus fortuitos ſe ſubmiſiſſet, D. Conſil.
Petr. in adduct. num. 4. verſ. & nedùm, & videantur
Cravett. in Conſ. 95. & 223. Becc. in Conſ. 82. Gratian.
tom. 1. Diſcept. 195. & tom. 4. Diſcept. 557. Antonin.
De Amat. tom. 1. Reſolut. 18. Seraphin. De Privileg.
Juram. privileg. 106. Cevall. comm. contr. comm. quæſt.
74. Surd. in Deciſ. 326. & ibi Hodiern. Ancharan. in
Conſ. 402. Guid. Pap. in Deciſ. 630. Capyc. in Deciſ.
88. Caſtill. in Controv. 3. lib. 3. Arius Pinell. in l. 2.
part. 1. cap. 3. ex num. 21. C. de Reſcind. Vendit. Vaſq.
de Succeſ. creat. lib. 1. §. 20. part. 2. num. 27. & Larr.
16 in Allegat. 27. & 28. etenìm ad caſus fortuitos condu-
ctor nequaquàm tenetur Villalob. loc. allegat. Diff.
25. Bonacin. ubi ſup. quæſt. 1. punct. 6. maximè ſi pe-
nitùs inſoliti ſint, atquè inopinati. De Marin. in Re-
ſolut. 186. num. 6. & ad Revert. in cit. Obſ. 84. num.
3. & in Obſ. 455. De Amat. in Reſolut. 18. Staiban. in
Reſolut. 146. & D. Reg. noſter in Conſult. 135.
17 Reficienda eſſe conductori, qui à domo migravit:
quia ruinam minabatur, damna paſſa, occaſione lo-
cationis alterius domus, ſumitur ex illo, quod Deci-
ſum tradit Gizz. hìc num. 4. & probat individualis do-
ctrina Caroc. in allegat. quæſt. 8. num. 20. ibi: Tertius
eſt caſus, ſi alienam domum conduxit, ſed non habet
factum, & tùnc eſt in arbitrio locatoris, vel ſolvere
pretium ſecundæ conductionis, quod ipſe inquilinus
ſinè dolo malo præſtitiſſet, vel mercedem pro rata re-
mittere, l. ſed addes §. ſed cum in annum. juncta glo.
in verb. ſtetiſſe. ff. Locat. Hæc Caroc.
18 In conductore molendini, qui per aliquot tempus;
ſiccitatis occaſione, aut alterius, molere fuit impedi-
tus; extat locus Nicol. Boer. in Deciſ. 213. ex num. 17.
necnon Allegat. Joſeph Pic. penès Paſcal. loc. cit. pa-
19 gin. mihi 619. Alios tandèm caſus, quibus mercedis
remiſſio, in conductoris gratiam, facienda eſt, latè
enumerant Pract. Papienſ. in form. libell. aſſiſt. præſt.
verb. inveſtivit in perpetuum. à num. 14. DD. in cap.
proptèr ſterilitatem. extr. De Locat. & in l. merces §.
vis major. & in l. ſi imò §. cum quidàm. ff. eod. Cal-
can. in conſ. 23. Boſſ. in alleg. Tit. de Remiſſ. Merced.
Sylv. in verbo locatio. Petr. de Ubald. de Duob. fratrib.
part. 11. princip. Cardoſ. in prax. Judic. & Advocat.
verb. locatio. §. 22. Caroc. in cit. tit. de Remiſſ. mer-
ced. per tot. Gratian. in cit. Diſcept. 195. à num. 8.
Mareſcot. lib. 2. Reſolut. 26. Molin. de Juſtit. Diſput.
495. num. 20. Medic. de Compenſat. part. 1. quæſt. 4.
Fab. De Mont. De Empt. & vendit. quæſt. 8. Maſtrill.
20 in Deciſ. 299. & Gamm. in Deciſ. 394. Et ad pen-
ſionem non teneri conductorem ſi à conducta domo:
ob tetras illuſiones, & nocturnos tumultus; migravit,
concludunt Cagnol. in l. contractus num. 55. ff. De
Regul. Jur. Dec. in conſ. 555. & 647. Alex. in conſ. 28.
vol. 1. & in conſ. 31. vol. 2. Rebuff. in l. hominis, verſ. 4.
& 9. ff. De Verb. ſignif. Duenn. in Regul. 393. num. 3.
Bonacin. in adduct. Diſput. 3. quæſt. 7. punct. 5. num.
9. 10. & 11. Ann. in Allegat. 92. num. 9. Covarr. in
Reſolut. 6. Treutler. vol. 1. Diſput. 29. th. 5. lit. B. & ad
ipſum Hunn. in Reſolut. pagin. mihi 1769. ac Trul-
lench. loc. cit. dub. 2. num. 6.
21 Obſervandum hac in re, illud eſt, traditam diſtin-
ctionem ex D. Reg. noſtro hìc num. 5. ab omnibus
amplexatam, jure reperiri; utputà vel conductor re
locata; locatoris culpa; uti non potuit, vel facto ter-
tii, cui reſiſtere non poteſt, & primo caſu, locator ne-
dùm ad mercedis remiſſionem tenetur verum etiàm
ad reficienda damna; ſecundo verò caſu ad ſolam
mercedis remiſſionem, African. teſte in l. ſi fundus 36.
ff. Locat. Reverter in Deciſ. 84. num. 1. & 2. & ibi De
Marin. qui alios laudat.
22 Succedit modò, ad Deciſionis ornatum inquiren-
dum, quantà, & qualis debeat eſſe ſterilitas ſivè dam-
num paſſum, ut inquilino competat excomputum,
ſivè mercedis remiſſio? Hieronym. Panteſcaman. lib.
9. quæſt. 1. novem de hac re reſcribit opiniones. Bar-
tol. placuit, ſatìs eſſe ſi in ſexta parte uti frui re locata
impeditus fuiſſet; in l. ſocietatem §. arbitrorum. ff.
Pro ſoc. Hoſtienſ. voluit, tertiam partem ſufficere,
quem ſequutus eſt Abb. in citat. cap. proptèr ſterili-
tatem. alias opiniones referunt Reg. Galeot. in Reſponſ.
17. num. 46. Theſaur. Pater in Deciſ. 20. Theſaur. fi-
lius lib. 2. quæſt. 47. & lib. 3. quæſt. 79. P. Marchin. in
cit. loc. part. 5. cap. 7. & part. 9. cap. 4. At aptiùs id
Judicis arbitrio remiſſum ire, tradunt Panteſcam. loc.
indic. num. 27. & 37. Sebaſtian. Medic. de Caſib. for-
tuit. part. 2. cap. 3. Cott. in memorab. verb. conductor.
De Marin. aliorum memor ad Reverter. in Obſervat.
455. & 509. & lib. 2. Reſolut. 186.
23 Nota unum hìc extrà ordinem, quod Jaſ. voluit
domo pluribus ſtudentibus conducta, ſi omnes uno
relicto migraverint, ut is pro rata penſionis teneatur
in l. 1. num. 28. C. qui teſtam. facer. poſſ. & eundèm
placitum Bocer. ſequitur aliorum uſus authoritate claſſ.
2. Diſput. 4. th. 28. Tu verò cum caſus evenerit cogi-
ta aliquantulum.
24 Atquè etiàm, extrà aleam, Gizzii prolixè traditum,
laconicè obſervandum ducor, in illo, quod ſtatuit ex
num. 5. ut ſcilicèt penſio ſupèr fructibus beneficii aſſi-
gnata, illis, ob ſterilitatem, aut alterum fortuitum ca-
ſum, non perceptis, nequàm à beneficiato debeatur;
Tu verò adverte eandèm ſententiam probaſſe Bellen.
de Charitat. ſubſid. quæſt. 34. num. 2. Gratian. in Di-
ſcept. 256. num. 42. & 43. tom. 2. Pariſ. qui ſic per Rot.
Roman. reſolutum ſcribit, corà Ravell. in una Nova-
rien. Die 12. Decemb. 1544. in Tract. De Reſignat.
Benefic. lib. 1. quæſt. 8. num. 48. ac Ricc. elegantèr in
Prax.

Digitized by Google

25 *Prax. rer. quotid. Reſolut.* 371. ampliantem aſſumptum quanquàm in reſcripto, clauſula legeretur, quod ad caſus excogitatos Beneficiatus teneatur; authoritate Deciſionis Rot.Roman.in una Adiacen.Penſion.coràm Caputaquen. Die 3. Novembris 1557. Niſi eo in
26 Diplomate appoſita fuiſſet clauſula penſionem ſolvendam eſſe, licèt fructus Beneficiatus non perciperet Gig. *De Penſ. quæſt.* 62. *nu.* 10. Liberari tamèn ab ea præſtatione, ſi per plures annos fructus non percepiſſet, cum clauſula prædicta non operetur, niſi in uno, vel altero, ſeù paucis annis; teſtimonio Rotæ Romanæ indicat idem Pariſ. *num.* 49. & *lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 148. in ſimili pluries Deciſum referens, non perci-
27 pientem fructus per duos, vel tres annos ad penſionem non teneri. Nequè caſum fortuitum, penſionem minuere debere, ſi fructus, qui remanent ad onera Eccleſiæ ſufficiant, tradunt Caccialup. *De Penſion. quæſt.* 7. & 16. & poſt ipſum Cardinal. Creſcent. *De Locat.*, & *Conduct. Deciſ.* 4. *num.* 10.
28 Penſio, namquè taxativè ſupèr fructibus aſſignatur, Gratian. *loc. citat.* quarè cum cauſa finalis impoſitionis penſionis, fructus beneficii ſint. Ricc. *in indi-*
29 *cat. loc.* & illis diminutis diminuatur penſio. Caccialup. *in loc. alleg. quæſt.* 7. & 24. Rebuff. *De Pacific. poſſ. ex num.* 116. Gig. *loc. alleg. quæſt.* 35. & Cardinal. Creſcent. *De Præſcript. Deciſ.* 17. *num.* 3. & 4. ſequitur quod fructibus non perceptis penſio non debeatur.
30 Et tandèm *num.* 13. Gizz. dixit, quod pendente quæſtione ſupèr nullitate, aut penſionis reductione, Penſionarius interìm manutenendus ſit in poſſeſſione, adde Caputaquenſ. *in Deciſ.* 321. *part.* 1. Cæſar. De Graſſ. *de Cauſ. poſſeſſ. & propriet. Deciſ.* 4. & 5. Gratian. *tom.* 5. *Diſcept.* 951. Lancellot. *de Attentat. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 38. & *cap.* 17. *num.* 62. & 92. maximè ſi in reſcripto adeſſet clauſula, ſinè retardatione ſolutionis Mar. Antonin. *lib.* 1. *Reſolut.* 31. *nu.* 2. quam ſempèr appoſitam cenſeri, etsì non apponatur, concinunt Mandoſ. *ad Regul. Cancell. de non tollend. jur. quæſit. quæſt.* 2. *num.* 6. Gig. *ubi ſup. quæſt.* 35. *num.* 9. & *quæſt.* 95. *num.* 5. Pariſ. *in citat. quæſt.* 8. *num.* 39. & plenè Ricc. *loc. cit. Reſolut.* 368., & quod com-
31 penſationem excludat, advertunt Monald. *in Conſ.* 52. *num.* 4. Graſſ. *De Except. cap.* 16. *num.* 64. & Gig. *loc. ſæpiùs allegat. quæſt.* 92. *num.* 4.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXIII.
### *SUMMÆ.*

1 *Sodomiticum vitium, abominabile probatur.*
2 *Sodomita, qua, Jure Canonico, & Civili plectatur pœna?*
3 Juſtinianus Imperator *qualitèr in ſodomitas ſeviit?*
4 *Sodomiticum crimen, quibus probetur? & num. 5. Qualitèr Madriti peculiari ſanctione? num. 6.*
7 *Sodomia, ad applicandam pœnam ordinariam, nùm ſatis ſit, quod indiciis, & præſumptionibus probetur? & num.* 17. & 18.
8 *Reo ad actum proximum perveniente mitiùs punitur, quàm qui explevit.*
9 *Sodomiæ crimen, non præſumitur conſumatum.*
10 *Dicterium,* legem in occultis contentari de eo, quod haberi poteſt, *qualitèr in ſuppoſita ſpecie intelligendum?*
11 Pragm. 1. De Sodom. *adducitur diſpoſitio, & nu.* 13.
12 . . . . 12. De Offic. Judic. *ponderatur, & num.* 16. & 23.
14 *Statutum generale non applicatur in caſu ſupèr quo ſpecialitèr proviſum eſt.*
15 . . . . . . *per ſpeciale declaratur, ſivè præcedat, ſivè ſubſequatur.*
19 Deciſio præſens D. Reg. noſtri *defenditur.*
20 *Indicia indubitata, in duas ſpecies diviſa traduntur.*
21 D. Regent. noſtri Deciſio *hæc, qua ratione proceſſit.*
22 Authoris *ſententia, de non plectendo reo ex indiciis pœna ordinaria.*
24 *In Crimine Sodomiæ, multum prævalet calumnia.*
25 *Reorum confeſſiones tormentis extortæ, quandoquè fallaces ſunt.*
26 *Pueri dictum ſe ſodomitatum, quandò contra inquiſitum inditium faciat?*
27 *Meretrici, ſe ſodomitatam aſſerenti, non credendum. Nequè Uxori, id de viro, aſſerenti. num.* 28.
29 *Sodomiæ Crimen qualitèr probatum dicatur?*
30 *Minor, de Sodomia, convictus: nùm morti tradendum.*
*Adducitur negativum placitum* Cavalcan. Menoch. & aliorum. *num.* 31.
*Contrarium adducitur* ex Farinac. De Marin. & aliis *num.* 32. & *num.* 34.
33 Pragm. 1. De Minorib. *Diſpoſitio, quandò adaptetur?* D. Mucc. *declarat* Sanfel.
35 *De Crimine Sodomiæ tentato permittitur tentantem impunè occidere.*
36 *Sententia, morti traditus fuit quidam, qui puero nolenti nefando vitio conſentire alteri, faciem incidit.*
37 *Nocte, qua ortus fuit Chriſtus Deus noſter, ſodomitæ omnes perierunt, & in ſpecie Virgilius. comprobatur* D. Reg. noſter *adversùs* Tiber. Donat.
38 *Extra aleam* Gizz. *obſervationem ſcripſiſſe notatur.*
39 *Meretricibus in Curribus, bigis, ac ſellis geſtatoriis, hac in Civitate incedere prohibetur* ex Pragm. *Confirmatur id* Domitiani edicto.
40 *Meretrix illa non dicitur, quæ aliquo accepto uni, aut duo conſenſit. Comprobatur* Gizz.
*Quid ſi trium libidini ſe expoſuit? num.* 41.

ILlud Martialis *De Baſſa.*
*Ventris onus miſero, nèc te pudet, excipis auro,*
*Baſſa bibis vitro: carius ergò cacas.*
1 in nefandum maſculæ Veneris flagitium Andr. Alciat. torſiſſe *in Emblem.* 80. pro pignore certare paratum lego, Joan. Thuil. eruditum quidèm virum *in Comm. ad eund. pagin. mihi* 354. Adepòl perexoſum, turpiſſimum, abominabile crimen eſt, Div. Auguſtin. ità ſcribente *De Vita Sodom.* à tanta enìm immunditia fugiunt Angeli, & Demones oculos claudunt. Homobon. *De Caſib. reſervat. part.* 2. *cap.* 4. *rat.* 4. At etsì, ſalvo pudore, aliquìd de hac materia dici non poſſit, rem turpiculam liberioribus impetere verbis non verebor; non exquò ad ſtomacum veniat; potiùs nè incæpto labori quicquàm deſiderandum remaneat, aut quia zizania hæc non perfunctoriam runcationem requirat.
2 Hujus horrendi facinoris, ultrà irrogatam infamiam. Donell. *in l.* 18. *Comm. jur. Civil. cap.* 7. *col.* 1. Mortis pœnam in Levitic. *cap.* 30. Lege Scatinia apùd Læt. *De Legib. Roman.* & mandantibus Conſtantio, & Conſtante in *l.* 13. *C. ad leg. Jul. de Adulter.* ſtatutam legitur, nonnulla memorant Valer. Maxim. *lib.* 6. *cap.* 1. ac Philip. Beroald. *in Comm. ad Sveton. Tranquill. cap.* 45. & 46. Plutarc. *in Marcell.* Juſtin. *Hiſtor. lib.* 9. & latiùs de pœna hujus Criminis tàm de Canonum jure, quàm Quiritum, proſequuntur Gottofred. *in ead. l.* 13. Bermond. *in Tract. de Public. concubin. Rubr. De Peccat. Sodom. ex num.* 33. Diaz *in pract. Crim. tit. Nefand. Crimin.* Dec. *in Conſ.* 83. *tom.* 2. Thob. Non. *in conſ.* 104. Bertaz. *in conſ.* 71. *ex nu.* 63. *lib.* 1. Federic. Scot. *in conſ.* 32. *lib.* 4. *vol.* 2. Mantua *in conſ.* 123. *lib.* 1. Plot. *in conſ.* 50. *lib.* 1. Ricc. *in prax. rer. quotid. Reſol.* 302. Bonif. *in tract. De Maleſ.*
*Rub.*

Digitized by Google

*Rub. De Adulter. num.*10. *& Rubr. de Rapt. num.*4.
Jodoc. *in pract. Crimin. Rub. De Peccat. contr. natur.*
Lancell. Conrad. *De Offic. Prætor. Rubric. De Sodom.*
Afflict. *in Conſtit. legum Aſperitate.* Clar. *in §. Sodo-*
*mia.* Azor. *inſtit. Moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 19. Franc.
Bernard. *ad Tranquil. Ambroſin. in Proceſſ. informat.*
*lib.*6. *cap.* 1. Medic. *in Summ. peccat. part.* 2. *tit.* 8.
*quæſt.* 34. Majol. *de Irregularit. cap.* 13. Lambertin.
*De Jur. patron. lib.*2. *artic.*18. *quæſt.*9. *part.*1. Covar.
*in Clement. ſi furioſus.* §. 1. De Benedict. *in Cap. Ray-*
*nutius. part.*2. *verb. mortuo itaquè teſtatore. el primo.*
*De Teſtam.* Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Tit. Des*
*ſucceſſionſ. Rub.* 7. §. 3. Petr. Ærod. *in lib.* 2. *Decret.*
*tit.*4. Anton. Gomeſ. *in l.*80. *Taur. num.*32. Menoch.
*De Arbitr. Judic. lib.*2. *caſ.*286. Rodriq. *tom.*1. *quæſt.*
*Regul.* 30. *artic.*18. Quarant. *in Summ. Bullar. verb.*
*Sodomia.* Navar. *in manual. cap.* 27. Ugolin. *de Irre-*
*gular. cap.* 43. §. 3. Foller. *in pract. Crim. tit. de So-*
*dom.* Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ. Fivizan.*13. *nu.*15.
*lib.*5. Papon. *lib.*24. *tit.*10. *Arreſt.*6. Scap. *de Jur. non*
*ſcript. lib.*5. *cap.*143. Guazzin. *de Confiſc. bonor. limit.*
45. *ad concl.*13. Campanil. *in Diverſ. jur. canon. rub.*
11. Bonacin. *de Magn. Matrim. Sacram. quæſt.*4. Ce-
vall. *Comm. contr. Comm. quæſt.* 228. Cherubin. *ad*
*Bull. Pii. Scol.* 2. Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part.* 3.
*cap.*4. Anton. de Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.*1. *cap.*
59. Henriq. *lib.*14. *cap.*5. Tap. *in ſuo Jur. Regn. lib.*5.
*tit.* 20. *Rub. De Sodom.* & Novar. *in Pragm.*2. *De So-*
3 *dom.* Juſtinianum verò plurimos ea de cauſa puniiſſe
virilibus exectis, teſtatur Zonoras *tom.* 3. relatus in
Polyanth. *noviſſim. noviſſ. tom.* 2. *part.* 2. *tit. De So-*
*dom. pagin.* 808.
4 Probari hoc crimen per indicia, & præſumptiones
probat hìc D. Reg. noſter etenìm lex in occultis con-
tentatur de eo quod haberi poteſt. Mar. Antonin. *lib.*
3. *Reſolut.*46. *num.*1. Maſtrill. *in Deciſ.* 295. *num.* 2.
Viv. *in Deciſ.* 157. *num.* 9. Brun. *De Indic. part.*
1. *quæſt.* 4. *num.* 7. Giurb. *in conſ.* 63. *num.* 15. undè
Maſcard. voluit probari ſodomiam, teſtium depoſitio-
5 nibus aſſerentibus vidiſſe linteamina ſanguinolenta,
vel Camiſiam ſanguine fœdatam *in tract. de Probat.*
*tom.*3. *Concluſ.*1319. *num.*3. *&* 6. Madriti, peculiari
6 lege ſancitum teſtatur Ignat. de Vil. ſatìs eſſe, ut hoc
crimen probatum dicatur per teſtium depoſitiones de
actibus ſingularibus, aliis accedentibus adminiculis
*in Sylv. Reſponſ.*9. *num.* 10.
7 Nùm talis probatio ſatìs ſit ad pœnam ordinariam
infligendam? ſuccedit videndum. Scio negativum
placitum ſubſtinuiſſe Afflict. *in indicat. Conſt. legum*
*aſperitate. num.*13. *in fin.* cui adſtipulantur poſita per
Jaſ. *in l. admonendi. ff. de Jur. Jurand.* Larrea *in Alleg.*
*fiſc.*66. *num.*67. Maſc. *in Concl.* 855. Zanchin. *de Hæ-*
*ret. cap.* 13. *nu.*4. §. 1. De Franch. *in Deciſ.* 539. *nu.*
16. Scacc. *de Judic. tom.*1. *quæſt.*59. *nu.* 6. *&* 16. Lu-
dovic. à Param. *De Origin. S. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.*6.
*ex num.*88. Caball. *Reſol. Crimin.* 288. *nu.* 2. Novar.
*in Summ. Bull. Tit. de Monet. tom.* 1. Grivell. *in De-*
*ciſ.* 93. Fab. *in ſuo Cod. tit. de Pœn. Diffin.* 6. Vermi-
gnol. *in conſ.*381. etenìm cum in crimine, de quo a-
8 gimus, generali attenta Conſuetudine, mitius, qui ad
actum proximum pervenit punitur, quàm qui con-
ſumavit, Clar. *in cit. §. ſodomia. num.* 8. *& in §. fin.*
*quæſt.*92. *num.*2. Maſtril. *in cit. Deciſ.* 295. *num.* 52.
Rovit. *ad Pragm. Regn. Tit. De Sodom. num.* 4. San-
felic. *in Deciſ.*354. *tom.*3. *num.*7. Quarant. *in adduct.*
*verb. Sodomia. Sublimit.*3. Trullench. *ad Præcept. De-*
*calog. tom.*2. *lib.*6. *cap.*1. *dub.* 7. §. 2. Scialoya *in prax.*
*forjudic. cap.*3. *ſub num.*99. Farinac. *De Delict. quæſt.*
19. *num.*148. & Grammat. *in Deciſ.*2. *num.*8. *& De-*
*ciſ.* 74. *num:* 9. *&* 30. *& Vot.*19. *num.* 4. *& denique*
*Vot.*20. *num.*8. ac Joan. Bapt. Mucc. *Var. quæſt. forenſ.*
*Dilucid. quæſt.* 13. *num.* 5. imò quod delictum hoc,
9 quanquàm atrociſſimum, conſumatum non cenſea-
tur, fuit voti idem Sanfelic. *in alleg. Deciſ.* 354. *nu.* 6.
ſubdit propterea Matth. Afflict. hæc ipſiſſima verba:
*iſtæ qualitates non poſſunt probari, niſi per confeſſio-*
*nes delinquentium, quià ſupradictis qualitatibus non*
*habentur teſtes, quià delictum eſt occultum, & ſi non*
*ſunt confeſſiones, ſed indicia, proùt Judici videbitur;*
*adhibebit tormenta*, & in idem veniunt Farinac. *in*
*quæſt.* 136. *num.* 25. *junctis traditis in queſt.* 86. *ex*
*num.* 78. *&* 113. Muſcatel. *in Rubr. De Adulter. &*
*ſtup. num.*33. & Gomeſ. *loc. indicato. num.*18.
10 Nec obſtat objectum illud ſupra ſcriptum *in occul-*
*tis legem contentari de eo quod haberi poteſt*, quià de-
linquentium confeſſio, ſaltèm tormentis adhibitis, de
facili haberi poteſt; Audiamus ergò Ferdinandum
Regem, atquè ejus Uxorem legislatores, mandantes
ſic in Pragm. 1. *De Sodom.* ibi: *ut qui confeſſus, aut*
11 *legitimis probationibus convictus fuerit tale crimen*
*poſt prædictam publicationem commiſiſſe, igne combu-*
*ratur*, & rursùs: *itaquè non obſtante illorum remiſſio-*
*ne, & perdonamento, qui prædictum abominabile cri-*
*men, aut confeſſi, aut legitimi convicti fuerint poſt*
*præſentis legis publicationem commiſiſſe, ſupradictæ*
*pœnæ ſubjaceant*; & demum iidem ſubdunt, *qui tale*
*crimen poſt publicationem præfatam, aut confeſſus, aut*
*legitimè fuerit convictus commiſiſſe*. Patet igitùr at-
tenta legis Regni diſpoſitione Confeſſum, aut legitimè
per teſtes de hoc crimine convictum, pœna ordinaria
puniri haùd poſſe, atquè adeò indubitata inditia etiàm
excluduntur.
12 Quìd de Pragm. 12. *De Offic. Judic.* cujus memi-
nit D. Reg. noſter *num.* 5. dicam! ſi exordium ſan-
ctio obtinuit eadèm, nàm ſciſſa in duas partes à
Doctoribus ſententia, an pœna ordinaria ex indiciis
indubitatis reus mulctari poſſit? Indè quod priùs jàm
diffinitum fuerat, intactum remanſit; Diſpoſuerat
13 *cit. Prag.* 1. pro ſodomitico crimine, quempiam pœ-
na ordinaria damnari non poſſe, niſi confeſſus, aut
convictus fuiſſet, & ideò de illo non loquitur Pragm.
14 12. quia ſtatutum generale, non applicatur in caſu,
ſupèr quo ſpecialitèr proviſum eſt Marian. Soccin. *in*
*conſ.*40. *num.*6. *lib.*1. Imò ſi de eadèm re duo ſtatuta,
15 aliquìd diverſum ſtatuentia, emanata ſint, unum
ſcilicèt generale magis, ſpeciale alterum, generale
per ſpeciale declarari compertum habeo, etenìm ut
primum procedat, excepta ſpecialitate, ſivè illud præ-
cedat, ſivè ſubſequatur; teſtibus Honded. *in conſ.* 19.
*num.*16. *&* 19. *lib.*2. Bertaz. *in conſ. Crimin.* 192. *lib.*
1. *num.*4. qui de communi teſtatur, Dec. *in l. in toto*
80. *ff. De Regul. Jur.* & Maſtril. *in Deciſ.* 216. *nu.* 54.
16 Ultrà quod ſi ejuſdèm Pragm. 12. diſpoſitio rectè
perpendatur, non cogit Judices ad puniendum reum,
indiciis indubitatis accedentibus, ſed ejus arbitrio re-
miſit ſi faciundum videbitur ibi: *poſſano li Giudici de*
*tribunali regii ſequire la opinione di dare per inditii*
*indubitati la pena ordinaria*, & elegantèr notat Danz.
*apud Sarn. in prax. crimin. pagin. mihi* 98. *poſt num.*
64. *verſ. quintò defendit.*
17 Firmatur quoquè opinio hæc judicaturis, conde-
mnato enìm pœna ordinaria ex indiciis indubitatis
per M.C.V. quodam cognomento de Angelis, reperto
in eodèm Cubili cum adoleſcente, in podice vitiato,
& linteamina ſpermate maculata; Eadèm ex Regio
Collaterali Conſilio, moderata fuit ſententia, ac man-
datum Agentem tormentis ſubiiciendum eſſe, pro ob-
tinenda confeſſione, teſte Sanfelic. *in Deciſ.* 134. Et
18 paritèr ex indiciis indubitatis per Magnam Curiam
Vicariæ, ejuſdèm criminis occaſione, ad ordinariam
pœnam damnato Franciſco Antonio de Marinis, facta
relatione Die 15. Maii 1641. in eodèm Regio Colla-
terali Conſilio per tùnc Judicem M.C.V. Burgos, ſen-
tentia in idem moderata extitit, pro ut habeo ex qua-
dam notula, proprio conſcripta chyrographo, D. Jo-
annis Mariæ Campana, qui pro Franciſco Antonio
obri-

Digitized by Google

obtinuit, & Allegationem tranſcribit Thor. *part.* 3. *pagin.* 263. *verb. ſodomia.*
19 Obſerva modò hìc, hanc firmatam opinionem, præ-
ſentem non turbare D. Regent. noſtri locum, quippè
ex D. Regent. Rovit. *in Deciſ.* 63. ſumitur, indubitata
20 indicia in duas partes dividenda fore, Una ſcilicèt in
illis, qui virtualitèr, ſivè actualitèr dubium afferunt,
& ex eis procùl dubii eſt, quìn Judex ordinariam pœ-
nam in reum irrogare non poſſit, quanquàm urgen-
tia ſint. D. Majoran. *in Opoprax. Crimin. cap.* 8. Alte-
ra in illis verſari indiciis, adeò probabilibus, & veroſi-
milibus, qui nullo modo, vel æquivocationem patiun-
tur, vel per evidentiam obumbrari poſſunt; ità quod
ſola delinquentis confeſſio deeſſe videatur ad Text. *in*
*l.* 1. *verſ. ſola confeſſio. ff. De Quæſt.* Menoch. *de Præſum-*
*pt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *&* *De Arbitr. caſ.* 270. *ex num.* 5.
Conciol. *in Reſol. Crim.* 2. *Rub. Indicium ad torturam.*
*num.* 4. Guazzin. *in Defenſ.* 33. *cap.* 4. *verſic. quæ in-*
*dicia.* Giurb. *in conſ.* 13. *&* 71. & Prat. *ad Paſcal. de*
*Virib. Patr. Poteſt. part.* 3. *cap.* 1. *verſ. Eſtquè ſummè*
*notandum*, & in his terminis prolatam fuiſſe Deciſio-
21 nem, quam ſeriò obſervamus, teſtatur idem D. Reg.
noſter *in fin.* in illis verbis: *puto advertendum quod*
*quamvìs ſolet dici ab aliquibus, qui fuerunt Judices*
*M.C.V. quòd non poſſint inquiſiti de hoc delicto puniri*
*pœna ordinaria, niſi fuerint confeſſi, quià non poſſunt*
*convinci, tamèn viſum fuit, hoc non poſſe procedere in*
*caſu prædicto, quià aderat potiùs quædam fragantia*
*delicti, vel ſaltìm indicia indubitatiſſima.*
22 At ſenſum meum in medium proferam. Nulla pror-
sùs indicia excogitari poſſe, quæ adeò indubitata à Ju-
dice haberi valeant, ut ex eis reus pœna ordinaria pro
arbitrio damnari poſſit. videſis Guazzin. *loc. allegat. ex*
*num.* 14 Caball. *in Reſol.* 288. *num.* 15. Farinac. *in*
*Conſil.* 100. Ciarlin. *in Controv.* 151. & Vermignol. *in*
*adduct. conſ.* 381. *num.* 7. alitèr innocentia de facili ca-
lumniaretur, aperiendo viam fraudibus. Maſtril. *in*
*cit. Deciſ.* 295. *num.* 48. nec morte, & igni afficiendus
in probationibus ſaltèm relevaretur. Affict. *in Conſtit.*
*Omnes noſtri num.* 11. *tom.* 1. & conferunt tradita per
Anchar. Regiens. *in quæſt.* 55. *num.* 9. *part.* 2. Menoch.
*de Arbitr. cent.* 5. *caſ.* 474. *num.* 54. Pariſ. *in conſ.* 24.
*vol.* 3. *num.* 14. Cravett. *in conſ.* 129. *vol.* 1. *num.* 13.
Roland. *in conſ.* 3. *num.* 56. *vol.* 1. Alb. *in conſ.* 56. *num.*
23 28. & per Bertaz. *in conſ.* 71. *num.* 64. Et Pragmat. 12.
*ſup. cit.* Judicis arbitrio ex indiciis indubitatis, reum
ordinaria pœna affici remiſit, Prat. *loc. cit.* quantò ea
indicia deceptionibus obnoxia conſiderans; legito ve-
24 lim ſucceſſos caſus, & obſtupeſcito; indè Judicium
proferto quìd de indubitatis indiciis hac in re ſentien-
dum! apud Sarn. *in adduct. prax. Crimin. pagin. mihi*
100. *verſic. Quod ſecùs eſſet.* Horat. Græc. *in ſuo tract.*
*inſcripto il Medico fiſcale ſect.* 3. *col.* 2. *pagin.* 34. *& cap.*
25 4. *pagin.* 39. *verſ. per tal riguardo.* Quandoquè etiàm
ipſiſſimas reorum confeſſiones, tormentis extortas fal-
laces eſſe, exempla ex tempore eventa ſuadunt, relata
ex Caſar. *in quæſt. peregrin.* 17. *num.* 52. Ann. Robert.
(Cujus verba tranſcribit Caſar. *ibid. num.* 51.) *in lib.*
1. *rer. judicat. cap.* 4. Moller. *lib.* 3. *ſemeſtr. cap.* 40. Vi-
gel. *cap.* 4. *ad Conſtit. Carol. cauſ.* 1. *except.* 1. & à Co-
ler. *in Deciſ. Germ.* 108. *num.* 13.
26 Cenſuit propterea Calcan. *in conſ.* 109. ex Bajard.
ſequutus *in addit. ad Clar. in citat. §. ſodomia. num.* 3.
non credendum puero, ſe ab aliquo ſodomitatum fa-
tenti, & quanquàm ſint, qui aſſerant illius dictum, in-
dicium ſatis eſſe ad torturam, verior opinio in contra-
rium probo; niſi aliis adminiculis junctum. Boſſ. *in*
*tit. De Stupr. deteſt. in Maſcul. num.* 7. *& De Indit.*
*& conſ. ad tortur. num.* 160. Farinac. *de Indic. & tor-*
*tur. quæſt.* 43. Sperell. *in Deciſ.* 38. *ex nu.* 7. Genuenſ.
*in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 82. *num.* 2. Intrigl.
*lib.* 1. *ſingul.* 232. aut id, ſub tortura ferula ceſus, puer
deponeret, Genuenſ. *loc. cit.* Boſſ. *in tit. De Indic. ant.*
*torturam. num.* 160. Maſtrill. *in cit. Deciſ.* 295. *num.*
16. & videatur De Marin. *ad Revert. in Deciſ.* 415.
*num.* 2. Nec eſt credendum Peguer. *in Deciſ.* 76. quia
ejus verba ſtatuto Cathaloniæ applicantur, *ut in ejus*
*Deciſ.* 5.
27 Meretrici quoquè, idem aſſerenti, nec eſſe præſtan-
dam fidem, reſolvit Armendar. *in Addit. ad Recom-*
*pilat. leg. Navarr. lib.* 2. *tit.* 21. *leg. unic. num.* 21. Ne-
28 què Uxori id de Viro affirmanti probat Hortenſ. Ca-
valcan. *De Brach. Reg. part.* 1. *num.* 282.
29 Sunt tamèn Interpretes, legitimam hujus exoſi cri-
minis probationem, ſubſtinentes, illam eſſe, ſi ultrà
dormitum cum puero, conſtaverit, quod unus erat ſu-
prà alium, vel acceſſerit, commovendo corpus per a-
ctus motivos luxuriæ contrà naturam, teſtante ſic Go-
meſ. *loc. deſupèr allegat. verſic. teneo pro conſtanti*: &
ità Judicatum, accedente probatione famæ publicæ,
ac quod aliud non poterat, conjecturari, præſumi, vel
applicari, quàm ad delictum contrà naturam, refert
Maſtrill. *in cit. Deciſ.* 295. *num.* 35.
30 Hìc verò de illo agendum libet, an Minor de hoc
crimine convictus, pœna ordinaria plecti poſſit?
31 Ordinariam pœnam haùd minoribus applicari poſ-
ſe, concinunt Philip. Dec. *in l. ferè in omnibus* 107.
*num.* 3. *ff. De Regul. Jur.* Cald. *in l. ſi curatorem. verb.*
*vel adverſarii. num.* 61. *C. De In integ. reſtit.* Joſeph
Ludovic. *in Deciſ.* 17. *part.* 1. *num.* 42. Ricc. *in Deciſ.*
77. *part.* 1. Hipp. De Marſil. *in Prax. Crimin. §. quo-*
*niàm. ex num.* 95. Duenn. *in Regul.* 259. *verb. Ætas.*
Gomeſ. *tom.* 3. *Reſol.* 1. *ex num.* 62. Caball. *in Reſol.*
131. Odd. *De In integr. reſtit. part.* 11. *quæſt.* 80. *nu.*
93. Gramm. *in Deciſ.* 23. *num.* 12. & Farinac. *in quæſt.*
92. *num.* 103. & in ſpecie in crimine ſodomiæ, loqui-
tur Borgnin. Cavalcan. *in cit. Deciſ.* 12. *num.* 17. *lib.*
5. ac evaſiſſe pœnam ultimi ſupplicii minorem ſexde-
cim annorum, teſtatur Menoch. *de Arbitr. Caſ.* 329.
*num.* 15. Imperatores etiàm Claudiæ per minorem æ-
tatem inceſti crimen remiſiſſe, legitur *in l. ſi adulte-*
*rium* 38. *§. ſtuprum verſ. Fratres deniquè. ff. Ad leg. Jul.*
*De Adulter.*
32 Relatam opinionem non procedere in atrociſſimis,
Deciſum refert Farinac. *loc. cit. num.* 108. & admit-
tunt Alii pleno calamo conducti à De Marin. *tom.* 2.
*Reſolut.* 169. *num.* 3. *cum ſequentib.* maximè ſtante
33 Diſpoſitione Pragm. 1. *De Minorib.* ubi habetur; mi-
nores pœna ordinaria, vel mitiori puniri poſſe, pro Ju-
dicis arbitrio, conſiderata Delicti atrocitate: Perſonæ
qualitate: Delictorum reiteratione, ac cæteris aliis
conſiderandis rectè perpenſis. meminit Bajard. *ad*
*Clar. in §. fin. quæſt.* 59. *num.* 12. dictaſquè conditio-
nes omnes concurrere debere, ut arbitrio prædicto lo-
cus fiat, aliter ad jus commune recurrendum, ſtatuit
34 explicato Sanfelicio *in Deciſ.* 57. Joan. Bapt. Mucc.
*var. quæſt. forenſ. Dilucidat. quæſt.* 15. Propterea mi-
nores aliquos ſodomitas, vel quia muliebria paſſi fue-
runt, ad mortem, ſententia damnati, oſtendunt ex no-
ſtris Reverter. *in Deciſ.* 525. & *ibi* De Marin. *& in alle-*
*gat. Reſolut.* 169. *num.* 7. Grammat. *in Conſtit. Mino-*
*rum jura. num.* 7. Foller. *ad Marant. in prax. part.*
4. *Diſtin.* 1. *num.* 83. & noviſſimè D.D. Hieronym. Ca-
là *De Reſtitut. in integr. quæſt.* 38. *ex num.* 70. *ad* 78.
ac nonnulla ad propoſitum dat De Luc. *ad De Franch.*
*in Obſervat.* 230.
35 Tandèm adnectere non fugit; tentatum de vitio ſo-
domitico impunè valere tentantem occidere Novar.
*loc. de ſup. citat.* Ricc. *ad Maſcard. de Probat. in ad-*
*duct. cap.* 1319. Scap. *de Jur. non ſcript. lib.* 5. *cap.* 143.
*nu.* 121. Paſcal. *in cit. Tract. de Virib. Patr. Poteſtat. part.*
1. *cap.* 5. *num.* 64. & Bajard. *ad Clar. in indicat. §. ſo-*
*domia. nu.* 15. referens caſum eventum in perſonam,
cujuſdam famuli piſtoris, atquè ſcolaris, qui pria-
pum præceptori ſuo amputavit, pro ut ſucceſſiſſe hac
in noſtra fideliſſima Civitate, notat Sarn. *loc. cit.* &
fuiſſe

Digitized by Google

ſuiſſe quemdàm morti traditum, qui in ſcalis Eccle-
36 ſiæ Jeſus, ad inſtantiam alterius, pecunia ſeductum,
faciem cuidam puero, nolenti nefando crimini con-
ſentire, incidit, refert De Pont. *De Poteſtat. Proreg. tit.*
1. *De Proviſion. fier. ſolit.* §. 2.
37 Venio nùnc *ad num.* 56. ubi D. Reg. noſter ſcribit
ea nocte, qua mundo ortus fuit Sol Juſtitiæ CHRI-
STUS Deus noſter, omnes ſodomitas periiſſe, & intèr
eos Virgilium Maronem. idèm teſtantur Emman. De
Valle de Moura *De Encant. & Enſalm. ſect.* 3. *cap.* 4.
*num.* 13. Cevall. *Comm. contr. Commun. quæſt.* 248.
*num.* 10. & Alter. *De Cenſur. tit.* 2. *Diſput.* 15. *cap.* 3.
*verſ.* 3. quanquàm Tiber. Donat. *in Virgilii vita.* il-
lum mortuum ſcribet Decimo Kalend. Octobris C.
Plautio, & Q. Lucretio Coſſ.
38 Quìd pro coronidè dicam ad Gizz. Extraneam Ob-
ſervationem in hac Deciſione compoſuit; Nec ad rem
confert quod de Diſpoſitione Pragm. 4. 8. 10. & 11.
*De Meretric.* & Pragm. 19. *num.* 4. *De Arm.* adnectit
39 *ex num.* 28. Meretricibus in bigis, quatrigis, rhedis,
curribus, ac ſellis geſtatoriis prohibente, Id verò à
Domitiano primitùs ſtatutum adverto ex Epiſcop. Pa-
nigarol. *in Comp. Annal. Eccleſ. Ann. Chriſt.* 82. & 83.
*pagin. mihi* 368. & ab Alex. ab Alexand. *Dier. genial.*
*lib.* 5. *cap.* 8. *circ. fin.* ſupèr quo cecinit Martial.

*Plùs debet tibi Roma quia pudica eſt.*

At lecticas etiàm illas poſuiſſe, ſpræto Domitiani E-
dicto, obſervat Juſt. Lipſ. *ad Tacit. lib.* 2. *Annal. pagin.*
40 *mihi* 140. Concurro tamèn in illo, quod adversùs Af-
flict. idèm Gizz. dixit *num.* 32. Meretricem non dici
illam, quæ mercede accepta uni tantùm conſenſit,
& probat Addit. *ad Bertaz. in conſ.* 134. *liter.* C. idquè
Maſcard. ampliatus fuit quanquàm duobus ſui co-
piam faceret. *tom.* 2. *De Probat. concluſ.* 1067. *num.* 17.
Gregor. Tholoſan. *lib.* 2. *Syntagm. jur. cap.* 2. *num.* 3.
Zacch. *De Salar. quæſt.* 63., etenìm illa dicitur mere-
trix, quæ multorum libidini conſenſit. *cap. vidua.* 34.
*Diſtin.* Prat. *ad Paſcal. loc. cit. part.* 2. *cap.* 10. *verſ. cu-*
41 *rioſa tamèn eſt.* proindè fœmina, quæ trium libidini
ſe exponit, meretricem eſſe, ſunt voti Bonmond. *de*
*Public. concub. verb. concubinam dimittat.* D. Conſil.
Petr. *in Rit.* 166. *num.* 154. & De Luc. *ad De Franch.*
*in Obſervat.* 58. *num.* 2.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLXIV.

### *SUMMÆ.*

1 *Tertius in Judicio veniens, qualitèr, & quandò au-*
*diatur?*
2 *De Judice ſuſpecto, qui ediſſerant?*
3 *Tertius ad cauſam veniens, quanquàm terminus* in
Pragm. 15. §. 6. De Suſpic. Offic. *elapſus ſit, Ju-*
*dicem ſuſpectum recuſare valet, comprobatur* D.
Reg. noſter.
*Niſì ad coadjuvandum venerit?* ex Gizz. *reſtringi-*
*tur* D. Reg. noſter. *num.* 4.
5 *... veniens in Judicio ad excuſandum conſangui-*
*neam; Judicem ſuſpectum recuſare poteſt.*
6 *... juribus non utens, quibus ſuccumbens uſus*
*fuit, ſententiæ executionem impedit.*
7 *Suſpicio: occaſione conſanguinitatis, aut affinitatis,*
*termino* in Pragm. *præfiſſo non alligatur.*
8 *Judex uſquè, ad quem conſanguinitatis gradum re-*
*cuſare poſſit?*
9 *Affinitatis gradus, qualis eſſe debeat, ut Judex ſu-*
*ſpectus poſſit allegare?*
*Quid in Cognato? num.* 10.
11 *Diſpoſitio* Pragm. *de proponenda ſuſpitione, intrà ſta-*
*tutum tempus, Minorem doli incapacem, & Tu-*
*torem non habentem, non obligat.*
12 *Minor: quandò in integrum reſtituatur, quotiès ejus*
*Curator in Judicem ſuſpectum conſenſiſſet?*
13 *Suſpitio notoria, an depoſito, & termino* in Pragm.
*præfiſſo alligetur? Adducitur* Gallup. *placitum, à*
Caſar. & Staiban. *rejectum, conciliatum à* De
Marin.
14 *Judex ex perſona Uxoris creditor, nùm in cauſa de-*
*bitoris, ſui debitoris interveniat, quotiès credi-*
*tum nullam pati poteſt jacturam? ponderatur* De-
ciſio. *contrà quam à Regia Camera Summariæ no-*
*viſſimè* Deciſum *adducitur. in caſu à fortiori. nu.*
15. 19. 20. & 21.
16 D. Præſid. D. Nicolai De Gaſcon *laudes emeritæ.*
17 Ill. Dux Diani, Reg. Cancell. Reg. D. Carolus Calà
*cum laude memoratur.*
18 *Univerſitas Judicem ſuſpectum recuſare non valet.*
22 *Judex in cauſa, debitoris ſui non judicat.*
23 *Creditori indiget habere debitorem locupletem.*
24 *Tutor in cauſa pupilli, an Judicem inimicum ſuum*
*recuſare poſſit?* ex D. Conſil. Petr. *reiicitur* D.
Reg. De Marin.
25 *.. idèm eſt, ac Dominus.*
26 *Judex conſanguineus Rectoris alicujus Eccleſiæ,*
*quandò in cauſa Eccleſiæ interveniat? refertur diſ-*
*ſidium intèr* Intrigl. Rovit. Fontanell. Svelu. &
Alios *ſequuto* D. Conſil. Petr.
27 *.. gubernator alicujus Eccleſiæ, in ejuſdèm cauſis*
*non judicat.*

1 DE Tertio in judicio venienti, qualitèr, & quan-
dò audiendus ſit? prolixè tractant Roland. Ca-
vagnol. *in ſuis Obſervat. Decret.* 14. §. 1. *quæſt.* 6. Co-
var. *Pract. quæſt. cap.* 13. 14. & 15. Benintend. *in*
*Deciſ.* 75. Caputaq. *in Deciſ.* 253. *part.* 3. Maſtrill. *in*
*Deciſ.* 14. 31. 99. 154. 198. & 257. Borgnin. Caval-
can. *in Deciſ.* 6. *tom.* 4. Gallup. *in Prax. part.* 1. *cap.*
7. Marant. *in ſpecul. part.* 4. *Diſtin.* 9. Gaill. *in Obſerv.*
70. 71. & 72. *lib.* 1. Gizzarell. *in Deciſ.* 40. De Marin.
*ad Reverter. in Obſerv.* 239. 278. & 323. & *tom.* 3.
*Allegat.* 142. D. Merlin. *in Controv.* 30. *tom.* 1. Barbat.
*de Aſſiſt. gloſſ.* 3. *ex num.* 46. Prat. *tom.* 1. *Diſcept.* 10.
Carol. Marant. *in Reſponſ.* 37. *tom.* 2. Cammarat. *in*
*Reſponſ.* 7. Carleval. *De Judic. lib.* 1. *tit.* 3. *Diſput.* 12.
D. Galeot. *tom.* 1. *Controv.* 47. Staiban. *tom.* 2. *Reſol.*
142. & noviſſimè Gregor. Motill. *in Prax. pagin.* 36.
*num.* 148.
2 Ac de Judice ſuſpecto ediſſerunt latè Maſcard. *de*
*Probat. tom.* 2. *Concluſ.* 998. Cavalc. *in Deciſ.* 28. *tom.*
2. Maſtrill. *in Deciſ.* 151. Gallup. *loc. citat. part.* 1. *cap.*
4. *à num.* 28. Philip. Franc. *in cap. poſtremò De Appel-*
*lat.* Wrmbſer. *tit.* 4. *Obſerv.* 6. Donell. *lib.* 17. *Comm.*
*cap.* 25. & *ibi* Oſuald. *lit. A.* Chriſtin. *in Deciſ.* 148. &
149. *tom.* 2. Treutler. *Diſput.* 12. *th.* 12. Ricc. *in Col-*
*lect.* 83. 443. 770. 1526. 1612. 1747. 2118. & 2668.
Gujac. *Obſervat.* 10. *à num.* 180. *lib.* 6. Staiban. *in al-*
*leg. tom.* 2. *Reſolut.* 117. Carleval. *loc. citat. Diſput.* 2.
*quæſt.* 7. *ſect.* 1. *num.* 792. Caſar. *in Quæſt. peregrin.* 48.
Conſil. D. Joan. Chriſoſtom. Vargas Machuc. *tom.* 1.
*Conſid. Para el Sindicat. part.* 5. *Conſiderat.* 9. D. Reg.
noſter *tom.* 2. *Conſult.* 101. & *in Deciſ.* 81. & *ibi* Nos,
D. Conſil. Petr. *in Rit.* 265. *tom.* 2. D. Rodoer. *in*
*Conſ.* 4. & D. Reg. De Philip. *in Diſſertat. fiſcal.* 29.
*num.* 153. *cum ſequent.*
3 Hìc verò ad Deciſionis ornatum Primò Obſervan-
dum curo; Tertium ad cauſam venientem, Judicem
tanquàm ſuſpectum recuſare poſſe; probat id ex Abb.
& Aliis, D. Reg. noſter *num.* 3. quibus Nos ſubnecti-
mus Angel. *in l. ſi cui* §. *idèm Imperator. ff. De Accu-*
*ſat.* Addit. *ad Felyn. in cap. cum ſempèr. De Offic. De-*
*legat.* Bartol. *in l.* 1. *C. Ubi rem act.* Scacc. *De Judic.*
*lib.* 1.



Digitized by Google

lib.1. cap. 101. num. 3. Gaill. in allegat. Obſervat. 71. num.7.& 8. quanquàm terminus de proponendis ſuſpicionibus, in Pragmat. 15. §.6. De Suſpic.Offic. deſtinatus, elapſus ſit. Baltax. De Angel. ad Gizzarell. in Deciſ. 40. num. 2. Didac. De Mar. ibid. num. 11. Maſull. ad Capyc. in Deciſ. 107. num. 4. Rovit. in Pragm.8. De Suſpic. Official.num.2. Jur.Cæſ. Imbrian. de Prim. & Secund. benefic. Conſid.3. num.38. D. Calà de In Integr. reſtit. quæſt.29. num. 20. & Deciſum recenſet D. Petr. in allegat. loc.num.25. Hoc tamen tra-
4 ditum ſanè intelligendum eſt; D. Regent. noſtri Authoritate. hìc num.22. in Tertio, qui Judicem recuſare petit pro ſuo intereſſe, haùd verò ſi ad coadjuvandum veniat, juxtà poſita à Gizz. in Obſerv. 36. num. 12. & in Obſerv. 85. num. 6. ſequuto per De Luc. ad De Franch. in Obſervat. 431. in fin. verſ. Tertius veniens ad cauſam.

5 Idquè procedere etiàm in Tertio ad excuſandum conſanguineum, poſt exequutam citationem, in Judicio veniente, concinunt Novar. in Collect. ad Pragm. 1. De Suſpic. Official.num.3. Thor. in compend. Deciſ. part. 2. verb. ſuſpicio Judicis, & in ſupplem. Comp. verb. Tertius, & Alii relati à D. Petr. loc.citat. num. 26. & à D. Altimar. ad Rovit. in Deciſ.1. num. 42. & videſis D.Merlin. in Controv.48. tom. 1.

6 Et eundèm Tertium non utentem juribus, quibus reus ſuccumbuit, ſententiæ executionem impedire, voluit Caputaq. in Allegat. Deciſ. 253. part. 3.

7 Indè nota, nec ſuſpitionem ex capite conſanguinitatis, vel affinitatis propoſitam, termino in Pragm. præſcripto alligari, teſte De Marin. ità ſcribente in Obſerv. 517. num.5. quià conſanguineus actoris, vel rei, nullo collitigantes coartantur tempore ad recuſationem proponendam, ſed ſat eſt, ut in actu expeditionis cauſæ, Pars collitigans advertat, quod talis Judex intervenire non poteſt, ex quò conjunctus cum ejus adverſario, pro ut de ſimili de Advocato effecto Judice verba facit D. Reg. Rovit. in dict. Pragm.15. intrà num.20. verſ. Et hæc ſuſpicio. Hactenùs De Marin. & uſquè ad de-
8 cimum conſanguinitatis gradum, Judicem in cauſa intervenire non poſſe: quia uſquè ad illum gradum conſanguineo ſuccedere poteſt, ſtatuunt Rovit. in Pragm.1. De Suſpic. Offic.num.25. Gallup. loc.allegat. cap.4. num. 31. & De Marin. ad Reverter. in cit. Obſervat. 517. num. 1. quod Fontanel. in Senatu Cathaloniæ admiſſum, uſquè ad quartum gradum recenſet in Deciſ. 11. & in Aragonia intrà quartum gradum, teſte Xamar. De Offic. Judic. part. 1. quæſt. 14. nu.54. Niſi utriquè parti conjunctus ſit, cum eo caſu recuſari tamquàm ſuſpectus non poſſit, Marant. loc. citat. part.6. act.2.nu.29.& 30. Ferdinand. Matut. De Azeved. in Diſquiſit. legal.18.nu.18. & pari affectu ambos conſanguineos diligeret Sanfelic. in Deciſ. 83. & D.
9 Petr. loc.indicat. num.126. & ad quem affinitatis gradum, Judex intervenire in cauſis non valeat? tradi-
10 dimus in Obſervat. 81. & in Cognato loquitur Sanfelic. in Deciſ.224. tom. 2. & Thor. in ſupplem. Comp. verb. ſuſpectus.

11 Quod & facilè applicari dixeris, in pupillo doli incapace, nec tutorem habente ex poſitis per Caſar. ſic judicatum referentem in perſonam Conſil. Caroli Brancacii pro Ill. D. Tereſia de Strada Marchioniſſa Criſpani, in cauſa cum Ill. Auguſtino Centurione Duce Reipublicæ Januenſis in Quæſt. peregrin. 13. ſequutus à De Luc. ad De Franch. in Obſervat.431. num.3. & probant Sfort. Odd. de In Integr. reſtit. part.1. art. 1. quæſt.15. num.24. verſ. limitatur quartò, & D.Al-
12 timar. ad Rovit. in Deciſ. 81. num.1. Imò minorem per integrum reſtitutionis beneficium ſuccurri; ſi ejus Curator expreſsè in Judicem ſuſpectum conſenſit, ſed reus ſit, tradunt in terminis Pragm. 15. De Suſpic. Official. De Luc. loc. allegat. Obſerv.692. num.2.& D. Calà in Indicata Quæſt. 29. num. 24. & 25. modò tamèn ejus collitigator ſimilitèr perſona privilegiata non ſit. Menoch. in Conſil.1048. & in Conſil.1074.nu. 28. ſed videantur Thor. in cit. compend. part. 1. verb. Reſtitutio in integrum. De Marin. tom. 3. Allegat.41. & 99. & Reg. Tapp. in cap. prolixitatem. De Suſpic. Official.

13 Idèm in ſuſpitione notoria procedere non ambigitur, etiam abſquè depoſito: etenìm notorium termino non alligatur. Gallup. qui ſic Deciſum tradit in citat. prax. part. 1. cap. 4. num. 27. Scio contrarium voluiſſe Caſar. in cit. quæſt.48. ex num. 10. & noviſſimè Staiban. in Obſervat. ad Reſolut.118. à nu.9. tom. 2. At diſtinctionem hac in re, ex De Marin. traditam amplexandam eſſe, ſum voti, ut quandò ſuſpitio hominis facto proponenda eſt; tùnc Pragmaticæ diſpoſitione ſubjici, ſinverò illa legalis ſit, & eo caſu procedere opinionem Gallup. concludit in Reſolut. 114. tom.2. & dixit Rovit. in prag.9. De Suſpic. Offic.

14 Secundò principalitèr Obſervandum eſt, caput pro obtinenda recuſatione Præſidis tùnc S. R. C. Andreæ Marcheſii, frivolum exiſtimatum fuiſſe, quod dictus Præſ., ex perſona D.Annæ Marcheſiæ ejus uxoris, erat creditor Joannis Thomæ Piſciottæ, uti hæredis quond. Scipionis Piſciottæ, in ann. Ducat. 280. pro capitali Ducatorum quatuor mille, qui Joannes Thomas erat creditor hæreditatis quond. Eleonoræ Piſciottæ in ingenti pecuniarum ſumma, ea ratione nàm ex inventario bonorum hæreditariorum, atquè creditorum relatione, liquidò dignoſcebatur hæreditatis opulentia, atquè adeò creditum Uxoris dicti Præſidis nullam pati poſſe jacturam. Addita quoquè integritate, ac ejuſdèm Præſidis circumſpectione, ut refert D.Reg. noſter num.3. verſ. Dicebatur.

15 At Referente in Regia Camera Summariæ Dom. D. Nicolao De Gaſcon viro conſcientiæ illibato, & æ-
16 què Docto, meritiſſimo ejuſdèm Regiæ Cameræ Præſide, majora merente, in recuſatione propoſita pro parte Univerſitatis Vigiliarum, in cauſa cum ejus
17 creditoribus, in perſonam, tùnc Præſidis dictæ Regiæ Cameræ, nùnc Regentis Regiæ Cancellariæ meritiſſimi Ill.Ducis Diani D.Caroli Calà viri nobilitate, doctrina, facundia, animi, morumque candore nemini ſecundi; contrariū Deciſum fuit ſub Die 12. Auguſti 1671. quia Ill.D.Hieronyma Uſſoria uxor dicti Ill.Ducis, & pro ea Magnificus Aſcanius Gambacurta, ejus ceſſionarius habebat creditum cum Univerſitate; Refragante in nihilo
18 traditum illud Deciſione comprobatum, Univerſitatem Judicem recuſare non poſſe, D.Conſil. Petr. in cit. Rit.265.nu.24. Sanfelic. in Deciſ.82. & D.Conſil.Rocc. in Tract. De Offic. Rubric. 17. De Offic. & Poteſtat. Elector. §.6. num. 90. 99. & 100.

19 Itèm perſonam Ill.D.Hieronymæ principalitèr non fuiſſe in Judicio, ſed ejus ceſſionarius, cujus creditum non controvertebatur, occaſio ſatis apta, nè Judicem creditoris conſanguineum recuſari poſſit, pro conſtanti habita adverſus propoſitam recuſationem in perſonam dicti D. Conſiliarii Franciſci Rocci pro parte creditorum Joſeph Corcione ex eo, quia Ill. Comes Ravaſcherius creditor ejuſdèm Corcione, erat ejus gener, ut eſt videre penès Secretarium S.R.C.

20 Ulteriùs Univerſitatem Vigiliarum ſolvendo eſſe, liquidò conſtabat, nec traditum dicti ceſſionarii potuiſſe periclitari, & tandèm integritas, circumſpectio, & bona fama ejuſdem Ill. Ducis accedebat, ſatis ur-
21 gens ratio, nè recuſari potuiſſet, ut in ſimili tradit D. Reg. noſter hìc num.4. & 5.

22 Ad Deciſionis ornatum, modò liceat aliqua extrà ordinem contexere; Judicem validè recuſari poſſe in cauſa ſui creditoris teſtatur Thor. in tom. 1. Comp. verb. nullitatis remedium. paritèr in cauſa debitoris
23 ſui, expedit namquè ipſi ſuum habere debitorem locupletem, ut Deciſum dicit D.Petr. cit. loc. nu. 148. circ. fin. memor D. Reg. noſter hìc, & relegendus eſt

Fab.

Digitized by Google

Fab. *in ſuo Cod. tit. nè quis in ſua cauſ. Diffin.* 9. *num.*4.

24 Tutorem in cauſa pupilli Judicem inimicum ſuum ſuſpectum dicere non valere, nàm cauſa pupilli, non dicitur tutoris, defendit De Marin. *in Reſolut.* 114. *tom.* 2. At aptiùs contrarium Deciſum demonſtrat D. Petr. *ibid. num.* 131. etenìm Tutor idèm eſt, ac
25 Dominus. *l. qui fundum §. ſi tutor. ff. pro empt.* & inimicus pupilli, inimicus tutoris eſt D.Reg.Galeot. *in Contr.*60. *num.*22. *tom.*1.

26 Idque procedere etiàm in Judice conſanguineo Rectoris alicujus Eccleſiæ, licèt de proprio ipſius intereſſe non agatur, ex Aufrer. & Intrigl. probat Giurb. *in Obſ.*68. Contrarium verò probant Rovit. *in Deciſ.* 80. Fontanel. *in Deciſ.* 15. & De Marin. *in adduct. Reſolut.*114. quod in re tantùm pecuniaria admittit Joan. Chriſtophor. Svelves *Caſ.* 23. *cent.* 1. Placitum tandèm Giurb. in judiciis amplexatum tradit in perſonam Conſiliarii De Piccolellis De Anno 1631. Die
27 7. Aprilis. D. Conſil. Petr. *num.* 128. Nèc Judicium ſuum, Judicem alicujus Eccleſiæ Gubernatorem, in cauſa, qua eadèm Eccleſia habet intereſſe, proferre indicat D. Rodoer. *in cit. Conſ.* 4. teſtimonio quoquè rerum judicatarum probans in perſonam D. Conſiliarii, atquè Regentis electi Thomæ De Aquino, & D. Conſiliarii Joannis Baptiſtæ Muſettula. *num.*19.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CLXV.
### *SUMMÆ.*

1 *Fiſco, Jure Romano attento, licita eſt appellatio. Contrarium diſpoſitum de jure Regni traditur nu.* 2. Comprobatur D.Reg.noſter.
*In tota Italia, atquè Gallia receptum, num.*3.
4 *A' notorio gravamine, Fiſco, competit recurſus.* rejecto Petr. Anton. Panſ. ex D. Reg. noſtro, & Aliis.
5 *Juxtà Appellationis terminos, Recurſus regulatur.*
6 *Quo tempore, appellare privato permittatur?* Comprobatur D.Reg. noſter. Declarato Gizz.
7 *Fiſco, ex quo tempore, tempus ad recurrendum currat?*
8 . . *abſente, ſententia proferri non debet.*
9 *Sententiæ, Fiſco abſente, in cauſis fiſcalibus firmitatem non obtinet.*
10 *Præſens in judicio citandus non eſt.* Comprobatur D.Reg.noſter.
11 *Terminus decem dierum Fiſco ad petendum recurſum conceſſo, qualitèr intelligendus?* Comprobatur Gizz.
12 . . . *fiſco, ad recurrendum à ſententia in ipſum latæ ſtatutum; currit de momento ad momentum, & nullo modo ampliari poteſt.*
13 *Fiſcus: qualitèr recurſum petat?* adducuntur D.Reg. noſtri *ſequaces.*
14 . . *appellat à Decretis remiſſionem cauſæ ad alium Judicem decernentibus.* Comprobatur D. Reg. noſter.
15 . . *in Curiis Eccleſiaſticis, à Decretis abſolutoriis appellat.*
16 *Miſerabilis perſonæ adversùs omiſſam appellationem, læſione non probatâ, ſuccurritur.* Comprobatur D. Reg.noſter. *rejecta* Fulgoſ. *diſtinctione*, & Aliorum ex Sforz. Odd.
17 . . . . . . . . *an adversùs lapſum fatalium per in integrum reſtitutionis beneficium ſuccurratur? contrà* Angel. Alex. & Alios *ſtant* Marant. Mynſiger. Gayll. & De Luc. *quibus favet* Deciſio noviſſima, *& num.*18. 27. *rejecto* Sanfelic. *num.* 24. 29. Cum Deciſ. *& num.*27.
19 *Vidua intèr miſerabiles perſonas numeratur.*
20 *Appellationum tempora, quæ?*
21 *Tempore appellationis non alligantur, illi, qui reſtitutionis remedio ſuccurruntur.*
22 *Vidua, cùr reſtitutionis in integrum beneficium gaudeat?*
23 Deciſ. De Franch.284. *quibus adaptetur, exponitur.*
25 *Vidua, ex quò miſerabilis dicatur perſona, quanquàm Dives ſit?*
26 *Paupertas non eſt ſumma miſeria, nec Divitiæ paupertatem excludunt.*
28 *Pauper adversùs lapſum fatalium, etsì viduitatis requiſitum non habeat, ſuccurritur per in integrum reſtitutionis beneficium.*
30 *Advocato pertinet confutare, & confirmare.*
31 *Reſtitutio in integrum, abſquè læſione non conceditur.*
32 *Læſionem: ad obtinendam in integrum reſtitutionem adversùs fatalium lapſum; ſatìs eſt allegare. refertur opinio* Garſ. Giurb. & Lopez.
33 *Variatio de Corpore ad Corpus creditori haud permiſſa, probatur, ſaltèm de æquitate.*
34 *Bona per debitorem poſſeſſa: priùs diſcutienda ſtatuitur, exindè tertium poſſeſſorem conveniendum.*
35 *Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum judicat ſicut Deus.*
36 *Deus, viduæ, & pupilli non deſpuit preces.*
37 *Impedito proſequi appellationem; per in integrum reſtitutionis remedium ſuccurritur.*
38 *Pauperi appellanti, fatalia non currunt.*
39 *Monaſterium ædificandum juvatur beneficio in integrum reſtitutionis; data negligentia appellationis proſequendæ.*

1 IN dubium revocatam appellationem Fiſco permiſſam, Quiritum attento jure Gabriel. *comm. Concl. lib.* 7. *tit. De Maleſic. concluſ.* 14. Grammatic. *in Deciſ.* 14. De Franch. *in Deciſ.* 148. *num.* 8. *& in Deciſ.*170. *num.*9. lege municipali legimus in Rit. *M.*
2 *C.V.*258.*&* 261. quorum meminerunt Bajard. *ad Clar. in §. fin. quaſt.*94. *num.*32. De Nigr. *in cap. Regn. Plerunquè*, & Dominic. De Rub. *in Certam.* 11. *num.*2. ac teſtantur Borrell. *in ſumm. Deciſ. Tit.* 33. *nu.* 748. *& ſeq.* Sanfelic. *in Deciſ.* 351. *tom.*2. *nu.*19. De Marin. *in Reſol.*150. *tom.*1. D.Reg.noſter *hìc, & in Deciſ.*
3 173. *num.* 2. Idquè in tota Italia amplexatum prædicant Ciarlin. *in Controv.* 20. *num.*156. *tom.* 1. Ludovic. *in Deciſ. Lucenſ.*1. *num.*41. Vigel. *cent.* 5. *Deciſ.* 21. & in in Gallia quoquè obſervantiæ demandatum oſtendit D.Conſil.Petr. *in cit. Rit.* 258. *num.* 2. *& in adduct. Rit.*261. *num.*7.

4 A'notorio verò gravamine, ad ſuperiores Judices recurrit; quanquàm Petr.Anton.Panſ. in quadàm contingentia pro D. Julio Caraſa *in Allegat.* 16. *penès De Marin. tom.* 3. *Reſolut.* ſubſtinere auſus fuiſſet, quod appellatione prohibita, etiàm ſit denegandus recurſus, adversùs opinionem communem comprobatam ex De Pont. *De Poteſt. Proreg. tit.*3. §.1. *nu.*51. Imbrian. *De Repulſ. part.*1. *conſid.*2. *num.* 9. Maſtrill. *in Deciſ.* 158. *num.*2. De Franch. *in indicat. Deciſ.* 148. *nu.* 7. & *ibi* De Luc. *num.*2. Malull. *ad Capyc. in Deciſ.*144. De Marin. *in alleg. Reſol.* 150. *num.* 1. & *ibi* D. Rodoer. *num.*11. D.Petr. *in eod. Rit.*258. *nu.*7. De Rub. *in cit. loc.* Danz. *De Pugn. Doctor. tom.*1. *De Offic. Fiſc. ex num.*28. & à D.Reg.noſtro *in Deciſ.*161. *num.*4. *&* 5. *& hìc num.*18.

5 Regulari recurſum, juxtà appellationis terminos, notat Boer. *in Deciſ.* 247. utputa ſicùt intrà decem dies, à die intimationis ſententiæ privato licitum eſt
6 appellare, ut in Authent. *hodiè. C. De Appellat.* Cujus

jus meminit D. Reg. noſter hìc num. 1. & in Conſult.
159. num.26. tom.2. cui accinunt Rovit. in Deciſ.16.
ex num. 2. & in Pragm.1. nu. 6. De Appellat. Novar.
ibid. num. 9. & 10. Gratian. in Deciſ. 62. Scacc. de
Appellat. Quæſt.12. num.21. & Joan. Carol. Antonell.
De Legal. Tempor. cap.23. à num.5. placuit tamèn a-
liis, decendium hoc Reo ex ipſo die ſcientiæ prolatæ
ſententiæ currere, intèr quos ſunt Marant. in prax.
part. 6. tit. & quand. appell. num. 215. & Brederod.
De Appellat. part.2. tit.7. De Fatalib. verſic. de curſu
decendii. col. 120. & col. 125. At iſthæc opinio à pra-
xi aliena eſt, quicquid ſibi diſtinguat Gizz. hìc à nu.
1. ad 6. niſi de reo, qui ſe pro intimato hàbuit loquan-
tur, ad tradita per D.Petr. in Rit. 123. nu. 24. aut de
7 fiſco ſcribant, cui tempus ad recurrendum currit à die
latæ ſententiæ. D.Conſil.Petr. in cit. Rit.258. nu.22.
8 quià ipſo abſente ſententia proferri non poteſt, Pere-
grin. De Jur. fiſc. lib.7. tit.2. num.2. & tit.4. num.2.
Sanfelic. in lib.1. Deciſ.23. Alfar. de Fiſc. gloſſ.16. pri-
vil. 65. num.210. & gloſ. 18. privileg. 8. num. 15. &
gloſ.34. num.2. & in §.8. num.229. & Larrea in lib.1.
Allegat.1. num.28. & in lib.2. Allegat.107. num. 28.
& in Allegat.109. num.28. & concinunt jura in l. non
intelligitur §. Divus. & in l. ſi fiſcus. ff. De Jur. Fiſc.
ac ſtatuit id apud Nos Pragm.26. De Offic. S.R.C. Un-
9 dè Sententiam in cauſis fiſcalibus, abſente Fiſco, la-
tam, nullam decernunt, De Franch. in Deciſ.278. nu.
6. & in Deciſ.510. num.8. D.Merlin. tom.1. Controv.
86. num.17. & tom.2. Controv.72. num.20. & elegan-
tèr ſuadet Maximil. Fauſt. in Conſil. pro Ærar. Claſ-
ſic.9. ordin.762. & qui præſens reperitur, citandus non
10 eſt, D.Reg. noſter num. 34. Acac. Anton. Ripoll. Var.
Tit. De Citat. ex num. 118. Gratian. in Diſcept. 797.
num. 1. tom. 4. & D. Altimar. ad Rovit. in Dec. 16.
verſ. ubi obſerva.

11 Sed quod de termino decem dierum, in Fiſco ad re-
currendum ſtatuto, dictum eſt, intelligendum curo
juxtà traditum ex Gizz. hic num. 15. ſcilicèt cum Fi-
ſcus à ſententia inferioris Judicis ad ſuperiorem recur-
rit, ſin verò à ſententia ſuperioris Judicis, à qua non
appellatur id eveniat, tùnc quia diſpoſitione Auth.
quæ ſupplicatio. C. De Præcib. Imperat. Offerend. pri-
vato intrà biennium licitum eſt appellare, ità & Fi-
ſco recurrere conceſſum eſt, Rovit. teſte referente Fiſco
poſt decem, & octo menſes fuiſſe conceſsum recurſum,
à ſententia delegatorum, nàm Judices ſuperiores in-
tervenerant in Deciſ.14.

12 Currere hunc ſtatutum terminum de momento ad
momentum, ſtatuunt Marant. loc. indic. num. 214.
Brederod. ubi ſup. Bonifac. de Vitalin. in Clement. ſi-
cut. De Appellat. num.16. & D. Reg. noſter in cit. Con-
ſult.159. num.24. ità ut nec Judicis authoritate impe-
diri poſſit, Gravat. ad Veſtr. in prax. lib. 7. cap. ultim.
lit. K. verſ. prædicta verò. Muſcatell. in prax. part. 2.
gloſſ. declarabitur. num. 10. & 11. Gregor. Motill. in
prax. tit. De Appellat. cap.6. nequè partium conſenſu,
D. Reg. noſter in cit. Conſult. 159. num. 25. & hìc nu.
10. ac dixerant Tiraquell. De Retract. ligniag. §.1. gloſſ.
10. num.33. Myſinger. cent. 2. Obſervat. 68. & Rovit.
in cit. Pragm.1. num.11.

13 Dat D.Reg. noſter ex num.18. ad 22. praxìm qua-
litèr à Fiſco recurſus petatur? At idem munus ſequuto
D.Regente noſtro expleverunt Joan. Leonard. Rodoer.
loc. allegat. num.13. & De Luc. ibid. num.2.

14 Unum hìc, non abſre ſubnectendum volo, Diſpo-
ſitionem Rit. 258. prohibentem Fiſco à Decretis ab-
ſolutoriis appellare, non comprehendi Decreta affir-
mativa, ſupèr remiſſione cauſæ, interpoſita ad alium
Judicem, teſte D.Reg. noſtro num.40. probant D.Petr.
in Rit. 18. num. 10. verſ. quin & ab aliis. tom. 1. &
in alleg. Rit. 258. ex num. 1. ad 25. Sanfelic. in Deciſ.
4. Danz. loc. cit. num. 45. & ità practicari teſtatur De
15 Luc. ibid. num. 3. verſic. argumentari poteſt. Et in
Curiis Eccleſiaſticis Fiſco, à decretis abſolutoriis ap-
pellationem permiſſam, dicit Bajard. ubi ſup. num.24.
& ità ſervari in Curia Archiepiſcopali hujus noſtræ
Nobiliſſimæ, ac Fideliſſimæ Civitatis, referunt Epi-
ſcop. Ricc. in Deciſ. 81. part. 2. & Epiſcop. Genuenſ.
in Prax. ejuſdèm Curiæ. cap.45. pagin. mihi 160.

16 Modò obſervandum eſt; D. Regentem noſtrum nu.
50. ſcripſiſſe ſuccurrendam eſſe perſonam privilegia-
tam, adverſùs omiſſam appellationem, non probata
læſione, & comprobat aſsumptum Myſinger. centur.
4. Obſervat. 17. Sed Fulgoſ. in l. nàm, & poſtèa §. ſi
minor. ff. de Jur. Jurand. & in l. fin. C. Quib. cauſ. in
integr. reſtit. non eſt neceſſaria. hanc ſententiam in
Reo tantùm procedere fuit voti, & proſequuti ſunt
eandèm reſtrictionem, Ruin. in Conſ.68. num.20. vol.1.
& Alii apud Gabriel. loc. indicat. lib.2. tit. De Minorib.
Concluſ.2. num.3. & Maſcard. De Probat. tom.1. Concl.
963. num. 19. Reſpuit tamèn illam Sforz. Odd. cum
non minùs non appellando videatur omittere Actor,
quàm Reus in Tract. De In Integr. reſtit. quæſt.36. art.
5. num.46. verſ. ſed contrà hanc diſtinctionem.

17 Major difficultas eſt, nùm adverſùs lapſus fatalium,
Perſona privilegiata in integrum ſit reſtituenda? Ne-
gat Alex. in Conſ. 55. num.18. vol. 5. non probata læ-
ſione, quia non valet argumentum deſerta eſt appel-
latio, ergò læſus, & in idem veniunt Angel. in §. ap-
pellatur. poſt num. 3. Inſtit. de Except. & Alii penès
Maſcard. in cit. loc. tom. 2. Concluſ. 1279. num. 7. &
confert aliqualitèr Deciſ. apùd De Franch. 284. cujus
meminit Staiban. lib.1. Reſolut.94. nu.10. Verùm pro
18 contrario videri poſſunt Marant. in cit. loc. part. 6.
Tit. & quandoq. appell. nu.413. De Luc. qui Præſid.
ſuum impugnat in Obſerv. ad cit. Deciſ.284. latè My-
ſinger. cent.1. Obſerv.42. & cent.5. Obſervat.98. Gail.
Obſervat. 137. num. 2. verſ. imò expedit. & Obſerv.
140. num.3. & 4. & Ego de anno 1670. Obtinui in S.
R. C. pro Vidua D. Antonia Milazzi votantibus Do-
minis Conſiliariis Eraſmo De Ponte, Paulo Jannetta-
ſio, Aloyſio Maria Macedonio, & Michaele Muſettu-
la. referente tùnc Judice, nunc Regio Conſiliario
Thoma De Luca. At cum idem articulus denuò diffi-
niendum inſurgeret in eadèm cauſa cum Joanne Tho-
ma Graminea, & aliis, ſequens compoſui Juris Patro-
cinium.

Non ſinuoſam, nèc multijugam diffiniendam vo-
bis, P. C. proponimus quæſtionem, ſed ſuccurrendam
D. Antoniam Milazzi per beneficium reſtitutionis in
integrum: ratione viduitatis, adverſùs lapſum fata-
lium, interpoſitæ appellationis, à Decreto diffinitivo
M. C. V. à quo fuit præſtita Aſſiſtentia ad finem,
19 vendendi, in gratiam Joannis Thomæ Gramineæ,
& litis conſortium; Miſerabilis perſona eſt, l. unic. C.
Quand. Imper. int. pupill. & vid. Deus firmos faciet
terminos ejus. Proverb. 5. num. 25.

20 Et ut Aſtreæ limina attingamus, haùd ambigì poteſt,
appellationum tempora, Sacroſanctis legibus præfini-
ta Auth. hodiè. C. de Appellat. Conſtit. Regn. Appella-
tionum tempora, & ibi Afflict. Octavian. Veſtr. in prax.
lib.7. cap.3. & ibi Gravat. Muſcatell. part.1. Gloſſ. proſe-
quendum. Gloſſ. intimare. & Gloſſ. præſentare. Gallup.
in Prax. part.3. cap.4. De Remed. Appell. D.Conſil.Petr.
tom.2. Rit.260. ex nu.1. ad 11. & Motill. in Prax. tit. De
Appell. cap.6. non alligari illos, qui remedio in inte-
21 grum reſtitutionis juvantur. Audite quæsò Marant.
ſummum practicum per hæc ipſiſſima verba loquen-
tem in ſpecul. tit. & quandoq. appellat. num. 413. li-
mita, tamèn prædicta non procedere in perſona, quæ
poteſt petere reſtitutionem in integrum, quia licèt non
fuerit proſequuta appellatio infra quinquaginta dies,
vel intrà tempus ſibi ſtatutum à Judice, poteſt tamèn
intrà quatriennium continuum petere reſtitutionem
in integrum adverſùs temporis lapſum, & reſtituetur
ad tantum tempus infrà quantum fuit læſa. Hæc ille,

&c in

Digitized by Google

& in idem veniunt Andr. Gaill. *in Obſervat.*137. *&* 140. *num.*7. *lib.*1. Myſinger. *in Obſervat.*41. *cent.*1. *&* *cent.*5. *Obſerv.* 98. & Jodoc. Stimpol. *in ſuo Comp. de Appellat. loc.*9. *declar.* 1. *regul. & except.*7.

22 Quod Viduæ competat remedium reſtitutionis in integrum, quia miſerabilis perſona, fortunæ injuria, qua virum amiſit, procùl à dubitatione eſt, penès Sforz. Odd. *in tract. De In Integr. reſtit. part.*1. *quæſt.* 10. *art.*6. *num.*34. Thor. *in Comp. Deciſ. part.*3. *ſect.*3. *verb. reſtitutio in integrum adverſùs ſententiam.* Jul. Cæſ. Imbrian. *de Prim. & Secund. benefic. conſid.*2. *ex num.*170. *ad* 175. D. Reg. Merlin. *Controv.* 52. *nu.* 34. *cent.* 2. & ſic Deciſum per Collaterale Conſilium dicit Taſſon. *De Antefat. verſ.*3. *Obſerv.* 3. *num.* 115. *& verſ.* 17.

23 Nec allegare valet parti in contrarium Vincent. De Franch. *in Deciſ.* 284. ex quò ejus verba in Muliere, non in Vidua diriguntur, ut legens facilè intuebitur, & obſervant Staib. *in Reſol.*140. *num.*15. Imbrian. *loc. citat. num.* 118. & De Luc. *ad eund. De Franc. Ibid. num.*1. imò quandoquè Viduam, hoc remedio adverſùs omiſſam appellationem noſtrum S.R.C. ſuccurriſſe Deciſione adducta probant D. Marcian. *in Diſput.* 19. *ex num.* 6. *ad* 12. & Arias De Meſa *in lib.* 3. *var. Reſol.* 44.

24 Nequè à Sanfelic. *in Deciſ.* 123. traditam reſtrictionem, ut hoc in Vidua divite non procedat, obſtat: ete-
25 nim miſerabilitatem, divitiæ non excludunt: cum miſerabilis non dicatur vidua, quia pauper, ſed ex quò virum amiſit; Hìnc Gulielm. De Benedict. *in cap. Raynutius, verb. qui cum alia matrimonium contrahens. num.*128. *De Teſtam.* viduæ omnes triſtes, & deſolatas conſiderat, quia ſæpè injuſtè decipiuntur, nàm virum non habent; ſæpè moleſtantur, quià ſunt deſtitutæ viris, qui erant defenſores ipſarum. *§. patitur. Inſtit. De Injur.* Denìquè exquò maritis eas conſolantibus carent, in cujus ſignum lugubribus operiuntur veſtibus, & triſtia ſigna domo ſubſtinent. Ovid. 1. *Faſtor.* Hæ certò omnibus viduis, quantumvis divitibus communes ſunt, intantùm quod Regina ſi vidua eſt,
26 miſerabilis dici poſſit. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.*257. Imbrian. *loc. citat. num.*174. Paupertas etiàm, nec eſt ſumma miſeria, nec divitiæ, paupertatem excludunt. Div. Thom. 1. 2. *quæſt.* 2. *art.* 1. Div. Antonin. *in Summ. part.* 4. *Tit.* 7. *cap.* 4. §. 1. *&* 2. Ariſtotel. *De Morib. ad Nicomac. lib.*1. *cap.*3. *in fin.* & Sot. *in* 4. *ſentent. part.*2. *Diſtinct.* 47. *quæſt.* 1. *art.* 1. *concluſ.* 3. Audite Horatii deſiderium *Sermon. Satyr.* 1.

*Semper Ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.*

& Tibulli *lib.*2.

*Non Ego divitias patrum, fructuſque requiro,*
*Quos tulit antiquo, condita meſſis avo:*
*Parva Seges, ſatis eſt, ſatis eſt requieſcere lecto,*
*Scilicèt, & ſolito, membra levare toro.*
*Atquè utinàm Romæ, nemo eſſet dives, & ipſe*
*Straminea poſſet, dux habitare caſa.*

Undè in ſe gratulabundus, ſic Hieronymus Carbonus panſit *in Eleg. ad Auguſt. Niph.* penès Borrel. *in Elium Marcheſ. pagin. mihi* 54.

*Liber ago in terris vitam, ſinè turbine rerum;*
*Sollicitant animum vota, nec ulla meum.*
*Res erat arcta domi, cenſu tamèn auctus honeſto,*
*Deſpicio Attalicas imperioſas opes.*

ac *citat.* Horat. *lib.* 2. *Ode* 18.

*. . . nec potentem amicum*
*Largiora flagito,*
*Satis beatus unicis Sabinis.*

27 indiſtinctè ergò, & benè me herclè noſtrum Sacrum Regium Conſilium, viduæ diviti, ſicùt, & pauperi fori privilegium potiri, in dies dicit. De Franch. *in Deciſ.*19. *num.*19. & probant elegantèr Marta *De Juriſdict. part.*2. *cap.*21. *num.*6. Cancer. *var. tom.* 2. *Tit. De Juriſdict. omn. Judic. cap.*2. *num.* 6. Scacc. *De Appellat. quæſt.*7. *num.*17. Carleval. *De Judic. tom.*1. *lib.* 1. *tit.*1. *quæſt.* 6. *ſect.*7. *num.* 541. D. Conſil. Petr. *in Rit.* 230. *num.*12. & communitèr hanc ſententiam in praxi amplexatam, teſtatur Veſtr. *in adduct. prax. lib.* 7. *cap. ultim. num.*10. Miſerationis gratia, Jus privilegium impartitus fuit, non paupertati. Gratian. *in Diſcept.*182. *num.* 1. *&* 2.

Quid, quod fortaſsè pauperi, ſi viduitatis requiſitum non habeat, adverſùs fatalium lapſum, per be-
28 neficium reſtitutionis in integrum, non ſuccurretur? Utiquè pro paupere decertant unanimè noſtri jurium Interpretes Joan. Maurit. *De In Integr. reſtit. cap.*362. Valaſc. *De Privileg. pauper. quæſt.* 31. Chriſtin. *in Deciſ. Belgic.*116. *vol.*4. Giurb. *in Deciſ. Sicil.*18. *num.*2. *&* 3. Novar. *De Elect. for. quæſt.* 16. & D. Petr. *in alleg. loc. num.* 42. vivida paupertatis occaſione, Matin. *De Legitimat. perſon. cap.* 1. *num.* 14. Curia pauperibus clauſa eſt. Ovid. *De Amor. lib.* 3. *eleg.* 7. Nil habet infelix paupertas duriùs in ſe, quàm quod ridiculos homines facit. Juvenal. *Satir.*3.

29 Indè ſi Sanfelicii admitteremus placitum, ſequeretur viduæ, tamquàm miſerabili denegari in integrum reſtitutionis remedium, quod abſurdum eſt, propterea meritò contrà ipſum reſolvit Staiban. *tom.*2. *Reſolut.* 155. *à num.* 57. *ad* 70. ſequutus per De Luc. *ad De Franch. in indicat. Deciſ.* 284. *num.* 1. *in fin.* ac Reminiſcite P. C. in hac eadèm cauſa, alia occaſione, pro reſtitutione in integrum, adverſùs lapſum fatalium, in beneficium D. Antoniæ, à Vobis, de Anno 1670. in eadèm Aula, qua Jus dicitis, referente tùnc Judice M. C. V. Magnifico Thoma De Luca Cauſæ Commiſſario, ſub noſtro Patrocinio determinatum fore.

30 Atut nihil prorſùs obſit, quìn pro Cliente victoriam obtineamus, dum noſtrum eſt confirmare, & confutare Cicer. *lib.* 1. *Rethor.* remanet, ut alio parti
31 ſatisfactum ſit. Abſquè læſione in integrum reſtitutio non conceditur. Gratian. *in Diſcept.* 606. *num.* 2. ſcribit. Reſpondit Fontanell. *in Deciſ.*101. *num.*20. in
32 ſuppoſita ſpecie ſatis eſſe læſionem allegare, quod licèt Alii cum moderatione admittant, ad cauſam proſunt, dùm quotiès reſtituendus eſt Reus, dictamen hoc anſam ſibi aperire contendunt; Garſ. *De Nobilit. gloſ.* 6. §. 1. *num.*52. Giurb. *in cit. Deciſ.* 18. *nu.*13. & Lopez *in l.* 1. *gloſ.* 3. *tit.* 25. *part.* 3. Premitur his pars; Vos verò P. ſi ſtrictiùs procedere velitis, perperàm (omni qua decet reverentia dictum ſit) latum fuiſſe diffinitivum Decretum M.C.V. evidentèr probabimus.

Res ad hunc modum ſe habet. Obtento à Curia Vigiliarum Thomaſina Villadiego tutrice filiorum quond. Julii Poſa, Decreto Aſſiſtentiæ in Joannem Thomam Gramineam, & Socios, pro Ducatis 800. ſortis, & pro aliis Ducatis 307. interuſſurii liquidati, & exequutioni demandato ordine M. C. V. pro ducatis 1098. ea occaſione Graminea, & litis Conſortes præſtandam in eorum beneficium, pro eiſdèm quantitatibus aſſiſtentiam petierunt, ſupèr aliquibus ſtabilibus poſſeſſis per Andream Lamberti, Franciſcum Mirante, Carolum Muſcio, Auguſtinum Pizza, eandèm Thomaſinam, & D. Antoniam, pro qua poſtulamus; Annuit petitioni Judex, excepta Rubrica per D. Antoniam poſſeſſa. Atquè in Decreti executionem extimatis per Appretiatorem ſtabilibus, ſupèr quibus fuerat præſtita aſſiſtentia, in Ducatis 1112. obtentaquè, etiàm in partem crediti adjudicatione, in tot (ut ibi patrio vocabulo appellitant) vinialibus, pro ducatis 253. pro reliqua quantitate, quanquàm geminatè adjudicationem ſupèr eiſdèm bonis petiiſſent, Judicis reſponſum expectare haud curaverunt.

Niſi quod inſtituto judicio adverſùs D. Antoniam, tandèm Aſſiſtentiæ Decretum obtinuerunt ad finem vendendi, à quo cum ad S. R. C. fuiſſet appellatum. Ignoro an accedente Procuratoris D. Antoniæ incuria,

vel

vel partis calliditate, Actorum copia, in præſcripto tempore, apud Judicem ad quem, præſentata non fuit, atque adeo D. Antonia in integrum reſtitutionis beneficium implorat.

33 Intrat hic ulgatum illud Gramineam, & Socios de corpore, ad corpus variare non poſſe, jure quidem, non injuria. Arbitrium Creditori refrenatum, non indomitum tribuit Juſtinianus *in l.2.C.de Pignorib.* periniquum fere eſſet, Creditorem, qui ſuper una re nedum obtinuit, ſed & appretiari curavit, adjudicationemque petiit, & in partem obtinuit, imò & per ipſum ſtare, nè pro reliquo ſatisfaciatur, velle alium poſſeſſorem inquietare; prætextu generalis hypothecæ ſuper omnibns bonis debitoris, ſuperſeſſa fundi petita adjudicatione, ſuper quo jàm fuit pronunciatum, ut probant Anton. Capyc. *in Deciſ.*33. *&* 46. Giud.Pap. *in Deciſ.* 348. Alin. *in Tract. De Exequut.* §. 7. *quaſt.* 94. *num.* 3. *pag. mihi* 190. Nig. *De Judic. & prator. pignor. ſubhaſt. cap.*35. §.10. *num.*20. Manent. *in Deciſ.*82. *num.*5. Gam. *in Deciſ.*40. Minad. *in Deciſ.*13. Gratian. *De Action. concl.*4. *num.* 13. De Ann. *in Alleg.*141. De Ann. alter *in Conſ.* 63. *&* 76. Reg.Galeot. *tom.*2. *Controv.*14. *ex num.*15. Theſaur. *Quaſt. forenſ. lib.*1. *quaſt.*7. Joan. Franc. De Pont. *in Tract. De Poteſt. Proreg. tit.*6. *De Aſſenſ. Reg. ſuper dotib.num.*38. Tap. *in Conſtit. Regn. Contumacem Civilem. num.* 4. Ricc. *in Collect.* 482. Conſil. Hodiern. *ad Surd. Obſervat.*44. *& in Controv.*40. *num.*26. Reg. De Marin. *ad Reverter. in Obſervat.* 173. & refert De Afflict. *Controv. jur. reſol. cap.*28.*nu.*53. *verſic. & fortaſsè.* Marchioniſſam quandam à petita compenſatione fuiſſe excluſam: quia jàm obtinuerat ſententiam aſſiſtentiæ ſuper Terra Nuſci, & intrabat præjudicium tertii. Nemo enim poteſt, in alterius detrimentum mutare conſilium ſuum.

Præjudicium verò D.Antoniæ conſideratur in illo, quia ſuccumbente ipſa, ad tantundem tenetur ei Venerabile Monaſterium Divæ Thereſiæ Ordinis Diſcalceatorum, hæredem Aureliæ Damiano; & Monaſterium, paſſa evictione, obtinebit adversùs Lamberti Mirante, Muſcio, Pizza, & Villadiego, in quos Graminea, & ſocii Judicaturam obtinuerunt. Quid ergò tantos involvere litibus. De Marinis *Reſol.quotid.tom.* 2. *cap.*58. *num.*7. ſi perfecta eſt bonorum executio, & ad illorum ſubhaſtationem, & deliberationem deventum eſt Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. rub.* 5. §. 2. *gloſſ.*2. *ex num.* 39. *pagin.* 207. Bona executa intricata non ſunt, non injucunda, non infructifera, qua in re ità Ulpianus pronunciavit *in l. utiliſſimum.* 1. §. *cum plures. ff. ſi famil. furt. feciſſ.* dicat. ibi: *Cum plures ſervi ejuſdem rei furtum faciunt, & unius nomine, cum Domino lis conteſtata ſit, tandiù aliorum nomine actio ſuſtineri debebit quandiù priore judicio, poteſt actor conſequi, quantum conſequeretur ſi liber id feciſſet.*

34 Et in cauſa Fariæ Senillæ. Reſpondit Imperator *in l. Moſchis* 47. *ff. De Jur. fiſc.* prius hæredes Moſchidis, qui idonei erant, conveniri debere, proptèr reliqua, ex conductione vectigalis debita, deindè in reliquum, poſſeſſorem, & probant Gloſſ. *in l. tutor* §. *tutores. verſ. vinculis. ff. De Judic.* Bart. *in l. à Divo Pio* §. *in venditione.* & *ibi* Alex. *num.* 8. *ff. De Re Judic.* & Conſil. Hodiern. *in cit. Controv.* 40. *num.* 29. *&* 30.

Quid dicitis juſtiſſimi Judicantes, D. Antonia, Decreto M. C. V. fuit læſa, nec nè. Reſponſum pro Cliente obtinere in ſpem ducimus: Etenim S.R.C. judi-

35 cat ſicùt Deus, Caſar. *in Quaſt. peregr.*42. §. 2. *num.* 21. De Deo verò ſic legitur in Eccleſ. *cap.*35. *num.*17.

36 *Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam ſi effundat loquelam gemitus. Nonnè lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas? A' maxilla enim deſcendunt ad Cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis*, ſcribebam Decimo Kalend. Novemb.1677.

37 Die 26. Februarii 1678. referente in S.R.C. D.Conſiliario D.Michaële Muſettula cauſæ Commiſſario, interveniontibus cum ipſo D. Eraſmo De Ponte, Aulæ decano, D. Aloyſio Maria Macedonio, & D.D. Alvaro De Quadra, fuit dictum, quod revideatur cauſa in S.R.C. Confirmatum modò dùm hæc ſub prælo ſunt, in reclamationis gradu de Menſe Decembris 1680. proceſſus eſt in Banca De Litto, apud Scribam Januarium Lanzottolum.

38 Quod impeditus proſequi appellationem, per in integrum reſtitutionis remedium ſuccurratur, dixit Cappell.Toloſ. *in Deciſ.*178. Pauperi appellanti, quod paupertatis ratione fatalia non currant, ſcribunt Vaſq. *cap.*41. *num.* 2. *&* 5. Gaill. *lib.* 1. *Obſerv.* 142. & Pap. *in Deciſ.*213. *num.*34. *& in Deciſ.*436. *nu.*22. & tandem Monaſterio ædificando: ſtante negligentia

39 proſequendæ appellationis, reſtitutionem in integrum competere, tradit Steph. Gratian. *in Diſcept.* 358. *num.*3.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CLXVI.
### *SUMMÆ.*

1 *Notatur* Gizz.
2 Deciſio præſens, *ad Capita reſtringitur.*
3 Pratus, *hujus loci, comprobator adducitur.*
4 *Nulla legitimorum citatione opus eſt, quotiès naturalium legitimatio Patre petente fit; quanquàm poſt ejus mortem ejus ordine*, Comprobatur Deciſio.
*Notatur* Thor. *num.*5.
Laud.Ruſtic.Mantic. *&* Carpan. *declarantur. nu.*6.
7 *Princeps, an in conſcientia teneatur, Patre petente, filium naturalem legitimare? pugnant* D. Merlin. *&* D.Sanfelic.
8 *Agnati, quandò in legitimatione filii naturalis, quanquàm Patre petente fiat, citandi ſint?*
9 *Subſtitutus, in legitimatione per reſcriptum Principis, quarè citandus?* Reiicitur D.Reg.noſter.
10 *Legitimatus per reſcriptum Principis, nùm ſtante ſtatuto fœminarum excluſivo, fœminas ex legitimo matrimonio natas, excludat?* D.Reg.noſter Reſpuitur *num.*11.
12 . . . . . . *ſubſequens matrimonium, ſorores poſt matrimonium ortas, vigente ſtatutò excluſivo fœminarum, excludit.*
13 . . . . . . *reſcriptum Principis: an ſuccedat in bonis noſtris Conſuetudinibus ſubjectis?* Declarantur D.Reg.noſter. & Provenzal.
14 *Agnatos, quandò legitimationi conſenſiſſe cenſeatur?*
15 *Poteſtatem habentes à Principe, ſuperiorem, non recognoſcente, legitimare poſſunt.*
16 *Proregi, in Regno ſpectat naturales, alioſque indignæ conditionis natos, legitimare.* D. Reg. noſter. Comprobatur.
17 *Privilegium legitimationis, de ſtylo Regiæ Cancellariæ Neapolitanæ, qui ſubſcribant?*
18 *Praſidens S.R.C. exercet officium Logothetæ, & Viceprotonotarii Regis.*
19 *Pater, an poſſit plus legitimato per Principis reſcriptum relinquere, quàm legitimè nato? Adducuntur ſequaces* D.Regent.noſtri. *Contrarium num.*21.
20 . . *excepta legitima filiis primi matrimonii debita, reliquum filiis ſecundi matrimonii relinquere poteſt. Contrarium num.* 23. Comprobatur D. Reg. noſter.

22 *Legi-*

Digitized by Google

22 *Legitimatus cum ſorore, ex juſtis nuptiis nata concurrens, æqua ſorte ſuccedit.*

23 . . . . . *per reſcriptum Principis, à Patre præteritus teſtamentum rumpit*. Comprobatur D. Reg. noſter.

24 *Legitimato, quærela inofficioſi competit, & valet contratabulare*. Comprobatur D. Reg. noſter.

25 *Princeps, filium ſuum, ut ſibi ſuccedat, legitimare poteſt*. Comprobatur Gizz.

26 Bartholum *non fuiſſe expoſitum, probat* Gizz. *ſed reſiſtit* Paleoth.

1 QUò tendis Giza. in hac Deciſionis provincia non agitur, nùm Princeps poſſit filium ſuum ſpurium, ut ſibi ſuccedat, legitimare, aut an Bartolus fuerit expoſitus. Sed ſub patrocinio D. Eraſmi De Ponte, & Franciſci Mariæ Prati, Deciſum utrùm in legitimatione, Patre inſtante, per Principis
2 reſcriptum obtinenda; filiatio auditis, Agnatis, vel Filiis legitimis, & naturalibus, probanda ſit? Item de poteſtate Vicarii Principis legitimandi naturales, & ſpurios, exiſtente prole legitima, cui an minùs relinquere poſſit, quàm legitimis, & naturalibus? Tandè de Poteſtate Viceprothonotarii in legitimationum reſcriptis. eodèm Prat. teſte *in Annotat. ad Paſcal. in*
3 *Tract. de Virib. Patr. Poteſtat. part. 2. cap. 4. pagin.* 331. D. Regent. noſtri memore *in verſ. hanc quæſtionem. verſ. rursùs, & rursùs in verſ. quæſtio itidèm, & in lib. 2. Diſcept.* 48. Ego verò ſanè tranſcribere curaſſem hìc ipſiſſima determinationis verba ex proceſſu deprompta, niſi id munus expleviſſet diligentèr Prat. *in eod. verſ. quæſtio itidèm*.

4 Et ſanè Patre coràm Principe inſtante, pro obtinendo reſcripto ad naturalem legitimandum, nullum ſit citationis filiorum legitimorum, & naturalium opus, quanquàm legitimatio de Patris ordine, poſt ejus fatum fiat, in individuo ad deciſionis comprobationem ſcribunt Villalob. *liter. C. nu.* 41. Cardin. Put. *in Deciſ.* 482. *lib.* 2. Guliem. De Benedict. *in repetit. cap. Raynutius. verb. & uxorem nomine Adelaſiam. num.* 186. *De Teſtament.* Didac. Covar. *De Sponſalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 9. *num.* 5. & 8. Anton. de Roſell. *De Legitim. lib.* 2. *cap. De Cauſ. form. ex num.* 3. Menoch. *in Conſ.* 459. *num.* 46. Raudenſ. *in Analog. cap.* 37. Brun. à Sol. *quæſt.* 36. Ludovic. Sard. *de Natural. Liber.* §. 6. *tit. De Citat. legitim. num.* 7. & poſt alios innumeros Baltax. Tomaſ. *in Tract. De Legitimat. tit.* 13. *cap.* 4. *num.* 142. ac nonnulla indigeſta reſcribit Thor. *in Ad-*
5 *dit.* De Pont. *in tract. De Poteſtat. Proreg. tit. De Diverſ. proviſion. cap. de Legitim. ſeù de Natural. reſti-*
6 *tut. num.* 3. quibus &ſi Mart. Laud. *De Legit. num.* 122. Ruſtic. *in l. cum Avus, lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 165. *De Condit. & Demoſtr.* Mantic. *de Contr. lib.* 22. *tit.* 11. *num.* 12. ac Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 456. *num.* 38. & 106. reſiſtere videantur, eorum opinio in illa legitimatione procedere, quæ abſquè Patris petitione fit, ſum voti, etenìm à Patris voluntate, Principis adjecta poteſtate, filii naturalis legitimatio pendet. Sanfelic. *in Deciſ.* 342. *num.* 7. *lib.* 3. Reg. Merlin. *lib.* 1. *Contov.* 1. *nu.* 6. & *num.* 8. tradit, Principem, ex quadam morali neceſſitate, teneri, Patre petente, naturalem legitimare, nè in peccati labe incurrat, uſus
7 authoritate Tuſc. *tom.* 2. *Pract. Concluſ. liter. D. Concluſ.* 32. *nu.* 1. quod Sanfelic. *in cit. loc.* non admittit *num.* 9. Cum legitimatio, Civili jure introducta ſit, ad cujus obſervantiam, in animæ detrimentum, Princeps non ligatur, at ſupèr hoc revidendus eſt P. Franc. Meroll. *Theolog. Moral. tom.* 2. *Diſput.* 4. *De Legib. & Conſtitut. Dub.* 46.

8 Nequè Agnatos, ob defectum legitimæ ſobolis ſucceſſuros, in legitimatione, quæ Patre petente, vel ejus ordine fit, citandos eſſe, elegantèr ſcribunt Forſter. *de Succeſſ. lib.* 6. *cap.* 33. *num.* 26. Roſell. *loc. indicat. nu.* 11. Adam Keller. *in Tract. De Jur. ſuccedend. ab inteſtat. tit.* 7. *num.* 4. Borcolt. *De Gradib. Tit. De Succeſſ. liber. per reſcript. pag.* 202. & Alii per Conſil. Rocc. D. Regent. noſtri non immemorem, conducti *in Tract. De Offic. Rubric.* 8. *De Offic. Proreg. ex num.* 120. & quanquàm in contrarium vergere videantur Menoch. *in Conſ.* 842. *ſub num.* 10. & Amat. *in Conſ.* 4. *à nu.* 25. eorum placitum applicari, jure hujus noſtræ nobiliſſimæ Civitatis dicere non ſineris, etenìm per legitimationem ab illo Agnatis non præjudicatur Cenſal. teſte *ad Peregrin. De Fideicom. art.* 23. *verſ. ſed limitabis. pagin. mihi* 108. ſtant ſcripta per Nos *in Obſervat.* 3. *nu.* 19. & ea de re infrà latiùs noſter redibit ſermo.

9 Citandum eſſe ſubſtitutum, quicquìd Ruſtic. à D. Reg. noſtr. allegatus *num.* 18. ſibi involvat; non eſt dubitandum, probantibus Joan. Bapt. Lup. *in tract. de Illegit. com.* 3. §. 2. *num.* 12. & Villalob. *loc. cit. nu.* 42. quia illo, jus quæſitum jàm eſt, & Patri, excepta legitima filiis debita, de aliis ad libitum diſponere non prohibetur. Tomaſ. *loc. cit. num.* 142.

10 At nùm talis legitimatus, fœminas ex legitimo matrimonio ortas excludat? Affirmat D. Reg. noſter *nu.* 119. quotiès in præcibus legitimæ prolis mentio facta fuiſſet, & in idèm veniunt Lup. *loc. cit.* §. 1. *num.* 35. Gozadin. *in Conſ.* 6. *num.* 38. & *in Conſ.* 85. *num.* 26. Molin. *De Hiſpan. Primogen. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 7. Paul. Æmil. Gall *de Except. part.* 1. *tit.* 1. *except.* 3. *ex nu.* 2. *pagin. mihi* 60. Joan. Bapt. Coſt. *de Port. Rat. quæſt.* 238. Tomaſ. *loc. cit. cap.* 8. *num.* 436. & *tit.* 14. *cap.* 6. *num.* 31. Mercurial. Merlin, *De Legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 20. & Cevall. *Commun. contr. comm. quæſt.* 2. *num.* 55.

11 Sed contrariam partem, aptiùs defendunt Altobrand. intèr Conſil. Riminald. Sen. *in Conſ.* 717. *nu.* 81. Michaël Craſſ. *in* §. *ſucceſſio ab inteſtato. quæſt.* 19. *à num.* 9. Staiban. Sen. *in Conſ.* 68. *num.* 26. Carolus Molineus Author Damnatus *ad Conſuetud. Pariſ. Rub.* 1. §. 8. *gloſſ.* 1. *nu.* 50. Guid. Pancirol. *in Conſ.* 59. *num.* 68. Keller. *loc. indicat. tit.* 7. *num.* 20. Magil. *de Imputat. & Detract. quæſt.* 68. *num.* 15. & *quæſt.* 83. *à num.* 67. Rittershuſ. *ad Novell. Juſtin. part.* 7. *cap.* 6. *num.* 9. & Alii per ipſos congeſti, & ex Tomaſ. *in allegat. cap.* 4. *n.* 32. legitimatio enìm, adequat legitimatum legitimis, & alitèr conditionis deterioris eſſet, ex juſtis nuptiis nata, legitimati. Andr. Fachin. *lib.* 6. *Contr.* 1. Borcolt. *loc. cit. pagin.* 205. Myſinger. *Obſervat.* 26. *cent.* 3. Trentacinq. *Reſol.* 2. *num.* 40. Andr. Gherard. *Decad.* 11. *quæſt.* 4. Merlin. *in cit. loc. ex num.* 2. *ad* 10. Alban. *in lucubrat. ad Bartol. in l. Gallus* 29. §. & *quid ſi tantum. num.* 22. ff. *De Liber. & poſth.* & De Marin. *tom.* 1. *Reſolut.* 322. *num.* 13. quod tamèn fal-
12 lit in legitimato per ſubſequens matrimonium, nàm ab illo fœminæ poſt matrimonium natæ, eodèm vigente ſtatuto, excluduntur. Joan. Anton. Magil. *in adduct. loc. quæſt.* 83. *num.* 56. & 67. & alii allegati à Merlin. *ibid. num.* 1.

13 Succedit videndum, utrùm legitimatus per Principis reſcriptum, cum clauſulis ampliſſimis, ſuccedat in bonis antiquis noſtris Conſuetudinibus ſubjectis? Sententiam, quæ Agnatis favet ſequutus fui *in Obſervat.* 3. *num.* 19. & in eandèm veniunt Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 195. *nu.* 5. & *in Deciſ.* 386. *nu.* 6. Thor. *in Compend. part.* 1. *verb. legitimatio.* & *part.* 3. *verb. Agnati.* Fab. De Ann. *in Conſ.* 106. *num.* 25. *vol.* 2. qui omnes ità Deciſum referunt, Franc. Cenſal. *ad Peregrin. loc. cit. pagin.* 101. *verſ. tertiò obſervo.* Molfeſ. *ad Conſuetud. part.* 2. *De Perſon. quæſt.* 10. De Marin. ad Reverter. *tom.* 1. *Obſervat.* 138. *num.* 2. Merlin. *cent.* 2. *Controv.* 89. *ex num.* 15. Conſil. Rocc. *loc. cit. num.* 132. Altimar. *ad Rovit. in Conſ.* 63. *tom.* 1. De Luc. *in tract. De lin. legal. lib.* 1. *art.* 4. *num.* 21. & *lib.* 2. *art.* 100. *num.* 12. & probat D. Reg. noſter *hic num.* 172. quia in his bonis Agnati vocati ſunt, pacto civium,

Digitized by Google

vium, & providentia Conſuetudinis, propterea teſtatur Præſ. Jordan. Urſil. in Regia Cancellaria legitimationes concedi regularitèr, tantùm quoad bona paterna *De Succ. Feud. part. 1. quæſt. 3. art. 6. ſub num.* 17. Nec ampliſſimas clauſulas, & prægnantes in legitimatione appoſitas, Agnatis præjudicare facilè ſumitur à Cacher. *in Conſ. 68. num. 61.* Menoch. *in Conſ.* 181. *num.* 5. Raud. *in Deciſ.* 43. *num.* 68. ac ab allegatis à Fuſar. *in quæſt. 408. num. 178.* Et licèt Provenzal. *in Obſervat. 10. ex num. 6. ad Conſuetud. ſi quis, & ſi qua.* Subſtineat hanc opinionem non procedere, quotiès Princeps expreſſiſſet in legitimationis diplomate, *ut cenſeatur, & habeatur proximior ex parte Patris, ex certa ſcientia*, & nonnulla congerat ingenioſè Rodoer. *in Conſ.* 20. Ego eorum placitum admitto, quotiès citati in legitimationis actu, & auditi fuiſſet Agnati juxtà Napodan. ſenſum *in cit. Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. num.* 170. 171. *&* 172. quem noviſſimè ſequitur Mut. Groſſ. *in ead. Conſuetud. Annot. 4. ex num. 23. ad 29.* & ad id conſenſum præſtitiſſent. Cacher. *in Conſ. 61. num. 14.* Peregrin. *in cit. tract. de Fideicom. art. 23. num. 32.* Alex. *in Conſ.* 67. *lib. 1.* & Riminald. Jun. qui ſic Communitèr teneri teſtatur
14 *in Conſ. 689. num.* 119. Conſenſiiſſe verò illos legitimationi, ex quò per quatriennium non contradixerint, putat Menoch. *in Conſ. 1098. ſub num.* 8. ſequutus à Cenſal. *loc. cit. pagin.* 101. *verſ. Quartò obſervo.*
15 Modò juxtà Deciſionis literam, obſervandum eſt, poteſtatem habentes, à Principe, ſuperiorem non recognoſcente, naturales ſivè alterius conditionis natos, legitimare poſſe, ut prolixè tradunt Ant. De Roſel. *loc. allegat. lib. 2. cap. 1. num.* 57. Corrad. *De Imper. §. 4. cap. 20. num. 3.* Peregrin. *in citat. art. 23. num. 9. & 47. & in Conſ. 15. n. 4. & in Conſ. 17. lib. 4.* Paul. De Caſtr. *in Conſ.* 180. *lib.* 2. cum aliis allegatis per Tomaſ. *in indicat. loc. tit. 5. cap. 4. num.* 30. ac à Cenſal. *pagin.* 106. *verſ. ſecundò, hinc etiam reſolvitur.* idquè illis
16 competere, qui jura imperii exercent, indicat Laderch. *in Conſ. 71.* & hujus Regni Proregi hanc poteſtatem ſpectare, probat Thor. ad De Pont. *loc. alleg. nu. 1. pagin.* 177. præcipuè ex traditis per D. Reg. noſtrum
17 *num.* 155. ſicùt quotidiè obſervatum cernitur, & privilegia expediuntur ab eodèm Prorege, uno ex Regentibus Regiæ Cancellariæ, & Præſide Sacri Regii Conſilii ſubſcripta, teſtibus De Pont. *loc. citat. num. 1.* & Groſſ. *in adduct. Annot. 4. num.* 34. Notatque D. Reg. noſter *num.* 175. Præſidem prædictum ſubſcribe-
18 re non uti Præſidem, ſed tamquàm Logothetam, & Viceprotonotarium Regis, quæ officia ab eodèm, ut plurimum exercentur, ſupèr quibus nonnulla dat Nicol. Top. *De Origin. Tribunal. part. 2. lib. 2. cap.* 5. *pagin.* 108.
19 Diſcutiendum, & hìc eſt, nùm Pater plùs legitimato per Principis reſcriptum relinquere poſſit, quàm legitimè nato? Partem affirmativam ſectatur D. Reg. noſter *num.* 165. & idèm placitum ſequuti ſunt Ruin. *in Conſ. 68. num. 5. & in Conſ. 87. num.* 23. *lib.* 3. Roland. *in Conſ. 95. ex num. 9. lib. 3.* Marzar. *in Conſ.* 10. *à num.* 65. Gargiar. *in Patrocin.* 11. *lib.* 2. cum aliis laudatis à Tomaſ. *loc. indicat. tit.* 14. *cap.* 15. *num.* 364. quia Pater excepta legitima filiis debita, de aliis
20 ad libitum diſponere valet, etiàm in beneficium filiorum ſecundi matrimonii, teſtibus allegatis per Conſil. Hodiern. *in l. hac edictali. C. De Secund. Nupt. quæſt.* 1. *num.* 2.
21 Sed contrariam partem veriorem, atquè æquiorem probant, authoritate Text. *in §. quoniam variè. Auth. Quib. mod. natural. efficiunt.* ſui Andr. Tiraquell. *de Jur. primogen. quæſt. 34. nu. 50.* Peregrin. *in cit. artic. 23. num. 59. & in Conſ. 17. num.* 14. Suarez *lit. L. nu.* 120. Dec. *in Conſ.* 393. *num.* 2. Menoch. *in Conſ.* 19. *num.* 26. Molin. *de Primogen. lib. 2. cap. 11. ex nu. 17. ad 21. & lib. 4. cap. 2. num. 5.* Gratian. *tom. 2. Diſcept.* 218. *num.* 31. Ghit. *in Conſ.* 171. *à num.* 12. *intèr Conſil. ultim. volunt.* & Mercurial. Merlin. *lib.* 1. *De Legit. tit. 2. quæſt.* 8. *num.* 24. etenìm deterioris conditionis videretur legitimato, legitimè natus; undè
22 Ghit. *loc. cit. num.* 13. voluit, quod ſtante ſtatuto, quod fœmina in certa quantitate ſuccedat, ſi legitimatus frater, cum illa concurrat, ultrà quantitatem ſorori debitam, non poſſe capere. Quod verò de Patre
23 diximus ſatis eſſe, ut legitimam filiis primi matrimonii relinquat, At reliqua tamèn filiis ſecundi matrimonii. D. Reg. noſter *nu.* 167. non admittit, & ejuſdèm opinionis ſunt, quos conducit *citat.* D. Hodiern. *num.* 6. quibus addo Regent. De Marin. *in Reſol.* 17. *num.* 16. *tom.* 1.
24 Demùm nèc obſervare reticeam traditum à D. Reg. noſtro *num.* 147. legitimato per Principis reſcriptum competere querelam inofficioſi, & contratabulare poſſe, ſivè teſtamento ſubſequatur legitimatio, ſivè præceſſerit illud, ratione ſcilicèt præteritionis; vel quia tamquàm poſthumus judicatur Vaſq. *De Succeſ. part.* 1. *lib.* 2. *§.* 20. *num.* 31. *& part.* 2. *lib.* 1. *§.* 9. *num.* 3. Zuccard. *in l. poſthum. C. De Bonor. poſſ. contr. tab.* Paſcal. *De Virib. Patr. Poteſt. in citat. loc. nu.* 101. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 84. & *ibi* Giacchar. *&* Govean. Mantic. *De Conject. lib.* 11. *tit.* [illegible] *num.* 8. *& tit.* 10. *num.* 20. *&* 28. Tomaſ. *in cit. tit.* 14. *cap.* 5. *num.* 28. De Marin. *eod. tom.* 1. *Reſolut.* 322. *nu.* 2. *& tom.* 2. *Reſolut.* 99. *& iterùm ad Reverter. in adduct. Obſervat.* 102. *num.* 1. & D. Conſil. Rocc. *in cit. Rub.* 17. *§.* 1. *num.* 40. quia verè, & propriè legitimus dicitur, perindè acsì legitimè natus eſſet. Americ. *De Patr. Poteſt. cap.* 5. *num.* 52. Mazol. *in Conſ.* 117. *num.* 26. Thob. Non. *in Conſil.* 76. *num.* 23. Barz. *De Fil. non legitim. num.* 52. Ceval. *Comm. contr. commun. quæſt.* 2. *ex num.* 30. An verò abſtinendi beneficium legitimato competat? conſulendus eſt Cott. *in verb. Legitimatus per oblationem.*
25 Principem filium ſuum, ut ſibi ſuccedat, legitimare poſſe, probat Gizz. *hìc*, At id priùs explicaverunt Abb. *in cap. cum venerabilem. num.* 13. *Qui fil. ſint legit.* Covar. *De Sponſal. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 30. Roſel. *De Legitim. cit. lib.* 2. *cap. de Cauſ. mater. num.* 13. Carpan. *loc. deſuper allegat. cap.* 456. & Lauden. *De Legitimat. num.* 157.
26 Utrùm Bartolus fuerit expoſitus? velùt pro colophone agendum; ſententiam negativam defendit Gizz. & Ego fortaſsè in eandèm deſcendo; At eruditus Paleoth. diſſentit *in ſuo tract. de Noth. & Spur. cap.* 66.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CLXVII.
### SUMMÆ.

1 *Niſi quod oculos incurrit, manifeſtumque erit, credendum.*
2 *Notorium, oppoſitione opus habet.*
3 . . . *probationem non expoſcit.*
4 *Pronunciatio, quæ ſupèr notorio fit, non dicitur ſententia.*
5 *Bona Rei, pro delicto notorio, à Fiſco occupata, indultu obtento, non recuperantur.*
6 *Sententia in manifeſtis ſupervacanea eſt.*
7 *In Delictis notoriis, qualitèr procedendum?*
8 *Citatio in Delictis notoriis: an neceſſaria ſit? Rejiciuntur* Loffred. & Alii, D. Regent. noſtro *comprobato num.* 10.
9 *In crimine notorio, ab executione incipitur.*
10 Marco Antonio Cribelli, *qui coràm Pratore, & Fiſco*

*ſco blaſphemavit, fuit conceſſa copia proceſſus, & conceſſus terminus ad ſe defendendum.*

12 *Delictum notorium, tripliciter conſideratur.*

13 *Crimen notorium quo ad alios, & non quo ad Judicem, qualitèr conſtare debeat?*

14 *Notorium: illud Judici dicitur, quod ex actis patet.*

15 . . . . *probatur per duos teſtes.*

16 . . . . *inducitur per decem teſtes, vel duodecim de auditu.*

17 *Delictum in Judicio commiſſum, dici notorium* Barboſ. & Duard. *teſtantur.*

18 *Delinquens coràm Judice ſedente, in ſella judiciaria, num condemnari poſſit, ratione notorii, ſi per probationes de delicto non conſtet?*

19 *Perſona rei, in proceſſu notorii, cùr neceſſaria? & num. 20.*

21 *Recuſatio Judicis, in notorio crimine non admittitur.*

22 *In notorio, quandò à condemnationis ſententia, Appellatio obtineat?*

23 *Notorii Praxis, atquè Sententiæ Formula, deſcribit* Sarn.

1 MOnuit Senec. *in lib. 2. De Ira.* nihil, niſi quod in oculos incurrit, manifeſtumque erit cre-
2 dendum, id verò cum notorium ſit, quanquàm oppoſitione opus habeat. Gloſſ. *in Clement. appellanti. verb. alias cauſas. De Appellat.* Gomeſ. *in Regul. De Annali quæſt. 4. in fin.* Marant. *in ſpecul. part. 3. partis 6. princ. verſ. & quandoquè appellatur. num.* 154. Milanenſ. *in Deciſ. 5. nu. 17. & 18.* Maſcard. *De Probat. Concluſ. 1175. num. 28. & Concluſ. 1253. num. 10. tom. 3.* Covar. *in cap. Raynutius. §. 11. num. 3. De Teſtam.* Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. in proœm. num. 25.* Capyc. *in Deciſ. 54. num. 6.* Menoch. *de Præſumpt. lib. 1. præſumpt. 65. num. 5.* & Prat. *in Reſponſ. 20.*
3 *num. 49.* Probationem non expoſcit, Novar. *in Collect. ad Pragm. Regn. tit. de Offic. Judic. pragm. 10. §. 7. nu. 31.* Jacob. *De Concil. tit. De Schiſm. ſub Jul. art. 1. lib.*
4 *7. pagin. 423.* Undè pronunciatio, quæ in notoriis fit, propriè ſententia non eſt, ſed juris quædam executio. Marſil. *in Rubric. De Probat. num. 199.* Innocent. *in cap. ex parte el 1. De Verb. ſignif.* Mandoſ. *ad Roman. in Conſ. 324. verb. Executio.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. verb. revertatur. num. 401. C. De Revocand. donat.* Mart. *in Tract. De Juriſdict. part. 4. caſ. 32. num. 15.* Sanfelic. *in Deciſ. 15. lib. 1. num. 17.* & Joan. Laganar. *ad Rovit. in pragm. 1. num. 25. De Sindic. offic.* etenim in notoriis, ordo eſt, ordinem non ſervare. *cap. 1. extr. De Elect. cap. quæ lotharius. 2. quæſt. 1.* Anchar. *in Conſ. 197.* Veſtr. *in prax. lib. 5. cap. 11. num. 2. & ibid.* Gravat. *num. 4.* & poſt alios D. Conſil. Petr. *tom. 2. Rit. 265. num. 56.* propterea Reverter. Deciſum teſtatur;
5 bona vaſalli, à Fiſco: occaſione notorii criminis, abſque ſententia declaratoria, occupata, atquè diſtracta, ſuperveniente indultu, reſtituenda haùd eſſe; *in Deciſ. 72.* & probat *ibi* De Marin. *num. 2.* ac dixerat Schrader. *De Feud. part. 2. partis 11. princip. ſect. 8. ex nu.*
6 *46.* quemadmodùm in manifeſtis, ſupervacaneam exiſtimant ſententiam, Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 57.* & alii ex D. Reg. De Philip. allegati *in Diſ-*
7 *ſert. 15. à num. 10.* indè qualitèr in notoriis criminibus procedatur, dant Rovit. *in Pragm. 8. De Offic. Magiſtr. juſtit. num. 4.* Borrell. *in Summ. Deciſ. tit. 33. part. 1. à num. 173.* & D. Reg. Galeot. *in Contr. 61. nu. 33. tom. 2.*

8 Hinc nequè, cum de notorio agitur delicto, citatione opus eſſe, concinunt conducti à D. Regent. noſtro *num. 2.* quibus ſubnectantur Gloſſ. *in cap. cum dilectis filiis. De Purgat. Canonic.* Loffred. *in Conſ. 48. col. penult.* Felyn. *in cap. audientia extr. De Accuſat. & in cap. ſciſcitatus. extr. De Reſcript.* Domin. à Sanct. Gemin. *in cap. ordinarii §. 1. De Offic. Ordinar.* Alex. qui de Communi teſtatur *in l. à Divo Pio §. in venditione. col. 10. ff. De Re judicat.* Andr. de Iſern. *in cap. ſancimus. tit. Quo tempor. mil. in Uſib. Feudor.* & De Marſil. *in Prax. Crimin. num. 125. verſ. aggredior. & nu. 134.* ſubdit,
9 adeò cauſæ cognitionem neceſſariam non eſſe, ut ab ipſa incipiatur executione, ſequitur Pariſ. *in Conſ. 147. vol. 4.*

10 Contrarium veriùs, Regium Collaterale Conſilium declaravit, teſte D. Regente noſtro *hic*, & in idèm veniunt, ultrà ex eo laudatos *num. 10.* Barbat. *in Conſ. 81. lib. 1.* Oldrad. *in Conſ. 293.* Cuman. *in Conſ. 7.* & eſſe communem opinionem, fatentur Clar. *in §. fin. quæſt. 9. num. 4.* & Maſcard. *in Concluſ. 1106. num. 10.* potiſſimum quotiès de notorio crimine contrà certam perſonam ageretur Mill. *in pract. Crim. §. quartus teſtis. verb. ſin autem. pagin. 16.* & Marco
11 Antonio Cribelli, qui coràm Prætore, & Fiſcali blaſphemavit, fuiſſe datam copiam proceſſus, atque conceſſum terminum ad ſe defendendum, refert Clar. *loc. citat. quæſt. 8. in ultim. verb.*

12 Et reverà Gloſſ. *in cap. fin. verb. quo ad ſe ipſum. De Cohabit. Cleric. & Mulier. & in cap. conſuluit. verb. notoria. De Appellat.* Notorium, triplici modo conſiderat, delictum, ut puta quo ad Judicem, & alios; quo ad alios, & non quo ad Judicem; & quo ad
13 Judicem, & non quo ad alios. Indè ſi delictum, de quo in præſenti Deciſione, erat notorium quo ad alios, & non quo ad Judicem, de illo per informationem Judici conſtare debebat, juxtà Cyn. ſententiam communitèr receptam *in Auth. quod locum. verſ. Decimò quæritur. C. De Collation.* & illud Judici noto-
14 rium dicitur, quod ex actis patet. Imol. *in cap. per tuas. extr. De Teſtib.* Mart. *loc. citat. part. 3. cap. 11. num. 6.* Mendez à Caſtro *in Prax. Luſitan. lib. 3. cap. 15. nu. 4.* Tiraquell. *De Retract. lignag. §. 36. gloſſ. 2. num. 44.* Anton. Roch. *De Viſitat. verb. occultis.* Emanuel. Rodriq. *quæſt. Regul. 24. artic. 11. tom. 1.* Bonacin. *De Cenſur. Diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2.* Paul. Comitol. *lib. 6. Reſponſ. Moral. 44.* Menoch. *De Arbitr. caſ. 166. & De Recuperand. poſſeſſ. Remed. 1. & iterùm in Conſ. 100.* Maſcard. *De Probat. Concl. 1332.* Farinac. *in Prax. Crim. quæſt. 21.* & Aldrete *De Religioſ. Diſciplin. tuend. lib. 1. cap. 5. §. 2. num. 10.* &
15 probari per duos teſtes dixit Novar. *De Gravamin. Vaſallor. Gravam. 318. nu. 17. lib. 1.* & Maſcard. *Concl. 1110.* induci verò per decem teſtium depoſitiones,
16 ſcripſerunt Maſcard. *loc. cit. Concl. 1077. num. 10. & Concluſ. 1106. num. 17. tom. 7.* Menoch. *de Arbitr. Judic. lib. 2. caſ. 16. cent. 2.* Cyn. *in l. ea quidèm. C. de Accuſat.* Cravett. *in Conſ. 121. num. 2.* Hojed. *de Incompatib. benefic. part. 1. cap. 13. num. 12.* ac Marc. Ant. De Amat. *in Deciſ. 95. num. 4.* & duodecim de auditu. Felyn. *in cap. oporteat. num. 6. De Accuſat.* At Judicis arbitrio remiſſum ire, aptiùs concinit Maſcard. *in cit. Concluſ. 1106. num. 17.* & Novar. *part. 2. quæſt. 58. num. 8.*

17 Propterea licèt Duard. *in Bull. Cœn. lib. 3. §. 4. qu. 2.* & Auguſtin. Barboſ. *in tract. De Poteſtat. Epiſc. Allegat. 39. nu. 23.* ſint voti Delictum in Judicio commiſſum, notorium dici; præcipuè ſi fieri occurrat Ju-
18 dice pro Tribunali ſedente. Ægid. Boſſ. *tract. var. tit. Quomod. procedat. in Crimin. notor. num. 7.* Contrarium inſinuat Clar. *loc. cit. num. 5. & in quæſt. 66. num. 2.* etenim etſi lex multum de Judice confidat, vult tamèn, ut juſtitiam miniſtret ſecundùm probata, atquè adeò reum condemnare non poſſe, niſi alitèr delictum probatum dignoſcatur, & in idem veniunt Farinac. *in quæſt. 108. nu. 158. & 162.* & Alb. *part. 1. Statut. quæſt. 53.* ſed videndus eſt in contingentia Gomes. *var. reſolut. tit. De Delict. cap. 1. nu. 48.*



Digitized by Google

19 Voluitque Rovit. homo benè literatus *loc.allegat.* in proceſſu notorii neceſſariam eſſe perſonam rei, ad finem ut antequàm judicetur, interrogari poſſit, exquò ipſe reus multipliciter cauſam ſuam excuſare poterit.
20 ſubdens *num.*5. quod ſi delictum confeſſus fuerit, abſque alio proceſſu Judicem illum valere condemnare: propter notorium, quod ex confeſſione reſultat; At ſi negaverit, audito reo, ſuper delicto eſſe formandam informationem, concludit, authoritate Luc. De Penn. *in l. quotiès* 17. *C. de Dignitat. lib.*12.
21 Advertendum hìc non derelinquam, Judicis recuſationem in notorio crimine non admitti, teſtibus Specul. *in tit. De Recuſat.* §. *ultim. num.*37. Gomeſ. *loc. cit. num.*46. Caravit. *in Rit.*265. *num.*12. & Proſpe-
22 ro Petr. *ad Grammat. in Deciſ.*105. *num.* 10., nec à condemnationis decreto, appellationem obtinere placuit Gomeſ. *eod. loc. n.*47. Gratian. *in adduct. Diſcept.* 383. *num.*7. & Clar. *in indicat.* §. *fin. quæſt.*94. *num.*2. quod tamen Bajard. admittit ſi in decreto expreſſum fuiſſet, pro notorio crimine rei condemnationem proceſſiſſe, *in cit. quæſt.* 94. *poſt num.* 6. *verſic. ulteriùs quæro*. Sed videantur ad rem Mut. *tom.* 4. *cap.* 169. *num.*1. D. Reg. Galeot. *tom.*2. *Controv.*61. *nu.*33. Lancell. *De Attentat. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 6. Foller. *in Prax. Criminal. verb. itèm quod notorius delinquens. n.*21. Sed De Marin. placuit à facto notorio appellationem non admitti, ſecus à ſententia declarante factum notorium *in Reſol.*113. *num.*6. *tom.*2.
23 Tandèm ſi ſcire cupis notorii praxim, & formulam ſententiæ ſupèr eo Crimine adeas Sarn. *in Prax. ſua Crimin. part.*1. *cap.*29. *num.*19. & 20.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CLXVIII.
### *SUMMÆ.*

1 *Merum imperium, ab Alphonſo I. Aragoneo, Baronibus Regni fuiſſe conceſſum ſtatuit* Caſar. *in* Taſſon.
2 D. Conſiliarii D. Caroli Petra *emeritæ laudes.*
3 *Quatuor literas arbitrarias Baronibus, ex Roberto conceſſas, proponitur.*
4 *Baro poteſt tranſigere, pœnas permutare, & componere delicta, etiam poſt ſententiam, ſi id ſpecialitèr ſibi conceſſum ſit.*
*Quid ſi particulari careat conceſſione, ſi ſecundæ inſtantiæ cognitio ad ſuam curiam pertineat, & à Decreto in prima inſtantia lato fuerit appellatum? num.* 5. refelluntur Ann. & Taſſon. *ex* Capiblanc. & De Luc. *num.*7.
6 *Appellatio judicatum ſuſpendit, & cauſa convertitur ad terminos litis conteſtatæ.*
8 Reg. De Marin., & Prat. *pugnant in ſpecie* præſentis Deciſionis.
9 *Baro Civilis Juriſdictionis præfertur in locatione Juriſdictionis Criminalis.*
10 *Jus directi dominii, penès Baronem Civilis Juriſdictionis eſt, & num.*20.
11 *Laudatur* D. Conſil. Roccus.
12 *Civilis Juriſdictionis Dominus; Baro propriè dicitur.*
13 *Dominus criminalis juriſdictionis, cùr verè Baro non ſit?*
14 D. Calà *placuit Juriſdictionis Criminalis Dominum, eſſe ſuperiorem Baroni Civilis Juriſdictionis.*
15 *Baro Civilis Juriſdictionis, Regi ſervitium præſtat.*
16 *Vexillum, tempore Nundinarum, defert Baro Juriſdictionis Civilis.*
17 *Baro Juriſdictionis Civilis, poſt illa Regis, & paulò inferiùs in feudo inſignia depingi facit.*
18 *Domino Criminalis Juriſdictionis, ubi permiſſum inſignia depingi facere, & quandò?*
19 *Baronem Civilis Juriſdictionis, Jus in re habere, dicitur.*
21 *Baroni primarum cauſarum cognitionem, habenti, in venditione Juriſdictionis ſecundarum cauſarum, competit prælatio.*
*Illi verò præfertur Univerſitas. num.*22.
23 *Univerſitas, an Baroni Civilis Juriſdictionis præferatur in venditione Juriſdictionis Criminalis? Depugnant* De Curtis, ac Reverter. & De Marin.
24 . . . . . *præfertur in feudi locatione, à Barone inita.*
25 *Directo Domino, an in fundi emphyteutici venditione prelatio competat? & in locatione? num.* 26. *ac fructuum venditione?*
27 *Domino Directo, quandò prælatio non competat?*
*Quì ſi pro alio, Directus Dominus prælationem exercere cupiat? num.*28.
29 *Vicino: in locatione fundi competit prælatio, & nu.* 33.
30 *Aliquid mali propter Vicinum malum.*
31 *Temiſtocles cum venderet domum, à Præcone vociferari voluit, illam bono aderere vicino.*
32 *Nobilium nonnullarum Civitatum habitatores: propter vicinorum injurias, relicto patrio ſolo, migrarunt alibi.*
34 *Socium, in fundo, communionem habentem in locatione à conſocio facienda præferri ſtatuitur.*

ERraſſe Taſſonum conſtantèr cum Conſtantin. Caſar. *in Quæſt. peregrin.* 33. *nu.*6. tenendum eſt, etenim
1 D. Regent. noſtro teſte *num.* 2. non antè Alphonſum I. Aragoneum, mero imperio, Regni Barones potiebantur, atquè adeò criminalium cauſarum cognitio penès M. C. V. aut Officiales à Rege creatos reſidebat, & accinunt De Franch. *in Deciſ.* 370. *à num.* 8. Proſper. Caravit. *in Rit.*49. Franciſc. De Amic. *De Feud. in tit. De His, qui Feud. dar. poſſ. pagin.*47. De Marin. *tom.*2. *Reſolut.* 115. *num.* 4. Capiblanc. *De Baronib. pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 65. *tom.* 1. D. Merlin. *tom.* 1. *Controv.*86. Sanfelic. *in Deciſ.*55. *num.* 3. & D. Conſil.
2 D. Carol. Petr. eruditiſſimus, & ſapientiſſimus J. C. *in Rit.*46. *nu.*12. *tom.* 1. Robertum verò Baronibus con-
3 ceſſiſſe, quatuor literas arbitrarias, quæ tranſigendi anſam, permutandi, & componendi crimina dederunt, indicat Andr. De Iſern. *in Tit. Quæ ſint regal. verſ. Bo-*
4 *na.* multis etiàm particulari conceſſione poſt ſententiam. Capiblanc. *in relat. loc. pragm.* 7. *num.*23. Scialoya *De Forjudicat. cap.* 24. *num.* 96. & De Luc. *ad De Franch. in citat. Deciſ.*370. *num.*3. *verſ. Barones.* alias ſecùs; Fuſc. *in Singul.* 14. Lanar. *in Conſ.*5. *num.* 2. Foller. *in Pragmat. ultim. num.* 97. *De Compoſit.* Ann. *in ſingul.*458. Capyc. *in inveſt. Feud. Rub. Feud. clauſ. verſ. facultate commutandi.* Avendan. *De Exequut. mandat. part.*1. *cap.*7. *num.*6. Cancer. *lib.*2. *Reſol.*2. *num.*155. & Proſper Petr. *ad Capyc. in Deciſ.*124. *num.*2. Poſſequè tamen Baronem componere, & ag-
5 gratiare vaſallum poſt ſententiam in prima inſtantia latam, ſi ei ſecundarum cauſarum cognitio pertineat, probat Capiblanc. *ubi ſup. Pragm.*6. *num.*35. Appel-
6 latio, namquè ratione futuri eventus, ſententiam ſuſpendit, & cauſa dicitur converti ad terminos litis conteſtatæ. Bal'd. *in l. tale pactum. ff. De Pact.* Robert. Marant. *in Specul. part.* 4. *Diſtinct.* 6. *num.*25. Afflict. *in Deciſ.*168. *num.* 5. & *in Deciſ.*296. *num.*3. Capyc. *in Deciſ.* 202. *num.* 8. De Franch. *in Deciſ.* 296. *num.* 3. Lancellot. *De Attentat. part.* 2. *cap.* 12. Gonzal. *ad Regul. Cancell.* 8. *gloſſ.* 9. De Marin. *in allegat. tom.* 2. *Reſolut.*200. *num.*2. Staiban. *in Reſolut.*50. *tom.*1. D. Conſil. Rocc. *in Reſponſ.*54. *num.* 10. *tom.* 2. Gallup. *in Prax. part.*3. *cap.* 4. Gratian. *in Diſcept.* 796. *num.* 40. & Motill. *in Prax. tit. De Appellat. cap.* 5. *nu.* 30.
7 proptèr quod Ann., & Taſſon. contrarium ſentientes, refel-

Digitized by Google

refellunt Capiblanc. & De Luc. *in ſedib. indic.* & comprobant elegantèr ſententiam noſtram De Pont. *in Tract. De Poteſtat. Proreg. tit. De Elect. Offic.* §. 1. *nu.* 11. Catalan. *De Indult. quæſt.* 4. *num.* 15. Apicell. *in Tract. De Dilat. quinq; tit.* 1. *num.* 26. Ricc. *in Collect.* 28. Thor. *in Comp. Deciſ. part.* 1. *verb. Barones.* Muſcatel. *in Prax. gloſſ. poterit. nu.* 17. *lib.* 1. *part.* 1. Novar. *part.* 1. *Quæſt.* 137. *num.* 9. De Marin. *tom.* 1. *Reſol.* 33. & Marott. *in Diſcept.* 7. *num.* 72. *tom.* 1.

8 Cæterum ut in individuo Deciſionis, juxtà inſtitutum incæptum deveniamus, Obſervo hac in contingentia pro Rev. Capitulo Sancti NICOLAI Barenſis operam navaſſe ſuam Prat. *ut eſt videre in Diſcept.* 1. *tom.* 2. *& in Annot. ad Paſcal. De Virib. Patr. Poteſtat. part.* 1. *cap.* 1. *verſ. At pulchra præcedentibus.* ubi ipſiſſima determinationis verba tranſcribi curavit, Et partem D. Franciſci Griſone ſubſtinuit De Marin. cujus allegationem habes *in adduct. tom.* 2. *ſuarum Reſolut. Quotid. cap.* 117. ac ex induſtria ejuſdèm Prat. impreſſam quoque *in indicat. tom.* 2. *Diſcept.* 2. Nec non de hac eadèm cauſa D. Sanfelic. Deciſionem compilavit, *quæ eſt in ordine* 322. nec non legatur Reg. Galeot. *in Addit. ad Controv.* 53. *Art.* 2. *num.* 22. *tom.* 1.

9 Deciſum ergò habes, Baronem habentem ſolam Juriſdictionem Civilem, in locatione, vel venditione Criminalis Juriſdictionis præferri; probant Deciſionem allegati à Sanfelic. *loc. citat. & in Deciſ.* 106. *n.* 10. Conſil. Petr. *in Rit.* 167. *num.* 29. De Luc. *ad Gratian. in Diſcept.* 14. *num.* 11. Conſil. De Roſ. qui ſic Deciſum dicit *in Conſult.* 16. *&* 27. *num.* 8. *&* 9. ac Reg. Galeot. *in Reſp. fiſcal.* 28. *à num.* 53. in alienatione habemus Text. *in cap.* 1. §. *porrò. Tit. Qualit.*
10 *Feud. olim poter. alien.* nàm cum Jus directi dominii ſit penès Dominum civilis Juriſdictionis. D. Conſil.
11 Franc. Rocc. laudibus ſempèr extollendus *in ſuo*
12 *Tract. De Offic. Rubr.* 5. §. 6. *num.* 6. qui propriè dicitur Baro, Capiblanc. *loc. citat. pragm.* 3. *num.* 90. *& in adduct. pragm.* 8. *part.* 3. *num.* 266. Capyc. *in Deciſ.* 27. & *ibi* Maſull. Mart. *vot.* 221. *nu.* 11. De Pont. *loc. cit. tit.* 10. §. *De Don. & expenſ. Univerſit. num.* 14. & De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 388. *num.* 1. quia Domini, juriſdictionis criminalis, poteſtas in cauſis
13 verſatur, in quibus ſubditus fieri non poteſt, antequàm naſcantur. Frecc. *De Subfeud. lib.* 1. *De Offic. Magiſtr. Juſtit. num.* 26. *& lib.* 2. *Auth.* 2. *nu.* 21. quem ſequitur D. Conſil. Petr. *in Rit.* 2. *num.* 21. & quamquàm
14 D. Calà teneat; Dominum criminalis juriſdictionis, eſſe ſuperiorem Barone Civilis Juriſdictionis, adeò ut tamquàm Regulus, & Princeps vaſallorum habeatur *in Reſponſ.* 2. *ex num.* 10. *impreſſ. poſt tract. De In In-*
15 *tegr. reſtitut.* illud eſt certum, Baronem Civilem, Regi ſervitium præſtare, fidelitatem jurare. Frecc. *in cit.*
16 *Auth.* 2. *num.* 20. Vexillum ferre tempore nundinarum. Caput. *De Reg. Reipub. in Rubr. num.* 48. inſi-
17 gnia depingi facere dominium denotantia Capibl. *loc. indic. pragm.* 1. *nu.* 69. ad ſiniſtram tamèn à Regiis inſigniis, & paulo inferiùs. De Luc. *in adduct. Obſervat.*
18 388. *num.* 2. Domino verò Criminali permiſſum ſolummodò eſſe, arma depingi facere in propria domo, quam in feudo fortaſsè poſſideret, deciſum teſtatur De
19 Marin. *in Obſervat. ad Reverter.* 85. *num.* 7. Atquè adeò cum Juriſdictionis Civilis Baro, jus in re habere
20 videatur, conſequentèr ei prælationem in locatione, aut venditione criminalis juriſdictionis competere, concinit Sanfelic. *in cit. Deciſ.* 322.

21 Propterea Baroni habenti primas cauſas, in venditione Juriſdictionis ſecundarum cauſarum competere prælationem ſtatuunt Taſſon. *ad Pragmat. De Antefat. verſ.* 2. *Obſervat.* 2. *nu.* 98. De Pont. *loc. citat. tit. De Aſſenſ. Reg. ſupèr Dotib.* §. 2. *pagin. mihi* 272. & D. Conſil. Rocc. *in indicat. tract. De Offic. Rubric.* 12.
22 *num.* 101. At Univerſitatem præferendam, ut ab eo onere à Baronis manibus, ſolvendo pretium, redimatur, probat Capiblanc. *in adduct. pragm.* 8. *part.* 1. *n.* 153.

23 Nùm Univerſitati in venditione Criminalis Juriſdictionis, Baroni Juriſdictionis Civilis, prælatio competat? ſucceſſivè inquirendum eſt. Affirmativum placitum Senatus Deciſione roboratum dat De Curt. *in Diverſor. feudal. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 67., ſed contrariam partem defendit Reverter. *in Deciſ.* 235. & *ibi* De Marin. & quandoquè inſtante Univerſitate, Baronem Civilis Juriſdictionis coactum fuiſſe, Baroni Juriſdictionis criminalis ſuam vendere juriſdictionem Deciſum dicit Sanfelic. in cauſa Univerſitatis Afragolæ, & Pauli Bozzuti *in Addit. ad citat. Deciſ.* 322. *pagin.* 377.

24 In feudali locatione, à Barone inita, quod prælationis jus Univerſitati pertineat ambigendum non eſt, etenim Vaſallorum intereſt non habere tot Dominos, & ratio, quæ in venditione in Univerſitatis beneficium viget, in locatione militat, imò major: nam per locationem plures Dominos ſortiuntur Vaſalli, nempè locatorem ipſum, qui Dominus principalis eſt, Cui durante affictu ſubventiones in Conſtitut. *Quamplurimum.* taxatas præſtare tenentur; Atquè Conductorem, cui tenentur Vaſalli ſervire quoquè, atquè obſequia præſtare, cum ei ſubjiciantur, ut elegantèr tradit Rovit. qui ſic Deciſum refert ad favorem Univerſitatis Aquavivæ, reſpectu affictus facti per Ducem Adriæ, tùnc ejus utilem Dominum, Aſcanio De Scribanis *in Pragm.* 63. *num.* 31. *De Offic. Procurat. Cæſar.* & defendunt perbellè Marcian. *in Conſil.* 44. Sanfelic. *in Deciſ.* 107. Mart. *in Vot.* 240. & Thor. *in cit. comp. verb. præferri, an debeat.*

25 Hujus loci ulteriùs eſt inveſtigare (ut incœpto oneri, ſatisfactum ſit) pro obſervatione dicti D. Regent. noſtri *num.* 28. quandò directo Domino prælationis jus, in fundi emphyteutici, alienatione competat? is enim cum Civilitèr poſſidere videatur; teſte Gloſſ. *in l.* 3. §. *ex contrario. ff. de Acquirend. poſſeſſ. & ibid.* Jaſ. *num.* 44. Bart. *num.* 7. Paul. De Caſtr. *nu.* 1. *verſ. itèm ſuperficiarius.* Alex. *num.* 14. *&* 20. & Herculan. *n.* 24. *verſic. Emphyteuta.* Tiraquel. *in tract. le Mort ſaiſit leviſ. part.* 4. *Declarat.* 6. Valaſc. *de Jur. Emphyt. quæſt.* 18. favore reunionis utilis Dominii, cum directo affirmativum placitum ſtatuunt ex *l. ſi unus* §. *pactus nè peteret. ff. De Pact. & ex l. fin. C. de Jur. Emphyt.* Imol. *in Conſ.* 65. *ex n.* 12. Dionyſ. Pontan. *ad Conſuetud. Bleſenſ. art.* 18. §. 6. *col.* 14. *verſ. ajunt prætereà.* Theſaur. *in Deciſ.* 169. Gonzal. *ad Regul. Cancel.* 8. *gloſſ.* 9. §. 2. *à nu.* 6. *&* 14. Corbul. *de Jur. emphyt. tit. ex quib. cauſ. emphyt. jur. ſuo priv. limit.* 19. Cancer. *lib.* 1. *tit. De Emphyt. Reſol.* 11. Scrader. *in Conſ.* 6. *à num.* 122. Natt. *in Conſ.* 274. Addit. *ad Ludoviſ. in Deciſ.* 293. *nu.* 13. Rendell. *de Jur. protho miſ.* §. *emphyteuſim. nu.* 3. De Franch. *in Deciſ.* 277. *in fin.*, *in Deciſ.* 482. *nu.* 11. *&* 588. & in locatione fundi, aut fructuum venditione, o-
26 mnibus præferri, concinunt Matth. Berlic. *part.* 2. *quæſt. practicab.* 39. *nu.* 41. Joan. Mar. Novar. *Quæſt. forenſ. part.* 1. *quæſt.* 92. Philip. Teſtai *in Allegat.* 17. *num.* 16. De Pont. *in Deciſ.* 28. *num.* 28. & ad pretii computum retinere, quod ſibi, etiàm occaſione laudemii debitum eſt, probat Acac. Anton. De Ripoll. *Var. Reſolut. tit. De Jur. Emphyt. cap.* 7. *nu.* 263.

27 At Prælationem non obtinere; Petr. Jacob. dixit *in Prax. Rubric.* 4. *General. libell. in action. in rem. num.* 19. *verſ. addit. & num.* 26. *verſ. in cæteris.* quotiès fundus emphyteuticus in alium liberali titulo transfertur, vel cum altero permutatur, aut alio contractus genere diſtrahitur, in quo eadèm quantitas, numero, pondere, vel menſura à Domino directo minimè præſtari poteſt, & ſequitur Anton. Niger *De Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 9. *nu.* 80.

28 Nequè obtinere prælationem, fuit voti D. Reg. noſter *hìc num.* 51. quotiès Dominus directus pro alio il-



Digitized by Google

lam exercere cupit, adde Arias de Meſa *in Reſol.21. num.*10. *lib.*1. Gallerat. *De Renunc. tom.*2. *lib.*1. *cap.* 4. *num.*124. Gratian. *tom.*3. *Diſcept.*433. Amad. De Pont. *De Laudem. quæſt.*13. Peguer. *ad Cap.*3. *Reg. Petr. verſ.*6. *num.*32. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Rub.*11. *De Cenſib.* §.1. Caldas *De Renovat. Emphyt. Quæſt.*13. *num.*6. Boer. *ad Conſuetud. Bituricenſ. tit. De la Retenue des Choſes.* §. 1. *verſ. & intellige. & in tit. De Retract. ligniag. col. antepenult. verſ. & idèm eſt in Domino.* Everad. *in Topic. Loc. De Emphyt. ad Feud.* Intrigl. *De Feud. cent.*2. *artic.*5. *nu.* 998. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.*417. *à nu.* 374. *tom.* 1. Hunn. *in Encycloped. Jur. part.*3. *tit.*15. *cap.*1. *nu.*29. De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.* 242. Chriſtin. *ad Conſuetud. Meclinenſ. tit.*11. *art.*12. *à num.*2. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. part.* 1. *cap.* 1. *gloſſ.* 9. *num.* 25. De Pont. *in Deciſ.* 28. *nu.* 12. Olea *De Ceſſione Jur. tit.* 3. *quæſt.*2. D.Reg. noſt. *in Deciſ.* 57. *num.* 53. & Nos *in Obſerv. num.*15. *& in Obſerv.*46. *num.*12.

29 In locatione tandèm Vicino prælationem competere, non eſt cùr dubitem, illud, ad id, quod apùd vulgum vocitatur, pro ratione deſerviens, à Petr.
30 Matth. memoratum *nel Hiſtor. di Franc. lib.* 5. *narrat.* 1. *num.* 1. *chi hà cattivo vicino hà mal' Mattino*, dixitque Alciat. *Embl.* 566. *& ibi* Tuil. *nu.* 3. *in fin. pagin. mihi* 700. *& in Comment. ad Embl.* 32. *num.* 3. *verſ. obſtruere noſtris luminibus. in fin. pagin.* 181. & ſupèr eo nonnulla elegantiora dat Joan. Bapt. Maſcul. *De Incend. Veſuv. lib.*10. Hinc
31 Athenienſis Themiſtocles cum proprium venderet prædium, à Præcone vociferari voluit, ultrà à natura, & arte communi ſolitas accerſiri laudes, bonum quoque vicinum adhærere; Teſtatur exindè Columel.
32 Nobiles, atque numeroſas nationes multas, proptèr injurias vicinorum alibì, relicto patrio ſolo, profugiſ-
33 ſe *in lib.*1. *cap.* 3. Undè noſtram ſtatuunt ſententiam allegati à Joan.Bapt.Thor. *in part.*1. *Comp. verb. præferri.* Sanfelic. *in Deciſ.* 106. D. Reg. noſtro *in Deciſ.* 39. *& ibid.* à Nobis *in Obſerv. num.*4. qua eadèm for-
34 taſsè ratione attenta ſocium in fundo communionem habentem, in locatione, à conſocio facienda, præferendum concinunt à Nobis conducti *in cit. Obſervat.* 39. quibus addi poſſunt Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ. Fiviz.*25. *tom.*2. Gratian. *in Deciſ.*169. *n.*8. & alii congeſti per Conſil. De Roſa *in citat. Conſultat.* 16. *nu.*6.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXIX.
### *SUMMÆ.*

1 *Vitilitigatorum, ſubtilitatibus quoque operam dantium, & quorum, avaritia cæcutit, deſcribitur infamia.*
2 D.D.Petrus Caſaburus Urries *laudatur.*
3 S.Ivonis Sodalitium *in Cœmeterio Sanctorum Apoſtolorum, Congregationis Clericorum Regularium, erectum, in quibus verſetur? exponitur cum laude.*
4 *Congregatio ſub Invocatione* S.Ivonis, *olim in Eccleſia S. MARIÆ in Coſmodin memoratur.*
5 *Advocati, in quibus verſentur.*
6 *Oratoriæ, ac Forenſis eloquentiæ, Utilitas.*
7 *Advocatorum laudes, & Agnomina, & num.*13.
8 . . . . . *laborem retribui non poſſe, qui dixerint.*
9 *Advocati officium, ſi benè impendatur nihil ornatiùs.*
10 . . . . *legibus utentes, prout decet meliorem vitam agunt, quàm Fratres Prædicatores.*
11 . . . . *quot in albo Sanctorum conſcripti, recenſentur.*
12 Cardinalis De Aretio, *cum laude memoratur.*
14 Prat. *ſcripſit contrà* Deciſionem, *ſed non obtinuit, ejuſque fautor eſt* D.Conſil. Petr.
15 Reg. Sanfelic. *ſtat* cum D.Regent. noſtro.
16 *Nova Collegia, quandò diſſolvenda?*
17 *Omne Collegium illicitum præſumitur, niſi licitum probetur.*
18 *Collegium, abſquè Superioris authoritate inſtitutum, illicitum dicitur.* Comprobatur D.Reg.noſter.
19 . . . . *num capax ſit; ſi abſquè authoritate Superioris, erectum fuiſſet? Decertant* Thomas., & Gabriel. *Cum* Benedict. Ægid. Mart. & Tiraquell.
20 *Deſtructo Collegio, abſquè Superioris authoritate inſtituto, ejus bona, cui debeantur?*
21 *Reprobata Confraternitate, vel Pontificis, aut Principis juſſu deſtructa, cui bona illius applicentur?*
22 *Capitula Collegii alicujus Artis: quandò ſubſtineantur, & quandò dicantur Monopolia?*
23 *Nova Eccleſia, in alterius Eccleſiæ præjudicium, conſtruenda non eſt*, comprobatur D.Reg.noſt.
24 *Licentiam ſi contingerit lite pendente concedi, de fabricando novam Eccleſiam, illa quibus conditionibus danda ſit?*

1 VItilitigatoribus, ſubtilitatibus quoquè operam dantibus, & illis, qui ab avaritia cæcutiunt, procerto eſt, locum iſtum non applicari, applicari verò traditum à Senec. *lib.*2. *De Ira cap.*7. *quò turpes lites, tantò turpiores Advocatos habent*, & alibì ex Tiraquell. *in Tract. De Nobilitat. cap.*29. *nu.*8. memoratus, *Juridici vel ut canes acerrimi, non niſi oblato cibo manſueſcunt*, & accinit Tacit. *lib.*11. *Annal. pagin. in impreſſ. Baſileæ* 135. *& Lugduni* 283. *num.*2. ibi, *ut quomodò vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam Advocatis ferat*, quibus verbis ex Lipſ. mutuo habitis *in tom.* 2. *Oper. lib.*2. *Politic. cap.* 11. ſubdens priùs ejuſdèm Tacit. ipſiſſima verba: *Indè publicæ mercis, nil tàm venale, quàm Advocatorum perfidia*, poſteriùs addit, *& cùr diſſimulem peſtis Europæ caninum ſtudium, quod haùd temerè quiſpiam conceſſum latrocinium dixit, ſine cauſſidicis ſatis olim fuere futuraquè ſunt urbes*; conferunt poſita à Barclajo *in Argeni d.lib.*3. *pagin.*306. & in hos Sonologiam
2 compoſuit D.D. Petrus Caſaburus Urries grandiſonus Poeta, *nel Concerto* 2. *delle Sirene pagin.*22.
3 De Cœtu Magnatum, Regiorum Miniſtrorum, Æquitum, Advocatorum, Aliorumque Curialium, ſub auſpicio Sancti Ivonis in Cœmeterio, ſempèr Venerandæ Ædis Rev. Patr. Theatinorum Sanctorum Apoſtolorum congregato, agitur hìc; Eximium reverà pietatis, atquè charitatis inventum. Sodales enìm Pauperum, Orphanorum, & miſerabilium Viduarum litigantium Juſtitiam, labore proprio, atquè ære, puro charitatis affectu, protegunt, ac tuentur, teſte Epiſcop. De Afflict. qui ejuſdèm ſodalitii mirabile inſtitutum deſcribit *in Controv.* 22. *num.*2. & D. Conſil. Petr. *in Comment. ad Rit. M. C. V. tom.*1. *Rit.*
4 23. *num.*7. Alterum hujuſmodi, ſub ejuſdèm Divi invocatione jamdudùm fuiſſe in Eccleſia Sanctæ Mariæ De Coſmodin propè Sedile Portæ novæ refert Cæſ. De Engen. Caracc. *in ſua Neap. Sacr. pagin. mihi* 49. Infelicem propterea Rempublicam noſtram non dicet Matienz *in Dialog. Relat. & Advocat. part.* 1. *cap.* 8.
5 in qua Advocati non deſunt, & qui debiliores à potentioribus opprimere non patiuntur, eorumquè juſtitiam conſequi procurant, & accinit Roderic. Epiſc. Zamorenſ. *in Specul. Human. Vit. lib.* 1. *cap.* 17. lau-
6 dabile idcircò Advocatorum officium, atquè neceſſarium oſtendunt elegantèr Petr. Matth. *nel Hiſtor. di Franc. lib.*5. *Narrat.*2. *num.*11.12. *&* 13. Ann. Robert. *Rer. Judic. lib.* 2. *cap.* 19. Prat. *ad Muſcatel. in prax. tit. De Doct. Quiddit. & Dignit. cap.* 2. *verſic. eſt enim.* Joann. Paul. Xamar. *De Offic. Advocat. part.* 2. *quæſt.*2. Andr. Tiraquell. *De Nobilit. in cit. cap.*29. *pagin.*

Digitized by Google

pagin. mihi 158. num. 11. Anton. Fab. in lib. 9. ſui
Codic. tit. 28. Diffinit. 9. & 10. Franc. De Petr. in Con-
ſil. 1. & Feſtivar. lection. lib. 1. cap. 8. Staiban. tom. 2.
Reſolut. 156. Dominic. de Rub. in Certamin. 9. num.
51. Lipſ. ſupra memoratum eruditiùs declarans; D.
Conſil. Petr. loc. citat. Rit. 58. ex num. 1. & D. Reg.
De Philip. in Diſſertat. fiſcal. 2. Undè Tacit. ſivè po-
tiùs Fab. Quintil. in Dialog. De Oratorib. in impreſſ.
Lugduni pagin. 913. num. 2. & pagin. 449. in impreſſ.
Baſileæ, ſic habet: quò non aliud in Civitate noſtra,
vel ad utilitatem fructuoſiùs, vel ad Dignitatem am-
pliùs, vel ad Urbis famam pulchriùs, vel ad totius
Imperii, atquè omnium gentium notitiam illuſtriùs
excogitari poteſt: nàm ſi id ad utilitatem vitæ, omnia
conſilia, facta noſtra dirigenda ſunt, quid erit tutiùs,
quàm eam exercere artem, qua ſempèr armatus præ-
ſidium amicis, opem alienis, ſalutem periclitantibus,
invidis verò, & inimicis metum, & terrorem ultrò
feras, ipſe ſecurus, & velùt quodàm perpetua poten-
tia, ac poteſtate munitus? conferunt tradita per Recch.
in Gloſſ. ſupèr Privileg. Sacr. Colleg. Doctor. Neap. pa-
gin. mihi 18. num. 6. Quìd quod Nobiles dicantur!
Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. in Rubr. Droictſ. §. 19.
gloſſ. 1., & §. 4. Rubr. De Enfanſ. de plutieurſ. gloſſ. 1.
7 In honore videantur conſtituti! Walter. De Privileg.
Doctor. cap. 4. §. 11. Dignitatem habeant! Lancell. Con-
rad. in Templ. Judic. lib. 1. cap. 1. §. 1. ex num. 26. Cu-
jac. in lib. 5. ad l. ſi qua mulier. tit. 9. C. De Secund.
nupt. liter. D. & in lib. 22. Obſervat. cap. 16. in fin. &
rursùs in Paratit. lit. ad lib. 2. Codic. Juſtin. De Cauſ. ex
quib. infam. alien. non irrogat. cap. 11. liter. A. Caſ-
ſan. in Catalog. Glor. Mund. part. 7. Conſider. 28. ſi cla-
riſſimæ eloquentiæ Numina appellantur; Spectabi-
les etiàm, & Admirabiles. Mart. De Juriſdict. part. 4.
cent. 2. caſ. 115. à num. 3. ac Solis comparantur radiis
in cap. multi in fin. de Pœnit. Diſtinct. 2. cap. fin. De
Magiſtr. & in Auth. habita, C. Ne filius pro Patre. alia
8 dant Alciat. & Tuil. in Embl. 96. & Advocati laborem
retribui nequire, indicant. Plat. in Politic. & Caſar. in
9 Quæſt. peregr. 45. num. 17. ejuſque officium, ſi purè
impendatur, nihil ornatius, teſtatur Caſſiodor. in
Epiſtol. 12. & ſi legibus, pro ut decet, utatur, melio-
10 rem vitam agere, quàm Fratres Prædicatores, pro-
bant Conrad. indicat. loc. num. 12. & Mart. ibid. nu. 1.
11 Hinc in Sanctorum albo conſcripti intèr multos le-
guntur Ambroſius, Germanus, Lipardus, & Ivo,
quorum meminerunt Sarnenſ. in cap. ſi Pater. De Te-
ſtam. in 6. & Caſſan. in adduct. Catalog. part. 7. Conſid.
29. memorantur quoquè Beatus Joannes à Capiſtrano,
à Carol. Jallong. in Racemat. 40. nu. 18. in fin. Anton.
Poſſevin. Societ. Jeſ. in tom. 2. Apparat. Sac. ad Scriptor.
veter. & nov. Teſtament. pagin. 129. & à Nicol. Top.
De Origin. Tribun. part. 1. lib. 3. cap. 10. à num. 64. pa-
gin. 156. Beatus Andreas Avellinus, Lancellottus in
ſæculo nuncupatus, à Franc. Bolvit. Cler. Regul. in
ejus vita lib. 1. cap. 3. & 6. Caſtald. ibid. & à Franc.
Faſan. part. 2. Della Riform. Del Chriſtian. lib. 3. Nec
12 omittendum Scipio Buralis De Aretio, quem Legum
peritia, Philoſophiæ, ac Græcarum literarum venu-
ſtabat cognitio, ac ſcientia poſitivæ Theologiæ deco-
rabat, in noſtris parthenopeis ſubſelliis facundiſſimus
Advocatus, illibatiſſimus Regni indè Conſiliarius, in-
deflexiquè vir Judicii, Theatinam poſtmodùm Con-
gregationem ingreſſus, ſortitus Pauli nomen, intèr S.
R. E. Cardinales aſcitus, Demùm Archiepiſcopus
Neapolitanus creatus, cujus admiranda facinora de-
ſcribunt latiùs Joſeph Silos in Hiſtor. Cleric. Regular.
tom. 1. pagin. 357. 360. 362. & 365. Franc. Bolvit. loc.
cit. cap. 8. verſ. novum ſubiit Andreæ. cap. 14. verſ. ſed,
ut ad Andream. in fin. & cap. 15. Thom. Coſt. nella
Giunt. ò Terza parte del Compendio dell'Iſtor. del Regn.
di Nap. pagin. 68. 161. 163. & 171. & extructos fuiſ-
ſe pro ejus beatificatione proceſſus, teſtimonium peri-
bet Barthol. Chioccarell. in ſuo tract. De Epiſcop. &
Archiepiſc. Neap. pagin. 345. mittimus alios, non ob-
livioni, vivunt, adhùc in Cœlis, & in æternum; po-
tius nè plus juſto volumen excreſcat, Principes quo-
13 què, Purpuratorum Coriphæos, Reges, Pontifices
maximos, qui Advocati munus exercuerunt, & quod
ad gloriam, & nominis laudem, Imperatores ab ordi-
ne Advocatorum genus trahere, referrent. Sarnenſ.
teſte in Adduct. cap. ſi Pater. Unum verò licèt ulga-
tum, libeat excerpere, CHRISTUM noſtrum, Re-
gem Regum, & Dominum Dominantium, Advo-
cati officium non paucis fuiſſe impartitum, ut Mag-
dalenæ; Mulieri de Adulterio accuſatæ, in variis ſuo-
rum Diſcipulorum Criminationibus, de quibus in E-
vangelio, & memorat Authoritate Sancti Auguſtini
Mart. loc. allegat. num. 2. ac de intàminata Virgine
MARIA protectrice mea præſentiſſima, quotidiè
Sancta Mater Eccleſia non deſinit dicere: Eja ergò
Advocata noſtra.
14 Cæterùm contrà Deciſionem iſtam extant tradita
per Pratum, qui novi Sodalitii partes ſubſtinuit, ut
eſt videre in tom. 2. Diſcept. 30. & à D. Conſil. Petr. in
15 Adduct. Rit. 23. num. 8. proſequitur tamèn illam Reg.
Sanfelic. in Increment. Prax. Judic. ſect. 16. verſ. no-
16 viſſimè, ac de novis Collegiis diſſolvendis loquuntur
Jura in l. cum Senatus 21. ff. de Reb. Dub. l. 1. ff. de Col-
leg. Illicit. & in l. collegium. C. de Hæredib. inſtituend.
& legantur Tacit. in lib. 14. Annal. Procop. De Bell.
Perſic. lib. 1. Cicer. in Epiſt. ad Q. Fratrem, & in Orat.
in Piſon. & Sveton. Tranquill. in Cæſar. cap. 32.
17 Tu verò obſerva hìc num. 2. omne Collegium illi-
citum præſumi, niſi licitum probetur. Luc. De Penn.
in l. quemadmodùm 7. C. de Agniol. & Cenſit. lib. 11.
verſ. 198. Maſcard. De Probat. tom. 1. Concluſ. 319. nu.
18 3. & quod regularitèr omne Collegium, abſquè Su-
perioris authoritate inſtitutum, illicitum ſit, conci-
nunt allegati à D. Reg. noſtro num. 3. & 8. quibus ad-
de Decian. in Tract. Crimin. lib. 7. tom. 2. cap. 20. nu. 7.
& 14. Mar. Antonin. Maceratenſ. Var. Reſolut. lib. 2.
Reſolut. ultim. caſ. 55. verſ. primò, quod quamvis.
Mart. in cit. tract. de Juriſdict. part. 2. cap. 23. num. 20.
& faciunt ad rem Perez De Lara De Anniverſ. & Cap-
pellan. lib. 2. cap. 1. & Gonzal. ad Regul. Cancellar. 8.
19 gloſſ. 5. à num. 38. & eſſe ſucceſſionis incapacem aſſe-
runt Baltax. Tomas. in Tract. De Incapacib. tit. 11.
cap. 15. num. 257. Anton. Gabr. Comm. Concluſ. tit. De
Pia cauſ. Concluſ. 1. num. 17. & Concluſ. 2. in fin. con-
trariùm tamèn indicant Benedict. Ægid. in l. 1. C. De
Sacroſanct. Eccleſ. Mart. in cit. loc. part. 4. cent. 2. caſ.
113. num. 8. & Tiraquel. de Pia cauſ. in præfat. pagin.
20 1. & ſi deſtruatur ejus bona fieri vacantia, atquè ideò
in fiſci beneficium tranſire; idemquè in confraterni-
21 tatibus reprobatis, aùt quandò Principis, vel Ponti-
ficis deſtruerentur juſſu, probant Vaſq. De Succeſſ.
lib. 1. §. 2. num. 22. & Thomas. in citat. loc. & quandò
22 Capitulationes Collegii alicujus artis, ſubſtineantur,
vel Monopolia appellentur? extricat Mart. in alleg.
part. 4. cent. 1. caſ. 87.
23 Scribit D. Reg. noſter num. 36. novam Eccleſiam,
in alterius Eccleſiæ præjudicium conſtruendam non
eſſe, & legitur idem in cap. ad audientiam 3. De Ec-
cleſ. ædificand. & in cap. intelleximus. & ibi Abb.
De Nov. oper. nunciat. ac approbat Cardinal. Creſcent.
in Deciſ. 1. De Oper. nov. nunciat. n. 2. ubi Deciſum quo-
que refert per Rotam Romanam, coràm D. Raynaldo;
ſatìs non eſſe cautionem de demoliendo, ſed licen-
24 tiam de fabricando dandam eſſe, cum conditione,
ut lite pendente Eccleſia non conſecretur, juxtà tex.
in cap. is cui 4. cit. tit. De Oper. nov. nunc. nè rei ſacræ
demolitio, quæ difficiliùs permittitur, permitti vi-
deatur.



Digitized by Google

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXX.

### *SUMMÆ.*

1 *Aſſiſtentia qualitèr adversùs tertium poſſeſſorem, attenta* Pragm. 1. de Aſſiſt. *diſpoſitione, concedatur? Quid mortuo debitore? adversùs* De Marin. *ſtant* Aſc. Novar. & Staiban. *num.*2.

3 . . . . . *Conceditur contrà tertium poſſeſſorem, etiàm non liquidato credito cum principali debitore.*

4 . . . . . *adversùs tertium poſſeſſorem, non conceditur inaudito principali debitore, quotiès creditum, ex contractu venditionis annuorum introituum dependeret. Reiicitur* Sanfelic.

5 *Creditore abſquè aſſenſu inſtante: poteſt cogi ſucceſſorem in feudo ad illum vendendum. Comprobatur* D.Reg.noſter.

6 *Creditori abſquè aſſenſu, quanquàm immiſſio ſupèr corpore feudi denegetur, conſulitur verò ſupèr illius commoditate fructus percipiendi.*

7 *Fructus feudi, feudales non ſunt.*

8 *Creditor aſſenſu carens, obtenta ſupèr allodialibus ſententia, in quibus de ſatisfactione ei conſultum non eſt, qualitèr abſquè novo judicio fructus feudi exequi facere permiſſum ſit?*

9 *Principem à Judice, cui mandati executio dirigitur, certiorandum eſſe de impedimentis, quæ occurrunt, & interìm in exequendo ſuperſedere ſtatuitur ex* D.Reg. noſtr. quem comprobamus.

10 *Judex exequutionis reſcripti, de illius ſubreptione, & obreptione cognoſcit.*

11 *Conceſſio à Principe facta, præſumitur ſecundùm pacta concedi ſolita. Comprobatur* D. Reg. noſter.

12 *Reſcriptum lite pendente à Principe obtentum nullius eſt efficaciæ.* D.Reg.noſter. *Comprobatur.*

13 . . . *à Principe conceſſum, ſi tertii intercedat præjudicium, non operatur. Quamquàm clauſula* motus proprii, *aut* plenitudinis poteſtate *in diplomate Princeps fuiſſet uſus. num.* 14.

15 *Pretium ex re feudali redactum, feudale non dicitur. Comprobatur* D.Reg. noſter.

16 *Actionem perſonalem, effectam litigioſam, lite pendente, alienari non permittitur. Comprobatur* D. Reg. noſter. *& num.*17.

18 *Fundo lite pendente alienato, qualitèr contrà poſſeſſorem, ſententia poſtmodùm lata executioni demandetur?*

19 *Alienatio rei litigioſæ, nequè Dominium, nequè poſſeſſionem transfert.*

20 *Litis pendentia: qualitèr inducatur? reiicitur* Antonin.

21 *Vitium litigioſi: quandò in perſonali actione contrahatur? & num.*22.

23 *Inſtantia perempta, vitium litigioſi non perimit.*

24 *Litigioſi vitium, quandò non obtineat?*

25 *Reſcriptum* Quod de Juſtitia provideat. *partibus non præjudicat. Comprobatur* D.Reg.noſter.

1 IN hac Deciſione, imprimis obſervandum ſe offert, Pragmat. 1. *De Aſſiſt.* Diſpoſitio per Dom. Reg. noſtrum memorata *num.* 1. per quam cautum habemus; Aſſiſtentiam, contrà tertium fundi hypothecati poſſeſſorem, probatis extremis, attenta Clauſula Conſtituti, & Præcarii, principali haùd priùs debitore diſcuſſo, concedendam fore teſtibus Rovit. *in ead. Pragm.* & *ibi* Scaglion. Capyc. *in Deciſ.* 54. Afflict. *in Deciſ.* 139. Barbat. *De Aſſiſt. in præfat. & gloſſ.*2. D.Marcell. Marcian. *in Conſ.*65. *tom.* 2. Gallup. *in Prax. part.*2. *cap.*9. *num.*27. & noviſſ. Mótill. *in comparit. Archetyp. impreſſ. poſt ejus prax. pagin.*
2 140.*num.*37. Nùm mortuo debitore procedat? Reſidet in negativa opinione De Marin. *tom.* 2. *Reſolut.* 62. *ex num.*2. quem ſequitur poſt alios, R.Conſ. Roſa *Conſult.*15.*num.*26. *tom.*2. *nuperrimè impreſſo.* nàm per conſtituentis mortem, conſtitutum, & præcarium extinguitur *l. cum præcario.* §. *præcarii.* ff. *De Præcar.* & videndus eſt idem De Marin. *tom.*3. *Allegat.* 145. *& ad Reverter. tom.*2. *Obſerv.* 567. *num.*2. Contrariùm verò defendit inveterata noſtrorum tribunalium praxis, probata ab Aſc. *in Deciſ. Barenſ.* 194. Novar. *in Collect. ad cit. pragm. num.*4. & à Staiban. *in Reſolut.*77. *num.* 10. *& num.* 11. addit illam
3 præſtari quoquè credito cum debitore, nequè liquidato ſuper bonis à tertio poſſeſſis, & ſcripſerat Rovit. *loc. cit. num.*3.

4 Hanc tamèn Concluſionem de concedenda aſſiſtentia inaudito principali debitore, ejuſque hærede, non procedere, quotiès creditum, de quo ageretur ex contractu venditionis annuorum introituum dependeret, cum eo caſu contrariùm ſtatuendum eſt: proptèr contractus reſciſſionem. Rovit. qui ſic practicari refert *in adduct. loc. num.* 4. & in idem adſtipulantur poſita per Thor. *in Compend. Deciſ. part.* 1. *verb. aſſiſtentia petita per creditorem. & part.*3. *verb. aſſiſtentia, an concedi. ſection.* 1. quicquìd aliquandò Deciſum dicat Sanfelic. *in Deciſ.*115.*tom.*1. Conſulendus ad rem noſtram eſt Dom. Rodoer. *Conſ.* 29. ubi ſingularia tradit de aſſiſtentia, & noviſſimam Deciſionem S.Conſ. refert.

5 Obſervandum ſuccedit *num.*2. feudatarii hæredem, inſtante creditore abſquè aſſenſu, poſſe cogi ad vendendum feudum, ut creditori ſatisfieri poſſit; Dixerat id D.Reg. noſter *in Deciſ.* 6. *num.* 1. & probavimus Nos *in Obſervatione* Claſſicorum authoritate *num.*2. quibus modò ſubnectimus Gizzarell. *in Deciſ.*28. Rovit. *in Deciſ.*72. *& in Conſ.*77. *tom.*2. & *ibi* Altimar. De Marin. *tom.*1. *Reſolut.* 121. *num.*8. Thor. *in Comp. Deciſ. verb. feudum vendere, an compellatur. part.*2.*Comp.* D.Marcian. *in Diſput.*27.*tom.* 1. Viſcont. *Concluſ. jur. verb. executio ſententiæ*, & De Luc. *in Obſervat. ad Deciſ. De Franch.*704.*nu.*2.,
6 & quanquàm eidèm creditori aſſenſu carenti, immiſſio ſupèr corpore feudi non competat, benè tamèn conſulitur ſupèr commoditate percipiendi fructus, proventus, & redditus illius. De Pont. *in Conſ.* 4. *num.*29. Jacobin. *De Feud. verb. & dicti Vaſalli. in fin. verſ. advertendum etiàm. col.*1. *pag. mihi* 117. & Liparul. *ad Iſern. in cap.* 1. §. *quìd ergò. verſ. ſed an judiciale pignus. Tit. De Inveſtit. de re alien. fact.*
7 etenìm Feudi fructus, feudales non ſunt. Maur. *in Allegat.*4.*num.*3. Camerar. *in repetit. cap. imperialem. pagin.* 18. *liter. V.* Curt. Jun. *De Feud. part.* 3. *quæſt.* 4. *in princip. num.* 47. Ludulph. Scrader. *De Feud. part.*4. *ſect.* 3. *num.* 4. Jacob. Schult. *ad Modeſtin. Piſtor. quæſt.* 160. *ex num.*19. *part.* 3. Par. De Put. *De Reintegrat. Feudor. cap.*20. *num.*2. Hartman. Piſtor. *lib.*1. *quæſt.*34. *num.*38. Lanar. qui alios allegat *in Conſ.* 34. *num.* 7. Indè fit, quod ſi obtenta à
8 prædicto creditore, ſententia ſupèr allodialibus, in quibus de ſuo credito ſatisfieri non poſſet, altero judicio non intentato, ad vendendum feudum; ejus fructus exequi facere permittitur, relicta feudatario ex eis portione pro alimentis, & ſervitio directo Domino præſtando, ut Deciſum teſtatur De Marin. *ad Reverter. in Obſervat.* 503. *num.*3. & accinit Reg. Rovit. *in pragm.*3. *De Ordin. Judic. num.*14.

9 Ulterius obſervo *num.*3. *&* 5. Principem, à Judice, cui mandati executio dirigitur, certiorandum eſſe de impedimentis, quæ occurrunt, & interìm executionem ſuperſedere, adde videndos Rebuf. *ad Conſtit.*

Digitized by Google

*Conſtit. Gall. tit. Ut Beneſ. ant. vacat. artic.* 2. *gloſſ.* 18. Iban. De Bardaxi *ad For. Aragon. tit. De Offic. Cancell. for.* 3. Andr. Gaill. *lib.* 1. *Obſerv.* 35. Gulielm. De Ludo *ſingul.* 52. De Pont. *De Poteſtat. Proreg. tit. De Abundant. Civitat.* §. 3. *num.* 14. Bodin. *De Republ. cap.* 8. *num.* 87. & Martin. Cromer. *in Hiſtor.*
10 *Polon. lib.* 2. *De Republic. & Magiſtrat. Polon.* quia ad ipſum ſpectat cognoſcere de reſcripti obreptione, aut ſubreptione, ut legitur *in l.* 4. ibi *ſi non cognitio, ſed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet; & ſi fraus intervenerit de toto negotio cognoſcatur. C. ſi contr. jus, vel utilitat. publ.* & probant Cald. Pereir. *in Conſ.* 26. *num.* 8. Coler. *De Proceſſ. execut. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 133. Petr. Callixt. *in* §. 10. *De Leg. Reg. num.* 26. & Petr. Gregor. *in part.* 3. *Syntagm. jur. lib.* 47. *cap.* 29. *num.* 16.

11 Et illud etiam adnotabo, quod D. Regens noſter tradidit *num.* 9. Conceſſionem, à Principe, factam præſumi ſecundum pacta ſolita concedi, non verò inſolita, Oſaſc. *in Deciſ.* 23. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 265. Paul. De Caſtr. *in Conſ.* 176. *vol.* 1. Dec. *in Conſ.* 445. Jo: Campeg. *in Conſ.* 11. Grat. *in Conſ.* 9. *vol.* 1. Jacob. Alvar. *in Conſ.* 57. Bald. *in Conſ.* 205. *vol.* 1. Mandell. *in Conſ.* 34. *vol.* 1. Camerar. *loc. indicat. pagin.* 66. *liter.* C. Gannaver. *in Deciſ.* 35. *à num.* 26. D. Reg. Galeot. *in Controv.* 53. *tom.* 1. *ex num.* 51. Epiſcop. De Afflict. *in Addit. ad Controv.* 46. & 47. *num.* 30. *pagin.* 484. Capan. *de Jur. Adoh. quæſt.* 35. & noviſſimè D. Reg. De Philip. *in Diſſertat. fiſcal.* 32. *num.* 70.

12 Nec obſervare derelinquam, poſitum à D. Regent. noſtro *num.* 21. *& ſequent.* Reſcriptum à Principe, lite pendente obtentum, nullius eſſe efficaciæ, etenim pendente lite, vel poſt provocationem, aut definitivam ſententiam, nulli licèt Imperatori ſupplicare, ut habetur *in l.* 2. *C. Ut lit. pendent.* & concordat Novell. 82. §. *omnis. Auth. De Judicib.* & Novell. 115. §. *ſi verò Auth. In med. lit. non fier. &c.* potiſſimum
13 ſi tertii intercedat præjudicium, in cujus perniciem haùd reſcribere præſumitur, teſtibus D. Regent. noſtr. *in Deciſ.* 174. *num.* 35. Valenzuel. *in Conſ.* 69. *num.* 104. Andr. Knichen *De Saxon. non provocand. Jur. verb. litis provocat. cap.* 4. *num.* 14. Petr. Gregor. *loc. cit. tom.* 3. *lib.* 45. *cap.* 7. *num.* 7. Mynſinger. *Centur.* 4. *Obſervat.* 8. *num.* 6. Gulielm. Anton. De Freundeberg. *De Reſcript. morat. Concluſ.* 49. *num.* 112. Gaill. *Obſervat.* 33. *num.* 6. *cit. lib.* 1. *& lib.* 2. *Obſervat.* 76. Petr. *De Poteſtat. Princip. cap.* 32. *concluſ.* 2. Eraſm. à Chokier. *De Juriſdict. tom.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 59. Mart. *in ſimili Tract. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 59. *nu.* 2. D. Merlin. *cent.* 2. *Controv.* 89. *num.* 26. Afflict. *in Deciſ.* 334. Marſil. *in Singul.* 483. Novar. *in Paraſraſ. feud. cap.* 35. Maſcard. *tom.* 3. *De Probat. concluſ.*
14 1275. *num.* 11. *pagin. mihi* 25. quanquàm clauſula *motus proprii*, aut *plenitudinis poteſtatis*, in conceſſione, Principem uſum fuiſſe videatur, ut concinunt innumeri ferè congeſti per D. Regent. Galeot. *in cit. tom.* 1. *Controv.* 1. *à num.* 1. Ant. Gabriel. *Commun. Concluſ. tit. De Jur. quæſit. non tollend. concl.* 1. Camill. Borrell. *in Conſ.* 14. Andr. Fachin. *lib.* 8. *Controv.* 63. Alber. Leonio *in Conſ.* 97. *cent.* 1. *num.* 9. Mart. *loc. cit. & Centur.* 2. *caſ.* 195.

15 Atquè hìc notandum De Franchis *in Deciſ.* 64. à D. Regente noſtro approbatum *num.* 26. illius fuiſſe voti, Pretium ex re feudali redactum, feudale non dici, concinunt De Curt. *in Diverſ. feudal.* §. *in hoc igitur. num.* 10. Giurb. *De Succeſſ. feudal.* §. 2. *gloſſ.* 7. *num.* 42. & D. Reg. noſter *in Deciſ.* 43. *ubi* Nos *in Obſervat. num.* 2. & 3.

16 Nunc venio *ad num.* 58. in quo obſervo actionem perſonalem litigioſam effectam, pendente lite cedi, nec alienari valere ſumitur id ex *l.* 1. *C. De Litigioſ. l. alienationes* 13. *ff. Famil. Herciſcund. & l. Divus* 5. *ff. De Petit. hæreditat.* & probant Lancellot *de Attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. illat.* 3. *num.* 453. Covar. *Practicar. quæſt. cap.* 15. Guzman. *De Evict. quæſt.* 11. Cancer. *part.* 2. *tit. De Reb. litigioſ. Reſolut.* 12. *à num.* 17. Pariſ. *in Conſ.* 138. *num.* 28. *lib.* 4. Rovit. *in Conſ.* 66. *vol.* 1. Burſat. *in Conſ.* 100. *lib.* 1. plenè Olea *De Ceſſion. jur. tit.* 3. *quæſt.* 11. idquè proce-
17 dere, tàm in actore, quàm in reo, concinunt Burg. De Paz. *in Conſ.* 3. Franc. Marc. *in Deciſ.* 148. *tom.* 2. & De Marin. *Reſolut. tom.* 1. *cap.* 256. *num.* 1. ad eo-
18 ùt ſententia, in ea lite poſtmodum lata, recta via adversùs poſſeſſorem, etiam non citatum, exequutioni demandetur. Roderic. Suarez *in l. poſt rem judicatam ff. de re judicat. limit.* 1. *num.* 4. Anſald. *de Juriſdict. part.* 3. *tit. unic. cap.* 12. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.* 331. De Graff. *De Effectib. Cleric. effect.* 1. *num.* 298. Carleval. *De Judic. lib.* 1. *tit.* 3. *Diſput.* 11. *à nu.* 2. Salgad. *De Reg. Protect. part.* 4. *cap.* 8. *à num.* 110. Boer. *in Deciſ.* 182. *à num.* 49. Solorzan. *De Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 104. Borgnin. Gavalcan. *in Deciſ. Fivizan.* 16. *num.* 7. *tom.* 1. Valenzuel. *in Conſ.* 19. *à num.* 40. *& in Conſ.* 111. *à num.* 23. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. tit. des Juſtices. rub.* 1. §. 5. Maſtrill. *in Deciſ.* 70. Caccheran. *in Deciſ.* 38. & 65. Mart. *Tract. De Juriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 35. *num.* 2. & 3. Sanfelic. *in Deciſ.* 2. Rodoer. *ad De Marin. in allegat. Reſol.* 256. *num.* 1. & 2. quia ex ea
19 alienatione, rei litigioſæ dominium, nequè poſſeſſio transfertur. Bald. *in l. fin. C. de Edict. Div. Adrian. tollend. num.* 3. & *ibi* Dec. *num.* 6. Conſ. Rocc. *tom.* 2. *Reſponſ.* 47. *à num.* 11. Anton. Niger. *in tract. De Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 29. *artic.* 1. *num.* 15. Lancellot. *loc. cit. à num.* 520. idquè tàm in hypothecaria, quàm in perſonali actione procedere, ſumitur ex traditis per De Marin. *loc. cit.* ſed legantur poſita per ipſum *in Obſerv. ad Revert.* 150. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 13. D. Marcian. *in Diſput.* 42. *à num.* 13. ac per Andreol. *in Controv.* 211. *num.* 17.

20 At qualitèr litis pendentia inducta dicatur? inſurgit tractandum, per ſolam citationem executam induci, ſuadunt D. Conſil. Petr. *in Rit.* 121. *num.* 5. *tom.* 1. & *tom.* 2. *Rit.* 168. *num.* 2. Marott. *tom.* 1. *Diſcept.* 18. *à num.* 114. De Marin. *loc. indic. Reſol.* 257. & *ibi* Rodoer. & quamquàm alii voluere, citationem prædictam ſatis non eſſe, niſi litis conteſtatio ſubſequatur; teſte Mar. Antonin. *lib.* 1. *Reſolut.* 64. *num.* 4. jàm traditum placitum veriorem eſſe contendo, probatum per Gloſſ. *in* §. 1. *verb. non eſt neceſſe. Auth. de litigioſ.* Carpan. *ad Statut. Mediol. tom.* 1. *cap.* 68. Fabr. *in ſuo Codic. tit. De Litigioſ. Diffin.* 1. Intrigliol. *in Deciſ.* 39. *num.* 11. Cevall. *de Cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 16. Cutell. *De Donat. contempl. matrim. tract.* 2. *Diſcurſ.* 1. *ſpecial.* 20. & Martin. *De Legitimat. perſon. in prælud. num.* 94.

21 Nùm id in actione perſonali procedat? Nullo modo perſonalem actionem litigioſi vitio alligari, placuit Mar. Antonin. *lib.* 1. *Reſol.* 29. *num.* 4. *& aliis* per Cancer. interpretatis *in adduct. loc. num.* 4. ut eorum traditum obtineat, ſi actione ex empto ageretur, vel ex ſtipulatu.

22 Alitèr diſtinguit Polydor. Ripa *in Obſervat.* 383. *num.* 11. vitium litigioſi non contrahi, quotiès perſonalis actio, inſtituta eſt in ordine ad quantitatem conſequendam, ſecùs ſi in ordine ad Dominium rei obtinendum, ſequitur De Marin. *in citat. Obſerv. ad Revert.* 150. *num.* 2. *in fin. & in allegat. Reſol.* 256. *num.* 7. & videantur Peregrin. *De Jur. fiſc. lib.* 4. *tit. De litigioſ. num.* 9. Tiraquell. *De Retract. in fin. nu.* 122. Lancell. *loc. indicat. num.* 482. & eſſe communem opinionem teſtatur Bellug. *in Specul. Princip. Rubr.* 41. §. *leges Regni. num.* 45. Andr. Gaill. *cit. lib.* 1. *Obſervat.* 118. *num.* 3. & De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 464. *num.* 3.

23 Ad-

Digitized by Google

23 Adverte hìc per inſtantiæ peremptionem vitium litigioſi non perimi, ut elegantèr fundant Gloſſ. *in l. properandum. §. ſi quidèm. verb. Judicii. ff. De Judic.* Viv. *in Deciſ.* 385. *num.* 1. *&* 2. Gamill. la Rath. *in Conſ.* 4. *num.* 10. Rovit. *in Conſ.* 66. *tom.* 2. Borrell. *in Deciſ.* 64. *num.* 113. quicquid ſibi aſſerant Allegati per Rodoer. *ad De Marin. in citat. Reſol.* 256. *num.* 10. etenìm litigioſi vitium cum effectus conſumatus ſit, perempta inſtantia non perimitur.

24 Quibus verò caſibus litigioſi vitium non obtineat, numerat uſque ad vigenos Vigel. *in lib.* 4. *Digeſtor. tit. De Alienat. Judic. mutand. cauſ. fact. tom.* 7.

25 Deniquè Obſervandum eſt, Reſcriptum, quod de Juſtitia provideat, partibus non præjudicare, teſte D. Regent. noſtro *num.* 76. *verſ. facta igitur relatione:* quem ſequitur De Luc. *in cit. Obſervat. ad De Franch.* 704. *num.* 9. & videatur Rovit. *in Pragm.* 5. *De Fid. & Authot. memor.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXI.
### SUMMÆ.

1 *Publicani, qualitèr, ab Hæbreis appellitati?*
2 . . . . *in honore à Romanis habiti.*
3 *Vectigalium conductores, antè omnia de remiſſione, & refectione cogitant.*
4 *Juſtam cauſam, & in bono regimine neceſſariam, non eſſe ſatis ad obtinendam mercedis remiſſionem*, ab hac Deciſ. *deſumit* De Luc.
5 D. Regens Galeot. *pro* D. Regent. noſtr. *adducitur.*
6 *Conductori: proptèr caſum inſolitum fit remiſſio mercedis, quanquàm juxtà, & in bono regimine neceſſaria intercedat cauſa.*
*Quod in vectigalium conductore, ampliatur. num.* 7.
*Atquè in illo, qui inſolitis caſibus, evenientibus, fortaſsè renunciavit. num.* 8.
*Præcipuè ſi caſus ille, in ſubſtantia rei eveniat. n.* 9.
*Quid in vectigalium conductore? Conſideratur* Cutell. *rejecto* Ripa. *num.* 10.
11 . . . . *quandò renunciatione caſuum inſolitorum non obſtante; mercedis remiſſio concedatur?*
12 . . . . *vectigalium, mercedis remiſſio concedenda eſt: ratione ſuper indicti. Comprobantur* Deciſio, Deciſione altera.
13 *Patientia præſtanda eſt in locatione, quotiès fundus locatus in eodem permanet ſtatu, quo locata fuit.*
14 *Conductori vectigalium, ad quam quantitatem reſtaurum concedendum veniat?*
*Quid quotiès tertii facto, conductor re locata uti frui impeditus fuit? num.* 15.
16 . . . *non adhùc expleto conductionis tempore convento, occaſione ſupervenientis cauſæ inſolitæ, excomputum, an faciendum ſit? Adversùs Conductorem adducitur* Gomeſ. & aliorum opinio, cum Deciſ. noviſſ.
*Pro Conductore referuntur* Revert. & De Marin. *n.* 17.
Sententia Authoris *traditur num.* 18.

1 PArisim etsì ab Hæbreis Publicanos appellitatos teſtetur Epiſcop. Panigarol. *in comp. annal. Eccleſ. Ann. Chriſt.* 31. *in Annotat. liter. r. pagin. mihi*
2 151. Apùd Quirites in honore fuiſſe habitos, demonſtrant M. T. Cicer. *lib.* 13. *Epiſtol. Famil. Epiſt.* 10. *& in Orat. pro Plaut.* ac Blond. *in lib.* 5. *Rom. Triumph.* Vectigalium verò Conductores noſtri prius de remiſ-
3 ſione mercedis cogitant, poſteriùs (ut ità dicam) meditantur de ſtipulanda conductione; At juſtam cau-
4 ſam, & in bono regimine neceſſariam, ſatis non eſſe, quin Mercedis remiſſio obtineat, ab hoc D. Reg. noſtri, loco, deſumit noviſſimè D. Carol. Anton. De Luc. *in Animad. ad Gratian. tom.* 1. *cap.* 195. *nu.* 17. Obſervans inibi Larr. *in Alleg.* 20. per D. Regent. noſtrum allegatum in contrariam partem propendere; Et reverà quanquàm D. Reg. Galeot. *in Reſponſ. fi-*
5 *ſcal.* 17. D. Regentis noſtri placitum roborare videatur, communis ſententia eſt in contrarium, Conductori enìm: proptèr caſum inſolitum, ſivè inopina-
6 tum, mercedis remiſſionem concedendam fore, licèt juſta, & in bono regimine neceſſaria intercedat cauſa, cum ea occaſio conductori nocere non debeat, ſupèr quo videſis ad rem prolixè poſita per Natt. *in Conſ.* 610. *lib.* 3. Philipp. Corn. *in Conſ.* 128. *lib.* 2. Cevall. *commun. contr. comm. quæſt.* 702. Caroc. *De Locat. & Conduct. tit. De Remiſſ. merced. part.* 4. Anton. Gomeſ. *tom.* 2. *tit. De Locat. & conduct. Reſol.* 3. Firman. *De Gabell. part.* 3. *quæſt.* 21. *tom.* 12. *tract. & tom.* 7. Sebaſtian. Medic. *De Caſib. fortuit. quæſt.* 10. Boſſ. *in tit. De Remiſſ. Merced.* & in ſpecie in con-
7 ductore vectigalium elegantèr differunt Bartol. *in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. De Publican. & Vectigal. & in Quæſt. Cujus initium eſt, Publicanis.* Althuſ. *in lib.* 1. *Diacelog. cap.* 76. Breitſchuverdt. *in Tract. De Caſib. fortuit. cap.* 8. *ſect.* 5. Bronchorſt. *cent.* 1. *Miſcell. controv. aſſert.* 71. Hunn. *in Reſol. ad Tre-*
8 *utel. vol.* 1. *Diſput.* 29. *quæſt.* 23. licèt illorum renunciatio intercedat, quia ſub ea renunciatione, verè inſoliti caſus, vel inopinati non comprehenduntur Steph. Gratian. *in Diſcept.* 534. *num.* 46. De Marin. *in Reſolut.* 186. *à num.* 6. *tom.* 2. *& ad Revert. in Obſer-*
9 *vat.* 455. *num.* 6. præcipuè ſi eveniat in ſubſtantia rei, Gratian. *in Diſcept.* 557. *num.* 62. Caſtil. *in Controv.* 3. *tom.* 3. & D. Joan. Bapt. De Luc. *in Tract. De Locat. Diſcurſ.* 6. ut in ſalinis conductis, legitur penès Surd. *in Conſ.* 507. in vitibus, locata vinea, loquitur Peregrin. *in Conſ.* 98. *lib.* 1. & multa ad propoſitum ponunt Caroc. *in cit. part.* 4. *num.* 108. *concl.* 29. *pagin.* 190. Mantic. *de Tacit. lib.* 5. *tit.* 8. De Pont. *in Conſ.* 88. Pacion. *De Locat. ex cap.* 47. & D. Chriſtoph. Creſp. de Valdaur. *in Obſervat. Ill.* 104.
10 Nec adverſatur Mar. Cutell. *tom.* 2. *Deciſ.* 4. quia etsì ſcribat, ratione renunciationis prædictæ gabellarum, & datiorum conductoribus, nullum eſſe faciendum excomputum, & in idèm deſcendere videantur Rip. *in tract. de Peſt. num.* 53. & Nicol. Boer. *in Deciſ.* 249. *num.* 10. Ipſe tamèn Cutell. ità ſubdit *verùm quia unus ex Dominis diſcrepabat, nec fiſco proficere ſententiam contendebat, niſi aliquid remitteretur, cui omnes acquieverunt.*
11 Ego tandèm, ut ſenſum meum aperiam, ſum voti traditum de renunciatione procedere, quotiès occaſio illa, cujus ratione reſtaurum petitur, tempore contractus nullo modo præviderì poterat, ſequutus Surd. *in Conſ.* 197. *num.* 16. *& in Conſ.* 374. *num.* 21. Grat. *in Conſ.* 5. *num.* 20. *lib.* 1. Gozadin. *in Conſ.* 74. *ex nu.* 4. Alex. *in Conſ.* 112. *num.* 4. *lib.* 1. Marian. Soccin. *in Conſ.* 156. *nu.* 12. Theſaur. *Quæſt. forenſ. tom.* 2. *quæſt.* 47. Mancin. *de Juram. part.* 4. *effect.* 228. *à num.* 42. Paſcal. *De Virib. Patr. Poteſtat. part.* 4. *cap.* 6. *à num.* 77. Gratian. *in citat. Diſcept.* 557. *num.* 5. Cenc. *De Cenſib. part.* 2. *cap.* 2. *artic.* 4. *num.* 29. Claper. *lib.* 1. *Cauſ. vectigal. cauſ.* 43. *quæſt. unic. num.* 4. Jacob. Cancer. *var. Reſolut. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 141. & Ludovic. *in Deciſ. Peruſin.* 106. *num.* 31.
12 At hìc compilato proceſſu obtinuit gabellæ conductor, mercedis remiſſionem: ratione ſuper indicti de novo impoſiti ſupèr eadem gabella; D. Regent. noſtro teſte *num.* 50. Concordat Determinatio altera Regiæ Cameræ Summariæ, referente Præſidente Jacobo Mercurio Die 27. Februarii 1647. in cauſa Petri, Andreæ, & Federici Zannetti, Arrendetorum ferri Provinciarum Aprutii, Capitanatæ, ac Comitatus Moliſii, quibus conceſſum fuit reſtaurum Ducato-

rum

Digitized by Google

rum Biſmille, & quincentum, ſtante novi Vectigalis impoſitione ſupèr eodèm Arrendemento, ut liquet in Proceſſu in Banca Januarii Caſollæ, etenìm Patientia
13 in locatione præſtanda eſt, quotiès res in eodèm ſtatu permaneat, quo locata fuit, ad tex. *in l. quod ſervius*, & *ibi* Gloſſ. *ff. De Condit. ob cauſ. l. quaro. §. intèr locatorem. ff. Locat. l. fin. ff. ad Municip.* Pariſ. *in Conſ.7. num.70. vol.2.* Burſat. *in Conſ.* 347. *nu.* 20. Surd. *in Conſ.*113. *num.*33. *&* *in Deciſ.*163. *num.*13. De Pont. *in Conſ.* 90. *num.* 8. *lib.* 2. Caroc. *loc. citat. Quæſt.* 8. *Concl.* 15. *num.* 69. Hieronym. Gabriel. *in Conſ.*89. *vol.* 1. *num.* 6. *&* 10. & Epiſcop. De Afflict. *in Controverſ.*22. *num.*60. *&* *in Addit. ex nu.* 3. Aucto indè vectigali facilè credendum eſt, Cives empturos minorem quantitatem rei, ſupèr qua exiguum ſolvitur vectigal, Eugen. *in Conſ.* 50. proindè tradita comprobant eleganter Boer. *in Deciſ.*180. *num.*7. *&* 8. Gratian. *in citat. Diſceptat.* 534. *nu.* 48. *&* 50. & alii adducti à Carol. Anton. De Luc. *in Gratian. ead. Diſcept.*195. *num.*29.

14 Reſtaurum vectigalium Conductori faciendum eſſe, ad illam quantitatem, quam, remota ſupervenienti occaſione, exigere poterat, eique competere ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis actionem, ſuadet Bartol. *in l. ſi uno*, *§. cum quidam. ff. Locat.* optimè Burſat. *in Conſ.*309. *num.* 30. *lib.*3. quem ſequitur De Marin. *in adduct. tom.*2. *Reſolut.* 187.
15 *num.* 2. extendens id, ut procedat, tàm ſi locatoris culpa vectigalia exigere, fuiſſet impeditus, quàm ſi facto tertii, cui reſiſtere non poterat, & in idèm adſtipulantur Gozadin. *in Conſ.* 27. Feliu *var. Concluſ. part.*1. *verb. Conductor. pagin.*94. Franc. Becc. *in Conſ.* 233. *lib.* 2. Maſtrill. *in Deciſ.* 229. Gratian. *in indicat. Diſcept.*534. *à num.*21. Menoch. *in Conſ.*27. *nu.* 33. *&* *De Præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 48. *num.* 30. Alciat. *in Reſponſ.*689. plenè Caroc. *loc. cit. quæſt.*5. *à num.*4. ac deſumitur ex *l. ſi fundus* 36. *ff. locat.*

16 Modò illud inveſtigandum ſuccedit, an conductionis non adhùc completo tempore: ſupervenientis cauſæ occaſione, excomputum faciendum ſit? In negativa opinione reſidet Anton. Gomeſ. *Var. Reſolut. tom.* 2. *cap.* 3. quia ſequenti anno fortaſsè damnum cum ubertate compenſari poterit, quod paritèr concludunt Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ. Fivizan.* 28. *part.*2. *num.*50. Larrea *in Allegat.* 17. *nu.* 21. Mart. *tom.*3. *Digeſtor. tit. De Remiſſ. merced. cap.* 1. *pagin.* 289. & Anton. Fab. *in ſuo Codic. tit. De Locat. Diffin.* 3. *&* 35. & comprobatur Deciſione, per Regiam Cameram Summariæ, lata, in ſupra nominata cauſa illorum De Zannettis, ad relationem, tùnc ejuſdèm Regiæ Cameræ Præſidis Parthenii Pitagnia Die 24. Martii 1643. & noviſſimè in cauſa Joannis Carditi arrendetoris Regiæ Dohanæ hujus fideliſſimæ Civitatis referente in S.R.C. D. Conſiliario D. Petro Guerrero.

17 Sed Reverter. referente eadèm Regia Camera in Regio Collaterali Conſilio interveniente D. Cardinali Pacecco tùnc hujus Regni moderatore, Deciſum teſtatur fuiſſe Jacobo Lucido arrendetori prædictæ Regiæ Dohanæ ſuſpenſam certam quantitatem, quia ſi in ſequentibus annis fertilitas talis veniret, ut lucrum excederet extaleum, fieret compenſatio cum ſterilitate *in Deciſ.*509. *ubi* De Marin. *num.*2. refert, quod quanquàm in ſuppoſita ſpecie, in duabus contingentiis Decreto fuiſſet per Regiam Cameram impartitus terminus, non impedita interìm ſolutione extalei, tamèn in eiſdèm contingentiis, poſtmodùm eadèm Regia Camera D. Proregem pro ſuſpenſione cujuſdàm quantitatis conſuluiſſe, quia cauſa, pro qua excomputum petierant, illi erat ſatis notoria.

18 Demùm Me Judice, non recedendum ſentio à Gomeſ. & aliorum ſententia: etenìm ſi ſterilitas, cum ubertate ſequentium annorum compenſanda eſt, de excomputo tractandum venit in fine affictus.



# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXII.
### SUMMÆ.

1 *Teſtes falſi: qualitèr diverſarum nationum more, puniantur.*
*Quomodò attenta* Pragm. 4. De Falſ. *num.*2.
3 *Acerbitas, criminis falſi exponitur*. Comprobatur D. Reg. noſtro.
4 *Teſtis, cujus falſa depoſitione, ſententia, nequè mors ſequuta eſt, an ordinaria pœna mulctandus? &* *nu.* 5. *&* 7. comprobatur D. Regent. noſtri ſententia.
6 *Affectus, non ſequuto effectu, in atrociſſimis, ordinariè punitur.*
8 *Teſtis, qui falſum depoſuit, ſed aliqua de cauſa, in Judicio nullitèr, punitur extraordinariè.*
9 *Actuarius, qui ſcientèr teſtium falſas depoſitiones recepit, ſed nullitèr, quia parte non citata, qualitèr puniendus?*
10 *Teſtes recepti, parte non citata ad Videndum juramenta teſtium, non probant.*
11 *Notarius, quandò ex falſo inſtrumento nullo, non puniatur?*
12 *Falſi pœna non punitur ille, qui non circa principale negotium falſum depoſuit, ſed circa acceſſoria.*
13 *Falſos teſtes producens: quandò* Pragmaticæ 4. De Falſ. *indicta pœna puniatur?*
14 *Falſitas, tria requirit copulativè, mutationis veritatem, dolum, atquè partis intereſſe.*
*Quid in teſte falſum deponente? contrà* D. Regent. noſtr. *ſunt* Reg. Rovit. *&* Conſil. Rocc. *num.*15.
*Adducitur* Maſcard. *Reſtrictio. num.*16.
17 *Teſtis, qui falſum Judici depoſuiſſe, confitetur, qualitèr puniendus? Comprobatur* D. Reg. noſter.
Regent. Sanfelic. *refertur locus diſtinguens. nu.*18.
Mar. Giurb. *adducitur placitum num.*19.
*Diſtinguentis Authoris votum traditur nu.* 20. *rejectis* Alberic. & Monticell. *Declaratur* D. Reg. noſter.
21 *Mitiùs puniri debere reum, ob quondam in Rempublicam erogatum beneficium, ſtatuit* D. Reg. noſter, *quem comprobamus.*
22 *Nova in Rempublicam merita, non uſitatis vocabulis honoranda.*
23 *Majorum, & Propinquorum merita, Reo criminali proſunt, ut mitiùs puniatur.*
24 *Parentum merita in Rempublicam, ad poſteros tranſeunt.*
25 *Falſum non dicitur, quod veritatis primordio juvatur. Comprobatur* D. Reg. noſter.
26 *Clericus falſum Deponens coràm Judice laico, à quo puniendus?*
*Adducitur opinio* Gloſſ. *num.* 27. *Rejecta num.* 30. *Comprobatur* Gizz.
*Refertur placitum* Federic. De Seniſ. *num.*28.
*Traditur reſtrictio* Gulierm. De Benedict. *num.*29.
31 *Laicus falſum deponens coràm Eccleſiaſtico Judice, à quo puniendus?*
*Num uterquè Judex Eccleſiaſticus, & ſæcularis pœnis illum infligere valeat? Retunditur* Gizz. ex Boer. Bald. & Mart. *num.*32.

1 PLacuit Gloſſegrapho; falſos teſtes, linguæ perforatione puniri; *in l. omninò. C. De Delatorib.* Juriſconſultus verò talionis pœna infligendos voluit *in l.* 1. *ff. De Falſ. &* *in l.* 1. *C. de Sicar.* Concordat text. Hiſp. *in l.*4. *tit.*17. *lib.*8. *Recompil.* lege Francorũ refert Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Rubr.*10. *§. fin. n.*39. & probant Hip-



Digitized by Google

Hippol.De Marſil. in Conſ.27. Bald. in cap.1. §. inju-
ria. col. penult. De Pac. juram. firm. & in Tract. De
Teſtib. part. 2. num. 13. Felyn. in cap. ſicùt. notab. 3.
De Teſtib. Joan.Mar.Monticell. in Prax. crimin. Re-
gul. 15. De Crimin. falſ. num. 156. & Joach. à Beuſt.
De Jurejurand. num.223. A' Saſſo Tarpejo, à Quiri-
tis dejectos, refert Aul.Gell. Noct. Acticar. lib.20. cap.
1. in fin. Ab Hæbreis lapidatos legitur in lib. 3. Reg.
cap. 21. Bertaz. qui Suſannæ Hiſtoriam meminit in
Conſ.29. num.2. lib.1. In Gallia, atquè Sabaudia, fal-
ſarios vivos comburi, indicant Conſtantin. Caſar. in
2 Specul. quæſt. peregrin. quæſt. 8. num. 10. Et apùd
Nos irremiſſibilitèr morte puniri, ſivè ejus depoſitio
in criminalibus pro reo, ſivè contrà reum geſta ſit, in
Civilibus verò manus obtruncatione, ac perpetuo e-
xilio, cautum legitur in Pragm.4. De Falſ. cujus me-
minit Bajard. ad Clar. in §. falſum n.43. & Dominic.De
3 Rub. in Certam.9. n.78. Bona æquidèm ratione: ete-
nìm crimen hoc homicidio atrociùs, atquè omni alio
graviori delicto, deſignant D.Reg.noſter hic num. 10.
Alex.Stiatic. in Prax. cap.8.Larrea in Deciſ.96.nu.9.
Benedict. Carpzou. in Pract. crimin. quæſt.93. tom.2.
lib.2. Peguer. in Deciſ. 80. num. 3. Paul. Staiban. in
Reſol. 11. num. 1. tom. 1. Vermignol. in Conſ. 220.
Ann. Robert. Rer. Judicat. lib.2. cap. 10. pagin. 432.
De Marin. tom.2. Reſolut. 78. nu. 1. Bajard. ad Clar.
loc. cit. nu.1. Franc. Mar. Prat. ad Muſcatell. in prax.
tit. De Falſ. pagin. 632. & in Reſponſ. crimin. 5. nu.
19. D. Conſil. Hodiern. in Controv.38. num.19.
4 An Teſtis, ex cujus falſa depoſitione, ſententia, ne-
que mors ſequuta eſt, ordinaria ſit mulctandus pœ-
na? Diffiniendum Nobis, in præſenti eſt. Hujus De-
ciſionis memor fuit Anell. De Sarn. in Prax. Crim.
part 1. cap.13. à num.8.
5 Affirmativum placitum veriorem eſſe contendunt
Guid.Pap. in Deciſ.44. Felin. loc.cit. & alii per Reg.
Rovit. adducti in allegat. Pragm.4. n.1. & à Gallup. in
Prax. part.2. cap.27. à n.27. Præcipuè in Regno ubi
irremiſſibilitèr hujus horrendi facinoris pœna mortis
eſt; idcircò tradita per Grammatic. in vot.5. themà-
ti non applicari: tanquàm ſcripta, antè publicatio-
nem citat. Pragm. conſideravit Bajard. in indicat. nu.
6 43. & non eſſe conſiderandum, nùm ſequutus fuerit
effectus, nèc nè, tradit Caravit. in cit. Pragm. no-
tab.7. num.34. & conferunt eleganter poſita à Joan.
Bapt. Mucc. var. quæſt. forenſ. Dilucidat. Quæſt.13.
num.10.15. & per tot. cum ſatìs ſit, quod juravit,
hìnc Bartol. dixit ad id habilitatem ad nocendum
ſufficere in l.1. §. qui in rationibus. ff. ad leg. Cornel. de
falſ. & comprobant Bald. in l. qui veluti. num.1. C. De
Falſ. & Bertaz. in conſ.538. num.8.
7 Autumant tamèn extraordinariè puniendum Hip-
polit. de Marſil. in l. 1. §.1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.
Ancharan. in conſ.24. Felin. in cap.1. De Præſumpt.
Tyndar. de Teſtib. part.1. cap.9. num. 5. & part. 2.
cap.3. num.5. Petr. Nuñez De Avendan. in tract. De
Exequend. mandat. part.2. cap.27. num. 22. Alex. in
conſ.55. vol.7. Gramm. in citat. vot. 5. Gulierm. De
Benedict. in l. Presbyteros. C. De Epiſcop. & Cleric.
Lanfranc. de Orian. in cap. quoniàm contrà. num.27.
in fin. De Probat. Anguian. De legib. lib.3. num.43. &
45. & ad materiam applicantur tradita à Ricc. in De-
ciſ.135. part.1. Covar. lib.2. var. reſolut. cap.9. in fin.
& in cap. quamvis pactum. §. 7. num.6. verſic. pœnæ
verò ſtatutæ. Ricciull. de Jur. perſonar. lib.7. cap.2. nu.
28. & 29. Flores De Mena lib.2. var. quæſt.20. Bona-
coſ. commun. Crimin. part.2. verb. falſitas. Salzed. ad
Bermond. in prax. cap.96. verſ. excuſabitur. Gratian.
in Diſcept.36. ex num.56. ad 60. Surd. in Deciſ. 282.
Monticell. loc.citat. num.155. Sanchez De Matrim.
lib.3. Diſput.2. latè Farinac. De Falſit. à quæſt. 150.
Giurb. in conſ.71. Barthol. Caſſan. ad Conſuetud. Bur-
gund. Rub.10. §.10. num.39. Boich. in cap.1. De Cri-
min. falſ. Archidiacon. in cap. Presbyteri. 5. quæſt.6.
Anell. in cit. cap.1. num. 9. in fin. De Crim. falſ. &
ibi Butrigar. num.6. & Soccin. num.109. verſic. ſi ve-
rò criminalitèr. Menoch. de Arbitrar. Judic. caſ.306.
num.2. Bertaz. in conſ.218. & à Gomeſ. ad leg. Taur.
l.83.
8 Et in terminis adductæ Pragmatic. 4. Diſpoſitio-
nis, fuit voti Joan. Mar. Novar. extraordinariè, eſſe
teſtem puniendum, qui falſum depoſuit, & tamèn
ejus depoſitio, aliqua occaſione nullitèr recepta repe-
riatur in quæſt. 62. part. 2. & accinunt Cald. Pereir.
De Empt. cap.1. num.19. Gramm. in Deciſ.2. num.28.
Hortenſ. Cavalcan. in pract. De Teſtib. pagin.3. num.
68. Maſtrill. in Deciſ.250. part.3. à num.61. Menoch.
cit. caſ.306. à num.10. ac Nig. in tract. De Laudem.
9 tom.2. quæſt.38. num.29. Et Joan. Bapt. Thor. refert
in comp. part. 2. verb. actuarius ſcientèr. Actuarium
quemdàm, qui teſtium falſorum depoſitiones ſcien-
tèr receperat; vita durante ad remigandum fuiſſe
10 condemnatum, quanquàm illæ receptæ fuiſſent non
citata parte, atquè adeò nullitèr cap. 2. & ibi Abb.
n.14. Dec. n.54. Aretin. in 1. notab. nu.1. & Felin. nu.
3. De Teſtib. l. ſi quandò 15. C. De Teſtib. Gomeſ. lib.
3. Reſol. 12. num. 20. Arnald. Albert. De Hæretic.
quæſt. 34. num.37. Gramm. in conſ. 15. Hieronym.
Gabriel. in Conſ. 178. num. 33. lib. 1. Reg. Rovit. in
Pragm.1. De Bon. prodit. num.48. & in pragm.9. nu.
17. De Ordin. Judic. Gallup. loc. citat. part.2. cap.25.
num.4. Marant. in ſpecul part.6. Rubric. De Citat. à
num.25. Gravat. ad Veſtr. lib.6. cap.2. ſub num.28.
Dominic. De Rub. in Certam.2. num.1. & in Certam.
6. num.53. & 54. D.Conſil.Petr. ad Rit. M.C.V. tom.
1. Rit.145. Rodoer. in conſ. 29. ex num. 11. & Gre-
gor. Motill. in prax. tit. De Grad. citat. teſtium.
num.17.
11 Sed Anton. Gabriel. Commun. Concl. lib. 7. tit. De
Maleſic. concluſ. 5. voluit Notarium, falſum confi-
cientem inſtrumentum, puniri, quotiès aliquod pre-
judicium afferre poterit parti, ſecùs tamèn ſi cauſa,
quam contineret, eſſet à lege improbata, ſequitur
De Luc. ad Gratian. in cit. Diſcept. 36. num. 9. &
probat Duard. ad Bull. Cœn. lib. 2. canon. 6. quæſt. 6.
num.1.
Teſtis, qui ad rei defenſam, falſum depoſuit, quìn
extraordinaria plectendus ſit pœna, non dubitant
Bertaz. in allegat. conſ. 218. vol.1. Grammatic. in ci-
tat. vot.5. Boſſ. in cit. tit. De Falſ. num. 138. & Bal-
thax. De Angel. ad Foller. in prax. crimin. Rubric.
recipiantur depoſitiones reorum. num.9. & in illo, qui
12 falſam depoſitionem fecit, non circà principale ne-
gotium, ſed circà alia extrinſeca, falſi pœnam non
applicari, concinunt Menoch. De Arbitr. lib.2. cen-
tur.3. caſ.307. Monticell. loc. cit. num. 7. pag. mihi
160. Wlpel. in Reſponſ.38. Gabriel. loc.citat. concluſ.
33. Felin. in conſ.48. num.13. Benin. in Conſ.25. nu.4.
vol.1. Vermigniol. in Conſ. 242. num. 4. in Conſ.251.
num.10. in Conſ.402. num.3. & in Conſ. 430. num.5.
Clar. in citat. §. falſum. num.14. & ibi Addent. num.
59. & Rovit. in Pragm.1. num. 36. De Falſ. Hiero-
nym. De Laurent. in Deciſ. Aven. 64. num.10. La-
ganar. ad Rovit. in cit. Pragm.1. num.1. De Falſ. pa-
gin.69. De Franch. in Deciſ.105. num.21. Prat. in Re-
ſponſ. Crimin.15. num.88. & in Reſponſ.20. num.56.
ac Gallup. loc. allegat. part.2. cap.27. num.25.
13 Quid in producente falſos teſtes dicam! expedita
res eſt apùd Avendan. in cit. part.2. cap.27. num. 24.
Prat. in Reſponſ.23. Afflict. ad Conſtit. Regn. Rubric.
55. quæſt.12. lib.3. & accinit Pragm. noſtra ſi teſtem
inſtruxerit, ſin verò ſimplicitèr produxerit, pœnam
noſtræ municipalis legis non obtinere, ſtatuit Laga-
nar. ad Rovit. in cit. pragm.1. De Falſ. num.2. pagin.
70. & ad rem legito De Marin. in cit. Reſol.78. à nu.
3. lib.2.

14 Modò

Digitized by Google

14 Modò hîc adnotandum ſuccedit, quod ad hoc ut falſitas punibilis ſit, tria copulativè requirantur; nempè dolus, partis intereſſe, & mutatio veritatis, ut ſumitur ex *l. quid ſit falſum. ff. ad Leg. Cornel. De Falſ. l. nec exemplum.* & *l. damus. C. eod. tit.* Anch. *in Conſ.* 23. Borrell. *in Conſ.* 66. Graff. *in explicat. Bull. Cœn. Domin. lib.* 4. *Deciſ. cap.* 18. *part.* 1. *n.* 8. Rovit. *in adduct. Pragm.* 4. *De Falſ. nu.* 5. Duard. *in Comm. ad Bull. Cœn. lib.* 2. *Canon.* 6. *quæſt.* 45. *n.* 3. Paul. de Caſtr. *in conſ.* 157. *vol.* 1. Cephal. *in conſ.* 355. *num.* 44. *vol.* 3. Riminald. Jun. *in conſ.* 145. *num.* 11. & *in conſ.* 184. Menoch. *De Recuperand. poſſeſſ. Remed.* 16. Hieronym. Gabriel. *in conſ.* 169. *à num.* 14. & *in conſ.* 180. *num.* 6. Afflict. *in Deciſ.* 404. *num.* 8. & in teſte etiam concurrere copulativè debere, dixit D. Reg. noſter *num.* 38. ac probant Carpzov. *cit. quæſt.* 93. Farinac. *in adduct. quæſt.* 150. De Rub. *in cit. certam.* 6. *num.* 41. Prat. *in Reſponſ.* 15. *num.* 44. quod Rovit. *in cit. pragm.*

15 4. *num.* 4. non probat, in locum nocumenti, commodum exoptans, & in idèm adſtipulatur D. Gonſil. Rocc. *in Tract. De Offic. Rubr.* 14. *De Offic. Commiſ. Controb.* §. 6. *De Nav. onerat. frument. num.* 38. & hæc roborari videtur ſententia, ejuſdèm Pragm. 4. attentis verbis ibi: *Invidia, Odio, aliavè diabolica gravitate adductus, ad proborum, ac innocentium virorum*

16 *offenſam, falſum deponere.* Additque Maſcard. requiri etiàm, ut falſitas commiſſa ſit in ſcriptura publica, in *Tract. De Probat. tom.* 2. *Concluſ.* 739.

17 At in teſte, qui falſum ſe depoſuiſſe Judici declaravit, ſtatutum habe, quotiès depoſitio publicata non ſit, mitiùs puniendum, ut fuit voti D. Reg. noſter. *à num.* 40. etenìm teſte Senec. Proximum poſt innocentiam, tenet locum verecundia, & peccati confeſſio; comprobant proindè aſſumptum Jul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 60. *num.* 34. Joſeph Ludovic. *in Concluſ.* 15. Cumia *in Rit.* 54. *num.* 149. Danz. *tom.* 3. *De Pugn. Doctor. tit. De Confeſſ.* Guazzin. *ad Defenſ. reor. cap.* 4. *num.* 16. Paſcal. *De Virib. Patr. Poteſt. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 69. Bertaz. *in conſ. Crim.* 450. *vol.* 2. Anton. Gabr. *in cit. tit. De Malefic. Concl.* 19. *num.* 7. Boſſ. *in tit. De Reſponſion. à reo faciend. num.* 16. Oſaſch. *in Deciſ.* 60. *num.* 9. Andr. De Iſern. *in Conſtit. Regn. pœnam eorum. num.* 4. Mar. Antonin Macerat. *var. reſol. lib.* 3. *Reſol.* 20. *caſ.* 4. *verſ.* & *fuit impoſita*, & *in Reſolut.* 35. *num.* 2. & exempla extemporalia dant Plutarch. *in Alcibiad.* Arrian. *in lib.* 6. *De Geſt. Alexand. Magn.* atque Alex. ab Alexand. *in lib.* 3. *Dier. genial.*

18 Reg. Sanfelic. verò *in Deciſ.* 234. *part.* 2. refert Paulum Martinum: ob ſpontaneam homicidii confeſſionem à M. C. V. delegata, mitiùs cum illo procedente, fuiſſe condemnatum, vita durante ad triremes, & Minicum Riccionem: ob Criminis atrocitatem, quanquàm illud ſpontè fuiſſet confeſſus, ad mortem

19 condemnatus, & accinit Giurb. *in Conſ.* 71. *nu.* 3. ſcribens, teſtem, quemdàm, qui ſua ſpontè Judici ad detegendam commiſſam ab eo falſitatem venit, furcis fuiſſe laqueo ſuſpenſum.

20 Ego tandèm ſenſum meum aperio, mitiùs puniendum teſtem, qui ad revocandam falſam confeſſionem Judicio ſua ſpontè venit, ſi Judici falſitatem innotuit, ambingendum non curo, accedente *l.* 3. §. *fin. ff. de Alien. Judic. mutand. cauſ. fact. l. edicto. ff. De Jur. fiſc. l.* 1. *C. Ne tutor. vel Curat. Auth. novo Jure. C. de Pœn. Judic. qui mal. Judic.*, & Jure Canonico *in cap. non dicatis* 12. *quæſt.* 1. & fundant elegantèr Farinac. *in quæſt.* 81. *num.* 177. & Carpzou. *loc. cit. quæſt.* 149. Sinverò aliquales Judex de falſitate probationes habuit; Statuo confeſſionem procùl eidem juvare: quia timore pœnæ proceſſiſſe fatendum arbitror, & ità intelligenda ſunt tradita per Alberic. *in l.* 2. §. *quæſtioni num.* 3. *ff. de Quæſt.* Joan. Mar. Monticell. *loc. indicat. Regul.* 19. & à Conſil. Petr. *in Rit.* 224. *ex n.* 3. faciunt poſita à Clar. *in cit.* §. *falſum n.* 8. *verſ. convincitur*, & *num.* 10. concurrit De Rub. *in allegat. Certam.* 2. *num.* 95. & 96. & ità legendus eſt D. Reg. noſter *in cit. num.* 40.

21 Proptèr facinus criminale commiſſum, Reum: ob quodam beneficium Reipublicæ erogatum, mitiùs

22 puniendum mavult D. Reg. noſter *num.* 51. quia nova in Rempublicam merita; Tacit. teſte *Annal. lib.* 11. non uſitatis vocabulis ſunt notanda. Comprobant aſſumptum Gloſſ. §. *planè verb. ob meritum. Inſtit. De Jur. natural. gent.* & *civil.* & *in l. etſi ſeverior. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* Felin. *in cap. cum illorum. De Sent. excomunic. col.* 3. Boſſ. *in tit. de Homicid. nu.* 112. & *in tit. de Pœn. à num.* 8. Farinac. *in quæſt.* 98. Grammat. *in conſ.* 25. *poſt num.* 40. Clar. *in indicat. quæſt.* 60. *n.* 25. & *ibi* Giach. *num.* 97. *verſ. egregius miles.* De Rub. *in*

23 *Certam.* 8. *num.* 47. ac probari poteſt, per *l. ad beſtias. ff. De Pœn.* idemquè Majorum, atque ejus Proximio-

24 rum operari merita, dixit Tiraquell. *De Pœn. cauſ.* 49. etenìm parentum merita tranſire ad poſteros ſuadent Joan. Bocer. *De Ration. Stat. lib.* 9. *fol.* 167. Caſſan. *in Cathalog. glor. mund. part.* 11. *conſid.* 21. Bovadill. *par.* 2. *Politic. lib.* 4. *cap.* 2. *à num.* 74. Valenzuel. *in conſ.* 83. *num.* 156. & Afflict. *in Deciſ.* 307. *n.* 14.

25 Ulterius Obſervo *num.* 52. falſum nequaquàm dici, quotiès illud veritatis primordio adjuvatur, Addo id probari elegantèr per *l. cum filius* 78. §. *hæres meus. ff. De Legat.* 2. Cui accinunt Grammatic. *in vot.* 26. *n.* 12. Vermigliol. *in conſ. Crimin.* 185. *num.* 2. & *conſ.* 283. *num.* 6. Foller. *in prax. crim. part.* 2. *princip. verb. itèm quod commiſit falſitatem. num.* 35. Marſ. *in ſingul.* 35. Alciat. *in conſ.* 461. *num.* 6. Philip. Corn. *in conſ.* 26. *n.* 15. & alii penès Prat. *in Reſponſ. Crimin.* 15. *n.* 88.

26 Deniquè de illo agendum inſurgit, an Diſpoſitio *l. nullum C. de Teſtib.* in Clerico, qui coràm laico Judi-

27 ce falſum depoſuit, applicetur? Affirmat Gloſſ. *ibidèm* ſequuta in per De Marſil. *in l. fin. nu.* 152. *ff. de Juriſdict. omn. Judic.* Alex. *in addit. ad Bartol. in l.* 1. *in oppoſit.* 2. *ff. de Judic.* Lanfranc. *De Confeſſ. num.* 13. Monticul. *in tract. de Teſtib. Rubric. teſtis punitio per quem*, & à Conſil. Rocc. *in allegat. tract. De Offic. Rubr.* 15.

28 *De Offic. commiſſ. general. n.* 168. Reſtringit hoc placitum Federid. De Sen. *in conſ.* 93. *num.* 5. ut procedat, quotiès tractatur de puniendo Clerico pœna pecuniaria, at ſi de perſona, Epiſcopo reſervandum eſſe concludit, & accinunt Aufrer. *in tract. de Poteſtat. ſecular. in Eccleſ. regul.* 1. *fallent.* 2. Caſſan. *ad cit. conſuetud. Rubr.* 1. §. 5. *num.* 82. Anton. Niger *in Tract. De Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 17. *art.* 4. *num.* 79. & Franc. Marc.

29 *in Deciſ.* 215. *part.* 1. quod De Benedict. interpretatus eſt, dummodò Judex ſupèr eo ex officio, non ad partis inſtantiam agat. *in Repetit. cap. Raynutius part.* 1. *num.* 192. relatus per Proſper. Petr. *ad Capyc. in Deciſ.* 5. *num.* 6. & videndus eſt Chriſtoph. De Anguian. *in tract. De Legib. tom.* 1. *Controv.* 28.

30 Cæterum quod Clericus deponens falſum coràm ſæculari Judice, à Judice Eccleſiaſtico ſit puniendus, verior atquè communis ſententia eſt, etenìm quotiès Judex, cujus offenſæ ſunt aures, prorſùs eſt incompetens illius, qui offendit (ut de Clerico reſpectu laicalis Juriſdictionis afferunt congeſti per Mart. *De Juriſdict. part.* 4. *Centur.* 2. *caſ.* 102. *num.* 6. & *caſ.* 157. *num.* 16. Carleval. *De Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *Diſput.* 2. *quæſt.* 8. *ſection.* 2. *à nu.* 1075. ac per Caſar. *in Quæſt. peregrin.* 26.) diſpoſitio *l. nullum.* non obtinet, ut examuſsìm faſſi ſunt.

## IN REPETITIONIBUS, ET GLOSSIS.

Alberic. *in l. Præsbyteri. num.* 1. *C. de Epiſcop.* & *Cleric.* Joan. Andr. Innocent. Hoſtienſ. & Felin. *in cap. verùm. De For. competent.* Jacobin. *in l. quæſitum. ff. de Teſtib.* Jaſon. *in l.* 1. §. *qui mandatum. ff. de Juriſdict. omn.*



Digitized by Google

*omn.Judic.num.*5.Anchar.*in cap.ea quæ. De Reg.Jur. in* 6.*quæſt.*18. Soccin.*in cap.poſtulaſti. De For.competent.* Anton. De Padill. *in l. transfigere. num.* 102. *de Tranſact.*Foller.*in Conſtit.Reg.de Perſon.nu.*3. Duard. *in Comm.ad Bull.Cœn. lib.*2. *canon.*15. *quæſt.*11. *num.* 34.Mangrell.*ad Bartol.in l.*1. *C.de Ordin.Cogn.* Tapp. *in l.fin.num.*12.*ff.de Conſtit. Princip. ac in lib.*2.*Jur. Regn.tit.De Offic. Procurat.Caſ. Pragm.*13. & Petr.*in Rit.*244.*num.*8.

## IN CONSILIIS.

Guid. Pap. *in conſ.*45.*num.*4. Roland. *in Conſ.* 12. *à num.*34. *vol.*2. Conſil. De Ann.*in conſ.* 107. Surd. *in Conſ.* 396. *num.* 27. ac Borrell. *in conſ.*78. *num.*13. & 14.

## IN TRACTATIBUS.

Bertach. *De Epiſcop.part.*5. *lib.*4. *num.*63. Decian. *in Tract.Crimin.lib.*4. *cap.*9. *num.*22. Angel. *De Maleſic. verb.falſar.num.*24. & *ibi* Auguſtin.De Arimin. Boſſ. *in tit.De Falſ.num.*110.Menoch. *De Arbitr.quæſt.*91. Tiraquell.*de Retract.convent.*§.4.*num.*10. Farinac.*de Teſtib. quæſt.*67. §. 2. *num.*56. & *in tit. De Inquiſit. quæſt.*8. *num.*26. Cevall.*De Cognit. per viam violent. part.*2. *quæſt.*67. Jul.Clar. *in §.fin. quæſt.* 38. *num.*14. Bovadill.*tom.*1. *Politic.lib.*2. *cap.* 18. *caſ.*21. *num.*91. Joan.Vincent.De Ann.*in ſingular.*135. Guttier.*pract. quæſt.lib.*1. *quæſt.*24. *verſ. ſic quæro.* Didac. Covar. *practicar. cap.*18.*poſt n.*8.Leand.Galganet. *De Jur.public.lib.*1.*tit.*41.*num.*22. Parlador.*quotid.Different.*9. §.1.*num.*3.Caball.*Reſolut.Crimin.Cent.*3.*caſ.*261.Viv. *Comm.opin.verb.Clericus.*Squillant. *De Privileg.Clericor.cap.*7.*num.*110.Acac.Anton.De Ripoll.*var.reſolut. tit.*1.*num.*135.Carol.De Graſſ.*De Effectib.Cleric.effect.* 1.*nu.*1147.Dian.*Reſolut.moral.tract.*2. *num.*109. Fachin.*lib.*9.*Controv.*27. Bernard. Diaz *in pract. crimin. Canonic.cap.*93. *num.*2.& *ibi* Ignat. Lopez. Ciarlin. *in Controv.*48.*num.*10.Mart.*De Juriſdict.cit.part.*4.*cent.* 2.*caſ.*118.*num.*9.De Marin.*tom.*1.*Reſol.*50. & *ibi* Rodoer. D. Franc. Merlin. *tom.* 2. *Controv.* 71. Marant.*in ſpecul.part.*6.*verb.actorum editio. act.*12. *num.* 4.Prat.*in Reſponſ.crimin.*42.*num.*4.Vant.*De Nullitat. pagin.*111.*num.*50. Muſcatell. *in prax. Gloſſ. actorem. num.*3.& *Gloſſ.termino.num.*6.& Paul. Fuſc.*in ſingul.* 111.*liter.A.*

## IN DECISIONIBUS.

Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.*230. Treviſ.*in Deciſ.Venet.* 8.Capyc.*in cit.Deciſ.*5. & *ibi* Petr. & Maſull. Peguer. *in Deciſ.Cathalon.* 79. De Franch.*in Deciſ.*417. Tapp. *in Deciſ.S.R.C.*13.Ricc.*in Collect.*597. *part.*3. Cappell. Tholoſ. *in Deciſ.*379. Rovit. *in Deciſ.* 20. *num.*18. Grammat.*in Deciſ.*24.De Marin. *ad Reverter. in Deciſ.*234. *num.*3. & nullo ex his allegato, ex Afflict.*in cit.Deciſ.*230.& Ricc.*in Deciſ.*81.*in fin.* ſcribit Gizz.
31 *hic num.*7.tradens *ibidèm* quod ſi id laico eveniat, falſum teſtimonium perhibente, coràm Eccleſiaſtico Judice, uterquè Judex, Eccleſiaſticus ſcilicèt, & ſæcularis de crimine cognoſcat,ad diverſas pœnas irrogandas,quia perjurium,eſt crimen mixti fori.
32 Ego verò puto præventioni fieri locum cum Boſſ. *in cit. tit. De Falſ.num.*107. Ciarlin.*in alleg. Controv.* 48.Farinac.*in cit.quæſt.*67.§.2.*num.*31.Marant.*in adduct.act.*12. *num.*6. *verſ. quid autèm è contra.* Clar.*in cit.quæſt.*38. *num.*15. ac proindè illum à Judice præveniente puniri, nè pro eodèm delicto duplici afficiatur pœna, ut concludunt Boer. *in Deciſ.*289. *num.* 5. Bald.*in conſ.*31. & 402.*vol.*2. Mart.*in citat. tract. De Juriſdict.part.*2.*cap.*3.*num.*21.& *part.*4.*caſ.*169.*num.* 14.& vide poſita ſi placent per Sanchez *De Matrim. lib.*3.*Diſput.*54.*num.*7. Covar. *in cap. Raynutius De Teſtam.num.*19. Anaſt. Germon. *De Sacr. immunit. lib.*3.*cap.*12.*à num.*84. Guttier.*lib.*2. *quæſt.*2. Comeſ. *lib.*3.*Reſolut.*1.*num.*40.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLXXIII.

### SUMMÆ.

1 Verricell.*contradicit* D.Repent.noſtr.
2 *Tertius,à ſententia intèr alios lata,quoad ſuum præjudicium,appellare valet.*
*Et De Nullitate dicere.num.*3.
4 . . *oppoſitor,ſententiæ executionem impedit.*
5 . . *ad appellandum admittitur, quanquàm ſententia intèr alios lata, in rem Judicatam feciſſet tranſitum.*
6 *Trium ſententiarum conformium Virtus, non inficit Tertio in Judicio venienti.*
7 *Executa ſententia,à Judice laico lata in Clerici beneficium, pro illius revocatione,nùm adeundus ſit Eccleſiaſticus Judex?*
8 *Simulatio conjecturis probatur.* Comprobatur D. Reg.noſter.
9 *Donante,in rei donatæ poſſeſſione continuante,Donationis Contractus præſumitur ſimulatus.*
10 *Simulatio,ex donatione omnium bonorum, vel majoris partis,præſumitur.*
*Amplia,ut num.*11.
*Quid ſi in donationis contractu,adjectæ fuiſſent inſolitæ clauſulæ?num.*12.
*Aut ſi Donatio, conjunctæ perſonæ, facta ſit? num.*13.
*Vel ſi publicus Negotiator, Donator ſit? num.*14.
15 *Simulationis conjectura potens, Actionis ceſſio pro una parte,pro altera donatio.*
16 *Simulatus præſumitur contractus,ex titulo non vero geſtus.*
*Vel accedente actu clandeſtino.num.*17.
18 *Contractus,an ſimulatus ſit? pendet ab arbitrio Judicis judicare.*
19 *Clericatus probatur per Bullam ſuſcepti ordinis.* Comprobatur D.Reg.noſter.
20 *Bullis deperditis, ad probandum Clericatum admittuntur teſtes,qui fuerunt ordinationi præſentes.Adversùs* D.Reg. noſtr.Merlin. Thor.& Pap.*num.*21. & 22.
23 *Teſtes quot ad probandum Clericatum deſiderentur?*
24 *Amiſſio Bullæ,teſtibus probatur.*
*Unius teſtimonii dictum,de amiſſione Bullæ deponentis, ad probationem ſufficere ſtatuitur. num.*25.
26 *Epiſcopi, teſtimoniales litteræ probant Clericatum. Rejiciuntur* D.Reg.noſter,& Danz.
27 *Clericatus probatur per librum Regeſti ordinationum.*
28 *Ex bulla ſuperiorum ordinum, Clericatum probari, qui dixerint?Rejectis* Rebuff. & Pacian.
29 *Clericatus probatur per aſſertionem à Pontifice factam in litteris collationis beneficii. Adversùs* D. Reg.noſtr.& Gizz.
30 Deciſio præſens: *qualitèr ſe habuit, refertur, Notato* Gizz.
31 *Clerico,qui dimiſſo habitu deliquit,infraganti capto, nùm Eccleſiaſtico Judici remittendus? Adversùs* D.Reg.noſtrum, *ſtant* Tapp. & De Marin.
32 *Clericatus requiſita,quæ?*
33 *Clericus Miles effectus, vel enormibus ſe immiſcens, nùm fori privilegio privandus.* Genuenſ. *ex* Mart. *declaratur.*
34 *Beneficia in laicum,qualitèr non cadant? Declaratur* D.Reg.noſter *num.*35.

1 Contradictorem habet Deciſio præſens Verricell. *quæſt. Moral.* & *Legal.tract.*8. *quæſt.* 1. *ex num.* 8.

Digitized by Google

8. Nobis verò, nè ab incæpto ordine diſcedatur, lo-
cum iſtum ordinatè obſervantibus, imprimis ſta-
2 tuendum occurrit; Tertium quanquàm pro ſuo in-
tereſſe à ſententia intèr alios lata, quo ad ſuum præ-
judicium appellare valeat, vulgata l. ab executione
4. §. alio condemnato. l. à ſententia 5. & l. ſi proluſorio
14. ff. de Appellat. l. 2. §. ſed ſi altiùs ff. Quand. appel-
lat. & accinunt Gratian. in Diſcept. 232. num. 9. &
10. tom. 2. Andr. Gaill. lib. 1. Obſ. 122. num. 5. verſ.
tertius caſus. ac Jacob. Cancer. Variar. Reſolut. lib. 2.
3 cap. 16. num. 54. de nullitate dicere. Borgnin. Caval-
can. in Deciſ. 10. num. 6. part. 1. Mar. Antonin. Ma-
cerat. lib. 2. Reſol. 48. & Reſol. ultim. caſ. 49. ac exe-
4 quutionem impedire. Gallup. in Prax. S.R.C. part. 3.
cap. 2. num. 33. Joſeph. Ludovic. in Deciſ. 56. interpre-
tandum probamus, quotiès ille, de ſuo intereſſe in-
continenti doceat, ſequutis Gaill. ibid. num. 5. Co-
var. practicar. quæſt. cap. 15. verſ. ex quo frequentiſ-
ſimè Zabarell. in conſ. 7. Hippol. de Marſil. in ſing.
349. Cavalcan. in Deciſ. 5. num. 24. part. 4. Reverter.
in Deciſ. 278. num. 1. & De Marin. in Allegat. 142.
5 num. 3. tom. 3. reſol. imò admitti illum ad appellan-
dum etiamsì ſententia in rem judicatam fuiſſet tran-
ſitum tradunt D. Reg. noſter num. 10. Covar. loc. in-
dicat. nu. 1. & 8. Cancer. ubi ſup. nu. 55. & Urſill. ad
6 Afflict. in Deciſ. 15. num. 3. nec trium conformium
ſententiarum virtus tertio inficere in Judicio venien-
ti legitur penès Bertr. in conſ. 213. col. 1. vol. 3. Alex. in
conſ. 83. col. fin. vol. 3. Roman. in ſing. 290. & elegan-
tèr Rot. Roman. in antiq. Deciſ. 241.
7 Obſervandum ſuccedit; an poſt ſententiæ execu-
tionem, à Judice laico in Clerici beneficium latæ,
pro illius revocatione, idèm Judex adeundus ſit, vel
Eccleſiaſticus? Quæſtionem extricare conatur D.
Reg. noſter ex num. 12. At votum noſtrum dedimus
in Obſervat. 123. à num. 9. interìm nè hìc illotis ma-
nibus pertranſire videamus addimus ad rem viden-
dos Text. in l. à Divo Pio 15. §. ſi poſt addictam. ff. de
re Judicat. in l. 2. C. De Juriſd. omn. Judic. & in cap.
cum ſit. & cap. ſi diligenti. de for. competent. Mar.
Giurb. in Deciſ. 49. ex num. 11. Menoch. de Recupe-
rand. poſſeſſ. remed. 25. & De Adipiſcend. remed. 4.
Paz De Tenut. par. 2. cap. 64. De Graſſ. De Effect. Cle-
ricat. effect. 1. à num. 947. Rot. Roman. tom. 3. Diverſ.
Deciſ. 113. Ferret. in Conſ. 27. & 30. Gratian. in Di-
ſcept. 238. à num. 94. Petr. De Anchar. in cap. ſignifi-
cavit. in 4. notab. De For. competent. Barbatia ad
Bald. in l. fin. verſ. tene menti. C. De Edict. Div. A-
drian. Guid. De Suzaria De Prim. & Secund. Decret.
num. 20. Alex. in conſ. 103. vol. 5.
8 Conjecturis ſimulationem probari ſcribit D. Reg.
noſter num. 21. Adde Calc. in conſ. 26. Paul. De Caſtr.
in conſ. 58. & 74. Cravett. in conſ. 73. nu. 7. & in conſ.
156. num. 7. Dec. in conſ. 123. Tiraquell. De Retract.
convent. in præfat. à num. 36. Ludovic. in tit. De Si-
mulat. contract. concluſ. 1. Surd. in Deciſ. 14. & 34.
Gratian. in Diſcept. 255. Maſcard. tom. 1. De Probat.
concl. 438. ex num. 7. & Concluſ. 1124. num. 11. tom.
2. Tuſc. verb. ſimulatio. concluſ. 260. & 263. Anton.
Fab. in ſuo Codic. lib. 4. tit. 17. Diffin. 1. Staiban. Re-
ſol. 156. ex num. 80. tom. 2. Theodor. in Allegat. 46.
& 78. Mantic. De Conject. lib. 13. tit. 35. & 38. Mer-
lin. in Controv. 17. tom. 2. Caballin. in Milleloq. 588.
Menoch. De Arbitr. caſ. 247. & De Præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 129. Coſt. De Remed. Subſid. Remed. 36.
Anton. Gabriel. lib. 2. tit. De Action. concluſ. 7. Hon-
ded. in conſ. 32. num. 20. & in conſ. 46. à num. 11. vol. 1.
D. Conſil. Petr. in Rit. 228. num. 24. tom. 2. & Conſil.
De Roſ. in Conſult. 48. num. 59.
9 Simulationis potentiſſima conjectura ea eſt, quo-
tiès donans in rei donatæ poſſeſſione permanſerit.
Menoch. in lib. 3. præſumpt. 122. num. 10. Squillant.
De Privileg. Clericor. cap. 8. num. 50. Graſſ. loc. indi-
cat. effect. 3. num. 192. Ricc. in Reſolut. 431. Mar. An-
tonin. Reſolut. 88. lib. 1. Afflict. in Conſtit. ſancimus.
§. 4. num. 16. Marcian. in Conſ. 14. num. 7. Molfeſ. ad
Conſuet. part. 3. quæſt. 1. nu. 32. Fab. in indicat. C. Tit.
plùs valere quod agit. Diffinit. 5. De Amat. in Conſil.
93. num. 67. Borrell. in Conſ. 35. num. 29. Valaſc. in
Conſult. 71. num. 7. Theodor. in citat. Allegat. 78. nu.
6. Valenzuel. in Conſ. 109. Farinac. De Falſit. & Si-
mulat. quæſt. 162. num. 228. De Marin. ad Revert.
in Obſervat. 529. & lib. 2. Reſolut. 47. num. 14. D.
Reg. noſter in Conſult. 137. num. 25. tom. 2. & in De-
ciſ. 46. num. 5. & 7. & ibi Nos num. 6. cum aliis al-
legatis per Gratian. in alleg. Diſcept. 255. num. 24. &
per Conſil. De Roſ. loc. citat. num. 75.
10 In Donatione omnium bonorum, vel majoris
partis illorum ſimulationem colligi, ajunt Afflict. in
Deciſ. 270. num. 13. Alexand. in Conſ. 55. lib. 1. Ma-
ſcard. loc. citat. concluſ. 446. & 559. Hond. in conſ.
46. num. 17. vol. 1. Pariſ. in conſ. 53. num. 17. lib. 1.
Mantic. in lib. 13. De Tacit. vol. 2. tit. 38. num. 22.
11 Gratian. in cit. Diſcept. 255. à num. 18. etiamſi non
omnia, ſed meliora bona donaſſet Antonin. De
Amat. in Reſolut. 58. num. 14. tom. 2. Conſil. Petr. loc.
12 cit. num. 26. præcipuè ſi in ipſo donationis inſtru-
mento inſolitæ, fuiſſent adjectæ clauſulæ. Bald. in l.
ſi quis ſub conditione. ff. De Condit. inſtit. Natt. in conſ.
198. à num. 13. Anchar. in conſ. 256. in fin. aut illa in
13 gratiam conjunctæ perſonæ concepta ſit D. Reg. no-
ſter in cit. Deciſ. 46. Mantic. loc. alleg. tit. 39. De Ma-
rin. lib. 2. Reſolut. 69. num. 5. Vel publicus negotia-
14 tor, Donator ſit, ut ex S.R.C. in duabus contingen-
tiis Deciſum teſtatur citat. Conſil. Petr. in verſic. hinc
ſententia, & probat De Roſ. in cit. Conſult. 48. nu. 65.
Ex ſe verò, nùm talis donatio ſubſtentabilis ſit, do-
cent Fab. De Errorib. Pragmat. part. 2. Decad. 48. er-
ror. 6. Tiraquell. De legib. Connub. pagin. 176. & ſeq.
Dominic. Arum. in exercit. Juſtin. 6. th. 15. Quirin.
Kubach. quæſt. Illuſtr. Decur. ult. quæſt. 1. centur. 2.
Modeſt. Piſtor. lib. 2. conſ. 19. Mozz. De Donat. in tit.
De Reb. quæ donar. poſſ. Guttier. De Juram. confir-
mat. part. 1. cap. 11. & Fachin. in Controv. 87. lib. 6.
15 Hæc alia ſimulationis conjectura eſt, ſi pro parte
actio ceſſa ſit, & pro parte donata Anton. Gabriel. in
adduct. loc. num. 43. Farinac. loc. allegat. quæſt. 163.
à num. 99. Cancer. lib. 2. var. Reſolut. 13. num. 76.
Marian. Soccin. in conſ. 97. num. 71. & Fab. in lib. 4.
Codic. tit. 29. Diffin. 5.
16 Argui quoque ſimulationem in ceſſione adhibitam,
quotiès illa ex titulo non vero proceſſerit, dixit An-
17 ton. Gabriel. num. 2. in contractu clandeſtino, idèm
affirmant Mantic. in eod. tit. 35. num. 19. Farinac. in
quæſt. 162. num. 205. & Maſcard. in Concluſ. 445. 447.
& 499. Peguer. in Deciſ. 50. num. 5. At totum Judi-
18 cis arbitrio remiſſum ire concinunt, Pariſ. in Conſ. 54.
num. 22. vol. 1. Bertaz. in Conſ. 447. num. 21. & Ay-
mon. Cravett. in Conſ. 156. num. 14.
19 Qualitèr Clericatus probetur? hujus loci modò
eſt inveſtigare. Reſpondit D. Reg. noſter num. 23. per
Bullam ab ipſo Epiſcopo ordinante ſubſcriptam, at-
que ejus munitam ſigillo, & concordant Cavaler. in
Deciſ. 483. in Deciſ. 502. utrobique num. 2. in Deciſ.
572. num. 4. & in Deciſ. 608. Maſcard. Concluſ. 305.
num. 2. Joan. Bapt. Ciarlin. in Controverſ. 20. num. 47.
Burſat. in Deciſ. 251. num. 28. Conſil. Petr. in Rit. 65.
num. 7. & Danz. De Pugn. Doctor. tom. 1. tit. De Cleric.
20 cap. 2. num. 1. ſubdens inibì Bullis deperditis teſtium
probationes, qui in actu interfuerunt eſſe admitten-
das, & placuit D. Regent. noſtr. num. 24. Cui etsì
21 favere quoque videatur D. Franc. Merlin. ſuadens
attento Rit. M.C.V. 235. ſi principalitèr de Clerica-
tu probando ageretur, illum per teſtes probari haùd
poſſe in Controv. 91. tom. 2. & voluit D. Reg. noſter
num. 27. ac Thor. in compend. part. 3. ſect. 3. verb. re-
miſſio.

Digitized by Google

*miſſio*. Ego verò illorum ſententiam , Clericatum
per teſtes, qui ordinationi interfuerunt , probari ſub-
22 ſtinentium , veriſſimam eſſe confiteor, ex ſeriò poſi-
tis per Conſil. Petr. *loc. allegat. num.*8. Burat. *in De-
ciſ.*31. *&* 407. Flam. Pariſ. *De Reſignat. Benefic. lib.*
10.*quæſt.*3.*num.*33. Epiſcop. Sperell. *in Deciſ.*17. *nu.*
25. *&* 26. ac per Bajard. *ad Clar. in §. fin. quæſt.*36.
*num.*23. ubi reiicit *Deciſ.* 449. Guid. Pap. *num.* 1/3.
contrarium ſentientis ; ad quod ſatis eſſe duorum te-
23 ſtimonium dixit Maſcard. *Concluſ.*303. imò unius,
ſunt voti Angel. *in l.*2. *ff.Quemadm. teſtam.aperiant.*
Pacian. *De Probat. lib.*2. *cap.* 34. Mart. *De Juriſdict.
part.*2. *cap.*31. *ex num.*8. *pagin. mihi* 231. Afflict. *ad
Conſtit.Regn. Rubr.*3. *num.* 12. Maſull. *ad Capyc. in
Deciſ.* 162. *num.*2. Calà *De Mod. articul. §.* 2. *num.*
687. Crot. *De Teſtib.part.*6. *num.*214. Ricc. *in Prax.
rer. quotid. Reſol.*274.*verſic.probatur etiàm.* De Luc.
*ad De Franch. in Deciſ.* 329. *num.*6. & Bullæ amiſ-
24 ſionem teſtibus probari poſſe tradunt Fab. *in lib.*4.
*Codic. tit.*14. *Diffinit.*11. Covarr. *in quæſt.* 33. & alii
apud D. Petr. *loc.cit.num.*9. & Mart. *ibid. num.*5.
25 ſubſtinens *num.*6. ſufficere ad id unius teſtimonii di-
ctum , & Deciſum refert Caputaquenſ. *in Deciſ.*277.
*part.*1. ac ſtatuunt Felyn. *in cap.licèt univerſis. in fin.
De Teſtib.* Bald. *in cap. nupèr. De Teſtib.* Nicol. Boer.
*in Deciſ.*171.*num.*24. Gerald. De Petraſanct. *in ſingul.*
49. Jal. *in Conſ.*77. *vol.*3. & Ann. *in ſingul.*408.

26 Satiſque eſſe demonſtrat Bellug. *in ſpecul. Princip.
Rubric.*11.*§. itèm dubitatur num.*5. ad probandum
Clericatum , ſi illius Bullam penès ſe non habeat; pro-
ducere teſtimoniales literas de Collato ordine, ab E-
piſcopo ordinante ſcriptas , & veniunt in idèm Dom.
Petr. *in adduct. Rit.*235. *num.*3. Pariſ. *in cit. lib.*10.
*quæſt.*3.*num.*30. Duran. *in Deciſ.* 38. *num.* 6. *in De-
ciſ.*87.*num.*32. *in Deciſ.*104. *num.*3. *in Deciſ.*117. *&
in Deciſ.*237. Maſcard. *Concl.*305.*num.*1. ac Ludoviſ.
*in Deciſ.*78. *&* 490. & ità legendus eſt D. Reg. noſter
*num.*26. quicquìd diſtinguat Danz. *ubi ſup. à num.*6.

27 Hoc idem operari mavult Sperell. *loc. indicat. nu.*
24. ſi in regeſti ordinationum libro ; illum clericali
tonſura , aut caractere fuiſſe inſignitum , deſcri-
ptum legeretur.

28 Probari etiàm Clericatum per Bullas ſuperiorum
ordinum , fatentur Perez *in lib.*5. *ordin. tit.*8. *l.*1. &
Maſcard. *in citat. Concl.* 305. *num.*3. Reſiſtunt verò
Rebuff. *De Form. litter. tonſur. num.*28. Pacian. *loc.
allegat. quæſt.*42. & alii : ex quo per ſaltum ad talia
devenire potuit. At prior ſententia in Judicando plu-
ries obtinuiſſe teſtatur Ricc. *loc. indicat. Reſol.* 275.
*verſic. contrarium tamèn.*

29 Nùm Clericatus probetur ex Pontificis aſſertione
in litteris collationis beneficii facta ? Obſervandum
inſurgit . Negat D.Reg. noſter *num.*30. & concur-
runt Boer. *in cit. Deciſ.*171. *num.*2. Rovit. *in pragm.*
1. *num.*85. *De Titulor. ſeù inſcript. abuſ.* Danz. *in
alleg. loc.num.*4. & Gizz. *hìc num.* 3. Contrarium ta-
mèn inſinuant Federic. De Sen. *in Conſ.* 117. & De
Luc. *in cit. Obſervat.*329.*num.*5. quorum placitum
ampléxati ſumus Nos , aliis conductis *in Obſervat.*
73. *num.*7. rejecto nominatìm Gizz. *ibid. nu.*4. ſcri-
30 bente D. Regentem noſtrum *hoc loco* ſic Deciſum
teſtari , ſed aliter veritas ſe habet , eodem D. Reg.
noſtro teſte *num.*46. *verſ. quibus diſcuſſis* . etenìm
*hic* non fuit Deciſum ſi de Clericatu conſtabat , vel
nè , ſed tantùm Declaratum fuit Decretum remiſ-
ſionis cauſæ ad Judicem Eccleſiaſticum, per M.C.V.
interpoſitum , fuiſſe nullum , quia Colluſivè ſe geſ-
ſerant in illo Judicio Joannes Thomas Inurea , &
D.Jacobus Antoglietto , in fraudem Regii Fiſci , &
Antonini Mareſca ; intrà tres dies compilando pro-
ceſſum.

31 Obſervo *num.*39. Clericum , qui habitu Clerica-
li dimiſſo deliquerit , in fraganti captum , fori privi-
legio non gaudere. Contrarium voluit Tap. *in Con-
ſtit.Regn. De Perſonis. num.*24. ſequutus per De Ma-
rin. *in Reſol.* 50. *num.*5.*tom.*1. & in contingentia vi-
deſis Mart. *in cit. part.*4. *De Juriſdict. caſ.* 136. Gra-
tian. *in Diſcept.* 190. *tom.*1. Gomeſ. *var. tom.* 3. *cap.*
10. Thom. Valaſc. *tom.*1. *Allegat.*14. Capyc. *in De-
ciſ.*161. Boſſ. *De For. Competent. num.*134. *& à num.*
139. Sanch. *in lib.*7. *De Matrim. Diſput.* 46. *nu.*10.
Clar. *in citat. quæſt.*36. *num.* 23. Petr. Barboſ. *in l.
Titia.ff.ſolut. matrim. num.*33. Mar. Anton. Macera-
tenſ. *lib.*3. *Reſol.*48. & Ignat. Lopez *ad Diaz in prax.
cap.*142.*verb. ut tradatur Curiæ ſæculari.*

32 Cæterum requiſita Clericatus memorat Petr.
Gambacurt. *De Immunitat. Eccleſ.lib.*7. *cap.* 11. De
illo qui Clericale habitum dimiſit , cujus meminit
D. Reg. noſter *num.*35. loquuntur Suarez *in lib.* 4.
*De Immunitat. cap.*14.*num.*16. & Carol. De Graſſ.
*in cit. effect.*1. *quæſt.*14.*num.*9. Quid ſi in habitu in-
cedat , atque tonſura , ſed in Divinis non inſerviat?
extricant Ambroſin. *De Immunitat. cap.*17. *nu.*13.
Bonacin. *De Legib. Diſput.*10.*quæſt.*2.*punct.*1.*num.*
10. *&* 15. ac Mar. Antonin. *loc. allegat. num.*14.

33 Quod Clericus effectus miles , vel enormibus ſe
immiſcens, fori privilegio privetur tradit Marc. An-
ton. Genuenſ. *in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 8. *à
num.*3. quem declarat Mart. *in indicat. caſ.* 236. *ex
num.*13. *ad* 18.

34 Et tandèm velùt pro colophone obſervare non de-
ſinam *num.*33. Beneficia in laicum non cadere : quia
ille juris ſpiritualis eſt incapax , & ſunt jura *in cap.
cum adeò. De Reſcript. cap. ex litteris. De Tranſact.
Cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. De Conſtit.* & probant
Ripa *in l. naturalitèr. §. nihil commune. num.* 81. *ff.
De Acquir. poſſeſſ.* Joan. Selva *De Benefic. part.*1.*cap.
ult.num.*71. Cravett. *in Conſil.*322. Navar. *in Conſil.*
1. *De Præbend.* Lambertin. *de Jur. patronat. lib.*2.
*part.*1.*quæſt.*7.*artic.*7. Oſaſch. *in Deciſ.* 116. & alii
apud Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. Alleg.*72. *num.*73. Niſi
35 Pontificis maximi intercedat Diſpenſatio, Benedict.
Capr. *in Regul.*97. *num.* 34. aut beneficium fuiſſet
conceſſum cum clauſula, ùt quamprimùm ad Cleri-
catum pervenerit, Hieronym. Gabriel *in Conſ.* 186.
*vol.*1. facit in contrarium Barboſ. *ibid. num.*77. Vel
laico non fuiſſet conceſſum in titulum , ſed ad ſub-
ſtentationem , utilitate Eccleſiæ concurrente Hojed.
*loc. indicat. num.*76. & Capr. *ibid. num.*35.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXIV.
### *SUMMÆ.*

1 *Muſca importunitatis Hieroglyphicum.*
2 *Importunus ſupplicans impetratis caret.*
3 *Reſcriptum ad partis petitionem conceſſum , impor-
tunitatis occaſione extortum præſumi , qui dixe-
rint.*
*Præcipuè ſi Tertii intercedat præjudicium compro-
batur* D.Reg. noſter.*num.*4.
*Quid ſi Clauſula* De Poteſtatis plenitudine . *Princeps
fuiſſet uſus? num.*5.
6 *Clauſula* ſalvo jure tertii . *in omni reſcripto ſubin-
telligitur appoſita. Comprobatur* D.Reg. noſter.
7 *Principem: alteri voluiſſe, præjudicium inferre, non
præſumitur.*
8 *Diſpoſitio* Pragm.1.De Privileg. intr. annum exhib.
*Cùr introducta? Comprobatur* D.Reg. noſter.
9 *Juſtitia ſervat , & auget Regna.*
10 *Reſcriptum ſubreptitiè obtentum , executionem non
meretur.*

11 Cob

11 *Collaterale Conſilium, juſta accedente cauſa Regis reſcripto executionem valet detinere, & tenetur Regi reſcribere.*
12 *Regis reſcriptum neceſſario à Cancellaria exequutoriandum.*
13 *Pendente ſecunda Juſſione ex Rege, nihil innovandum.*
14 *Principem, nullo modo turbari debere, quoties Judex ſuperſedit in exequendo reſcriptum.*
15 *Domanium Univerſitati conceſſum, quandò Princeps revocare valeat?*
16 *Principem, contractum cum ipſo geſtum revocare non poſſe, qui dixerint.*
*Quid ſi juſta ſuperveniat cauſa? num.17. intellige, ut num.19.*
18 *Meritorum remuneratio publicæ intereſt utilitati.*
20 *Principem voluiſſe tertio præjudicare, conſtare debet, & eo caſu ad pretium tenetur, & quandò.*
21 *Domanium, Univerſitati Dominium non transfert.*
22 *Univerſitas, intrà quale tempus ad Domanium admittatur? Comprobatur* D. Reg. noſter.
23 *Laudemium, donato fundo emphyteutico debetur, legata re, & ex omni actu gratuito comprobatur* D. Reg. noſter *Rejectis* Staiban.& Borrell.*num.*24. & 25.
26 *Donato fundo in beneficium illius, qui in inveſtitura comprehenſus eſt, laudemium non debetur.*
27 *Fundo æſtimato in dotem dato, an debeatur laudemium?*
28 *Laudemium data poteſtate alienandi, num ſolvendum ſit?*
29 D.Joan.Bapt. De Luc. *Cum laude emerita, memoratur.*

1 Muſcam importunitatis Hieroglyphicum, Pierius Valerianus dixit *in lib. Hieroglyphic.*26. & cauſam dat Homerus græco alloquutus idiomate, latinitati ex Franciſco Sanctio, ſic redditus.

*Et Muſca audacis, vim illi in præcordia miſit.*
*Quæ quamvis de pelle hominis ſit ſæpè repulſa.*
*Aſſilit.*

2 At importunum præcatorem impetratis carere docuit Tex. *in cap. audacter. §.fecerunt.* 8. *quæſt.*1. & *cap. unuſquiſquè.*22.*quæſt.*4. Andr.De Barul. *in l. ſi quis. num.*2. *C. De Petit. bon. ſublat. lib.*10. & omne
3 reſcriptum, ad partis petitionem, conceſſum, per importunitatem extortum cenſeri, ſtatuunt Joan. Andr. *in cap.*2.*num.*2. *De Immunit. Eccleſ.* Anton. Gabriel. *Commun.Concluſ. lib.*6.*tit.De Clauſul.Concl.*2.*num.* 82. Lanar. *in Conſ.* 65. *num.* 28. Grammat. *in Deciſ.* 59. *num.* 55. Tapp. *in l. fin. ff. de Conſtitut. Princip.part.*2.*cap.*9.*num.*127. & P.Franciſc. Meroll. *Theolog. Moral. tom.*2. *Diſput.*4. *De Legib. & Conſtitut. cap.*6. *De Diſpenſat. in leg. Dub.*1.*num.*6.*verſ.*
4 *ego verò exiſtimo*. præcipuè ſi tertii præjudicium intercedat. *l. reſcripta* 7. *C. De Præcib. Imperat. offerend.* D.Reg. noſter *hic num.*1. & 35. Andr.Knichen *De Saxonic. non provocand. jur. verb. litis provocatio. cap.*4.*num.*14. Gannaver. *in Deciſ.*20.*num.*12. Petr. *De Poteſtat. Princip. cap.*32. *concl.* 2. Eraſm. à Chokier. *De Juriſdict.tom.*2.*part.*2.*quæſt.*59. *num.*2. Valenzuel.*in Conſ.*69. *num.* 104. Joan. Harpprect. *in Comment.ad Inſtit.Juſtin.tom.*3. *tit.*1.*pagin.mihi* 308. Gulierm.De Lud.*in ſingul.*52. Gaill.*in Obſerv.*33.*lib.*1.& *lib.* 2. *Obſervat.* 76. De Pont. *in Deciſ.*23. *in Conſ.*55.*lib.*1. & *in Tract. De Poteſtat. Proreg.tit.*2.§.3.*num.*14.& *ibi* Joan.Bapt. Thor.Afflict.*in Deciſ.*334. Mart. *De Juriſdict.part.*4. *centur.*1. *caſ.* 59.*num.*3.& *centur.*2.*caſ.*195. Staphil.*De Liter. grat. Rub.De Effect. & vi Clauſul. verſ. primò principalitèr. nu.*2. Claud. Seiſell. *in l.fin.ff.De Conſtit.Princ.num.*45.Rot. Roman.*part.*1. *Diverſor.in Deciſ.*240. & 451.Camil.
5 Borrell.*in conſ.*14. quanquàm Clauſula *De Poteſtatis plenitudine*; Princeps in reſcripto uſus fuiſſet. Joan. Jacob. Martin. *in Conſ.*8. *num.* 65. Andr. Fachin. *in Controv.*63.*verſ.contrarium.lib.*8.& Reg.Galeot.*tom.*1.*Controv.*1. aut *Motus proprii*. Maſſimilian. Fauſt. *in Conſ. pro arar. claſſ.*8.*conſ.*1. *ord.* 681. *verſ. verùm cum Princeps.* Ant.Fab.*in lib.*1. *Codic. tit.*2. *Diffinit.*22.Stephan. Gratian. *tom.*3. *Diſcept.* 421. *num.*38.
6 Clauſula, namquè *ſalvo tertii jure*, ſempèr, & ad ſempèr in quacumque, Principis conceſſione ſubintelligitur. D. Regent. noſtr. teſte *num.*13. & probant Weſſembec.*in Conſ.*6.Treutler. *in Conſ.*77. *num.* 116. Barboſ. *in cap. cum ordinem. num.*4. *De Reſcript.* & Tuſc. *liter.R. Concluſ.*211. *num.*15. cum in dubita-
7 tionibus noſtris non cadat, quìn Principis intentio ſit, alteri noluiſſe inferre præjudicium Gonzal. *ad Regul.Cancell. Regul.*8. *gloſſ.*32. *num.*5. & 6. Ægid. Boſſ. *De Princip. num.*147.*in fin.* Larrea *in Allegat.*191.*lib.*2. Alex. Tentacinq.*in lib.*1.*tit. De Reſcript. Reſolut.*5. Gaſpar Manzius *in Deciſ.*19. Petr.Gonzal. De Sal ſed.*De Leg.Polit.lib.*1.*cap.*7.§.1.*num.*43.Urſell. *lib.*2. *Concluſ.*165.Cyriac. *tom.*3. *Controv.*341. *nu.*32. Helfric. Ultric. Hunn.*in Encycloped. jur. part.*1. *tit.*5.*cap.*1.*à num.*16. & Sarmient.*ſelectar. interp. lib.*1. *cap.*8.*num.*14.*in fin.*
8 Proindè fuit voti D. Reg. noſter, exequutoriationem reſcriptorum S.C.M. de qua in Pragm.1. *De Privileg. intr.ann. exhibend.* ex Nobis memorata *in Obſervat.*154.*num.*10. ac latiſſimè interpretata per Rovit. Regent.Galeot.*in Controv.*14.*lib.*1. & *in Contr.*49. *lib.*2. Amat.*in Conſ.*69.Lanar. *in Addition. ad Patruum in cap.*1. *num.*55. *De Succeſſ.feud.* De Georg. *in repetit. Feud. cap.*10. *à num.*15. & *in Allegat.*3. De Pont.*in Conſ.*3.*tom.*1.& *in conſ.*157.*lib.*2.& *in tract. De Poteſt. Proreg. tit. de Regalib. impoſit.* introductam fuiſſe, ad finem, ut in reſcripto contenta, in Collaterali Conſi-
9 lio examinentur, puta ſi conceſſio injuſtitiam contineat; Juſtitia enim Regna ſervat, & auget. Creſp.De Valdaur.*lib.*2. *Obſervat.Ill.*114. *à num.*40., ſubreptio-
10 nem etiam, etenìm exequutionem non mereretur. arg. *l.Uranius.*72.& *ibi* Gloſſ. *verb. remaneat. ff.De Fidejuſſ.* latè Meroll. *loc. cit. Dub.* 25. Vel juri
11 tertio quæſito præjudicaret. Principi reſcribendo ea, quæ occurrunt, & elegantèr tradit Martin. Cromer. *in Hiſtor. Polon. lib.*2. *De Republ. & Magiſtr. Polon.* De Pont. *in alleg. loc.* Unde Bodin. refert Franciſcum Magnum Cancellarium quemnàm, etsì petente Regina, reſcriptum ſubſcribere noluiſſe, quia conceſſum privilegium Regi, & Regno inferebat præjudicium *in ſuo*
12 *libr. De Republ. cap.*8. *num.*87. exequutoriationis ex Cancellaria neceſſitatem, dant Solorzan. *De Jur. Indiar.tom.*2.*lib.*2.*cap.*13. *nu.*4. Franc. Monald.*in Conſ.*4.*lib.*2.*n.*18.Franc.Marc.*in Deciſ.*244.*tom.*2.Maſcard. *De Probat.Concl.*845.& 1388.Iban.de Bardax. *ad for. Aragon.for.*3.*tit. De Offic. Cancellar.* Bellug. *in ſpecul. Princ.Rub.*6.authoritate *l.*3.6.& *fin. C. De Diverſ.re-*
13 *ſcript.*& quod pendente ſecunda juſſione à Collaterali Conſilio nihil ſit innovandum concinunt Gulierm.De Lud.*in eod.ſingul.*52.Andr.Gail.*in citat.lib.*1.*Obſerv.*35.*n.*6. & alii per Nos *in Obſer.* 170. *num.*9. & Senec.*in Agamenonne* monuit.

..... *Da tempus, ac ſpatium tibi:*
*Quod ratio nequit, ſæpè ſanavit mora.*

14 Tantum verò abeſt, Principem, ex ea mora in exequendo reſcripto, turbari debere ad tradita per D. Reg. noſtrum *num.*8. ut utroquè jure ſic diſpoſitum reperiatur: Hinc Alexander III. Ravennati Archiepiſcopo ità ſcripſit: *Si quandò aliqua tuæ fraternitati dirigimus, qualitatem negotii pro quo tibi ſcribitur, diligentèr conſiderans, aut mandatum noſtrum reverentèr adimpleas, aut per literas tuas, quarè adimplere non poſſis, rationabilem cauſam prætendas: Quia patientèr ſubſtinebimus ſi non faceris, quod prava nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum, ut in cap.*5. *De Re-*



Digitized by Google

ſcript. & concordat Text. *in cap.* 93. 11. *quæſt.* 3. ac Plut. *in Apopht.* Antiochi III. placitum per hæc verba pronunciat, *ſi quid contrarium legibus per Epiſtolam juſſero; nolite parere, ſed me ignoratione lapſum putetis*, ac Theodoſ. & Valent. ad Senatum reſcripſerunt, *cum caſus novus ſupèr quo oportet ſtatui, ad Principem recurri, qui cum Procerum, & Senatorum deliberatione procedet faciendo ſuum, in ſcripturam redigi, ſtatutum*, ut *in l.* 8. *C. De Legib. & Conſtit. Princip.* & mirè faciunt collecta per Petr. Gregor. *De Republ. lib.* 24. *cap.* 1.

15 Obſervandum ſuccedit: quandò Princeps revocare valeat Domanium Univerſitati conceſſum, & novam facere conceſſionem in Feudum ob ſervitiorum remunerationem; ſupèr quo extant prolixè tradita per Epiſcop. De Afflict. *in Controv.* 23. & licèt unico ferè

16 calamo ſcribant Interpretes, Principem: contractum cum ipſo geſtum revocare non poſſe, relati à Gabriel. *loc. cit. lib.* 3. *tit. De Jur. Quæſit. non tollend. concluſ.* 5. *num.* 1. Staiban. *in Reſol.* 100. *à num.* 69. *tom.* 1. Reg. Merlin. *in Controv.* 2. *tom.* 1. *nu.* 30. *& in Controv.* 53. *à num.* 7. Frideric. Pruchman. *in Conſ.* 17. *vol.* 1. *num.* 66. Weſſembec. *in paratit. ad tit. De Conſtit. Princip. lib.* 1. *tit.* 4. *in fin.* Mart. *in cit. tract. De Juriſdict. part.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 89. *num.* 8. De Marin. *ad Reverter. in Obſervat.* 54. *num.* 5. & pleniùs Nos alibi, Themati adjecta eſt

17 limitatio, niſi juſta ſuperveniat cauſa, eodèm Gabriel. ità reſtringente *ibid. num.* 36. præcipuè publicæ utilitatis occaſio. Vaſq. *Controv. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 16.

18 ſervitiorum, ſivè meritorum remuneratio; quod publicæ interſit utilitati probat De Afflict. *loc. indicat. num.* 29. & ſcripſerat Andr. Tiraquell. homo ſatis eruditus *in l. ſi unquàm. C. De Revocand. Donation. verb. donatione largitus. num.* 43.

19 At poſitam reſtrictionem, nec abſolutè procedere, ſed in ſubſidium ſermocinati ſunt Petr. *in adduct. cap.* 32. *quæſt.* 5. *num.* 52. *& quæſt.* 7. *ex num.* 27. Jacob. Cancer. *part.* 3. *Reſolut.* 3. *num.* 375. & *Reſol.* 13. *num.* 93. tradit, in reſcripto expreſſis verbis conſtare debere, Prin-

20 cipem voluiſſe juri tertio prejudicare, atquè teneri ad pretii recompenſationem, & concurrunt Marc. Anton. Peregrin. *De Jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 67. Covarr. *in lib.* 3. *var. cap.* 14. *nu.* 8. Cevall. *Commun. contr. commun. quæſt.* 306. *num.* 16. Roland. à Vall. *in Conſ.* 69. *num.* 94. Surd. *in conſ.* 210. *tom.* 2. Alex. *in Conſ.* 190. Gabr. *concl.* 2. *num.* 16. *De Jur. quæſit. non tollend.* Ruin. *in Conſ.* 60., & Reg. Galeot. *lib.* 2. *Controv.* 52. *num.* 21. ubi id limitat quotiès urgens favoris publici cauſa adeò impelleret, ut alio modo moraliter non poſſit conſuli.

21 Quod Domanii privilegium, in beneficium Univerſitatis, Dominium non transferat itaùt impediatur Principi alteri transferre, concinunt Revert. *in Deciſ.* 19. *in Manuſcript. part.* 5. & Reg. Galeot. *in Reſponſ. fiſcal.* 23. *num.* 276. quod priùs ſtatuerant Bald. *in Conſ.* 161. *vol.* 4. *col.* 2. *& in l. qui ſe patris. C. Und. liber. num.* 14. *& in cap.* 1. *num.* 11. *De Allod.* Albert. Brun. *in Conſ.* 97. Gabriel. *loc. alleg. concl.* 5. *num.* 5. *& Concluſ.* 6. *num.* 25. Celſ. Hugo *in Conſ.* 60. *num.* 40. *& in Conſ.* 86. *num.* 8. ſed videatur Caſar. *in quæſt. Peregr.* 33. *&* 34. & Nos latiùs *in Obſervat.* 199.

22 Univerſitas: infrà quod tempus ad Domanium admittatur? tangit D. Reg. noſter *num.* 39. Tu verò in Contingentia adeas Prat. *in Diſcept.* 50. *tom.* 2.

23 Obſervo *num.* 42. Domino directo, ratione donationis Fundi; laudemium deberi, veniunt in idem Auferr. *ad Capell. Tholoſ. in Decis.* 279. *verſ. ego tamèn ſalva correctione.* Cremenſ. *in ſingul.* 86. Roland. à Vall. *in conſ.* 51. *num.* 17. *lib.* 2. Caldas *De Extinct. emphyteuſ. cap.* 16. *num.* 72. Danz. *De Pugn. Doctor. tom.* 3. *tit. De Laudem. num.* 4. Thor. *in Comp. part.* 3. *ſect.* 2. *verb. laudemium an debeatur.* Hodiern. *ad Surd. in Obſerv.* 31. *num.* 47. Sperell. *in Deciſ.* 99. *num.* 45. Montan. *in Controv.* 31. *num.* 47. Corbul. *De Jur. Emphyt. tit. De Cauſ. privat. ob alienat. ampl.* 13. 35. 48. *&* 49. Jul. Clar. *in §.*

24 *Emphyteuſis. quæſt.* 23. *num.* 2. quod in legato etiam, & in omni alia alienatione gratuita procedere ajunt Dioniſ. Pontan. *Ad Conſuetud. Bletenſ. tit.* 6. *artic.* 81. *§.* 6. *verſic. venditur. col.* 3. Amed. De Pont. *in tract. De Laudem. quæſt.* 42. *num.* 6. Bertrand. Argent. *ad Conſuetud. Britton. art.* 59. *not.* 4. *num.* 1. *& in artic.* 71. *col.* 1. *in princip.* Barthol. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. tit. Des mains mortes. §.* 10. *num.* 47. Thom. Cromer. *ad Codic. Henric. quarti lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 98. Cancer. *lib.* 1. *Reſolut.* 11. *num.* 67. Laſſart. *De Decim. vendit. cap.* 14. & D. Carol. Anton. De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 201. *nu.* 4. 5. *&* 7. *& in Animadverſ. ad Gratian.*

25 *cap.* 180. *nu.* 9. quicquid contendant Borrell. *in ſumm. Deciſ. tit.* 35. *num.* 65. *part.* 1. & Paul. Staiban. *tom.* 1. *Reſolut.* 49. quorum placitum adaptari poteſt, quotiès

26 donatio, in illius beneficium facta ſit, qui in inveſtitura comprehenſus eſt, utputà ſi pater filio donet, Gratian. *tom.* 2. *Diſcept.* 377. *ex num.* 1. Faber *in ſuo Codic. lib.* 4. *tit.* 42. *Diffinit.* 71. Bertrand. *in conſ.* 221. *lib.* 1. Arnol. Ferron. *ad Conſuetud. Burdegal. tit.* 8. *De Feud. & Jur. Emphyt. §.* 15. *verſ. ſi autèm ſecundus.* Boer. *ad Conſuetud. Bituricenſ. De Feud. & Cenſib. §.* 7. *col.* 2. *verſ. hinc eſt.* Mantic. *De Tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 35. *num.* 4. Caldas *loc. Deſupèr citat. num.* 39.

27 Fundo extimato in dotem dato, quòd debeatur laudemium, quia ſtante æſtimatione cenſetur emptum, & non ampliùs eſt in dominio dantis, ſed viri, probant Nevizan. *in ſilv. nuptial. lib.* 2. *num.* 69. Natt. *in conſ.* 650. *à num.* 2. Covar. *pract. quæſt. cap.* 28. *num.* 5. &

28 Roland. *à Vall. in conſ.* 92. *lib.* 2. Eundem deberi, quanquàm alienandi facultas data ſit, fundant Cald. *de Extinct. Emphyt. cap.* 7. *num.* 33. Molin. *de Contractib. Diſput.* 459. *num.* 26. Hartman. Piſtor. *quæſt.* 50. Boer. *in cit. loc. §.* 5. *verſ. undè.* Georg. Fantz. *De Laudem. cap.* 7. ſed videantur Petr. de Argent. *loc. indicat. art.* 71. Conſil. Hodiern. *ad Surd. in Deciſ.* 93. Niger *De Laudem. tom.* 2. *quæſt.* 27. *à num.* 25. *& quæſt.* 37. Sola *ad Conſuetud. Sabaud. de Jur. Emphyt. gloſſ.* 1. Rodriq. *De Ann. Reddit. lib.* 2. *quæſt.* 4. D. Carol. Anton. De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 447. *& ad Gratian. in allegat. Diſcept.* 180.

29 *num.* 6. 7. *&* 8. & D. Joann. Bapt. De Luc. J. C. ſapientiſſimus; meritiſſimus Sanctiſſimi Pontificis Innocentii XI. Auditor, majora merens, in ſuo ſatis docto *Tract. De Servit. tit. De Emphyt. Diſcurſ.* 49.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXV.
### SUMMÆ.

1 *Fiſci mala cauſa eſt ſub bono Principe.*
Philippi II. & Philippi IV. *noſtrorum glorioſiſſimorum Regum laudes emeritæ.*

2 *Fiſcus non avocat cauſam, quotiès ejus intereſſe non eſt formatum, & præciſum, ſed dubium ex alieno negotio dependens.* Comprobatur Deciſio. *& num.* 3.

4 . . *author laudatus, ſivè Actor ſit ſivè Reus ſit habet proprium Judicem.* D. Reg. noſter comprobatur.

5 . . *ſucceſſor privati, inſtantiæ cum defuncto captæ non ligatur.*

6 . . *privato ſuccedit, per annihilationem perſonæ.*

7 . . *ſuccedens privato poſt latam ſententiam tenetur cauſam proſequi coram appellationis Judice.*

8 . . *tenetur ad debita illius, cui ſucceſſit.*

9 *Donatio contemplatione matrimonii à Patre facta, Mortuo abſqui filiis Donatario, an ad Donantem rever-*

Digitized by Google

*revertatur? Adducitur opinio* Petr. Gregor. & aliorum.
*Itèm* Cenſalii *refertur placitum. num.* 10.
*Et* Redenaſc. *votum traditur. num.* 11.
Sed D. Regent. noſtr. *verior ſententia comprobatur. num.* 12.
13 D. De Luc. D. Regentem noſtrum *notantem, adducitur.*
14 *Donatio contemplatione matrimonii, nùm in collationem veniat? refertur opinio* Cucch. & aliorum.
*Contrariùm adducitur ex* Merlin. Tell. Fernand. & aliis. *num.* 16.
*Quìd in Donatione filio facta ad titulum patrimonii? ponitur votum* Conſil. Hodiern. Michalor. & D. De Luc. *num.* 15.
17 *Legitima eſt debitum legale.*
18 *Donatio contemplatione certi matrimonii in collationem venit.*
*Amplia, ut num.* 19.
0 *Filii in Donatione contemplatione matrimonii, qualitèr ſuccedant?*
21 *Donatio contemplatione matrimonii, an filiis primi matrimonii præcipua ſit?*
22 *Intereſſe Dotium, & Antefati: qualitèr hac in Civitate taxetur?* Comprobantur D. Reg. noſter, *&* Gizz.
*Adducitur placitum* D. Merlin. Molfeſ. & Staiban. *num.* 23.
*Obſervatur* De Luc. *num.* 24.
*Refertur ad caſum* Determinatio Regiæ Cameræ Summariæ *num.* 25.
26 *Dos à Patre profecta, ſoluto matrimonio, quandò Patri reſtituenda ſit?* Comprobatur D. Reg. noſter, *& num.* 27.
28 *Patri, Dos ab ipſo profecta reſtituenda: nùm ſit, quoties in legitimæ locum ſucceſſit? Et an Filia teſtamenti factionem habeat. nu.* 29. Cujac. Mareſcott. & alii *Diſſident* à Theſaur. Trentacinq. Fab. & aliis. *num.* 30.
31 *Dos quandò legitimæ loco ſuccedat?*
32 *Patri reſtituenda non eſt, quotiès pacto aliter fuiſſet conventum.*
*Aut ſi Municipali lege ſic fuiſſet ſtatutum. num.* 33.
34 *Antefatum titulo oneroſo deberi in amiſſæ virginitatis ſignum, & per matrimonii conſumationem ſtatìm acquiri, quamvìs poſt viri fatum dilatetur ſolutio, cum* D. Reg. noſtr. ex Staiban. comprobato *ſtatuitur.*
35 .... *cauſam lucrativam continet ſecundùm* De Marin.
36 .... *matrimonio non conſumato citrà viri culpam non debetur.*
37 *Antefati medietatem pro oſculo, quandò mulier, viro antè matrimonii conſumationem mortuo lucretur? & num.* 38.
39 .... *medietas, an debeatur illæ quæ ſecundo nupſit, à viro ob mortem ſupervenientem, poſt contractum matrimonium non cognitæ? & num.* 40.

1 FIſci ſub bono Principe malam eſſe cauſam teſtatur Plin. *in paneg. ad Trajan.* cujus meminit Joan. Bapt. Larrea *in Alleg.* 1. *num.* 9. & Potentiſſimus Rex noſter, eternæ ſemper memoriæ Philippus hujus nominis IV. duplicisque Orbis Alexander ad Magiſtratus ſuos ita ſcripſiſſe Dominicus De Rub. fatetur *in Certam.* 10. *num.* 17. *En los pleitos huvieren mis Vaſſallos con el Real patrimonio, ſepan que aquella ſentençia serà mas conforme à mi voluntad, que serà mas contraria al provecho del Fiſco, y eſtimarè ganar todo lo que pierdo en ellos*, imitatus Philippum avum ſuum maximæ Juſtitiæ, atque Prudentiæ Regem invictiſſimum, ac ſemper glorioſiſſimum, Doctori Valaſco reſpondentem, cura habe, & renuntia ſenatui, in dubio ſemper contra me judicandum, de quo Porrevus *De Dict. & Fact. Philip. II. cap.* 10. *verſ.*
2 *eſtando*. Non obtinuit hìc Fiſcus, contentio; namque intèr duos privatos vertebatur, & Fiſcus unius ex litigantibus erat creditor, atque adeò cauſam ad Judicem ſuum avocare non potuit. Deciſionem memorat Reg. Sanfelic. *in Addit. ad Deciſ. ſuam* 70. *pagin.* 362. *& in Addition. noviſſim. pagin.* 2. & probant Joan. Mar. Novar. *in prax. election. for. ſect.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 3. ac D. Conſil. Petr., qui ſic in altera contingentia determinatùm refert *in Rit.* 50. *num.* 6.
3 *tom.* 1. quotieſcumque enìm intereſſe fiſci non eſt formatum, & præciſum, ſed dubium, quia pendet ab litis eventu intèr alios agitatæ, quanquàm fiſcus commodum reportare poſſit, cauſa ad Judicem fiſcalem non remittitur, ſed Fiſcus poteſt aſſiſtere, ad Text. *in l. defenſionis facultas* 7. & *ibi* Gloſſ. *verb. cognitio. C. De Jur. Fiſc.* & multis Deciſionibus comprobat Carleval. *in Tract. De Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *Diſput.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 9. *num.* 705. & elegantèr fundant. De Marin. *tom.* 1. *Reſol.* 146. *num.* 4. & *ibi* Rodoer. *n.* 2. Novar. *in Collect. Deciſ. ad Pragm. Regn. tit. De Offic. procurat. Cæſar. collect.* 2. *pragmat.* 13. *num.* 6. *&* 7. *D. Reg. noſter in Conſult.* 65. *nu.* 28. & D. Conſil. Rocc. *in Reſponſ.* 55. *num.* 8. *vol.* 1.
4 At in aliis cauſis ſivè Fiſcus actor ſit, ſivè reus, ſivè ad cauſam veniat tamquàm author laudatus, privatorum forum declinat, juxtà Text. *in l. ad Fiſcum* 5. *C. ubi cauſ. fiſcal. & in l.* 1. *C. ſi adversùs fiſcum*, & ſunt voti D. Reg. Galeot. *in Controv.* 45. *num.* 19. *tom.* 1: D. Reg. noſter *hìc num.* 1. *&* 23. & *in indicat. Conſult.* 65. *num.* 22. *&* 25. Carleval. *loc. alleg. num.* 703. *& ſection.* 8. *num.* 670. *& ſequent.* Reg. De Marin. *in alleg. reſol.* 146. *à num.* 1. Conſil. Petr. *in Rit.* 249. *num.* 24. *&* 25. D. Reg. De Philip. *in Diſſert. fiſcal.* 20. *num.* 60. & nominatìm adversùs Caballin. *De Evict.* §. 3. *nu.* 124. Fachin. *in Controv.* 37. *lib.* 2. & alios contrarium ſentientes in fiſco authore laudato, ſtatuunt Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ.* 8. *tom.* 1. ac Mart. *De Juriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 34. *num.* 15. *&* 16.
5 Obſervandum ſuccedit Fiſcum in bonis privati ſucceſſorem, non ligari inſtantiæ cum defuncto cæptæ, probant aſſumptum luculentèr Alphar. *De Offic. fiſcal. gloſſ.* 16. *num.* 21. 23. *&* 24. Mut. *in Deciſ.* 49. Conſil. Petr. *in cit. Rit.* 249. *num.* 10. Rodoer. *loc. indicat. num.* 13. & Carleval. *in cit. ſect.* 9. *num.* 712.
6 *& ſect.* 5. *num.* 316. etenìm fiſcus delinquenti ſuccedens, aut caduca acquirens, vacantia occupans, vel ab indigno auferens per annihilationem perſonæ, non per repreſentationem ſuccedit, & hæres anomalus reputatur. Intrigliol. *in Conſ.* 22. Acac. Anton. Ripoll. *var. reſolut. cap. ult. De Execut. cenſual. nu.* 44. Alex. Trentacinq. *tit. De Jur. Fiſc. lib.* 1. *Reſol.* 2. *nu.* 2. *verſ. & ideò.* Queſad. *in Diſſertat.* 18. *num.* 53. *&*
7 54. Niſì poſt latam ſententiam in prima inſtantia privato ſuccederet, cum eo caſu Fiſcus teneretur appellationem proſequi coràm appellationis Judice. D. Reg. noſter *hìc num.* 24. *&* 25. quem ſequuntur Rodoer. *loc. cit. num.* 13. *&* 14. & D. Carol. Petr. *in eod. Rit.* 50. *num.* 5. *in fin.* ac accinit Novar. *in citat. quæſt.* 15. *num.* 7. Idem ſi privato per inſtitutionem ſuccederet probat Carleval. *in adduct. num.* 316. *& in cit. ſection.* 9. *num.* 313.
8 Teneri verò fiſcum, quia loco hæredis eſt *l. intèr eos.* §. *fin. ff. de Fidejuſſ.* & *ibi* Gloſſ. & Bart. debita illius, cui ſucceſſit, anteà contracta, ſatisfacere, concinunt Jul. Clar. & Addent. *in* §. *fin. quæſt.* 78. *nu.* 29. Carleval. *loc. cit. tit.* 2. *Diſput.* 1. *num.* 50. Acoſt. *De Privileg. Credit. Regul.* 2. *ampliat.* 7. *à num.* 170. Merlin. *de Pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 74. *lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 128. *& lib.* 5. *quæſt.* 51. Gaill. *in Obſervat.* 86. *lib.* 2. Antonin. De Amat. *tom.* 1. *Reſolut.* 13. De Marin. *in cit. tom.* 1. *Reſol.* 130. Bertol. *ad Rodriq. De Concurſ. credit.*



Digitized by Google

part.1. artic.2. De Privileg. Fiſc. num. 53. & Olea
De Ceſſion. Jur. tit.3. quæſt.9. num.27. & tit.6. quæſt.
11. num.45.
9 Succeſſivè inveſtigandum eſt, an Donatio ma-
trimonii contemplatione, à Patre in filii benefi-
cium profecta, mortuo abſque liberis donata-
rio, ad donantem revertatur? Rovit. & Cutell.
affirmantes memorat D. Reg. noſter hìc num. 29. &
in eodem albo ſe ſubſcribunt Alex. in l. ſi poſt dotem.
ff. ſolut. matrim. & in Conſ. 12. vol. 3. Bartol. in l.
quod ſcitis, §. ſin autèm. C. De Bon. quæ liber. & in
Conſ. 18. & 225. Charond. lib.10. cap.82. Ferrer. ad
Guid. Pap. in Deciſ. 118. Barrii De Succeſſ. tit. de
ſucceſſ. ab inteſt. lib.18. tit.2. num.4. Petr. Gregor.
part.3. Syntagm. Jur. lib.28. cap.1. Theodor. in al-
legat.28. Molfeſ. in Conſ.41. num. 2. & alii relati à
De Luc. ad De Franch. in Deciſ.59. num.2.
10 Franc. Cenſal. in Obſervat. ad Peregrin. De Fidei-
com. artic.6. verſ. ſecunda ſit aſſertio. pagin.5. in im-
preſſ. Neapol. placuit, placitum prædictum proce-
dere, quotiès nulla hæredum mentio facta ſit, aut
alterius perſonæ, ad quam Donatio ipſa, præmo-
riente donatario devenire habeat, ſuper quo revi-
deantur Fab. De Errorib. Pragmat. Decad.41. error.
2. verſ. ea verò, & verſ. nequè tantum. & in lib.8.
Codic. tit.38. Diffinit. 21. Molin. De Rit. nupt. lib.
3. quæſt.25. nu.28. 41. & 48. & Alex. Trentacinq.
tit. De Donat. lib.3. Reſol.6. ſub num.7.
11 Patrem, à fratribus donatarii ſuperſtitibus exclu-
di tradit Rede naſc. in conſ.46. allegatus à De Luc.
loc. citat. num.4. & Altimar. ad Rovit. in Conſil. 16.
num. 5. quia Donationis natura eſt, ut perpetua ſit,
& ad hæredes donatarii cadat, non ad Donantem
redeat Gratian. tom.3. Diſcept.554. & 556.
12 At D. Reg. noſter fuit voti, Patrem cum Dona-
tarii fratribus ſuccedere: etenìm non operaretur ju-
ramentum, ſi ad Donationis validitatem, Donato-
rem præmori neceſſe eſſet, ut ultrà per D. Reg. no-
ſtrum allegati eod. num.29. ſtatuunt Guttier. de Ju-
ram. confirm. part. 1. cap. 4. num. 8. D. Conſ. Ho-
diern. in Obſervat. ad Deciſ. Surd. 154. num.16. An-
dreol. in Controv. 236. num.6. Altimar. ad Rovit.
loc. cit. num.4. & 9. Merlin. in Controv. 34. nu. 32.
tom.1. D. Reg. noſter in Conſult. 16. De Luc. ad De
Franch. in Obſervat. ad Deciſ.59. num. 8. & in Ob-
ſerv. ad Deciſ.3. num.7. & in verſic. bona venia. no-
tat D. Regent. noſtr. aſſerendo terminos Deciſ. De
13 Franch. 59. procedere in ſimplici jurata donatione
bonorum allodialium. Deciſ. verò 3. ejuſdèm De
Franch. in Donatione de re feudali. Nisì alitèr fuiſ-
ſet in donationis contractu cautum Theſaur. in De-
ciſ.170. Guid. Pap. in Deciſ. 531. Fab. in ſuo Codic.
lib.8. tit.35. Diff.1. Fontanell. De Pact. nupt. clauſ.
4. gloſſ.24. num.22. & Ant. Gabr. tit. De Fdeicom.
concl.7. num.6.
14 Quod donatio contemplatione matrimonii filio
facta in collationem veniat, ſivè in legitima impu-
tetur tradunt Cucch. De Legitim. pagin. 60. nu.16.
Franc. Marc. in Deciſ.332. part.1. Becc. in Conſ.20.
Magil. De Imputat. quæſt. 14. num. 31. & 44. &
quæſt. 33. in fin. Claud. De Batandier. in tract. De
Legitim. art.11. num.39. Vaſq. de Succeſſ. creat.
part.1. lib.3. §.22. num.44. Peregr. De Fideicom. art.
36. ſub num.114. Guttierez pract. quæſt. lib.2. quæſt.
65. num.3. verſ. rursùs. Diaz in pract. Crim. cap. 18.
15 verſ. ego tamèn. num.16. & in Donatis filio ad titu-
lum patrimonii ſuadunt Conſil. Hodiern. ad Surd.
in Deciſ.322. Michalor. De Fratrib. part.1. cap.20. &
noviſſimè De Luc. ad Gratian. tom.1. Diſcept. 159.
num.10. & 11.
16 Contrariùm verò defendunt Gratian. in cit. Di-
ſcept.159. à num.4. & in Diſcept.297. Vaſq. ad l.44.
Taur. gloſſ.16. Cravett. in Conſ.85. num.6. & in Conſ.
114. num.17. Tell. Fernand. in l.29. Taur. num.16.
Surd. in Conſ.143. Mercurial. Merlin. De Legitim.
lib.2. tit.2. quæſt.23. à num. 4. Hieronym. Gabriel.
in Conſ.57. à num.13. lib.2. Anton. Fab. in ſuo Codic.
tit. de Inoff. teſtament. Diffin. 30. De Marin. in Re-
ſolut.85. num.6. tom.1. & ibi Rodoer. Hodiern. in
cit. Obſervat. ad Surd. 322. num. 15. Donad. de Re-
nunc. tom.2. cap.46. à num.105. ad 111. à num.113.
& 128. Angul. de Melior. lib.9. gloſſ.4. num.6. Can-
cer. lib.1. cap.3. num.37. Claud. Chlifet. De Port.
legit. cap.14. col.4. verſ. ergò Donatio. Bottilier. De
Succeſſ. ab Inteſtat. Theor.104. pag.473. Squillant.
De Privileg. Clericor. cap.12. nu.12. Velaſc. in Prax.
partit. cap.13. num.37. & 50. De Pont. in Conſ. 25.
num.27. & in Conſ. 80. num.12. lib. 1. & in Conſ.
122. num.6. vol.2. & in Deciſ.39. num. 29. Staiban.
in Reſol.161. à nu.84. tom.2. Mandell. in Conſ. 364.
num.7. Conſil. Rocc. in Reſponſ.40. num.13. tom.2.
Grivell. in Deciſ. 139. Alex. Trentacinq. lib.1. Re-
ſol.5. num.18. Spin. De Teſtam. gloſs.18. num.65. &
69. Fontanell. De Pact. nupt. clauſ.5. part.2. nu. 33.
Surd. De Alim. tit.8. quæſt. 57. n.2. Molin. De Juſtit.
tract.2. Diſput.308. & in Donatione pro ordinibus
ſuſcipiendis reſolvunt Cevall. Comm. contr. Comm.
quæſt.682. Campanil. in Diverſor. Jur. Canonic. Rub.
8. cap.6. num.11. Matienſ. in l. 3. gloſſ.2. tit.8. lib.5.
num.14. Anton. Gom. in l.29. Taur. num. 21. Men-
dez à Caſtro in l. cum oportet. C. De Bon. quæ liber.
num.165. Rip in Obſerv.234. Ricc. in Reſolut.522.
& De Luc. ad Gratian. loc. allegat. num.16. etenìm
Donatio, quæ inter vivos ex ſola liberalitate proce-
dit, non compenſatur cum debito legali Covar. in
cap. officii. num. 9. De Teſtament. nisì alitèr fuiſſet
diſpoſitum. l. ſi quandò, §. generalitèr. C. de Inoff.
17 teſtament. quod verò legitima debitum legale ſit,
deſumitur ex traditis per Turrett. in Conſ.5. nu. 30.
lib.1. Merlin. loc. citat. lib.4. tit. 1. quæſt. 6. num.6.
Guid. Pap. in Conſ.170. num. 37. Americ. De Patr.
Poteſtat. effect. 16. num. 26. Andr. Fachin. lib. 10.
Controv. 99. Magon. in Deciſ. Luc. 85. De Franch.
in Deciſ.720. num.7. Guttierez in cap. quamvìs pa-
ctum. De Pact. in 6. num.33. Alex. Trentacinq. var.
part.1. cap.9. num.21. De Subſtit. Jacob. Menoch.
De Arbitr. caſ.149. num.12. & lib.4. præſumpt.33.
num.2. & n conſ.77. num. 4. conſil. 115. num. 48.
conſ.168. num 33. & in conſ.250. num.78. Rot. Ro-
man. in Dec. 347. num. 3. part. 1. Diverſor. De
Franch. in Deciſ.720. num.7. Joan. Petr. Surd. De
Alment. tit.1. quæſt.19. num.7. Magil. loc. alleg.
quæſt.1. num.7. & Fontanell. in Deciſ.92.
18 Excepta donatione à Patre ad certum matrimo-
nium deſtinata, teſtibus Cutell. De Donat. contempl.
matrimon. tom.2. tract.2. diſcurſ.1. ſpecul.5. à num.
24. Joan. Bapt. Thor. in comp. part. 2. verb. Dona-
tio facta contemplatione matrimonii, & alii ex Petr.
Anton. De Amat. allegati in Allegat. induſtria De
Marin. impreſſa tom.3. Reſolut. Allegat. 97. nu. 11.
Cenſal. ad Peregrin. De Fideicomm. art. 37. verſic.
verum Ego ſempèr probarem, pagin.385. in edit.
19 Neap. & per Rodoer. loc. cit. num.6. præcipuè, ſi
nuptiæ alitèr minimè fuiſſent contractæ, ut elegan-
tèr concinunt Fontanell. De Pact. nuptialib. tom. 1.
clauſ.4. gloſs.1. num.16. De Franch. in Deciſ.436. à
num.4. Caſtill. in Deciſ. 106. Cancer. tom.1. Reſol.8.
num.61. Baez. De Dotib. filiar. cap.21. De Pont. in
Conſ.25. & 80. Gratian. in Diſcept.224. à num. 29.
ad 31. & Diſcept.984. à num.22. ad 24. cum aliis
ab Hodiern. laudatis num.17. & à Paul. Staiban. in
Reſolut.72. num.6.7. & 8. tom.1.
20 An in tali donatione, filii tamquàm filii ſucce-
dant. differendum inſurgit? At id munus explevi-
mus in Obſervat.40. num.7. & videantur Cutell. loc.
citat. tract.1. Diſcurſ. 1. inſpect.25. Maſtrill. in De-
ciſ.

Digitized by Google

ciſ. 301. Amat. in Conſ.68. & De Luc. De Donat. Di-
21 ſcurſ.8. & Nùm ea Donatio præcipua ſit filiis pri-
mi matrimonii, latè exponit idem D. De Luc. ibid.
Diſc.10.

22 Modò videndum eſt, Dotium intereſſe, atquè an-
tefati, qualitèr in hac Nobiliſſima Civitate taxetur?
D. Reg. noſter num. 36. dixit regularitèr taxari ad
rationem ducatorum ſex, & duorum tertiorum pro
ſingulis centenariis, Antefati verò ad rationem Du-
catorum quinque, & in idem veniunt D. Conſil.
Rocc. in Reſponſ. 39. tom.2. D. De Luc. ad De
Franch. in Deciſ. 217. D. Blaſ. Altimar. ad Rovit. in
Conſ.65. tom. 1. & Deciſione comprobat Gizz. hìc
num.24.

23 Ad majorem rationem taxari poſſe Defendit D.
Merlin. in Controv.16. tom.2. & dari caſum, in quo
antefati intereſſe Judex taxare valeat uſquè ad de-
cem pro quolibèt centenario, ſuadere conatur Mol-
feſ. ad Conſuetud. tit. De Jur. quart. quæſt.12. num.8.
& in Addit. part.7 num.2. ad rationem ſex pro cen-
tenario fuiſſe taxatum aſſerit, accinit Joan. Bapt.
Staiban. In Tract. De Intereſſ. lib.2. tit.4. quæſt.1. à
num.54. & in idem in caſu particulari deſcendere
videtur De Luc. ad De Franch. in Obſervat. 472.
24 num.2. & videantur tradita in citat. Obſervat. 217.
verſ. quicquìd antè Merlin. pro quo placito faciunt
tradita per De Franch. in citat. Deciſ. 472. Et fuit
determinatum per Regiam Cameram, in cauſa Du-
ciſſæ Palatæ cum Principe Squillacii referente Præ-
25 ſide Dominico Aſtuto, moderata ſententia ejuſ-
dèm Tribunalis, per quam Dotium intereſſe fuerat
taxatum ad rationem ducatorum ſex, & trium
quartorum pro centenario, nàm attenta Conſue-
tud. Mortuo viro. §. hæredeſque mariti. tale intereſ-
ſe in ducatis ſex, & duobus tertiis taxatur, ut eſt
videre in Banca De Quaranta, & meminit D. Alti-
mar. loc. cit. num.15.

26 Ulteriùs obſervo Dotem à Patre profectam, ma-
trimonio ſoluto eidèm reſtituendam eſſe. D. Regent.
noſtr. teſte num.27. probat text. in l. Dos à Patre. C.
ſolut. matrim. & concurrunt Theſaur. in Deciſ. 190.
Mantic. De Tacit. lib.2. tit.8. num. 23. Barboſ. in l.
poſt dotem. num.45. ff. ſolut. matrim. Gratian. tom.
3. Diſcept.556. num.33. & Jul. Capon. in tract. qui
inſcribitur De Dote in Rubr. ff. ſolut. matrim. quæſt.
1. & quæſt.9. num.7. & in l.1. eod. tit. quæſt.4. nu.
27 48. Modò tamèn liberi ex eo matrimonio ſuperſti-
ti non eſſent: juxtà Martini conſuetudinem. Gloſſ.
in adduct. l. dos à Patre. DD. in cit. l. poſt Dotem. Ca-
pyc. in Deciſ.176. & ibi Proſp. Petr., D. Marin. in
Reſol.15. num.9. & ſeq. tom.1. His verò non tam-
quàm Matris hæredibus defertur, ſed auferendo ab
Avo, Capyc. loc. cit. & Alii ex Gratian. conducti
loc. citat. num.36.

28 Nec Patri mortua filia dotem reſtituendam eſſe,
quotiès illa in legitimæ locum ſuccederet, ut puta,
ſi conſtituta fuiſſet pro omni jure competenti filiæ,
& competituro ſupèr paternis, & maternis bonis,
ſunt voti Mareſcott. lib.1. Reſol.73. num.5. Cujac. in
Conſult.24. liter. C. tom.1. pagin. 298. Giovagn. in
Conſ. 42. à num.101. tom.1. Hieronym. Gabriel. in
Conſ.106. lib.1. Marian. Soccin. in Conſ.134. num.26.
29 lib.1. atquè adeò de illa haùd obſtante Patris ſuper-
exiſtentia teſtari poſſe concludunt Michalor. De
Fratrib. part.1. cap.40. Laderch. in Conſ.25. Fenzon.
ad Statut. Urb. cap. 130. num. 13. Paul. De Caſtr.
in Conſ.372. in fin. & Trentacinq. lib.3. tit. De Jur.
30 Dot. Reſolut. 2. num.10. At his reſiſtunt Interpretes
in l. ſenium. C. Qui teſtam. facer. poſſ. Theſaur. in
Deciſ. 150. & ibi Gaſp. ejus filius in Addit. liter. B.
Thor. part.2. Compend. verb. Diſpoſitio facta per fi-
liam familias, & Gratian. in Diſcept.382. quia Pa-
31 tre vivente, Dos, legitimæ loco non ſuccedit, cum



debeatur illa eo mortuo, Gaſp. Theſaur. lib.2. quæſt.
93. num.8. Fab. in lib.2. Codic. tit.3. Diffinit.15. &
De Errorib. Pragmat. Decad.12. error.2.

32 Paritèr Dotem à Patre traditam, eidem reſti-
tuendam non eſſe, ſi pacto cautum id reperiretur,
probant Alex. in conſ.115. verſic. puta ità conven-
tum fuerat. lib.1. Ricc. in Collect. 249. verſ. limita
primò. Guid. Pap. in Deciſ. 147. ergà fin. Anton.
Gabriel. lib.6. tit. De Aliment. concluſ.1. Urſill. ad
Afflict. in Deciſ.236. verſ. placet mihi, & Capon. in
33 alleg. quæſt.1. num.4. Aut ſi municipali lege ità ſta-
tutum fuiſſet Lopez in cap. per veſtras §.24. à num.
4. De Donat. pag.304. qui alias limitationes expli-
cat.

34 Nunc venio ad num.40. in quo obſervo antefa-
tum titulo oneroſo deberi in ſignum amiſſæ virgini-
tatis, & per matrimonii conſummationem ſtatìm
acquiri, quamvis differatur poſt viri fatum ſolutio
ex l. lex uxoris, C. De Donat. inter vir. & uxor. Napo-
dan. Urſill. & Molfeſ. probat Paul. Staiban. in Reſo-
35 lut.77. num.20. tom.1. At cauſam lucrativam con-
tinere ſuadet De Marin. in Reſol.19. num. 18. tom.
36 2. Illudquè Mulieri non deberi matrimonio non
conſumato citrà viri culpam, ſcribunt Thor. tom.
3. compend. verb. Antefatum: an debeatur uxori.
Pellicc. ad Conſuetud. Anverſ. cap.4. à num.161. Taſ-
ſon. De Antefat. verſ.4. Obſervat.4. num.65. De Ma-
rin. citat. tom.1. Reſolut.14. à num.1. & ibi Rodoer.
De Georg. in Allegat.45. & noviſſimè De Luc. ad
De Franch. in Obſervat.503. num.3.

37 Tandèm Obſervandum eſt quod etsì ipſa veritas
ſit; medietatem antefati proptèr oſculum mulie-
rem lucrari: quià oſculum eſt actus carnis, quæ pro
medietate per illum videtur corrupta. D. Reg. noſter
hìc num.41. De Franch. in Deciſ.503. & ibi De Luc.
num.4. De Georg. in Alleg.45. Sanchez De Matrim.
38 lib.6. Diſput.21. & alii per Nos in Obſ. 63. num.22.
hæc tamèn medietas intelligenda eſt pro rata dotis
ſolutæ, ad tradita per Nos in cit. Obſervat.63. num.
20. Novar. in pragm. 1. De Donat. propt. nupt. col-
lect.2. num.6. & per Joan. Leonard. Rodoer. ad De
39 Marin. in adduct. Reſolut.14. num.1. Nàm ſola an-
tefati medietas debeatur illæ, quæ ſecundo nupſit,
à primo viro non adhùc cognita, ob mortis ſuper-
venientiam poſt matrimonium contractum? Joan.
Ægid. Trullench pro muliere videtur decertare,
quia nomine fœminæ in matrimonium Collocan-
dæ, intelligitur, quæ nulli nupſit, vel ſi nupſit,
invalidè nupſit, aut matrimonium non conſuma-
vit. tom.2. ad Præcept. Decalog. lib. 7. cap.18. Rub.
12. num.16. ſed videantur ad rem, nè diutiùs te de-
tineam, Sanchez in cit. De Matrim. lib. 7. Diſput.
83. num.4. & 5. ac Diſput. 91. num.56. Boſſ. De
Dot. cap.2. à num.75. Guttierez in ſimil. tract. cap.
40 21. & meliùs cap.111. & noviſſimè nullo ex his ci-
tato Vincent. Brill. in ſuo promptuar. jur. Neapo-
lit. pagin.111. à num.42. idquè circà tutelam pro-
cedere quoquè arbitrantur Menoch. lib.2. De Arbitr.
caſ.151. num.8. Covar. De Matrim. part. 2. cap.3.
§.9. num.8. & Gregor. Lopez in l.5. tit. 16. part. 6.
gloſſ.1.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLXXVI.

### SUMMÆ.

1. *Uxori relictæ Dominæ, Patronæ, Maſſariæ, & Uſufructuariæ, tantùm alimenta debentur extantibus filii.* Comprobatur D. Reg. noſter.



Digitized by Google

2 Parentum commune votum, in eo ſtat, ut eorum ſucceſſio filiis deferatur.

3 Filios potiùs, quam Uxorem; Patrem proſpicere, conſiderat J.C.

4. Integer Uſusfructus Uxori Dominæ, Patronæ, Maſſariæ, & Uſufructuariæ debetur, quotiès filii in teſtamenti tabulis, à Patre de alimentis fuiſſent proviſi.

5 Uſufructu Mulieri relicto, filiis de alimentis proviſis, legitima deducitur.

6 Legitima à filiis non præcapitur, relicto Mulieri una cum filiis, uſufructu, qui in duas æquas portiones dividitur.

7 Plures copulativè conjuncti, ſunt unius loco.

8. Integer uſusfructus, Uxori uſufructuariæ relictæ debetur, ſi filii in legitima inſtituti ſint.

Quid ſi inſtituti fuiſſent teſtatoris fratres? num.9.

10 Filio, & extraneo inſtitutis, Uxori uſufructuariæ relictæ, integer uſusfructus hæreditariæ portionis extraneo debitæ, debetur, à filio verò ſubminiſtranda ſunt alimenta pro rata hæreditaria.

11 Uxori Uſufructuariæ relictæ, etsì ſtantibus filiis tantùm alimenta debeantur, ceſſante illorum exiſtentia ad uſumfructum Mulier admittitur. Comprobatur D. Reg. noſt.

Amplia in legato conditione mixta prolato. num. 12.

13 Alimenta facultatum diminutioni, & augmento obnoxia ſunt. D. Reg. noſter comprobatur. Declarato Surdo.

14 Alimentorum legatario: quandò ultrà hæreditatis vires, Hæres inventario non confecto teneatur?

15 Alimentarius ſi ſufficiens patrimonium pro ſe alendo non habeat, alteri alimenta præſtare non tenetur. Comprobatur D. Reg. noſter.

16 In Alimentis præſtandis perſonæ qualitatem, & dignitatem eſſe conſiderandam proponitur.

Quìd ſi ſpurio alimenta debeantur? num.17.

18 Capitalia: quandò pro alimentis præſtandis alienanda? Declaratur D.Reg. noſter, ex Cevall. Barboſ. & Paſcal.

19 Alimenta aliundè habenti, an præſtanda ſint?

20 Uxori debentur alimenta, quanquàm habeat aliundè undè ſe alat.

21 Filius aliquo exercitio inſtructus, cùm quo vivere poteſt, quandò à Patre alimenta debeantur?

Quìd attenta Conſuetud. ſi quis habet. Tit. De Aliment. Rejicitur Gizz. num.23.

22 Alimenta Judicis officio, vel Juris diſpoſitione debita denegantur illi, qui habet aliundè undè ſe alat.

24 . . . . quò pacto extimanda? Adducitur diſſidium intèr De Franch. Urſill. & Hodiern. Cum Pinell. De Luc. & aliis. num.25.

26 Hæres, quandò factum defuncti ratum habere teneatur? Declaratur D. Reg. noſter.

27 Fratri ſecundogenito: quàlitèr Vita, & militia debeatur? Comprobatur D.Reg. noſter.

28 Vita, & militia nùm loco legitimæ ſit? Rejiciuntur De Marin. Maſtrill. D.Rég. noſter, & alii ex Mart. Borrell. & aliis. num.30.

29 . . . . . . . . . . Jure naturæ non debetur, nec eſt quota bonorum.

31 . . . . . . . . . . eſt onus Fendo adjuntum.

32 . . . . . . . . . . ad inſtàr legitimæ taxatur. reprobato Rovito, ex De Marin. & De Luc. num. 33.

34 . . . . . . . . . filio, ſecundogeniti demortui; Avo in humanis agente debetur.

35 . . . . . . . . Monacho ſpectare traditur. Atque Cardinali ſecundogenito. num.36.

37 . . . . . . . . . filio naturali, nùm pertineat? Decertant Petr. De Gregor. & Mercurial. Merlin. cum Maſtrill.

38 . . . . . . . . . . ad hæredes non tranſmittitur.

39 . . . . . . . . . . alimentis æquiparatur.

1 MOribus ferè ab Univerſo Orbe Conſuetudinē
Bulgari amplexatam, Uxori uſufructuariæ,
maſſariæ, dominæ, & patronæ à viro relictæ, filiis
extantibus, ſola alimenta deberi teſtantur ultrà
congeſtos per D.Reg. noſtrum *num.*1. V.v. *in Deciſ.*
29. & *lib.*3. *verb.Uxor per Maritum.Concluſ.* 1054.
Barthol. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Tit. Des
Droit. Rubr.*4.§.6. *num.*2. Andr. Tiraquell. *ad leg.
Connub.l.*10. *pagin.* 91. Soccin. *in conſ.* 99. *num.*11.
*vol.*1. Joan. De Anan. *in conſ.* 37. Nevizan. *in conſ.*
3. *num.*3. Benedict. Capr. *in Conſ.*72. *num.*11. Cappell.
Tholoſ. *in Deciſ.*463. Gozadin. *in Conſ.* 47. *nu.*
1. & *in conſ.*94. *num.* 2. *vol.* 1. Cornaz. *in Deciſ.*3.
Mareſcot. *lib.*1. *Reſol.*29. Mantic. *De Conject. lib.*9.
*tit.*7. Bero *in Conſ.*33. *vol.*2. Joan. Petr. Surd. *De Aliment.qu.*8.*tit.*2.
Durant. *De Art.Teſtand.tit.*6.*caut.*
49. Cavalcan. *de Uſufruct. mulier. relict. p.*1. *n.*17.
& *in Tract. De Tutor. part.*1. *num.*202. Gratian. *in
Diſcept.*901. *n.*6. Campeg. *De Dot. part.*2.*quæſt.*58.
Pract. Papienſ. *in form. libell. quo uxor agit ad dotem.
gloſſ. donèc. num.*5. *pagin.* 248. Boer. *in Deciſ.*
194. Joſeph Maſcard. *tom.*3. *De Probat. Concluſ.*
1426. *num.*18. & *ibi* Joan.Aloyſ. Ricc. De Marin.
*Reſolut.*347. *num.*1. *tom.*1. Urceol. *Conſult. forenſ.
tom.*2.*Conſult.*58. *num.*5. & Gizz. *ad D. Reg. noſtr.*
2 *tom.*1. *Obſerv.*5. *num.*22. cum commune parentum
ſit votum, ut eorum ſucceſſio filiis deferatur. *l.ſcri-*
3 *pto. ff. Und. liber.* eiſquè potiùs proſpicere, quam
uxori. *l.nàm & ſi. ff. De Inoff. Teſtam.* credendum
non eſt hæredis nomen incaſsùm filiis reliquiſſe, ſi
uxore vivente illos fame perire neceſſe eſſet. D.
Franc. Merlin. *centur.*2. *Controv.*3. *à num.*5. Paul.
Staiban. *tom.*1. *Reſolut.*24. *num.*53. Mar. Antonin.
*lib.*2. *Reſolut.*35. *num.*1. & Hodiern. *Controverſ. forenſ.
cap.*11. *num.*65.
4 Atsì teſtator ſobolem propriam de alimentis providiſſet,
ut puta ſi legato in Uxoris gratiam totiùs
hæreditatis uſufructu, gravaſſet illam ad alimenta
filiis præſtanda, non dubito quìn formalis debeatur
uſusfructus. Franc. Merlin. *loc.indicat. Controv.*
5 92. quo in caſu à filiis legitimam præcapi ſumitur
ex poſitis per Mercurial. Merlin. *in lib.* 3. *De Legitim.
tit.*2.*quæſt.*7. quod in omni legato uſusfructus
formalis univerſalitèr prolato admittunt Rot. Roman.
*in impreſſ. poſt eund. Merlin. in Deciſ.*214.*nu.*
13. Bonden. *in Collect.*9. *num.*147. Opizo. *in l.filius
familias §.divi.ff.De Legat.*1. *num.* 46. Chriſtin. *in
Deciſ.*182. *nu.*16.*vol.*5. Ciroch. *in Diſcept.*15.*nu.*15.
& *in Diſcept.*18. *à n.*18. Nisì tale relictum de uſufru-
6 ctu, Uxori, & filiis, vel una inſimùl, aut una cum,
factum eſſet, cum eo caſu uſusfructus pro una medietate,
ad Uxorem, altera ad filios, nulla detracta
legitima pertineat, Natt. *in Conſ.*297.*tom.*2.*nu.*1. Cavalc.
*in cit. Tract. De Uſufruct. num.*54. Andreol. *in
Controv.*71. Urceol. *loc. indicat. num.*2. quia plures
7 conjuncti copulativè, ſunt unius loco. *l. interdùm.
De Hæredib.inſtit.* & legatum duobus factum unam,
& eandèm naturam, in utroque propter dictionem,
& inſimul, vel cum, quæ æqualitèr conjungit cum
omnibus qualitatibus, ſapere legitur in *l.reos.§.cum
in tabulis. De Duob.reis*, & concludunt in ſpecie
Gratian. *tom.* 1. *Diſcept.* 70. *num.* 50. Cyriac.
*in Controv.*52.*num.*9. Surd. *De Aliment. in cit. tit.*
2.*quæſt.*15. *à num.*204. & Antonin. *in cit. Reſolut.*
35.*num.*2. & 3.
8 Paritèr integrum deberi uſumfructum mulieri
fuit voti De Pret., quotiès illi uſufructu relicto, filii
in legitima fuiſſent inſtituti *in ſuo tract. de Interpretat.
ultim.volunt. lib.*4.*Dub.*10. *num.*47. idem ſi
9 eſſent inſtituti teſtatoris germani fratres, filia de dote
proviſa, etiàm in medio exiſtente, cum Conſuetudinis
ratio, quæ filiorū reſpexit favorē ceſſet, & applicetur
ſolummodò quotiès filii ſivè ex ſecūdo, ſive ex
pri-

Digitized by Google

primò matrimonio ſuſcepti inſtituti ſunt,cæteriq;teſtatoris deſcendentes ut ſtatuunt Philip.Corn.*in Conſ.* 257.*vol.*1. Paul. de Caſtr. *in Conſ.* 218. plenè Mareſcott.*in cit. Reſol.*29. quanquàm mater, aut alter teſtatoris aſcendens inſtitutus reperiretur. De Marin. *in adduct. Reſol.*347. *à nu.*2. Staiban.*loc. allegat.n.*51.

10 Indè fit, quod filio, & extraneo in ſupremo elogio inſtitutis; uſufructu hæreditatis Uxori legato,integrum, pro hæreditatis medietate extraneo pertinenti, uſumfructum deberi,pro altera verò medietate alimenta, eadèm attenta ratione ſuadunt Franc. Salgad. *in Labyrint. Credit. part.*2. *cap.*11. *num.*61. Cavalcan. *in cit. tract. De Uſufruct. num.*42. *pagin.* 191. Gratian. *in citat. Diſcept.*901. *num.*7. & 8. & Joſeph Urceol. *tom.*1. *Conſult.*38. *num.*13.

11 Voluitque D. Reg. noſter *num.* 46. ut mortuo filio inſtituto, nullis relictis liberis, Mulieri, ab illius Patre uſufructuariæ relictæ, uſumfructum deberi, non ampliùs alimenta, quia ſtante inſtituti morte, conſuetudinis ratio ceſſat,Marian. Soccin.*in conſ.* 94. *num.*2. *lib.*1. Dec. *in conſ.* 476. *num.*3. Surd. *in cit. tract. De Aliment. tit.*2.*quæſt.*15. *num.*162. Mantic. *De Conject.lib.*9.*tit.*7. Cavalcan. *in eod.tract. De Uſufr. num.*42.Gratian.*in adduct. Diſcept.*70.*num.*51. Sanfelic. *in Deciſ.*201. *num.*2.Staiban.*in indicat. Reſolut.*24. *num.* 48.& ſic Deciſum refert De Marin. *loc.citat. num.*9.

12 Idquè procedere etiàm in legato prolato conditione mixta, probat De Franch. *in Deciſ.*58. *num.*3. à De Luc. *ibid. num.*3.in Peregrin. *in tract. De Fideicomm.art.*13.*num.*149. & *in conſ.* 57. *vol.*3. defenſum, accinit Determinatio per Sanfelic. relata *in adduct.Deciſ.*201.*num.*8. & videſis tradita per Nos *in Obſervat.*52.*num.*5.& 6.

13 Modò hìc Obſervandum diminutioni, & augmento, ad facultatum vires, alimenta obnoxia, teſtibus D. Reg. noſtro. *à num.*15.Menoch.*De Arbitr. caſ.*169.*num.*4. Joan. Lecirier. *De Primogen. lib.*2. *cap.*3.*num.*9. Covar. *in Epitom. lib.*4. *Decret. cap.*8. §.6.Salgad. *De Reg.Protect. part.* 4. *cap.*7. *à num.*88. *ad* 98. Speculat. §.1. *col. penult. verſ. debet autem accipi modus, qui fil. ſint legit.* Alph. De Olea *in Tract.De Ceſſion. jur. tit.*4.*quæſt.*5. *num.*11.Florian. *in l.ſed & ſi quid.* §.*mancipiorum. num.*16. *ff. De Uſufruct.* Sim.De Pret. *loc. cit. lib.*4. *Dubit.* 11.*nu.* 58.& 69. Merlin. *in citat.tract. De Legit. lib.*2. *tit.* 2.*quæſt.*30. *num.*17. Prat. *ad Paſcal. De Virib. Patr. Poteſt. part.*2. *cap.*3.*pagin.*260. *verſ. At non flocci-pendenda.* & Anton. Fab. *in ſuo Codic. Tit. De Legat.Diffinit.*4. quicquìd ſupèr diminutione contendere videatur Surd. *in citat. tract. De Aliment. privileg.*30. Niſì de alimentis, ex Teſtatoris præcepto taxatis verba faciat; Cum eo caſu: quia in diſpoſitis,diſponentis mens prædominatur,alimenta nequè augmentum, nequè diminutionem patiuntur, ut elegantèr concinunt allegati per D.Regent.noſtr.*nu.* 25. quibus ſubnectimus Cyn. *in l.ſi quis argentum*

14 *quæſt.*2. *C.de Donat.*quo caſu hæredem non confecto inventario, ad illa de proprio teneri fatentur Surd. *loc. citat. tit.*4. *quæſt.*9. Bertrand.*in Conſ.*268. *lib.*2.& plenè Natt.*in Conſ.*387.

15 Oritur ex eo, quod non habens Alimentarius ſufficiens patrimonium pro ſemèt alendo, ad præſtandum alteri alimenta haùd compelli valeat. teſtibus D. Reg.noſtro *num.*21. Cæphal. *in conſ.*117. *nu.*11. Surd. *loc. cit.tit.*7. *quæſt.*8. faciunt tradita per Barbat. *in Conſ.*74. *lib.*4.Menoch. *in Conſ.*433. Roland. *in Conſ.*15.*lib.*3. & probatur per Text.*in l.non quemadmodum.ff. De Liber. agnoſcend.*

16 In alimentorum præſtatione perſonæ dignitatem, atquè qualitatem conſiderandam eſſe concinunt DD. *in l. ſi cui ff.De Aliment.& in l.mela.De Alim. & Cibar.legat.* Surd. *in cit.tit.*4.*quæſt.*18. Tiraquel. *De Nobilit.cap.*20. *num.*143. Lambert. *De Jur. patron.quæſt.*3.*lib.*3.*art.*11. Molin. *De Primogen. lib.*2. *cap.*16. *num.*47. Menoch. *De Arbitr. caſ.*159. Altobrand. *in Conſ.*31. *lib.*1. Provenz. *ad Conſ. Rub. De Aliment. Obſ.*4.*num.*7. Gratian. *tom.*1. *Diſcept.*112. *num.*1. De Marin. *Reſolut.*349.*num.*2. *tom.*1. Quod

17 in alimentis ſpurio filio præſtandis, ampliati ſunt De Franch. *in Deciſ.*282. Tell. Fernand. *in l.*10. *Taur. num.*2. & Gratian. *loc.cit.* & *Diſcept.*613.& 954. *num.*37.& 38. ſed videantur Anton. Gam. *in Deciſ.*343. Trullench. *ad præcept. Decalog. tom.*2. *lib.*4. *cap.*1. *Dub.*3. *num.*7. Cevall.*comm.contr.Commun.quæſt.*780. Paſcal. *in cit. tract. De Virib. Patr. Poteſtat. part.*2.*cap.*2.*num.* 43. 44. & 45. Bottilier. *De Succeſſ.Tit.De Succeſſ.feud.* & *vit.* & *milit. theor.*110. *num.*10. Achill.Pedroch. *in Conſ.*8. *num.* 188. Cravett. *in Conſ.*219. *vol.*2. Anton. Cordub.*De Aliment.* §.*idèm reſcripſit.* Peregrin. *De Jur.Fiſc.lib.* 3.*tit.*58. *nu.*72. Gaſſan. *in Conſ.*39. & 40. Cervant. *in cit.l.*10. *Taur.* Azeved. *in l.* 7. *Taur. lib.*5. *tit.* 8. Bonacoſ.*De Æquit. canon. concluſ.*2. Matien. *lib.*8. *tit.*8. *ordinam.gloſ.*1. & De Luc. *ad De Franch. Obſervat.*686.*num.*7.& *ad Gratian.in cit.Diſcept.*112. *à num.*3. & nobilibus, cum ruſticorum cibaria non competant. Philip. Kniſchilt. *De Fideicomm.famil. nobil. cap.*7.*num.*42.& 43. majora alimenta taxanda concludunt Goler. *De Proceſſ. execut. part.*2.*cap.* 3.*num.*120. Nolden. *De Stat.Nobil. cap.*13.*num.*93. Tiraquell. *De Nobil. cap.* 20. *num.*143. Petr. Fritz. *in ſimil.tract.concluſ.*23.*lit.K.*

18 Pro alimentis præſtandis, capitalia per Patrem diſtraenda non eſſe probat D. Reg. noſter *num.*5. quia illa ex fructibus ſunt præſtanda, & in idem veniunt Afflict. *in Conſtit.Regn. De Jur. ſuo Cur. Obſerv. rub.*4. *lib.*3.*notab.*1. & *in Deciſ.* 290. *num.*9. Joan. De Amic. *in Conſ.*56. Ann. *in ſingul.* 23. De Franch. *in Deciſ.*336.*num.*2. & *ibi* De Luc. *num.*4. Gratian.*in Diſcept.*519. *num.*15. Surd. *loc.cit.tit.*4. *quæſt.*9.*num.*9. At Hieronym.De Cevall. illius fuit voti *in adduct. quæſt.*780. *num.*132. ut placitum hoc procedat quotieſcumquè alimenta ex cauſa lucrativa debeantur, ſecus verò ſi ex cauſa neceſſaria præſtanda ſint, & hanc diſtinctionem ſequuntur Barboſ. *in l. maritum.ff.ſolut.Matrim. num.* 18. & Paſcal. *in cit.tract. De Virib. Patr. Poteſtat. part.*2. *cap.*3. *num.*101.

19 Nota modò hic vulgatum illud, eſſe deneganda alimenta, aliundè habenti undè ſe alat, à Mart. in dubium revocari: nàm ſi hodie habenti denegantur per ſententiam, cras eidem carenti ſi petierit, obſtabit exceptio rei judicatæ *in tract.de Juriſdict.part.* 2. *cap.*42.*num.*77. Uxori verò aliundè alimenta ha-
20 benti præſtanda eſſe fatetur De Marin. *in cit. Reſolut.*349. *num.*6. At Patrem à nexu alimentandi fi-
21 lium ſolutum demonſtrat Fragoſ. *De Regim. Chriſtian.Reipubl. tom.*3. *lib.*1.*De Obligat. Parent.* §. 7. *num.*93. ſi ille in aliquo exercitio inſtructus, undè vivere poſſit, habeat, niſì caſus evenerit, quod egeſtate præmeretur cum tunc illi alimenta à Patrè præſtanda ſint, etiam ſi illa non petiturum ſacramento juramenti promiſiſſet, concludit Prat. *loc.*
22 *alleg. part.*2. *cap.*4.*verſ.ad num.*16. etenìm quotiès alimenta, attenta legis diſpoſitione, aut Judicis officio debita ſunt; denegantur illi, qui habet undè ſe alat Vincent. Maxill. *ad Conſuetud. Barenſ. tit. De Jur. Dot. in Conſuetud. Dos à Patre. à num.* 160. ubi
23 tradit id non procedere in alimentis, quæ actionis jure debentur, pro ut ſunt illa, quæ attenta Conſuetudine noſtræ Civitatis,*cujus exordium eſt,ſi quis habet. Tit.De Aliment. Præſtand.* atquè adeò filio deberi, etiàm quod ex induſtria poſſit ſe ipſum alere,ſtatuit Napodan. *cit. tit.De Alimen. præſtand. in conſuetud.ſi qua mulier. verb.quibuslibet. num.*65.

&

Digitized by Google

& probat Andr. Provenz. in ead. Rubr. De Aliment.
præſtand. num.24. licèt contrarium adſtruere cone-
tur Gizz. hic num.16.

24 Illud quoquè haùd ſilentio involvendum, ſi ali-
menta æſtimare contingerit, in annorum compu-
tatione placitum Ulpiani ſervandum ab Æmilio
Macro in l. hæreditatum 68. ff. ad leg. falcid. tranſcri-
ptum, ſubditquè ibid. Gloſſa in verſ. triginta anno-
rum. potiùs attendendam eſſe veritatem, & conve-
niunt De Franch. in Deciſ.186. num.4. Urſill. ad Af-
flict. in Deciſ.34. num.2. & Joan. Bapt. Hodiern. in
l. hac edictali. C. de Secund. Nupt. quæſt.33. cum
longævi hominis, vitam ultrà centum annos pro-
trahi poſſe, juris authoritate, & exemplis probet eru-
ditus Dominic. De Rub. in certamin.7. num.120.

25 At reſiſtit Gloſſæ oppoſita ſententia, periculum,
namquè in æſtimatione commune eſſe debet, etenìm
cum poſſibile ſit, ut quis ultrà ſexageſimum annum
vivat, ità & antè mori, ea proptèr in annorum
ſupputatione juxtà l. hæreditatum. læſionem conſi-
derari non poſſe, concludunt Pinell. in l.2. C. de Re-
ſcind. Vendit. part.3. cap.4. num.32. ac De Luc. ad
De Franch. in cit. Deciſ.186. num.2. & in Deciſ.
697. num.4. ſed videantur Covarr. lib.3. Reſol. 9.
Joan. Bapt. Coſt. De Port. rat. quæſt. 236. Fonta-
nell. De Pact. Nupt. clauſ.5. gloſſ.8. part.4. num.38.
& Roderic. Suarez voluit hanc æſtimationem quin-
tam partem uſusfructus excedere non poſſe in l. quo-
niàm in prioribus. C. De Inoff. Teſtam. ampliat.3.
num.7.

26 Succeſſivè conſiderandum decantatum illud, hæ-
redem teneri habere ratum factum defuncti, D. Reg.
noſter hic num.31. in Deciſ.3. num.33. in Deciſ.139.
num.19. in Conſult.10 num.58. tom.1. & tom.2. Con-
ſult. 45. num. 40. Marcian. in Conſ. 36. tom. 2.
num. 10. Capyc. in Deciſ. 121. num. 3. Staiban.
in Reſol. 183. num.227. Urceol. tom. 2. Conſult.92.
num. 17. & Conſult. 95. num. 1. quia ſtatim adeun-
do defuncti voluntatem approbare videtur, Bald.
in l. mutuum §. 1. De Acquirend. hæredit. Dec.
in Conſ. 254. Staiban. in Reſolut. 29. num. 40.
& in Reſolut. 100. num. 15. Gratian. Diſcept.
657. num.45. 46. & 54. & Diſcept. 878. num. 12.
Seraphin. in Deciſ.1024. num.3. Argel. De Legitim.
Contradict. quæſt.6. art.1. non procedere quotiès fa-
ctum evidentèr nullum ſit, D. Reg. noſter in conſult.
23. num.15. & in Conſult.46. num.28. cit. tom.1. De
Pont. De Poteſtat. Proreg. tit. De Aſſenſ. Reg. ſup.
Dotib. §.1. num.17. Merlin. in Controv. 81. num.12.
tom.2. Reg. Galeot. tom. 1. Controverſ.1. num. 87.
Staiban. in indicat. Reſolut. 183. num.228. & Tap.
in Deciſ. ſupr. Ital. Senat.2. num.395. Vel hæredi-
tatem adiit ſollenni confecto inventario Roland. à
Vall. part.4. De Invent. num.5. & 14. Didac. Spin.
in ſimili tract. num.44. Peregrin. De Fideic. art.52.
num.97. Scrader. De Feud. part.8. cap.8. Fab. in lib.
3. C. tit.2. Diffin.12. Tomas. De Inventar. tit.8. cap.
16. num.197. & Urceol. in alleg. Conſult.95. num.7.
quia per inventarium habetur, ac ſi non adiviſſet,
Vaſq. De Succeſſ. §.1. num.26. & alii allegati per To-
mas. loc. citat. tit.13. cap.1. num.1.

27 Et Demùm Obſervo num.40. fratri ſecundoge-
nito ex feudi fructibus vitam, & militiam deberi in
certa quantitate annuatim ſolvenda, in comproba-
tionem conſulendi ſunt Gizzarell. in Deciſ.37. Petr.
Gregor. & ibi Maſtrill. De Vit. & Milit. quæſt.1.
idquè in officiis quoque procedere concinunt Arias
De Meſa lib.3. var. Reſolut. 49. num.26. Rovit. in
Conſ.106. tom.2. num.6. Conſtant. in l.1. num.61. C.
De Fil. official. lib.12. alios conducit De Marin. ad
Reverter. Obſervat.551. ſub num.7. tom.2. Nisì de
feudo novo agatur, quo in caſu pro ſecundogeniti
arbitrio debetur ei pars pretii, Minad. in Conſtit. Reg.
In aliquibus. in Rubric. De Succeſſ. num.30. Frecc. de
Subfeud. lib.3. tit. De Different. feud. ex pact. & pro-
vid. Different.33. num.4. & Rovit. in Pragm.25. De
Feud. num.3. & 34.

28 Cæterùm quod vita, & militia Secundogenitis ex
feudi fructibus, per Primogenitos debita loco legi-
timæ ſit, ſcribunt Fab. De Ann. in Conſ.6. Medic.
in Conſ.8. num.30. Prat. ad Paſcal. loc. cit. part.2.
cap.4. verſic. nec aſpernenda. De Franch. in Deciſ.
525. num.21. D. Reg. noſt. in Conſult.111. num.20.
tom.2. Maſtrill. part.2. Deciſ.165. num.11. & eſſe
magis communem opinionem teſtatur De Marin.
tom.2. Reſolut.245. num.4. & Reſolut. 246. num.3.

29 At cum naturæ, jure, non debeatur, nec quota bo-
norum ſit, Minad. in Conſ.1. à num.46. ſequutus per
Balthax. Tomas. in Tract. De Legitim. tit.2. num.16.
30 elegantèr deducit Mart. in cit. tract. De Juriſdict.
part.4. caſ.23. num.10. ſubrogatam in locum illius
portionis hæreditariæ, ſivè Feudalis rei, ſecundoge-
nitis jure Longobardorum, æquam, cum primoge-
nitis debitam, à qua Francorum lege excluduntur,
& tradunt Borrell. in Summ. Deciſ. tit.34. num.287.
& tit.40. num.14. & De Præſtant. Reg. Cathol. cap.
57. Gulierm. De Monſer. De Reg. Succeſſ. cap. 2.
tract. tom.16. Renat. Choppin. De Doman. Franc.
lib.2. tit.3. Capan. De Vit. & Milit. quæſt.1. nu.14.
& Papon. De Doman. Reg. lib.5. tit.10. Arreſt.1. Sed
31 eſſe onus Feudo adjunctum ad iſtàr paragii, & Do-
tis dandæ mulieri, à ſtatuto excluſæ voluit Mercu-
rial. Merlin. in cit. tract. De Legitim. eod. lib.2. tit.1.
32 quæſt.3. num.5. Taxari verò ſicùt legitimam jux-
tà Auth. Noviſſima. C. De Inoff. Teſtament. placuit
Petr. De Gregor. in cit. Tract. De Vit. & Milit. quæſt.
7. Theodor. in Allegat.24. & 81. De Franch. in De-
ciſ.61. num.22. Capyc. in Deciſ. ultim. nu.2. Giurb.
ad Conſuetud. Meſſan. part.1. cap.4. gloſs. 4. num.27.
Minad. in Conſtit. In aliquibus. notab.7. Maſtrill. in
Deciſ.85. num.16. part.1. Capan. De Vit. & Milit.
33 quæſt.3. quicquìd inconſideratè Rovit. ſe habeat in
pragm.25. num.4. De Feud. quem nominatìm reji-
ciunt De Marin. in citat. Reſol. 245. num. 1. & De
Luc. ad De Franch. in allegat. Deciſ.61. num.7. de-
ducto ære alieno, atquè aliis Feudi oneribus, adhoa
excepta: tamquàm onus annexum Feudo, & in-
trinſecum. Franc. Cenſal. ad Peregrin. De Fideicom.
Artic.42. verſ. ſecundò, & hinc inferas. pagin.447.
34 in Ædit. Neapol. & eſſe debitam filio ſecundogeni-
ti demortui, Avo in humanis agente, aliorum vo-
to notant Gallup. De Feud. part.3. cap.4. num.56.
Petr. De Gregor. loc. cit. quæſt.4. in fin. Larat. in
Theatr. feudal. part.12. Dilucidat.25. Menoch. in
Conſ.411. à num.5. lib.5. Maſtrill. in Deciſ.165. nu.
2. Antonin. De Amat. in Reſol. 2. num. 15. Mercu-
rial. Merlin. loc. citat. num.10. Barbat. De Aſſiſtent.
gloſſ.12. num.133. Clericis ſecundogenitis quoquè
debitam oſtendunt Pariſ. De Put. De Reintegr. feud.
cap.40. in fin. Capyc. loc. citat. De Graſſis De Effect.
Clericat. effect.4. num.257. Thor. part.1. verb. vita,
& militia. Fab. De Ann. in Conſ.120. vol.2. & Alii
per Maſtrill. loc. alleg. Molfeſ. in Conſ.9. & per De Ma-
35 rin. eod. tom.2. Reſol.45. laudati; ad Monachum
etiam, Religionem in Communi capacem in-
greſſum, ſpectare probant. Intrigliol. De Feud.
cap.57. à num.22. Carol. De Graſſ. loc. cit. num.258.
Mart. in Indicat. caſ.23. num.12. pro Cardinali ſe-
36 cundogenito ſtant De Franch. in Deciſ.20. & Theo-
dor. in Allegat.20. & 25. & tandèm filio naturali
37 vitam, & militiam deberi teſtantur Petr. De Gre-
gor. loc. citat. quæſt.4. Intrigl. loc. indicat. quæſt.57.
à num.23. & Mercurial. Merlin. ibid. num. 12. ſed
Contrarium Deciſum refert Maſtrill. in adduct. De-
38 ciſ.85. num.30. & ad hæredes non tranſmitti indi-
cant Mart. ubi ſup. num.9. Tomas. De Primogen. tit.
16.

Digitized by Google

16. *cap.*1. *num.*31. Borrell. *in cit.tit.*40.*num.*14. atque adeò alimentis æquiparari concludit Merlin. *eod.loc.num.*6.

# OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXVII.

## SUMMÆ.

1 *Ancus Martius: Romanarum Carcerum inventor.*
2 *Triumviris Capitalibus: carcerum, à Quiritis cura commiſſa.*
3 *Romæ, qualitèr Carceres viſitentur?*
4 *Regentes Regiam Cancellariam viciſſim quolibèt ſabato, & in tribus Paſchatibus Anni totum Collaterale Conſilium, & quandoquè ipſe Prorex carceratos viſitant.* Comprobatur D. Reg. noſter.
5 *Uſus viſitandi carceratos antiquiſſimus eſt.*
6 *Reus: quandò loco depoſiti ad triremes tranſmittatur?* Comprobatur D.Reg. noſter.
7 *Tranſmittendi Reos depoſiti loco ad triremes, quibus fieri permiſſum?*
8 *Tempus, quo in triremibus loco depoſiti morari contigerit delinquentes, compenſatur cum tempore, condemnationis ad remigandum, ſi ſic damnari eos contingat.*
*Adducitur Diſpoſitio* Prag.4. de Cond. pro Delict.
9 *Detentio in carceribus poſt ſententiam, cum exilii pœna compenſatur.* Defenditur D.Reg. noſter. *Intellige, ut num.*15.
10 *Diutinam Carcerationem pœnam minorari refertur.*
11 *Carcer tormenti ſpecies eſt.*
12 *Mortuus in Carcere, dicitur mortuus in cruciatu.*
13 *Carceratio, irretractabile infert præjudicium.*
14 *Memorabilium Carcerum, nominà memorantur.*
16 *Triremibus Damnatum, compenſare cum Detentione in carceribus poſt ſententiam tempus condemnationis probant* Villadieg. & D. Reg. noſt. *ſed per* Mut. & Capiblanc. declarantur.
17 *Damnatus ad triremes loco depoſiti, ad mortem condemnari nequit.* reprobato Thor. Comprobatur D.Reg. noſter.
18 *Pœna ad triremes damnati: quanta ſit?*
19 Deciſionem præſentem *non obtinere, in Remige, qui depoſiti loco in trireme moravit per menſem, aut annum ſtatuit* De Luc.
20 *Tranſmiſſo ad triremes loco depoſiti, cùr quoquè terminus præfigatur?* Comprobatur D.Reg. noſter *cum* Deciſ.

1 INgenti incremento, rebus, Romæ, auctis, cum in tanta hominum multitudine, diſcrimine recti, an perperàm facti confuſio, facinora clandeſtina fierent, Ancus Martius, Numæ ex filia nepos, carcerem ad increſcentis audaciæ terrorem, ædificari primus omnium juſſit, Liv. teſte *Decad.*1.*lib.*1. *pagin.*13. meminitquè Bovadill. *tom.*2. *Politic.lib.*3. *cap.*15.à Servio Tullo ampliatam. Varr. *lib.*4.*ling.latin.* Auctis poſtmodum maleficiis illarum multitudo excrevit adeò ut Jun. Juvenal. adhùc *ſatir.* 3. *pagin. mihi* 47. *verſ.*312. clamet

*Felices Proavorum Attavos, felicia dicas*
*Sæcula, quæ quondàm ſub Regibus, atquè Tribunis*
*Viderunt uno contentam carcere. Romam.*

2 Statuerunt verò poſtmodum Quirites, ſtatutis diebus, per Triumviros Capitales vincula viſitari, à quibus quandoquè in illis conjecti dimittebantur, ut in *l. neceſſarium.*2.*ff. De Origin. Jur. l.ſi quis uxori,§.ſi fugitivum. De Furt. l. Judices* 10. *C. De Epiſcop. Audient. & l.fin. C. De Cuſtod. reor.* At qualitèr
3 hoc ævo hoc ibidèm obſervetur, fatentur Octavian. Veſtr. *in prax. lib.*2. *cap.*13. *De Camer. Carcerat. viſitat.* & Epiſcop. Scanarol. *in abſoluto Tract. De Viſitat. Carceratør.*
4 In hac Nobiliſſima Civitate carceratos viſitari qualibèt hebdomoda viciſsìm ab uno ex Regentibus Regiæ Cancellariæ,& in tribus Paſchatibus Anni à Toto Collaterali Conſilio, Ipſo Prorege quandoquè interveniente teſtantur D. Reg. noſter *hìc nu.* 1. Surg. *De Neap. Illuſtr. cap.ultim.* Joan. Mar. Novar. *in Collect. ad Pragm. Regn. tit. De Viſitat. Carcerat. Collect.*1. Franc. Maria Prat. *ad Muſcatell. in prax. fidejuſſ. modo* 9. *verſ. eſt quoquè conſuetum.* Eliſ.Danz. *De Pugn. Doctor. tom.*2.*tit. De Viſit. Carcerat. cap.*2.3. & 4. & Conſil. D. Carol. Petr. *tom.*
5 1.*Rit.*44. *num.*7. ejuſquè uſum apud Romanos longè antè Barabbam præcipuum ſumitur ex cit. Liv. ibi *injuriis, ac litibus temperatum, victis quoquè, dempta eo die vincula.* idquè quomodò aliis in Civitatibus ſervetur, latè deſcribunt Anton. Gomeſ. *in Reſol.*9. *num.*7. Proſp.Farinac. *in quæſt.*33.*num.*77. Franc. Marc. *in Deciſ.*796. Par. De Put. *in Tract. De Sindicat. verb. Tortura. & verb. Officialis poſuit in cordam. num.*3. & Iacob. Menoch. *De Arbitr. Judic. caſ.*303. *num.*38.
6 Obſervo ſecundò M.C.V. inveteratam praxim, de tranſmittendo reum ad inſerviendum triremibus loco depoſiti, in illos qui certitudinalitèr eadèm pœna merentur. Novar. *loc. citat.*, facinoroſos etiàm, maximè ſi cauſæ expeditionem, ſubterfugiis impediant. Thor. *ad De Pont. De Poteſtat. Proreg. tit. De Regal. impoſit. num.*51. aut illa celeritèr terminari non poſſit. Maſtrill. *De Magiſtrat. tom.*2. *lib.*5. *cap.*6. *à num.*265.& remigibus, Curiæ triremes indigeant. De Pont. *cit. loc.*
7 Hanc verò præeminentiam ſoli Magnæ Curiæ Vicariæ competere, Dominis Regentibus quoquè in eorum viſitationibus, aut ordine Excell.D.Proregis; ſecùs Regiis Audientiis, & aliis Regni Curiis, ut teſtantur de praxi Joan. Franc. Capiblanc. *De Baronib. pragm.*6. *cap.*31. *num.*39. *tom.*2. *& in ſingular.*41. & Danz. *in indicat. tom.*2. *tit. De Condemnat. pro delict. cap.*2. *num.*4. & 5. comprobat Pragm.4. *De Condemn. pro delict.* extat tamèn ſupèr hoc in poſſe Magnifici Secretarii M.C.V. Ill. Ducis Medinæ hujus Regni tùnc moderatoris Chirographum in ſequentis modum.

*A' D. Juſepe de Eſpaña, y Moncada del Conſejo de ſu Mageſtad, y Regente dela Gran Corte dela Vicaria.*

*Haviendo entendido S.E. la relacion, que là hecho en Colateral el Conſejero Muñoz, de que las Audiencias del Reyno embian muchas gentes en galera loco depoſiti, y que las pruevas que reſultan contra los inquiſitos ſon muy flaccas; y de poca ſubſtancia, es ſervido S.E. que eſſa Gran Corte reconoſca de aqui adelante todos los proceſſos, y informaciones, que las dichas Audiencias hubieren embiado, y fueren remittidos y de los condennados in virtud de delegacion, en lugar de reclamacion, que dando los preſos en galera, aſta que ſe vean ſus cauſas, de que aviſo à V.S. paraque aſsì lo aga eſecutar. Dios guarde à V.S. Palacio* 13. *De Enero* 1640. *D.Franciſco Barrile Duque De Cayvano. Con Rubrica di S.E.*

8 Hic modò non abſrè advertendũ duco, tempus, quo delinquentes depoſiti loco triremibus morantur, ſi ad remigandum pro tempore condemnari contigerit, deducendum eſſe, ut ſumitur ex ipſiſſimis indicatæ Pragmaticæ verbis ibi: *Con deducerſi dalle con-*

*condemnationi predette il tempo, che interim haveſ-
ſero ſervito, e ſerviſſero, e ſequendo ſentenza aſſolu-
toria, ſe li paghi per la Regia Corte il ſalario ſolito
pagarſi per eſſa Regia Corte alli Rimieri di Bonavo-*
9 *glia*. idquè in exilii pœna admiſſum, adeout deten-
tio in vinculis poſt ſententiam, compenſanda ſit,
fatentur Joan. Franc. Capiblanc. *De Baronib. Prag.*
19. *num.*10. *tom.*1., & *tom.*2. *cap.*94. *num.*4. Thor.
*in Compend. Deciſ. part.*1. *verb. tempus.* Rovit. *in
Pragm.*1. *num.*7. *De Relegat.* & Danz. *loc. cit. tom.*1.
*Tit. De Exil. & Relegat. cap.*1. *num.*42. quamquàm
De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.* 317. *num.*1.
traditum procedere aſſerat licèt antè ſententiam
præceſſerit carceratio, cui examuſsìm reſiſtunt quo-
què congeſta per D.Regent. noſtrum *hìc num.* 21.
10 Non tamen negandum Diutinam Carcerationem
Reo ad minorandam pœnam opitulari, & quando-
què ad extinguendam, undè in M.C.V. & S.R.C.
ſolent fieri decreta, *quod carcer cedat in pœnam.* Ar-
gum. *l.ſi diutino ff. de Pœn.* & probant Magon. *in De-
ciſ. Lucc.* 50. *num.*18. Mut. *in Deciſ.* 80. Viv. *in De-
ciſ.* 504. Guazz. *ad Defenſ. reor. Defenſ.*2. *cap.*2. Giurb.
*in Conſ. crim.* 30. & 47. Prat. *in Reſp. Crim.* 6. *à num.*
11 49. & *Reſponſ.* 29. *num.* 34. Dominic. De Rub. *in
certam.* 6. *num.*102. & D. De Roſ. *in Prax. Crimin.
cap.*3. *num.*19. Carcer namquè tormenti ſpecies eſt.
*l.ſi hominem, ff. Depoſit.* Prat. *in Reſponſ.* 32. *num.* 17.
nec unicum continere ſupplicium, ſumitur ex tra-
ditis per Weſembec. *in Conſ.* 43. *num.*10. ac per Con-
12 ſil. Petr. *in Rit.* 40. *num.*1. *tom.*1. propterea in cru-
ciatu mortuum, mortuum in carcere dici, dicit
Bald. *in l.*1. *num.*6. *C. De His, qui ad libert.* indè ir-
13 retractabile præjudicium inferre concinunt, Cancer.
*lib.*3. *var. De Sentent., & ear. execut. num.* 139.
Mauſon. *De cauſ. execut. lib.*1. *quæſt.*1. *ſub num.*14.
& Proſp. Caravit. *in Rit.* 166. *num.* 53. atque infa-
miam irrogare, deſcribunt Anichin. *De Prævent.
cap.*2. *à num.* 111. & Conſil. Petr. *cit. Rit.* 166. *num.*
162. *tom.*2. Hinc C. Claudius pro Appio fratre pe-
nès Liv. *Decad.*1. *lib.*3. *in foro prenſabat ſingulos,
orabatquè ne Claudiæ genti eam injuſtam maculam
vellent, ut carcere, & vinculis viderentur digni,
virum honeſtiſſimæ imaginis, futurum ad poſteros
legum latorem, conditoremque Romani juris jacere
victum inter fures nocturnos, & latrones*. multa de
14 Baratro, Profundo maris, & Latomia carceribus fa-
migeratis ſcribit Epiſcop. Panigarol. *in comp. annal.
Eccleſ. Ann. Chriſt.* 58. *in Annotat. liter. H.* dequè de
Tulliano Carcere, ac alio Claudii Decemviri juſſu
conſtructo tractat Pomp. Ugon. *in Tract. Delle Sta-
tioni di Rom. Stat.* 32. *pagin. mihi* 267. *cum mult. ſe-
quent.* memorantque famoſos quoque nonnullos
carceres Juſt. Lipſ. *ad Tacit. lib.*1. *Annal. pag. mihi*
75. & *lib.*3. *pagin.*155. & D. Conſil. Petr. *in citat.
Rit.* 40.
15 Monitos velim, quod de mora, in condemnato
ad exilium intùs carceres poſt ſententiam ſtatui, pœ-
næ moderationi computandam, interpretandum ad
ſenſum D. Regent. noſtr. *num.*21. ut per eum non
ſtet quominùs ad locum pœnæ accedat, ſivè Judicis
mandatum expleat, & ſequitur De Luc. *loc. allegat.
num.*5.
16 Quid in condemnato ad remigandum dicam?
Pro compenſatione pœnæ per id tempus, quo in Car-
ceribus poſt ſententiam manſit ſtat Villadieg. *in lib.*
2. *De For. Judic. tom.*5. *l.*9. *num.*9. & idem probant
D.Reg. noſt. *num.*26. & De Roſ. *loc. cit. cap. ult. n.*20.
At Mut. *ad Prag. Regn. Sicil. tit.*33. voluit, ut mi-
nuat pœnam tertiæ partis à tempore remigationis
deducendam: quia triremium magis dura eſt pœna,
nec cum carcere æqualitatem recipit, Capibl. *in cit.
cap.*94. *num.*8. & 9.
17 Obſervandum ſuccedit hoc loco determinatum
ad Regias triremes loco depoſiti tranſmiſſum,
ultimo ſupplicio mulctari non debere: nè pro
eodèm delicto duobus Reus affligatur pœnis, trire-
mis ſcilicèt, & extremi ſupplicii, probat Deciſionem
De Franch. *in cit. Deciſ.* 317. & 556. & proſequun-
tur illam De Luc. *in Obſervat.* & Joan. Mar. No-
var. *in adduct. loc. pragm.*4. *à num.*1. & *in pragm.*
10. §.11. *De Offic. Judic.* quicquid ſibi involvat Thor.
*ad De Pont. in citat. num.*51. *poſt med.* qualis tan-
18 dèm, & quanta ſit remigantium pœna? dant Belar-
min. *De Gemit. lib.*2. *cap.*8. *verſ. Reſtat miſeria pa-
gin.*238. Petr. Matth. *nel Hiſtor. Di Franc. lib.*4. *nar-
rat.*4. *num.*9. *pagin.*412. *verſ. Io mi maravigliarei.*
Mut. *in cit. cap. Regn. Sicil. cap.*16. *num.* 17. *tom.*3.
adeoùt adhùc ſint, qui dubitant an dici poſſint mor-
tui nèc nè, apùd Capibl. *loc. cit. tom.*1. *pragm.* 7.
*num.* 11. & *tom.* 2. *cap.* 33. Vaſq. *in Controv.
Illuſtr.* 96. Peregrin. *De Jur. Fiſc. lib.* 3. *tit.* 4. &
penès Danz. *loc. allegat. num.*3. Scio verò ajentem
opinionem in damnatis perpetuo, communitèr re-
ceptam eſſe, teſtibus Peregrin. *eod. loc. num.*2. Fonta-
nell. *De Pact. Nupt. clauſ.*4. *gloſſ.*14. *num.* 50. Pari-
nac. *in quæſt.*102. *num.* 159. & D. De Roſ. *loc. cit.
verſ. ſecundo quia.*
19 Reſtringit hanc Deciſionem De Luc. *in alleg. Ob-
ſervat.* 317. *num.*4. ut non procedat in tranſmiſſo ad
triremes loco depoſiti, qui inſerviit in illis per men-
ſes, aut annum, nàm Text. *in l. omnes. C. De Pœn.*
in atrocioribus non obtinet, diſpoſitio.
20 Et Tandèm Obſervo in condemnatione ad trire-
mes loco depoſiti, ſolere præfigi terminum; dummo-
dò non excedat tempus tot annorum, ut delicti
qualitas expoſcit, nè cauſa in longum protracta, Reus
pro ſatis majori tempore, quàm meretur, inſervire
patiatur, & ità practicatum referente Judice Crimi-
num M.C.V. Jacobo Capycio Zurulo contrà Vin-
centium Expoſitum inquiſitum De Blaſfemia ad tri-
remes loco depoſiti transmiſſum, dummodò quin-
quennium non excederet, vidi in proceſſu in Ar-
chivio dictæ M.C.V. Zappa fuit Scriba cauſæ. At ſi
ea conditio in Decreto adjuncta non ſit, tùnc nèc per
Principis diſceſſum, Judicis mortem, aut Officii
depoſitionem, arbitrium illud expirare, quanquàm
per multum temporis ſpatium in triremium ſervi-
tio permanſiſſet, Amico reſpondit Danz. *in citat.
cap.*2. *à num.*6. *ad* 9.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CLXXVIII.
### SUMMÆ.

1 *Teſtes ad Reorum defeſam, in criminalibus cauſis,
recipiendos eſſe poſt publicationem, & concluſio-
nem, imò & poſt didicita teſtificata, cum* D.Reg.
noſt. *ſtatuitur*, reprobato Rovit. *num.*2.
*Et quamquàm ſententia publicata ſit, non tamèn de-
mandata executioni. num.*3.
4 *Fiſcus in criminali cauſa, poſt concluſum, nùm
teſtes producere valeat?*
*Refertur placitum* Garabb.
*Adducitur opinio* Hortenſ. Cavalcan. *nu.*5. & Alio-
rum *num.*6. à Danz. *improbata. num.*7.
Theſaur. *traditur Diſtinctio. num.*8.
*Ponitur ſententia* D.Conſil. Petr. & aliorum *nu.*9.
10 *Fiſco poſt terminum deſignatum probationes addu-
cere poſſe, ſcribit* Imbrian.
11 *Fiſcus in pœnalibus in integrum reſtitutionis be-
neficium non obtinet.*
12 *Viduæ in articulo remiſſionis cauſæ in integrum re-
ſtitutio denegatur.*
13 Fi-

Digitized by Google

13 *Fiſcus, teſtium repetitionē intrà terminum* in Pragmat. 2. De Citat. *præfiſſum, quandò procurare debeat?* Declarantur Theodor. & Grammat. ex D. Calà.

14 *Audientia teſtium, in Criminalibus cauſis nūm committatur?* Rejicitur Gizz. ex D. Conſil. Petr.

15 *Didicitis teſtificatis, in Civilibus cauſis nullo modo teſtes produci poſſunt.*

*Etiamſi de repetendis teſtibus nullitèr receptis ageretur. num.* 16.

*Fallit in privilegiatis perſonis. num.* 20. *reprobatur* Amat.

17 *Didicita fuiſſe teſtificata, quandò dici poſſit?*

18 *Teſtes in termino citati, non percunctato examine, licèt publicatum ſit, recipiuntur.*

*Adducitur Ampliatio* Hodiern. & Staiban. *num.* 19.

21 *Producenti ſcripturas publicas poſt concluſum in cauſa conceditur terminus ad Concomitandum.*

22 *Terminus ad Concomitandum non conceditur edenti poſt concluſum in cauſa novas ſcripturas, ſi de contentis in illis, in primo libello mentio facta fuiſſet.* Cum Deciſ. noviſs.

23 *In termino ad Concomitandum aliud articulari non poteſt niſi de veritate contenta in ſcripturis noviter præſentatis.*

24 *Uno ex teſtibus in termino citatis mortuo, alii admittuntur, quanquàm in termino citati non ſint.* Cum Deciſ. noviſs.

25 Anell. De Sarn. *notatur.*

1 PLeniſſimè diſcuſſo articulo Deciſum legitur hìc,
Teſtes ad reorùm defenſam recipiendos eſſe in
criminalibus cauſis publicationis; & concluſionis
actu non obſtante, atquè etiam poſt didicita teſtifi-
cata, & in idem veniunt Cardinal. in cap. ad peti-
tionem. extr. De Appellat. Joan. Paul. Xamar. De
Offic. Advocat. part. 1. qu. 9. num. 216. Joan. Bapt.
Aſin. in Tract. De Execut. §. 3. cap. 38. Mar. Mut.
ad Conſuet. Panorm. cap. 5. nu. 65. De Graſſ. De Effe-
ctib. Clericat. Effect. 1. num. 1107. Boſſ. De Favor.
defenſion. num. 5. Cartar. De Execut. ſentent. in præ-
fat. num. 50. & 54. & cap. 1. nu. 44. Scap. De Jur.
non ſcript. lib. 5. cap. 84. num. 8. Maſull. ad Capyc.
in Deciſ. 8. Ann. in ſingul. 332. Sanfelic. in Deciſ. 22.
num. 7. Proſp.r Caravit. in Rit. 69. num. 15. Andr.
De Iſern. in Conſtit. terminum vitæ. circ. fin. Urſill.
ad Afflict. in Deciſ. 216. num. 5. Donat. Anton. de
Marin. lib. 1. Reſolut. 109. à num. 3. Anibal. Troyſ.
in Rit. 70. D. Carol. Petr. in Rit. 90. num. 1. to. 1.
De Luc. ad De Franch. in Obſervat. 470. num. 4. &
in Obſervat. 716. verſ. ultim. D. Reg. noſtri memor.
& nonnulla ad propoſitum noſtrum dat Ariſmin. Te-
2 pat. var. ſentent. tit. 191. cap. 14. quamquàm Ro-
vit. afferat in Pragm. 3. num. 2. De Teſt. refrenat.
aliorum placito, hoc procedere, quotiès teſtes nulli-
tèr fuiſſent recepti, nec in illorum nova receptione
3 alios miſceantur. Cum communis ſententia ſit in
contrarium. Undè Par. De Put. in tract. De Syndicat.
cap. 1. num. 32. verſic. tortus. dixit teſtes ad defen-
ſam, inſtante reo, recipiendos eſſe etiam poſt ſen-
tentiam, modò tamèn illa exequutioni non adhùc
demandata ſit, & probant Boſſ. loc. cit. num. 5. &
Farinac. in quæſt. 89. num. 83.
4 At quìd dicendum in Fiſco? Variant Interpretes;
contrà inquiſitum reſolvit Franciſc. Carrab. in Prax.
5 Syndic. offic. par. 2. num. 29. Judicis arbitrio remiſ-
ſum ire, ſcribit Hortenſ. Cavalcan. in tract. De Brach.
6 Reg. par. 3. num. 4. & part. 5. num. 27. ſtatuit Fi-
ſcum in quacunquè parte Judicii, etsì accuſator ſit, &
in cauſa concluſum, probationes producere poſſe,
quia favor publicus eſt, ut delicta puniantur. Are-
tin. in cap. cum clamor. De Teſtib. & eandem ſenten-
tiam probant Maſull. loc. cit. num. 3. De Marin. in
cit. Reſolut. 109. num. 3. Tap. in Deciſ. ſuprem. Se-
nat. 52. num. 119. Myſinger. Obſerv. 60. centur. 4.
7 & Manriq. part. 1. quæſt. Moral. 42. num. 4. Con-
trarium indicat Danz. tom. 1. De Pugn. Doctor. Tit.
De Offic. Fiſc. à num. 164.
8 Diſtinguit Theſaur. in Deciſ. 262. Judicem per in-
quiſitionem procedentem, ab illo parte accuſante,
& primo tantum caſu fiſcum poſt concluſum in cau-
ſa novas probationes producere poſſe affirmat, quia
in eo ceſſat ſubornationis timor, ſecundo verò con-
9 trarium inconcuſſa noſtrorum tribunalium praxis
deſignat apùd De Franch. in Deciſ. 467. in fin. San-
felic. in citat. Deciſ. 22. num. 22. lib. 1. D. Conſil.
Petr. in Rit. 258. num. 17.
10 Nequè per in integrum reſtitutionis remedium
poſt deſignatum terminum in Criminalibus fiſco
permiſſum novas probationes adducere, ſumitur ex
Jul. Cæſar. Imbrian. De Prim. & Secund. Benefic.
11 Conſiderat. 8. num. 163. quia in pœnalibus Fiſcus
in integrum non reſtituitur l. auxilium. ff. De Mino-
rib. Cappella Tholoſ. & ibi Aufrer. in Deciſ. 53. Re-
verter. in Deciſ. 341. nu. 1. & ibi De Marin. & lib. 2.
12 Reſolut. 198. num. 9. & 10. & viduæ quærulanti,
Barone cauſæ remiſſionem petente, in eo remiſſio-
nis Judicio denegatum fuiſſe primum beneficium
Deciſum teſtatur Vincent. De Franch. in Deciſ. 439.
& probat ibi De Luc. num. 3.
13 Beneverùm licèt Fiſcus teſtium repetitionem intrà
terminum ad faciendas defenſiones reo datum, pro-
curare debeat juxtà Text. municipalem in Pragm.
2. De Citat. & notant Theodor. in allegat. 97. nu. 11.
& Grammatic. in Deciſ. 28. num. 6. tamèn ſi id an-
tè ſententiæ publicationem ex officio petat, non ob-
ſtante termini lapſum, atquè concluſionis actum ex-
pletum, fieri debere reſolvit D. Hieronym. Calà De
Reſtitut. in integr. quæſt. 33. num. 64.
14 Obſervat Gizz. hìc num. 1. Teſtium audientiam,
in criminalibus cauſis non committi, ſtatuit id Text.
in l. Judices, & Auth. apùd eloquentiſſimum. C. De Fid.
Inſtrum. & probant Jacob. De Belviſ. in prax. Judic.
De Cauſ. crimin. col. 5. Lancell. Conrad. De Offic.
Prætor. lib. 1. cap. 9. §. 2. tit. de Capit. ſub num. 18.
De Marin. ad Revert. Deciſ. 542. & alii pleno cala-
mo allegati per D. Conſil. Petr. in Rit. M. C. V. 141.
num. 3. & in Rit. 14. num. 1. Sed Rovit. dixit te-
ſtium audientiam in criminalibus cauſis concedi, in-
tantum quod quanquàm illa non committatur, ſed
ad finem, ut teſtes accerſiti in Judicii loco veniant
depoſituri infrà terminum nominationi præſcriptum,
exceptis teſtibus valetudinariis, aut aliter legitimè
impeditis, quo caſu Commiſſarium Doctorem tranſ-
mitti, addicta illorum recipiendum concludit in
Pragm. 7. De Ordin. Judic. num. 31. in ſenibus, &
valetudinariis, quod audientia teſtium, ad Roviti
ſenſum, concedatur expeditum nunc in praxi eſt;
Flamin. Monac. teſte ad Minad. in Deciſ. 7. ſub nu.
1. & probat Foller. in Prax. Crim. Rub. & fact. lit.
Conteſtat. num. 7. & quod in eiſdem cauſis hodie te-
ſtium examen extrà Neapolim alicui Doctori, A-
ctuario, & Scribæ, & aliquandò locorum Officiali-
bus Magiſtratuum arbitrio juxtà loci diſtantiam, &
cauſæ magnitudinem committatur multorum voto
teſtatur idem D. Conſil. Petr. in adduct. Rit. 141.
num. 4. & notat Thor. in ſupplem. Compend. verb.
audientia teſtium.
15 In cauſis tamèn Civilibus didicitis teſtificatis, alias
teſtificationes nullo modo recipi fatentur Xamar.
loc. cit. part. 1. quæſt. 9. num. 25. & part. 3. quæſt.
54. num. 23. Ciarlin. Controverſ. forenſ. cap. 96.
De Amat. in Deciſ. March. 78. num. 4. Muſcatell.
in prax. gloſſ. præſentatas. par. 7. num. 2. Marcell.
Calà De Mod. Articuland. gloſſ. 3. §. 1. num. 42. &
86. & gloſſ. 4. nu. 57. Thor. in compend. Deciſ. part. 3.



Digitized by Google

16 *verb. teſtes poſt Didicita teſtificata.* etiamſi de repetendis teſtibus nullitèr receptis ageretur. Joſeph Urceol. *tom.* 2. *Conſult. forenſ. cap.* 62. *num.* 16. Sed
17 per tranſcurſivam lectionem didicita teſtificata non dici, indicant Hodiern. *ad Surd. in cit. Deciſ.* 153. *num.* 2. Rovit. *in Pragm.* 2. *De Ord. Judic.* & Joan. Bapt. Coſt. *De Fact. ſcient. cent.* 1. *Diſtin.* 72. bene tamèn per accomodationem proceſſus, poſt publicationis actum, fatetur Marcell. Calà *loc. citat. par.* 2. *gloſſ. unic. num.* 1294.
18 Recipiuntur tamen teſtes, atteſtationibus publicatis, non adhùc percuntato examine, ſi illi in termino citati ſint D. Conſil. Petr. *in Rit.* 149. *num.* 1.
19 potiſſimum ſi Judicis, aut Examinatoris de illis non recipiendo, acceſſerit culpa. Joan. Baptiſt. Hodiern. *ad Surd. cit. Deciſ.* 153. *num.* 4. & Paul. Staiban. *lib.* 1. *Reſolut.* 54. *nu.* 26. & accinit *indic.* Rit. 149. alia dat Antonin. Macerat. *in Reſol.* 106. *lib.* 1.
20 At verò teſtes: obtentis beneficiis, ſivè binis reſtitutionibus ad pinguiùs probandum, per privilegiatas perſonas producti, quod ſint recipiendi non eſt cùr dubitem; quicquid ſibi Amat. involvat *in citat. Deciſ.* 78. *num.* 7. id mihi ſuadens doctrina Hodiern.
21 *in ead. Obſervat.* 59. *num.* 6. Producenti ſcripturam publicam poſt concluſum in cauſa, quod ſibi terminus ad concomitandum concedendus ſit, & alteri parti ad impugnandum, probant Scaglion. *in pragm.* 73. *De Ordin. Judic. num.* 8. De Franch. *in Deciſ.* 631. Capyc. *in Deciſ.* 68. & *ibi* Proſp. Petr. *num.* 3. Gallup. *in prax. S. R. C. par.* 2. *cap.* 27. *num.* 9. D. Carol. Petr. *in Rit.* 238. *num.* 8. & Gregor. Motill.
22 *in prax. tit. de Grad. Concluſionis. num.* 10. modò tamèn de contentis in ſcriptura prædicta nihil in principali libello fuerit enunciatum, alias ſecùs, quia tùnc aliquid novi non addit, ſupèr quo in termino dato pars non potuit ſe defendere Rovit. *in pragm.* 11. *num.* 43. *De Ordin. Judic.* Ann. *in ſingul.* 502. & 503. Sanfelic. *in Deciſ.* 146. *num.* 5. & ità in duobus Contingentiis obtinui in S. R. C. Primo referente Conſiliario Paulo Staibano Die 7. Novembris 1670. pro Angela Gioja, & Attilio Marendino conjugibus, contrà Franciſcum Benincaſa, ut eſt videre in proceſſu in Banca Lælii Clavelli, inſcripto pro Franciſco Benincaſa cum Attilio Marendino, & Angela Gioja, ſecundò referente D. Conſiliario D. Joanne De Dura, cum interventu Spectabilis Præſidis S. R. C. Regentis D. Felicis Laenzina y Ulloa in cauſa Petri Lumera, cum Ignatio Cacace; in qua, Decreto fuit dictum, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt, verùm de partita banci (quam concomitari petierat pars) in actis præſentata habeatur ea ratio, quæ de Jure habenda erit in expeditione cauſæ: proceſſus eſt in Banca Januarii De Litto penès
23 Scribam Januarium Lanzottolum, & quod in termino, de quo agimus, aliud articulari non poſſit, niſi quæ tangunt veritatem ſcripturæ præſentatæ, Deciſum teſtatur Reverter. *in Deciſ.* 340. & *ibi* De Marin.
24 Unum modò hìc pro coronide obſervandum libet, quod ſi aliquis ex teſtibus in termino citatis, antè illius compilationem fato cedat, pars admittitur, ad mortui locum, alterum producere, quanquàm in eo termino citatus non ſit: ad hoc, ut facti veritas pateat, ut Deciſum fuit per S. R. C. Die 9. Februarii 1667. ad relationem tùnc Regii Conſiliarii, nùnc meritiſſimi Regiæ Cancellariæ Regentis D. Antonii Florilli in Cauſa Venerabilis Monaſterii Sanctæ Franciſcæ Romanæ Congregationis Olivetanæ, cum Beatrice Simonini, proceſſus eſt in Banca Franciſci Laviani, apùd Scribam Dominicum Romanum.
25 Poſt hæc in unum conſarcinata, atquè ad imprimendum Calcographo tradita, oſtendit mihi U. J. D. Jacobus De Angelis Allegationem quandam laborioſiſſimam Eliſæi Danza, cujus Epigraphen eſt *Demonſtrationes in jure, ut ad Defenſas reorum debeant recipi teſtes, nedùm poſt publicationem in cauſa criminali, verùm etiam poſt did cita teſtificata, & poſt ſententiam*, quam hìc ad præſentis Deciſionis ornatum imprimi facere opere pretium duxiſſem, niſi de verbo ad verbum tranſcribi illam, ſuppreſſo tamèn Authoris nomine, curaſſet Agnell. De Sarn. *in ſua prax. Criminal. à pagin.* 209. *ad* 216. juxtà illud Plinii Senior. *in Præfat. lib.* 1. *Scito conferentem authores me deprehendiſſe à juratiſſimis, & proximis, veteres tranſcriptos ad verbum, nequè nominatos.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXIX.
### SUMMÆ.

1 *Monetariorum pœna attento jure Communi non eſt mortis naturalis. Rejicitur* De Franch. *ex* D. Regent. noſtr. & Aliis.
2 . . . . . . . . . *in Regno capitalis eſt, atquè in Hyſpania. num.* 3.
*Ampliatur vigore* Regiæ Pragmaticæ *contrà tondentes, vel radentes monetam. nu.* 4. & *in aliis Mundi partibus num.* 6. *Quid in Cathalonia.* Rovit. & Peguer. *reiiciunt.* Ricc. *num.* 7.
5 *Crimen falſæ monetæ: qualitèr committatur?*
6 D. Carolus Antonius de Roſa *laudatur.*
8 *Expendens falſam monetam: qualitèr puniatur?*
*Quid in Regno? num.* 9. *Et quandò num.* 10.
11 *Monetam in parva quantitate tondens, aut fabricans, quæ plectatur pœna?* & *num.* 12.
13 *Statutum loquens de moneta, non habet locum in minima. Vide num.* 14. & 15.
16 *Falſam monetam non expendibilem cudens: quomodò puniendus?* Comprobatur Gizz. & *num.* 17.
18 *Mitiùs puniendum illum, qui cudere falſam monetam incæpit, ſed non perfecit, Qui dixerint. Qui contrarium; & qualitèr intelligendi.* Comprobatur Gizz.
19 *Monetam falſam falſificans, non punitur Pœna* Pragm.
20 *Mandans expendi falſam monetam, qua ſubjiciatur pœna.*
21 *Monetam falſam cudens: ſi ſua ſpontè Judici inditaverit, quomodò puniendus?*
22 . . . *juſti ponderis, & valoris cudens, mortis pœnam non evadit.*
23 . . . *Cudere Principi ſpectat.*
24 *Falſa moneta, penès aliquem reperta, facit in ipſum indicium ad torturam.* Comprobatur D. Reg. noſter.
25 *Inſtrumenta, ad cudendas falſas monetas apta, in domo inquiſiti reperta, faciunt inditium ad torturam.*
*Niſi bona inquiſiti accedat fama. num.* 26. & *qualis? num.* 27.
28 *Condemnato, de falſa moneta fabricatione appellatio non conceditur.*
*Fallit in condemnato pro expenſione monetæ. ibid.*
29 *Alia ad materiam. remiſſivè.*

1 VIncentium De Franchis primæ notæ Juris Conſultum errore lapſum *in Deciſ.* 401. notat D. Reg. noſter *hìc num.* 5. etenìm Monetariorum pœna Quiritum attento jure civilis, non autem naturalis mortis erat, probant id quoquè Scip. Rovit. *in Prag.* 1. *num.* 1.

Digitized by Google

1. *num.* 1. *De Monet.* & Carol. Anton. De Luc. *in Ob-*
*ſer. ad cit. Deciſ. De Franch.* 401. *num.* 1. *verſ. è con-*
2 *trario*. At in Regno capitalem pœnam huic crimini
irrogari habetur ex cap. *ut quæ de excellentia*. & in
3 Conſtit. *Adulterinam.* eandèm apùd Hyſpanos rece-
ptam teſtantur Cardoſo *in prax. judic. verb. moneta*
*num.* 3. & Criſtophor. De Paz *in Schol. ad leg. ſtyl. l.*
4 78. *num.* 88. ampliatam apud nos, etiam contra ra-
dentes, vel eam tondentes habeo in Prag. 1. *De Mo-*
*net.* & ſupèr eo extant elegantèr tradita per Rovit.
5 *in pragm.* 4. *nu.* 4. *eod. tit.* & per Thor. *in compend.*
*Deciſ. part.* 1. *verb. monetam Regiam tondens*. Cum
hoc crimen ne dùm committatur in ipſa falſificatio-
ne materiæ, aut ſigno, ſed etiam in ponderis dimi-
nutione. Joan. Ægid. Trullenc. *ad Præcept. Decalog.*
*tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. *Dub.* 1. *num.* 1. Mar. Antonin.
*lib.* 3. *Reſolut.* 44. *caſ.* 7. *verſ.* 1. Anton. Fab. *in ſuo*
*Codic. tit. De Falſ. monet. Diffinit.* 5. & noviſſimè
6 D. Carol. Anton. De Roſa celeberrimus J. C. olìm
M. C. V. criminum Judex illibatiſſimus, nùnc Re-
giæ Reviſionis meritiſſimus Fiſci Patronus, *in ſua ele-*
*ganti Prax. Crimin. Decret. M. C. V. cap.* 1. memor
D. Reg. noſtr. *num.* 7. indè ampliationem hanc per
varias Orbis nationes receptam fatentur Chriſto-
phor. de Paz *loc. indicat. num.* 130. & P. Molin. *De*
7 *Juſtit. tract.* 2. *Diſput.* 702. *num.* 8. & De Cathalo-
nia loquitur Ricc. *in Collect.* 172. *part.* 1. *ampliat.* 1.
cui Rovit. reſiſtit, ſequuto Peguer. *in Deciſ. Cathalon.*
86. teſtante in radente moneta in magna quantitate
triremis pœnam in perpetuum applicari.
8 Mortis quoquè pœnam ſubire falſam monetam
ſcientèr expendentem, concinunt Afflict. *in citat.*
*Conſtit. Regn. Adulterinam.* §. 1. *num.* 3. Burſat. *in*
*Conſ.* 146. *vol.* 1. Aymon. Cravett. *in Conſ.* 244. *nu.*
4. & Ricc. *in Collect.* 147. *ampliat.* 4. reſtrictam verò
9 ad triremes per annos tres habetur in Pragm. 2. §. *in*
*primis*. *De Monet.* Cujus meminit Rovit. *in ead.*
10 *pragm.* 1. *num.* 4. Niſi à quo illam habuiſſe doceat:
etenìm hoc caſu immunem à pœna prædicant De
Marin. *ad Revert. in Obſervat.* 207. Novar. *in Collect.*
*ad Pragm.* 2. *num.* 6. *Collect.* 3. *De Monet.* Ricc. *ad*
*Maſcard. De Probat. Concluſ.* 1070. Mar. Antonin. *in*
*citat. Reſolut.* 44. *num.* 7. & prolixè Farinac. *De Cri-*
*min. Læſ. Majeſtat. quæſt.* 115. *num.* 145.
11 Et à capitali pœna Peguer. *in Deciſ.* 46. excipit
illum, qui in parva quantitate monetam tondidit,
12 & idem in fabricante illam in parva quantitate in-
terpretati ſunt Menoch. *in lib.* 1. *De Succeſſ.* §. 7.
*num.* 37. & Tiraquell. *De Judic. in reb. exig. verſ.* 8.
13 *pagin.* 46. quia ſtatutum de moneta loquens, mini-
mam non includit Boſſ. *De Falſ. monet. num.* 4. ut de
moneta ænea unius ſemiſſis ſcribit Afflict. *in cit. Con-*
*ſtit. adulterinam*. Hinc Novar. teſtatur quemdam
14 extraordinariè punitum, qui reprobæ monetæ, ca-
rolenos quinque expendit *in quæſt.* 37. *nu.* 3. *lib.* 1.
15 Alterum verò laqueo ſuſpenſum idem ſcribit *in*
*eod. lib.* 1. *quæſt.* 147. *num.* 9. *verſ. ſed M. C. V.* quia
æneam monetam duorum ſemiſſium cuderat, ſed
pergito Sanfelic. *in Deciſ.* 59. *lib.* 1. & in Regno Va-
lentiæ id particulari ſanctione cautum refert Trul-
lench. *loc. allegat. num.* 7.
16 Quìd dicam in cudente falſam monetam non
expendibilem! Gizz. voluit pœnam Pragmaticæ non
mereri *num.* 7. & in idem veniunt Caroc. *in Deciſ.*
106. *num.* 13. Olea *De Ceſſion. jur. tit.* 2. *quæſt.* 5.
*num.* 31. Ricc. *in Collect.* 172. *limit.* 2. & Cabed. *in*
*Deciſ.* 89. *part.* 1. At id procedere ſtatuit D. Reg. no-
ſter *hic num.* 30. quotiès talis monetæ ſpecies in Re-
gno recepta non eſſet, & probant Alex. *in conſ.* 103.
*vol.* 1. Tiraquell. *De Retract. ligniag.* §. 1. *gloſſ.* 20.
*nu.* 12. Rovit. *in cit. prag.* 1. *nu.* 11. *&* 12. Decian. *loc.*
*cit. cap.* 25. *num.* 11. & Proſp. Petr. *ad Grammatic.*
17 *in Deciſ.* 74. *nu.* 1. Undè De Franch. tradit; quem-
dam, qui alterius Principis falſam cudit monetam,
ſed non ad formam perfectam, perpetuo ad triremes
fuiſſe condemnatum *in Deciſ.* 440.
18 Mitius quoquè puniendum illum, qui cudere fal-
ſam monetam incæpit, & non perfecit, cenſuit
Tap. *in cit. Conſtit. adulterinam. num.* 7. *lib.* 5. *jur.*
*Regn.* contrarium probant Grammatic. *in alleg. De-*
*ciſ.* 74. Muſcatell. *in prax. crim. tit. De Falſ. monet.*
*num.* 7. & Bajard. *ad Clar. in* §. *Falſum*. *num.* 314.
Ego verò cum Gizz. *hic num.* 9. ſum voti adverſan-
tem hanc opinionem adaptari quotiès non perfecit,
quia non potuit; ſicut Tapp. placitum in illo appli-
cari, qui pœnitentia ductus ab opere deſtitit, ut ele-
gantèr ſtatuunt Danz. *De Pugn. Doctor. tom.* 1. *tit.*
*De Falſ. monet. cap.* 1. *à num.* 39. & De Luc. *ad De*
*Franch. in ead. Deciſ.* 440. *num.* 3.
19 Nec pœnam in Pragm. contentam in falſificante
falſam monetam adaptari, placuit Joan. Petr. Surd.
*in Deciſ.* 282. *nu.* 18. Cott. *in ſuis memorabil. verb.*
*actus nullus*. & Menoch. *De Arbitr. caſ.* 316. *nu.* 18.
20 Idèm dicendum in illo, qui cudi, aùt falſam mo-
netam expendi mandat, opinati ſunt Hieronym. De
Laurent. *in Deciſ.* 114. *nu.* 6. Rovit. *in citat. Pragm.*
1. *num.* 1. & alii penès Danz. *ibid. num.* 44. Atquè
21 etiam in reo, qui ſua ſponte Judici ad indicandam
monetæ falſitatem venit, procedere putant Alex.
& Cyn. apùd Dec. *in l. quod te*, *num.* 8. *ff. ſi cert.*
*petat.* Cujus meminit Anton. Nig. *in tract. De Lau-*
*dem. tom.* 1. *quæſt.* 39. *Artic.* 2. *num.* 39.
22 At Monetarium prætextu, quod juſti ponderis, &
valoris monetam cudit, à pœna, in eadem lege con-
tenta, non excuſari concinunt Catalan. *De Indult.*
*cap.* 28. Viv. *in Opin.* 519. Menoch. *loc. citat.* & Danz.
*num.* 20. quia imperantis Principis majeſtatem uſur-
pat *l.* 2. *C. De Falſ. monet.* De Regalibus ſit monetam
23 cudere, Caroc. *De Locat. part.* 1. *tit. De Origin. locat.*
*num.* 4. Cardoſo *in Prax. Judic. & Advoc. verb. mo-*
*net. num.* 2. Peregrin. *De Jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 25.
*&* *tit.* 2. *num.* 97. Maſcard. *in Concluſ.* 1070. *De Pro-*
*bat. num.* 20. Chriſtophor. De Paz *in cit. l.* 78. *num.* 72.
Benedict. Ægid. *in l. ex hoc jure. ff. De Juſtit. & jur.*
*cap.* 8. *De Empt. & Vendit. nu.* 7. Petr. Gambacurt.
Soc. Jeſ. *De Immunit. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 44. *nu.* 6. *&*
11. Matthienſ. *in l.* 1. *gloſſ.* 13. *tit.* 10. *lib.* 5. *nov. re-*
*compil.* & Sanfelic. *in Deciſ.* 19.
24 Falſam monetam, in alterius poſſe, repertam ad
torturam in eum indicium facere, ſuadet D. Reg. no-
ſter *num.* 31. & in idèm deſcendunt Danz. *loc. cit. à*
*num.* 143. Capell. Tholoſ. *in Deciſ.* 162. Revet-
25 ter. *in citat. Deciſ.* 207. idquè admittunt quoquè ſi
in inquiſiti domo inſtrumenta ad falſas monetas cu-
dendas, apta, fuiſſet reperta, Hippolit. De Marſil. *in l.*
*qui falſam monetam. ff. ad leg. Cornel. De Falſ. nu.* 106. &
26 Boſſ. *loc. cit. nu.* 7. modò cum ea inventione, mala illius
fama concurrat. Thor. *in compend. Deciſ. part.* 3. *ſect.* 2.
*verb. monetarii. circ. med.* Maſcard. *in cit. Concluſ.*
1070. *nu.* 9. *&* 10. ac De Luc. *in allegat. Obſerv.* 440.
27 *num.* 4. ſed qualis bona fama, inditium hoc exclu-
dat, dant Danz. *loc. cit. à num.* 26. *ad* 29. *à num.*
78. *ad* 91. *à num.* 30. *ad* 35. *num.* 60. *& ſeq. &* 121.
Giurb. *in Conſ. Crimin.* 85. *num.* 9. & Guazz. *ad De-*
*fenſ. reor. Defenſ.* 4. *cap.* 9.
28 Denegari Monetario, ex eo condemnato crimine,
appellationem legitur *in l.* 1. *C. De Falſ. monet.*, Con-
trarium ſi pro expenſione monetæ, ſententia inter-
poſita ſit, probant Rovit. *in citat. Prugm.* 1. *num.* 5.
De Franch. *in Deciſ.* 351. & *ibi* De Luc.
29 Hæc ob alienas, quibus hodiè angor curas, Calco-
grapho quoque inſtante, currenti calamo adnotata
ſunt, alia ad materiam dùm ultrò immorari non
poſſum repete à Gomes *tom.* 3. *var. cap.* 3. *& in l.*
83. *Taur.* Petr. Gregor. *Syntagm. jur. lib.* 36. *cap.* 2.
Ricc. *in Coll.* 172. Valaſc. *in Alleg.* 13. Guttierez *pract.*
*quæſt.*



Digitized by Google

*quæſt. lib. 3. quæſt.* 4. Muſcatell. *in prax. De Falſ. monet.* Chriſtophor. De Paz. *loc. cit.* De Franch. *in Deciſ.* 351. & 401. & *ibi* De Luc. Azeved. *in lib.* 8. *nov. recompil. l.* 5. & 6. *tit.* 17. D. Merlin. *in l.* 2. *Controv.* 26. Maſtrill. *De Indult. cap.* 27. Conciol. *in Reſol.Crim.* 4. *verb. moneta falſa.* Vermigniol. *in Conſ.* 221. Scyaloja *in prax. forjud. cap.* 3. & D. Carol. Anton. De Roſ. *loc. citat. cap.* 8. *num.* 14. & 15. *ubi* noviſſimam refert Deciſionem.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXX.
### *SUMMÆ.*

1 *Anima impura: an à ſe ipſa errare cogatur ad pænam?*
2 *... cunctis rebus eſt præferenda.*
3 *Exequutio legati pii: nùm mixti fori ſit? Comprobatur* D. Reg. noſter *contrà* Epiſcop. Marant.
*Quìd in Regno per erectionem Tribunalis Reverendæ Fabricæ? num.* 4.
5 *Pro exequutione legati pii, præventioni locus eſt.* Comprobatur D.Reg. noſter.
6 *Per ſolam verbalem citationem executam; inducitur præventio.* D.Reg. noſter comprobatur.
7 *Præventio non inducitur, per citationem ad informandum executam.*
8 *Judex, qui poſſeſſionem cognovit, de revocanda poſſeſſione Judicat.*
9 *Preambuli Decretum: præventionem non inducit.*
10 *Tribunal Reverendæ Fabricæ, in quibus verſetur cauſis?*
11 *Judex ad certas cauſas deſtinatus, ſuam Juriſdictionem prorogare nequit.*
12 *Procurator, abſque mandato ſpeciali, Judicis Juriſdictionem non prorogat.*
13 *Præventa cauſa apud laicum Judicem: Tribunal Reverendæ Fabricæ in illa non ſe ingerit.* Cum Deciſ. noviſſ.
14 Ill. Ducis Sancti Angeli Regent. D. Jacobi Capycii Galeota *laudes emerita.*
15 *Legatà pia, in teſtamento nullo relicta, an debeantur? Adducitur* D. Regentis noſtri, & Aliorum, *affirmativum placitum, Improbatum à* De Marin. Tomaſ. & aliis *num.* 16.
17 *Pia cauſa inſtituta in teſtamento, in quo aliquæ ſollemnitates deficiunt, legata in eo ad cauſas profanas ſcripta deberi ſtatuunt* De Benedict. Covarr. & alii. *Rejectis* Clar. Bonacìn. & De Lugo. *nu.* 18.
19 *Teſtamento nullo, pia cauſa non inſtituta, legata pia non deberi, dicunt* Surd. Barboſ. & Alii.
20 *Juriſdictio cumulativè non privativè conceſſa præſumitur.* Comprobatur D.Reg. noſter.
21 *..... Feudo annexa, privativè cenſetur conceſſa.*
22 *..... quandò cumulativè, vel privativè conceſſa videatur?*
23 *Teſtatoris voluntas: conjecturis demoſtratur.* Comprobatur D. Reg. noſter.
24 *Conjecturæ, apertiſſimæ exiſtimantur probationes.* D. Reg. noſter comprobatur.
25 D. Joan. Dominicus Panſutus *cum laude adducitur.*
26 *Conjecturis contrahentium mens dignoſcitur.*
*Præcipuè ſi plures concurrat conjecturæ. nu.* 27.
28 *Conjecturæ, erundæ occultæ veritatis efficacia inſtrumenta.*
29 *Conjectura: quo pacto ethymologiam ſumpſit.*
30 *Conjecturæ, ad Judicandum ſatis ſunt, quotiès quìd Difficile probatu eſt.*
31 *De Introductione Tribunalis Reverendæ Fabricæ, nonnulla.*
32 *Teſtator, legatum: nùm relinquere valeat cum conditione, ut in illo Reverenda Fabrica non ſe intromittat.*
33 Advocati, *qui in principali articulo præſentis* Deciſionis *prolatæ in incidenti ſcripſerunt; referuntur.*
34 P. Anton. Roſſi *Soc. Jeſ. cum laude memoratur.*

1 ANima impura: an à ſe ipſa errare cogatur ad
pœnam, elegantèr ediſſerit Pomp. Gariglian.
2 *in Platon. Phædon. pagin.* 50. ea verò cunctis rebus
præferenda eſt *l. juſtiſſime. ff. De Edilit. Edict.*
3 Contendit propterèa Epiſcopus Marant. Exequutionem legati pii Epiſcopo pertinere *in Tract. Apologetic. Pro Jurib. Eccleſ. Reſponſ.* 1. *à num.* 4. *ad* 83. At illam eſſe mixti fori aptiùs probat ex multis D. Reg. noſter *hìc num.* 9. quibus modò ſubnectimus Sebaſtian. Medic. *tom.* 2. *oper. opuſc.* 4. *num.* 25. Covar. *in cap. ſi hæredes. num.* 1. *verſ. verum etiam. De Teſtament.* Bellug. *in ſpecul. Princip. Rubric.* 17. §. *videamus. num.* 4. Carpan. *De Exeq. ult. volunt. lib.* 1. *cap.* 21. *à num.* 2. Cervantes *in l.* 6. *Taur. à nu.* 116. Cevall. *De Cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 84. Cened. *quæſt. pract.* 14. Paz. *in prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 44. Bovadill. *lib.* 2. *Politic. cap.* 17. *num.* 104. & *cap.* 18. *num.* 120. Andr. Barbat. *in Conſ.* 42. *col.* 4. Guttierez *lib.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 3. Jacob. à Canib. *de Execut. ult. volunt. part.* 1. *num.* 25. *in fin.* Pereira *De Man. Reg. part.* 1. *cap.* 16. *ſub num.* 5. & 7. Molin. *De Juſtit. tom.* 1. *tract.* 2. *Diſput.* 134. Dicaſtil. *in ſimil. tract. lib.* 2. *tract.* 19. *Diſput.* 1. *Dub.* 10. *num.* 131. Auguſtin. Barboſ. *in Tract. De Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 26. *à num.* 22. & *in Tract. De Poteſtat. Epiſcop. in Addit. ad Allegat.* 82. *liter. E. verſic. de hac autèm legatorum. pagin. mihi* 907. Perez *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordinament. pagin.* 206. & *Alii* in maximo numero allegati per Mart. *De Juriſdict. part.* 2.
*cap.* 10. *num.* 14. & per Balthax. Tomas. *in Tract. De*
4 *Diſpoſit. ad pias cauſ. tit.* 2. *cap.* 64. idquè in Regno
expeditum domonſtrat, per erectionem Tribunalis
5 Reverendæ Fabricæ, Joan. Baptiſt. Thor. *ad Tiraquell. De Pia Cauſ. privileg.* 149. proindè præventioni fieri locum ſtatuunt D. Reg. noſter *hìc num.* 11. & 30. Reverter. *in Deciſ.* 357. & *ibi* De Marin. & Joan. Bapt. Ciarlin. *in Controverſ.* 21. *ex num.* 10. *tom.* 1.
6 Induci præventionem, per ſolam verbalem citationem executam, tradit D. Reg. noſter *hìc num.* 14. Ceval. *loc. cit. quæſt.* 81. *num.* 2. & 6. Maſcard. *De Probat. concluſ.* 1233. *vol.* 2. *num.* 6. Pereira *loc. indicat. part.* 2. *cap.* 57. *num.* 9. Salgad. *De Retent. Bullar. pagin.* 198. *num.* 34. Garſ. Maſtrill. *in Deciſ.* 210. *num.* 1. Gaill. *in Obſervat.* 11. & 74. *lib.* 1. Conſtantin. Caſar. *in quæſt. peregrin.* 14. *num.* 48. Mar. Antonin. *lib.* 3. *Reſolut.* 38. Capiblanc. *De Baronibus pragm.* 8. *part.* 2. *num.* 211. *tom.* 1. D. Carol. Petr. *tom.* 2. *Rit.* 189. *num.* 8. & eſſe communem opinionem teſtatur Mart. *in cit. tract. De Juriſdict. part.* 2.
7 *cap.* 3. *num.* 1. modò tamèn citatio ad informandum
non ſit, per quam præventionem non induci: quia per eam, pars inſtrui non poteſt, concinit D. Merlin. *lib.* 1. *Controverſ.* 80. *num.* 27.

Comprobantur tradita, Deciſione ſub Patrocinio Noſtro interpoſita per Regium Collaterale Conſilium, in cauſa Portiæ del Verme cum Venerabili Monaſterio Sancti Laurentii propè Padulam Ordinis Carthuſiæ, etenìm mortuo Sylvio del Verme De Anno 1658. adita Portia, Curia terræ Alphani, obtinuit ab illa Decretum preambuli: quia germana ſoror; Adiit Procurator Monaſterii in anno 1665. Tribunal Reverendæ Fabricæ hujus fideliſſimæ Civitatis præſentata quadam ſchedula, Sylvii chirographo, ut prædicabat ſcripta (*de qua in Obſervat.* 140. *à nu.* 13.) & poſt terminum ſummarium, obtinuit Die 19. Octobris

bris

bris 1665. in prima ſeſſione Decretum immiſſionis in hæreditate, cum laicali cautione de reſtituendo etiàm fructus, impartiendo terminum ſupèr petitis per Portiam.

Oppoſita in Regio Collaterali Conſilio, pro parte Portiæ, Judicis incompetentia, inſtabam Ego cau-
8 ſam cognoſcendam eſſe in S. R. C. vel M. C. V. dum Portia Judicis laici decreto immiſſa fuerat in poſſeſſione, atquè adeò apùd eundèm de ejuſdèm poſſeſſionis extinctione tractandum. *l. quod juſſit. De Re Judicat.* Ferret. *in Conſ.* 27. *num.* 7. *& in Conſ.* 30. *num.* 2. Bald. *in l. fin. num.* 5. *C. De Edict. Div. Adrian.* Roman. *in Conſ.* 158. *num.* 2. & *ibi* Mandoſ. Mart. *loc. citat. part.* 4. *caſ.* 159. *num.* 1.

Reſpondebam objecto, Portiæ Procuratorem abſquè Judicis incompetentiæ oppoſitione fuiſſe paſſum procedi in Tribunali Reverendæ Fabricæ; Quod
9 quamquàm preambuli Decretum coràm Judice laico præventionem cauſæ non inducat Conſil. Petr. *in Rit.* 181. *num.* 10. Theodor. *in Allegat.* 17. *num.* 21. Prat. *in Diſcept.* 13. *num.* 74. *tom.* 1. Thor. *in Comp. part.* 2. *verb. preambulum*, & D. Reg. noſter *in Deciſ.* 198. *num.* 18. tamèn negari non poterat Reveren-
10 dæ Fabricæ Tribunal, eſſe Judicem competentem in cauſis, quando hæredes negligunt pias adimplere diſpoſitiones. Joan. Mar. Novar. *De Privileg. piæ cauſ.*
11 *privileg.* 47. *nu.* 2. indè cum Judex deſtinatus ſit ad certas cauſas, ſuam Juriſdictionem prorogare non poterat, quia aliter daretur illi Juriſdictio quam non habet. *l. privatorum.* 3. *C. De Juriſdict. omn. Judic.* optimè Carleval. *De Judic. quæſt.* 8. *ſect.* 1. *num.* 973. *& melius in ſect.* 4. *num.* 1169. Rovit. *in Pragm.* 2. *De Juriſdict. invic. non turb. num.* 26. Nec procura-
12 torem: abſquè ſpeciali mandato Judicis Juriſdictionam prorogare poſſe legitur in *l. procurator cui. ff. De Procurat.* & probant De Marin. *ad Reverter. tom.* 1. *Obſerv.* 31. *num.* 2. *& lib.* 1. *Reſolut.* 66. *num.* 7. ac Carleval. *in ead. quæſt.* 8. *ſect.* 3. *num.* 1143.
13 Proindè Die 17. Octobris 1667. referente in Regio Collaterali Conſilio Ill. Duce Sancti Angeli Spectabi-
14 li Regente D. Jacobo Capycio Galeota viro Atavorum nobilitate, facundia, eruditione, & in legali facultate claro; Me patrocinante fuit proviſum, *quod M. C. V. in cauſa prædicta procedat, & Juſtitiam faciat*, proceſſus eſt apùd Lombardum Regium à Mandatis ſcribam.
15 Legata pia in teſtamento nullo relicta non deberi ſcribit D. Reg. noſter *hic num.* 12. & latè defendunt Fachin. *lib.* 4. *Controv.* 3. Conrad. Ritterſuſius *in lib.* 4. *Different. Jur. Civil. & Canonic. cap.* 2. Contrarium
16 fatentur verum De Marin. *in adduct. lib.* 1. *Reſolut.* 237. *ex num.* 7. Tomas. *loc. allegat. tit.* 2. *cap.* 161. *num.* 252. Tiraquell. *ubi ſup. privileg.* 7. Vaſq. *De Teſtam. cap.* 2. *num.* 27. & Novar. *in indicat. privileg.* 7. *num.* 16.

At Alii voluere, quod ſi in teſtamento pia cauſa inſtituta ſit, tùnc legata in illo relicto, licèt profana
17 ſubſtineantur, quia dum attenta gratia piæ cauſæ convalidatur inſtitutio nulla, ratione teſtamenti non ſollemnis, & cum ea inſtitutio caput teſtamenti habeatur, ità cæteræ partes ſubſtineri debent. Gulierm. De Benedict. *in cap. Raynutius. verbo teſtamentum. el primo num.* 69. *De Teſtament.* Graff. *recept. ſentent. §. teſtamentum. quæſt.* 17. *nu.* 7. Simon. De Pret. *De Interpretat. ultim. volunt. pagin.* 245. *nu.* 9. Lopez *De Contract. lib.* 2. *cap.* 44. *verſ. ſecundum privilegium.* Covar. *in cap. relatum. col.* 1. *De Teſtam.* Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ità. num.* 972. *ff. ad Trebell.* Villalobos *par.* 2. *tract.* 30. *Diff.* 4. *num.* 7. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 19. *Dub.* 7. Balthax. Tomas. *loc. citat. cap.* 31. *num.* 73. Joan. Ægid. Trullench. *ad Præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *dub.* 4. *nu.* 2. Vincent. Fuſar. *in Tract. De Subſtit. quæſt.* 572. Molin. *loc. cit. Diſput.* 174. Tiraquell. *in privileg.* 80. & Fagundez
18 *De Juſtit. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 21. ſed conſtantèr contrarium aſſerunt Jul. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 6. *num.* 274. Bonacin. *De Contractib. Diſput.* 3. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 18. & De Lugo *De Juſtit. tom.* 2. *Diſput.* 22. *ſection.* 9. *num.* 274. Si verò tabulæ teſtamenti
19 corruunt: quia in illis debitæ ſollemnitates, adhibitæ non fuiſſent, nec pia cauſa inſtitura, & tùnc quia hæredis inſtitutio nullo convalidatur privilegio, ità & legata omnia, non ſubſtinentur, etsì ad cauſam piam relicta ſint. De Benedict. *loc. citat. num.* 70. Joan. Petr. Surd. *in Deciſ.* 292. *num.* 14. Barboſ. *in lib.* 3. *De Jur. Univerſ. cap.* 27. *num.* 95. Tomas. *loc. cit. num.* 74. contrarium tamen probant allegati à Surd. *num.* 2.
20 Succeſſivè obſervo *num.* 26. Juriſdictionem cumulativè non privativè conceſſam præſumi, probatur id per text. *in cap. ſupèr hoc. De Hæretic. in* 6. *cap. irrefragabili §. exceſſus. De Offic. Ordin. l. fin. C. Ubi cauſ. fiſcal. l. fin. C. de Juriſd. omn. Judic. l.* 1. *C. de Offic. præfect. urb.* & ſcribunt Menoch. *De Arbitr. quæſt.* 20. Novar. *in pragm.* 2. *De Baronib. Collect.* 28. *n.* 30. Roland. *in Conſ.* 80. *vol.* 2. Mart. *De Clauſul. part.* 2. *clauſul.* 7. *n.* 17. Mareſcot. *lib.* 1. *Reſolut.* 54. Scrader. *De Feud. part.* 10. *ſect.* 1. *num.* 125. Feliu *var. Concl. lib.* 1. *verb. Juriſdictio.* Staiban. *in Reſolut.* 188. *nu.*
21 61. *tom.* 2. & elegantèr Mart. *in cit. tract. De Juriſd. part.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 147. *num.* 5. Nisì tamquàm Feudo annexa, conceſſa ſit, cum eo caſu privativè conceſſa cenſeatur Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 15. Ann. *in ſingul.* 631. Barboſ. *in l.* 1. *Art.* 4. *num.* 112. *ff. De Judic.* Proſp. Petr. *ad Capyc. in Deciſ.* 19. *nu.* 5. Menoch. *De Præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *à num.* 5. Sixtinus *De Regalib. lib.* 1. *cap.* 5. Ludovic. *Comm. opin. De Juriſdict. concluſ.* 556. Frecc. *De Subfeud. lib.* 2. *Author.* 9. D. Carol. Petr. *in Rit.* 46. *num.* 6. *&* 7. Donat. Anton. De Marin. *Reſolut.* 213. *a num.* 7. *cit. tom.* 1. & Carleval. *loc. allegat. lib.* 1. *tit.* 1. *Diſput.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 1. *num.* 794. *& quæſt.* 8. [illegible] 2. *num.* 110.
22 & quandò Juriſdictio privativè, vel [illegible]lativè conceſſa cenſeatur, extricant latè Cancer. *part.* 2. *Reſolut.* 2. *à num.* 199. Mar. Antonin. *lib.* 3. *Reſolut.* 4. *num.* 2. Gregor. Lopez *in l.* 24. *tit.* 9. *part.* 2. *gloſſ.* 6. & Barboſ. *in indicat. Artic.* 4. *ex nu.* 73.
23 Teſtatoris voluntatem, conjecturis demonſtrari, concinit D. Reg. noſter *num.* 32. & probant Signorol. *in Conſ.* 181. *nu.* 6. *&* 9. Marian. Soccin. *in Conſ.* 167. *n.* 20. *lib.* 1. Surd. *in Conſ.* 129. *nu.* 10. *lib.* 1. Marc. Anton. De Amat. *in Deciſ. Ferrar.* 5. *nu.* 15. Magdal. *De Numer. Teſt. in Teſtam. requiſ. part.* 2. *cap.* 5. *à num.* 33. Serafin. *in Deciſ.* 1329. *num.* 13. Caſtil. *in Controv.* 93. §. 6. *num.* 3. *lib.* 3. Anna *in Conſil.* 10. *num.* 35. *lib.* 1. Rot. Roman. *in Deciſ.* 266. *num.* 2. *&* 19. *part.* 1. *Recentior.* Paul. Staib. Senior *in Conſ.* 8. *num.* 32. Paul. Staiban. junior *in Reſolut.* 18. *num.* 5. *& in Reſol.* 56. *à num.* 5. *tom.* 1. Cenſal. *ad Peregrin. De Fideicom. Artic.* 25. *verſ. ſecunda eſt conjectura. pagin.* 162. *in Edition. Neapol.* Epiſcop. De Afflict. *in Controv.* 10. *num.* 39. De Marin. *citat. tom.* 1. *Reſolut.* 141. *num.* 10. Joan. Lonard. Rodoer. *in Conſil.* 18. *num.* 7. D. Reg. noſter *in Conſult.* 180. *à num.* 32. *tom.* 1. Reg. De Philip. *in Diſſertat.* 37. *num.* 85. quia ipſæ
24 conjecturæ apertiſſimæ exiſtimantur probationes. D. Reg. noſter *hic num.* 33. Uldar. Zaſius *in l. non dubium. num.* 7. *ff. De Legib.* Jaſ. *in l. licèt Imperator. notab.* 3. *ff. De Legat.* 1. Afflict. *in Deciſ.* 44. *num.* 15. Tiraquell. *in l. ſi unquàm. C. De Revocand. Donat. verb. Donatione largitus. num.* 159. Maſcard. *De Probation. tom.* 1. *quæſt.* 14. *nu.* 13. *& Concluſ.* 212. *num.* 2. Ro-
25 doer. *loc. allegat. num.* 8. & D. Joan. Dominic. Panſut. Juris Conſultus perdoctus *in Controverſ.* 6. *num.* 36. nedùm in ultimis voluntatibus verùm in contracti-
26 bus etiam. D. Reg. noſter *in Conſult.* 144. *num.* 11. &

Digitized by Google

27 & 13. *eod. tom.* 2. præcipuè ſi plures concurrant. Mantic. *De Conjectur. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 5. Caſanat. *in Conſil.* 20. *num.* 60. Caſtill. *lib.* 4. *Controv.* 9. *nu.* 24. *& lib.* 5. *Controv.* 143. *nu.* 45. Caren. *in Reſol.* 128. *num.* 3. Molin. *De Primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 42. &
28 Reg. De Philip. *loc. indicat. num.* 144. Etenim eruendæ occultæ veritatis, efficacia inſtrumenta conjecturas eſſe, fatetur Auguſtin. Maſcard. *Art. Hiſtor. tract.* 2. *cap.* 4. Cujus meminit P. Ant. Caracciol. Cler. Regular. *De Monument. Eccleſ. Neapol. cap.* 20. §. 8. *verſ.*
29 *Tædet me. pagin.* 208. Et Fab. Quintil. conjecturam à Conjectu nomenclaturam ſumpſiſſe, ut puta quadam rationis directione ad veritatem, tradit *in lib.*
30 3. *cap.* 7. Illaſquè ſufficere ad Judicandum, quoties quid difficile probatu eſt, teſtatur eruditus Dominic. De Rub. *in Certamin.* 7. *num.* 39. & 99.

31 De Introductione verò Tribunalis Reverendæ Fabricæ tractant eleganter, atquè Declarationes nonnullas memorant Rovit. *in Pragm.* 1. *De Legat. piis.* Ricc. *part.* 2. *Reſolut.* 377. & 378. Marant. *in Reſpon.* 24. *tom.* 1. *& in Reſponſ.* 68. *à num.* 48. *part.* 3. Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Fabrica Sancti Petri.* Danz. *De Pugn. Doctor. tom.* 1. *Tit. De Legat. piis cap.* 1. *à nu.* 11. Et *à nu.* 17. *ad* 44. imprimi curavit Inſtructiones per ejuſdem Tribunalis Commiſſarios ſervandas, extatque ea de re conſultatio Regii Collateralis Conſilii De Anno 1579. in actis Regalis Cancellariæ, nec non Pragm. 14. §. 22. *De Offic. Secretar.* & in Anno 1676. in lucem prodiit libellus Romæ impreſſus Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ, Cujus Epigraphen eſt *Compendium Privilegiorum Reverendæ Fabricæ* Auctore Joanne Carolo Veſpignano, Conſule illum in contingentia.

32 An Teſtator poſſit relinquere legatum cum conditione, ut in illo Rev. Fabrica non ſe intromittat? Adeas Novar. *lib.* 1. *quæſt.* 111. *nu.* 10.

33 Cæterum Obſerva, in cauſa principali hujus Deciſionis in incidenti prolatæ pro hæredibus ab inteſtato calamum arripuiſſe ſuum Conſil. Rocc. *in Reſponſ.* 76. & pro Collegio Conſil. Eraſmus De Ponte, & Conſil. Joſeph De Roſa, *ut eſt videre in hujus Conſult.* 36. & videſis quoquè Epiſcop. Marant. *tom.* 5.
34 *Reſponſ.* 25. Noviſſimè tandem pro eodem Collegio ſequens compoſuit locupletiſſimum Juris Reſponſum Sapientiſſimus P. Anton. Roſſ. Soc. Jeſ.

Si unquàm minus libenti animo in jure ad ſcribendum acceſſi, in hac ſanè cauſa ad id muneris nimis invitus accedo; nec meæ cunctationis in cauſa eſt controverſiæ diſputandæ difficultas; ſed illud ipſum, quod me ſecurum victoriæ reddit; eximia nempè authoritas, & doctrinæ præſtantia tot clariſſimorum Juriſconſultorum, qui pro eadem cauſa ſcripſerunt, hi ſunt, Epiſcopus Maranta *reſponſo* 25. *tom.* 5. Dom. Reg. Conſil. Eraſmus De Ponte, Regens Hector Capyc. Latro *Deciſ.* 180. &, quod caput eſt, eximius ille vir, omni eruditionis, ingenii, ac doctrinæ laude in cunctis ſuſpiciendus Dom. Reg. Conſil. Joſeph de Roſa *Conſult.* 36. (qui, dum hæc ſcriberem, ingenti meo, & verò etiam hujus Urbis, atquè omnium bonorum mærore vitam cum morte commutavit) Quid enim ego addere unquam potero his, quæ tanti viri pro Coll. Soc. Jeſu tradiderunt? arripui tamen calamum, vel reluctantem, ea tantùm gratia, ut ne deeſſe viderer Collegio illi, cui tantum debeo, quod adeò bene de me meritum eſt, imò de Urbe hac univerſa, ita tamen ſcribam, ut ſemper tantorum virorum, & præſertim dicti Domini De Roſa veſtigiis inſiſtam, quo duce haud dubito, quin ad victoriæ optatum portum ſecurus appellam.

Porro narrationem hiſtoricam omittens (ex qua, quod opus erit, inter differendum excerpam, ut brevitati conſulam in re ſepiùs recitata) initio ipſo ſcriptionis meæ, triplicem, quò collineabo, ſcopum aperiam.

Et primò mihi probandum aſſumo, non poſſe adminiſtrum Montis qu. Octavii Boni, quidquam Octavii conſanguineis elargiri; deinde, ſi poſſet, non teneri, etsì pauperes ipſi eſſent; & tandem eorum confictam eſſe paupertatem develabo.

# CAPUT PRIMUM.

## Montis adminiſter non poteſt aliquid ex Montis reditibus Octavii conjunctis elargiri.

### *SUMMARIUM.*

1 *Proponitur duplex ratio, quamobrem nihil poſſit* Octavii *conjunctis erogari.*
2 *Diſpoſita contemplatione alicujus, illi ipſi acquiruntur.*
3 *Idquè obtinet in donationibus.*
4 *Profectitia ſunt, donata filiis intuitu Patris.*
5 *In donationibus non tam attenditur, cui donatur, quam cujus contemplatione donatur.*
6 *Legatum illi acquiritur, cujus contemplatione ſcriptum eſt.*
7 *Extinguitur legatum, extincta perſona, cujus intuitu eſt factum.*
8 *Ille cenſetur inſtitutus, cujus gratia aliquis eſt inſtitutus, indirectè tamen.*
9 *Ex conjecturis colligi poteſt, cujuſnam contemplatione facta ſit diſpoſitio.*
10 *Non minus ſervanda eſt diſponentis tacita, ſeu conjecturata voluntas, quàm expreſſa.*
11 *Enumerantur ſex conjecturæ contemplati ab* Octavio *collegii.*
12 *Affectio diſponentis erga aliquem, idem eſt, atquè ejuſdem contemplatio.*
13 *Diſpoſitio facta ad honorem alicujus, ipſius contemplatione facta cenſetur.*
14 *Relictum Cappellæ alicujus Sancti, acquiritur Eccleſiæ, in qua eſt Cappella.*
15 *Legans filiæ alicujus ſub commemoratione ipſius matris, matri legaſſe cenſetur.*
16 *Unuſquiſquè in dubio cenſetur diſponere ad commodum loci, ubi diuturnum habuit domicilium.*
17 *Teſtatores ſolent Eccleſiis, in quibus eligunt ſepulturam, ſua bona relinquere.*
18 *Diſpoſitio directa adminiſtratori Eccleſiæ incognito, aut non conſanguineo, cenſetur ſcripta intuitu Eccleſiæ.*
19 *Præſertim ubi redditio rationum ſit remiſſa.*
20 *Verba enunciativa non diſponunt; ſed fallit favore piæ cauſæ, num.* 21. *& ubi directa ſunt ad gravatum, num.* 22. *aut pro perſona de enunciante benemerita. num.* 23.
24 *Enunciativa verba facilè declarant diſpoſitionem, ſi minus diſponunt.*
25 Collegium Neapolitanum Soc. Jeſu *eſt locus valde pius.*
26 *Teſtes familiares qui dicantur, & quando admittantur?*
27 *Religioſi poſſunt ferre teſtimonium pro domo ſua Religionis, præſertim ſi ſint ex alia domo ejuſdem Religionis.*
28 *Minus idonei teſtes cum idoneis conjuncti fidem faciunt plenam.*
29 *Verba enunciativa non diſponunt adversùs anterius ſolenne teſtamentum.*
30 *Conjecturæ plures conjunctæ ad idem, mutuò ſe juvant, & fortiores fiunt.*
31 *Noſtri Montis Gubernator debet omnes reditus Collegio attribuere, exceptis his, quæ Teſtator expreſſit.*

32 Exe-

Digitized by Google

32 *Executores teſtamentarii tacitam, & conjecturatam ſervare debent teſtatoris voluntatem.*
33 *Recenſentur conjecturæ, quibus conſtat,* Octavium *voluiſſe omninò excluſos à reditibus Montis conſanguineos.*
34 *Ex litibus odia oriri ſolent.*
35 *Commiſſarius ad inſtituendum majoratum, etiam veroſimilem teſtatoris mentem ſequi debet, nec poteſt ad majoratum vocare teſtatori inviſum. nu.* 36.
37 *Expenditur ad rem noſtram* Deciſio Rotæ 70. *poſt* Melium in addit. ad Caſtill. de alimentis.
38 Natta *in Conſ.*211. *excludit conſanguineos* Octavii *à fortiori.*
39 *Et multò magis Conſ.* Cæphali 702.
40 *Nequit S. C. decernere pro actoribus, nè validum teſtamentum* Octavii *declaret, alitèr decretum eſſet nullum.*

1 QUod pertinet ad defectum poteſtatis, aſſero, non
poſſe Montis Rectorem quidquàm ex ejus fru-
ctibus conſanguineis inſtitutoris elargiri;
idquè duplici ratione oſtendam, quia ſcilicèt dicto
Collegio deſtinavit omnia ſua bona Octavius; & quia
omninò conſanguineos voluit excluſos. ſit ergo ad
prioris rationis confirmationem.
2 PRIMA PROPOSITIO. Diſpoſita contemplatione
alicujus, illi ipſi, cujus intuitu diſpoſita ſunt, acqui-
runtur.

Hæc propoſitio locum obtinet in omnibus prorſus,
& ſingulis diſpoſitionum generibus, & ſpeciebus;
nempè in actibus ultimarum voluntatum, in lega-
tis, in inſtitutionibus, & in donationibus intèr vi-
vos.
3 In donationibus perſpicuum eſt, donata filio, con-
templatione Patris, acquiri Patri, & non filio, ad
tex. *in l. cum oportet*, ubi gl. *verbo, ex ejus ſubſtantia,*
*in l. ſed ſi plures, §. in arrogato, D. de vulg. ſubſtit.*
melior Text. *in l. à Titio, D. de acquir. hæred.* Iſernia
*cap.* 1. *ex num.* 13. *de alien. feudi paterni*, Menoch.
*præſ.* 28. *num.* 9. *lib.* 3. Et propptereà receptiſſimum
eſt in jure, quod profectitia ſint bona, quæ donantur
4 filiis contemplatione Patris, Bald. *d. l. cum oportet.*
*num.* 3. *C. de bonis, quæ liberis*, Alex. *conſ.* 189. *lib.*
5. Soc. jun. *conſ.* 91. *num.* 20. *lib.* 1. & alii plurimi
apùd Mendes luſitanum *d. l. cum oportet d. verſ. ex*
*ejus ſubſtantia. num.* 6. *fol. mihi* 4. Surd. *Deciſ.* 118.
*num.* 4. & *Deciſ.* 322. *nu.* 47. *cum ſeq.* & *Deciſ.* 324.
*num.* 9. Caſtillo *Controv. juris, lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 27. &
iterùm Surd. *conſ.* 305. *num.* 62. & 63. *lib.* 2. Menoch.
*conſ.* 286. *num.* 9. poſt alios. ita etiam dicimus, dona-
ta uxori contemplatione viri, viro acquiri, & con-
tra. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 26. & *præſ.* 28. *num.* 9. Ca-
ſtillo *cit. cap.* 5. *num.* 29. ex Theologis Th. Sanchez *de*
*ſponſalibus lib.* 6. *diſput.* 26. *num.* 11. ubi latè com-
probat, & veriorem appellat, & communiorem,
Ludovic. Molina *de juſt. diſput.* 430. *concl.* 2. Ludovi-
cus Lopes *de Contr. lib.* 2. *cap.* 47. *§. ſed de his donatio-*
*nibus*, Martin. Bonac. *tr.* 3. *de Contr. diſp.* 26. *nu.* 10.
& alii paſſim. Et universè admonet Menoch. *conſ.*
309. *num.* 20. non eſſe attendendam nominationem
5 perſonarum in donationibus, ſed eas perſonas, qua-
rum contemplatione fiunt. conſentit Caſtillo *l. cit.*
*num.* 31. & apùd ipſum Honded. *conſ.* 51. *num.* 10.
& *conſ.* 90. *num.* 18. *lib.* 1. ut enim rectè Mantica *de*
*conject. lib.* 8. *tit.* 4. *num.* 8. non quæritur, cum quo
diſponens loquatur, ſed in quem ejus voluntatis in-
tentio dirigatur, *l. cum Pater, §. legationis, de leg.* 2.
cum ſimilibus apùd Anchar. *conſ.* 155. *num.* 8. ubi,
quod ſæpe *in diſpoſitione unus exprimitur, ad alium*
*verò effectus porrigitur.*
6 Nec minus id eſt exploratum in legatis, ut illi ac-
quiratur legatum, cujus contemplatione legatum
eſt, Mantica *de conject. lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 7. & *ſeqq.*
Simon De Pretis, *de interpret. lib.* 1. *interp.* 2. *dub.*
2. *ſolut.* 6. *num.* 22., quos in hac ipſa cauſa refert, &
ſequitur Dom. De Roſa *cit. conſult.* 30. *nu.* 34. quibus
addendi ſunt poſt alios, communis præceptor Dom.
Conſil. Staib. *tom.* 1. *Reſol.* 44. ferè per totam, Caſtil-
7 lo *lib.* 4. *cap.* 60. *num.* 4. ubi, quod id ſit adeò ve-
rum, ut extincta perſona, cujus contemplatione, re-
lictum eſt legatum, legatum ipſum extinguatur.

In ipſis etiam inſtitutionibus, is cenſetur inſtitu-
tus, cujus intuitu ſcripta eſt inſtitutio, idquè indu-
bitatum eſſe ſcribit poſt Manticam, & De Pretis,
idem Dom. De Roſa *cit. num.* 34. addo Menoch. *lib.*
8 4. *præſ.* 22. ubi universè ſtatuit, circa perſonam
contemplatam idem juris eſſe in inſtitutionibus,
quod in legatis, & donatis, dum ibi *num.* 2. de in-
ſtitutionibus agens ſe remittit ad dicta *lib.* 3. *præſ.* 26.
& 28. ubi de legatis, & donatis egerat, & de inſtitu-
tionibus text. eſt expreſſus *l. aditio, in fine, D. de*
*acq. hæred.* ibi: *Si liber homo, qui bona fide mihi ſer-*
*viebat, propter me inſtitutus, &c.* ubi id notat Bart.
*num.* 1. & Bald. *num.* 2. dicens: *quod mea contempla-*
*tione diſponitur, meum eſſe videtur*, & arguit cum
text. ibi. *de contractu ad aditionem hæreditatis*; quod
intelligendum ita eſt, ut is, qui ſcriptus eſt hæres, ei
reſtituere debeat, cujus eſt contemplatione hæres
ſcriptus, & notat expreſsè Bart. *d. l. aditio, num.* 1.
9 SECUNDA PROPOSITIO. Ex conjecturis colli-
gitur, cujusnam contemplatione facta ſit diſpoſitio.
ita tradunt omnes ſuperiùs citati authores, & nomi-
natim Caſtill. *d. cap.* 5. *num.* 48. *verſ.* 4. *deindè*, Si-
mon de Pretis *cit. ſolut.* 6. *num.* 6. ibi; *Si verò non*
*expreſſit, tunc opus eſt conjecturis, argumentis, &*
*præſumptionibus.* adducit optimum Text. *in l. fidei-*
*commiſſa, §. interdum, D. de leg.* 3. ibi: *multum au-*
*tem intereſſe arbitror, cui voluit proſpectum, & cu-*
*jus contemplatione teſtator fecerit*, & generale eſt,
nihil intereſſe, an rebus ipſis, an verbis, an factis
voluntatem, quis ſuam manifeſtaverit, ad Text.
10 *in l. de quibus, D. de legibus.* nec minus ſervanda
eſt diſponentis voluntas tacita, quam expreſſa, *l.*
*cum proponebatur, in fine, D. de leg.* 2. ſivè ſimus
in contractibus, *l. cum quid, D. ſi certum petatur,*
ibi: *in contrahendo, quod agitur, pro cauto haben-*
*dum eſt*: ſivè in fideicommiſſis, *l. hæredes mei, §.*
*cum ita, D. ad Trebel.* ibi: *cum in fideicommiſſis vo-*
*luntatem ſpectari conveniat*: ſivè in legatis, *l.* 4. *§.*
*fin. D. de liber. legata*, ibi: *& eſt verum, non ſolum*
*eum, cujus nomen in teſtamento ſcriptum eſt, lega-*
*tarium habendum; verum eum quoquè, qui non eſt*
*ſcriptus, ſi ejus contemplatione liberatio relicta ſit.*
& nemo dubitat, quin legitimæ conjecturæ vim ha-
beant diſpoſitionis expreſſæ, & ipſi æquivaleant, ad
latè tradita noviſſimè per Dom. Conſil. de Roſa *con-*
*ſult.* 48. *num.* 29. & 30. & latiùs, & meliùs *conſult.*
69. *à num.* 99. cum pluribus ſequentibus.

TERTIA PROPOSITIO. Conjecturæ omnis ge-
neris contemplati *Collegii Soc. Jeſu*, in noſtra ſpecie
11 ſunt evidentiſſimæ, nempe ex affectione, nomina-
tione, habitatione, humatione, adminiſtratione,
& enunciatione.
12 Ex affectione deſumi potiſſimum ſolet conjectura,
contemplatæ alicujus perſonæ à diſponente. Simon
De Pretis *cit. lib.* 1. *interpr.* 2. *dub.* 2. *ſolut.* 5. per
totam, & *fol.* 6. *num.* 2. ubi, quod affectio ad per-
ſonam idem ſit, ac ejuſdem perſonæ contemplatio,
per Tex. *in l. pen. D. de ſervit. leg.* in *l. qui tutelam,*
*D. teſtam. tutela*, in *cap. requiſiſti, de teſtam.* Ca-
ſtillo ſæpe *cit. cap.* 5. *num.* 48. *verſ.* quartò deinde,
*ad Tex. in l. donationes in concubinam, §. ſpecies, D.*
*de donat. l. merito, D. pro ſocio.* idem Caſtillo *lib.* 5.
*cap.* 84. *num.* 13. & *ſeq.* & *num.* 41. Affectionis au-
tem *Octavii* erga *Collegium*, teſtem habemus locuple-
tiſſimum ipſum Octavium, dum ad calcem teſta-
menti,

Digitized by Google

menti, ita locutus eſt. *Reſtami ſolo di pregare detti miei Governatori, ad eſeguire ad unguem detta mia diſpoſitione, & ultima volontà, per la molta mia affettione, ch' hò portata ſempre à detto Collegio*, quàm affectionis conjecturam Dom. De Roſa *cit. conſult.* 36. *num.* 36. ex prædictis verbis optimè per hæc verba deducit: *En manifeſtè demonſtrat, velle, eos, in exequenda voluntate ſequi ſuam ipſius affectionem erga Collegium; imò, dum eos rogat, ut propter hanc affectionem, voluntatem ſuam exequantur, illam ex affectione erga Collegium ortum habuiſſe demonſtrat; & propterea primariam ejus intentionem in Collegii beneficium dirigi, ob cujus affectionem diſpoſuit.*

Ex nominatione etiam Montis inſtituti ab Octavio, ſaltem mediatè, conjicitur contemplatio Collegii. etenim is ità ſibi hæredem ſcripſit. *Inſtituiſco, e fò à me mio erede univerſale l' infraſcritto Monte da me eretto D. Ottavio Buono, così da chiamarſi ad honore del mio Angelo Cuſtode, da farſeli una Cappella nella Chieſa del Venerab. Collegio di Gieſù di Napoli*. quibus verbis manifeſtum eſt, fuiſſe contemplatam Cappellam erigendam in Eccleſia dicti Collegii, nam diſpoſitio facta ad honorem alicujus,
13 utiquè ipſius contemplatione facta eſt, ut in hac cauſa notat Dom. Roſa *citat. conſult.* 36. *num.* 35. per Text. *in l. civitatibus* 125. *de Leg.* 1. & ante omnes per illum *tex.* Oldrad. De Ponte *conſ.* 61. *num.* 3. quem in hac ipſa cauſa adduxit Dom. Eraſm. De Ponte Reg. Conſil., & tunc Collegii Advocatus, ut refert Dom. De Roſa *l. cit. num.* 29. Quod ſi Octavius contemplatus eſt perſonam ſui cuſtodis Angeli, eique Sacellum juſſit conſtrui, utiquè ipſum Sacellum eſt contemplatus, ut iidem Domini Regii Con-
14 ſiliarii adnotarunt: nunc ergò ſuccedit communis doctrina, quod relictum alicui Sancto, & ejus Cappellæ, Eccleſiæ, ubi eſt Cappella, relictum videtur, per Text. *in l. quoniam in multis, C. de ſacroſ. Eccleſiis*, quem ad id allegat Dom. Roſa *num.* 35. quod præſertim obtinet, ubi, ut in noſtra ſpecie, non habet Cappella Rectorem, ab Eccleſiæ Rectore diſtinctum, Abb. *in cap.* 1. *num.* 10. *de ſucceſſ. ab inteſtato*, Felin. *cap. dilectus, de reſcriptis*. Mantica *de conject. lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 16. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 114. *nu.* 1. *& ſeq.* & magis in puncto Maranta *tom.* 1. *reſp.* 4. *à num.* 83. *& ſeq. &* Maurus ſen. *alleg.* 64. *num.* 2. *& alleg.* 42. *num.* 4. Hinc ergò apparet, quod ex illa denominatione Montis ad honorem S. cuſtodis Angeli, tandèm, & ultimatè fuerit contemplatum ipſum Collegium. Conferunt tradita per Soc. ſeniorem *conſ.* 72. *num.* 11. Surdum *Deciſ.* 322. *nu.* 47. D. Reg. Conſil. Staibanum *tom.* 1. *Reſol.* 44. *nu.*
15 11. quod legatum relictum filiæ ſub commemoratione Matris, ipſius Matris contemplatione factum cenſeatur, non verò filiæ, per Text. *in l. filio familias, D. de condit. & demonſtr.* & refert idem Dom. Staib. ita Deciſum per S.C. referente Reg. Sanfelicio.

Ex habitatione teſtatoris diuturniſſima in dicto Collegio colligi etiam poteſt ipſius Collegii contemplatio. vixit ille in Collegio annos 50. ibi expenſis Collegii alitus, in morbis omni obſequio curatus, & adeò bene habitus, ut ad 90. ætatis annum pervenerit. accedit inſolens beneficium fuiſſe à Collegio in Octavium collatum, permiſſæ ſcilicèt in eo habitationis, quod ferè nunquàm, præſertim tam diuturno tempore, permitti in hoc ordine aliis extra ordinem conſuevit. conjecturam hanc diuturnæ habitationis in ſimillima, imò difficiliori ſpecie probavit Maranta *cit. reſp.* 4. *num.* 98. *tom.* 1. ibi: *ex quo to-*
16 *to vitæ ſuo tempore in eo vixit.* & in fine *reſponſi* refer Deciſum pro Eccleſia, in cujus Domo diu teſtatrix vixerat. & poſt Marantam, hanc conjecturam in noſtra ſpecie potentiſſimam appellat Dom. Roſa, *num.* 36. *verſ. aſſidua vitæ conſuetudo*. huc referri poſſunt communes traditiones, quod ubi dubium ſit, cujus Eccleſiæ contemplatione factum fuerit legatum, præſumptio eſt, factum fuiſſe intuitu illius Eccleſiæ, in qua teſtator habuit domicilium, ſeu tēpore teſtamenti, ſeu tempore mortis, juxtà diverſas ſententias, ut videre eſt apud Manticam *de conject. lib.* 8. *tit.* 6. *n.* 13. & noviſſimè tradit Ludovic. de Scildere, *de Principiis, tract.* 4. *n.* 306. & de hoc habemus Text. expreſſum in *Novell.* 131. *cap.* 9. ibi: *Si quis in nomine Magni Dei, aut Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti hæreditatem, aut legatum reliquerit, jubemus Eccleſiam loci illius, in quo teſtator domicilium habuerit, accipere, quod dimiſſum eſt*. ita etiam dicimus, quod ſi teſtator aliquid legaverit Eccleſiæ Parochiali, & duæ ſint tales, intelligendum ſit legatum pro ea, in qua diutius ſolitus erat commorari. Caſtill. poſt alios *tom.* 4. *cap.* 60. *num.* 13.

Ex humatione rursùs efficacior redditur conjectura contemplati Collegii, eo quòd teſtator noſter in
17 Eccleſia Collegii humari voluerit, ſolenne enim eſt demorituris, ut ſua bona illi Eccleſiæ attribui velint, in quo oſſa volunt humanda, ut rectè adnotat Ludov. De Scildere *cit. tract.* 4. *num.* 307. ibi: *præſumitur legaſſe Eccleſiæ illi, in qua vult ſepeliri; nam ei legare ſolent teſtatores.* eandem conjecturam in ſua difficiliori ſpecie conſiderat Maranta *cit. tom.* 1. *reſponſ.* 4. *num.* 98. *& ſeq.* & in hac ipſa noſtra ſpecie Dom. de Roſa *cit. conſult.* 36. *nu.* 36. ex Phæbo *Deciſ. Luſit.* 100. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 2. addo Maurum ſen. *alleg.* 42. *num.* 4.

Ex adminiſtratione itidem à defuncto præſcripta ſui Montis apparet manifeſtiſſimè contemplatio Collegii; ſivè ſpectemus adminiſtrationem œconomicam; ſivè judiciariam. oſtendit autem œconomica adminiſtratio contemplatum Collegium, ob qualitatem adminiſtratoris, & adminiſtrationis. Fuit enim electus adminiſter Montis Jeſuita, & non quicunque, ſed incola dicti Collegii; nec quicunque dicti Collegii incola; ſed P. Joſeph Juvenis procurator ipſius Collegii; nec is uti P. Joſeph Juvenis eſt electus, ſed uti procurator; nam poſt ipſum ſunt electi ab ipſo teſtatore omnes pro tempore futuri procuratores. quid ergo aliud in cauſa eſſe potuit, ut non per alium ſua bona vellet adminiſtrari, quàm per illum ipſum, à quo Collegii bona adminiſtrabantur, niſi ex eo, quia ipſe intuitu Collegii ipſius, & diſponebat, & adminiſtrationem decernebat, cum enim ſit unica ratio, habetur pro expreſſa, ex traditis per Decian. *reſp.* 1. *num.* 280. *& reſp.* 15. *num.* 15. *& reſp.* 16. *nu.* 33. *& reſp.* 31. *num.* 96. *lib.* 1. *& reſp.* 46. *num.* 109. *lib.* 2. *& reſp.* 13. *nu.* 3. *vol.* 3. & alios paſſim. Nec hujus conjecturæ deeſt magis in puncto juridica probatio, deducitur enim manifeſtè ex *cap. requiſiſti, de teſtamentis*, juxtà ibi notata per *DD.* & latè per Manticam *de conject. lib.* 8. ferè per totum, & noviſſimè per Ludovic. De Scildere *de Principiis, tract.* 4. *nu.* 313. qui omnes docent, diſpoſitionem directam ad-
19 miniſtratori Eccleſiæ non conſanguineo, intelligi factam intuitu Eccleſiæ; atquè id multò magis obtinet in noſtra ſpecie, ubi adminiſter eſt conſtitutus quilibet futurus procurator Collegii, erga quem affectio non poteſt cadere, utpote incognitum, ut in ſimili dicimus de diſpoſitione ad beneficium naſciturorum, erga quos, ut ignotos, non cadit affectio, juxtà tradita per Caſanatte *conſ.* 15. *nu.* 31. Decian. *conſ.* 84. *num.* 22. *lib.* 3. Gaſtillo *Controv. juris lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 21. *& lib.* 4. *cap.* 36. *num.* 57. 58. *&* 59. & meliùs *lib.* 5. *cap.* 84. *num.* 40. *& ſeqq.*

Et in individuo caſus noſtri ex adminiſtratione conceſſa Procuratori Collegii, ipſius Collegii contemplationem deducit Dom. De Roſa *ibid. nu.* 36. *verſ. Primò, quoniam adminiſtrator Montis relictus eſt unus ex Religioſis Collegii, nempè ipſius Procurator,*

*quo*

Digitized by Google

*quo caſu Eccleſia, ſeu Monaſterii contemplatione factum videtur*. & Episc. Maranta *d. reſp.* 25. *nu.* 49. imò hanc conjecturam in hac cauſa probavit Collateral. Conſil. referente Reg. Capyc. Latro, ut is teſtatur *d. Deciſ.* 180. *num.* 31. ibi: *dum voluit Montem gubernari per Procuratorem Collegii, clarè elicitur, voluiſſe, ut introitus Montis erogarentur in beneficium d. Collegii*.

Confirmant magis citati authores hanc conjecturã, ex qualitate adminiſtrationis conceſſæ Procurato-
19 bus Collegii, nempe, *ſenza però neſſuno obligo di darne conto à neſſuna perſona del mondo*. enim verò ſatis ſtultus fuiſſet teſtator, ubi noluiſſet Collegii contemplatione diſponere, ſi adminiſtratorem elegiſſet adminiſtratorem bonorum ipſius Collegii, cum tam libera facultate adminiſtrandi, excludente omnem obligationem rationes reddendi cuicunquè prorſus perſonæ, ſatis enim intelligere poterat, hujuſmodi adminiſtratorem, utpotè religioſum non niſi in beneficium Collegii ſuæ religionis diſpoſiturum fuiſſe, ut in puncto advertit omninò legendus Capyc. Latro *num.* 34. & 35. *cit. deciſ.* 180.

Et tandem corroboratur efficaciùs contemplatio Collegii ex adminiſtratione judiciaria, quia voluit teſtator, ut delegatus Collegii haberet adminiſtrationem judiciariam ſui Montis, ut optimè citati authores *loc. cit.* admonent. & addo, hanc ejus voluntatem futuram fuiſſe inanem, ſi Montis reditus Collegio attribuendi non fuiſſent, quia eo caſu, nihil Collegii interfuiſſet adminiſtratio illa œconomica ſui Procuratoris, ideòquè delegatus Collegii non habuiſſet juriſdictionem circa Montis reditus, ſeu judiciariam adminiſtrationem. Concludo igitur, fuiſſe ab Octavio contemplatum Collegium, tum ex adminiſtratione judiciaria optata Delegati Collegii; tum ex œconomica adminiſtratoris Collegii, præſertim verò ex tam libera facultate adminiſtrandi conceſſa.

Deniquè contemplatio Collegii manifeſtiſſimè etiam inferri poteſt ex verbis enunciativis teſtatoris, tàm ſcriptis in teſtamento, quàm extra teſtamentum prolatis ab ipſo teſtatore: etenim, licèt regula ſit,
20 verba enunciativa diſpoſitionem non inducere, uti tradunt Caſanat. *conſ.* 16. *num.* 6. Caſtillo *Controver. juris, lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 76. Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 688. *nu.* 127. Carena *Reſol.* 61. *nu.* 7. Theod. *alleg.* 14. *num.* 8. & 9. & poſt alios Boſſ. *var. mor. tom.* 2. *tit.* 10. §. 6. *à nu.* 258. ad *Text. in l. non nudis, l. non epiſtolis, C. de probat. l. ex his verbis, C. de teſtam. militis, cap. ſi Papa, de privil. in* 6. ea tamèn regula multiplicem admittit declarationem, & limitationem.

21 Limitatur enim primò favore piæ cauſæ, Tiraquell. *privil.* 86. *pia cauſa, ubi* addentes alios cumulant, & ibi Episcop. Riccius ait, rem eſſe certam, ubi verba enunciativa ſint de præterito, ut eſt in noſtra ſpecie. Maſc. *concluſ.* 621. *num.* 41. ubi plures adducit ante alios Bart. *l.* 1. *num.* 76. & 77. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bald. ibidem in 2. *lect. quæſt.* 7. *num.* 62. Alexander *conſ.* 190. *num.* 27. *lib.* 6. Rota apùd Farinac. *Deciſ.* 70. *num.* 8. *par.* 1. Afflict. *Deciſ.* 83. *num.* 5. Barboſa *in collect. ad cap. ult. de ſucceſſ. ab inteſtato*, optimè Maur. ſen. *alleg.* 42. *ſub num.* 2. Joſeph Ludovic. *Deciſ. Peruſ.* 33. *num.* 12. Barboſa *noviſſimus in repert. pract. concluſ. verbo, verbum, verſ. verba enunciativa*, Genuenſis *in practicab. Eccleſiaſticis, q.* 275. aliàs 276. Corn. *conſ.* 369. *num.* 9. Boſſius *cit.* §. 6. *à num.* 176. & *ſeq.* ubi latè comprobat. & in individuo caſus noſtri obſervavit Dom. de Roſa *cit. conſ.* 36. *num.* 36. ibi: *Præſertim, cum talia verba, licèt enunciativa, diſpoſitionem importare poſſint favore piæ cauſæ, ex vulgatis regulis, quas in præſens congerere tempus non permittit*.

22 Limitatur ſecundò, ubi verba enunciativa directa ſunt ad gravatum, per Text. *in l. Julianus*, §. *ex his*, *D. de leg.* 3. *l. generali, in principio, D. de uſufr. legat.* Barthol. Socin. *conſ.* 227. *col.* 2. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 23. *num.* 4. de communi teſtatur Paulus De Monte Pico *in l. Titia*, §. *Titia cum nuberet*, *num.* 19. *D. de leg.* 2. Craſſ. §. *fideicomm. quæſt.* 14. *num.* 12. Peregrin. *art.* 1. *num.* 48. Mantica *de conject. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 2. Caſanat. *conſ.* 16. *num.* 23.

23 Limitatur tertiò, ubi dicta verba enunciativa ſint prolata pro perſona benemerita de enunciante, & valdè dilecta. optimè Boſſ. *cit.* §. 6. *num.* 286. poſt alios, addo Caſanat. *conſ.* 16. *num.* 26.

24 Limitatur, ſeù declaratur quartò, quando non agitur de inducenda prorſus de novo diſpoſitione, ſed tantùm de declaranda diſpoſitione aliqua, nàm facillimè verba enunciativa declarant diſponentium voluntates, Caſanat. *conſ.* 15. *num.* 10. & 12. ubi plures affert, & *conſ.* 16. *num.* 27. & 28. ubi optimè comprobat, alios refert, & eſt omninò legendus, & maximè locum obtinet, quando verba enunciativa prolata ſunt à teſtatore in teſtamento, nam per illa optimè declarantur diſpoſita in ipſo teſtamento, ità poſt Bartol. & Mantic. Caſanat. *cit. conſ.* 15. *nu.* 13. licèt ſufficiant etiam ad declarationem teſtamenti verba prolata enunciativè ab ipſo teſtatore extrà teſtamentum, Gratian. *cap.* 550. *num.* 33. quod procedere in omni diſpoſitione tradit *cap.* 577. & utrobiquè citatur, & probatur à Barboſa *noviſſimo in repertorio practic. verbo, verba, verſ. verbum teſtamenti*, & univerſale eſt, ut id, quod non valet ad diſponendum, valeat ſaltem ad declarandum, Dom. De Roſa *conſ.* 69. *nu.* 100. poſt Menoch. Anton. Gabr. Mierez. Fontanell. & Caſtill. & in ſpecie, quod verba enunciativa, ſi minus diſponunt, declarant ſaltem diſpoſitionem, egregiè confirmat poſt alios Caſan. *cit. conſ.* 16. *num.* 27. & *ſeqq.* afferens pulcherrimas DD. Deciſiones apud eum legendas; addo Phæb. *part.* 2. *Deciſ.* 320. *num.* 44. ubi *nu.* 46. quod licet verba enunciativa non eſſent apta ad inducendam diſpoſitionem de novo, ſunt tamen aptiſſima ad declarandas diſpoſitiones. ſequitur, & refert Barboſa *noviſſimus cit. verbo, verbum, verſ. verba enunciativa, in fine*.

Traditæ limitationes ad noſtram ſpeciem applicantur, quia Octavius tàm in teſtamento, quàm extra ſatis ſignificavit, à ſe contemplatum Collegii commodum. in teſtamento quidèm, præſertim in ipſius fine, verbis illis iterum ſub initium relatis, *Reſtami ſolo di pregare detti miei Governatori ad eſeguire ad unguem detta mia diſpoſitione, & ultima volontà, per la molta mia affettione, che hò portato ſempre al detto Collegio*. extra teſtamentum verò, nam ipſe: *Più volte in vita, e poco prima di morire fù inteſo dire, che tutte le ſue robbe erano del Collegio, e che ogni coſa ſua ſaria ſtata del detto Collegio, e che già n' aveva data l'amminiſtratione al Padre Gioſeppe Giovane Procuratore di detto Collegio, & al Fratello Gio: Battiſta Clarillo ſuo compagno, e che lui acquiſtava per il Collegio, al quale era obligato, mentre aveva ſpeſo, e ſpendeva tanto per eſſo*, uti deponunt ferè omnes teſtes à *fol.* 105. & *ſeqq. ſuper octavo articulo*, continente verba Italica deſcripta.

25 Et in ſpecie applicatur prima limitatio, quia Collegium procul dubio eſt pia cauſa, imò ſapientèr advertit Episcopus Maranta *d. reſponſ.* 25. *num.* 40. & 50. *cum ſeqq.* maxima eſſe pietatis opera, quæ Patres dicti Collegii quotidiè exercent. Et applicatur etiam declaratio Epiſcopi Ricci in eadem limitatione allata, quia ſumus in verbis enunciativis de præterito, ſcilicèt poſt perfectum teſtamentum, in calce ipſius, ibi: *Reſtami*, &c. & extrà teſtamentum paulò ante mortem, ut deponunt teſtes ſuper 8. & maximè verba illa enunciativa de præterito debent diſpo-

diſponere favore piæ cauſæ, quia non agimus de inducenda diſpoſitione nova adversùs aliquod ſolenne teſtamentum, ſed juxtà ſolenne teſtamentum, quo caſu faciliùs admittitur diſpoſitio ex verbis enunciativis, optimè poſt alios Boſſ. *citat.* §. 6. *num.* 289.

Secũda etiam limitatio rectè applicatur, quia verba illa enunciativa in fine teſtamenti, directa fuerunt ad ipſius teſtamenti executores, & Montis adminiſtratores; quæ propterea commodum ſenſum non haberent, niſi diſpoſitionem importarent, quod oculatiſſimus D. De Roſa ſolidè obſervavit *cit. n.* 36. ibi: *Præſertim cum talia verba, licèt enunciativa; ad executores dirigantur, ideòquè diſpoſitionem importare poſſint.*

Tertia itèm limitatio abſquè dubio ſpeciei noſtræ convenit, quia de affectione maxima teſtatoris erga Collegium, & Collegii erga teſtatorem plurimis in eum collatis beneficiis, ipſemet teſtator in teſtamento, & extrà teſtamentum, luculentum protulit teſtimonium, ut initio, & paulò ante oſtendimus, ex teſtibus ſuper *octavo art.* deponentibus.

Nequè fides teſtium elevatur ex eo, quod aliqui eſſent familiares Collegii, tum quia aliqui familiares non erant, nempe A. M. D. Dominicus Coccia, & Notarius Jo. Andreas Caſſetta, viri omni fide digniſſimi: nequè etiam inter familiares numerari poterant Jacobus Claramontius, & Hieronymus Trabuccus, eo quod ille, uti Barbitonſor; hic, uti faber murarius aliquando accederet ad Collegium;
26 nam familiares, qui nequeunt eſſe teſtes, ſunt illi, quibus imperari poteſt, ratione patriæ, aut dominicæ poteſtatis, Gloſſa *cap. in litteris, verbo, de familia, de teſtibus*: ſeu qui in alicujus ſunt poteſtate, Revardus 2. *variarum apùd* Dionyſ. Gothofredum *l. teſtes, D. de teſtibus*, ſeu, qui non ſolùm ſubſunt patriæ poteſtati, ſed etiam cohabitant, Felin. *cit. cap. in literis*, Aufrer. *de teſtibus, num.* 35. & groſſo modo loquendo, familiares, & domeſtici dicuntur tantùm, qui vivunt ad unum panem, & unum vinum, Bald. apùd Aufrerium, *loc. cit.* & noviſſimè hæc omnia congerit Georg. Gobat, *in accuſatione canonica ebrioſi, cap.* 42. *num.* 166. plurimos refert Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 5. *à num.* 2.
Et etiam ſi eſſent domeſtici, in hac cauſa debent admitti, quia agimus de teſtificanda voluntate Octavii, qui ſemper vixit in Collegio, nam ſuccedit communis traditio de admittendis teſtibus domeſticis, ubi veritas vix aliter, aut melius per domeſticos, quàm per externos, cognoſci poſſit, Alberic. *tract. de teſtibus, cap.* 2. *num.* 66. Federic. Schenek. *eod. tract. num.* 28. Gobat *cit. cap.* 42. *num.* 161. *& ſeqq.* Aufrer. *de teſtibus, num.* 36. Boſſius *eod. tract.* §. *publicatio, num.* 93. Crotus *ibid. par.* 4. *nu.* 126. poſt alios, præſertim, ſi domeſticus ſit perſona valde honeſta, Crotus *l. cit. num.* 125. Aufrer. *cit. nu.* 36.
Multò minus reiici poteſt Andreas Tiberti Soc. Jeſu,
27 quia receptiſſimũ eſt, poſſe religioſum teſtificari pro domo ſuæ Religionis, Farinac. *de oppoſit. contra perſonas teſtium, quæſt.* 60. *illat.* 17. *num.* 430. & magis in puncto poſt plurimos, *num.* 463. Thomas Sanchez *lib.* 6. *moral. cap.* 13. *num.* 102. Menoch. *de arbitr. caſu* 109. *num.* 4. Boſſ. *tom.* 2. *moral. tit.* 12. *num.* 18. *& ſeqq.* Bardi *in diſput. ſelect. lib.* 2. *quæſt.* 11. Gobat *cit. cap.* 42. *à num.* 125. Donatus *in praxi regularium, par.* 1. *tract.* 11. *quæſt.* 17. *nu.* 2. Barboſa *noviſſimus in repertorio, verbo, teſtis, fol.* 280. *col.* 1. *verſ. teſtes eſſe poſſunt*, Baſſæus *in floribus, verbo, teſtis, in ſupplemento, num.* 8. *verſ. petes* 2. Pelliz. *in manuali, tract.* 6. *cap.* 12. *num.* 43. & nulli dubium eſt, quin reiici non poſſit, quando Religioſus non teſtificatur pro illa domo religioſa, in qua vivit, & à qua alitur, ſed pro alia (ut eſt in noſtra ſpecie) optimè Speculator *de teſte*, §. 1. *verſ. item excipitur, quod eſt domeſticus*, & noviſſimè Gobat *cit. cap.* 42. *num.* 179. ubi per litteras ſe ita reſpondiſſe conſultum, teſtatur, conferunt tradita per Caren. *Reſol.* 41. *num.* 1. Et deniquè notiſſimi juris eſt, teſtes alioqui minus idoneos, conjunctos cum aliis
28 idoneis, plenam fidem facere, Hippolyt. *l. de minore*, §. *tormenta, num.* 11. *D. de quæſt. & conſ.* 68. *num.* 25. *& conſ.* 84. *num.* 28. *& conſ.* 113. *num.* 30. *& conſ.* 127. *nu.* 21. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 12. *nu.* 21. Vaſq. *Controv. cap.* 33. *à num.* 15. Menoch. *lib.* 2. *præſ.* 61. *num.* 19. Maſcard. *concluſ.* 897. *num.* 25. *&* 1359. *num.* 13. Cotta, *verbo, legalitas unius, & verbo, teſtis*, Surd. *Deciſ.* 53. *num.* 26. Tiraquell. *de pœnis, cauſa* 51. *num.* 121. Farinac. *de delict. par.* 2. *lib.* 2. *tit.* 6. *quæſt.* 62. *num.* 328. Cur. Philipp. *par.* 1. §. 17. *num.* 15. Barboſ. *noviſſ. in repert. verb. teſtis, in fine, pag.* 283. *col.* 2. noſtri ergo teſtes conjuncti cum Dominico Coccia, & Andrea Caſſetta omni exceptione majoribus, pleniſſimè probant.

Et tandèm quarta limitatio omnem tollit difficultatem in noſtra ſpecie, quia non ſolùm non agimus, ut tollatur aliquod ſolenne anterius teſtamentum, per verba enunciativa ſequentia, quo caſu difficilius eſſet evincere, ut verba enunciativa diſponant favore piæ cauſæ, ad tradita per Boſſ. *cit. tom.* 2. *var.*
29 *mor. tit.* 10. §. 6. *num.* 289. ſed nequè agimus de inducenda nova prorſùs aliqua diſpoſitione; ſed tantùm intendimus declarare diſpoſitionem jam factam aliquantò obſcuriorem D. Octavii, qui non declaravit expreſsè, in cujus commodum inſtituti à ſe Montis reditus cedere deberent; & dicimus, ex verbis enunciativis pinguibus, geminatis, in teſtamento, & extrà, ſæpè in vita, & etiam paulò ante mortem, clarè elici, cujus intuitu, & in cujus commodum inſtitutus fuerit Mons, nempè ipſius Collegii, pro quo tot validiſſimæ urgent conjecturæ. atquè hic iterum obſecramus, ut conſulatur *conſ.* 16. Caſanat. *à num.* 24. ubi etiam extrà cauſam piam docet, verba enunciativa diſponere, quando referuntur ad tempus præteritum, & *num.* 29. 30. 31. 32. 33. *&* 34 refert *conſilia* plurimorum claſſicorum, qui in diverſis facti ſpeciebus validiſſimè comprobarunt, ex verbis enunciativis inductas fuiſſe firmiſſimas declarationes diſpoſitionum præcedentium obſcurarum, quæ ego *conſilia, & deciſiones*, ut ne prolixior evadam, vel invitus, omitto. Obſecro etiam, ut relegatur idem Caſan. *conſ.* 57. *à num.* 37. *& ſeq.* ubi multa ad rem.

30 Remanent jam evidentèr, niſi fallor, confirmatæ conjecturæ ſex, contemplati Collegii in ſua diſpoſitione ab Octavio, quarum ſingulæ ſufficerent, ut omnes Montis reditus Collegio eſſent attribuendi; quantò id magis evincent omnes ſimul conjunctæ? cum generale ſit in omnibus controverſiis, ut conjecturæ plures mutuò ſe foveant, & vim maximam cauſæ tribuant, ad tradita per Rotam *Deciſ.* 266. *nu.* 19. *par.* 1. *in recent.* Dom. Reg. Conſil. Staibanum omni laude digniſſimum *tom.* 2. *Reſol.* 156. *num.* 8. & alios paſſim, quia, ut eſt apùd Ovidium, *& quæ non proſunt ſingula, juncta juvant.* ad Text. *l. ſpadonem*, §. *qui jura D. de excuſ. tut. l. rationes, & l. inſtrumenta, C. de probat.*

Ex his igitùr rectiſſimè inferimus, omnes Montis reditus ſingulis annis (ſemper tamen exceptis his, quæ teſtator præſcripſit expreſſim) Collegio debere
31 ab adminiſtratore Montis attribui, ut ſtatuit Maranta *d. Reſponſ.* 25. *num.* 49. ibi: *Dubio omni procul remoto, innuere voluit, ut toti Montis annui fructus in ipſius Collegii commodum ſingulis impenderentur annis, perpetuumquè hoc eſſet Collegii ſublevamen.* Et Dom. De Ponte *in ſuis allegat. verſ. quoad primum attinet*, ibi: *Quis non videt hujuſmodi diſpoſitionem totam ad honorem, & contemplationem Colleg. Societ. Jeſu hujus Urbis fuiſſe compactam?* Regens Latro *cit.*
*Deciſ.*

Digitized by Google

*Deciſ.* 180. *num.* 31. *in fine*, ibi: *Clarè elicitur voluiſſe, ut introitus Montis erogarentur in beneficium dicti Collegii*. Et deniquè Dom. De Roſa *cit. conſ.* 36. *num.* 36. his verbis: *Concludam igitur, debere noſtri Montis adminiſtrum, exceptis his, quæ in certum uſum teſtator reliquit, Montis reditus, tàm ad ornatum, & cætera neceſſaria Cappellæ conſtruendæ, quàm ad Collegii beneficium convertere*.

Quæ contra poſſunt obiici, commodiùs infrà *cap.* 2. referemus, & refellemus. Maneat nunc, non poſſe Montis adminiſtrum quidquam ex Montis reditibus Octavii conjunctis pauperibus, aut aliis elargiri, quandoquidèm, ſi reditus omnes ad Cappellam, & Collegium convertere debet, profectò carebit poteſtate eos in alios diſtribuendi; atquè adeò indirectè poteſtas ei ſublata eſt Octavii conjunctos hiſce reditibus donandi; quod erat primum, & præcipuum caput, unde elicitur defectus poteſtatis erogandi reditus in commodum conjunctorum.

Sed deficit etiam hæc poteſtas ex alio capite magis directo, quia licèt poſſet adminiſter Montis in alios uſus, præterquam in cappellæ, & Collegii commodum, reditus diſtribuere, adhuc tamen in conjunctos Octavii nihil poſſet conferre. etenim indubitata eſt juris concluſio, quod executores ultimarum voluntatum debent ad unguem obſervare teſtatoris vo-
32 luntatem, alias ſunt potiùs everſores, quàm executores alienæ voluntatis, ad Tex. §. *diſponat, auth. de nuptiis*; & non modo nequeunt executores diſtribuere contra voluntatem expreſſam teſtatoris; ſed neque contrà tacitam; cum non minus una, quàm altera de jure ſit obſervanda, ut docent ex illis juribus citati *ſupra propoſit. ſecunda*, *num.* 10. & ità ex utriuſquè fori Doctoribus tradit Ant. Diana *p.* 2. *tr.* 5. alias 15. *Reſol.* 8. *in fine*, & in puncto, quod eligens ex commiſſione teſtatoris, teneatur ſequi voluntatem tacitam, vel præſumptam teſtatoris, Ruin. *conſ.* 28. *num.* 8. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 79. *num.* 9. ſequitur Caſtil. *tom.* 2. *contr. cap.* 26. *num.* 85. & alii infrà referendi, *num.* 35.

In noſtra autem ſpecie liquidò conſtat, noluiſſe teſtatorem aliquid ſuis conſanguineis attribui; ſivè ſpectemus, quæ ipſe in teſtamento ſcripſit, ſivè quæ extrà teſtamentum dixit, ſivè quæ ante teſtamentum à ſuis conſanguineis paſſus eſt.

33 Ordior à ſcriptis in teſtamento, & primò quidem, dum Sacellum ædificari jubet, atquè in eo ſepulchrum, ne ſepulturæ quidem jus conſanguineis attributum voluit, ut *fol.* 21. *à ter.* ibi: *una piccola ſepoltura nella mia Cappella, per la mia perſona tantùm.* hanc eſſe validam conjecturam ad excludendos conſanguineos Octavii, vel pauperes, didici à præceptore meo D. De Roſa *cit. conſult.* 36. *nu.* 38. ibi, *Unde etiam fit, nequè titulo paupertatis poſſe conſanguineos Octavii aliquid prætendere, cum nulla erga ipſos præſumpta voluntas colligi poſſit ejus teſtatoris, qui eoſdem verbis expreſſis excluſit, & etiam à jure ſepulturæ in ſuo Sacello, ut in teſtamento*, ibi, *il mio corpo, &c.*

Deindè in eodem teſtamento hanc ſcripſit declarationem. *Item declaro, che tutta la mia facoltà è ſtata acquiſtata da me per propria diligenza, & eſatta cura, e parſimonia notiſſima di* 80. *anni, ne de beni paterni, ò materni tengo coſa alcuna, eſſendono ſtati dati miei tutori, e curatori in pupillari ætate, e da me dati in doti di mie ſorelle, tutte notate nel mio libretto giornale, con le ſolite rinunze delle ſorelle: e delli beni antichi non hò havuto altro, che una caſa vecchia, à vico de Sangri rinchiuſa dal Monaſterio di S. Ligorio, quale, come Sacerdote, e non ſoggetto à conſtitutione laicale, e conſuetudine di Napoli, hò potuto vendere; ſi come afferma* Vincenzo de Franchis *Deciſ.* 42. *p.* 1. *nu.* 5. Molfeſ. *conſ.* 7. Capyc. *Deciſ.* 98. refert fuiſſe Deciſum in S. C. dicens, *erat autem ille Sacerdos.*

Hanc non eſſe ſolùm excluſionis conjunctorum conjecturam, ſed expreſſam excluſionem eorundem idem Dom. De Roſa ſub *n.* 37. adverterat, inquiens, *& multò minus Octavii conjunctos, quos ipſe expreſſim excluſiſſe videtur, prævia etiam jurium allegatione, ad ipſius enixam demonſtrandam voluntatem illos omninò excludendi.*

Deniquè ego conſidero penultimum caput teſtamenti, in quo ità ſcripſit. *Item laſcio in tempo d'univerſale neceſſità, durante quella, alla Caſa Profeſſa, à S. Maria della Nova, alle figliole zite foraſtiere, che per buon governo ſi conſervano in qualche caſa riſerbata, docati cento l'anno*, quæ verba appoſita ſunt ferè immediatè poſt præcedentem declarationem, ut ex his verbis intelligeremus, ipſum teſtatorem cogitaſſe caſus futuræ paupertatis, & egeſtatis univerſalis, & nihilominus nè in illis quidem caſibus aliquid in conjunctos erogari voluiſſe, ut exinde appareat omnimoda voluntas, & in omni caſu excludendi conjunctos, quippè quibus omnia paterna, & materna bona diſtribuerat. Confirmatur hæc ponderatio ex traditis per Nattam *conſ.* 211. infrà *num.* 38. latiùs ponderandum.

Extrà verò teſtamentum rogatus à Patribus Soc. Jeſu, ut aliquid ſuis nepotibus legaret, in hunc ferè modum reſpondit; *li miei nepoti anno avuto quello, che li ſpettava, & io non hò obligo di laſciare la mia robba ad altro, che al Collegio, per le continue ſpeſe, che fà per me, e per l'obligo, che le profeſſo*. ità ferè deponunt teſtes à *fol.* 105. uſquè ad *fol.* 118. *ſuper* 8.

Ac tandem reſpicere etiam debemus ad lites plures, eaſquè non modicas, quas Camilla Buono, & Delia Buono ſorores adversùs ipſum Octavium diu exercuerunt, nullo jure ſororibus ſuffragante, quippè quibus dotes ſatìs congruæ à fratre Octavio attributæ fuerant, ità, ut nihil apùd ſe retinuerit ex bonis utriuſquè parentis, ea ſolùm gratia, uti ſorores commodiùs nuberent. legi poſſunt ſcripturæ penes acta præſentis cauſæ exhibitæ, & extractæ ab aliis actibus, in quibus dictæ ſorores contrà fratrem lites exercuerunt, à *fol.* 297. *cum plurib. ſeqq.* ubi recolendum eſt, ex litibus odia, & rancores, vel ſaltem
34 animi averſiones oriri ſolere, ut nemo ignorat, & vulgus etiam Notariorum in tranſactionibus celebrandis advertere ſolet: ac optimè advertit Dom. Reg. Conſil. De Roſa *conſult.* 68. *num.* 14. ubi, quod propterea collitigantis teſtimonium adversùs alterum non admittatur.

His ex re geſta conſideratis, facillimum erit in jure demonſtrare, non poſſe Montis adminiſtratorem aliquid conjunctis Octavii ex ipſius Montis reditibus attribuere. etenim in jure ſanctum eſt, teneri adminiſtratores ſervare voluntates defunctorum, ſivè expreſſæ ſint, ſivè tacitæ, aut præſumptæ, ut paulò ante ex aliis diximus; & nùnc addimus, quod Com-
35 miſſarius ad inſtituendum majoratum, non ſolum ſequi debet expreſſum in mandato, ſed veroſimilem teſtatoris mentem, ad *text. in l. creditor.* 60. §. *ſi inter maritum*, *D. mandati*; melior *text. in l. ſi ſervus plurium*, 53. §. *fin. D. de legat.* 1. optimus *text. in l. ſi quis ad declinandam*, §. *ſin autem*, *ultimo*. ibi, *vel incertam venerabilem domum reſpexerit*, *C. de Epiſc. & Clericis*; de quo textu latiùs infrà *cap.* 2. *n.* 14. Puteus *Deciſ.* 21. *num.* 3. *p.* 3. Rota Januenſis *Deciſ.* 147. *num.* 2. & *Deciſ.* 174. *num.* 4. & 5. Mantica *de tacit. lib.* 7. *tit.* 15. *num.* 25. Palacios *rub. in l.* 31. *Tauri*, *nu.* 48. & 76. Mieres *de majoratu p.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 135. & *ſeq.* hos ſequitur doctiſſimus Hiſpanus Noguerol. *alleg.* 9. *num.* 60.

Undè ulteriùs inferunt, non poſſe electorem, ad-
36 miniſtratorem, commiſſarium, executorem volunta-

luntatis teſtatoris, eligere, & nominare ipſi teſtatori parum gratos, inviſos, ſeù odioſos. Mieres *ubi ſupra*, & poſt eum Noguer. *cit. num.* 60. addo Caſtill. *lib.*2. *contr. cap.*26. *num.*30. qui alios refert. Et magis in puncto eſt ſolennis *Deciſio* 70. Rotæ Romanæ
37 poſt Melium *in addit. ad Caſtillum de Alimentis*, omninò legenda pro noſtra ſpecie. In illa ſpecie teſtator quidam Adrianus in diſtribuendis ſuis bonis commendavit ſuum ſanguinem cuidam Religioſo Patri probo: contendit Franciſcus Coppa teſtatoris Frater patruelis, Catharinam filiam ſuam, tanquam de familia, & ſanguine, ſub illa commendatione comprehendi, præſertim, quia egeſtate, & inopia laborabat; & tamen fuit Deciſum contrà dictum Franciſcum, & ejus filiam Catharinam, præcipuè quia ejus Pater Franciſcus, non erat valdè acceptus teſtatori, ſed aliquo modo inviſus; audiamus concluſionem illius *Deciſ. num.*7. *Unde apparet conſanguineos non ità acceptos, atquè aliquo modo odioſos teſtatori fuiſſe; quare non præſumitur, quod ſub illa commendatione generali ſui ſanguinis, voluiſſet teſtator cæteros conſanguineos comprehendere, ut probavit* Soc. Sen. *in l. utrum*, §. *cum quidam*, *col.* 3. *D. de rebus dubiis*, Fuſar. *de ſubſtitut. qu.*317.*nu.*10. Molin. *lib.*1. *de primog. cap.* 9. *num.* 13. Surd. *Deciſ.* 41. *num.*1. *& conſequenter, quamvis facultas eligendi ex conſanguineis Patri Probo relicta fuiſſet, non poſſet eligere Franciſcum, qui teſtatori erat odioſus. Stante verò Deciſione bon. mem. Arguelles, aſſignante dimidiam partem uſusfructus pro ſuffragio animæ teſtatoris, & pro collocandis virginibus, nullo jure Franciſcus in alimenta ſui, & familiæ ipſius convertendam partem uſusfructus, tanquam in alienam cauſam prætendere poteſt, nam mens, & intentio teſtatoris fruſtraretur, contrà text. in §. diſponat, auth. de Nuptiis*, Rota *Deciſ.*17.*nu.*6.*par.*7.*recent.& ità, &c.*

Si ergo in ea ſpecie, licet Adrianus Coppa teſtator commendaſſet in ſpecie ſuos agnatos executori Patri Probo, in diſtributione dimidiati uſusfructus exequenda pro ſuffragio ipſius animæ, non potuit tamen Pater Probus aliquid diſtribuere Franciſco Coppa pauperi agnato patrueli valdè conjuncto, nec ejus familiæ, quia Franciſcus inviſus erat teſtatori; quantò minus noſtri Montis adminiſter, aliquid diſtribuere poterit deſcendentibus ex Camilla Bono, cum qua lites exercuit Octavius teſtator, & erga cujus deſcendentes nullam, nec rebus, nec verbis oſtendit Octavius affectionem, præſertim quia ſunt valdè remoti, & cognati, & ipſe teſtator, ut ſupra ponderavimus, enixam oſtendit voluntatem excludendi nepotes ex ſorore Camilla proximiores, non ſolùm à bonis ſua induſtria quæſitis, ſed ab antiquis etiam, reddita æquiſſima ratione, quod omnia materna, & paterna ſororibus dotis nomine attribuiſſet.

38 Ponderandum etiam eſt diligentèr *Conſ.* Nattæ 211. per totum. agitur ibi de quodam reſcripto Apoſtolico impetrato à Dominico de Turtis juniore, ut ipſe ſubrogaretur, uti pauper, in locum pauperum ad quandam eleemoſynam vocatorum à Dominico de Turtis ſeniore, quod reſcriptum ibi docet Natta, non eſſe exequendum, tanquàm ſubreptitium, & contrà voluntatem teſtatoris, ex pluribus rationibus, & præſertim in fine ex ratione optima, & ad rem noſtram appoſitiſſima, ibi: *Nam ſi teſtator voluiſſet in caſu inopiæ ſuis providere de dicta eleemoſyna, nulla erat difficultas hoc diſponere.* Et paulò poſt: *nec inſpicienda eſt veri ſimilitudo, quæ non ex verbis teſtamenti, aut alio gravi argumento colligitur, ſed ex eo tantum, quod hoc facere eſſet melius.* Et iſta in ſpecie noſtra vim maximam habent, quia Octavius in caſu inopiæ explicavit, quibus vellet provideri, ibi: *Item laſcio in tempo d'univerſale neceſſità, &c.* & tamen de conjunctis non meminit, nec illis providit, licèt immediatè ante de illis meminiſſet, ut eos excluderet à bonis maternis, & paternis, & antiquis; ibi: *item decluro, che tutta, &c.* & ità nequè ex verbis teſtamenti, nequè alio gravi argumento colligitur in caſu inopiæ conjunctis providere voluiſſe, imò potius oppoſitum. Pondero item ego verba reſcripti illius relata *num.* 2. ibi *attendentes voluntatem expreſſam dicti teſtatoris, qui voluit dictum pronepotem cæteris anteferri, & nonniſi in ipſius, ac filiorum defectum, extraneis provideri.* Quod, quia non adeò clarum erat, decidit Natta non potuiſſe pronepotem ad eleemoſynam admitti, etiam ſtante dicto reſcripto, putans, voluntatem expreſſam illam, fuiſſe cauſam finalem Pontificii reſcripti. item pondero aliam Nattæ rationem ad excluſionem conjunctorum, *num.* 6. quia ſcilicèt Pater actoris obtinuerat aliam ſubrogationem ad eleemoſynam illam. hæc autem multò magis militant pro adminiſtratore Montis, nam, ut infrà *cap.* 3. *num.* 30. conſanguinei proximiores obtinuerunt à Monte per tranſactiones duc. 5000. & non agimus de agnatis, ſed de cognatis, & non adeſt Octavii voluntas expreſſa præferendi conjunctos extraneis, quàm pro cauſa finali requirebat S.Pontifex in reſcripto pro de Turtis, & ab illo reſcripto ſumi poſſe efficax argumentum, expreſsè tradit in ſimili Cephalus *conſ.*702. *initio.*

39 Quod quidèm Cephali conſilium à fortiori nobis favet, & eſt omninò legendum. Agitur ibi de alio reſcripto Pontificio, quo Julius III. conceſſit quibuſdam de Aldoynis bona cujuſdam Julii de Aldoynis, eo quod eſſent pauperes; & de agnatione defuncti, licet ea bona ex præſcripto Hieronymi Pellizarii hæredis dicti Julii fuiſſent diſtribuenda in pia opera per ſororem dicti Hieronymi, ut habetur ibi *num.*19. Et probat ibidem Cephalus, conceſſionem Julii III. fuiſſe puram putam gratiam contrà voluntatem Julii teſtatoris, *in caſu verò* (inquit *num.*10.) *Aldoynorum crediderim totum oppoſitum, quippè, ut gratia fuerit magis contrà, quam ſecundùm teſtatoris intentionem: ſi enim loquamur de Dom. Julio primo teſtatore, effectus oſtendit, quod dictos ſuos aſſertos agnatos non diligebat, quod ut dixi, conſtat ex re ipſa, cum extraneum potius hæredem inſtituerit, quam ipſos agnatos.* Hæc Cephalus, qui, ut patet, multò magis doceret petitionem iſtorum de Sanctoro, adverſari voluntati Octavii boni, ob circumſtantias fortiores contrà ipſos, quas ſæpè commemoravimus, nec iſti habent Pontificium reſcriptum. Et per has, & ſimiles individuas authorum Deciſiones, hæc cauſa decidenda eſt, minimè verò per generalia quædam, quæ non ſunt multùm attendenda. firmum ergo ſit, non poſſe Montis adminiſtrum aliquid illis conjunctis cognatis diſtribuere.

Hoc amplius, nequit S.C. decernere, ut ipſis, tanquam tacitè vocatis ab Octavio teſtatore, aliquid diſtribuatur, quia ità decideret teſtamentum validum, quod non poteſt, non auditis aliis conjunctis, qui proximiores ſe eſſe contendunt, & proptereà hæreditatem univerſam ad ſe ſpectare, ſi ſit teſtamentum irritum, ut ipſi, licet ex vano, autumant. at-
40 què hæc ratio tanti fuit apùd R. Collaterale Conſilium, ut proptereà hanc ipſam cauſam ad Tribunal Rev. Fabricæ remittere noluerit, uti teſtatur Capyc. Latro *cit. Deciſ.* 180. *num.* 31. *verſ. dicebatur*, his verbis. *Dicebatur demum, quod eo ipſo, quod cauſa remitteretur per Collaterale Conſilium Tribunali Reverendæ Fabricæ, eſſet judicare teſtamentum validum, & ſic venientes ab inteſtato eſſent excluſi.*

Eſſet etiàm nullum decretum pro actoribus, quia articulus validitatis teſtamenti eſt præjudicialis, & abſorbens, ſi enim ſit irritum, his conſanguineis remotioribus nihil planè diſtribui poteſt, cum hæreditas ex aſſe proximioribus debeatur, atquè adeò

ipſi

ipſi Collegio, qui omnium ferè venientium ab inteſtato, ceſſiones habet. Conſtat autèm, nullum eſſe decretum de aliquo articulo, ſi omittatur Deciſio articuli præjudicialis abſorbentis. Theod. *alleg.* 65. *num.*4. Magon. *Deciſ. Luc.*37. *num.*6. optimè Dom. De Roſa *conſ.* 32. *num.* 25. *per text. l.* 2. *C. de ordine cognit.* addo Rovit. *conſ.*88. *num.* 2. *tom.*2. *ex tex. in cap.*1. *& cap. tua, de ord.cognit.*

# CAPUT II.

## Excluditur obligatio diſtribuendi cõſanguineis, & Adverſariis reſpondetur.

*SUMMARIUM.*

1 *Pius eſt Mons noſter, licèt alii negent.*

2 *Bona ejus, qui alteri diſtributionem commiſit, non explicans, in quos uſus, diſtribui poſſunt pauperibus, non præcisè, ſed permiſſivè, poſſunt enim in quacumque pia opera erogari.*

3 *Oſtenditur Collegii paupertas: ex doctrina* Federici de Senis.

4 *Et ſi dives eſſet, adhùc pium opus eſſet, ipſi reditus applicare, & quare.*

5 *Ex legato Collegio facto non poteſt colligi, noluiſſe teſtatorem ipſi Collegio reditus attribui, ubi detegitur inſignis lapſus adverſarii à* Matute *decepti.*

6 *Poteſt unus eſſe hæres, & ſi alteri omnes hæreditarii fructus ſint reſtituendi.*

7 *Neque poteſt excludi Collegium ab omnibus reditibus, quia teſtator præcepit, ut Collegium Monti ſolveret, quod ſibi debebat, & cùr.*

8 *Religioſus executor poteſt eleemoſynas ſuo Monaſterio applicare, & ſecularis etiam ſuis filiis indigentibus.*

9 *Quandonàm uni pauperi poſſint attribui diſtribuenda intèr pauperes?*

10 *Adminiſtratores piorum locorum in diſtribuendis eleemoſynis, ex ſola condecentia tenentur præferre conſanguineos inſtitutorum.*

11 *Niſi tamen concurrant conſanguinei cum magnis inſtitutorum amicis, ubi de viribus amicitiæ.*

12 *Conſanguinei ultrà quartum gradum de jure civili non ſunt extraneis præferendi, quia reputantur extranei.*

13 *In externo foro eſt abſolutum non oportere, ut conſanguinei, ſaltèm extra primum gradum, aliis præferantur.*

14 *Applicatur ad beneficium Collegii* tex.in l. ſi quis ad declinandam, §. ſin autem in certam perſonam, C. de Sacroſ. Eccl.

15 *Quando certus eſt à teſtatore deſignatus diſtributor eleemoſynarum, non tenetur is potiùs conſanguineos teſtatoris præferre, quidquid ſit de Epiſcopo.*

16 *Executor cum libera facultate non tenetur eligere digniores, nec teſtatoris proximiores, ſed poteſt minus dignos, remotiores, imò extraneos præferre.*

17 *Oſtenditur noſtri Montis adminiſtrum habere liberam facultatem.*

18 *Liberatus à reddenda ratione adminiſtrationis, an poſſit dolum committere?*

19 *Immunitas conceſſa à reddendis rationibus, hoc ſaltèm operatur, ut quis in diſtribuendo videatur accepiſſe liberam facultatem, & quarè.*

20 *Excipiendo poteſt reus allegare contraria.*

21 *Vir bonus non tenetur eligere melius, ſicuti nequè Deus Optimus Maximus ſempèr meliora eligit.*

22 *Explicantur, aut retorquentur Authores ab adverſario allegati.*

23 Text. in l. quoniam deſideria, C. de natural. liberis *pro Collegio adversùs conſanguineos* Octavii *expenditur, & retorquetur.*

24 *In conjecturanda teſtatoris voluntate: ejus conſuetudo eſt conſideranda.*

25 Octavius *noſter nihil conſanguineis ſolitus eſt elargiri, dum viveret.*

26 *Facile eſt, ut quis nimio ſuorum amori cedat, ni caveat.*

27 *Abſquè diſputatione admittitur, executorem eleemoſynarum poſſe extraneos eligere, diſputatur tamen, utrùm poſſit teſtatoris conſanguineos vocare.*

28 *Legatum conſanguineo pauperi relictum verius eſt, non eſſe pium.*

29 *Prævalere in hominibus ſolet cauſa naturalis ſanguinis cauſæ ſupernaturali pietatis.*

30 Judas *ſuſſurabatur eleemoſynas, ut uxori, ac filiis egentibus ſubveniret, & ideò* Chriſtum Dominum *prodidit.*

SEd admiſſa poteſtate, obligationem deeſſe faciliùs oſtendemus, ſi adverſariis pro hujuſmodi obligatione allegantibus, reſponderimus.

Principiò igitur ponunt adverſarii, noſtri Montis fructus in pios uſus erogandos, adduntque ſignantèr in pauperes eſſe diſtribuendos, atquè adeò non omnes in Collegii commodum, ſed aliquos in conjunctorum pauperum ſublevandam inopiam eſſe impendendos.

Quod pertinet ad pietatem Montis, eam negavit
1 non modo pro Monte ſcribens D. Conſil. De Ponte; ſed etiam D. Conſil. Roccus *reſp.* 76. *tom.* 1. *à n.* 24. pro conjunctis allegans, & Ego malo illam concedere, quia malo ſuo ab adverſariis proponitur, ut infrà *cap.*3. *num.*1. oſtendemus. Quod verò addunt, in pauperes præcisè eſſe diſtribuendos, & ſi verum eſſet, nihil nobis, aut parum valdè obeſſet. Sed veritatis aſſerendæ cauſa res hæc ità explicanda eſt. Si pauperibus diſtributio facienda ſumatur hic permiſſivè, quod ſcilicèt in pauperes diſtribui poſſint, hoc non eſt negandum, quia, cum Canoniſtæ omnes *in*
2 *cap. cum tibi. de teſtamentis*, doceant, in pios uſus eſſe erogandas pecunias à defuncto commiſſas alicujus diſpoſitioni, quoties cui, vel quibus diſtribuendæ ſint, non explicaverit, non tollitur quominus pauperibus etiam poſſint diſtribui; eſt enim hoc unum ex piis operibus, pauperes ab inopia, Dei intuitu, ſublevare. quod ſi neceſſariò dicatur facienda pauperibus diſtributio, quaſi verò in alia pietatis opera erogari fructus nequeant, eſt omninò falſum, & contrà rationem temerè dictum: refragatur enim ratio, nàm nulla eſſe poteſt ratio, cur potius pium opus eleemoſynæ, non verò aliud fieri hoc caſu poſſit; qualia ſunt ſacra pro defunctis, captivorum redemptio, Eccleſiarum conſtructio, & alia ſexcenta pietatis opera. Refragantur etiam Canoniſtæ *d. cap. cum tibi*, qui genericè loquuntur de piis operibus, ità Abbas ibid. *num.*4. teſtatur. *Communiter* inquit, *tenetur per canoniſtas, & legiſtas, ut proferens dicta verba generalia, videatur velle decedere teſtatus ad pias cauſas.* Et ſumma Abbatis in illo *textu* hæc eſt: *Si quis extremam voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni committit, dicitur teſtatus ad pias cauſas.* Idquè confirmatur ex eo, quia licet dicatur teneri beneficiarius ex ſuperfluis eleemoſynas erogare; id tamen ità accipitur, ut non propterea nequeat ipſe ſuperflua, omiſſis eleemoſynis, in alia quæcumquè pia erogare. poſt D. Thom. & Navarr. ità nominatim notat Raynaud. in opere, cui nomen, *mala è bonis Eccleſiæ, cap.* 3. *num.* 9. quod opus in ultima edit. eſt in *tom.*12. *pag.*198.

Nec adverſatur Bald. ex adverſo allegatus *l. executorem. nu.*8. *C. de exeq. rei judicatæ*, nequè Dom. Hodier-

Digitized by Google

Hodierna Bald. allegans, ad *Surd. Deciſ.* 98. *nu.*40. nam uterquè intelligendus eſt in ſenſu permiſſivo, non præciſo, & neceſſario, ut explicatum eſt; ne tantì viri contrà rationem omnem, & omnes authores ſentire videantur.

Quod tertio loco addunt, non poſſe omnes reditus Montis Collegio diſtribui; jam patet omninò oppoſitum ex probatis in prima propoſitionis noſtræ parte: nunc tantùm addo, & ſi illa non militarent, adhuc, ſi minus deberet, certè poſſe Montis adminiſtrum, omnes reditus collegio attribuere, cum nihil huic obſtet poteſtati.

Non obſtat primò, quod adverſarius aſſerat, collegium non indigere, eſſe notum. Nam oppoſitum erat Octavio teſtatori notiſſimum, qui proptereà ad ſublevandam collegii indigentiam, Montem inſtituit. de ære alieno collegii, teſtatur Notarius Caſſetta, *fol.*107. Et etiamnum debet Collegium ſortis ad aureos centieſmille; annuorum redituum, quinquies mille.

Appoſitiſſima ſunt ad rem noſtram verba Federici de Senis in ſimillima ſpecie *conſ.*282. paulò ante *nu.* 2.
3 ibi: *Et ſi dicatur, Monaſterium habere plurimas poſſeſſiones. Reſpondetur, & habet plurimas expenſas, & onera; unde conſiderato ſtatu ſuo plus debet dici indigens, quam pauper mendicans conſuetus per publicum quæſtum ſibi victum quærere.* hæc, & alia ibi optimè, quæ cuperem legi, quia videntur pro Collegio ſcripta. Conſiderat enim, quod illud Monaſterium indigebat quadam ciſterna, & clauſura: noſtrum collegium indiget Bibliotheca, culina, triclinio, piſtrino, valetudinario, quod ruinam minatur; & eſt impar tot Religioſis alendis, quos aliò tranſmittere non poteſt, unde gravatur ære alieno plurimo.

Sed ſit Collegium locupletiſſimum, nùm proptereà quod ipſi erogatur, non erit in piam cauſam impenſum? nullo modo. Etenim pium non eſt id tantùm, quod in pauperes erogatur; ſed etiam, quod attribuitur ad alendos Magiſtros, & diſcipulos in
4 Theologia, ſivè ſcholaſtica, ſivè morali, imò etiam in Grammatica, & Philoſophia, quatenùs ad Theologiam neceſſaria: pium etiam eſt proculdubio legatum ad ſuſtentationem perſonarum, quæ ſacras conciones habeant, pueros, & ruſticos ſacra fidei rudimenta doceant, ut latè, & optimè probat omninò legendus Boſſius *tom.* 2. *variar. moralium tit.* 12. *à num.* 270. uſquè ad 276. hæc autem omnia præſtat Collegium Soc. Jeſu, ut omnibus eſt notum, ut proptereà dubitandum non ſit, etiamſi pauper non eſſet, pium eſſe ipſi reditus erogare, & ità indubiè concludit Epiſc. Maranta *cit. reſp.* 25. *nu.* 40. *& nu.* 49. *& ſeqq.* Quinimò & ſi nihil horum præſtaret Collegium, dubitandum non eſſet, quin pecunia ipſi attributa, vera eſſet eleemoſyna, & pia largitio; quia ratione voti paupertatis ejus Religioſi ſunt verè pauperes, & quod confertur in eorum alimenta, eleemoſyna eſt, uti contrà hæreticos, & cum omnibus Catholicis demonſtrat Ægid. Coninch. *de charitate, diſp.* 27. *dub.*6. *concl.*1. *num.*67. Gabr. Vaſq. *de eleemoſyna, cap.*3. *dub.*1. *nu.* 1. utrumquè citat, & ſequitur Diana *p.* 5. *tr.* 8. *Reſolut.* 18. & noviſſimè Leander. *in Decal. tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 5. *quæſt.* 3. optimè De Lugo *de Juſt. diſput.* 24. *num.* 279. *initio* omninò legendus.

Non obſtat, quod ſecundo loco opponunt, nempè legatum ab Octavio relictum librorum, & ſupellectilium ipſi Collegio, quaſi verò id ſit evidens argu-
5 mentum excludendi Collegium à fructibus hæreditariis. allegant Text. *in l. ſi patroni, §. qui fideicommiſſariam, D. ad Trebell.* ibi: *veriſimile non eſt, defunctum tacitè illam vocaſſe ab inteſtato poſt mortem ſuam ad opulentiſſimam hæreditatem, quam expreſsè in vita diſponendo excluſit, relicta parva quantitate.* Sed adverſarius deceptus eſt à Matute *Diſqu.* 10. qui ex errore illa verba, tanquàm verba ipſius *Text.* citat, quæ ſunt verba ipſius Matute, qui loquitur in alia ſpecie, quando ſcilicèt legatum eſt ſub conditione nihil ampliùs petendi. Allegant Rotam *in antiquis Dec.* 4. *tit. de proc.* quæ nihil tale habet, nàm loquitur in alia ſpecie, cum ſcilicèt Pater conſtituta dote, voluit filiam, ſuæ cedere hæreditati, ut proptereà non cenſeatur eam moriens ab inteſtato vocaſſe, & nititur Rota in renunciatione à Patre procurata, ibi: *Tunc habet locum, quando pater non fecit filiam renunciare, quia tunc, quoad illam, ex quo conſtat, quod ſemel voluit per renunciationem filiam excludere, adhuc ejuſdem præſumitur voluntatis.*

At, eſto, quod legatarius non poſſit præſumi hæres, nihil contrà nos, qui nolumus hæredem Collegium, ſed Montem, qui tamèn teneatur fructus Collegio attribuere, ut ſuperiùs diximus cum Bart. *in verſ. ſecunda propoſitio, cap.* 1. *num.* 8. Nequè eſt in jure inauditum, quod quis ſit hæres, & nihil apùd ipſum fructuum hæreditatis poſſit remanere, ut op-
6 timè in propriis noſtris terminis obſervat Cephal. *d. conſ.*702. *num.*24. *&* 25. omninò legendus, ibi: *Quapropter cum inſtitutionis ſubſtantia in propoſito non videatur ab alieno arbitrio pendere, cum apertè, & clarè teſtator inſtituerit dictum Notariorum Collegium, licèt poſteà fructuum, & bonorum diſtributionem conceſſerit ſorori Andreæ; ſed non proptereà tollitùr, quin hæres certus ſit, & ab ipſo teſtatore nominatus, qui omninò fuiſſet hæres, ſi voluiſſet, etiamſi ſoror Andrea de omnibus teſtatoris bonis aliter diſpoſuiſſet, quia hæres quis eſſe poteſt, licèt nulla teſtatoris bona retineat.*

Non obſtat tertium, quod teſtator voluerit ſuo Monti à Collegio ſolvi, quod ipſi teſtatori debebat;
7 quia in promptu eſt reſponſio, ( ut verbis utar doctiſſimi Dom. Eraſmi De Ponte *in cit. Allegatione pro Monte, verſ.* Nec contrà objiciatur) *prudens enim teſtator, noluit directè in beneficium Collegii diſponere, ne ſuum cum illo confunderetur patrimonium, vel magis abſorberetur, ſimulquè nomen ſuum, ac memoria deperiret: Montem ergo inſtituit, modo, quo ſupra, ſuo nomine nuncupandum, ut perenniter ſcateret ſub ipſius memoria in beneficium Collegii.* Atquè hæc reſponſio eò promptius eſt accipienda, quia reſpondet his, quæ vivens ſæpè dixit teſtator, nempè, velle ſe, ut fructus Montis in commodum Collegii cederent, uti deponunt teſtes ſuper 8. *fol.* 106. 110. 113. 115. ubiquè à tergo, *& fol.*117.

Hoc amplius, ipſemet teſtator expreſſit, quarè vellet, ut Monti ſolveretur, quod ſibi à Collegio debebatur, ut ſcilicèt reditus emerentur, *fol.* 22. ibi: *Tutto quello, che detto Collegio mi reſterà à dare doppo mia morte, ſi debbia reſtituire, per metterſi in compra, ut infrà, per beneficio di detto mio Monte.* Voluit quidem teſtator, ut reditus tantùm Collegio attribuerentur, ut prima parte noſtræ diſputationis oſtendimus, ſed ſortes nullo modo; quinimò enixè alienationem inhibuit, & præterea voluit, ut novi conſtituerentur annui reditus ex reditibus à Collegio debitis, ut magis, magiſquè Mons pingueſceret, ex cujus pinguedine, ſortibus imminutis, reditus in Collegii commodum cederent. Et fortè humani aliquid paſſus eſt teſtator, dum à ſuo nomine Montem appellari voluit, ut ipſius memoria perennaret: atquè eadem ratione voluit Montis ſortes augeri, & nullo pacto Collegii patrimonio commiſceri, memoriæ cauſa, quod alios etiam feciſſe, & quotidie facere, non ignoramus. Sed melior eſt pietatis interpretatio, ut ſcilicèt credamus, hæc procurata ab Octavio, ut refricata ſæpiùs tanti beneficii recordatione, nunquam PP. deficerent pro ipſius anima preces fundere.

Sed

Digitized by Google

Sed nequè quartum ullo pacto nobis obſtat, quia
8 in utroquè foro poteſt Religioſus diſtributor eleemoſynarum à teſtatore deſignatus, eas ſuo Monaſterio applicare; ità enim communiter docent ex juriſconſultis Card. Pariſ. *conſ.*26. *num.* 24. *vol.* 4. latè comprobat Carpius *de Exequut. lib.*1. *cap.* 3. *nu.* 35. imò in ſpecie noſtra, non aliis diſtribuere poſſe, docuit Collat. Conſil. apùd Capyc. Latro *d.Deciſ.*180. *num.* 34. fine, ibi: *quia ſatis clarum eſt, uti religioſum, non poſſe diſponere, niſi ad beneficium ipſius Collegii.* ex Theologis idem probant Sylv. *v. teſtamentum* 2. *quæſt.*2. Navarr. *in propugnaculo ad Apolog. lib. de reditibus, monit.*13. *num.*12. Roſſell. *verbo reſtitutio,* 15. *num.* 8. innumeros refert, & ſequitur, Thom. Sanchez *in ſumma, cap.*11. *num.*57. *lib.* 6. Layman. *lib.*3. *de Juſtit. tr.*6. *cap.*11. *num.*6. & noviſſimè poſt alios Dicaſtillo *de Juſt. & jure l.*2. *tr.*19. *diſp.* 3. *num.* 162. *tom.*2. Nec juvat adverſarios, quod videtur docere Mantica *De Conject. lib.*8. *tit.*5. *num.*9. quod diſtributor ſuis filiis diſtribuere non poſſit; tùm quia id communitèr reprobatur in utroquè foro, ut videre eſt apùd Aufr. *ad Tholoſan. Deciſ.*128. Borrell. *tom.* 3. *ſumma Deciſ. tit.*22. *num.*57. Sanchez *cit. cap.*11. Lugo *cit. num.*280. & Dicaſtill. *cit. diſp.* 3. *dubit.*13. ferè per totam, qui difficilius quid admittunt cum communi, poſſe ſcilicèt ſibi ipſi pauperi applicare. addo eundèm Sanchez *in conſ. moralib. lib.* 4. *cap.* 1. *dubit.* 58. *in ſecunda ſententia*, Molin. *de juſt. diſp.* 747. *num.*1. *verſ. verum autem.* Caſtropalaum *in op. morali tr.*6. *de charit. diſp.*1. *p.*10. *num.*3. *& ſeq.* Bonac. *de contract. diſp.*3. *quæſt.*14. *p.*3. *num.* 9. ex Canoniſt. Navarr. *cap. quieſcamus* 42. *diſt. num.* 70. ex Civiliſtis, Anchar. *conſ.*436. *incip. in his dubiis decidendis, num.*1. *& ſeq.* Didac. Spino *in ſpeculo, gloſ.* 28. *num.* 28. Caſtill. *Controv. lib.* 4. *cap.*22. *num.* 84. Nec ergo Bald. ſimul cum Mantica ab adverſario citatum in meis Baldis reperire potui. ſed eſto, ſit hoc aliter, non applicatur religioſis, præſertìm *Soc. Jeſu,* quia ipſi non habent filiationes, & modò ad unum, modò ad alterum Collegium, aut domum facillimè mittuntur.

Et deniquè nihil obſtat, quod ultimo loco propo-
9 nunt, quod pluralitas non poſſit eſſe ſingularitate contenta; & quod executor ad diſtribuendum non poſſit unum eligere: quia poſſet adminiſter Montis, non ſoli Collegio, ſed in alia etiam pia opera diſtribuere, ut in redemptionem captivorum, celebrationem Miſſarum, alimenta hoſpitalium. Addo veriorem eſſe ſententiam, quod in hoc ipſo caſu diſtributionis faciendæ pauperibus, pluralitas reſolvi poſſit in ſingularitatem, dando uni tantùm, ità poſt alios latè comprobat Gratianus *cap.* 229. *à num.* 4. *uſquè ad* 30. legendus, ſequitur Caſtillo *lib.*6. *Controv. cap.* 121. *num.*54. *propè initium*, ibi: *ex veriori tamen opinione, quod ſufficiat eligi unum*, & poſt Caſtr. & Gomez, Martinus à S. Joſeph *infrà*. Sed melius adverto, quod qui docent uni non poſſe omnia diſtribui, loquuntur de uno homine, non de uno Collegio alente 130. religioſos voto paupertatis obſtrictos, & magno ære alieno gravatos, nàm ſunt re vera plurimi, & in puncto dicunt DD. quod poſſit diſtribui uni Hoſpitali, quia continet plurimos illud unum, ut videre eſt apùd interpretes in *l. ſi quis ad declinandum, C. de Epiſc. & Clericis*, ubi *tex. expreſſus* eſt §. *ubi autem*. confert traditio Caſtill. *lib.* 5. *c.* 67. *num.* 14. *verſ. prætereà*, ibi, *quando pauper electus plures filios haberet, tunc dicitur plures potius eligi*. Quidquod utiquè uni tantùm omnia in eleemoſynas diſtribuenda, poſſunt diſtribui, ubi contrariæ non ſint conjecturæ, vel ſaltèm ubi pro uno tantùm ſunt conjecturæ, ut patet ex diſputatis à Mantica *lib.* 8. *de conject. tit.* 5. *num.* 18. *& ſeqq.* & à Card. De Lugo *de juſtit. diſput.* 24. *num.*286. Martin. de S. Joſeph *in monitis confeſſ. tom.*1. *lib.*2. *tract.* 40. *num.* 3. Diana *par.*10. *tr.*11. *Reſol.*59. Caſtillo *Controv. l.* 5. *cap.* 67. *num.*14. qui nominatim oppugnat Manticam, qui videtur ſibi ipſi contrarius. In noſtra ſpecie, conjecturas, imò evidentias habemus, omnes reditus Collegio applicandos, ut prima parte latiſſimè demonſtravimus, ideòquè ſumus extrà omnem rationabilem dubitationem. Et ad ſummum, ubi hæc omnia paterentur difficultatem, ſatis eſſet diſtribuere duobus, & ſic Collegio, & Cappellæ, ut optimè in jure confirmat Anton. Diana *cit. Reſol.*59.

Supereſt nunc, ut potiſſimum adverſarii telum retundamus, utuntur enim paucorum ſententia, docentium, teneri adminiſtratorem piorum locorum præferre pauperes teſtatori conjunctos, atquè adeò actoribus teſtatoris conſanguineis aliquid omninò eſſe decernendum.

Poſſem equidèm eam ſententiam omninò evertere, ſed quia id nimis videri poſſit durum, malo ad receptiſſimas limitationes confugere, à quarum ſingulis victoriam certò nobis polliceri poſſumus, & multò magis ab omnibus copulatim acceptis.

10 Prima ergò reſtrictio illius ſententiæ, ſit, ut intelligatur ſolùm de aliqua obligatione condecentiæ, non verò de obligatione rigoroſa, quæ vel conſcientiam ſub culpa liget, aut coràm Judice proponi poſſit. in terminis id tradidit Card. De Lugo *de juſt. diſput.*24. *num.*280. ex Juriſconſultis id optimè advertit, & ità DD. interpretatur Petr. Cenedo *canonic. & civilium quæſtionum quæſt.* 17. *num.* 15. ibi: *Suadet Doctor Angelicus, quod potius ſunt relinquenda bona conſanguineis indigentibus, quàm extraneis, non tamen aliquam inducit neceſſitatem, ut ex ejus verbis manifeſtum eſt, in conſilio autem non eſt neceſſitas*, cap. quiſquis 14. quæſt. 1. *unde ejus doctrina, dum ad conſilium pertinet, & vera, & ſancta, & ſervanda eſt: cæterùm non debemus ex ea inducere neceſſitatem, cum nihil minus ille vir Sanctiſſimus excogitaverit.* Concinit Ægid. Trullench *in opere morali tom.*1. *lib.* 1. *cap.*5. *dub.*6. *num.*24. ubi, quod excepta extrema, aut graviſſima neceſſitate, non obligat ordo charitatis ad hos potiùs, quàm illos præferendos, & meliùs *dub.*11. *num.*1. *fine*, ibi. *Ordo charitatis non obligat, niſi ſuppoſita extrema neceſſitate*, & in hoc tantùm caſu procedit *tex. c. non ſatìs* 86. *diſt. & alii ſimiles.* adde, quod illi *text.* non urgent, quia Gratiani Decretum non habet vim legis ut poſt plures Layman. *de legibus, cap.*4. §.3. *num.* 12. nec aliquem legi, qui explicitè contradicat, ità ut commodè nequeat explicari de ſola obligatione condecentiæ. Hoc ipſum eſt de mente omnium docentium, eleemoſynas, & beneficia ex ſola condecentia, & abſquè obligatione rigoroſa eſſe concedenda potiùs civibus, quàm exteris. ità Garzia *De Benef. p.* 7. *cap.* 9. *nu.*7. Carena *Reſol.*132. *num.* 2. & 7. ibi: *de honeſtate.* Et confirmatur evidenti ratione, quia ordo ſervandus in his diſtributionibus, non oritur ex juſtitia, ſed ex ſola charitate, qui ordo nec obligat conſcientiam, nec ullo modo actionem juridicam parere poteſt, ſed ſolùm eſt de conſilio, ut rectè notavit Cenedo *d.n.*15.

Secunda reſtrictio eſt, quandò cum conſanguineis concurrunt magni amici, nam magis laudabile eſt, & meritorium ſubvenire magnis amicis indigentibus,
11 quàm conſanguineis. ità in individuo tradit Petrus Cenedo *qu.*17. *num.* 5. & ex Theologis Aragon. 22. *quæſt.*26. *artic.*8. vera enim amicitia præſtat conſanguinitati, teſte Tullio *lib.*1. *de offic.* ad idem ex noſtris plures congerit Tiraquell. *l. ſi unquam, verbo libertis à nu.*96. & in jure probatur, quia paſſim priore loco amici nominantur, poſteriore conſanguinei, ità in *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, D. de vulg.* ibi: *amicus, & cognatus, in l. Theopompus, D. de dote præleg.* ibi: *amici mei, vel cognati*; & in *l. affectionis, D. de donat.*

Digitized by Google

*donat.* ibi: *amicos, vel neceſſarios*. Conſtat autem ex ordine ſcripturæ prælationem importari, *l. generaliter, §. ſi quis ergo, D. de fideicommiſſ. libert. l. quoties, D. de uſufr.* Mantica *de conject. lib.6. tit.13. nu. 11.* Velaſc. *conſult.171. num.4.* Lara *de cappell. lib.2. cap.3. num.47. & 50.* Dom. R. Conſil. Roſa *conſult. 69. num. 157.* Quanta verò inter Octavium, & PP. Collegii Soc. Jeſu intercesſerit amicitiæ neceſſitudo, & affectio mutua: ſatìs conſtat ex traditis *cap. 1. nu.12. 24. & 25.*

Tertia eſt reſtrictio, ubi conſanguinei non ſunt valdè conjuncti, tunc enim ceſſat qualis qualis illa obligatio eos præferendi: hanc reſtrictionem apertè ſignificat Cenedo *cit. quaſt.17. num.11.* ibi: *cum longè major ratio militet ad ſubveniendum fratribus indigentibus, quam conſanguineis, & num.16.* ibi: *cæterum reſpectu conſanguineorum, alio modo res ſe habet*. Lucas etiam De Penna non obſcurè idem innuit *l.2. C. de annon. civil. lib. 11. num. 4.* ibi: *maximè ſi non ſit nobis multum conjuncta*, & eadem prorſus verba ad rem noſtram habet D. Thom. *2. 2. qu.32. art.9. in corpore articuli, in fine, & qu. 31. artic.3. ad 1.* eodem ſenſu loquitur, ibi: *non poteſt univerſali regula determinari, cui ſit magis ſubveniendum, quia ſunt diverſi gradus indigentia, & propinquitatis*. Conferunt tradita per Sim. De Pretis *de Interpret. ultim. volunt. lib.1. interpret. 2. dub. 2. ſolut. 3. num. 12.* ubi ex aliis docet, in hac ſpecie, conſan-
12 guineum, & propinquum, ſi ſit cognatus, intelligi tantum uſquè ad quartum gradum de jure civili. quod roboratur, quia conſanguinei excedentes quartum gradum de jure civili admittuntur ad teſtificandum pro, & contrà conſanguineum, non ſecùs atquè extranei. Navarr. *cap. inter verba, 11. qu.3. nu.413.* optimè, & latè Ludov. Molina *de juſt. tract. 3. diſput.44. num.11.* Rayn. *de monit. p. pr. cap.3. quaſt. 12.* & alii paſſim. noſtri actores ſunt in 8. aut 7. de jure civili, ergò ut extranei habendi.

Quarta reſtrictio eſt pro foro externo, in quo eſt abſolutum, non oportere, ut hujuſmodi ordo ſervetur. ità poſt plures in individuo concludit Cavalcan.
13 *Deciſ.26. nu.22. par.3.* ibi: *Dicunt in foro conſcientia teneri ſecundum ordinem charitatis, & prius illis de domo, deindè proximioribus, poſtea illis de Parochia, & ultimo loco illis de Civitate, & deinde forenſibus, licèt in foro fori ſecus ſit, & ſit arbitrarium*. Sed & in foro interno idem juris eſſe, eſt veriſſimum, quia nullus Doctor Theologus, extrà extremam neceſſitatem, hunc ordinem ſub obligationem cadere docuit. nec eſt de juriſtis puris curandum in materia conſcientiæ, quia ſæpè circa illam turpiter errant mittentes falcem in alienam meſſem. ſed nequè deſunt juriſtæ, qui cum Theologis hac in parte ſentiant. certè doctiſſimus Hieronym. Portoles *in ſchol. ad Molin. in §. nobilis num.21.* optimè animadvertit, *errorem vulgi eſſe, exiſtimare teſtatorem non poſſe tuta conſcientia extraneum hæredem ſcribere, neglectis fratribus indigentibus*; annuit Cened. *cit. qu. 17. num.4.* qui concilians contrarias ſententias à *nu. 11. & ſeqq.* rectè docet, tunc demùm contrà conſcientiam peccare fratrem, qui extraneum ſibi ſcribit hæredem, ſi fratres adeò ſint inopes, ut alimentis indigeant, ſecùs verò, minimè. idquè ſolum ad fratres reſtringit, non item ad cæteros conſanguineos. Rigidior eſt Anton. Gomes *1. var. cap. 11. num. 39.* omninò legendus, qui rectè monet vulgatum illud Auguſtini (ſi tamen eſt Auguſtini, quod non pauci negant, ut videre eſt apùd Tiraquell. *in præfat. l. ſi unquam, num. 62. C. de revoc. donat.*) *cap. placuit, 13. quæſt.2. quicunquè vult, exhæredato filio, hæredem facere Eccleſiam, alium quærat, quàm Auguſtinum*, eſſe reſtringendum in ſenſu ſuo de deſcendentibus, non etiam de collateralibus, ut aliqui temerè extendunt; & ipſe propterea docet, tuta conſcientia, poſſe à fratre fratrem pauperē præteriri. Eſtquè id indubitatum, ubi quis neglecto fratre paupere, non extremè indigente, non profanam perſonam, ſed monaſterium, aut hoſpitale inſtituit; tunc enim, non ſolum eſt probata diſpoſitio in foro externo; ſed etiam in interno. poſt plures Valer. *de differ. utr. juris, verbo: hæreditas, n.1. & 3.*

Quinta reſtrictio ſignificatur apertiſſimè à Text. *in l. ſi quis ad declinandum, §. ſin autem in perſonam certam, C. de Epiſcop. & Clericis*. nempè, quod ceſ-
14 ſet obligatio Epiſcopi diſtribuendi potiùs conjunctis aliquo modo, quàm aliis non conjunctis, quando defunctus in certam venerabilem domum reſpexerit, quia tunc illi tantùm omnia ſunt attribuenda, ex verba *text. Sin autem in perſonam certam, vel in certam venerabilem domum reſpexerit, ei tantummodo legatum, vel hæreditatem competere ſancimus*. cum ergò ex traditis *cap.1. à num.11. & ſeq.* conſtet Octavium teſtando in Collegium reſpexiſſe, fruſtrà de prælatione conjunctorum diſceptatur, cum totum ipſi Collegio debeatur, ex ipſo *text.* qui prælationi conjunctorum favet.

Sexta reſtrictio omnem in noſtra ſpecie formidi-
15 nem removet, nempè, quia certus eſt ab Octavio deſignatus redituum Montis adminiſter, qui proptereà arbitrio ſuo poteſt in hoc, vel illud pium opus eos impendere, & ubi eligeret pium opus eleemoſynæ, non teneretur hos potiùs, quàm illos eligere pauperes. ità, & optimè in individuo noſtræ ſpeciei ſcripſit R. Conſil. Roſa *cit. conſ.36. num. 40.* ibi: *Et denique ceſſat omnis difficultas, quia noſtri Montis adminiſter certus eſt deſignatus, quo caſu etiam ſi Montis reditus ad erogandas eleemoſynas pauperibus eſſent à teſtatore deſtinati, nequè teneretur adminiſter hos potiùs, quàm illos præferre*.

Confirmabat limitationem noſtram vir doctiſſimus ex traditis à Card. Tuſcho, *lit. P. concluſ.168. n. 4. & 6.* poſt Federic. De Senis *conſ.282. n.2.* & meritò, quia hi Authores docent, perſonam electam ab ipſo teſtatore ad diſtribuendas eleemoſynas pauperibus, non teneri in diſtribuendo ullum ſervare ordinem prælationis, præferendo pauperiores, aut illos de Parochia teſtatoris; licet hujuſmodi ordinem teneatur Epiſcopus ſervare, ubi ſolùm teſtator juſſit diſtributionem inter pauperes, nullis certis deſignatis pauperibus, nec executoribus. Addo ego idem docentem poſt alios Cavalcan. *p.3. Deciſ.26. nu.21.* ibi: *& cum teſtator elegerit, & conſtituerit executores, fruſtra eſt quærere, &c.* antè alios Bart. *in l. unum ex familia, §. 1. de legatis 2. l. cum quidam, ad finem, eod. tit.* idem Bald. *in repetit. l.1. nu. 31. verſ. item quæritur, C. de Sacroſ. Eccl.* & poſt hos Cap. Tholoſ. *Deciſ. 128.* ubi Aufr. poſt plures canoniſtas, Borrell. *ſumma Deciſ. tom.3. tit.22. num.56.* Mantica *de conject. lib.8. tit.5. num.2.* quem in hoc ſenſu intelligit, & ſequitur Carena *Reſol.132. num. 8. & Reſol. 133. num.5.* qui alios refert *ibid. num. 2.* Diana *etiam p.2. tract.16. Reſol.19. alias 21.* & noviſſimè Ludovic. De Scildere *de principiis, tract. 4. num. 311.* & ante omnes Jo: Andr. *cap. 1. num. 16. de teſtamentis in 6.* ubi ad partes latè diſputat, & hanc ſententiam ſolidè confirmat, & eſt omninò legendus. legendus eſt etiam Cævall. *quaſt. 265. num. 7.* ubi ex Bald. *in l. unum ex familia, §. ſi de falcidia, D. de leg.2.* docet, *quod is, cui electio commiſſa eſt, non tenetur ordinem ſervare circa electionem faciendam*, quod probat per opt. *text. l.24. D. de leg. 2.* ibi: *etiam indignum*.

Rationem autèm diſcriminis, cur Epiſcopus teneatur eligere pauperiores, & viciniores, ſeu illos de parochia, & domicilio teſtatoris, executor verò deſignatus à teſtatore poſſit diſtribuere pauperibus quibuſcunquè, ex eodem Jo: Andrea, tradit idem Federi-

dericus De Senis *cit.conſ.* 282. *num.*2. *verſic. ad contraria*. ubi, *ad contraria*, inquit, *Reſpondeo, quod diverſa eſt poteſtas data ab homine fideicommiſſario, à poteſtate, quæ defertur à jure: Unde, ſi eſt Commiſſarius juris, ſicut eſt Epiſcopus, debet diſtribuere inter pauperes domicilii teſtatoris, ad quod non tenetur executor datus ab homine, qui diſtribuere poteſt ubi vult*. ità ille, & ego addo ulteriorem rationem eſſe, quia largior ſemper fieri interpretatio poteſtatis datæ ab homine, præſertim in ultima voluntate, quam poteſtatis à jure attributæ, juxtà vulgares, & notas regulas. ad idem affert Jo: Andr. *l. cit.* ſimile de electione prælati. *is enim*, inquit, *cui à jure defertur electio prælati, proptèr negligentiam, tenetur eligere de Eccleſia vacante; Commiſſarius tamen, cui datur ab homine poteſtas eligendi, eligit undecunquè.* conſidero ad idem, majorem eſſe poteſtatem judicandi arbitrorum, & arbitratorum, quàm judicum ordinariorum, ex eadem ratione. confert etiam ad rem noſtram, quod in alia cauſa notavit idem D. De Roſa *conſult.*62. *num.*3. nempè, quod *electio facta à diſtributoribus, quibus teſtator hoc commiſit, omninò eſt exequenda, niſi evidentiſſimè appareat, diſtributores in eligendo à teſtatoris voluntate deviaſſe*. Hinc etiam facilè reſpondetur ad tradita per Roccum de Curte *de jure patr. verbo, honorificum, à num.*46. *& ſeq.* & ejus ſectatores, quod ſcilicèt duobus præſentatis ad beneficium, debeat Epiſcopus præferre conſanguineum inſtitutoris, etenim hæc doctrina permitti poteſt, quia Epiſcopus à jure habet eligendi facultatem, quæ reſtrictior eſt, ut diximus ex Jo: Andr. & De Senis prætèr quam quod ea ſententia, ipſo teſte Rocco, magnas patitur difficultates; & procedit de ſola honeſtate, & majori laudabilitate, nec importat obligationem rigoroſam, ut ex Carena, & aliis diximus hoc *cap.num.*10.

Porrò doctrina hac tàm ſolida, & communi, non modo à pari, ſed à fortiori probatur reſtrictio noſtra; etenim in jure eſt expreſſum, *l. ſi quis ad declinandum, C. de Epiſc. & Clericis*, debere Epiſcopum præferre pauperiores, & viciniores, id tamen non eſt expreſſum de conſanguineis teſtatoris, ſed à quibuſdam DD. ex æquitate ad eos extenditur; ſi ergo executor deſignatus ab homine non tenetur ſervare ordinem in jure præſcriptum expreſsè Epiſcopo deſignato à jure; multò minus executor deſignatus ab homine tenebitur ſervare ordinem deſignatum, non à jure expreſſum, ſed ex extenſione Doctorum: unde tandem apparet, quàm ſolidè, licèt uno verbo, probaverit reſtrictionem noſtram Dom. De Roſa ex traditis à Federico De Senis.

Septima reſtrictio magis confirmat præcedentem; & magis, magiſquè cauſam noſtram in tuto collocat. etenim eſt indubitatum, executorem datum cum
16 libera facultate eligendi, non teneri eligere digniores: hoc in omni materia liquet. in electione ad majoratus alicujus conſanguinei, licèt de jure Hiſpanico eligi debeat conſanguineus proximior, ſi tamen conceſſa ſit ab inſtitutore libera facultas eligendi conſanguineos, eligi poteſt remotior. latè poſt alios Caſtillo *lib.*5. *cap.*67. *num.*3. Cævallos *comm. contrà comm. quæſt.*265. *num.*6. Molin. *de primog. lib.*2. *cap.*5. *num.* 4. *&* 5. alter Ludovic. Molin. Soc. Jeſu *de juſtitia diſput.*595. *num.*2. In diſtributione eleemoſynæ is, cui electio libera pauperum conceſſa eſt, poteſt externos indigenis præferre abſquè ulla dubitatione, optimè Carena *cit. Reſol.*133. *num.*2. poſt plures juriſconſultos, & Theologos. Et universè libera eligendi facultas deobligat ab omni ordine ſervando, dummodò turpes perſonæ non eligantur. Caſtillo *cit. lib.*5. *cap.* 67. *num.* 3. *initio*. addo Rotam coram Pamphilio *apud* Barboſ. *de dictionibus, in dictione, liberè, num.* 13. Et in puncto de conſanguinitate, quod ille, cui à teſtatore conceſſa eſt libera facultas eligendi cappellanum, non teneatur eligere conſanguineum teſtatoris, optimè probat, & obtinuiſſe ſe ſcribit Cævall. *cit. quæſt.*265. *num.* 9. ſequitur Caſtillo *cit. cap.* 67. *num.*5. paulò poſt initium.

In ſpecie noſtra Procurator Collegii habet utiquè liberam eligendi poteſtatem, ut patet ex teſtamento,
17 *fol.*22. *àter. num.* 23. ibi. *dà diſtribuirſi dal mio governatore, cui plus, cui minus à ſuo beneplacito*, quæ verba liberam facultatem important, ut in puncto Guido Papa *qu.*475. ibi. *reperiuntur etiam verba, ad beneplacitum, quæ etiam important liberam voluntatem*. idem expreſſit Corn. *conſ.*156. *num.*6. *ad finem, lib.*2. ibi. *cum dictus Fiordus teſtator commiſerit facultatem diſponendi ad beneplacitum dicti Nicolæ, apparet, quod noluit reſtringere facultatem dicti Nicolæ ad arbitrium boni viri*. Et multò magis verba ſequentia important liberam voluntatem, ibi. *ſenza loro richieſta, ſecretamente*; & multò maximè liberrimam important diſtribuendi facultatem verba teſtamenti initio appoſita, adeòquè ad universam diſpoſitionem relata, *fol.*20. *num.*4. ibi. *ſenza però niſſuno obligo di darne conto à perſona niſſuna del Mondo.* quæ verba poteſtatem inducere ad libitum diſponendi, ponderavit Collat. Conſ. teſte Capyc. Latro *cit. Deciſ.*180. *num.*34. ibi. *Fuit relictus Gubernator abſquè onera reddendi computa cuivis perſonæ Mundi, & ſic iſte gubernator poteſt de bonis dicti Montis diſponere ad libitum.* Et ſimilem liberam poteſtatem, ex ſimili verborum formula, admittit Pariſ. *conſ.*83. *vol.*2. *num.* 26. ibi. *ſinè contradictione alicujus perſonæ, juncto num.* 33. ibi. *eſto, quod elegerit perſonas conſanguineas, & ſibi attinentes.*

Nec mihi hoc loco aliquis obtrudat opinionem Jacobi à Canibus *tract. de execut. §. noviſſimum*, ubi docet, liberatum à reddendis rationibus, intelligi liberatum ſolùm à reddenda ſcrupuloſa ratione; nam communior ſententia eſt, liberari abſolutè ab omni ratione reddenda, ut teſtatur Petrus Wadingus *de contract. diſput.*4. *dub.*14. *§.*4. *num.* 8. poſt ſpeculat. & ibi Jo: Andr. *tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò ali-*
18 *qua.* addit optimè idem Wadingus, liberatum à ratione reddenda, neque de dolo accuſari poſſe, non, quia dolus remitti poſſit à teſtatore; ſed quia dolus committi non poteſt ab eo, cui Dominus permiſit liberam diſpoſitionem. audiamus ſingularia verba hujus magni Authoris, quia ſunt ad noſtram ſpeciem appoſitiſſima. *Cur autèm non cenſeatur remittere dolum, hanc dant rationem, quia remittendo dolum, videretur invitare ad fraudandum, & peccandum, ſed hæc ratio ſupponit id, quod eſt in controverſia. dicerent enim alii, non poſſe committi dolum ab eo, cui Dominus permiſit liberam diſpoſitionem: quando enim permitto, ut elam auferas pecunias meas, non committis furtum, & ità quando teſtator Commiſſario omnia condonat, idem eſt, ac ſi diceret, permitto, ut ex rebus meis tibi ſerves, quantumvis, & proinde puto ſi teſtator verbis pinguibus utatur in liberatione, eſſe eum omninò liberum, nec dolum ab eo committi poſſe*, & quia contrà opponi ſolet *tex. cap. tua nobis de teſtamentis*, ad illud ità reſpondet. *Nec cap. tua nobis, de teſtam. contrarium ſtatuit, nam caſus iſtius cap. habet, quod conſtaret teſtatorem abſolutè voluiſſe, ut expenderentur bona in pios uſus: & tamèn, quod executor in alios uſus converterat, & ſimul interdictum à teſtatore, ne Epiſcopus ſe immiſceret. hoc autem non potuit fieri: idem enim fuiſſet, atquè prohibere judici, ne puniat crimina. noſter autem caſus eſt, quando teſtator condonando omnia, impedit, ne admittatur crimen.*

Rectiſſimè igitur in noſtra ſpecie, in qua verbis adeò præciſis, & efficacibus, noluit teſtator ulli ullam rationem reddi, eſſe noſtrum executorem ab

omni reddenda ratione immunem, ſcripſit Maranta *cit. reſp.* 25. *num.* 54. 55. 56. *&* 57. imò etiam ità ſenſit Collat. Conſ. teſte Latro *cit. Deciſ.* 180. *nu.* 34. id ſupponens indubitatum, ibi: *abſquè onere reddendi computa cuivis perſonæ mundi, & ſic iſte gubernator poteſt de bonis dicti Montis ad libitum diſponere*, & eò magis ſervanda eſt voluntas Octavii remittentis redditionem rationum, quia ea proceſſit ex ſolidiſſima ratione, quam conſideravit idem Collat. Conſil. apùd Latro *num.* 26. his verbis, *& ideò teſtator remiſit huic adminiſtratori redditionem computorum; ſciebat enim, tanquàm perſona, quæ per tot annorum curricula cum dictis RR. PP. conſuetudinem habuit, quod introitus dicti Montis erant optimè, & magna pietate, & prudentia erogandi, & ſic non erat opus aliqua computorum redditione*, & ego hanc rationem magis explicans conſidero, ceſſare omninò periculum universè conſideratum à negantibus hanc immunitatem concedi poſſe, nè ſcilicèt alicui occaſio præbeatur delinquendi, quia rectiſſimè noverat Octavius, eos, quibus ipſe immunitatem à rationibus reddendis concedebat, non eſſe unquàm ex illa immunitate culpæ, & fraudis occaſionem accepturos; præſertim cum elegerit ſui Montis adminiſtratores illos ipſos, quibus oculatiſſimi PP. univerſum Collegii patrimonium concrediderant, aut concredituri erant; & quia re ipſa; licèt ſub nomine ſui Montis, eidem Collegio reditus ſuos elargiri volebat. Et in omni caſu, non eſt negandum, quin ea verba, *ſenza però niſſuno obligo, &c.* importent facultatem eligendi quoſcunque, aliàs non eſſet verum, quod nulli perſonæ de Mundo teneretur reddere rationem; ſed potius omnibus, nam hic, & ille
19 exigere poſſet, cur mihi, & non aliis diſtribuis? videantur, quæ in ſimillima ſpecie ponderat Carena *reſ.* 132. *num.* 1. ibi. *Non videtur reſtringenda ejus authoritas, ut poſſit ſolos adoleſcentes dictæ terræ in præfatum Seminarium admittere, ſic enim non haberet omnimodam authoritatem, ſed valdè reſtrictam, &c.*

Rursùs, dum ii, qui negant eſſe omninò immunem à reddendis rationibus, ab illis à teſtatore liberatum, non alia ratione permoventur, niſi, quia putant omnimodam immunitatem concedi non poſſe, ne delinquendi occaſio præbeatur; conſequens eſt, ut eatenus tantùm reſtringenda ſit remiſſio rationum, quatenus concedi non poſſit; ſed certum omninò eſt, poſſe teſtatorem permittere ſuo executori deſtinato ad diſtribuendos reditus in pia, vel eleemoſynas, ut non teneatur reddere rationem, quamobrem in hoc potiùs, quàm illud pium opus; in hos magis, quàm in illos pauperes diſtribuat; dummodo verè in pia, & in veros pauperes diſtribuat (ut omnes ſupra citati initio hujus reſtrictionis docent, & per ſe eſt manifeſtum, cum nullo jure reperiatur prohibitum) igitur liberum erit executori non debenti rationes reddere ex conceſſione teſtatoris, alia pia opera exceptis eleemoſynis, eligere; vel electis eleemoſynis, omittere pauperes teſtatoris conſanguineos, & alios, vel etiam ſuos eligere amicos, aut conſanguineos.

Atquè ad id confirmandum validiſſima eſt Deciſio illa, quam ex Cevall. *qu.* 265. *num.* 9. indicavimus, quam etiam refert, & ſequitur Caſtillo *cit. lib.* 5. *cap.* 67. *num.* 5. *paulò poſt initium*. res ità habuit. Præſcripſerat inſtitutor Cappellaniæ, ut ultimus Cappellanus nominaret Cappellanum conſanguineum teſtatoris, aut etiam ſuum ipſius ultimi Cappellani conſanguineum, & articulo diligentèr diſcuſſo, fuit Deciſum, potuiſſe ab ultimo Cappellano negligi conſanguineum teſtatoris, & eligi conſanguineum ipſius ultimi Cappellani. undè evidentèr apparet, nullo modo eſſe invalidam, aut illicitam poteſtatem poſtponendi inſtitutoris conſanguineos; atquè adeò in ſpecie noſtra hanc ſaltèm poteſtatem operabitur illa tàm ampla remiſſio reddendæ rationis, etiam per verba geminata, & negativa, *fol.* 22. *àter. num.* 23. *à ſuo beneplacito, ſenza loro richieſta, ſecretamente, & fol.* 20. *num.* 4. *ſenza però niſſuno obligo di darne conto à perſona niſſuna del Mondo*, quæ geminatio, & negativa diſpoſitio magnam habet vim comprehendendi omnia, ut poſt alios optimè adnotavit D. Conſil. Roſa *conſult.* 69. *num.* 85. *&* 180. Nec mihi objiciatur, quod videar contraria proponere his, quæ diximus *cap.* 1. *per totum*, quod non habeat liberam facultatem Montis adminiſtrator reditus Montis diſpenſandi, ſed debeat ſequi tacitam defuncti voluntatem applicandi omnia Collegio; nàm, præterquamquod, ſi illud admittatur, ultro liberam facultatem negabi-
20 mus, quæ nobis ſolùm deſervit ad excludendos conſanguineos, ubi neceſſitate non teneretur adminiſter omnia Collegio attribuendi; notiſſimum etiam eſt, reis concedi contraria excipiendo allegare *cap. nullus pluribus, de regulis juris in* 6. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 428.

Ex his apertiſſimè apparet, non eſſe ad rem ea, quæ latè adverſarius congerit de arbitrio boni viri; nam

Primò dici poteſt, aliud eſſe, virum bonum, aliud virum optimum; viro bono ſatis eſt, ſi bonum eligat, nec tenetur optimum eligere: at eligere optimum (ad ſummum) ad optimum ſpectare poſſet; quales homines eſſe non poſſunt: imò ipſe Deus Optimus
21 Maximus, ſempèr quidem bonum, non tamen ſemper optimum eligit, juxtà communiſſimam Theologorum traditionem adversùs Jacob. Granad. & Didacum Ruiz, ut videre eſt noviſſimè apùd Comptonum Carlettonium *tom.* 1. *theolog. ſcholaſticæ diſput.* 32. *per totam*, Georgium de Rhodes *theol. ſchol. tom.* 2. *diſput.* 1. *quæſt.* 2. *ſect.* 3. *per totam*, qui alios referunt, non tollitur ergo, quin ſit vir bonus adminiſtrator hujus Montis, ſi negligat conſanguineos teſtatoris, & alios pauperes eligat; nam horum electio bona eſt; & ad ſummum, illorum eſt melior: porrò, ut dictum eſt, vir bonus eſt, qui bona eligit, licèt meliora negligat, & ità in individuo ex Bar. & Bald. tradit Aufrer. *ad cap. Tholoſ. Deciſ.* 128. his verbis, *licèt committatur electio in aliquem, tanquàm in bonum virum, non reprobatur ejus electio, licèt potuerit eligere meliorem, ſufficit enim, quod indignum non eligat.*

Secundò dicendum eſt, adminiſtratorem noſtri Montis habere liberam adminiſtrandi poteſtatem, & non reſtrictam ad arbitrium boni viri, atquè adeò regulis de præferendis his, aut illis, non teneri, quod ſatis probatum eſt ex verbis teſtamenti paulò ante relatis *nu.* 17.

Hinc eſt, non obſtare tradita per Pariſ. *conſ.* 45. *n.* 16. *&* 17. *lib.* 3. ab adverſario allegatum; nam loquitur in ſpecie oppoſita; ibi enim uxor diſtribuerat in filiam divitem bona, quæ teſtator præceperat diſtribui pro ejus anima pauperibus Chriſti, & ideò rectè dixit Pariſ. hoc fuiſſe abuti poteſtate diſtribuendi, atquè adeò irritam fuiſſe diſtributionem; at ſi noſtri Montis adminiſter velit quidem pauperibus extraneis diſtribuere, neglectis conſanguineis, ad ſummum dicetur non optimè uti poteſtate diſtributiva, non tamen abuti; quia inter hæc eſt quid medium, nempè bene uti; nam dare pauperibus, licèt extraneis, eſt bonum, licèt fortè melius eſſet dare conjunctis pauperibus; & ſolùm dare non pauperibus, eſſet malum, & malè uti, quod eſt abuti poteſtate, & licèt fortè diceretur, eſſe magis prudens conſilium dare conſanguineis pauperibus, quàm extraneis, non proindè his potiùs dare eſſet conſilium imprudens, quilibet verò tenetur eſſe prudens, & debet vitare imprudentiam, non tamen tenetur operari prudentiſſimè; præſen-

ſertim ſi ſit executor alienæ voluntatis cum libera facultate ad ſuum beneplacitum, & ſine obligatione ulla, ulli mortalium rationes reddendi, ut patet ex ſupra deductis.

22 Calcan. eſt pro nobis, nam *conſ.* 8. ſic habet: *ſi relinquatur per verba denotantia arbitrium boni viri, certè non poterit eligere indignum, ſecus ſi relinqueretur electio ſienda ad liberam voluntatem hæredis, vel executoris, quia tunc poſſet eligere indignum,* dum ergo Calcan. ſuſtinet, ab executore cum libera facultate poſſe eligi indignum, multò magis eligi poterit minus dignus, dato nunc, digniores eſſe conſanguineos Collegio, quod eſt falſum.

Anchar. *conſ.* 436. *num.*2. diſputat, an executor poſſit eligere pauperes teſtatoris conſanguineos, & concludit poſſe, addens, laudandos eſſe executores, ſi conſanguineos teſtatoris pauperes eligant. At hoc non importat obligationem, ſed ad ſummum decentiam majorem, quæ non obligat in ullo foro.

Nec Mantica nobis officit, quia *lib.*8. *de conject. tit.* 5. *num.* 16. *&* 17. duos diſtinguit caſus, primus eſt, quando diſtributio eſt facienda per executorem cum poteſtate diſtribuendi, quibus ſibi placuerit, & hoc caſu *num.* 16. dicit poſſe diſtribuere conſanguineis pauperibus, nec imponit obligationem; at *nu.* 17. dum loquitur, per verbum *debet*, non loquitur in caſu poteſtatis datæ diſtribuendi *quibus placuerit.*

Etiam ex adverſo citatus Pariſ. *lib.*4. *conſ.*26. *& ſeq.* principalitèr intendit, & probat, quod poſſet religioſus electus diſtributor conſanguineis teſtatoris diſtribuere, quod alii negabant; & ipſe concludit poſſe *num.*33. *ibi: Non enim poterit redargui iſte religioſus, nec in foro contentioſo, ſi primò eligit perſonas nominatas à teſtatore in ſecreto mentis, & demùm conſanguineos.* Igitur ibi non tractabatur de obligatione, ſed de poteſtate in dubium revocata eligendi conſanguineos.

Imola etiàm, & Bald. *in l. illa inſtitutio, D. de hæred. inſtituendis*, nec non Ancharanus *cap. cum tibi. num.*18. *de teſtamentis,* dum ſignificant, aliqualem obligationem executoris diſtribuendi eleemoſynas potiùs pauperibus conſanguineis teſtatoris, loquuntur de ſimplici executore, juxtà formam illius legis, & capitis; non verò de executore cum tàm libera facultate, qualis eſt noſter, qui ad ſummum de dolo accuſari poſſet; dolum autèm committere non eſt, his potiùs pauperibus dare, quàm illis; dolus tantùm eſſet, ſi vellet dare non pauperibus, ad tradita in *cap. tua nobis, de teſtamentis*, & per Pariſium ipſum ex adverſo citatum *in d. conſ.* 45. *lib.* 3. *num.*22. ibi: *dum dicta bona donavit filio diviti, & ſic in fraudem.* Addo quod illa ipſa doctrina Bald. Imolæ, & Anchar. falſa eſt, niſi intelligatur de executore conſtituto à jure, nàm ſecùs eſt de conſtituto ab homine, ut hoc *cap. n.*15. probavimus ex Tuſco, Federic. De Senis, & Jo. Andrea, qui ultimi rem latè, & diligentèr examinant, nec, ut alii, perfunctoriè loquuntur, ideò omnibus præferendi.

Text. *in l. quoniam deſideria. Cod. de naturalibus liberis* non prodeſt adverſariis, quia, ut verbis utar Fulv. Paciani *conſ.* 15. *num.* 13. *quamvis ex arbitrio viventium poſſit conjecturari, qualia fuerint deſideria morientium, non tamen propter hoc ſequitur, quod illa deſideria conjecturata debent valere, niſi in*
23 *diſpoſitionem fuerint redacta, cum ſupra dictum ſit, quod non ſufficit, teſtatorem voluiſſe, niſi etiam ita diſponat, ut ait* Decius, *&c.*

Quinimò *text.* ille noſtram cauſam tuetur, nàm ejus verba hæc ſunt: *Quoniam deſideria morientium ex arbitrio viventium, non ſine juſta ratione colligimus*: & ſenſus eſt, quod deſideria morientium colliguntur ex arbitrio viventium, ſcilicèt eorundem mèt, quando vivebant, & non aliorum viventium, ut rectè loquitur, & evidentèr probat Simon De Pret. *lib.*1. *interpr. ult. volunt. interpr.* 2. *dubit.*2. *ſolut.*10. *n.* 2. *& per totam,* & Signorol. *conſ.*175. *nu.* 6. & ſanè fatuum eſſet ad meam interpretandam voluntatem, non tàm meam, quàm aliorum conſuetudinem attendere: undè rectiſſimè ait De Pretis, hunc *text.* pertinere ad illam regulam, qua dicimus, in inter-
24 pretanda teſtatoris diſpoſitione attendendam eſſe ipſius conſuetudinem, per *text. l. cum ſervus, D. de condit. & demonſtr.* melior *text. l. itèm legato §.*2. fine, *D. de leg.*3. ibi: *aſſignaturus, ſi vixiſſet.* optimus *text. l. ab exhæredati ſubſtituto, D. de leg.*1. ibi: *quæ ille, ſi viveret.* latè poſt alios Caſtillo *tom.*2. *cap.*26. *num.*24. Octavius noſter cum conjunctis nullam habuit conſuetudinem, nihil illis donatione largitus eſt, nihil te-
25 ſtamento legavit; cogitans inter teſtandum de univerſali, quæ contingere poterat, neceſſitate, religioſis tantùm domibus, & piis voluit eſſe conſultum, & conſanguineos, nè nominavit quidem, niſi ut eos excluderet, non modo ab acquiſitis ab ipſo, verùm etiam à perventis ab utroquè parente, & à majoribus omnibus. contrà verò, & inter teſtandum, & extrà, magnam ergà Collegium voluntatem præ ſe tulit.

Nequè verò Octavius noſter bonus à ſuo cognomento degeneravit, quod alienos potius pauperes, quàm ſuos præferre viſus ſit; imò exinde meretur optimi cognomentum. cavit enim, nè per ſpeciem pietatis in ſuos, naturali ergà ſuos amori cederet,
26 quod eſt adeò proclive, ut licèt civiliſtæ, & canoniſtæ in *l. illa inſtitutio, D. de vulg. & cap. cum tibi,*
27 *de teſtam.* ſinè dubitatione tradant, poſſe diſtribui in extraneos eleemoſynas à defuncto præſcriptas, tamen in dubium revocant, an poſſint diſtribui etiam in pauperes defuncti conſanguineos; & aliqui exaggerantes id fieri poſſe, obiter addunt, fieri debere.
28 indè etiam eſt, ut frequentiùs tradant DD. legatum conſanguineo pauperi non cenſeri pium, quia præ-
29 ſumitur prævalere cauſa naturalis ſanguinis cauſæ ſupernaturali pietatis. ità ex J. C. plurimi apùd Maſcard. *concl.*1177. *num.*6. *cum ſeq. &* Menoch. *præſ.* 115. *num.* 9. *lib.* 4. ex Theologis, non pauci penes Sanchez *de matrim. lib.*1. *diſp.*4. *num.* 9. quibus, &
30 ipſe adhæret. Horrendum ſanè eſt in hac re, quod de Juda proditore proditum eſt, ipſum nempè ad proditionis infame facinus ex eo perveniſſe, quod per ſpeciem paupertatis ſuorum, uxori, ac filiis, quæ de loculis ſuffurabatur, donabat, teſte Rayn. *de Juda, cap.*1. *nu.* 28. qui etiam ad rem omninò legendus *tom.*12. *pag.* 214. *num.* 1. *& ſeq.* & præcipuè *num.* 9. *pag.*216.

## CAPUT III.

### Detegitur ſimulata paupertas Actorum.

*SUMMARIUM.*

1 *Ubi ceſſet in actoribus paupertas, nihil ipſis ex Montis reditibus erogari poteſt.*

2 *Legatum non eſt pium, ſi pauperi non relinquatur, etſi dotis, aut alimentorum cauſa legetur.*

3 *Legatum conſanguineo pauperi, verius eſt non eſſe pium.*

4 *Poſſidentes bona ſtabilia, & animalia fructifera non poſſunt pauperes appellari.*

5 *Viventes in parvis urbibus extrà Neapolim, minoribus indigent reditibus ad alimenta.*

6 *Patruus tenetur alere nepotem, ſi hic ſit pauper, & ille dives.*

7 *Et ità pluries ubiquè terrarum Deciſum.*



Digitized by Google

8 *Hac obligatio vim obtinet in utroquè foro, interno ſcilicèt, & externo.*
9 *Extenditur ad Clericos, etiam in bonis, & reditibus Eccleſiaſticis.*
10 *Ubi patruus careat filiis, evidentior eſt obligatio alendi nepotem pauperem.*
11 *Obligatur itèm dotare neptem pauperem, etiam ex reditibus beneficii.*
12 *Nec tenetur, ubi dotem dederit, apponere pactum reverſivum.*
13 *Pauper non dicitur, qui jus habet alimenta petendi.*
14 *Obligatus aliquem alere, pro illo nequit eleemoſynas petere.*
15 *Injunctæ pœnitentiæ à Confeſſario de elargienda eleemoſyna, non ſatisfacit, ſi aliquid donet quis conſanguineo pauperi, quem tenetur alere.*
16 *Viduæ inopi non debetur quarta ex bonis viri divitis, ſi ipſa habeat conſanguineos, à quibus ali poſſit, & debeat.*
17 *Vidua prius agere debet adversùs conſanguineos pro alimentis, quam adversùs hæredes viri pro quarta; & ſi cœperit agere adversùs hos, non prohibetur regredi adversùs conſanguineos.*
18 *Obligationem alendi Collaterales, non tranſire ad hæredes, eſt indubitatum.*
19 *Incapax eſt accipiendæ eleemoſynæ is, qui, licèt propria bona non habeat, habet tamen actionem, aut judicis officium ad petenda alimenta.*
20 *Sacerdos ordinatus ab Epiſcopo ſine patrimonio, ab ipſo Epiſcopo eſt alendus.*
21 *In doctore eſt certius, ac tutius capitale nunquàm deficiens.*
22 *Pauper non dicitur uxor viri, qui poteſt, ut debet, uxorem alere.*
23 *Mulier honeſta, potens manibus laborare, non dicitur pauper.*
24 *Quod dicitur, ex aliquali congruentia, præferendos eſſe pauperes teſtatori conjunctos extraneis, locum obtinet, cæteris paribus.*
25 *Quantum proſit Neapolitanæ urbi Collegium Soc. Jeſu, ex q.* R. Conſil. De Roſa *elegantèr explicatur.*
26 *Oſtenditur nihil diſtribuendum eſſe ab adminiſtratore Montis* Octavii Boni *ipſius conſanguineis, ubi hactenùs tradita per compendium recenſentur.*
27 *Actorum petitio ſæpè fuit propoſita, & à S.C. ſempèr poſthabita.*
28 *Judex in civilibus cavere debet à commiſerationis affectu, ut jus ſuum cuique reddat.*
29 *Paupertatem plerìque mentiuntur, ut ejus privilegiis perfruantur.*
30 *Gubernator Montis largitus eſt aureos 5000. nepotibus proximioribus Octavii, & præſertim hæredibus Camillæ Bonæ, à qua deſcendunt actores.*
31 *In dubio opinio eſt amplectenda, quæ lites reſecat, & vitanda quæ illas fovet.*
32 *Omnes ferè Montes pietatis everterentur, ſi pro actoribus pronunciaretur.*

Duobus præcedentibus capitibus comprobatum eſt, noſtri Montis adminiſtrum non poſſe, & multò minus teneri quidquàm ex ejus reditibus conſanguineis Octavii erogare, & ſi maxima paupertate premerentur, oſtendimus nunc, eos re verà pauperes non eſſe, & ſi eſſent, non adeò tales eſſe, ut aliis, ſeu pauperibus, ſeu piis operibus, ſint præferendi.

Oſtendam priore loco, eos non eſſe pauperes: quod quidem ſi probavero, utiquè ſuccumbent omninò actores, vel ex iis, quæ ipſi adversùs Montem ſup-
1 ponunt; nempè Montem hunc ad pia eſſe deſtinatum: hinc enim erit perſpicuum, ipſis, niſi pauperes ſint, nihil diſtribui poſſe: eſt enim indubitatum, quod largitio erga non pauperem, licèt ad alimen-
2 ta, licèt ad dotem, pia non ſit. ità Andr. Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ col.12. fol. mihi 6. verſ. cum dos, ad medium*. De Franchis, & ibi addentes, *Deciſ. 565. n.4.* Menoch. *præſ.105. nu. 16. lib.4.* Riccius *in praxi, p. 2. Reſol. 370. num. 1.* Jo: Maria Novar. *in praxi elect. fori, ſect.1. quæſt. 25. num.11.* alter Novar. *in bull. tom.2. tit. de fabrica, num. 8.* Ludovic. De Scildere *de princip. utriuſque juris, tract.4. num. 304.* Boſſius *tom.2. var. moralium, tit.12. num.232. & 233.* & recentiſſimè impreſſus Gizzius *in obſ. ad Deciſ.180. Capycii Latro, num. 5.* imò verius etiam
3 eſt, quod legatum factum conſanguineo, etiam pauperi, pium non ſit, ut optimè ex aliis Dom. De Roſa *conſult. 62. num. 30.* ad id optimos *textus* ponderans, & nos diximus ex aliis *cap.2. num. 28. & 29.*

Jam verò actorum ementitam eſſe paupertatem, emendicatam mendicitatem, triplici methodo luculentèr oſtendam. primò quidem ex iis, quæ habent; ſecundò ex iis, quos habent: tertiò ex eo, quod ſunt.

Ex iis, quæ habent, pauperes eſſe non poſſunt,
4 compertum enim eſt, eos poſſidere bona ſtabilia non pauca, & itèm animalia, ad tradita per Gl. *l. ſi quis argentum C. de donat.* add. ad Bar. *l. ſpadonem, §. eſt autèm, num.1. D. de excuſat. tutorum*, Rota 19. *Januar.*1652. *poſt* Melium *ad Caſtill. de alim. Deciſ.70. num. 2.* ubi ità Deciſum, præſertim, quia vivunt
5 extrà Neapolim, ubi omnia ſunt viliora, ad tradita per De Franchis *Deciſ.410. num.3.*

Ex iis, quos habent, nequè pauperes ſunt; habent enim duos patruos Sacerdotes, benè divites, nempè D.Antonium Sanctoro, & D.Jacobum Sanctoro etiam Archipresbyterum Civitatis Marateæ. Scio equidèm excidiſſe adverſario, videri ſibi penè ridiculum, ea de cauſa non eſſe pauperes dicere actores, quod patruos habent divites, à quibus alimenta ipſis ſuppeditantur, ex eo, quia actus meræ facultatis non inducunt obligationem, ad latiſſimè tradita per Reg. De Marinis *lib.1. quotid. Reſol. cap.78.* excidiſſe, dixi, quia vir eſt planè doctus, & niſi id ei excidiſſet, minimè gentium dixiſſet. Ejus ego admirationem jure, ac meritò minus juridicam appello ex his, quæ ſubjiciam.

Patruus tenetur alere nepotem, ſi ipſe dives ſit, & nepos pauper. ità ſtatuunt Crotus *l. filius familias, §.*
6 *divi, num. 30. in fine, D. de leg. 1.* ubi etiam Ripa *num.43. &* Loazes *num.96.* Rota apud Rubeum *Deciſ. 30. num.5. & deinceps, p. 7. & Deciſ.194. nu.4. 45. & 46. eadem parte*, latiſſimè etiam Rota *Deciſ. 136. poſt repert.* Farinac. *de ultim. volunt.* Facchin. *lib.12. cap.61.* Surd. *de alim. tit.1. qu.28. num.8. & 7. dict.12.* Pontan. *de alim. cap. 10. num. 2. in fine*, Giurba *Deciſ. 5. num.14.* Coler. *de alim. tit.I. qu.9. à num.17.* Lucidorus *de illegit. Clericorum, cap.18. nu. 14. & 15.* Azor. *p.2. lib.2. cap. 40. qu. 10.* & ità De-
7 ciſum, teſtes ſunt Molin. *de primog. lib. 2. cap. 15. num. 67. verſ. his tamen non obſtantibus*, Monter. *Deciſ.16. num.1.* Giurba *cit. Deciſ.5. num.14.* Theſ. *jun. l. 2. quæſt. 67. num. 13.* hos omnes colligit, & ſequitur Ang. Maria Boſſius *tr. de alimentis cap. 8. num. 580.* & iterùm *tract. de dote, cap.5. num.96.* ubi addit Coſtam *remed. ſubſid. 65. alias 61. num.4. ad finem*, & Alvarad. *de conject. mente, lib.3. cap.1. num.2.* addo Martam *de juriſd. 4. p. caſu 23. nu. 22.* & valdè acutum, & ſolidum recentiorem, Dom. D. Carolum De Luca *ad De Franchis Deciſ.178. nu.2.*

Rationes, & jura pro hac receptiſſima ſententia legi poſſunt (ut prolixior nè ſim, & vitem vitium tranſcribendi) apud citatos authores, & præſertim Boſſium utroquè loco citatum, ubi omnia de more congerit, & ponderat, & *cit. num. 96.* in fine ità
8 concludit: *Per quæ ſatìs evidenter probatur, etiam ſecluſa omni obligatione juris humani, Collaterales in ſecundo gradu ſibi invicem egentibus, jure naturali,*

Digitized by Google

*rali, & etiam in foro conſcientiæ teneri præbere ali-*
*menta neceſſaria, cum hæc obligatio oriatur ex ſan-*
*guinis vinculo.*

Neque minus obtinet hæc doctrina in Clericis,
9 quia hi tenentur etiam alere filios, & filias fratris ex
redditibus beneficii Eccleſiaſtici, ubi non habeant pro-
pria bona patrimonialia, Boſſ. *cit. tract. de dote cap.*
*9. num.99. & cit. tr. de alimentis, cap.8. num.*586.
Rota etiam Rom. apud Rubeum *cit. par.7. Deciſ.*30.
*num.*89.

Quinimò multò magis urget hæc obligatio eccle-
ſiaſticos, quia filiis carent, ad quos alendos ipſis non
10 ſunt divitiæ neceſſariæ. ad tradita per Larream *De-*
*ciſ.47. num.50. & ſeqq.* & per *cit.* Dom. De Luca *ad*
*Franch. Obſerv.* 178. *nu.*3. ubi de obligatione nepo-
tis erga patruum loquitur (quæ difficiliùs conceditur,
ut notat Larrea *cit.num.* 50. quia deſcendit potiùs,
quàm aſcendit amor) & concludit: *à qua opinione in*
*judicando non diſcederem, ſi nepos non haberet filios.*

Dotare etiam tenetur patruus dives neptes paupe-
11 res, ut omnes ſupracitati tradunt, & nominatim
Boſſ. *de dote cap.5. num.96. & ſeq. & de alim. cap.*8.
*num.*584. & utrobique addit aliis ſupra citatis, Bald.
*l.1. num.1. D. ſol. matrim.* & ibi Bologn. *num.* 134.
in fine Afflict. *Deciſ.* 371. (qui loquitur etiam in pa-
truo habente filios) & utrobique etiam poſt alios lo-
quitur Boſſius de Clericis beneficiariis, uti de ali-
mentis dictum eſt. quinimò utrobique itèm advertit,
id fortiùs in dote admittendum eſſe, quia, inquit,
dos magis favorabilis eſt, & videtur magis neceſſaria,
quàm alimenta, ob bonum prolis ſuſcipiendæ, &
pudicitiæ conſervandæ. addit prætereà *cit. cap.*8. *nu.*
12 588. & *d. cap.5. nu.*101. adeò verum id eſſe, ut non
teneatur patruus Clericus dotans neptem ex rediti-
bus Eccleſiaſticis apponere pactum, ut ea defuncta
ſine liberis, dos ad Eccleſiam revertatur, ea ratione,
quia tali caſu dotem dat ex neceſſitate juris.

Cum ergò actores habeant patruos divites, & ſine
filiis, à quibus & dotem, & alimenta petere poſſunt,
(imò habent alimenta de facto, ut adverſarius con-
13 ceſſit, putans id ſibi prodeſſe, quaſi verò pauperes
ſint, dum alienis aluntur bonis) ſequitur eos non
eſſe pauperes, ut latè probat Surd. *de alim. tit.* 7.
*quæſt.37. à num.1. uſque ad* 10. inferens, non teneri
Epiſcopum, qui ordinavit Clericum ſine patrimo-
nio, ipſum alere, ſi habeat, à quo poſſit alimenta
petere. Sequitur Thom. Sanchez *lib.1. moral. cap.*14.
*num.*6. ibi *pauper non dicitur, qui jus petendi ali-*
*menta habet.* idemque poſt *Sanchez* tradit Thom.
Tambur. *lib.8. decal. tract.4. cap.1. §. 1. num. 6. nu.*
*item 6. fin.* & utroque citato noviſſimè Leander *tom.*
*6. qu. moralium, tr. 5. diſp.5. quæſt.*20. ibi: *non eſt*
*reputandus pauper, qui jus petendi alimenta habet.*
14 unde citati authores cum Thom. Sanchez inferunt,
quod obligatus aliquem pauperem alere, non poſſit
pro illo eleemoſynam petere; nec ſatisfacere pœni-
15 tentiæ de danda eleemoſyna, eum, qui eam daret
conſanguineo pauperi, quem tenetur alere.

Conferunt à fortiori tradita per DD. in materia,
*text. in auth. prætereà, C. unde vir, & uxor.* ſtatui-
tur quidèm ibi, viduæ inopi deberi quartam bono-
rum viri, id tamen communiſſimè limitatur, ubi
vidua conſanguineos habeat divites, à quibus jus ha-
16 beat alimenta petendi; nam tunc potiùs à ſuis con-
ſanguineis eſt alenda, quàm ex defuncti viri bonis.
hanc concluſionem latiſſimè comprobant omnes
ſcribentes pro hæredibus viri in Deciſ. Almæ Rotæ
Bonon. ad materiam *d. auth. prætereà.* nempè Col-
leg. Bonon. ibidem *conſ.*1. pro reis, *à nu.21. & ſeqq.*
Rota Florent. *conſ.2. num.*4. ibi: *ſufficit, quod uxor*
*poſſit ab alio alimenta petere, ut excludatur à dicto*
*remedio.* Item Card. Mantica *ibid. conſ. 4. à num.*40.
ubi latiſſimè materiam pertractat, & ad omnia con-
traria reſpondet. Guido Pancirol. ibidem, *conſ.5. à*
*num.*25. ibidem etiam Vincent. Parent. *conſ.6. num.*
*5. quia*, inquit, *dicimus in bonis noſtris habere id,*
*quod conſequi poſſumus actione, vel perſecutione, id.*
*officio judicis, ut eſt text. in l. bonorum appellatione,*
*D. De V.S. ubi* Alc. *in fine*, Angel. Spannoch. *conſ.* 7.
*num.7. & ſeq.* & deniquè idem latè comprobat *conſ.*
8. per totum Bernard. Burgh. Romæ S. Cath. Maje-
ſtatis advocatus. latiſſimè omnium Barzius *Deciſ. Bo-*
*non.* 130. à *num.*87. *cum plurimis ſequentibus*, nec
diſſentit, ſi rectè ponderetur, Fontan. *de pactis tom.*
*2. clauſ.5. gl.8. p.9. num.*46.

Conveniunt etiam omnes proximè citati autho-
17 res, viduam inopem debere prius agere contrà con-
ſanguineos divites, ut ab ipſis obtineat alimenta, &
non niſi, ubi ſuccumberet, agere poſſe ad quartam
adversùs mariti hæredes, nec impediri addunt à re-
greſſu contrà conſanguineos, eo quod cœperit agere
contrà conſanguineos, eo quod cœperit agere contrà
hæredes viri pro quarta. ità in ſpecie *cit.* Deciſio Ro-
tæ Bonon. *num.* 125. Barz. *cit. Deciſ.* 130. *num.* 99.
Fontan. *cit. p.* 9. *num.* 44. & alii omnes, nec eſt in
electione viduæ, vel agere contrà hæredes viri, vel
contrà ſuos conſanguineos. Coll. Bonon. *cit. conſ.1.*
*num.*46. & alii paſſim.

Dixi, exemplum quartæ eſſe à fortiori, quia nemo
non videt, magis ſubſidiariam, magis extremam eſ-
ſe petitionem eleemoſynæ, quàm quartæ, pro qua
datur actio rigoroſa, & valdè favorabilis inſerta in
corpore juris *d. Auth. prætereà*; eleemoſynæ verò peti
non poſſunt, niſi ex miſericordia, & officio judicis,
ubi re verà adeſſet paupertas, & alia requiſita.

Nec dicant rursùs actores, dubium eſſe litis even-
tum contrà patruos; nam & dubius magis eſt contrà
Montem. hoc oſtenditur, quia bona Montis ſunt bona
avunculi magni longè remotioris, & ex aliena agna-
tione: at patrui ſunt ejuſdem agnationis, & proxi-
miores, & certè nemo, quem legerim, extendit obli-
gationem alendi collaterales ultrà ſecundum gra-
dum. Prætereà vivunt etiamnum patrui actorum;
at avunculus magnus deceſſit anno 1646. conſtat
autèm obligationem alendi collaterales, non tran-
18 ſire ad hæredes, uti pro indubitato ſcribit Boſſ. *cit.*
*tr. de dote cap. 5. num.* 102. *& de alim. cap.* 8. *num.*
580. *in fine*, & citat in terminis Deciſ. Rotæ 408.
*num.16. p.5.* apud Rubeum, & concludit: *nec ullus*
*unquàm dixit, hoc onus tranſire ad hæredes patrui.*

In hoc ergò mihi videntur mirabiles hi actores,
quia volunt adminiſtratorem Montis Octavii, quia
ipſum repræſentat Octavium eorum avunculum
magnum, teneri ipſos alere, & dotare; de Patruis verò
vitam agentibus conveniendis non cogitant, contrà
quos facillimè obtinebunt, non modò quia ſunt vi-
ventes, proximiores, & agnati; ſed etiam quia ſunt
in quaſi poſſeſſione accipiendi ab ipſis alimenta, ut
ipſi actores fatentur, nec agitur de actibus facultati-
vis, quia patrui tenentur nepotes alere, ex ſupra de-
ductis.

Deſiſtant ergò à petitione eleemoſynæ ex redditibus
Montis, quia ſatis probatum eſt, vel ex actione,
quam habent adversùs patruos, eos non eſſe paupe-
19 res; atque adeò incapaces eſſe accipiendæ eleemoſy-
næ, ut in puncto tradit Thom. Sanch. *cit. cap.* 14.
*num.*6. in fine, ibi: *Ea autèm non erit eleemoſyna, quia*
*pauper non dicitur, qui jus petendi alimenta habet*:
ſubſcribunt Leander, & Tamburin. locis citatis, &
inferunt, pro hujuſmodi non poſſe peti eleemoſynas.

Hæc conſiderent præſtantiſſimi Senatores, & ſta-
tuent profectò, probationem non paupertatis ex eo,
quod actores habeant patruos divites, non eſſe penè
ridiculam, ut adverſarius auſus eſt dicere; ſed planè
juridicam, uti nos evidentèr, niſi fallimur, oſten-
dimus.

Et

Digitized by Google

Et deniquè actorum excluditur paupertas ex eo, quod ſunt. Unus eſt Sacerdos: in hunc vix cadere poteſt paupertas, quia vel eſt ordinatus ad titulum patrimonii, aut beneficii, & hoc ſatis eſt, ne præſumatur pauper, niſi probetur amiſſio patrimonii: vel eſt ordinatus ſine titulo, & præterquàm quod id ſupponi non debet, cum ſit delictum, remanet in Epiſcopo ſine titulo illum ordinante obligatio eum alendi, &
20 eo mortuo, eadem obligatio alendi ſic ordinatum, tranſit ad capitulum ſede vacante, & iterum plena ſede ad ſucceſſorem. ad tradita per Baptiſt. Fragoſ. *de regim. p.2. lib.8. diſp.18. §.5. num.6. verſ. his poſitis.* præterea habet eleemoſynas Miſſarum, nec alia juſta lucra ei deeſſe poſſunt, ſi ſuæ Eccleſiæ velit inſervire, & videmus ejus patruos Sacerdotes divites etiam evaſiſſe ex reditibus ſacerdotalibus.

Alter eſt A. Medic. Doctor, & huic multò minus ad congruam ſuſtentationem deeſſe neceſſaria poſſunt, ſi in patria muneri ſuo velit vacare, & non va-
21 care litibus non profuturis. in puncto, & à fortiori, quod U.J.D. dici non poſſit pauper, eo quod profeſſione ſua lucrari poſſit, tradit, Calcan. *conſ.8.nu.27.* quem nobis oſtendit adverſarius, & Cravetta *conſ. 199. num.11.* ibi: *In Doctore eſt certius, ac tutius capitale apud eruditos nunquam deficiens.* Dico, doctrinam Cravettæ eſſe à fortiori, quia U. J. D. in parvis præſertim urbibus, ubi raræ agitantur lites, non multùm lucrantur, uti obſervat Vivius *Deciſ.523.nu.18. & 28.* Artium verò, & Medicinæ Doctores ubiquè plurimum lucrantur, ut eſt notiſſimum.

Quod pertinet ad duas ſorores, quæ nuptæ ſunt, & congruè dotatæ, & viros habent, à quibus aluntur, & ali poſſunt, ac debent, non video, quænam paupertas conſiderari poſſit. affero in terminis Boſſium *tom. 2. varior. moral. tit. 12. num. 266.* ubi ex Cephalo *conſ. 216. num. 16. in fine*, Baldo Novello *de dote p.5. col. pen.* dicit, *quod ſi vir, qui nupſit puellæ pauperi, & non habenti, unde illi dotem dare poſ-
22 ſet, ſit potens ad ſuſtentanda onera matrimonii, puella non poſſet dici pauper, & executores ad pias cauſas dati, licèt poſſint dotes conſtituere pro puellis etiam maritatis, vel modicam dotem augere, tamen puellæ tali viro nuptæ dotem conſtituere non poſſent, nec etiam augere illi dotem, ſi cum modica dote eſſet nupta.* hæc ille, qui pretereà citat ad idem Genuenſ. *in practicab. eccleſiaſt. quæſt.* 386. addo tradita per *qu.* Reg. Conſil. Roſam *conſ.60. num.10. & 21.*

Tertia ſoror non nupta neque dici poteſt pauper, quia (præterquamquod eam alit, & alere tenetur, &
23 dotare uterque patruus, ut diximus) eſt valdè induſtria, & optimè callet manibus laborare, undè redeunt ad rem tradita per Boſſium *cit. tit. 12. à num. 29. & ſeq.* addo Rotam *Deciſ. 70. nu. 2. poſt Melium ad Caſtill. de alimentis.*

Sed proptèr nimiam importunitatem actorum, qui volunt videri pauperes, admittamus in illis aliquam paupertatem, ſed adhuc tamen negandum eſt, ipſos debere præferri aliis piis operibus, & pauperibus. etenim propoſitio illa, quæ vult, pauperes conjunctos extraneis eſſe præferendos, præter reſtrictiones præcedenti capite à nobis traditas, admittit
24 aliam, ut ſcilicet intelligatur, cæteris paribus. ità Fumus *in ſumma verbo eleemoſyna, nu.8.* ibi: *ſubveniendum eſt prius, cæteris paribus, ſibi conjunctis.* Angel. ibidem *num. 2.* ibi: *quæ quidem jura intellige, cæteris paribus.* Jo. Medina *C. de eleemoſyna, qu. 7. verſ. indè oritur, ad medium*, ibi: *eſt itaquè præfatus ordo ſervandus, prout ratio, & charitas ipſa poſtulat, modo cætera ſint paria.* ex recentioribus Trullench *in opere morali tom. 1. l. 1. cap. 5. dub. 6. num. 21.* poſt Suarez, Caſtropalaum, & alios, & *dub.10. nu.2.* fine, ibi: *quæ omnia intelligenda ſunt, cæteris paribus*, & ità alii paſſim. imò idem apertè ſignificat D. Thom. 2.2. *qu.32.art.9.* dum ait: *eſt tamen circa hoc diſcretionis ratio adhibenda, ſecundum differentiam conjunctionis, & ſanctitatis, & utilitatis; nam multò ſanctiori magis indigentiam patienti, & magis utili ad commune bonum; eſt magis eleemoſyna danda, quam perſonæ propinquiori, maximè ſi non ſit multum conjuncta, cujus cura ſpecialis nobis immineat, & ſi magnam neceſſitatem non patiatur.* ità S. Doctor. idem iiſdem ferè verbis docet ex Juriſconſultis Lucas de Penna *l. 2. num. 4. C. de annon. civil. lib. 11.* relegi ad rem præſentem poſſunt tradita *cap.2. num.12.*

Age jam, quis non videt diſparitatem in omnibus in noſtra ſpecie, ſivè velit adminiſter Montis diſtribuere Collegio, ſivè aliis pauperibus, omiſſis his conjunctis in gradu valde remoto, & quorum paupertas, ſi adeſſet, quæ non adeſt, modica ſanè eſſet, ſi comparetur paupertati, & neceſſitati captivorum apud Turcas, ægrorum in hoſpitalibus, in carceribus M. C. V. detentorum, & aliorum, &c. ità etiam, ſi comparetur paupertati Collegii, conſideratis his, quæ diximus *cap. 2. num. 3.* & quæ ibi retulimus ex Federico De Senis *conſ.282. ſub nu. 1.* ibi: *conſiderato ſtatu ſuo plus debet dici indigens, quàm pauper mendicans.* perpendi etiam debet, quantum bono communi utile ſit Collegium, de quo loquimur, ubi non ſolum tot viri religioſi aluntur, & humanis, diviniſquè literis erudiuntur, ut evadant in eximios concionatores, & miſſionarios; ſed etiam pueri, & adoleſcentes externi, & primis Grammaticæ rudimentis, & humanioribus literis, & philoſophiæ, Mathematicæ, moralis diſciplinæ, ac utriuſquè theologiæ ſtudiis excoluntur, ac bonis moribus imbuuntur; quæ in hac ipſa ſpecie conſideravit Maranta ſæpe citato *reſp.25. tom.5. num. 49. 50. 51. 52. & 53.* & in alia ſpecie elegantèr Dom. De Roſa *conſult. 1. num. 23.* exprimit quantum reipublicæ inſerviat hujuſmodi Collegium: *quid*, inquit, *dicendum in eo hominum,
25 & verè hominum cœtu, qui totius hujus inclytæ civitatis commodo ſempèr inſudant, qui noſtram juventutem tot laboribus docent, tot vigiliis inſtruunt, tot ſudoribus erudiunt, qui noſmetipſos tanta humanitate alliciunt, tanta comitate moderantur, tantaquè charitate in viam veritatis impellunt: nunquàm deficiunt, ſempèr prompti, ſempèr alacres, ſempèr nos juvare parati. quid hic laborum cumulus non meretur? ſed de hoc ſatis, nè in eo nimius videar, de quo nunquàm ſatis.*

Hæc & alia, ubi attentè perpenderint Senatores oculatiſſimi, profectò intelligent, nulla ratione præferendos eſſe Octavii conjunctos aliis pauperibus, aut piis operibus, & multò minus Collegio, quod adeò de hac urbe bene meritum eſt.

At enim, inquiet aliquis, actorum commiſeratione commotus, nihil nè pauperibus actoribus, ex pietate ſaltèm elargiendum? cur non ipſis portiuncula aliqua ad ſublevandam inopiam attribuatur?

26 Nihil planè, quia totum attribui voluit teſtator Collegio; ut ferè per totum *primum caput* oſtenſum eſt, & *cap. 2. num. 14.* quia excluſos omninò voluit teſtator conjunctos; ut extrema parte dicti *primi capitis* eſt ex jure deductum; quia præferre conjunctos extraneis conſilii eſt, & libertatis; non præcepti, & neceſſitatis, ut *cap. 2. num. 10.* evidentèr apparuit. quia præferri debet Collegium, vel ex capite ſingularis amicitiæ, ut ibidem *n.11.* quia actores ab Octavio ſunt valde remoti *n.12.* quia verſamur in externo foro, in quo prælatio illa nullum obtinet locum, *nu. 13.* quia certus eſt deſignatus exequutor, & cum libera poteſtate, ad boni viri arbitrium minimè reſtricta, *num. 15. & ſeqq.* quia non ſunt actores pauperes, ut hoc *cap. 3. à num. 4.* & ſi pauperes eſſent, neque eſſent præferendi, quia non ſunt cætera paria,

quod

Digitized by Google

quod requiritur, ut prælationi locus ſit, ut paulò ante *num.24.& 25.* diximus.

Nihil omninò decernere debet hodiè S. C. Octavii
27 conjunctis, tùm quia nihil olim decernere voluit, licèt eandem petitionem ſæpè olim repetierint actores, ut conſtat ex actis, *fol.* 34. 78. 122. 123. 180. 186. 288. 291. *iter.* & 348. tùm quia ad S. C. per-
28 tinet jus ſuum unicuiquè reddere, minimè verò eleemoſynas elargiri. qua in re præclara eſt ad judices admonitio Larreæ *Deciſ.* 47. *ad finem*, *num.* 25. ibi: *caveat igitur Judex in civilibus ab illecebris miſerationis, nàm pietatis affectus, ut naturalis, quia potens, & urgentiſſimus, ſemper vitandus, cum juſtitia conſtans eſſe debeat, ut jus ſuum unicuiquè reddatur*. præſertim, quia ſolenne eſt cupidis, & callidis hominibus paupertatis ſpeciem affectare, & ſimulare, ut eis privilegiis perfruantur, uti obſervat
29 Leoncill. *de privil. paup. p.1. qu.1. num.4. & qu.6. num.1.* per *Text. & gl. in l. 4. verbo proponis*, *C. de his, qui num. fil. ſe excuſant*, *lib.*10. ad idem eſt optimus *Text.* in *cap. ſignificantibus*, 38. *de off. & poteſt. jud. deleg.* ibi: *Juliana vidua fingens ſe pauperem.*

30 Nihil omninò ſupereſt, quod decernat S. C. attribuendum Octavii conjunctis, quia prævenit S. C. pietatem adminiſtrator Montis, nàm diſtribuit nepotibus immediatis Octavii ducatos 5000. ut *fol.*157. & 158. & *fol.*207. uſquè ad *fol.*237. & *fol.*245. uſquè ad *fol.* 262. & magnam ſummam habuit hæres univerſalis Camillæ Bonæ, ex qua deſcendere ſe actores aſſerunt. quid ergo ultrà poſtulant? quandonam tandem aliquando conquieſcent? ex hoc facto ceſſare debet omne dubium.

Et deniquè, ſi quod eſſet dubium, quod planè omnia cogitanti, nullum eſt, nihil debet S. C. actoribus attribuere, quia (ut in ſimili ſpecie præ oculis habuit Rota Bonon. *in compendio Deciſ. citata* circa *auth. præterea*, *C. unde vir, & uxor, num. 9.*) in
31 dubio illa cæteris opinio præferri debet, quæ tranquillum fori, & civitatis ſtatum fovere magis, & conſervare poteſt; intereſt enim Reipublicæ cives habere pacatos, & litium ſemina pro virili funditus evertere; ideòquè ad S. C. ſpectabit, non inani pietate duci, quod vellent adverſarii, objecta paupertatis ſpecie; ſed illam amplecti ſententiam, per quam litibus occurratur *l. quidam exiſtimaverunt, in fine, D. ſi certum petatur, l. æquiſſimum, in principio, D. de uſufr.* eleganter Decianus *reſp.*70. *num.* 40. *lib.* 3. Ecquis autèm non videat, quot moleſtiſſimarum litium fomentum, & veluti ſeminarium paritura eſſet ſententia pro actoribus? etenim per pietatis in conjunctos ſpeciem, funditus everterentur
32 Montes pietatis pro veris pauperibus inſtituti, qui quidèm in hac urbe frequentiſſimi ſunt, & rari olim inſtituendi eſſent, quia quicumquè aliquo conſanguinitatis gradu inſtitutoribus jungerentur, jurgia excitarent, lites inſtituerent, ſe pauperes clamitarent, ſibi cumprimis eſſe ſubveniendum, ſibi Montes potiſſimùm inſtitutos, atquè adeò ementita pietas, & paupertas, veram pietatem, & paupertatem obrueret, & peſſimo exemplo, hoc patefacto aditu, omnes ferè pii Montes clauderentur, quod ferre non debet oculatiſſimus Senatus, & juſtiſſimus, qui pro Monte hoc, uti ſperamus, pronuncians, pro Montibus piis omnibus, firmiſſimum ſtatuet propugnaculum.

Hæc ille; Mihi verò hujus cauſæ proceſſum de Banca Speræ inſcriptum Rev. P. D. Joſeph Juvenis Soc. Jeſ. gubernatoris Montis U. J. D. Octavii Boni, Cum Intereſſe prætendentibus, & Rev. Fabrica Sancti Petri de Urbe: curioſius percuntanti; occurrit, Reverendos Societatis Patres, cum eadem Rev. Fabrica, atquè Agnatis dicti quondam Octavii, Cognatiſquè omnibus, concordiam iniiſſe, exceptis prædictis De Sanctoro, quorum cauſa adhùc ſub Judice eſt.

Beneverùm inſtantibus Magnificis Gubernatoribus Hoſpitii Sanctorum Petri, & Januarii novitèr ab Regni hujus clavum celeberrimè ſubſtinente Excell. D. Petro Antonio ex Auguſta Regum Aragonum Proſapia; cujus laudes quid vero extollam præconio! ſi ſupra famam aſſurgunt; ut pauperum turmis conſuleret, erecti, de quo D. Joſeph Pandolfus Neapolitani populi electus homo in omnium bonarum artium diſciplinis egregius in libro inſcripto *la Povertà arricchita*; ſibi hæreditatem ſpectare contendentibus, ex quo Octavius in ſuis teſtamenti tabulis, opera, quibus fructus montis effundere debuerant liquidò non expreſſerat, propterea illos neceſſario erogandos in pauperum beneficium inſinuabant: atquè adeò Regali Hoſpitio pertinere; Indè petito fructuum interim ſequeſtro, dictis de Sanctoro, inherentibus per S. R. C. Die 7. Novembris 1671. referente tùnc Regio Conſiliario nùnc Regiæ Cameræ Summariæ Præſidi D. Dominico Petronio Juris Conſulto maximo tale manavit prætorium Decretum.

*Per S. R. C. proviſum eſt quod infrà quatuor Dies partes deducant incumbentia, & interim ſequeſtrentur fructus effectuum Montis inſtituti per quondam Octavium Bono, & deputetur perſona laica ad ſatisfactionem S.R.C. pro exactione, citrà præjudicium jurium partium. hoc ſuum, &c.*

*De Martino pro Magnifico Secretario S.R.C.*

*Turtura pro Curia.*

Propoſitis à Reverendis Patribus Societatis indè de prædicto Decreto nullitatibus, cumquè prædicti De Sanctoro pro eorum cauſæ expeditione inſtetiſſent Die 12. Julii 1672. Junctis Dominis Conſiliariis Duarum Aularum S. R. C. eodem Conſiliario Petronio referente, hoc prolatum fuit Decretum.

*Per S.R.C. proviſum eſt, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt in judicio moto ad Inſtantiam Regalis Hoſpitii Sanctorum Petri, & Januarii, quo compilato procedatur ad expeditionem aliorum judiciorum, non impedita interim diſcuſſione nullitatum adversùs ſequeſtrum ordinatum per S. R. C. hoc ſuum, &c.*

*De Mercati Secretarius.*

*Spera Actor. Magiſt.*

At ſi ſcire cupis Decreti Regii Collateralis Conſilii ex D. Regent. noſtro memorati *num. ultim. verſ. final.* ipſiſſima verba, quibus præſentis Deciſionis controverſia terminata fuit; ſunt iſta.

*In Cauſa Montis erecti per quondam Octavium Bono, & Horatii Graci, & Antonii Jordani ſubintrantium cum Reverenda Fabrica Sancti Petri De Urbe, ut in actis.*

*Die 5. Menſis Novembris 1646. Neapoli.*

*Viſis actis, ac de omnibus facta relatione Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Proregi in Regio Collaterali Conſilio, per Illuſtrem Regentem Hectorem Capycium Latro Marchionem Torelli Collateralem Conſiliarium, & Commiſſarium cauſæ.*

*Idem Excellentiſſimus D. Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis providet, decernit, atquè mandat, quod Sacrum Regium Conſilium in cauſa prædicta procedat, & Juſtitiam faciat hoc ſuum.*

*Zufia Regens. Caſanate Regens. Sanfelicius Regens. Caracciolus Regens. Capycius Latro Regens. Franciſcus Anaſtaſius Regius à mandatis Scriba.*
à quo Decreto cum fuiſſet reclamatum, *Die 10. Januarii 1647.* per idem Collaterale Conſilium fuit confirmatum.



Digitized by Google

# OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXXI.

## SUMMÆ.

1 Franciſcus Cenſalius: *in ſpecie hujus Deciſionis pro Civitate Barenſi Patrocinium ſubſtulit. Sed* comprobatur Deciſio.

2 D. Præſ. Dominici Petronii *laudes*.

3 *Jus Patronatus, ex gratia conceſſum, quamquàm poſt conceſſionem gratioſum dicatur, illud tamèn revocari non poteſt.*

4 *Sedendi jus in loco particulari Eccleſiæ non tranſmittitur, nequè cedi poteſt. reiicitur* Gizz. ex D. Joan. Bapt. De Luc.

5 .... *Prælato contradicente, nùm acquiri poſſit? pugnant* Epiſcop. Marant. Dicaſtill., & Alii cum Ciarlin. & Pellizar. *num.* 7.

6 *Laici ſunt ſpiritualium incapaces, atquè ſpiritualitati annexorum.*

8 *Jus ſepulcri cedi poteſt, & hypoteca ſupponi, & num.* 9.

10 .... *ad hæredes extraneos tranſit, atquè ad fideicommiſſarios.*

11 *Conſuetudinis Jus, ad poſſeſſionem acquirendam ſatìs eſt; quamquàm ſcientia Principis, alteriuſvè Superioris non intercedat. Comprobatur* D. Reg. noſter.

12 *Præcedentias judicari ſecundùm loci conſuetudinem ſtatuitur.*

13 *Dignitatum multiplicatio in præcedentiis attendenda. Comprobatur* D. Reg. noſter.

14 *Eques, & Marchio, Marchioni tantùm, præfertur.* D. Reg. noſter *comprobatur*.

15 *Duobus Ducibus: eodem tempore diverſis litteris creatis, præfertur ille, qui prius erat Comes.*

16 *Doctor, & Miles, ſimplici præfertur Doctori. Comprobatur* D. Reg. noſter.

17 *Dignitatis prærogativa quandiù militaverit perfrui non decet, ſed quandiù vixerit.*

18 *Dignitas vetuſta, quamvìs præterita retinetur.*

19 *Duplici fulgens dignitate, unam tantùm habenti præfertur.*

20 *Uxor, Viri dignitatibus, atquè praeminentiis gaudet. Comprobatur* D. Reg. noſter.

21 .. *per matrimonium de mariti efficitur foro.*

22 .. *efficitur coequalis cum viro.*

23 *Vir, & Uxor ſunt duo in carne una.*

24 *Uxor Clerici conjugati gaudere fori privilegium; qui dixerint.*

25 *Exemptiones viro conceſſæ, uxori communicantur*

26 *Privilegiis conceſſis viro, Uxor fruitur.*
*Etiam poſt viri mortem. num.* 27.

28 *Vidua: prioris matrimonii honores, & dignitates conſervat.*

29 *Fœmina naturalis legitimo, & naturali nupta, legitima, & naturalis efficitur.*

30 ... *plebeja matrimonio nobili viro juncta, nobilis efficitur.*

FRanciſcum Cenſalium pro Civitate Barenſi contrà
Principem Trigiani Artis Regiæ ejuſdem Civita-
1 tis Caſtellanum in ſpecie hujus Deciſionis operam na-
vaſſe ſuam teſtatur Nicol. Top. *in ſua Bibliothec. Nea-
pol. pagin* 315. illum verò juxtà ejus ſcripta non ob-
tinuiſſe, ex hoc D. Regentis noſtri loco ſumitur;
Concluſum ergò habes laicum Prælato tolerante,
poſſe acquirere jus ſedendi in loco particulari Eccle-
ſiæ, eiquè competere remedium poſſeſſorium: Com-
probatur Deciſio per Sanfelic. *in Deciſ.* 331. *tom.* 3.
Pariſ. *in conſ.* 149. *num.* 2. *lib.* 4. Franc. Marc. *in De-
ciſ.* 275. *part.* 2. Silv. *in verb. ſepultura.* §. 3. Port. *in
§. apum. Inſtitut. De Rer. Diviſ.* Perez *De Anniverſ.
& Capell. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 23. Cordub. *in l. ſi quis
à liberis. ff. De Liber. agnoſcend. num.* 32. Gerard. *in
ſingul.* 33. Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. Cur. Ar-
chiep. Neapol. cap.* 41. *nu.* 22. *in edition. Anni* 1645.
Ciarlin. *in Controv.* 119. *tom.* 2. & elegantèr per D.
2 Dominicum Petronium Doctiſſimum, ac facundiſ-
ſimum tùnc cauſarum Patronum, Regium poſtmo-
dùm Conſiliarium integerrimum, poſtremò meritiſ-
ſimum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidem *in quo-
dam Juris Reſponſo edito pro Duce Sejani D. Regent.
noſtri filio; Gizz. induſtria impreſſo in ſua Obſerv. à
3 num.* 6. etenìm ſicut patronatus, quod ex gratia con-
ceſſum dicitur, poſt conceſſionem quoquè gratioſum
nominatur, ampliùs revocare non poteſt *cap. quo-
niam.* 1. *De Jur. patronat.* ſic ſedilis jus, quanquàm
gratioſum, per ſolam acquiſitionem efficitur irre-
vocabile. D. Reg. noſter *num.* 12. & 17. Ciarlin. *in
Controv.* 234. *tom.* 3.
4 Ad hæredes verò Jus, de quo agimus, nequè tranſ-
mitti, nequè ad aliam perſonam cedi poſſe noviſſi-
mè quicquid ſequuto Ciarlin. *in Controv.* 210. *tom.* 2.
ſcribat Gizz. *hic num.* 3. probat D. Joan. Bapt. De
Luc. *in Tract. De Prahemin. Diſcurſ.* 27.
5 Sed Prælato contradicente Jus iſtud acquiri haùd
poſſe fatetur prolixè Epiſcop. Marant. *in Juris Re-
ſponſ. Pro Eccleſ. Cathedral. Juvenacenſ. contrà ejuſ-
dem Civitat. Baronem impreſſo in calce ſui Apologet.
tract. pro Jurib. Eccleſ.* & ſuadunt Anchar. *in cap. abo-
lenda. in fin. verſ. idem poteſt cenſeri. num.* 5. Butr.
*num.* 3. Anan. *num.* 4. & Abb. *De Sepultur.* Malder.
*in tract. De Juſtit. tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. Ugolin. *De
Poteſt. Epiſcop. cap.* 17. *num.* 7. Dicaſtil. *De Juſtit. lib.*
2. *tract.* 1. *Diſput.* 1. *Dub.* 5. *nu.* 48. nam licèt reſpe-
ctu poſſeſſionis is turbandus non ſit, aliud eſt reſpe-
6 ctu dominii, quod in ſedilibus nullo modo haberi
poteſt. Petr. De Ubald. *De Canonic. Epiſcop. & Pa-
roc. cap.* 12. *in fin. num.* 5. & 6. *tom.* 15. *part.* 2. laici
namquè ſpiritualium incapaces ſunt, atquè ſpiritua-
litati annexorum. *cap. contingit. De Arbitr. cap.
quamvis. De Decim.* Flamin. Pariſ. *De Reſignat. Be-
nefic. lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 3. Mart. *De Juriſdict. part.*
4. *centur.* 1. *caſ.* 47. *num.* 4. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2.
*canon.* 4. *quæſt.* 20. *num.* 15.
7 Pro contrario videri poſſunt Ciarlin. *in cit. Con-
trov.* 119. & 220. ac Pellizzar. *tom.* 2. *Manual. Re-
gular. tract.* 9. *cap.* 3. *ſect.* 6. *à num.* 265.
8 Quod Jus ſepulcri cedi poſſit, tradunt Petr. Bar-
boſ. *de Offic. Paroch. cap.* 26. *num.* 18. & Acoſt. *De
Privileg. creditor. regul.* 3. *ampliat.* 53. *num.* 108.
9 Hypothecæ ſupponi concinunt Lambertin. *lib.* 1. *De
Jur. patronat. part.* 1. *quæſt. princip.* 11. *quæſt.* 30. &
Anton. Mar. Bertol. *ad Rodriq. de Concurſ. credit.
part.* 1. *artic. ultim. num.* 94. & ad extraneos hære-
10 des, atquè fideicommiſſarios tranſire, ſtatuunt Andr.
Fachin. *Controv. Jur. lib.* 13. *cap.* 90. & Vincent. Fu-
ſar. *De Subſtit. quæſt.* 636.
11 Obſervo ulteriùs D. Regent. noſtrum *num.* 23.
tradidiſſe Conſuetudinis Jus ad poſſeſſionem acqui-
rendam ſatìs eſſe, quanquàm Principis ſcientia, al-
teriuſvè ſuperioris non intercedat; Adde videndos
Morla *in Empor. Jur. tit.* 1. *De Legib. ex nu.* 24. Paul.
Staiban. *tom.* 1. *Reſolut.* 98. *num.* 122. Suarez *De Le-
gib. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 6. Salzed. *lib.* 1. *Leg. Politic.
lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 45. Stephan. Gratian. *tom.* 4. *Di-
ſcept.* 740. *num.* 22. & 23. Larr. *in Allegat. Fiſcal.*
23. *num.* 41. *lib.* 1. & Borrell. *in Summ. Deciſ. lib.* 1.
*tit.* 14. *num.* 15. & præcedentias judicari ſecundùm
12 loci conſuetudinem, advertunt Burſ. *in conſ.* 343.
*num.* 4. *lib.* 4. Decian. *in conſ.* 21. *lib.* 1. *num.* 6. Me-
noch.

Digitized by Google

Menoch. *in Conſ.* 784. Peregrin. *in Conſ.* 3. Auguſtin. Bar-
boſ. *De Poteſt. Epiſcop. Allegut.* 78. *num.* 27. & fa-
ciunt jura in *l. fin. C. de Offic. Præfect. Urb. & in l.
Obſervare. §. antequàm. ff. De Offic. proconſul.*
13 Dignitatum multiplicationem in præcedentiis at-
tendendam, fuit voti D. Reg. noſter *hìc num.* 23.
14 propterèa Equitem, & Marchionem, Marchionatus
tantùm titulo inſignito præferri concludit *num.* 34.
*& in Conſult.* 43. *num.* 25. *tom.* 1. & anteà dixerat
Philip. Dec. *in Conſil.* 161. Duobus ex Ducibus eo-
15 dèm tempore diverſis literis creatis præcedere illum,
qui anteà Comes erat Determinavit S. R. C. teſte
Præſ. De Franch. *in Deciſ.* 365. & probant Ann. *in
Conſ.* 40. *num.* 32. Afflict. *in proœm. ad Conſtit. Regn.
quæſt.* 26. *num.* 7. *&* 8. Conſtant. *in l.* 1. *num.* 3. *C.
De Conſulib. lib.* 12. Mut. Recch. *in Gloſ. ad Privileg.
Sacr. Colleg. Doctor. Neap.* §. 6. *num.* 53. Conſil.
Franc. Rocc. *in Tract. De Offic. tit. De Præcedent.
intèr offic. Rub.* 6. *num.* 31. & quod Doctor, & Mi-
16 les ſimplici, præferatur Doctori, voluerunt D. Reg.
noſter *nu.* 35. ac Recch. *à num.* 51. cum deceat non
17 quandiù militaverit quis, Dignitatis perfrui præro-
gativa, ſed quandiù vixerit *l. maximarum in fin. &
l. eam legem. C. De Privileg. eor. qui in Sacr. Palat.*
18 *lib.* 10. etenìm Dignitas vetuſta, quanquàm præte-
rita retinetur. *l.* 1. *C. De Præpoſit. ſacr. Cubic. lib.* 12.
19 & duplici fulgens dignitate, unam tantùm dignita-
tem habendi præferatur. Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.*
1. *num.* 23. Pariſ. *in Conſ.* 38. *num.* 11. *&* 17. Navar.
*De Major. & Obed. lib.* 1. *Conſ.* 1. *num.* 5. Cæphal.
*in conſ.* 615. *n.* 41. Tob. Non. *in Conſ.* 71. *num.* 38.
20 In illo, & hic obſervans aliquantulum morabor;
Uxorem Dignitatibus, atquè Viri præeminentiis
gaudere, indicat D. Reg. noſter *num.* 39. & ſumitur
ex *l. Medicos. C. De Profeſſorib. & Medic. lib.* 10.
21 Undè per matrimonium de mariti foro fieri, legitur
in *l. eos. & l. penult. ubi* Gloſſ. *C. De Fabricenſ. lib.* 11.
& fundant eleganter Rovit. *in Pragm.* 1. *De Ceſſion.
Bonor. ex nu.* 35. Danz. *De Pugn. Doctor. tom.* 2.
*tit. De Election. for. cap.* 5. *num.* 17. Capiblanc. *De
Baronib. pragm.* 8. *part.* 2. *num.* 192. Theſaur. *in
Diciſ.* 123. Merend. *lib.* 24. *Reſol.* 19. *num.* 74. D.
Merlin. *tom.* 1. *Controv.* 94. Scialoya *De For. Compe-
tent. cap.* 27. *num.* 7. Gallup. *in Prax. part.* 6. *cap.*
6. *num.* 23. Carleval. *De Judic. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1.
*Diſput.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 8. *nu.* 682. Novar. *in prax.
Elect. for. quæſt.* 38. *ſect.* 2. *num.* 29. *& quæſt.* 47.
*ſect.* 1. De Franch. *in Deciſ. nu.* 363. & *ibi* De Luc.
D. Altimar. *ad Rovit. in Dec.* 75. quicquìd invol-
vat Cutell. *ad l. Sicil. Contr.* 9. *num.* 6. matrimonii
occaſione Mart. *in cit. Tract. De Juriſdict. part.* 2.
*cap.* 3. *num.* 5. *pagin. mihi* 160. Thom. Delben. *De
Immunit. Eccleſ. Cap.* 1. *Dub.* 11. *ſect.* 4. *nu.* 4. me-
22 ritò quidem per illud, namquè viro ſuo coequa-
lis fit Duard. *in cit. loc. lib.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 23. *nu.*
23 8. imò duo in carne una. Geneſ. 4. latè Dominic.
De Rub. *in Certamin.* 2. *à num.* 63. propterèa id in
24 uxore Clerici conjugati, extendunt Dian. *part.* 3.
*tract.* 5. *Reſol.* 45. Bellect. *in Diſquiſ. cler. part.* 1.
*tit. De Favor. Cleric. real.* §. 1. *à num.* 24. & alii con-
geſti per Franc. Meroll. *Theol. Moral. tom.* 3. *Diſput.*
6. *cap.* 3. *Dub.* 7. *num.* 52. Cum exemptiones viro
25 conceſſæ, eidèm communicentur. Sanchez *De Ma-
trimon. lib.* 7. *Diſput.* 47. *num.* 8. ſicùt, & privile-
26 gia. Afflict. *in Conſtit. Regn. lib.* 2. *Rubr.* 31. *nu.*
17. Mexia *in pragm. taxa paniſ. concl.* 2. *nu.* 69. Surd.
*in Deciſ.* 330. *à num.* 9. *ad* 17. Milanenſ. *in Deciſ.*
10. *à num.* 6. Perez. *in l.* 1. *ordinam. lib.* 1. *tit.* 3. Pa-
ſcal. *De Virib. Patr. Poteſtat. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 8.
Meroll. *loc. cit. nu.* 32. De Marin. *in Reſol.* 22. *tom.* 1.
27 & *ibi* Rodoer. etiam poſt viri mortem. Otalora *De
Nobilit. part.* 4. *cap.* 3. *à num.* 3. Barboſ. *in l. quia
tale. num.* 23. *ff. ſolut. Matrim.* Paſcal. *loc. citat. nu.*
6. Cabed. *in Deciſ.* 98. *& part.* 2. *Arreſt.* 71. Perez.
*loc. citat. & tit.* 2. *lib.* 4. *pagin.* 795. Fab. De Ann.
*in Conſ.* 108. *à num.* 11. Azeved. *in lib.* 2. *Nov. re-
compil. l.* 9. *num.* 4. *tit.* 11. Meroll. *loc. allegat. num.*
33. Dian. *part.* 2. *tract.* 1. *De Immunit. Eccleſ. Re-*
28 *ſol.* 45. & cum eiſdem privilegiis viduam conſervare,
prioris matrimonii honorem, & Dignitatem, teſten-
tur Gulierm. De Benedict. *in Cap. Raynutius. De
Teſtament. verb. Duas habens filias. num.* 119. Me-
noch. *De Arbitr. caſ.* 379. *num.* 5. Boer. *in Deciſ.*
338. *num.* 12. Guid. Pap. *in Deciſ.* 217. Tiraquell.
*De Nobilit. cap.* 18. *ex nu.* 5. *ad* 11.
29 Indè fit; quod nupta legitimo, & naturali, legiti-
ma & naturalis efficitur. *l. quis naturalem & ibi*
Bald. *C. De Natural. liber.* Cum aliis allegatis per Nos
*in Obſervat.* 55. *num.* 32. *& in Obſervat.* 99. *à num.*
11. & Joan. Petr. Fontanell. voluit; plebejam nuptias
30 cum nobili contrahentem; nobilem effici. *in tract.
De Pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *à num.* 44.
& nobilitatem retinere etiam poſt viri mortem, ſcri-
bit Rodoer. *loc. adduct. num.* 17. *&* 18.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLXXXII.

### *SUMMÆ.*

1 *Fœminis, à natura inſitum, nè ratione utantur.*
2 *Fœminæ variæ, & mutabiles.*
3 . . . *à virilibus arceantur officiis.* Comprobatur D. Reg. noſter.
4 . . . *Conſuetudine: officiorum capaces.*
5 *Officio mulieri conceſſo, ut nubat, nùm ſecundo debeatur viro, primo contractis ſponſalibus, copula non ſubſequuta, mortuo?* Comprobatur D. Reg. noſter.
6 *Diſpoſitio tex.* in l. boves, §. hoc ſermone. ff. De Verbor. ſignif. *quandò procedat?*
7 *Conceſſio à Principe prolata, niſi effectus ſequatur non expirat.*
8 *Text.* in l. boves, §. hoc ſermone. ff. De Verb. ſignif. *nò dùm ad nuptias, ſed in omni diſpoſitione, procedere, qui dixerint.*
9 *Electio à minori capituli parte geſta, reiteranda non eſt, ſi ſcientèr major pars indignum, vel incapacem elegit.*
10 *Tortura ex proceſſu informativo Civi Neapolitano illata, quandò reiteranda?*
11 *Diſpoſitio* l. boves, §. hoc ſermone. ff. De Verb. ſignif. *in Odioſis diſpoſitionibus applicatur.*
12 *Tortura, ut ex proceſſu informativo inferri poſſit, quæ requirantur?*
13 D. Carol. Anton. De Roſa, *emeritis laudibùs memoratur.*
14 *Diſpoſitio* textus in l. boves, §. hoc ſermone. ff. De Verbor. ſignific. *in particularibus diſpoſitionibus procedit: Secùs in generalibus, & indefinitis.*
*In negativis, etiam adaptari ſtatuitur. num.* 15.
16 *Legata mulieri dote, ut cum nobili matrimonium contrahat, parito in primis nuptiis teſtatoris præcepto, ſi ſecundum contrahat matrimonium cum ignobili, legatum aufertur.*
17 *Cautio de danda, vel reſtituenda dote, ad ſecundas nuptias non trahitur.*
18 *Manumiſſio ancillæ, ex primo viro facta; valida reputatur.*
19 *Diſpoſitio* l. boves, §. hoc ſermone. ff. De Verbor. ſignif. *obtinet locum in pluribus præcibus eodèm tempore emanatis non verò ſucceſſivis temporibus.*



Digitized by Google

20 *Laudemium: ex priori alienatione nulla non debe-
tur.*
21 *Officia de ſui natura perſonalia ſunt; nec ad hære-
des tranſmittuntur.* D. Reg. noſter comprobatur.
21 *Quamquàm Clauſula in perpetuum in conceſſione
Princeps fuiſſet uſus. num. 22.*
23 *Officium quotiès ad hæredes transfertur; ejus natu-
ra dicitur alterata.*
24 *Conceſſionarii morte, officium vacare dicitur.*
25 *Officiarius ſimilis uſufructuario conſideratur.*
26 *Officii proprietas, eſt penès Regem concedentem.*
27 *Mortuo uſufructuario, uſusfructus cum proprie-
tate conſolidatur.*
28 *Officium ad certum tempus conceſſo, fato labente
conceſſionario, adhùc non expleto conceſſionis tem-
pore ad concedentem devolvitur.*
29 *Poſſeſſorium, & petitorium in incorporalibus cu-
mulari poſſe ſtatuitur.* D. Reg. noſter ex Marott.
*Comprobatur.*

1 FŒminis à natura inſitum, nè ratione utantur,
demonſtrat eruditiſſimus Michael de Montai-
gnè *Eſſais. lib. 2. Del Affection. des peres, aux enfants.
cap. 8. A' Madama d'Ettiſſac. pagin. 247.* proindè
2 varium, atque mutabile animal experiri concinunt
Ariſtotel. *lib. 1. Politic.* Dominic. De Rub. *in Certa-
min. 12. num. 72.* & Propert. *lib. 2. Eleg. ad Amic.*
3 Undè à virilibus arceantur officiis. D. Reg. noſter *hìc
num. 8.* Coler. *in Deciſ. German. 67.* Reverter. *in De-
ciſ. 381. juxta ordin. De Marin.* D. Conſil. D. Carol.
Petr. *in comment. ad Rit. M. C. V. in præfat. nu. 19.
& in Rit. 3. num. 6.* ac D. Reg. De Philip. *in Diſ-
ſert. 25. num. 2.* qui *in Diſſertat. 23. num. 34.* Con-
4 ſuetudine illas officiorum capaces effectas eſſe fate-
tur, & prius ſtatuerant Montan. *De Regalib. pagin.
183.* & De Marin. *ad Reverter. in Deciſ. 282. & in-
citat. Deciſ. 381.*
5 At hìc principalitèr diſſeritur, Conceſſo mulieri of-
ficio, ut nubere valeat, nùm de ſecundis intelligatur
nuptiis, ſi cum primo viro, ſponſalibus contractis ob
ſequutam mortem matrimonium, copula, non fuiſ-
ſet conſumatum? Affirmativam ſententiam in Sena-
tu admiſſam teſtatur D. Reg. noſter *poſt num. 75.* &
in eadèm propendunt Philip. Dec. *in Rubr. C. De Se-
cund. Nupt. num. 4.* Joan. De Garronib. *ibid. num. 5.
&* Rip. *nu. 15. verſ. ſed an dicatur.* Alex. *in Conſ. 171.
lib. 2.* Paul. De Caſtr. *in Auth. cui relictum. C. De
Indict. viduit. tollend. verſ. ſed ponamus. & ibi* Angel.
*verſ. ſed quid dices.* Mantic. *De Conjectur. ultim. vo-
lunt. lib. 8. tit. 5. num. 21.* Boſſ. *De Dot. cap. 2. à nu.
75.* Martin. Bonacin. *tom. 2. De Contractib. Diſput.
3. quæſt. 17. punct. 8. §. 4. num. 8.* Guttierez *De Ma-
trim. cap. 21. num. 33. & meliùs cap. 111. num. 7.*
Sanchez *De Matrim. lib. 7. Diſput. 83. num. 4. &
5. & Diſput. 91. num. 56.* Tiraquell. *De Pia Cauſ.
privileg. 88.* Lara *De Anniverſ. lib. 1. cap. 21.* Silveſt.
*verb. legatum. quæſt. 5. num. 9.* Trullench. *ad Præ-
cept. Decalog. tom. 2. lib. 2. cap. 18. Dub. 12. nu. 16.*
Bald. Novell. *De Dot. part. 6. privileg. 72.* & Vin-
cent. Brill. *in Promptuar. jur. Neap. pagin. 111. à
num. 42.* etenìm quamquàm Pomponius ad Sabi-
6 num reſcripſiſſet. Hunc ſermonem, dùm nupta erit,
primas nuptias ſignificari, ut in *l. boves 89. §. hoc ſer-
mone ff. De Verb. ſignificat.* interpretati ſunt id quo-
tiès validè nupſit, vel matrimonium conſumavit,
Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquàm. num. 374. C. De Re-
vocand. Donat.* & D. Joan. Leonard. Rodoer. *ad De
Marin. tom. 1. Reſolut. 65. num. 10.* Et in quocumque
7 conceſſione à Principe prolata, generale eſſe, illam
non expirare, niſi ſequuto effectu, rationibus firmant
D. Reg. Merlin. *in Controv. 50. num. 8. tom. 1.* Mon-
tan. *loc. citat. num. 46. verſ. concurro.* Molin. *De
Primogenit. lib. 2. cap. 4. num. 58.* Molin. alter *De Ju-
ſtit. & Jur. tom. 2. Diſput. 483. num. 2. verſ. item
quandò.* Tiraquel. *in citat. §. hoc ſermone. num. 4.*
Barboſ. *in Collect. ad cap. ſi electio, num. 1. De Elect.
in 6. & in lib. 1. De Jur. Eccleſ. cap. 19. num. 238.*
Ferdinand. Matut. De Azeved. *Diſquiſit. legal. 4. nu.
15. 16. & 17.* Rebuff. *De Nominat. quæſt. 21. num.
32.* & Anton. Gabriel *in tit. De Legib. Concluſ. 2.
num. 28. & 30.*
8 Ejuſdem *§. hoc ſermone*. Diſpoſitionem ampliatur
eſt Franciſc. Curt. *in conſ. 132.* in omni diſpoſitione,
quamquàm illius verba ad ſolas dirigantur nuptias,
& probat Jaſ. *in conſ. 36. verſ. iſta reſponſio*. Hinc ele-
9 ctio facta à minore Univerſitatis, ſive Capituli par-
te reiterationem non admittit, ſi ſcientèr major illius
pars, indignum vel incapacem elegit. D. Reg. Mer-
10 lin. *loc. citat.* Tortura ex proceſſu informativo, Civi
Neapolitano, attenta Regii Collateralis Conſilii di-
ſpenſatione, illata, abſque nova diſpenſatione, mi-
nimè reiteranda, ſuadet idem D. Merlin. *Controv. 51.*
11 Cum regula hæc in odioſis quoquè diſpoſitionibus
applicetur. Joan. Vincent. De Ann. *in Allegat. 139.
nu. 32.* quæ vero requirantur, ut tortura ex proceſſu
12 informativo inferri poſſit, noviſſimè memorat Sa-
pientiſſimus Regiæ Reviſionis Fiſci Patronus integer-
13 rimus, & majora merens D. Carol. Anton. De Roſa
*in ſua prax. crimin. Decret. M. C. V. cap. 8. num. 53.*
14 In particularibus diſpoſitionibus, non tamèn in
generalibus, diſpoſitum in *§. hoc ſermone*, procede-
re, fatetur Cenc. *De Cenſib. quæſt. 66. à num. 30. ad
33.* In negativis ſivè prohibitivis etiam adaptari, ſu-
15 mitur ex Text. *in l. ſi ſic ſtipulatus 93. & ibi* Jaſ. *ff.
De Verbor. Obligat.* Indè fit, quod legata dote mu-
16 lieri, ut cum viro nobili matrimonium contra-
hat, parito teſtatoris præcepto, ſi ad ſecundas nuptias
convolare contigerit, ei relictum auferetur, quo-
tiès, cum prohibita perſona jugali jungeretur vincu-
lo, plus namquè negat negatio, quam affirmatio af-
firmat. *l. ſi ducenta, §. utrùm. ff. De Reb. Dub.* atquè
adeò præceptum negativum ſempèr obligat. Archi-
diac. & Alii *in cap. ſi peccaverit. 2. quæſt. 1.* vide Cott.
*in memorab. verb. teſtator* & Oltrad. *in Conſ. 16.*
17 Quìd in cautione de danda, vel reſtituenda dote
dicam! illam ad ſecundas nuptias non trahi fuit voti
J. C. *in l. cum Pater filios, §. pater certam, verſ. cæ-
terum ſi poſteà, & ibi* Gloſſ. *verb. non oportere. ff. De
18 Legat. 2.* Item ancillæ manumiſſionem non obtine-
re, niſi ab illo fiat, qui primo cum ea nuptias con-
traxit, habetur in *l. matrimonii. ff. Qui, & a quib.*
Demùm ejuſdèm *§. hoc ſermone.* diſpoſitionem lo-
19 cum obtinere reſpectu plurium precum eodem tem-
pore conceſſarum, non aliarum precum ſucceſſivis
temporibus emanatarum. Gratian. teſtatur *in Di-
ſcept. 478. nu. 23. & 24. tom. 3.*
20 Inſupèr hac eadem attenta regula, ſtatuerunt, ex
priori alienatione nulla laudemium non deberi; Bar-
thol. Caſſan. *ad Conſuetud. Burdegal. tit. De Cenſib.
rub. 10. §. 1. gloſſ. 1. num. 3. verſ. & adverte.* Ber-
trand. Argent. *ad Conſuetud. Briton. artic. 59. not. 4.
num. 2.* Sola *ad Decret. Sabaud. De Jur. Emphyt. §.
in caſibus. gloſſ. 1. nu. 37.* Papon. *ad Conſuetud. Bor-
bon. §. 397. verſ. Quod ſi.* Mattienſ. *in lib. 5. recom-
pilat. leg. Navar. De Empt. & vendit. tit. 11. l. 7.
gloſſ. 3. n. 20.* Ferron. *ad Conſuet. Burdegal. De Feud.
& Jur. Emphyt. §. 15. verſ. tamen.* Hartaman. Piſtor.
*part. 1. quæſt. 50. num. 9. & 36.* Anton. Fab. *in ſuo
Codic. tit. 43. lib. 4. Diffinit. 28. num. 16. & De Er-
rorib. Pragm. De Laudem. Decad. 1. error. 1.* & Acac.
Anton. De Ripoll. *var. Reſolut. cap. 7. num. 331.*
21 Pergamus modò ultrò, alia ad ornatum Deciſio-
nis contexendo: Officia de ſui natura perſonalia eſſe,
& ad hæredem regulariter non tranſire tradit D. Reg.
noſter *num. 9.* Adde De Ponte *in tract. De Poteſtat.
Proreg. tit. 10. Rub. De Poteſt. ſubſtit. in Offic. num.*
6. Mon-

Digitized by Google

6\. Montan. *loc. cit. nu.* 43. Reverter. *in Deciſ.* 516.
*nu.* 2. *tom.* 2. Joan. Gamill. Cacac. *apùd Rovit. tom.*
2\. *conſ.* 105. *num.* 14. & 16. Rovit. *eod. tom.* 2. *conſ.*
104\. *num.* 2. Arias De Meſa *var. reſol. Cap.* 49. *lib.* 3.
*num.* 26. Noguerol. *in Allegat.* 21. *num.* 18. Amican-
gel. *de Regal. Offic. quæſt.* 14. *n.* 18. Larream *in Allegat.*
*fiſc.* 22. *lib.* 1. *num.* 30. & alios, quos addit Reg. Joan.
Hieronym. De Philip. memor D. Reg. noſtri *in Diſ-
ſert.* 1. *num.* 14. & 20. quamquàm in conceſſione
22 Princeps clauſula *in perpetuum* fuiſſet uſus. Rever-
ter. *in Deciſ.* 230. *nu.* 2. *Deciſ.* 381. *nu.* 2. & *in Deciſ.*
364\. *num.* 1. adeòut quotiès ad hæredes officium
23 porrigitur, ejus natura dicitur alterata. Amicangel.
*loc. citat. quæſt.* 4. *num.* 12. & *quæſt.* 7. *num.* 2.
24 Undè conceſſionarii fato, officium vacare, intèr
multos communitèr prædicant D. Reg. noſter *hìc nu.*
13\. *verſ. ſed dato*, & *in Conſult.* 62. *num.* 27. *tom.* 1.
Petr. Barboſ. *in l. quia tale. nu.* 78. *ff. ſolut. matrim.*
Revert. *in Deciſ.* 340. *nu.* 2. Rovit. *in Deciſ.* 72. *nu.*
35\. Theodor. *in Allegat.* 41. *num.* 21. De Georg. *in
repetit. feud. cap.* 53. *nu.* 4. & *ſeq.* & *nu.* 25. tam-
25 quàm merè illius uſufructuarius. Maſtrill. *De Magi-
ſtrat. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 22. Amicangel. *loc. citat.*
26 *quæſt.* 11. *num.* 14. & 15. quia officii proprietas pe-
nès Regem conſideratur, cum ſola cenſeatur conceſ-
ſa adminiſtratio. D. Reg. noſter *hìc num.* 6. & 7.
Reverter. *in Deciſ.* 466. *num.* 2. & *ibi* De Marin. &
*tom.* 1. *Reſol.* 68. *num.* 4. Franc. De Amic. *De His
qui feud. dar. poſſ. pagin.* 62. cum aliis allegatis per
Conſtantin. Caſar. *in quæſt. peregrin.* 2. *à num.* 61.
27 & per Reg. De Philip. *loc. citat. num.* 24. Uſusfru-
ctus verò ejus naturæ eſt, ut uſufructuario vita
functo, cum proprietate conſolidetur. D. Reg.
noſter *in Deciſ.* 108. *num.* 36. Mart. *De Juriſ-
dict. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 82. *num.* 6. Balthax. To-
mas. *De Legitimat. tit.* 16. *num.* 1457. Trullenc. *in
citat. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 5. Tiraquell. *De Re-
tract. ligniag.* §. 26. *gloſſ.* 1. *nu.* 46. Epiſcop. De Af-
flict. *in Controv.* 29. *num.* 26. Joan. Leonard. Rodoer.
*in Conſ.* 26. *num.* 5. quibus ſubnectantur laudati ex
28 Reg. De Philip. *eod. allegat. loc. num.* 22. adeoùt of-
ficio ad certum tempus conceſſo, ſi conceſſionarius,
non adhùc expleto conceſſionis tempore decedat, ad
Principem devolvatur. Reg. Galeot. *in cit. Reſponſ.*
12\. *num.* 99. Reg. De Marin. *ad Reverter. in Obſer-
vat.* 230. *num.* 1.
29 Tandèm D. Reg. noſter tradit *num.* 75. Poſſeſſo-
rium, & petitorium, in rebus incorporabilibus ſem-
pèr Cumulari, Adde poſita per Joan. Franc. Marott.
D. Regent. noſtri memorem *in Diſceptat.* 39. *à num.*
31\.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLXXXIII.

### *SUMMÆ.*

1 *Generis obſcuritas, non ægrè ferenda.*
2 *Claruere innumeri, obſcuris parentibus orti.*
3 *Nobilitas vera, virtus, & probitas.*
4 Deciſio *præſens ſummatur.*
5 *Sanguinis nobilitas magna eſt, idcircò mitius mul-
ctantur Nobiles.*
6 *Nobiles in pœnarum genere, diſſimiles à plebeis judi-
cantur.*
7 *Furcæ ignominioſum ſupplicium: qualitèr adinven-
tum?*
8 *Nobiles in delictis enormibus ignobilium ſubiiciun-
tur pœnis.* Comprobatur D. Reg. noſter.
*Præcipuè in Crimine læſæ Majeſtatis. nu.* 9.
10 *Nobilitas: infamiæ pœnam non excuſat.*
11 *Nobiles, quandò adinſtàr plebei furcis ſuſpendantur?
Et triremibus tranſmittantur? num.* 12.
*Ac flagellis cædantur? num.* 13.
14 . . . *triremibus damnati non remigant.*
15 *Nobilis falſificans reſcriptum D. Proregis per ſcri-
ptorium, qualitèr puniatur?*
16 . . . *ob furtum commiſſum, nobilitatem perdit.*
ſecundum Afflict. *in quem ſtant* De Nigr. Paſcal.
& alii, *quos conciliat* Reg. Sanfelic. *nu.* 17. & 18.
19 . . . *privilegio nobilitatis, nùm renunciari valeat?
& num.* 20. Reiicitur D. Reg. noſter.
21 . . . *obligatus cum juramento ad triremis pœnam;
illa mulctari non poteſt.*
22 *Privilegio nobilitatis familiæ conceſſo, unus de fa-
milla præjudicium inferre non valet.*
23 *Nobilitati per artis vilis exercitium renunciatum
præſumitur.* Combrobatur D. Reg. noſter.
24 *Nobilis mercaturam excercens, nùm nobilitati præ-
judicet? & quandò. & num.* 25. 26. & 27.
28 *Nobilium mercatorum codicibus, pro ſe in parva
quantitate credendum.*
29 *Mercaturæ privilegia, quæ?*
30 *Muſica, quandò nobilitati deroget?*
31 *Patris nobilitas, ad filios deſcendit.* Comprobatur
D. Reg. noſter.
32 *Filii nobilitas: nùm ad Patrem aſcendat?*
33 *Fratris nobilitas, fratri prodeſſe dijudicatur.*
34 *Nobilitas Generi, an proſit Socero?* Retunditur
Prat. à De Luc.
35 *Matris nobilitas, ex ignobili parenti orto nùm proſit?*
36 *Uxor nobilis, ignobilem virum non nobilitat.*
37 *Uxorem nobilem, per matrimonium cum ignobili,
nobilitatem amittere, qui dixerit.*
38 *Maritus habens Uxorem Ducíſſam, an dicatur Dux?*
39 *Filii Regis Nutricem, ignobilem virum quoquè no-
bilitare.*
40 *Nobilitas viri, uxori communicatur.*
41 . . . . *quibus inducatur?*
42 . . . . *per Principis Denominationem in aliquo pri-
vilegio, inducitur.* Comprobatur D. Reg. noſter.
43 . . . . *inducitur per Feudi acquiſitionem cum Ju-
riſdictione in Vaſallos.*
44 . . . . *Per qualitatem inhærentem, utputa ex Du-
catus, Marchionatus, & ſimilium tituli poſſeſ-
ſione, probatur.*
45 *Nobilitas præſcriptione acquiritur.*
46 . . . . *qualitèr probetur?*
47 *Pauperum procurator, nobilis reputatur* ex D. Reg.
noſtro.
48 *Fiſci procurator dicitur nobilis.*
49 *Procuratoris officium: an infame?*

1 GEneris obſcuritatem haùd ægrè ferendam inſi-
nuat P. Franc. Acerb. Soc. Jeſ. *in ſuo Polipod.
Apoll. pagin.* 115. Claruere enim innumeri obſcuris
2 parentibus orti, quorum nonnullos memorat Theo-
dor. Zuinger. *in Theatr. human. vit. vol.* 3. *lib.* 9. *De
Glor. & Honor. pagin. mihi* 949. Undè Cicer. Roma-
næ eloquentiæ Princeps *Orat. in Saluſt.* declamat, ſa-
tiùs eſſe, ſe de ſuis rebus geſtis fovere, quàm majorum
3 opinione niti, & ità vivere, ut nobilitas poſteris ſuis,
ab ipſo exordium ſumat, ac virtutis exemplum.
Hìnc Ovid. *lib.* 1. *De Pont.* non inſulsè cecinit.

*Non cenſus, nec opes, nec clarum nomen Avorum,*
*Sed probitas magnos, ingenuoſquè facit*
*Virtus nobilitat, & alibi animus virtute remotus.*
*Migrat in exilium, nobilitatis honor*
*Nobilitas animi ſola eſt, atquè unica virtus.*

4 Habemus *hìc* Procuratoris pauperum M. C. V. fi-
lium: ob horrenda facinora, priùs ad capitis abtrun-
cationem damnatum; proſtremò Patre deprecante,
condonata pœna mortis; ad triremes in perpetuum



Digitized by Google

tranſmiſſum. Modò hujus pœnæ commutationem exoptat Pater: quia ſuæ familiæ ſplendori, ſuiſque natalibus, ac etiam officii decori obſtabat nimium;
5 Sanguinis nobilitas magna res eſt, & ſemper favore digna. Phœb. *in Deciſ. Portugal.* 106. *num.* 13. Bovadill. *lib.* 1. *Politic. cap.* 4. *à num.* 2. Nobiles namquè mitius mulctari probant D. Reg. noſter *num.* 4. Mangrel. *ad Bartol. in l. Gracchus. C. ad l. Jul. De Adulter.* Farinac. *in* 4. *vol. prax. quæſt.* 48. *cauſ.* 4. *à num.* 93. Paris De Put. *De Re Milit. num.* 4. *vol.* 6. *tract. pagin.* 32. De Cur. *De Antiquit. tempor. part.* 4. *verſ. videamus modò.* Feliù *var. Concluſ. part.* 2. *verb. nobiles.* Prat. *in Reſponſ. Crimin.* 32. *num.* 31. Rovit. *in pragm.* 4. *num.* 10. *De Arm.* Benedict. Carpzou. *in pract. Crimin. quæſt.* 2. & D. Conſil. Petr. *in rit.* 160. *num.* 20. Certè in pœnarum genere Nobiles, & ple-
6 bei diſſimiles Judicantur, hi namque furcis damnantur, illi gladio, triremibus hi, illis relegationis imponitur pœna. Phœb. *in Deciſ. Portugal.* 18. Joſeph Seſſ. *in Deciſ.* 11. Gig. *De Crimin. Læſ. Majeſt. lib.* 2. *tit. De Pœn. quæſt.* 1. *num.* 12. De Franch. *in Deciſ.* 432. 569. *&* 630. *& ibi* De Luc. Prat. *in Reſponſ.* 6. *num.* 7. *& Reſp.* 21. *à num.* 14. P. Frat. Gabriel à Sanct. Vincent. Carmelit. Excalceat. *in Reſponſ.* 143. *num.* 8. Cafar. *in quæſt. peregrin.* 6. Dominic. De Rub. *in Certamin.* 8. *num.* 48. & noviſſimè D. Carol. Anton. De Roſ. *in Prax. Crimin. Decretor. M.C.V. cap. ultim. num.* 4. ex Gothofred. *in l. capitalium. lit. R. & T. De Pœn.* ampliùs tradens
7 furcæ ignominioſum ſupplicium, à Conſtantino, Domini noſtri JESU CHRISTI veneratione Crucis loco ſubſtitutum.

8 At id non procedere probat D. Reg. noſter *nu.* 52. in enormibus delictis, cum tali caſu nobiles, ignobilium ſubiiciantur pœnis, & in idem veniunt Reg. Sanfelic. *in Deciſ.* 56. *num.* 18. *tom.* 1. Reg. De Pont. *in tract. de Poteſtat. Proreg. tit. de Proviſion. fier. ſolit.* §. 2. *num.* 1. Judex Taſſon. *De Antefat. verſ.* 10. *Obſervat.* 2. *ſub num.* 26. Hieronym. Giacchar. *ad Clar. in* §. *fin. quæſt.* 60. *ſub num.* 95. *liter. C. verb. Nobiles, & Magnates.* Cantera *quæſt. Crimin. tit. de Quæſt. tangent. punit. delict. cap.* 2. *num.* 11. Gig. *loc. citat. num.* 16. Conſtantin. Cafar. *cit. quæſt. peregrin.* 6. *num.* 20. & D. De Roſ. memor D. Reg. no-
9 ſtri *loc. cit. num.* 5. præcipuè in Crimine Læſæ Majeſtatis Otalor. *De Nobilit. part.* 3. *princip. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 17. Tiraquell. *in ſimil. tract. cap.* 24. *nu.* 4. P. Molin. Societ. Jeſ. *De Juſtit. tom.* 3. *part.* 1. *Diſput.* 658. *num.* 25. Azeved. *in lib.* 8. *recompilat. l.* 1. *tit.* 3. *nu.* 171. & Juſtinianus dixit: *Multo enim magis pœna digni ſunt, quibus cum plurimum honoris ad noſtram juſſionem delatum eſt, occulto inveniuntur in Crimine*, in *l.* 8. *C. De Epiſcop. & Cleric.* & Summus Pontifex ſtatuit *In Epiſcopos, qui ſuum transgreſſi ſunt juramentum eſt tantò graviùs vindicandum, quantò majori præeminent dignitate, & eorum exemplo faciliùs alii poterunt ad ſimilia provocari* in *cap.* 12. *De Jur. jurand.* quia infamiæ pœnam
10 nobilitas non excuſat. Ganaver. *in Deciſ.* 18. *nu.* 20. & in praxi ſervatum prędicat dum hujus Regni clavum ſubſtinebat Ill. D. Petrus Giron Dux Oſſunæ, Thor. *in addit. ad De Pont. in citat.* §. 2. *nu.* 1. Ca-
11 ſus verò quibus nobiles furci ſuſpenduntur adinſtar plebei, numerant Rovit. *in pragm.* 1. *num.* 19. *De Pœn.* & Gandin. *in tract. De Maleſic. tit. De Pœn. reor. verſ. itèm ſuſpenditur. num.* 58.

12 Et quandoquè nobilitate prorsùs reſiſtente, triremibus tranſmiſſos teſtantur Sanfelic. *in citat. loc. nu.* 22. Paſchal. *De Virib. Patr. Poteſtat. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 64. *ubi* Prat. *in annotat.* refert Nobilem quen-
13 dàm ob crimen falſæ monetæ fuiſſe flagellis cæſum, & ad triremes alterum damnatum, quanquàm feudatarium, ob fraudes in numeratione commiſſas, teſtimonium peribet Camill. De Curt. *in Diverſor. Feudal. in princip. verb. feudorum materia. à num.* 4. *pagin.* 1.

14 Hic monitos velim, etsì in caſibus arduis ad praxim introductum ſit, nobiles triremibus damnari. Rovit. *loc. cit. num.* 14. tamèn hi in illis non remigant, inſerviunt verò nobilitèr ſumptibus propriis, intantum quod in eventu pugnare cum aliis militibus teneantur, ſivè in terra, ſive in mari naſcatur occaſio. Teſtatur verò Ganaver. Crapellam nobilem,
15 qui Excell. D. Proregis reſcriptum per ſcriptorium falſificaverat, ſententia fuiſſe relegatum, & ſic nobilium more punitum; *in citat. Deciſ.* 18.

Deniquè traditum de pœnis nobilibus, plebeis non diſſimilibus irrogandis; Matth. De Afflict. *in Conſtit.*
16 *terminum vitæ. num.* 46. *lib.* 1. *& in Conſtit. proſequentes. num.* 31. *lib.* 2. ampliatus eſt in crimine furti, cum in illo plebeus, à nobili diſtinguendus non ſit Bajard. *ad Clar. in* §. *Furtum. num.* 70. Sed contrarium, attenta litera Cap. Regn. *ad hoc.* ſtatuit Joan.
17 Anton. De Nigr. *ſupèr eod. cap. nu.* 70. tradunt Paſcal. *loc. indicat. num.* 60. *&* 61. Prat. *in adduct. Reſponſ.* 21. *nu.* 18. De Luc. *in Obſervat. ad Deciſ. De Franch.* 569. *nu.* 1. & Deciſum patet apùd De Franch.
18 *in ead. Deciſ.* 569. Tu tandèm conciliaberis opiniones, ſi dixeris diſpoſitionem cap. *ad hoc.* in ſimplici furto procedere, ut uſus authoritate Reg. Sanfelic. tradit De Luc. *ubi proximè, num.* 2.

19 Obſervandum ſuccedit *num.* 43. Nobilem, privilegio ei ratione nobilitatis competente renunciare poſſe, & placuit Barboſ. *in l. alia,* §. *elegantèr. ff. ſolut. Matrim. num.* 13. Vaſq. *lib.* 1. *Controv. Ill.* 11. *num.* 25. Tap. *in l. fin. ff. De Conſtit. Princip. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 5. Mier. *De Majorat. part.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 2. Caſtill. *in l.* 79. *Taur. gloſſ.* 1. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *part.* 5. *cap.* 19. §. 6. *num.* 12. Bovadill. *lib.* 3. *Politic. cap.* 15. *num.* 21. & probatur per Text. *in l.* 1. *C. De His, qui ſpont. publ. muner. ſubjer. lib.* 1. & videantur ibidèm Luc. De Penn. & Andr. De Barul.

20 Sed pro contrario faciunt congeſta per Paſcal. *in allegat. loc. part* 4. *cap.* 2. *num.* 88. Queſad. *Quæſt. jur. cap.* 8. *num.* 2. Cifuentes *in l.* 79. *Taur. quæſt.* 4. Cevall. *commun. contr. comm. quæſt.* 689. Perez *in lib.* 8. *Ordinam. tit.* 2. *l.* 1. *gloſſ.* 1. *verb. Hydalgoſ. verſ. quæri poteſt.* Vaſq. *De Succeſſ. creat. lib.* 3. §. 22. *nu.* 79. Otalor. *loc. indicat. part. prim. tert. part. princip. cap.* 6. *nu.* 3. Phœb. *in Deciſ. Luſitan.* 48. *lib.* 1. ſubſtinens eleganti calamo Nobilem, cum juramento ad
21 triremis pœnam obligatum, eadèm mulctari non poſſe, & accinit determinatio Regii Collateralis Conſilii memorata per Thor. *in Compend. Deciſ. part.* 1. *verb. Doctor, qui pro ſuo delicto;* & fuit voti Joan. Mar. Novar. *in Collect. ad Pragm.* 1. *De Relegat. num.* 7.
22 nàm nobilitatis privilegium toti familiæ conceſſum eſt, atquè adeò unus, univerſo cætui præjudicium inferre non valet, ſane verò id intelligendum eſt cum reſtrictionibus traditis per Ameſc. *in tract. De Poteſtat. in ſeipſum. lib.* 2. *cap.* 23. *ex num.* 20.

23 Ulterius Obſervo *num.* 44. per exercitium artis vilis nobilitati tacitè renunciatum præſumi. Danz. *ad Grammatic. in Deciſ.* 23. *à num.* 10. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 414. *& ſeq.* Catalan. *De Indult.*
24 *cap.* 36. ut de illo, qui in mercatura ſe exercet, ſcribunt Sigiſmund. Scacc. *in Tract. De Commerc. & Camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 3. *limit:* 17. Joan. Dominic. Gait. *De Credit. cap.* 2. *tit.* 7. *quæſt.* 5. *nu.* 2078. *&* 2083. Philip. Knipſchildt *De Jur. Civit. lib.* 5. *cap.* 22. *nu.* 9. *& De Ordin. Equeſt. lib.* 1. *cap.* 13. *& rurſùs De Fideicom. famil. nobil. cap.* 7. *num.* 49. Paſcal. *loc. alleg. num.* 44. Guid. Pap. *in Deciſ.* 196. & P. Fragoſ. *De Republic. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *Diſput.* 6. §. 9.
25 *num.* 163. Quod tamèn Gaballin. *in Milleloq.* 794. *part.* 2. & Aloyſ. Ricc. *in Collect.* 733. interpretati ſunt,

ut

Digitized by Google

ut procedat exercitio durante, eoquè relicto nobili-
tatem recuperare ſuadet Maſue. *De Tall. & Collect.*
§. *item illi, qui ſunt nobilitate*, & amplexatus fuit
Barthol. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Rub.* 4. §.
26 19. *ex num.* 32. in generis nobilitate, non verò in
illa per privilegium acquiſita, quæ per mercaturæ,
aut alterius mecanicæ artis exercitium amittitur.
27 Paſchal. *ubi ſup. num.* 67. Mihi tandem Regent. Ro-
vit. arridet placitum *in Rubr. De Mercatur. num.* 2.
de eo ſtandum eſſe ſecundum loci conſuetudinem, &
veniunt in idem Gaſp. Baez. *De Inop. Debitor. cap.*
16. *à num.* 36. Bocer. *De Regalib. cap.* 2. *nu.* 54. O-
talor. *loc. adduct. part.* 5. *princip. cap.* 2. *ex num.* 2.
Mynſiger. *in Obſervat.* 54. *centur.* 6. *nu.* 1. & Scacc.
*indicat. loc. num.* 22. verùm Conſule Balthax. To-
maſ. prolixè de eo differentem *in tract. De Legiti-
mat. tit.* 6. *num.* 112. & De Marin. *tom.* 1. *Reſol.* 59.
28 & quod nobilium mercatorum codicibus, etiam pro
ſe, in parva quantitate credatur, voluit Maſcard.
29 *De Probat. Concluſ.* 1096. *num.* 15. ac mercaturæ pri-
vilegia, dat Theodor. Zuinger. *in cit. vol.* 3. *lib.* 8.
30 *pagin. mihi* 900. *col.* 2. & muſicam nobilitati non
derogare, dixit Caſar. *in quæſt. peregrin.* 6. *in parerg.
num.* 27. intellige, *ut num.* 28.
31 Quin Patris nobilitas ad filios tranſeat, non dubi-
tandum, Bald. *in l. cum antiquioribus col.* 3. *quæſt.*
8. *in princ. C. De Jur. Deliber.* Tiraquell. *De Nobilit.
cap.* 15. De Marin. *in Allegat.* 10. *tom.* 3. *reſolut.*
Fontanell. *in Deciſ.* 229. *n.* 16. D. Reg. noſter *nu.* 20.
32 Quid è contra? affirmant Prat. *in Reſponſ.* 21.
*num.* 24. Joann. Bapt. Mucc. *var. quæſt. forenſ. dilu-
cidat. quæſt.* 30. D. Carol. Anton. De Luc. *in tract.
De Linea. Artic.* 25. *De Lin. in Nobilit. nu.* 13. *verſ.
contrarium reſolvunt*, quibus ſubnectantur alii al-
legati per P. Meroll. *tom.* 3. *Theol. Moral. De Privileg.
Diſput.* 6. *cap.* 8. *num.* 98. at *nu. ſequent.* contrarium
ſtatuit, & probat Caſar. *in quæſt. peregrin.* 6. *nu.* 19.
ſed videſis Nicol. Noal. *De Tranſmiſſ. caſ.* 29. *à nu.* 58.
33 Fratris nobilitatem fratri prodeſſe, dijudicat Pa-
ſcal. *in citat. part.* 4. *num.* 69. Modò tamèn ea nobi-
litatis declaratio, jure ſanguinis proceſſiſſet Rovit. *in
Conſ.* 80. *lib.* 1. Fontanell. *in Deciſ.* 229. & lege Gra-
34 tian. *in Diſcept.* 590. *num.* 17. Generi, Socero, Prat.
*in cit. reſponſ.* 21. *num.* 34. ſed in contrarium ſtat
De Luc. *ad De Franch. in Obſer.* 569. *num.* 9. Matris
35 verò nobilitatem filio ex ignobili parente orto non
juvare tradunt Bald. *in l. ult. C. De Serv. fugitiv.*
Avil. *in proœm. prætor. num.* 8. *cum mult. ſeq.* & Af-
flict. *in Conſtit. Divinæ juſtitiæ* magni tamen orna-
menti eſſe ſumitur ex poſitis per Tiraquell. *cap.* 28.
*De Nobilit. à num.* 26. & Virgil. *Æneid. lib.* 11. ce-
cinit

. . . . *Genus huic materna ſuperbum*
*Nobilitas dabat, incertum de Patre ferebat.*

Ac Ovid. *Faſtor. lib.* 1.

*Hinc fuit Evander, qui quamquàm clarus utroquè*
*Nobilior ſacræ, ſanguine matris erat.*

36 Uxorem nobilem, ignobilem virum non nobilitare,
ſumitur ex *l. fin. C. De Nupt.* & probant Palat. Rub.
De *Donat. num.* 31. De Pont. *loc. cit. tit. De Di-
verſ. proviſion.* §. 1. *num.* 18. & Paſcal. *in indicat. loc.
num.* 35. Imò Ferdinand. Loazes *in l. filius familias,*
37 §. *Divi ſub num.* 42. *ff. De Legat.* 1. ſuæ familiæ il-
lam, nobilitatem ex eo matrimonio amittere voluit
ſed legantur in contrarium Tiraquell. *cap.* 18. Fab.
*in lib.* 9. *Codic. tit.* 28. *Diffinit.* 17. Azeved. *lib.* 16.
*recompil. tit.* 1. *l.* 2. *num.* 7. Fontanell. *De pact. nupt.
tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 15. & Giron. *De Expli-
cat. privileg. num.* 320. Inferunt propterea quod Ma-
38 ritus habens Uxorem Duciſſam, non dicatur Dux,
Reg. Galeot. *lib.* 1. *Controv. Ill.* 55. Reg. De Pont. *loc.
cit. num.* 55. At contrarium De Conſuetudine ſervari
in Hiſpania; teſtimonium peribet Guttierez *De
Tutel. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 40. & in Italia. Joan.
Bapt. Thor. *part.* 1. *compend. verb. fœmina titulata*, &
hanc ſententiam in jure veriorem eſſe referunt Graſ.
*De Nobilit. gloſſ.* 1. §. 1. *num.* 41. De Pont. *in Conſ.*
16. *vol.* 2. & *loc. cit. num.* 21. Barboſ. *in l. quia tale
à num.* 23. *ff. ſolut. matrim.* De Curt. *De Feud. part.*
1. *verſ. ſed undè digreſſi*. Boſſ. *De Princip. num.* 343.
& Maſtrill. *De Magiſtrat. libr.* 4. *cap.* 13. *à num.* 37.
39 & filii Regis nutricem, virum etiam nobilitare, di-
xit Anton. Fab. *loc. cit. Diffinit.* 4. *num.* 10.
40 Viri tandèm nobilitatem, uxori communicari ſta-
tuit Text. *in l. fœminæ. ff. De Senator.* §. *ſi verò non
copulatus*. *Auth. De Conſulib. l. cum te, & l. fin. C.
De Nup. l. fin. C. de Incol. lib.* 10. *cap. ex parte De
For. competent.* Anton. Teſt. *in ſingul.* 5. Guid. Pap.
*in Deciſ.* 217. Graff. *in Deciſ. caſ. Conſcient. part.* 2.
*lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 9. intantùm quod Feudatarius vir
titulo aliquo inſignitus, uxori titulum, & dignita-
tem communicet, adeòut mortuo viro, dum in vi-
duitate permanet; potiatur illud. Maſtrill. *citat.
cap.* 13. *à num.* 20. Maſuer. *De Tal. ſeù Collect.* §. *itèm
uxor militis*. Meroll. *in cit. Diſput.* 6. *cap.* 8. *Dub.*
33. *num.* 202. & 203. & privilegium viro conceſſum,
tacitè uxori conceſſum cenſeri, prædicat Villag. *De
Extent. leg. tit. De Extent. privileg. num.* 45. Rovit.
*in Conſ.* 60. *tom.* 1. etenim ex matrimonio uxor, &
vir unum efficitur corpus. *cap. Agoſta.* 27. *quæſt.* 2.
*l.* §. *ſi vir. ff. Ad Syllan.* & *l.* 1. *ff. Rer. Amotar.* & de-
niquè uxor radiis viri coruſcat. *l. mulieres* 13. *C. De
Dignit. lib.* 12. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. part.* 1.
*cap.* 1. *gloſſ.* 1. *ex num.* 52.
41 Modò obſervandum inſurgit, pluribus modis no-
bilitatem induci, ſtirpe ſcilicèt, virtute, divitiis, &
per privilegium, D. Petr. *loc. citat. num.* 17. hinc D.
42 Reg. noſter *num.* 9. tradit, illam per Principis deno-
minationem in privilegio deduci, & conveniunt Ma-
ſtrill. *in citat. tract. De Magiſtrat. tom.* 1. *cap.* 10.
*num.* 106. Barthol. Caſſan. *in Cathalog. glor. mund.
part.* 8. *conſid.* 17. & Reg. Salernitan. *in Deciſ.* 36.
43 Per feudi acquiſitionem cum juriſdictione in vaſal-
los, quoque nobilitatem induci, ſi illud ab illo con-
ceſſum ſit, qui nobilitatem concedendi poteſtatem
habet, ut puta à Rege, vel ab alio ſuperiorem non
recognoſcente. Afflict. *in proœm. conſtit. quæſt.* 25. *prop.
fin.* Tiraquell. *loc. cit. cap.* 7. & Jaſ. *in Tract. De*
44 *Feud. part.* 5., vel ſi qualitatem inhærentem habeat,
ut in habente Marchionatum, Ducatum, Comita-
tum, & ſimilia, notat Maſcard. *De Probat. tom.* 2.
*Concluſ.* 1095. *num.* 5. Præſcriptione etiam Nobili-
45 tatem acquiri poſſe, fundant Tiraquell. *ubi ſup. cap.*
14. Rip. *in Reſponſ.* 26. *lib.* 2. & Covarr. *lib.* 1. *var.
cap.* 16. *num.* 10. *in fin.* & probari nobilitatem per
46 teſtes deponentes quempiam à populo nobilem re-
putari, dixit Tiraquell. *cap.* 10. quem ſequitur Ma-
ſcard. *loc. cit. num.* 12. nec non videantur Bon. à
Curtili *De Nobilit. part.* 6. Othalor. *loc. cit. cap.* 8.
Verall. *in Deciſ.* 12. *lib.* 1. Ann. *in Conſ.* 111. *tom.* 2.
Garſ. *De Nobilit. gloſſ.* 12. Ricc. *in Collect.* 2028. De
Marin. *tom.* 2. *Reſol.* 146. & D. Reg. noſter *in Con-
ſult.* 12. & 50. *tom.* 1. & *tom.* 2. *Conſult.* 128. &
129. à quibus alios probandæ nobilitatis modos ex
te, nè plus immorer, excipere poteris.
47 Ex Baldo probat D. Reg. noſter *num.* 14. Paupe-
rum procuratorem nobilem reputari: quia procura-
tor à Rege, vel ejus Vicario conſtitutus nobilis dici-
48 tur, idem in procuratore fiſcali, ſtatuit Peregrin. *De
Jur. Fiſc. lib.* 7. *tit.* 2. *ſub num.* 15. & quod procu-
49 ratoris officium, de per ſe ſumptum, ignobile non ſit,
eleganter firmant Rovit. *in Pragm. Regn. in Rubr.
De Procurator. à num.* 5. & Fab. Golin. *in tract. De
Procurat. part.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 49. & quamquàm
D. Conſil. Petr. *in Rit.* 100. *à num.* 4. contrarium
firmare conetur ab eo placito, excipit illum, qui Ad-
voca-

Digitized by Google

vocati, & Procuratoris munus in eadèm cauſa ſubſtinet. *num.* 35. & quod Advocati, qui officium procuratoris exercent, præſertim in ſupremis Tribunalibus, nullum ded acus incurrant, ſcribit Borgnin. Cavalc. *in Deciſ. Fivizan.* 41. *a num.* 24. *tom.* 1.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXXIV.
### SUMMÆ.

1 *Muliebria munera in Germania, quæ?*
*Qualia apud Nos? num.* 2.
3 *Jocalium appellatione, quæ veniant*. Comprobatur D. Reg. noſter.
*Quæ ornamentorum nomine. num.* 4.
5 *Mundum muliebre quid*. Comprobatur Gizz. *ſed ex* Joan. Tuii. reprobatur.
6 *Jocalia, & gemmæ prætioſiores donatæ non cenſentur*. Comprobatur D. Reg. noſter.
7 *Legatis ornamentis non comprehenduntur prætioſiora.*
8 *Jocalia, & veſtes prætioſæ matrimonii occaſione filiæ tradita in legitimam imputantur.*
9 *Gemmæ, jocalia, ac veſtes prætioſæ, ſponſæ per ſponſum traditis, donata non cenſeri, qui dixerint.* Comprobatur D. Reg. noſter.
*Refertur placitum* Bocer. Piſtor. & aliorum. *num.* 10.
D. Marciani *traditur reſtrictio, num.* 11. ex Gratiano interpretata. *num.* 13.
*Quid ſi vir eſſet ignobilis, nobilis verò uxor? nu.* 12.
*Aùt conſuetudo de illis tranſmittendis vigeret? Adducitur placitum* Conſil. Hodiern. *num.* 14. *per* D. Rodoer. *improbatum num.* 20.
15 *Uſus tranſmittendi ſponſæ veſtes, Jocalia aliaquè ornamenta, antiquiſſimus conſideratur.*
16 *Diſpoſitio* Pragm. unic. De Donat. *conſideratur.*
17 *Donativum in* Pragm. unic. De Donat. *contentum, non promiſſum in capitulis matrimonialibus non debetur.*
18 *Antefatum non conſtitutum non debetur.*
19 *Gemmæ, & alia ornamenta, per ſponſum ſponſæ tranſmiſſa, donata non cenſentur, quotiès donativum* in Pragm. unic. De Donat. *taxatum, à ſponſo promiſſum fuit.*
21 *Jocalia, veſtes, & alia prætioſa ornamenta à ſponſo ſene, uxori juveni traſmiſſa donata cenſentur.*
22 *Donata à Viro ſene, Uxori juveni, in juventutis compenſationem tradita videntur.*
23 *Gemmæ, & alia muliebria ornamenta ſponſæ per ſuos conſanguineos tranſmiſſa, donata cenſentur.* Comprobatur Gizz.
*Quìd in traditis per ſponſi conſanguineos? num.* 24.
*Comprobatur traditum* ex D. Reg. noſtro. *num.* 26.
*Adducitur placitum* Guttierez. *num.* 27.
D. Conſil. Hodiern. *admittitur ſententia. num.* 28.
25 *Datum mea contemplatione, mihi acquiritur.*
29 *Annulus benedictionis, quanticumquè valoris, donatus præſumitur*. Rejecta Rot. Roman. *opinione*. Comprobantur D. Reg. noſter, & Gizz.

1 Germanorum moribus ſingularitèr aſſuetum; Munera non ad delicias muliebres, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves, & frenatum equum, & ſcutum cum framea, gladioque, teſtatur Cornel. Tacit. *De Sit. morib. & popul. German. num.* 6. apùd
2 Nos verò ſe in Frontalibus aureis vergunt, Fibulis, Annulis, Inauribus, Cingulis, Lapillis, Margaritis, Gemmis, aliiſquè Jocalibus, & ornamentis prætio-
3 ſiſſimis. At quæ ſub Jocalium nomine veniant Diffiniendum hìc Nobis eſt. Quæſtionem conjecturalem eſſe reſolvit D. Reg. noſter, propterea nobilitatem, rei valorem, divitias datoris, atquè mentem à Judice prudenti inveſtigandum concludit *num.* 47. & in idem veniunt Palat. Rub. *in Rubr. De Donat. int. vir. & uxor.* §. 8. Franc. Hieronym. De Leo *in Deciſ.* 36. Michael Ferrer. *part.* 3. *Obſerv. cap.* 44. *num.* 7. & notat nonnulla Petr. Nuñez De Avendan. *in tract. De Exequend. Mandat. part.* 1. *cap.* 15. Ornamentorum
4 muliebrium tamèn appellatione generalitèr, ea contineri, quibus ornatur mulier veluti inaures, vipiolæ, annuli gemmati, armillæ, & omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, niſi corporis ornandi cauſa, docet Joan. Harpprec. *ad Clar. in* §. *Donatio. quæſt.* 10.
5 *num.* 2. Mundum tandèm muliebrem, cujus Aul. Gell. *noct. atticar. lib.* 4. *cap.* 1. meminit, juxtà Ulpiani ſenſum *in l. argumento* 25. §. *ornamento* 10. *ff. De Aur. Argent. Mund. legat.* ſpecula, unguenta, vaſa unguentaria, & ſi qua dici ſimilia poſſint, continere, teſtatur idem Harppreсt. *cit. loc. in fin.* atquè Gizz. *hìc num.* 22. diſtinguens, ejuſdem J. C. authoritate uſus, ornamenta muliebria, à muliebri mundo, ac ſi mulier poſſit eſſe munda, nec tamen ornata, ut iis contingere ſolitum eſt, quæ ſe lotæ in balneo mundaverint, at non ornarint: & contrà eſt aliqua ſtatìm à ſomno ornata, nec tamèn mundata; ſed in hoc nimium ſubtilitèr, ſe Ulpianum geſſiſſe Joan. Thuil. *in Comment. ad Alciat. in Emblem.* 92. *num.* 3. *verſ. mundum.* fuit voti: nàm apùd Oratores, Poetas, alioſque terſos Auctores, mundo muliebri non ea modò continentur, quibus mulier fit mundior, ſed etiam quibus ornatior.
6 Quod in dubio jocalia, & gemmæ prætioſiores donata non præſumantur, ſtatuit Maſcard. *in tract. De Probation. Concluſ.* 54. *num.* 25. *tom.* 1. & in idem veniunt D. Reg. noſter *num.* 7. & Gizz. *à num.* 1. nequè in
7 ornamentorum legato comprehendi probat Barthol. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Des Droictz, & appar. à gens mariez. Rub.* 4. §. 6. *Gloſſ. ſur le moytie des heritages. num.* 8.
8 Jocalia quoquè, atquè veſtes matrimonii occaſione, filiæ tradita ſi prætioſa ſint, & prætèr uſum quotidianum, in legitima imputari, concinunt Mercurial. Merlin. *in tract. De Legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 11. Vaſq. *De Succeſſ.* §. 20. *num.* 226. Cucch. *De Legitim. pagin. mihi* 60. *n.* 26. Magil. *De Imputat. quæſt.* 14. *ex n.* 21. Philip. Dec. *in Conſ.* 628. *nu.* 5. Hieronym. Gabriel. *in Conſ.* 132. *num.* 8. *vol.* 2. Craſſ. *in* §. *legitima. quæſt.* 23. Burſat. *in Conſ.* 67. *num.* 27. Theſaur. *in Deciſ.* 195. Malvaſ. *in Conſ.* 10. *num.* 49. & 53. Roland à Vall. *De Lucr. dot. quæſt.* 50. Phanuc. *in ſimil. tract. gloſſ.* 10. & Andr. Gaill. *lib.* 2. *Obſervat.* 91. *num.* 5.
9 In jocalibus, gemmis, atquè veſtibus prætioſis ſponſæ à ſponſo traditis, quìn matrimonio durante illorum uſum traditum cenſeatur, non dubitant Affl. *in Deciſ.* 315. Mantic. *De Tacit. lib.* 21. *tit.* 6. *tom.* 2. Sanchez *De Matrim. lib.* 6. *quæſt.* 25. *num.* 27. Andreol. *in Controv.* 281. Cyriac. *in Controv.* 120. *num.* 50. & 67. Bilott. *in Conſult.* 3. *num.* 11. Caſtill. *in Deciſ.* 93. Barboſ. *in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim. num.* 80. Surd. *in Deciſ.* 166. & *ibi* Joan. Bapt. Hodiern. De Marin. *lib.* 1. *Reſolut.* 90. & *lib.* 2. *Reſol.* 71. Rodoer. *ad De Marin. in citat. Reſolut.* 90. Gratian. *in Diſcept.* 189. *num.* 13. & *ibi* De Luc. *num.* 1. & *ad De Franch.* D. Reg. noſtri memor. *in Deciſ.* 503. *num.* 11.
10 Sed Bocer. *in Comment. De Donat. cap.* 9. *à num.* 7. illius voti fuit, in dubio illa donata cenſeri, ità ut hæredibus mariti repetitio non competat, quia morte ea donatio confirmata cenſetur, & idem ſcripſerunt Hartam. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 44. Bertaz. *in Conſ. Civil.* 59. *num.* 27. Clar. *in* §. *Donatio. quæſt.* 10. Angel. *in Conſ.* 339. Gail. *in cit. Obſerv.* 91. *à num.* 2. & Corn. *in Conſ.* 65. *lib.* 3.
11 Et D. Marciano placuit, quotiès ſponſæ, cui jocalia, & præ-

Digitized by Google

& prætioſæ veſtes traditæ ſunt illuſtris perſona eſſet , cui talia indumenta , annali , & gemmæ quotidia convenirent , donata cenſeri *in Conſ.* 59. *vol.* 2. & conveniunt Staiban. *lib.* 1. *Reſolut.* 24. *num.* 73. Lup. *in Rubr. De Donat. intèr vir. & uxor.* §. 9. *num.* 18. & §. 11. *nu.* 11. De Georg. *in Allegat.* 45. *ſub num.* 21. Caſtil. *in cit. Deciſ.* 93. *nu.* 9. Afflict. *in Deciſ.* 315. *num.* 1. & *ibi* Urſill. Guttierez *lib.* 2. *practi. quæſt.* 19. *num.* 9. & alii penès Gratian. *Di-*
12 *ſcept. tom.* 4. *cap.* 738. *nu.* 68. præcipuè ſi vir ignobilis perſona eſſet . Lup. *in indicat.* §. 9. *num.* 19. & Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 24. *num.* 5. id verò ſic
13 interpretatus fuit Gratian. *in ead. Diſcept.* 189. *num.* 19. aliorum authoritate , ut ſola nobilitas non ſufficiat, niſi amplitudo fructuum dotis, atquè divitiæ concurrant .

14 Excipit quoquè D. Conſil. Hodiern. *loc. allegat. num.* 5. ſi de illis à ſponſo, ſponſæ tranſmittendis conſuetudo vigeret , præcipuè in Regno noſtro per Pragmaticam *unic. De Donation. propt. nupt.* diſpoſitionem ex qua donativa ad certam taxantur rationem , & teſtatur quoquè De Luc. *ad Gratian. in cit.*
15 *Diſcept.* 190. *num.* 10. uſus tamèn idem antiquiſſimum eſſe ſumitur ex illo Geneſ. 24. *num.* 53. ibi *prolatis vaſis aureis , argenteis , ac veſtibus , dedit Rebeccha pro munere: fratribus quoquè ejus , & matri dona obtulit .*

16 Monitos velim Legiſlatorem in adducta Pragm. *De Donat.* de donativo verba faciente , non neceſſitatem ſtatuiſſe , reſtrinxiſſe verò , quod priſcis temporibus in exceſſu erat , ad taxatam metam , Taſſon. teſte *ſuper ead. Pragm. verſ.* 4. *Obſervat.* 3. *nu.* 4. & 5. propterea inolevit placitum , ut ſi pacto in
17 tabulis nuptialibus conſtitutum non ſit , non debeatur , De Marin. *tom.* 2. *Reſolut.* 24. *num.* 10. De Luc. *ad De Franch. in Appendic. ad Obſervat.* 503.
18 *verſ. ita pariter* . prout in antefato rejecta D. Regent. noſtri opinione probavimus ex multis *in Obſervat.* 63. *à num.* 10. quibus ſubnectantur Molfeſ. *ad Conſuetud. tit. De Jur. quart. part.* 7. *quæſt.* 5. & Jul. Capon. *in lib. qui inſcribitur De Dot. quæſt.* 6. *in l.* 2. *ff. ſolut. matrimon. num.* 4. utèr namquè Debitum voluntarium eſt , Arias de Meſa *Reſolut.* 9. *lib.* 2. atquè adeò niſi de illis conventio interceſſerit, non debentur . De Luc. *loc. allegat.* Sin verò Dona-
19 tivum in capitulis matrimonialibus promiſſum ſit, & procul dubii eſt , quìn gemmæ , veſteſque , atquè alia prætioſa ornamenta , ultrò à Marito , ſponſæ tradita donata minimè cenſeantur , quia alitèr ejuſdem Pragmatic. diſpoſitio , pro donativi moderatione introducta , reſiſteret , & mulier duo frueretur donativa , & in his terminis applicantur poſita per De Marin. *in cit. Reſolut.* 90. & per Pitagn. *apùd eund. num.* 16.

20 Imò illius fuit voti D. Joan. Leonard. Rodoer. *in indicat. loc. num.* 12. quod ubicumquè conſuetudo viget ſponſæ veſtes , & alia ornamenta aurea tranſmittendi , eadèm de cauſa non debeantur illa donata cenſeri , quia coactè ſponſus tradere dicitur , nè à communi videatur recedere obſervantia , & ei avaritiæ aſcribatur vitium , undè ex eo donationis termini non applicari conſiderat, ſimplex ſcilicèt munificentiæ actus , atquè mera liberalitas . *l. unum ex familia* . §. *ſi falcidia. ff. de Legat.* 2. *l. donari. ff. De Regul. Jur. cum concordant* . undè eandèm Conſuetudinem Donationem non arguere dixit Gratian. *in cit. cap.* 189. *num.* 23.

21 Citrà dubium tamèn exiſtimant Interpretes ſapientiores à Nobis tradita non applicari in ſponſo ſene , jocalia , veſtes , aliaquè prætioſa ornamenta , juveni ſponſæ tranſmittente , intèr quos ſunt Honded. *in Conſ.* 30. *lib.* 2. *num.* 56. Palac. Ruvios *loc. alleg.* §. 10. & Farinac. *in Deciſ.* 113. *num.* 14. quos ſequitur Conſil. Hodiern. *ubi ſup. num.* 6. & tradunt eleganter Merlin. *in Deciſ.* 585. & Andreol. *in*
22 *cit. Controv.* 281. donata namquè à viro ſene , uxori juveni , in juventutis excambium cenſeri inſinuant à Nobis congeſti *in Obſervat.* 22. *num.* 5.

23 Quid in ſponſæ traditis gemmis , aliiſque muliebribus ornamentis , à conſanguineis? In tranſmiſſis à Conſanguineis ſponſæ non eſt cùr dubitem , quìn donata cenſeantur , juxtà relatam à Gizz. determinationem *num.* 14. de qua quoquè meminit De Luc. *ad De Franch. in cit. Obſervat.* 503. *num.* 11. *verſ. ultim.* & anteà probaverat Theſaur. *in quæſt.* 15. *num.* 7. *lib.* 3. At in traditis per ſponſi conſangui-
24 neos , contrarium . fatentur ex Nobis congeſti *in Obſervat.* 131. *num.* 13. & *ſequent.* quibus modò ſubnectimus Bartol. *in l. ſed ſi plures.* §. *in arrogato. ff. De Vulgar. & pupill. num.* 14. Caſtill. *in Deciſ.* 93. Fontanell. *De Pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 6. *num.* 92. Molin. *De Juſtit. tom.* 2. *Diſput.* 430. *num.* 5. Napodan. *ad Conſuetud. Mulier. verb. donativum. verſic. ſed quæro. num.* 58. Sanchez *lib.* 6. *De Matrim. Diſput.* 26. *à num.* 11. Jul. Clar. *in* §. *Donatio. quæſt.* 10. *num.* 2. Ludovic. Lopes *de Contract. lib.* 2. *cap.* 47. §. *ſed de his donationibus* . Caſtill. *Controv.* 5. *num.* 29. *lib.* 4. Bonacin. *De Contract. tract.* 3. *Diſp.* 26. *num.* 10. & Carol. Anton. De Luc. *ad Gratian. loc. citat. num.* 11. etenìm viri contemplatione data cenſentur. Cancer.
25 *par.* 1. *var. cap.* 9. *num.* 67. & quod mea contemplatione datur , mihi datur . *l. dedit. ff. De Collat. Bonor. l. profectitia* , §. 1. *ff. De Jur. Dot. l. traditio* , §. 1. *ff. De Acquirend. hæredit.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 28. *num.* 9. Andr. De Iſern. *in cap.* 1. *De Alienat. feud. patern. num.* 13. & *ſeq.* Mart. *De Juriſdict. part.* 4. *caſ.* 45. *ex num.* 5. Ann. Robert. *lib.* 2. *rer. judicat. cap.* 13.

26 Contrarium inſinuant allegati per Dom. Reg. noſtrum *hic nu.* 40. quibus addimus Borrell. *in ſumm. Deciſ. lib.* 3. *Tit. De Donat. inter vir. & uxor. nu.* 110. Conſil. Hodiern. *ad Surd. in cit. Deciſ.* 166. *num.* 8. Pellicc. *ad Conſuetud. Anverſ. cap.* 4. *nu.* 232. Carol. de Luc. *in Obſervat. ad Franch.* 595. *num.* 5. Rodoer. *loc. cit. num.* 16. & videantur Joan. Gerva. *de Acquiſ. conjug. ex num.* 107. Menoch. *loc. indicat. præſumpt.* 26. & Gerard. Mainard. *lib.* 4. *De-*
27 *ciſ.* 8. quam opinionem admittit Guttierez *cit. lib.* 2. *quæſt.* 120. quotiès animus donandi conjecturis pateat , & probant allegati ab Hodiern. *in Obſervat. ad Surd.* 118. *num.* 12. & per Marcian. *loc. adduct. num.* 13.

28 Pro certo tandèm hac in re illud habendum ſtatuo , priorem placitum in judiciis amplexandum, quotiès munera eidèm ſponſi conſanguinei in excambium à ſponſa , ( ut fieri apùd nos ſolitum eſt ) non fuiſſent recepti , etenìm aliter cum illis compenſari placuit , Hodiern. *loc. cit.* De Luc. *in alleg. Obſervat.* 603. *num.* 18. & in ſimili contendit Mart. *in adduct. caſ.* 45. *num.* 7.

29 De annulo benedictionis, qualicumque valoris ſit , quod cenſeatur donatus in dubium revocari non audeo ; probant id cum D. Reg. noſtro *num.* 2. Gizz. *num.* 17. Hodiern. *loc. cit. num.* 5. Fontanell. *ubi ſupr. num.* 56. & De Luc. *loc. nupèr citat. verſ. annulus benedictus* . quicquìd ſibi in annulo modici valoris admittat Rot. Roman. *apùd De Marin. in indicat. Reſolut.* 71. *num.* 2.

OB-

Digitized by Google

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXXV.

### SUMMÆ.

1 *De Officio legati, qui ediſſere?*
2 *Legati nomen: jure gentium ſacroſanctum habitum.*
3 *Electio legati, quæ exquirat, ut legitima dicatur?* Comprobatur D.Reg.noſter.
4 *Abſque Proregis licentia, in hoc Regno, ad ſuam Cattolicam Majeſtatem legatum non mittitur.* Comprobatur D. Reg. noſter.
*Intellige, ut num.* 5.
*Quid ſi à Prorege licentia denegaretur? num.*6.
7 *Licentia Proregis neceſſaria non eſt in hac Civitate pro ſe congreganda ad finem mittendi legatum.* Comprobatur D.Reg.noſter.
8 *Univerſitas nullo modo ſe congregare valet, abſquè ſui ſuperioris licentia, reiiciuntur* Cravett. *&* Urſill.
*Quid ſi adversùs Baronem, Concilium congregandum ſit? num.* 9.
10 *Concilium loco ſolito congregandum, ſolitum ſervando ordinem. num.* 11.
12 *Civitas noſtra Fideliſſima: per quos regatur?* Comprobatur D. Reg.noſter.
13 *Electi hujus nobiliſſimæ Civitatis: qualitèr incedant, ſubſcribant, aut loquantur?*
14 *Electis curæ eſſe, legatum ad ſuam Cattolicam Majeſtatem mittere ſtatuitur.*
*Etiamsì non omnes, ſed major pars concurrat. num.*15.
16 *Salarium: legato debetur, etsì pro explenda legatione à Prorege licentiam non obtinuiſſet.*
*A quo decurrat tempore?* Comprobatur D. Reg. noſter *nu.*17.
*Uſquè in quem diem? num.* 18.
*Expenſæ acceſſus, & receſſus: nùm illi reficiendæ? num.* 19.
20 *Legato, qui itù iter acceleravit, & unica die, quæ duobus peragendum geſſit, qualitèr ſalarium debeatur?*
21 *... in itinere ægrotanti, ultrà ſalarium, impenſum in infirmitate reficiendum.*
22 *... à latronibus, vel hoſtibus capto, à Civitate mittente redimendus eſt.*

1 DE Officio Legati ejuſque ſalario hìc locus eſt;
Elegantèr verò ſuper eo munere, ſuum ex-
pleverunt munus Cæſar. *De Bell. Civil. lib.* 2. ac
Phyl. *De Legation. ad Cajum.* & prolixius Bonifac.
Vannozzi *vol.* 1. *Degl' Avvertimenti politici. nu.* 45.
46. 61. 65. 72. 143. 158. 167. 221. 225. 239. 253.
312. *cum duob. ſeq.* 227. 231. 438. 458. 469. 571.
656. 700. 720. 830. 890. 1137. *& ſeq. &* 1220.
2 Nomen ejus gentium jure ſacroſanctum habitum,
fatetur idem Cæſar *in lib.* 3. *De Bell. Gallic.* modo
3 tamèn legitima præceſſerit electio, concilii volun-
tate interveniente, atquè ſuperioris magiſtratus au-
thoritate D. Regent. noſtro teſte *num.* 1. & probant
Luc. De Penn. Bartol. & Andr. De Barul. *in l. quo-
ties. C. De Legation. lib.* 10. Loſæus *De Jur. Univer-
ſit. part.* 1. *cap.* 3. Undè penès Tacit. *lib.* 13. *An-
nal. num.* 13. legitur Puteolanam Civitatem Romæ
ad Senatum, Senatorium ordinem, atquè plebem
miſiſſe. probat quoquè Montan. *in Pragm.* 4. *De
Adminiſtr. Univerſ. num.* 13. & *num.* 17. hoc in Re-
4 gno practicari aſſerit, abſquè Proregis licentia mi-
nimè ad noſtrum Regem legatum mittere poſſe, no-
tat id D. Reg. noſter *num.* 4. & ſtatuunt Reg. Tap.
*De Præſtant. Regal. Cancell. tit. De Poteſtat. nu.* 70.
Martin. Laudenſ. *De Legat. max princip.* §. 25. Ca-
rol. Paſcal. *De Legat. cap.* 13. De Marin. *ad Rever-
ter. in Deciſ.* 500. *nu.* 2. & novitèr D. Conſil. Rocc.
*in tract. De Offic. Rubric.* 17. §. 8. *ex num.* 54 *ad*
58. Imò extraordinariè puniri illum concinit D.Reg.
noſter *num.* 4. *&* 5. qui abſquè Proregis licentia ad
explendam legationem diſcedit, una cum mandan-
tibus, ex ipſo Rege audientia denegata, & memo-
rant Reg. Tap. *in Deciſ.* 10. *ſuprem. ſenat. verſ. quo
ad tertiam.* Joan. Franc. Capiblanc. *De Baronib. tom.*
1. *pragmat.* 10. *num.* 98. Grammatic. *in Deciſ.* 40.
*num.* 20. & D. Conſil. Rocc. *in adduct. loc. num.* 71.
5 Sane verò quod de Proregis licentia ſcriptum eſt;
interpretandum volumus, quotieſcumquè Civitas
legatum mitteret ad ſuam Cattolicam Majeſtatem
pro rebus gubernium tangentibus; ſecùs tamèn ſi
de porrigendis quærelis adversùs Proregem ageretur;
cum tùnc literas ſcribere Noſtro Regi, nulla à Pro-
rege licentia petita permiſſum ſit, ati ſi perſonam, Ci-
vitas mittere mallet, ab ipſo Rege licentiam obti-
nere debere: ex quodàm chirographo ſuæ Cattolicæ
Majeſtatis deſumit D. Conſil. Rocc. *à num.* 90.
6 Atquè etiam idèm De Proregis licentia reſtrin-
gendum aſſertum, ut ſatìs ſit pro eadèm obtinenda,
Proregem adire, tùnc enìm licèt denegetur; lega-
tionem licitam judicandam cenſuit D. Reg. noſter
*num.* 7. & exempla extemporalia dant De Pont. *De
Poteſtat. Proreg. tit.* 2. §. 7. *à num.* 7. Tap. *loc. indi-
cat. num.* 8. & Taſſon. *De Antefat. verſ.* 3. *Obſervat.*
3. *num.* 29. Nequè illa opus eſſe pro ſe congreganda
7 ad finem mittendi legatum placuit D. Regent. no-
ſtro *num.* 10. Taſſon. *loc. cit. Obſervat.* 4. *num.* 242.
De Pont. *in allegat.* §. 7. *num.* 16. Rovit. *in pragm.*
2. *De Adminiſtr. Univerſ.* Capiblanc. *loc. cit. pragm.*
10. *num.* 59. id verò noſtræ Civitati ſpeciale eſſe
concinunt, ex particulari privilegio; etenìm Uni-
8 verſitas nullo modo abſquè ſuperioris licentia ſe
congregare valet, quanquam publica intercedat uti-
litas. De Franch. *in Deciſ.* 446. Cancer. *tom.* 3. *tit.
tit. De Jur. Caſtr. Reſolut.* 13. *num.* 170. Capibl.
*loc. nupèr indicato nu.* 92. & rejecto Cravett. *in conſ.*
1. & Urſill. ad Afflict. *in Deciſ.* 376. nominatim ſe-
quuto D. Regent. noſtr. *hìc* probat De Luc. *ad De
9 Franch. in cit. Deciſ.* 446. *num.* 1. qui *num.* 3. quid
agendum ſi contrà Baronem concilium congregan-
dum ſit, ediſſerit, ſed legantur Novar. *De Grava-
minib. Vaſallor. lib.* 1. *gravam.* 301. & Thor. *in
Compend. Deciſ. part.* 1. *verb. Univerſitas.*
10 Velimus modò monitos, concilium, de quo ver-
ba facimus, loco ſolito convocandum ad Text. *in l.*
2. *C. De Decurion. lib.* 10. & in ſimili tradit Novar.
*in Pragm.* 2. *De Adminiſtr. Univerſit. num.* 23. ra-
11 tionem aſſignans *num.* 24. & in illo ſolitum ſer-
vandum eſſe ordinem, decantat Petr. Nuñez De A-
vendan. *in Tract. De Exeq. mand. Princip. part.* 1.
*cap.* 19. *num.* 15.
12 Obſervandum ſuccedit *num.* 9. fideliſſimam, ac
florentiſſimam Civitatem noſtram, per electos quin-
què ſedilium regi, atquè per illum popularis plateæ,
teſtantibus quoquè De Franch. *in Deciſ.* 207. *nu.* 8.
& Conſil. Petr. *in Rit.* 160. *num.* 13. qui *à num.* 3.
13 quomodò incedant, ſubſcribant, aut loquantur
advertit; & in publicis proceſſionibus qualitèr ſe ha-
beant, deſcribit Joan. Anton. Summont. *in Hiſtor.
Neap. tom.* 4. *lib.* 6. *cap.* 8. *pagin.* 19. quidvè ſerva-
tum in Caroli V. omnium Cæſarum maximi; ad-
ventu in hac Neàpoli prolixè idèm Summont. ponit
*eod. tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 6. *pagin.* 91. *cum ſeq. &* 112.
& Antonin. Caſtald. *in ejus Hiſtor. quæ manuſcripta
14 circumfertur lib.* 1. *pagin. mihi* 27. His ſuæ Catto-
licæ Majeſtati Legatum mittere curæ eſſe, tradit



Digitized by Google

Loſæus *loc. deſupèr adducto num.* 57. quamquàm non
15 omnes, ſed major concurrat pars, fuerunt voti De Pont. *loc. citat. num.* 13. Montan. *in cit. pragm.* 2. *nu.* 288. *De Adminiſtr. Univerſ.* & extat Text. municipalis *in cap.* 33. *intèr conceſſ. per Imperat. Carol. V.* & in concernentibus Civitatis graſſiam legitur Regii Conſilii Collateralis proviſio intèr capitula, & privilegia hujus noſtræ Civitatis. *pagin.* 97.

16 Nùnc ad ſalarium vertimus; illud Legato deberi, licèt à Prorege pro explenda legatione petita licentia, non obtinuiſſet ſuadunt De Pont. *loc. ſæpiùs allegat. num.* 10. *&* 11. ac Thor. *in cit. part.* 1. *compend. verb. ſalarium: an debeatur legatis*, & decurrere à die,
17 quo ſit præceptum de eundo, voluerunt D. Reg. noſter *hìc num.* 14. Menoch. *cent.* 1. *De Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 33. Sforz. Odd. *de In Integr. reſtit. art.* 3. & Zacch.
18 *De Salar. quæſt.* 53. uſquè in diem reditus ad patriam Rovit. *in Deciſ.* 76. & *ibi* D. Altimar. D. Regentis
19 noſtri memor, & ultrà ſalarium acceſſus, & receſſus, impenſas reficiendas eſſe, cum iſtæ non laboris ratione, pro ut ſalarium, ſed ſumptuum debeantur, firmat Caput. *De Regimin. Reipubl. cap.* 7. *num.* 11.
20 Itèm ſi ità iter acceleraverit, ut una die confecerit, quod in duobus peragendum erat, legatum duplici potiri ſalario, ſcribit Franc. Mar. Prat. *lib.* 2. *Diſcept.* 20. *num.* 6.

21 Legato in itinere ægrotanti, quin expenſæ infirmitatis ratione, erogatæ reficiantur: quia munus publicum explet, non dubitant Proſper Pett. *ad Grammatic. in Deciſ.* 3. *num.* 7. & De Franch. *in Deciſ.*
22 146. *num.* 1. à latronibus, vel hoſtibus capto, quod à Civitate mittente redimendus ſit Deciſum aſſerit De Franch. *in ead. Deciſ.* 146. & probant apertiùs De Pont. *in Deciſ.* 17. Coſt. *De Portion. rat. quæſt.* 64. Capiblanc. *loc. cit. tom.* 1. *pragm.* 1. *nu.* 71. Maſtrill. *in Deciſ.* 164. Surd. *in Deciſ.* 326. *num.* 24. & De Luc. *ad De Franch. in indicat. Deciſ.* 146. *nu.* 1.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLXXXVI.

### SUMMÆ.

1 *Judex non debet ſe intromittere in cauſis alienæ juriſdictionis.*

2 *Fiſcus: quandò ad Judicem ſuum avocet cauſam, in qua certum, & formatum habet intereſſe De futuro?* Comprobatur Deciſio. Deciſione altera, ac Doctorum placito.

3 Præſens D. Reg. noſtri locus, *quibus adaptari non poſſit?* Cum Deciſ. *&* *num* 4.

5 *Fiſcus ad cauſam veniens: quandò ad Judicem ſuum cauſam non avocet?*

6 *Judici fiſcali remittitur cauſa, in qua fiſcus habet notorium intereſſe, etiam ipſo non petente.* Comprobatur Deciſio.

7 *Regia Camera Summariæ cognoſcit, nùm fundus feudalis, aut allodialis ſit?* Comprobatur D. Reg. noſt.

8 *Refertur* locus notabilis D. Conſil. Carleval.

9 *In Feudo, an jure francorum vivatur, vel longobardorum, cognoſcit Judex Fiſci.*

10 *Judex Fiſci cognoſcit de privatorum cauſis à fiſci facto dependentibus.* Comprobatur D. Regens noſter.

11 *Ceſſionarius fiſci, quandò apùd Judicem fiſcalem, adversùs debitorem ceſſum agere valeat? Adducitur* interpretratio Conſil. Carlèval. *&* Alphonſ. De Olea. *num.* 12.

13 *Territorium, an Feudale, an Burgenſaticum ſit? Regia Camera Summaria determinat.*

14 *Feudum, nùm quaternatum ſit, vel de tabula judicat Judex fiſcalis.*

15 *Judex fiſcalis cognoſcit, de omnibus cauſis, in quibus actor eſt, reus, vel author laudatus.*

16 *Perſona privilegiata, tanquàm tertius ad cauſam veniens poſt proceſſum compilatum, nùm cauſæ expeditionem ſuperſedere faciat?* Comprobatur D. Reg. noſter.

17 *Fiſcus: poſt compilatum proceſſum veniens ad cauſam uti tertius; cauſæ expeditionem non impedit.*

18 *Filius ad relevium tenetur, quotiès omnium feudorum, à patre poſſeſſorum refutatio facta eſt, ejus verò ſolutio ad tempus mortis Patris differtur.*

19 *Univerſitas, Feudum poſſidens ad relevium tenetur in Regno, ſingulis quindecim annis, rejectis* Bald. & Frecc.

20 *Patrem, filio in feudo per ipſum refutato, ſuccedentem, ad relevium obſtringi ſtatuitur.*

1 OMnem Reipublicæ interitum, in munerum perturbatione conſiſtere, dum enim quiſque ſuum negotium non facit, ſed aliorum officium, atquè munus, & locum uſurpat, nihil rectè, nihil ordinatè fieri poſſe, ſed omnia perturbari, & permiſceri neceſſe eſſe, docuit. Oſor. *in lib.* 1. *De Regib. in-*
2 *ſtit.* & accinit Cardinal. Bentivol. *De Bell. Belgic. lib.* 2. meritò propterèa hìc, parte tantùm inſtante, ad Regiam Cameram Summariæ cauſa fuit remiſſa: etenìm quamquàm intereſſe fiſci de futuro ineſſe conſiderabatur, tamèn magnum, formatum, & certum intercedebat, adhoæ, relevii, & devolutionis occaſione; cum ad manus Epiſcopi perventa defenſa, ad manus mortuas perveniſſe fatendum erat, atquè adeò Deciſionem comprobant Maſtrill. *De Magiſtratib. lib.* 3. *cap.* 4. & Carol. Anton. De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 132. memor D. Reg. noſtri, & eadèm attenta de intereſſe certo, & formato Regii fiſci, ratione, etsì de futuro, per Regium Collaterale Conſilium in cauſa Joannis Baptiſtæ Binetto, & Franciſci Capriglione Cum Honuphrio Antonio Gallo ſupèr quadàm controverſia, ſupèr Cenſalibus nùnc per Domum Sanctiſſimæ Annunciatæ poſſeſſis, fuit dictum, quod Regia Camera procederet, avocata cauſa à M.C.V. in quo judicium jam cœperant actores; ut eſt videre in proceſſu Scipionis Giuvo apùd actuarium Regiæ Cameræ Petitum.
3 At in cauſa Venerabilis Monaſterii Sancti Leonis Congregationis Olivetanæ Civitatis Botunti, petentis in S. R. C. in Banca tùnc De Amatruda, nùnc Dominici De Martino, nullam declarandam fore tranſactionem initam, intèr Rev. P. Abb. D. Chriſtophorum De Averſa, & Marcum Antonium Rogadeum, læſionis nedùm cauſa intercedente, verùm etiàm quia in eo contractu ſupèr re feudali geſto cum Eccleſia, Aſſenſus Apoſtolicus, neque Regius intervenerant. Indè proceſſu compilato, inſteterant in Regio Collaterali Conſilio Regius Fiſcus, & Joannes Petrus Rogadeus Marci Antonii ſucceſſor; cauſam remittendam eſſe ad Regiam Cameram Summariæ, ex quo ſuccumbente Rogadeo, duo Feuda in poſſe Monaſterii perveniebant, & ideò ad manus mortuas, in Regii fiſci præjudicium propter Adhoam, Relevium, & Devolutionem, & licèt Regens Sanfelicius domi Die 21. Junii 1642. petitioni aſſentiſſet providendo pro remiſſione, idque Die 25. ejuſdem Menſis confirmatum, per Regium Collaterale Conſilium; tandèm in eodèm Collaterali Conſilio eodèm Regente Sanfelicio Referente Die 29. Januarii 1643. revocato decreto fuit ordinatum, quod S. R. C. in cauſa prædicta procederet, acta ſunt apùd Lombardum Regium à mandatis ſcribam.
4 Relata verò iſthæc Determinatio, D. Regentis noſtri, præſenti Deciſioni non reſiſtit, nàm haud ea in ſpe-



Digitized by Google

ſpecie de feudorum inveſtitura in beneficium Monaſterii controvertebatur, aut de poſſeſſione, ſed nùm
5 tranſactio valida eſſet judicanda, propterea fiſcus, eo in jurgio, aliud intereſſe habere non poterat, niſi quod forsàn ab eventu litis, quæ intèr alios principalitèr agitabatur, dependerat, *l. defenſionis facultas 7. & ibi* Gloſſ. *verb. Cognitio. C. De Jur. fiſc.* quo in caſu ei cauſæ remiſſio non competit, ſed poteſt aſſiſtere, ad tradita per De Franch. *in Deciſ.* 117. Thor. *part. 1. verb. remiſſio cauſæ: an ſit facienda.* Peregrin. *De Jur. fiſc. lib. 4. tit. 6. num.* 47. Sanfel. *in Deciſ.* 70. & per Nos *in Obſervat. 175. num.* 3.

6 Notandum modò ex hac Deciſione non abſrè, quotiès intereſſe Fiſci eſt notorium ſivè pro cauſæ remiſſione ad Judicem ſuum inſtet, ſivè non, cauſam ad Regiam Cameram Summariæ ex officio remitti. De Marin. *in Reſolut.* 146. *tom.* 1. *num.* 4. quem ſequitur De Luc. *loc. cit. num. 2. in med.*

7 Et illud hìc ſtatuendum ſuccedit articulum, nùm fundus feudalis, vel allodialis ſit fiſcalem judicem cognoſcere; cum fiſco interſit inveſtigare de illo: vaſallagii ratione, adhoæ, atque devolutionis, ut concinunt allegati à D. Regen. noſtr. *à num.* 9. quibus ſubnectantur Thor. *cit. part. 1. verb. articulus incidens.* Rovit. *in Pragm. 12. & 13. De Offic. Procurat. Cæſar.* Gallup. *in Method. Feud. part. 2. cap. ultim. & in prax. S. R. C. part. 2. cap. 6. num.* 75. Gaball. *cent. 2. reſolut. crimin. caſ.* 168. Conſil. Rocc. *in Reſp.* 55. & Conſil. Carleval. *in tract. De Judic. lib. 1. tit. 1. Diſput. 2. quæſt. 6. ſect. 9. num.* 700., referens
8 quod cum incedens hic articulus de qualitate fundi declaranda ipſo referente, per S. R. C. ad Regiam Cameram fuiſſet remiſſum pro Deciſione, cum illa ultrò ad cauſæ principalis determinationem deveniſſet, iterùm S. R. C. habita pro nulla ſententia Regiæ Cameræ, eidèm remiſit incidentis articuli cognitionem.

9 Eundèm Judicem fiſcalem cognoſcere qualitèr in feudo vivatur, jure francorum ſcilicèt, vel longobardorum ſunt voti Marcian. *in Conſ. 8. & 9. vol.* 2. Reg. Galeot. *in Contr. 1. 2. 3. & 4.* Reg. De Marin. *in citat. Reſolut. 146. num.* 5. & D. Reg. noſter *in Conſult. 3. vol.* 1.

10 Paritèr Regiam Cameram Summariæ judicare de privatorum cauſis, à fiſci facto dependentibus fatentur Anton. Capyc. *in Deciſ. 193. nu.* 3. D. Reg. noſter *hic num.* 3. & alii quos congerit Carleval. *loc. indicat. num.* 107. proindè Afflict. *in Deciſ.* 2. placuit
11 fiſci ceſſionarium, debitorem ceſſum apùd Judicem fiſcalem convenire poſſe, & probant Alphar. *De Offic. Fiſcal. privileg. 36. gloſſ.* 16. Ant. Fab. *in ſuo Codic. tit. De Privileg. Fiſc. Diffinit.* 2. & Rodoer. *ad De Marin. in citat. Reſol. 146. num. 5. & 6.* Atverò
12 Carleval. interpretandum putat *in eadem Diſput. 2. ex num.* 708. ſi ceſſio in cauſam neceſſariam facta ſit, nè alias in libera fiſcalium miniſtrorum voluntate ſit, forum fiſci, privatis perſonis communicare, & idem concinit Olea *De Ceſſion. jur. tit. 6. quæſt. 4. num.* 30.

13 Quin idem Tribunal ſupremum Regiæ Cameræ cognoſcat, an territorium feudale, an burgenſaticum ſit vaſallagii, devolutionis, atquè relevii de cauſa, non dubitandum, ſtatuunt id D. Reg. noſter *hic* Reg. Galeot. *in Controv. 8. in fin. & in Controv. 24. cit. vol.* 1. Gallup. *in adduct. prax. part. 2. cap. 6. num.* 73. Carleval. *in allegat. ſect. 9. num.* 700. *verſic. & quotiès.*

14 Camerarius quoque voluit *in repetit. cap. imperialem. pagin. 67. liter. S. in fin.* Judici fiſcali cognitionem pertinere, nùm quaternatum ſit feudum, vel de tabula, ratione relevii, & demonſtrat verum Marin. Frecc. *De Subfeud. lib. 2. Author. 5. num.* 2. niſi de poſſeſſorio retinendo tractaretur De Georg. *in repetit. feud. cap. 49. num.* 9. Reg. Galeot. *in cit. Controv. 24. ex num.* 45. & D. Reg. noſter *in Deciſ.* 33.

15 Et tandèm quod Judex fiſci avocet ad ſe omnes cauſas in quibus fiſcus actor eſt, ſivè reus, ſivè author laudatus, uno fatentur ore pleno calamo à nobis conducti *in Obſerv. 175. num.* 4. quibus modo viſi ſubnectimus Covar. *quæſt. pract. cap. 8. nu.* 3. Fontanell. *in Deciſ. 202. num.* 20. Alciat. *in Conſ. 12. num. 11. lib.* 8. Creſp. De Valdeur. *in Obſerv. Illuſtr. 61. num. 10. lib.* 2. Peregrin. *De Jur. fiſc. lib. 7. tit. 1. num. 1. & 9.* Joan. Angel. Piſanell. *ad Afflict. in Deciſ.* 56. Cancer. *var. part. 2. reſolut. 16. tit. de Tertiis oppoſ. nu. 42. & 44.* Reg. Reverter. *in Deciſ. 7. & ibi* Reg. De Marin. & habemus de eo leges particulares in Regno, ut in Pragm. 12. 13. 61. & 62. *De Offic. Procurat. Cæſar.*

16 Inſurgit nùnc inveſtigandum: an privilegiata perſona ad judicium veniens poſt proceſſus compilationem, cauſæ expeditionem impediat? Negat D. Reg. noſter *num.* 13. in idem veniunt Sanfelic. *in Deciſ. 70. à nu.* 31. De Marin. *ad Reverter. in Deciſ.* 233. Barbat. *De Aſſiſtent. gloſſ. 3. num.* 49. & probatur ex Text. *in l. ſi hæres. ff. ſi cui plus, quam per leg. fal-*
17 *cid.* idquè etiam in fiſco expeditum demonſtrat De Luc. *ad De Franch. in Obſervat. 271. num. 4. verſ. fiſcus.*

De eo, quod ad Relevium ex D. Regente noſtro memoratum *à num.* 21. ſpectat, nonnulla fortaſsè ſcitu non infructuoſa adnotavimus *in Obſervat.* 92. Modò advertendum, filium ad relevium teneri,
18 quotiès refutatio omnium Feudorum facta eſt, ejus verò ſolutio ad tempus mortis Patris differri, De Pont. teſte, qui id optimis mediis fundat *in tract. De Poteſtat. Proreg. tit. De Refutat. Feud. §. 4. num. 3. & in Repetit. Feud. lect. 2. à num.* 52. Capyc. *in cap. imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus. col. 23. verſ. & ſi pater refutat.* Molfeſ. *ad Conſuetud. part. 3. quæſt.* 8. Amat. *in Conſ. 14. num. 4. & 5.* Rovit. *in Pragm. 2. num. 10. De Offic. Procurat. Cæſar.* Jacob. De Gell. *De Jur. Adohæ. num.* 74. & De Franch. *in Deciſ. 121. num. 7. & 13.*

19 Univerſitatem Feudum poſſidentem in Regno, Fiſco relevium ſolvere ſingulis quindecim annis, juxtà receptam praxim, reſolvit Franc. Mar. Prat. *in Obſervat. pract. 8. à nu.* 27. quicquid ſibi neget Frecc. *De Subfeud. Author. 3. num.* 49. & Bald. aſtruat illam elapſis centum annis ad petendam inveſtituram abſtringi poſſe *in l. an uſusfructus. ff. De Uſufruct. & in l. annua, §. fin. ff. De Ann. legat.*

20 Patrem, filio in feudis ab ipſo refutatis ſuccedentem, à relevii præſtatione non immunem, tradunt Ann. *in cap. 1. De Vaſall. decrepit. ætat. num.* 366. Giurb. *De Succ. Feud. §. 2. gloſſ. 12. num.* 9. De Franch. *in Deciſ. 3. & ibi* De Luc. Rovit. *in Pragm. 1. De titulor. abuſ. num.* 6a. De Pont. *in citat. tit. De Refutat. feud. in princip.* quia per donationem feudi dominium in filii beneficium tranſiit tàm pro ſe, quàm pro deſcendentibus, propterea mortuo illo abſque filiis, Pater ad feudum venit, tamquàm proximus agnatus De Marin. *in Reſolut. 126. tom. 1. & tom. 2. Reſolut. 189. num.* 36.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXXVII.
### SUMMÆ.

1 *Immunitatis refugium antiquiſſimum, ſacroſanctum habitum ſemper, atque exiſtimatum.*

2 D. Reg.

Digitized by Google

2 D. Reg. D. Raphael De Villoſa *cum laude memoratur.*
3 *Alexander Tyro capta nemini pepercit, quàm qui ad Eccleſiam aufugerant.*
4 *Cæſar Auguſtus, & Tyberius, cùr Aſila ſubſtulerunt.*
5 *Immunitatem noſtrarum Eccleſiarum, eſſe de Jure poſitivo oſtenditur.*
6 *Immunitas Eccleſiæ, quantum circa illam extendatur.*
7 *Epiſcopo petenti repoſitionem ad Eccleſiam, vel cauſæ remiſſionem à Decreto illam denegante competit Appellatio, etiam ſi procederetur ex Delegatione cum Clauſula appellatione remota? & num. 9. & 13.*
8 D. Joannes Andreas Baſilis *cum laude adducitur.*
10 *Judicium repoſitionis ad Eccleſiam, vel remiſſionis cauſæ eſt penitùs, à criminalitate ſeparatum.*
11 *Clauſula omni appellatione remota, qualitèr interpretanda?*
12 *Ab interloquutoriis conceditur facilitèr Appellatio, quotiès indiffinitivo reparari non poteſt.*
14 *Fiſcus in Regno ab abſolutoriis Decretis nō appellat.*
15 *. . appellat à Decreto remiſſionis cauſæ.*
16 *Actor, & Reus non debent ad imparia judicari.*
17 *Clauſula omni appellatione remota, quoad tertium non operatur.*
18 *Condemnatus ad remigandum: nùm poſt ſententiam in rem judicatam tranſactam poſſit de repoſitione ad Eccleſiam contendere?*
19 *Immunitas non delinquenti, ſed loco cōceſſa traditur.*
20 *Nolens immunitate uti, Eccleſiæ præjudicium non infert, quìn reponendus ſit.*
21 *Damnatus ad triremes in perpetuum: ſi ab illis aufugerit ad Eccleſiam, an Immunitate illius Gaudeat?*
22 D. Dominicus Criſpus *cum laude adducitur.*
23 *Immunitate Eccleſiaſtica: nùm gaudeat ille, qui fracto carcere aufugit?*

1 ANtiquiſſimum immunitatis refugium, ſacroſanctum habitum ſempèr, oſtendunt D. Reg.
2 D. Raphael Villoſa virtutis, & literarum gloria immortalis *in ſuo eleganti tract. De Fugitiv. cap. 3.* Sarpus *in tract. De Aſylis*, P. Petr. Gambacurt. Soc. Jeſ. *in tract. de Immunitat. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. 6. & 7.* Marc. Anton. Sabellic. *ad Tranquill. in Tiber. cap. 37. verſ. Aſylorum.* ac Bezerra *De Jur. ſacror. lib. 2. cap. 1.* ad Statuas alii, alii ad Aras, Aſyloſque alii confugiebant immunes, teſtibus Liv. *lib. 36. & lib. 5. De Bell. maced.* Cicer. *Orat. 12. pro Aul. Cecin. num.* 100. Juſt.
3 Lipſ. *ad Tacit. annal. lib. 3. pagin. mihi* 186. & 187. *verſ. incredebat deterrimo.* & Alexandrum, Tyro capta, nemini peperciſſe, præter quam, qui ad Eccleſiam confugerant, notat Q. Curt. *lib.* 2. Cæſarem verò Auguſtum Aſyla omnia, tamquàm flagitioſorum receptacula, & invitamenta maleficiorum ſubſtuliſſe refert
4 Strab. *lib.* 14. Tiberium etiam, excepto Æſculapii apud Pergos Aſylo, ſcribunt Sveton. Tranquill. *in Tiber. cit. cap.* 37. ac Tacit. *Annal. eod. lib. 3. nu. 10. pagin. 162. in edit. Lugdun.* & aſſignat de eo cauſam Philip. Beroal. *ad Tranquil. loc. cit. verſ. abolevit morem Aſylorum.*
5 Noſtrarum tamèn venerabilium Eccleſiarum immunitatem, eſſe de jure poſitivo Univerſus fatetur Senatus Rothomagenſis penès Ign. *in l. 1. §. 1. à nu. 25. ff. ad Senat. Conſult. Syllan.* & videantur Joan. De Viſch. *De Immunit. Eccleſ.* Villadieg. *de Immunit. Eccleſ. in 2. præſuppoſ.* Covar. *lib. 2. Reſol.* 20. Joan. Ægid. Trullench *ad Præcept. Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. Dub. 1.* Bonacin. *De Cenſur. Bull. Cœn. Diſput. 1. quæſt. 16. pun. 2.* Ambroſin. *De Immun. cap.* 16. & Mart. *De Juriſdict. part. 2. cap.* 50. proindè illam non modò in-
6 tra eam; Mucci *quæſt. 10. num.* 5. ſed etiam per quadraginta paſſuum, ſi mater Eccleſia ſit, ſi verò minor, triginta eandèm obtinere recenſent Remig. De Gon. *De Immunit. ampliat.* 6. Mart. *loc. indicat. nu.* 3. Boich. *in cap. Eccleſia. De Immunitat. Eccleſ.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. Canon. 15. quæſt.* 16. & Danz. *tom. 1. De Pugn. Doctor. tit. De Immunit. Eccleſ. cap. 1. num. 21. & 22.*
7 Diſceptatur principalitèr hoc loco nùm Epiſcopo petenti repoſitionem ad Eccleſiam, vel cauſæ remiſſionem, competat appellatio, à denegatæ repoſitionis, ſivè remiſſionis Decreto, ſi in cauſa ex delegatione cum clauſula appellatione remota; procedatur? Pro Epiſcopo Acerrarum munus ſuum explevit, Juris
8 Conſultus eximius D. Joannes Andreas Baſilis, cujus allegationem hìc imprimendam curaſſem, ni D. Re-
9 gens noſter ferè ad verbum reſcripſiſſet, accinunt verò affirmativæ ſententiæ Joan. Franc. Capiblanc. *De Baronib. tom. 1. pragm. 8. part. 2. num.* 98. Conſil. D. Carol. Petr. *tom. 1. Rit. 127. num. 20. & 21.* & Anell. De Sarn. *in ſua ſatis involuta, & indigeſta Prax. Crimin.*
10 *part. 2. formul. 85. num.* 7. Judicium namque remiſſionis cauſæ, ſivè repoſitionis ad Eccleſiam penitus à criminalitate ſeparatum eſt. Carol. Anton. De Luc. *in Obſervat. 528. num.* 3. ultrà quod clauſula omni
11 appellatione remota, fruſtatorias tantummodò appellationes excludit De Marin. *tom. 1. Reſolut. 150. nu. 7. & ibi* Rodoer. *num.* 10. Joan. Mar. Novar. *part. 2. quæſt. 13. num.* 14.
12 Confert, & illud, ab interloquutoriis facilè appellationem concedendam eſſe, quotieſcumquè in diffinitivo de illis reparari non poteſt. Fontanell. *in Deciſ. 26. num.* 9. Giurb. *in Deciſ. 56. n.* 10. & De Luc. *in Obſervat. ad De Franch. 408. num.* 4. quìn Epiſcopo, aut Baroni in re, de qua agimus in Diffinitivo nullo mo-
13 do reparari poſſit, dubitatio non cadit, propterea illis concedendam appellationem à denegata repoſitione ad Eccleſiam, ſivè ad eorum Curiam remiſſionem ſtatuit Capiblanc. *loc. allegat.* niſi reo inſtante ea proponatur exceptio.
14 Et illud patet; quamquàm fiſco appellari in Regno, ab abſolutoriis decretis permiſſum non ſit; ut patet apùd Grammatic. *in Deciſ.* 14. De Marin. *loc. allegat. num.* 1. Rodoer. *ibid. num.* 3. Sanfelic. *in Deciſ.* 4. D. Reg. noſtrum *in Deciſ.* 165. quibus ſubnectimus allegati per Nos *in Obſervat. ad eand. Deciſ. num.* 3.
15 beneverò ab illis remiſſionem cauſæ concedentibus, contrarium praxis magiſtra demonſtrat, & concinit Conſil. Petr. *in Rit. 18. n. 10. verſ. quin & ab aliis. Rit. 258. ex n. 1. & 25. & Rit. 261. in corpor.* Undè ſi ab hac decreti ſpecie Fiſcus appellat, ità
16 paritèr in fiſcum indulgendum eſt, nè actor, & reus ad imparia judicentur. *cap. 2. 4. quæſt.* 4. & ſi parti prohiberetur appellare, ità & fiſco Magon. *in Deciſ. Lucenſ.* 58. Conſil. Petr. *in cit. rit. 258. nu.* 18. iidem namquè correlativi ſunt. *l. ſi quidèm C.*
17 *De Except.* Et quòd appellatione remota; ubi eſt commiſſa, quo ad tertium, minimè intelligatur, ſumitur ex Text. *in cap. ſuper eo. De Offic. Delegat.* & dixit Imol. *in l. fin. qui, & à quib.*
18 Inquirendum modò eſt, an poſt ſententiam in rem judicatam tranſactam, poſſit condemnatus ad remigandum, opponere de repoſitione ad Eccleſiam? Negativum placitum multis modis defendit noviſſimè D. Franc. Antonius De Feldaga *in ſuo enchiridion juris controverſ. cap.* 17. Mallem verò contrariam opinionem amplecti, etenim illius op-
19 poſitionis omiſſio, immunitati Eccleſiæ nullum debet operari præjudicium, dum non delinquenti, ſed loco favor conceſſus dignoſcitur, Trullench *loc. cit. num.* 11. Farinac. *in append. Immunit. cap.* 2. Mart. *in cit. cap. 50. num.* 28. Decian. *lib. 6. Crim. cap. 26. num.* 12. Delbene *De Immunitat. cap. 16. Dub. 39. num.* 4. Gambacurt. *loc. cit. lib. 3. cap. 3. & 4.* Sperell. *in Deciſ.* 59. ità, ut licèt quis illius im-

20 immunitate uti nollet voluntariè ſe ſatellitibus offerens, à Judice ad Eccleſiam reſtituendus ſit, Bonacin. *tom.* 3. *De Cenſur. Diſput.* 2. *quaſt.* 3. *punt.* 16. §. 3. *num.* 12. At cum caſus contigerit maturius erit cogitandum.

21 Ulterius quæritur, nùm damnatus in perpetuum ad triremes, ſi ad Eccleſiam ab illis aufugerit, immunitate Eccleſiaſtica gaudeat? Negant Anton. Gam. *in Deciſ. Luſitan.* 362. Mart. *loc. allegat. cap.* 51. *nu.* 17. *pagin. mihi* 287. Sanfelic. *in Deciſ.* 275. & Villadieg. *Politic. cap.* 3. *nu.* 1315. quia Eccleſia non reddit illum ab impoſita pœna tutum, ſed ab imponenda; Sed in contrarium vergunt Barboſ. *lib.* 2. *De Jur. univerſ. cap.* 3. *num.* 133. Giurb. *in Conſ. Crim.* 30. *num.* 21. Trullench *loc. allegat. dub.* 3. *num.* 29. & Dian. *in tract. de Immunit. Eccleſ. ſupèr Bul. Gregor. XIV. Reſol.* 40. cum Eccleſia delinquentem ad eam confugientem nedùm à pœna inſlingenda tutum reddat, verum etiam ab impoſita, ſequitur De Marin. *tom.* 1. *Reſol.* 177. *num.* 3. *& ibi* Rodoer. *num.* 2. & pro utraque parte refert fundamenta Joan. Bapt. Mucc. *quaſt.* 10. nec non
22 legatur D. Dominicus Criſpus inſignis J. C. *in ſua ſatis docta prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 8. *nu.* 21. *&* 22.

Mihi verò hac in re Doctiſſimi viri à De Marin. memorati conſilium arridet, ut ſi de condemnationis ſententia, reclamatio pendat, vel loco depoſiti detineatur, aut tempus jam completum ſit, & generalis expectetur libertas, fugatum remigem Eccleſiaſtica immunitate gaudere, ſin verò ex certa condemnatione; tempore non expleto detineatur, & aufugerit: contrarium fatendum eſſe ſuadet. idquè applicari etiam ad in illis inſerviendum concordato, & in remige voluntario concludit, & meminit D. Conſil. Petr. *in Rit.* 43. *num.* 13.

23 At quid dicam in illo, qui facto carcere aufugit, vide Remig. De Gon. *loc. allegat. fallent.* 21. Nicol. Boer. *in Deciſ.* 110. Joan. De Viſch. *ubi ſup. num.* 52. Caſſan. *ad Conſuetud. Burgund. Rub.* 1. §. 5. *verſ. Dominus Archidiaconus. num.* 16. Farinac. *pract. crim. part.* 1. *quaſt.* 28. Clar. §. *fin. quaſt.* 30. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. Viv. *Comm. opin. verb. condemnatus.* Hoſtienſ. *in ſumm. De Immunit. Eccleſ.* §. *in quantum.* Tap. *in lib.* 1. *Jur. Regn. tit. De his, qui ad Eccleſ.* Cortiadam *in Deciſ.* 82. *tom.* 2. Gomeſ. *Inſtit. De Action.* §. *pœnalis.* Caſtropalao *tom.* 2. *oper. moral. tract.* 11. *Diſput. unic. punct.* 7. Anaſtaſ. Germon. *De Sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 36. Bazerram *De Sacror. immunit. lib.* 2. *cap.* 2. Ital. *De Immunit. lib.* 1. *cap.* 4. Gambacurt. *loc. cit. lib.* 4. *cap.* 18. Bonacin. *loc. citat. tom.* 2. *Diſput.* 3. *quaſt.* 7. §. 2. Dian. *De Immunit. part.* 1. *Reſol.* 19. Fagund. *lib.* 4. *pracept.* 2. *cap.* 4. Peguer. *in Deciſ.* 61. Mart. *in allegat. cap.* 50. *&* 51. Conſil. Petr. *in cit. Rit.* 43. *num.* 13. Trullench. *in allegat. Dub.* 1. *num.* 11. Rodoer. *loc. adducto*, & Danz. *in indicat. loc. cap.* 2. *num.* 13. *&* 14.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CLXXXVIII.

### SUMMÆ.

1 *Metius Suffetius Albanus ob ruptum pactum binis quadrigis victus in diverſa nitentibus laceratus eſt.*
2 *Deus ſi contraheret, ex contractu teneretur.*
3 *Princeps ſtipulatione ligatur.*
*potiſſimum contractu oneroſo num.* 4.
*etiam cum ſubdito initum num.* 5.
*& tenetur ad obſervantiam civilitèr, & naturalitèr num.* 6.
7 . . *contractum cum eo geſtum revocare non valet. Quamquàm cum ſubdito, num.* 8.
9 . . *quibus legibus ſolutus, quibus nequaquàm.*
10 . . *quandò ſucceſſorem obliget?*
11 . . *contractui non tenetur ſtare, ſi de ejus injuſtitia appareat.* Comprobatur D. Reg. noſt.
12 . . *ſuccuritur per reſtitutionis in integrum beneficium: læſionis ratione.*
13 . . *immodicam donationem revocare poteſt.*
14 . . *ratione publici boni non tenetur ſtare contractui.*
15 *Publicum bonum, ut Princeps contractui cum eo geſto ſtare non teneatur: qualitèr concurrere debeat?* *Diſſident* Maſtrill. & Tapp. cum Peregrin. & De Curt.
16 *Cenſus redimibilis jam conſtitutus, nùm poſſit viliori prætio vendi?*
*Adducitur* Cancer. & aliorum *affirmativum placitum? nu.* 17.
*Contrarium refertur opinatum* Hermoſill. & aliorum *num.* 18.
*Diſtinctio* Feliciani. De Solis *traditur num.* 19.
*Adducitur opinio* Rot. Roman. *num.* 20.
*Diſtinctio* De Olea *ponitur. num.* 22.
21 *Diſpoſitio* l. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio. C. Mandat. *non applicatur in ceſſione habita ad finem tuendi.* Comprobatur Gizz.
23 *Ceſſio ab aliquo particulari facta privatis perſonis, remittendo, ſivè diminuendo ſummam Fiſcalium, & Arrendementi ſub alagii nomine ſubſtinetur.*
24 D. Conſil. D. Carol. Petr. *cum laude memoratur.*
25 *Annuos introitus, ſi juxta cauſa Principis facto minorari contigerit, contractus non irritatur ſed ad juſtum reducitur prætium.*
26 *Obtenta ceſſione pro minori ſumma, debitor ceſſus offerendo quantitatem verè ſolutam non liberatur* comprobatur Gizz. *adversùs* Parlador. Rodriq. Acoſt. & alios *num.* 28.
27 *Diſpoſitio* l. per Diverſas, & l. ab Anaſtaſio. C. Mandati. *adversùs quas perſonas obtineat?*
29 *Cedens capitale, una cum tertiis ad certam rationem, ſi illas Principis facto minorari contigerit, ad emendam non tenetur.*
30 . . *ad caſum Principis facto evenientem, nō tenetur.*
31 *Princeps: legitima accedente cauſa; annuos introitus ad minorem quantitatem reduceret valet.*

1 METium Suffetium Albanum, qui pactum, atquè condictum cum Rege populi Romani perfide ruperat, binis quadrigis victum in diverſa nitentibus laceratum, oſtendit Aul. Gell. *noct. atti-*
2 *car. lib.* 20. *cap.* 1. etenìm Deus ipſe ſi contraheret, ex contractu teneretur Bald. teſte *in l. ſi paciſcenda.*
3 *C. De Pact. in* 2. *quaſt.* quod & in Principe ſtatuunt Joan. Harppreckt. *in Comment. ad Inſtit. Juſtinian. tom.* 3. *tit. quib. mod. re contrah. obligat. nu.* 243. Philip. Gammarat. *tom.* 1. *Reſp.* 23. *num.* 2. & Mar. Mut. *ad cap. Regn. Sicil. in princip. nu.* 26. 27. *&*
4 28. potiſſimum ſi oneroſum ſit, juxtà Bald. theoricam *in l. qui ſe patris. C. Und. liber. num.* 34. amplexatam per Tap. *in l. fin. C. De Conſtit. Princip. cap.* 9. Natt. *in conſ.* 511. *num.* 9. & per Gozadin. *in Conſ.* 14. *in fin.* etiamsì cum ſubdito illud ge-
5 ſtum ſit. Laudenſ. *De Princip. concluſ.* 454. Frideric. Pruchaman. *in Conſ.* 17. *vol.* 1. *num.* 66. Tap. *in Deciſ.* 25. *num.* 35. *ſuprem. ſenat.* Gomeſ. *var. tom.* 2. *cap.* 1. Reſtaur. Caſtald. *De Imper. quaſt.* 116. Gannuver. *in Deciſ.* 20. *num.* 3. Daniel Oton. *De Jur. public. cap.* 8. Klock *De Contribut. cap.* 16. *nu.* 165. Caſtill. *De Tert. Debit. cap.* 118. *ex num.*

*tom.* 7.

Digitized by Google

tom. 7. & D. Conſil. Petr. D. Regent. noſtri memor,
6 in Rit. 46. num. 14. Civilitèr, & naturalitèr, Prat.
lib. 1. Diſcept. 27. num. 73. lib. 2. Diſcept. 50. ex
num. 61. in Reſponſ. crimin. 24. à num. 46. & in
annotat. ad Paſcal. De Virib. Patr. Poteſtat. part. 1.
cap. 1. verſ. ad nu. 87. Caminarat. in cit. Reſponſ.
23. nu. 3. De Franch. in Deciſ. 17. Petr. De Poteſt.
Princip. cap. 32. nu. 145. Conſil. Rocc. lib. 1. Reſp.
1. num. 22. & in Reſponſ. 49. num. 1. & 2. Nogue-
rol. in Allegat. 5. num. 25. tom. 1. Larr. in Allegat.
fiſcal. 3. num. 3. & in Allegat. 119. num. 10. Chri-
ſtin. in Deciſ. Belgic. 9. num. 8. Petr. Gregor. De
Republic. lib. 22. cap. 11. num. 13. Weſſembec. in
paratit. ad tit. De Conſtitut. princip. lib. 1. tit. 4.
in fin. De Marin. ad Reverter. tom. 1. Obſerv. 54.
num. 5. Reg. Merlin. in Controv. 2. num. 30. & in
Controv. 53. num. 7. & 8. Amaya in l. 2. C. ne fiſc.
rem quam vendid. evinc. Fragoſ. De Republic. Chri-
ſtian. part. 1. lib. 1. Diſput. 2. num. 103. & Oton.
loc. indicat. cap. 4.
7 Propterea concludunt Interpretes, contractum
cum eo initum, Principem revocare non poſſe, te-
ſtibus Marian. Soccin. in conſ. 94. in fin. vol. 2. Dec.
in Conſ. 186. col. 3. Grat. in conſ. 147. vol. 2. Gram-
8 matic. in conſ. 100. quanquàm cum ſubdito con-
trahente Paul. De Caſtr. in conſ. 317. vol. 1. Corn.
in Conſ. 74. num. 11. vol. 2. Gaill. in Obſervat. 7.
num. 7. lib. 7. De Marin. in cit. Obſerv. 54. nu. 5.
Larr. Diſput. 18. num. 15. Mart. De Juriſdict. part.
1. cap. 33. num. 104. & 105. pagin. 103. quicquid
contrarium inſinuare conentur nonnulli: attento
vocitato illo, Principem legibus ſolutum eſſe. Ari-
ſtotel. lib. 3. Policor. cap. 9. in quos ſtant Kirchou.
conſil. ſelect. lib. 2. conſ. 1. num. 79. Jacob. Heinrich-
man. in conſ. 36. lib. 2. num. 39. Hening. Arnil. De
Poteſtat. ferend. leg. cap. 3. num. 12. Valenz. in
conſ. 2. num. 65. lib. 1. Mantic. De Tacit. tom. 1.
lib. 3. tit. 10. num. 53. & D. Creſp. De Valdaur. in
Obſervat. 103. num. 67. & quibus legibus Princeps
9 ſolutus ſit, quibus nequaquàm notant Dominic. De
Rub. in Certam. 4. num. 43. & in certam. 8. nu. 71.
& Mart. loc. cit. part. 3. cap. 7. num. 57. ac ſucceſ-
10 ſorem obligare concinit Mart. loc. citat. ſi ſub di-
gnitatis nomine contraxit Cancer. var. part. 3. cap.
1. ex num. 142.
11 Niſi tamèn de contractus injuſtitia appareat, ut
ſcribit D. Reg. noſter hic, & concordant Nicel. in
Concord. gloſſ. 121. Speculat. De Cenſib. §. nunc di-
cendum, verſ. quid ſi univerſitas facit pactum. Luc.
De Penn. in l. quicumquè. C. De Agr. Deſert. nu.
25. lib. 10. Cin. in l. digna voxi in fin. C. De Legib.
12 etenìm læſionis cauſa Principi per reſtitutionis in
integrum beneficium ſuccurritur. argum. l. reſpu-
blica 4. C. quib. ex cauſ. major. & ibi DD. & con-
ferunt tradita ab Alphar. De Offic. fiſc. gloſſ. 16. pri-
vileg. 56. Afflict. in Deciſ. 340. ac à Sforz. Odd. in
tract. De In Integr. reſtit. part. 1. quæſt. 3. artic. 13.
13 & immodicam donationem revocare poſſe, faten-
tur Bodin. De Reipublic. lib. 6. cap. 6. num. 656. &
Gregor. Tholoſan. in ſimil. tract. lib. 3. cap. 8. ex
num. 1. ad 12.
14 Vel publicum bonum ſuadeat aliter. Covar. lib.
3. reſolut. 6. num. 6. Fortun. Garſ. in l. Gallus, §. &
qui à ſi tantùm. num. 302. & 309. ff. De Liber. &
poſthum. Theodor. Amyden. De Styl. Datar. lib. 1.
cap. 15. §. 2. quæſt. 9. num. 17. Mart. in cit. tract.
De Juriſdict. part. 1. cap. 41. num. 16. & 23. Gu-
lier. Anton. De Frenndeberg. Concl. 10. num. 2. &
Concluſ. 18. ſub nu. 60. Paul. De Caſtr. in conſ. 178.
229. & 287. Pat. Molin. Soc. Jeſ. De Contract. Diſ-
put. 261. Molin. alter De Primogenit. lib. 2. cap. 7.
num. 28. Chriſtian. Ohemius De Conſulib. & Magi-
ſtrat. Diſcurſ. 1. num. 32. Fachin. lib. 8. Controv.
83. litere D. Amaya lib. 1. Obſervat. cap. 1. num. 8.
Ferdinand. Vaſq. Controv. lib. 1. cap. 5. & 51. Scra-
der. De Feud. part. 4. cap. 1. lib. 1. nu. 30. Gail. lib.
2. Obſervat. 56. num. 1. & 2. Cyriac. tom. 1. Con-
trov. 176. num. 10. & tom. 4. Controverſ. 618. nu.
26. Maſtrill. De Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 326.
15 & 341. in illo inſiſtens, ut publici boni cauſa prin-
cipalitèr concurrat, concurrit Tap. in l. fin. C. de
Conſtit. Princip. part. 2. cap. 11. num. 42. quod Pe-
regrin. non admittit ſtatuens in ſpecie ſuppoſita,
quamcumquè cauſam ſatìs eſſe, modò eadèm ſit
Principi rationabile motivum, & naturalis ratio
ſuadeat in tract. De Jur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 69.
verſ. addo. & ejuſdem voti eſt De Curt. in Diverſ.
feud. cap. 10. num. 26.
16 Secundò, nè à Deciſionis litera diſcedatur, Diſſe-
rendum nobis eſt, an cenſus redimibilis jam conſti-
tutus, prætio viliori vendi poſſit?
17 Affirmans opinio, eo nititur fundamento, nam
cenſus jam creatus ad inſtar rei ſtabilis eſt, quæ ſe-
cundum temporibus viciſſitudines plus, & minus
vendi poteſt, cum in venditione numquàm præ-
tium ſit firmum Azpilcuet. in Comment. De Uſu-
fruct. num. 112. Cancer. lib. 2. var. cap. 1. num. 281.
Giurb. in Deciſ. 117. Villalob. 2. part. tract. 23. Diſ-
finit. 2. Medin. De Uſur. quæſt. 11. Salazar De Uſu,
& conſuetud. cap. 11. num. 93. Epiſcop. De Afflict.
Controverſ. Jur. reſolut. cap. 21. num. 9. Dominic.
Sot. De Juſtit. lib. 6. quæſt. 5. artic. 1. concluſ. 4.
Joan. Ægid. Trullench ad Præcept. Decalog. tom. 2.
lib. 7. cap. 21. Dub. 2. num. 3. & Salgad. in Labyrint.
creditor. part. 1. cap. 13. §. 2. num. 37. & eandèm
opinionem apùd Hyſpanos receptam, & eſſe tutio-
rem ex Cene. refert num. 38. etenìm cum ea ven-
ditio aliud non ſit, quam certi nominis ceſſio,
quam viliori prætio fieri poſſe, legitur in l. 4. C. De
Hæredib. inſtituend. latè Noguerol. Alleg. 37. à
num. 59.
18 Sed in contrarium vergunt pretèr allegati à D.
Reg. noſtro num. 130. verſ. contrarium defendit.
Covar. lib. 3. Reſolut. 10. num. 3. Hermoſill. in l.
23. gloſſ. 4. tit. 5. par. 5. Duard. ad Bull. De Cenſib.
§. 2. quæſt. 25. quia, qui non juſto prætio emit, de-
bitorem decipere videtur.
19 Voluere verò alii, eandem venditionem minori
prætio factam ſubſtineri, quotiès illa abſquè evictio-
nis promiſſione ſtipulata fuiſſet, alias ſecùs: proptèr
ſecuritatem nominis, penès Felician. à Sol. in tract.
De Cenſib. tom. 1. lib. 2. cap. 23. & alios per Oleam
allegatos De Ceſſion. jur. tit. 6. quæſt. 10. num. 6.
20 Et Rot. Roman. in Deciſ. 35. num. 4. & 5. in im-
preſſ. poſt Rodriq. in tract. De Concurſ. Creditor. ta-
lem venditionem admittit, quotiès ad finem tuendi
obtenta ſit, & faciunt poſita per Manent. in conſ.
125. à nu. 9. Fabr. in ſuo Codic. lib. 4. tit. 26. Diſ-
finit. 9. num. 1. in alleg. Gabr. De Action. concluſ. 5.
num. 8. Paul. Staib. tom. 1. Reſol. 82. num. 20. &
Reſol. 83. num. 36. Urſill. ad Afflict. in Deciſ. 232.
num. 3. Leotard. De Uſur. quæſt. 39. num. 35. San-
felic. in Deciſ. 120. De Pont. in Conſ. 77. à num. 3.
tom. 1. Rot. Rom. in Deciſ. 219. part. 1. Diverſor.
& in impreſſ. poſt Oleam loc. alleg. Deciſ. 33. num.
8. & in Deciſ. 45. num. 6. Carol. De Mean. in Ob-
ſerv. 242. part. 2. & ſunt verba text. in l. per Di-
21 verſas. C. Mandat. ibi vel his, qui alienas res poſſi-
det pro debito, ſeu rerum apùd ſe conſtitutas muni-
mine, ac tuitione, & probant quoque Merlin. De Pi-
gnorib. lib. 4. quæſt. 63. Antonin. De Amat. in Re-
ſolut. 7. & Gizz. in Obſervat. ad D. Reg. noſtr. 16.
num. 5.
22 Demùm Olea loc. citat. fuit voti, quod ſi in loco
ubi talis venditio celebratur adeſſet conſuetudo, ut
jam conſtituti cenſus minori prætio diſtraherentur,
dubi-

Digitized by Google

dubitandum non eſſe de validitate ceſſionis, ſinverò non, & diſtinctionis fœdere diſſidium pacare conatur, & in cenſu tuto, & facilis exactionis negativam opinionem amplexandam eſſe dijudicat, contrarium tamèn in cenſu incerto, & difficilis exactionis, & eandem ſententiam admittunt Oland. *in Concord. Jur. liter. A. num.* 113. Gutticrez *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 173. *num.* 6. *verſi ultim.* Cyriac. *in Controv.* 169. *num.* 9. Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 4. Conſil. Rocc. *tom.* 2. *Reſponſ.* 83. *num.* 10. & noviſſimè Paul. Staiban. *in Obſervat. ad Reſolut.* 55. *nu.* 45. & 46. & in ſpe-
23 cie, quod ceſſio facta ab aliquo particulari, privatis perſonis, dando, remittendo, aut diminuendo ſummam fiſcalium, vel arrendementi, alagii nomine, valida ſit, ſolidiſſimis mediis fundat erudi-
24 tiſſimus D. Conſil. D. Carol. Petr. *tom.* 1. *Rit.* 196. *à num.* 10.

25 Monitos hìc velim, ſi placitum venditionis cenſus, jam conſtituti, non poſſe fieri pro minori prætio, quam à principio conſtitutum arridet, aut Feliciani ſuprà reportatam Diſtinctionem ſequi malueris, contractum validum remanere, ſed ad juſtum prætium reducendum, ut cum D. Regent. noſtr. probat Noguerol. *in Alleg.* 32. *num.* 14. & poſt ipſum Olea *loc. indicat. num.* 30.

26 At pro conſtanti habeas debitorem offerendo ſummam verè ſolutam, pro obtinenda ceſſione majoris quantitatis, non liberari, nec ceſſionis injuſtitiam opponere valere, teſtibus Martin. Bonacin. *De Contract. tom.* 2. *Diſput.* 3. *quæſt.* 4. *punct. unic. num.* 44. Noguerol. *in cit. Allegat.* 37. *ex num.* 59. Carpzou. *in Deciſ. Saxon.* 67. *num.* 11. & *in Deciſ.* 255. *num.* 8. Salgad. *loc. citat. part.* 1. *cap.* 27. *nu.* 80. Rot. Roman. *poſt Rodriq. De Concurſ. credit. in Deciſ.* 44. *num.* 9. Coſt. *De Remed. ſubſid. Remed.* 39. *à num.* 7. D. Conſil. Rocc. *in Reſponſ.* 63. *num.* 3. & 10. Gizz. *hìc nu.* 3. & noviſſimè Urceol. *tom.*
27 2. *Conſult.* 51. etenìm diſpoſitio *l. per diverſas*, & *l. ab Anaſtaſio. C. Mandat.* procedit, adverſus ſordidos, & fraudulentos litium emptores, aliorum facultates inhiantes. Sanfelic. *in citat. Deciſ.* 120. & Deciſum retuli *in Obſervat.* 137. *num.* 26. quicquid
28 ſcribant Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 3. §. 4. *num.* 6. Rodriq. *De Exequut. cap.* 3. *ex nu.*
24 Acoſta *De Privileg. credit. regul.* 3. *ampliat.* 2. *à num.* 8. quibus occurrit Olea *loc. alleg. nu.* 54. ſicut Stephano Gratiano *in Diſcept.* 826. *num.* 1. & 2. *tom.* 5. reſpondit Salgad. *loc. nuper citat. nu.* 82. & Ludovic. De Vecchis in cauſa ſenenſis ceſſionis 11. Junii 1661. *num.* 59. *impreſſ. poſt Oleam in calce citat. tract. pagin. mihi* 73. oppugnat Urceol. *in cit. Conſult.* 51. *num.* 5.

29 Modò adverte unum, cedentem capitale una cum tertiis ad rationem ſeptem pro quolibet centenario, ab aliqua communitate, annis ſingulis ſolvendis, ſi à Principe, juſta accedente cauſa annuali-
30 tatem prædictam minorari contigerit, ad æmendam non teneri: eo quod cedens ad caſum Principis facto evenientem, non tenetur *l. lucius, ff. De Evict.* & probant Cammarat. *in Reſp.* 40. Amaya *in lib.* 1. *Obſerv.* 1. *num.* 51. Caren. *in quæſt.* 143. D. Blaſ. Altimar. *ad Rovit. in conſ.* 75. *num.* 32. *tom.* 1. & latè Conſil. Joſeph De Roſa *in conſult.* 7. *num.* 88. & 89. ubi etiam à *num.* 66. evidentèr ſtatuit, evictionis promiſſionem à cedente factam cum clauſulis de jure, & de facto, & omni futuro tempore, non comprehendere decoctionis caſum, poſtea ſecutum ex ſuperveniente cauſa, & non præexi-
31 ſtente, quod mihi certiſſimum videtur; poſſeque Principem legitima interveniente occaſione, talem ordinare reductionem ſuadent apertiùs Cancer. *lib.* 1. *Reſol.* 1. *num.* 374. Grivell. *in Deciſ.* 9. & Georg. Frantz. *lib.* 1. *Reſol.* 5.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CLXXXIX.
### SUMMÆ.

1 *Cauſarum literarum cambii ad Regium Collaterale Conſilium pertinet cognitio privativè, quoad Tribunalia ordinaria.*
*Niſi Ordinario agatur judicio.* Notatur D. Cæſar. num. 2.
3 *Societas, conſocii morte expirat.* Comprobatur D. Reg. noſter.
4 *Perſonæ induſtria in ſocietate coeunda attenditur.*
5 *Societas ad hæredes non tranſit.*
6 *Pactum, quod ſocietas ad hæredes tranſeat, non ſubſiſtitur.*
*Quanquam ſacramento juramenti vallatum.* n. 7.
8 *Societas pro negotiis inceptis vivente conſocio, ad hæredes tranſit.*
9 *Teſtator, qualitèr hæredem ſuum ad ſocietatem obligare valeat?* D. Reg. noſter, ex Trullench. Declaratur.
10 *Hæres ex defuncti volũtate ad ſocietatem obligatus, nũm pro geſtis in illa proprio teneatur nomine, & quandò.* num. 20. & 21.
11 *Socius: conſocium obligare valet.*
12 *Socios habere intèr ſe mandatum reciprocum præſumitur.*
13 *Geſta cum uno ex ſociis, cũ reliquis facta cenſentur.*
14 *Sententia in judicio lata, uno ex ſociis citato, nocet aliis.*
15 *Socii: in concernentibus ſocietatem, inſolidum tenentur.*
16 *Sociorum cauſa individua, atquè adeò immunitas uni conceſſa, conſocio communicatur.*
17 *Nemo ex ſociis communem judicem, attento particulari privilegio, declinare poteſt.*
18 *Societate renovata, renovationis virtute, non antiqua ſocietatis, agitur.*
19 *Hypotheca: à Die renovatæ ſocietatis currit.*
22 *Societas, quãdò intèr hæredes renovata dignoſcatur?*
23 *Terminus, de Jure non eſt de ſubſtantia proceſſus: Unde probationes, abſque termino, receptæ ſubſiſtimentur.* Comprobatur D. Reg. noſter. *Intellige, ut num.* 24.
25 *... in cauſa impartiẽdus nõ eſt, quotiès de mero juris articulo agitur.* D. Reg. noſter comprobatur.
26 *... non impartitur in prælationis judicio.* Comprobantur D. Reg. noſter, & Gizz.
27 *In Revocationis contractus feudalis judicio vigore* Conſtit. Regn. Conſtitutionem Divæ memoriæ, *proceditur abſquè termino.*
28 *Aliquando tamèn in mero juris articulo fuit terminus impartitus.*
29 D. Joan. Baptiſta Mucci, *cum laude adducitur.*

1 PRivativè in Regno noſtro, quoad omnia ordinaria Tribunalia, Regio Collaterali Conſilio, & pro eo D. Regenti Decano, cognitionem cauſarum literarum cambii pertinere, ſtatutum eſt in Pragm. 5. §. 7. ibi *abdicando la giuriſdittione della cognitione di eſſe da qualſivoglia Tribunale. De Liter. camb.* & tradit D. Conſil. Petr. *in Rit.* 128. *num.* 26. *verſ.*
2 *hinc inolevit*; niſi in judicio ordinario agatur, ad tradita per D. Reg. noſtrum *hìc num.* 5. applicantur poſita per Conſtantin. Cæſar. *in quæſt. peregrin.* 41. *num.* 21. & eſt caſus Deciſ. D. Regent. noſtri 20. & 106. malè ex Cæſar. intellectus, ſicùt neo ad

rem

Digitized by Google

rem confert *Deciſ.* De Franch. 303. etenim proceſſit illa de anno 1503. Pragmatica verò edita legitur anno 1617. & hoc etiam loco differebatur: num ratione literarum cambii executivo modo in Collaterali Conſilio procedendum eſſet, vel potiùs executiva denegata via, cauſa ad S.R.C. remittenda? ut deſumitur *à num.* 1. 4. *&* 34.

3 Cæterùm modò ſocietatem introſpicimus; illam morte expirare, exploratum eſt D. Reg. noſtro teſte *num.* 10. *&* 17. & diffinitum lego in *l. ſocium* 60. *& l. verùm* 64. *§. fin. & l. actione* 66. *§. morte. ff. Pro Soc.* & probant Gratian. *Diſcept.* 547. *num.* 37. Mantic. *De Tacit. lib.* 6. *tit.* 24. *num.* 15. *&* 16. Theodor. *in Allegat.* 13. Gomeſ. *tom.* 2. *var. cap.* 5. Hector Felicius *De Societat. cap.* 32. Decian. *in Conſ.* 441. Honded. *in conſ.* 85. *lib.* 1. *num.* 16. Eſcobar. *De Ratiocin. cap.* 6. D. De Marin. *tom.* 2. *Reſolut.* 207. *num.* 2. & D. Rodoer. *in Conſ.* 30. *à num.* 10.
4 *& in Conſ.* 48. *nu.* 1. *&* 2. quia qui ſocietatem contrahit certam eligit perſonam. Donell. *lib.* 16. *Comment. cap.* 24. Capyc. *in Deciſ.* 174. *num.* 9. Noal.
5 *De Tranſmiſſ. caſ.* 58. atquè adeò ultrà contrahentium vitam extentionem non pati, fatentur Ubald. *De Duob. fratrib. part.* 11. *tom.* 6. *tract. part.* 1. *pag.* 165. Hunn. *lib.* 3. *Reſolut. Civil. tract.* 7. *part.* 3. *quæſt.* 4. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 5. *gloſſ.* 3. *part.* 1. Guttierez *De Juram. confirm. part.* 2. *cap.* 48. Seraphin. *De Privileg. juram. privileg.* 57. Felicius *loc. allegat. num.* 5. Arum. *in Exercit. Juſtin.* 15. *th.* 4. Cujac. *in Comment. ad lib.* 32. *Paul. ad e-*
6 *dict. pagin. mihi* 122. propterea pactum, ut illa ad hæredes tranſmittatur, infirmum indicat Text *in l. ſi convenerit. ff. pro ſoc.* & firmat Joan. Harppreſt. *in Comment. ad Inſtitut. lib.* 3. *tit.* 26. *§.* 4. *nu.* 16.
7 quamquàm id in ipſo ſocietatis initio juramenti Sacramento pactum fuiſſet, Schifordeger. *lib.* 3. *tract.* 28. *quæſt.* 2. Gratian. *loc. allegat. num.* 39. Niſi de
8 negotiis, conſocio vivente, incæptis quæſtio ſit, cum eo caſu integra uſquè ad illorum complementum ſocietas manere debeat. *l. hæredes* 40. *& cit. l. verum* 64. *§. in hæredem. ff. Pro Soc.* Mantic. *loc. citat. num.* 31. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 483. *nu.* 91. Theſaur. *in Deciſ.* 242. *num.* 4. Bollon. *De His, quæ fiunt incontinenti. lib.* 2. *cap.* 41. Martin. Bonacin. *De Contract. Diſput.* 3. *quæſt.* 6. *punct. ultim. num.* 3. Giurb. *loc. indicat. nu.* 20. & D. Carol. Anton. De Luc. *ad De Franch. in Deciſ.* 249. *nu.* 3.
9 Poſſe tamèn Teſtatorem hæredem ſuum ad ſocietatem obligare ſcribit D. Reg. noſter *num.* 10. ſumitur ex *l. qui negotiationem* 60. *ff. De Adminiſtr. & peric. tutor.* probat De Marin. *ad Reverter. in Deciſ.* 524. *num.* 1. & admittit Joan. Ægid. Trullench. *ad præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 24. *Dub.* 1. *num.* 8. *& Dub. ultim. num.* 2. ſi ea conditio ab ipſo hærede acceptetur, & dixerat Leſſ. *De Juſtit. lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 1. *num.* 5.
10 At is hæres, qualitèr ad debita per ſocium complementarium, poſt teſtatoris fatum, ſocietatis occaſione, contracta proprio, vel hæreditario nomine teneatur, inveſtigandum Nobis D. Reg. noſter reliquit *num.* 34.
11 Quod ſocius, conſocium obligare valeat, voluerunt Surd. *in Deciſ.* 213. *& ibi* D. Conſil. Hodiern. *num.* 1. Felic. *loc. citat. cap.* 30. *num.* 12. Reg. De Marin. *tom.* 1. *Reſolut.* 230. *nu.* 2. Gratian. *in Deciſ.* 178. Theſaur. *quæſt.* 30. *lib.* 4. proptèr manda-
12 tum reciprocum, quod intèr eos habere præſumitur. Giurlin. *Controv.* 16. *num.* 32. *lib.* 1. D. Conſil. Rocc. *notab.* 69. *De Societ.* Stracc. *De Contract. mercat. num.* 13. *pagin.* 138. Cæſar. *in quæſt.* 32. *nu.* 4. & Rodoer. *ad De Marin. tom.* 1. *Reſolut.* 194. *nu.* 3.
13 undè geſta cum uno ex ſociis, cum reliquis facta cenſentur, *l. ſi unus. ff. De Pact. l. ex duobus. ff. De Negot. geſt. l.* 4. *§. nunc. ff. De Libert. legat. l. ſi duo. ff. ſi quis caution. & l. Uranius. ff. De Fidejuſſ.* Paul. De Caſtr. *in l. ex duobus. ff. De Negot. geſt. nu.* 3. *& ibi* Bartol. *nu.* 34. *& in l. penult. ff. De Duob. reis.* in-
14 dè uno ex ipſis citato, ſententia in judicio lata cæteris conſociis nocet. Felin. *in cap. paſtoralis, §. quoniam, num.* 2. *& ibi* Abb. *num.* 5. *De Reſcript.* ete-
15 nim in concernentibus ſocietatem inſolidùm tenentur Alex. *in conſ.* 186. *vol.* 2. Capr. *in conſ.* 52. Joan. Bapt. Aſin. *in tract. De Execution. §.* 4. *cap.* 126. *num.* 3. Surd. *in cit. Deciſ.* 213. *nu.* 2. & Rot. Roman. *in impreſſ. poſt Rodriq. De Concurſ. credit.*
16 *Deciſ.* 25. *num.* 12., & adeò ſociorum cauſa individua eſt, ut conſocius, conſocio conceſſa immunitate, gaudeat, Mart. *De Juriſdict. caſ.* 118. *num.* 4. Trullenc. *loc. allegat. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 13. *nu.* 7. ac reddit cauſam Dian. *part.* 1. *tract.* 12. *Reſol.* 35. & neminem eorum communem judicem, ex
17 proprio privilegio declinare poſſe, inquit D. Hieronym. Calà *in tract. De In Integr. reſtit. qu.* 28. *nu.* 47. ad rem plurima de ſocietate tradit De Roſa *cõſult.* 8.

Inſupèr quanquàm morte, ut prædiximus ſocietatem extinctam confiteri oporteat, non ambigendum quìn proptèr hæredis conſenſum, ſivè tacitum, ſivè expreſſum, illa renovata habeatur, itaùt
18 renovationis virtute, non antiquæ ſocietatis, agendum ſit, Gratian. *Diſcept.* 852. *nu.* 16. *ac Diſcept.*
19 962. *num.* 52. & ab ipſo renovationis die hypothecæ capiant initium Rot. Roman. *in impreſſ. poſt indicat. Rodriq. in Deciſ.* 33. *nu.* 6. & ideò hæredem,
20 proptèr conſenſum de continuanda ſocietate juxtà teſtatoris mandatum de proprio teneri pro geſtis poſt illius renovationem, & acceptationem ſtatuo; pro ut in terminis fuit voti Rot. Roman. *in Deciſ.* 2. *impreſ. poſt cit. Rodriq.* in ſimili fundat elegantèr De Marin *in allegat. Reſol.* 207. *tom.* 2. *num.* 6. *& ex num.* 7. imprimi curavit cujuſdam Rotæ Romanæ Deciſionis verba, ad dubii reſolutionem de quo agimus ſatis apta.
21 Hoc autem non abſre reſtringendum erit, niſi initæ poſt adimpletum teſtatoris præceptum de ſocietate continuanda, obligationes cauſam de præterito reſpicerent, cum eo caſu per inventarii confectionem hæres intrà hæreditatis vires creditoribus teneretur, ad tradita per Nos in *Obſervat.* 24. *à n.* 5.
22 Demùm velut pro Colophone, ad Deciſionis ornatum addèdum libet, quod docuit me Joſeph Maſcard. non immodicæ authoritatis vir *in ſuo tract. De Probat. tom.* 3. *concluſ.* 1316. renovatam ſocietatem, ſivè cum hæredibus continuatam præſumi, quoties in eadem apotheca communi eadèm negotiationis ſpecies ab eiſdèm exercita fuiſſet; ſi negotiatio ab inſtitutore prius electo manuducatur; aut ſi in eodem veteri libro negotia deſcriberetur; Item ſi ſumpto ab utroquè ſocio capitali illud denuò in negotiatione fuiſſet poſitum, & Demùm ſi quando perſiſtitur cum iiſdem modis, quibus erat prima ſocietas, alios verò modos, quibus ſocietas renovata dici poſſit, videre poteris apùd Caren. *in Reſol.* 194. Felic. *loc. citat. cap.* 32. Ludovic. *in Concluſ.* 53. Decian. *in Reſponſ.* 97. *vol.* 2. Valenzuel. *in conſ.* 89. *tom.* 1. Giurb. *in cit. cap.* 5. *& cap.* 7. *gloſ.* 19. Amend. *ad De Franch. in Deciſ.* 249. *num.* 5. Alfar. *De Offic. fiſcal. gloſſ.* 24. *ſpec.* 12. & penès D. Rodoer. *in indicat. conſ.* 48.
23 Et inſupèr in illo hìc tantiſpèr immorabor; de jure terminum non eſſe de ſubſtantia proceſſus, atquè adeò probationes abſquè illo receptas, eſſe validas, concludit D. Reg. noſter *num.* 4. cujus verba ipſiſſima tranſcribit De Luc. *in Obſervat. ad De Franch. in Deciſ.* 628. *num.* 5. & aſſumptum probant Guid. Pap. *in Deciſ.* 269. Afflict. *in Deciſ.* 283. *num.* Mynſinger. *Obſervat.* 62. *centur.* 4. Rever-

Rever-

Digitized by Google

Verter. *in Deciſ.* 263. *& ibi* De Marin. Thor. *in Compend. Deciſ. part.* 2. *verb. ſententia nulla, an judicari debeat.* Sanfelic. *in prax. ſect.* 40. *nu.* 6. Capyc. *in Deciſ.* 1. D. Carol. Petr. *in Rit.* 69. *num.* 12. *erga fin.* & noviſſimè Gregor. Motill. *in ſua prax.*
24 *tit. De Grad. termin. num.* 4. reſtringens placitum, ut non procedat quoties parti petenti fuerit denegatus, cum eo caſu hujus ſolemnitatis defectus, ſententiam nullitate afficeret, teſtibus allegatis ex eod. D. Petr. *loc. citat. num.* 12. *in princip.* memor quoquè D. Reg. noſtri.
25 Liquet tandèm, ſi lis nulla facti circumſtantia obumbratur, ſed de mero juris articulo agitur, nullum terminum impartiendum. D. Reg. noſter *hic num.* 3. Gallup. *in Prax. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 12. De Marin. *lib.* 1. *Reſolut.* 66. *num.* 6. Thor. *loc. ci-*
26 *tat. part.* 3. *verbo, terminus.* proptereà in prælatione petita ſupèr venditione terminum non eſſe concedendum, fatetur idem D. Reg. noſter *ibid. circ. med.* & Deciſum recenſent Gizz. *hic nu.* 3. D. Petr. *in citat. Rit.* 69. *num.* 13. & paritèr in judi-
27 cio revocationis contractus feudalis virtute Conſtit. Regn. *Conſtitutionem Divæ memoriæ.* Deciſum tradit de Curt. cujus verba memorat De Marin. *tom.* 2. *Reſolut.* 231. & firmat D. Petr. *in Rit.* 123. *nu.* 37.
28 Sed aliquandò ſupèr mero juris articulo fuiſſe terminum impartitum, teſtis eſt Ann. *in ſingul.* 470. at cùr id proceſſerit, vide de materia latiſſimè, & optimè differentem Juris Conſulum Perdoctum D. Joan. Bapt. Mucci *ad Deciſ.* 17. *Reg. Sanfelicii.* præci-
29 puè ſi à parte petitum fuerit, ut D. Regente noſtro memore *hic nu.* 2. tradit D. Reg. De Philip. *in Diſſert. fiſcal.* 3. *num.* 72. *verſ. ex quarta, & quinta nullitate.*

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXC.
### SUMMÆ.

1 D. Joannes Dominicus Gaitus, *cum laude memoratur.*
2 *Interdicto recuperandæ, & retinendæ agens, anteriorem poſſeſſionem ſuam probare tenetur, atquè ſpoliantis recentiorem, & quomodò. nu.* 5.
*Antè omnia reſtituendus. num.* 3.
4 *Interdictum recuperandæ, & retinendæ in incorporabilibus quoquè obtinet.*
6 *Hæredibus: ſi ex defuncti perſona experiantur, retinendæ, & recuperandæ interdictum competit, & quandò num.* 7.
8 *Interdictum retinendæ, & recuperandæ, non obtinet ſi in promptu de dominio ſpoliatoris conſtat.*
*Idquè in ſpolio etiam procedere ſtatuitur. num.* 10.
9 *Spoliatus antè omnia reſtituendus.*
11 D. Gizz. *commendatur.*
12 *Principis nomen, & origo.*
13 *Quid Principis contineatur nomine?*
14 *Princeps juſtitiæ cultor dicitur; ejuſque debitor. num.* 15.
16 *Principis præſumitur intentio, qualis lex.*
17 *Plenitudine poteſtatis: Principem uſum fuiſſe non creditur.*
18 *Principem poſſe non dicitur, quod cum peccato poteſt.*
19 *Poteſtatis plenitudo, tempeſtatis potius.*
20 *Plenitudo poteſtatis: in juſto Principe nullo conſideratur modo.*
21 *Italiæ Principes, poteſtatis plenitudine uti, qui dixerint.*
22 *Hyſpaniarum Reges Catholici, atquè Religioſiſſimi numquàm plenitudinis poteſtate uſi ſunt.*
*Nec Siciliæ Reges, aut Romanorum. num.* 23.
24 *Plenitudo poteſtatis intrà quos fines reſtricta.*
25 D. Cæſar Calà, *emeritis oneratur laudibus.*
26 *In Integrum reſtitutio ſententiæ executionem impedit.*
*Quamquàm ſub nomine Regio lata ſit. nu.* 27. *Reiicitur* Matut. De Azeved.
28 *Reſtitutionem in integrum, in ſummariiſſimi poſſeſſorii judicio ſententiæ executionem non retardare ſtatuitur.* Comprobato D. Reg. noſtro.
29 *Appellatio denegatur à decreto poſſeſſionem decernente.*
*etiam Minori. num.* 30.
31 ..... *à decreto affirmativo alimentorum, & mercedis, executionem non retardat.*
32 *Reſtitutionis in integrum remedium, ſententiæ executionem, in cauſa ſpolii, ſpoliatore petente non impedit.*
33 *In integrum reſtitutionis remedium, ſententiæ non retardat executionem: ſi ad dilatandum imploratum cognoſcitur.*
34 *Remedium reſtitutionis in integrum, non impedit ſententiæ executionem latæ in cauſa alimentorum.*
35 *Sententiæ arbitralis executionem, quandò in integrum reſtitutionis remedium impediat?*
36 .... *executionem, in integrum reſtitutio non retardat, quotiès illa jam capta ſit.*
*Num ad id ſatis ſit executionis petitio? num.* 37.
*Quid de eo S. R. C. praxis ſentiat. num.* 38.
39 *In integrum reſtitutionis remedium: quandò ad ſententiæ executionem impediendam minori advertùs alium Minorem proſit?* Conciliantur Odd. & Afflict. ex Maſtrill. & Harppreçt.
40 *Reſtitutio in integrum, quibus caſibus ſententiæ executionem non impediat? Quidvè in ſententia lata, attento remedio* Capitulorum Regni? *nu.* 41.
42 *Appellatio quanquàm à Decreto denegatæ in integrum reſtitutionis concedatur; Sententiæ executionem non retardat.*

1 OBtinuerunt Urſii ſub patrocinio Doctiſſimi Juris Conſulti Joannis Dominici Gaito, cujus integram allegationem ad verbum imprimi curavit D. Reg. Joan. Franciſc. Sanfelic. *in Deciſ.* 297.
2 *tom.* 3. eo quod anteriorem probarunt poſſeſſionem, & recentiorem ſpoliantis; Proptereà Obſervatione dignum prædico; concurrentibus prædictis, quamquàm noviſſimus poſſeſſor de dominio
3 excipiat; interdicto recuperandæ, & retinendæ agens; antè omnia reſtituendus ſit; probant apertiſſimè Gait. *loc. citat.* Mar. Antonin. Maceratenſ. *var. lib.* 1. *Reſolut.* 37. *ex num.* 6. *& Reſol.* 106. *num.* 16. Camill. Capuc. *in prax. part.* 1. *cap.* 11. *art.* 4. *De Petitor. & poſſeſſor. num.* 51. Caputaquenſ. *in Deciſ.* 328. *num.* 6. *part.* 2. Buratt. *in Deciſ.* 301. *tom.* 1. *nu.* 1. Andr. Fachin. *lib.* 8. *Controv.* 9. Franc. Mar. Prat. *tom.* 1. *Diſcept.* 19. *nu.* 8. Ciarlin. *tom.* 5. *Controverſ.* 105. *num.* 104. Stephan. Gratian. *tom.* 2. *Diſcept.* 318. *num.* 42. *&* 43. *& Diſcept.* 948. De Marin. *ad Revert. Obſervat.* 98. *nu.* 1. & conferunt tradita per Affl. *in Deciſ.* 361. Joan. Stopholium *in Tract. De Grat. & expect. tit. De Liter. juſtit. nu.* 7. Ludovic. *in Deciſ. Peruſ.* 17. *nu.* 12. Berlich. *practicab. concluſ. tit. De Except. ſpol. concluſ.* 21. Andr. Knichen *De Judic. Juriſdictional. cap.* 5. & per Joach. Scheplitz *ad Conſuetud. March. part.* 2. *tit.* 6. *§. ult.*
4 Idquè in incorporalibus, quoque Deciſum dicit Reverter. *in Deciſ.* 433. & probant De Marin. *ibid. num.* 1. & Jacob. Menoch. *De Recuperand. poſſeſſ.*
5 *remed.* 9. *ex num.* 268. Modus verò qualitèr extrema

Digitized by Google

ma prædicta probentur , meminit Mele *ad Gizzarell.*
6 *in Deciſ.* 53. *num.* 22. & illud hæredibus competere ,
ſi ex defuncti perſona experiantur , tradit Joan. Harp-
prec. *in Comment. ad Inſtitut. tom.*3. *tit.*1.*§.*3. *nu.*31.
7 at qualitèr hoc dictum interpretandum , deſcribit D.
Franc. Marcian. *in Diſput.*85. *tom.*2. quem ſequitur
De Marin. *ad Reverter. Obſervat.*13. *num.*3.
8 Firmata tamèn concluſio ceſſat quotieſcumque in
promptu conſtat Dominium rei penès ſpoliatorem eſſe,
teſtibus Menoch. *loc. cit. Remed.*1. *nu.*216. Guid.Pap.
*in Singul.*276. Reverter. *in Deciſ.*98.*num.*2.*& ibi* De
Marin. *& in indicat. Obſervat.*493. *antè num.*2. &
9 quamquàm vulgatum ſit ſpoliatum antè omnia reſti-
tuendum. *cap. ex litteris. De Reſtitut. ſpoliat. l.ſi quis*
*ad ſe fundum. C. ad leg. Jul. de vi publ.* Rot. Roman.
*in Deciſ.*365. *part.*1. *recent. num.*9. Magon. *in Deciſ.*
*Florent.*120. *num.*18. De Marin. *tom.*2. *Reſolut.*211.
*num.*1. & Mart. *in tract. De Juriſdict. part.*2. *cap.*5.
*num.*38. , id in ſpolii judicio quoquè procedere , ete-
10 nim ſi de ſpolio non conſtaret, reſtitutione reſervata ,
dabitur terminus in cauſa. Sanfelic. *in cit. Deciſ.*397.
*num.*38. Rovit. *in Conſ.*100.*tom.*2. Thor. *in compend.*
*Deciſ. verb. attentata lite pendente part.*3. Genſal. *ad*
*Peregrin. De Fideicomm. artic.*7. *pagin.mihi* 13. *verſ.*
*ſecundò antè omnia.* & probant elegantèr Gratian. *in*
*Diſcept.*524. *num.*56. & Mart. *in cit. cap.*5. *num.*65.
11 Quid dicam de Principe! Gizz. *hic* nonnulla ad pro-
poſitum compilavit ; Nobis verò nec deeſt addendi lo-
12 cus , Illius nomen , & origo, quò veniant , memorat
Juſt. Lipſ. *ad Tacit. Annal. lib.* 1. *pag.*2. quidvè hoc
13 contineatur nomine deſcribit Mart. *De Juriſdict. par.*
1. *cap.*36. *num.*7. Juſtitiæ eum haberi cultorem , no-
14 tant. D.Reg.Galeot. *in Controv.*1.*num.*3. *tom.*1.Schra-
der. *De Feud. part.*10. *ſect.*3. *num.*47. & Epiſcop. De
15 Afflict. *in Controv.*22.*num.*13. imò & debitorem,pro-
bant. De Pont. *De Poteſtat.Proreg.tit.*5. *num.*14.Andr.
Knich. *De Saxonic. non provoc. jur. vel juſ. cap.*3.*nu.*79.
Dominic. De Rub. *in Certam.*4.*num.*35.*& in Certam.*
8. *num.*71. Mart. *loc.indicat. cap.*51. *num.* 27. D.Reg.
De Philip. *in Diſſertat.*40. *nu.* 5. *&* 6. propterea cum
16 ejus præſumatur intentio qualis eſt lex. Gloſſ. *in cap.*
17 *paratus.* 13. *quæſt.*1. plenitudine poteſtatis uſum fuiſ-
ſe non creditur, D. Reg. noſter *hic num.*34.Gizz. *nu.*7.
Boſſ. *De Princ. num.*193. Riminald. *in conſ.*54. *nu.*42.
*& in conſ.*734. *num.*13. Alexand. *in Conſ.*87. *num.*17.
*vol.*2. Cravett. *De Antiquit. tempor. part.*1. *in ſect.non*
18 *omitto. nu.*39. cum poſſe non dicatur Princeps , quod
cum peccato poteſt. Capyc. *in Deciſ.*166. *nu.*12. Mart.
*in citat.loc. part.*4. *centur.*2.*caſ.*195. *ex nu.*17. & tem-
19 peſtatis potius, quàm poteſtatis plenitudinem appella-
ri concinunt pleno calamo de more laudati per D.Reg.
De Philipp. *in alleg. Diſſert.*40. *num.*97. atquè adeò
20 nullo modo in Principe juſto illam conſiderari poſſe ,
ſtatuunt elegantèr Arius Pinell. *in Rub. C. De Reſcind.*
*Vendit. part.*1. *cap.*2. *nu.*24. & Epiſcop. Covarr. *lib.*3.
*Reſol.*6. imò quamquàm Bald. *in Conſ.*456. *nu.*5. *vol.*5.
Jaſ. *in Conſ.*101. *vol.*3. Alex. *in Conſ.*1. *num.*31. *vol.*5.
*& in conſ.*11.*nu.*9. *vol.*7. Roland. *in Conſ.ultim. vol.*4.
*num.*45. *&* 95. Marian. Soccin. *in Conſ.*60. *nu.*7.*vol.*4.
21 & Natt. *in Conſ.*402. *num.*19. Italiæ Principes plenitu-
dine poteſtatis uti fateantur , idquè amplexatum quo-
què per Rot. Rom. penès Mohedan. *in Deciſ.*45. vide-
22 ri conſiderat Mart. *loc.allegat.caſ.*30.*nu.*9. id in noſtro
Cattolico, ac Religioſiſſimo Rege nequàm adaptari,te-
ſtatur D. Reg. Galeot. *in Reſponſ. pro Duce Gravinæ*
*ſupèr ſucceſſione Principatus Biſiniani num.* 1. De Re-
23 gibus Siciliæ idem probat Cannet. *in extravagant. ſi*
*aliquem. cap. & quia offert. num.*111. & De Romanis
fatentur Alciat. *in Reſponſ.*201. *&* 203. ac Bald. *in §.*
*libellariæ. De Pac. Conſtant.* indè vel intrà fines juriſgen-
24 tium reſtrictam dat Epiſcop. De Afflict. *in cit. Contro-*
*verſ.*22. *num.*1. vel intrà naturæ defectus, teſte D.Cæ-
25 ſare Calà viro Atavorum ſanguine, & omnigena eru-
ditione clariſſimo *in ſuo eleganti tract. De Feriis quæſt.*
5. *num.*38. vel prorsùs reſpuendam, ſunt voti Vaſq. *in*
*Controv.*5. *num.*15. *lib.*1. Dominic. Arum. *De Comi-*
*tiis cap.*4. *nu.*20. Paſcal. *De Virib.Patr.Poteſtat.part.*1.
*cap.*1. *nu.*94. Joan. à Chokier *in Theſaur. politic. lib.*2.
*cap.*2. Bovadill. *lib.*5. *politic. cap.*5. *tom.*2. Sarmient.
*Select. quæſt. lib.*1. *cap.*8. *num.*20. qualitèr tandèm ea
ſuprema poteſtas intelligenda ſit, ponit Mart. *in citat.*
*cap.*35. *num.*7.
26 Et Demùm Obſerva , quod licèt regulare ſit , in in-
tegrum reſtitutionem ſententiæ executionem impedire
ad Text. *in l. unic. C. De In Integr. reſtitut. poſtuland.*
& tradunt intèr multos Afflict. *& ibi* Urſill. *&* Cara-
vit. *in Deciſ.*356. Petr. à Syria *quæſt. forenſ. lib.*1.*quæ-*
*ſt.*27. Camill. Capuc. *in prax. part.*3. *cap.*10. *De Re-*
*ſtit. in integr. artic.*5. *num.*100. De Luc. *ad De Fran-*
*ch. in Obſervat.*86. *num.*3. etiam ſi ſententia ſub nomi-
27 ne Regis lata ſit. Carleval. *De Judic. tom.*2. *lib.*1.*tit.*3.
*num.*475. De Marin. *ad Reverter. tom.*1. *Obſervat.*16.
*num.*2. D. Conſil. Petr. *in Rit. M. C. V.* 152. *num.*14.
*verſ. reſtitutionem verò. tom.*1. quicquid in ſententia
ab ipſo Principe lata non admittat Ferdinand. Matut.
De Azeved. *in Diſquiſit. legal.*37. *num.*26.
28 Illam tamèn in ſummariiſſimi poſſeſſorii judicio ,
ſententiæ executionem non retardare , concinunt D.
Reg. noſter *hic num.*41. Rot. Bonon. *in Deciſ.*79. *nu.*8.
Marc. Anton. De Amat. *in Deciſ.*77. *num.*14. Gravat.
*ad Veſtr. in prax. cap.ultim. lib.*5. *nu.*36. Ann. *in Al-*
*legat.*84. Prat. *in Obſervat.*87. Petr. *ad Gramm. in De-*
*ciſ.*58. *nu.*21. Rodriq. *De Ann. reddit. lib.*1. *quæſt.*17.
*num.*25. Fontanell. *De Pact. nupt. clauſ.*7. *gloſſ.*3. *part.*
10. *num.*68. Velaſc. *in Conſult.*79. *num.*11. De Marin.
*tom.*1. *Reſolut.*328. & Morla *in empor. jur. part.*1. *tit.*5.
*quæſt.*6. imò à decreto poſſeſſionem decernente appel-
29 lationem quoquè denegari,placuit Capuc. *loc. indicat.*
*part.*3. *cap.*10. *artic.*1. *num.*2. & Alexand. Stiatic. *in*
*prax. judic. cap.*9. *num.*43. *& cap.*12. *num.*15. quod
30 in minore etiam Nicol. Boer. ampliatus fuit in *Deciſ.*
350. *num.*4. atquè in alimentorum decreto , & merce-
31 dis ſolutione Angel. *in l.quiſquis. C. quor. appellat. non*
*recip.* & Vincent. Maxill. *ad Conſuetud. Barenſ. in Con-*
*ſuetud. cum animal. num.*12. *tit. ſi animal in homin.*
*vel al. damn. deder.*
32 Secundò in integrum reſtitutionis remedium , ad fi-
nem retardandi ſententiæ executionem in cauſa ſpolii,
ſpoliatore petente , non obtinet Caſſador. *De Dilat. in*
*Deciſ.*2. Camill. Capuc. *loc. allegat. artic.*4. *num.*93.
& Stiatic. *in citat. cap.*9. *num.*45.
33 Tertiò nec executionis ſententiæ idem retardat re-
medium , ſi dubitaretur à minore ad finem dilatandi ,
imploratum . Joan. Petr. Fontanell. *loc. allegat. tom.*1.
*gloſſ.*18. *clauſ.*4. *part.*1. *ex num.*102. Mynſinger. *in*
*Obſervat.*48. *cent.*1. *& in Obſervat.*80. *cent.*6. Paul.
Staiban. *tom.*1. *Reſol.*55. *num.*22. Minad. *in Deciſ.*14.
& Joſeph Urceol. *Conſult. forenſ. tom.*1. *cap.*33. *nu.*20.
34 Quartò in cauſa alimentorum idem fatetur Gizz. *ad*
*D. Reg. noſtr. Obſervat.*119. *num.*24.
35 Quintò hoc idem in ſententia arbitrali , ſi principa-
litèr,vel jure actionis remedium iſtud imploratum fue-
rit , præſtita tamèn cautione , admittit Jacob. Cancer.
quia talis reſtitutio appellationi aſſimilatur. *var. lib.*1.
*cap.*21. *num.*14.
36 Sextò idem ſtatuunt, quotiès executio jam cæpta eſt
Covar. *lib.*1. *Reſolut.*7. *num.*1. Anton. Gabriel. *Com-*
*mun. Concluſ. lib.*3. *tit. De execut. rei judicat. Con-*
*cluſ.*1. *num.*17. *verſ. concorda.* Jacob.Put. *in Deciſ.*285.
*lib.*2. Benedict. De Barziis *in tract. de quarantig. part.*3.
*quæſt.*21. Franc. Viv. *in Deciſ.*495. *num.*2. Stephan.
Gratian. *in Deciſ. March.*172. *num.*3. & alii, quos al-
legat Franc. Milanenſ. *in Deciſ. Sicil.*11. *num. ultim.*
*lib.*2. & in caſu à fortiori Deciſum retulimus *in Obſer-*
*vat.*85. *num.*9. *tom.*1. ſed Vide Scacc. *De Appellat.*
*quæſt.*19. *remed.*2. *num.*87. *&* 109. ad quod ſatis non



Digitized by Google

37 eſſe executionis præſentatam petitionem, dixerunt Menoch. *in Conſ.*663. *num.*9. *vol.*7. Lancellot. *De Attent. reſtit. pendent. par.*2. *cap.*18. *num.*117. quorum dicta qualitèr ſint intelligenda, interpretatus eſt Maſtrill. *in Deciſ.*30. *num.*3. 4. & 5. & in S. R. C. poſt in-
38 timationem mandati de parendo, ſupplicationem ſupèr in integrum reſtitutione non admitti, notant Joan. Mar. Novar. *in pragm.*5. *num.*28. *De Offic. S. R. C.* De Marin. *tom.*2. *Reſolut.*200. *nu.*5. & D. Hieronym. Calà vir ſanè Doctus *in tract. De In Integr. reſtitut. quæſt.*40. *num.*20.
39 Septimò idem dicendum in reſtitutione in integrum adversùs ſententiam, per minorem oppoſitam contrà alium minorem probat Sforz. Odd. *De In Integr. reſtitut. quæſt.*18. *artic.*5. cui reſiſtit Afflict. *in Conſt. obſcuritatem. nu.*15. ſed conciliant Maſtrill. *in Deciſ.*44. *num.*5. & Harppreſt. *in citat. tom.*3. *tit. quib. mod. re contrahat. obligat. num.*375. Alios verò caſus, quibus
40 in integrum reſtitutio, ſententiæ executionem non impedit, dant D. Conſil. Rocc. *in Reſponſ.*24. *tom.*2. D. Reg. De Marin. *cit. Reſolut.*200. *tom.*2. & D. Reg. noſter *in Conſult.*100. & in ſententia lata ex remedio
41 Cap. Regn. ſcribunt Tap. *jur. Regn. lib.*3. *tit. quand. Rex intèr Eccleſiaſt. perſon. num.*19. *pagin.*27. & Gallup. *in prax. part.*3. *cap.*6. *num.*26.
42 Poſtremò Tyrones legulæi advertant, quod etsì à decreto denegatæ in integrum reſtitutionis appellatio concedatur, per illam tamen ſententiæ executionem non impeditur. teſtibus De Franch. *in Deciſ.*702. *nu.*4. Novar. qui ſic Deciſum refert *loc. allegat. nu.*29. Staiban. qui ſic obtinuiſſe fatetur *ubi ſup. num.*53. & D. Conſil. Petr. *in Rit.*152. *num.*16.

## OBSERVATIO
### IN DECISIONE CXCI.
### *SUMMÆ.*

1 *Nundinarum nomenclatura, qualitèr ſortita ſit.* Comprobatur Gizz.

2 *Feriæ cùr talitèr appellitatæ.*

3 *Origo Nundinarum qualis?*

4 D. Cæſar Calà *emeritis adducitur laudibus.*

5 *Nundinarum: à Principe conceditur Privilegium.*

6 *Privilegium Nundinarum Civitatibus benemeritis concedi ſolitum.*

7 *Nundinantes ab omni Vectigalium onere ſunt immunes.* Comprobatur D. Reg. noſter.

*Etiamſi finitis feriis emptori tradatur merces, nundinarum tempore vendita.*

8 *Princeps: an nundinarum immunitatem tollere valeat? refertur placitum* D. Reg. noſtri, *ex* Theſaur. *Comprobatum.*

*Negat* Luc. De Penn. *num.*9.

*Adducitur* P. Meroll. *diſtinguens. num.*10.

*Sententia* Novarii *traditur. num.*11.

12 *Salerni tempore feriarum ad quid artifices ejuſdèm Civitatis teneantur?* D. Conſil. Petr. *ſtat contra* D. Caſar.

13 *Epiſcopus, quandò nè in Die feſto, nundinæ privatæ exerceantur, ordinare valeat?* Comprobatur Gizz.

*Quid in Nundinis publicis? num.*14.

15 *Immunitas Nundinarum comprehendit impoſitiones de novo indictas. Comprobatur* Deciſio.

16 *Privilegium Eccleſiis Civitatis conceſſum, comprehendit Eccleſias poſteà conſtructas.*

17 *..... immunitatis ſimplicitèr conceſſum comprehendit bona poſtmodùm quæſita.*

18 *..... non ſolutionis pedagii; comprehendit terras ab eodem Principe denuò conſtructas.*

19 *..... immunitatis functionum fiſcalium trahitur ad futura.*

20 *.... exemptionis à tributis, aucta Civitate, comprehendit augmentum.*

21 *Privilegia ad futura ſempèr extenduntur.*

22 Deciſ. Reverter. 553. *expenditur.*

23 *Immunitate conceſſa, quandò is non fruatur ſi publica neceſſitatis occaſio inſtet? ex* Barthol. Soccin. & Antonin. Macerat. *Declaratur* Capiblanc.

24 *Conceſſa immunitate ab Univerſitate recognoſcente ſuperiorem, non comprehendit impoſitiones impoſitas, & imponendas à ſupremo Principe.*

25 *Immunitate conceſſa pro determinata quantitate, ſi ultrà illam ferre contigerit: nùm pro exceſſu tantùm gabella ſolvenda ſit?*

1 Nundinarum, nomenclaturam ex eo ſortitam putat Chriſtin. *in Deciſ. Belgic.*99. *tom.*3. & accinit Gizz. *hìc num.*23. quia ſingulo nono die fiebant, vacabant enim D. Conſil. Petr. teſtatur *in Rit.*116. *num.*10. (ubi *hanc* memorat D. Reg. noſtri *Deciſion.* & *non* 169. ut *ibi* impreſſoris vitio allegatur) in agris rei ruſticæ octo diebus, & nono ad Civitatem, & ad mercaturam accedebant; undè tanti valere verbum nundino, quanti merco, conſiderat Sigiſmund. Scacc. *in tract. de Commerc. & camb.* §.2. *gloſſ.*4. *nu.*3. & quan-
2 doque feriæ nominatæ à ferendo, ſcribit Joan. Laga-
3 nar. *ad Rovit. in Rubric. De Nundin. n.*6. Originem verò illarum perquirit curioſius, eruditiſſimus ille ad mira-
4 culum D. Cæſar Calà J. C. celeberrimus, *in ſuo ſatis*
5 *florido tract. De Feriis. quæſt.*1. *nu.*69. eorumque uſus, à Principe conceditur. Franc. Reverter. *in Deciſ.*111. & *ibi* De Marin. *num.*3. Conſtantin. Caſar. *in quæſt. peregrin.*31. *num.*4. & Novar. *in Collect. ad Pragm.*2.
6 *De Nundin. nu.*3. Civitatibus benemeritis. Petr. Tholoſ. *Syntagm. jur. lib.*25. *cap.*3. *num.*9. & Nundinantes ſunt immunes ab omni onere vectigalium. D. Reg.
7 noſter *hìc num.*1. Chriſtin. *in citat. Deciſ.*99. & 100. & Bald. *in l. unic. C. De Nundin. num.*5. ſtatuit, quod venditis tempore nundinarum mercibus, & nundinis finitis, emptori traditis, haberi ac ſi traditio nundinarum tempore facta eſſet, ad finem fruendi immunitatem, & probat Anton. Niger *in tract. De Laudem. tom.*1. *quæſt.*36. *num.*54. & in caſu ſimili ſtant poſita per Andr. Tiraquell. *De Contract. ligniag.* §.1. *gloſſ.*10. *num.*46.
8 Modò inquirendum eſt; an nundinarum Privilegium Princeps revocare valeat? Ex Natt. affirmat D. Reg. noſter *num.*2. & venit in idem Theſaur. *in Deciſ.*264. *num.*3.
9. Contrarium ſcribit Luc. De Penn. *in l. ne quis.* 1. *num.*3. *verſ. hujus gratia quæritur. C. ne ruſtican. ad ull. obſeq. devocent. lib.*11. & Borrell. *in conſ.*86. etenim nundinæ nedùm privilegio, verùm præſcriptione, & conſuetudine acquiruntur, & Deciſum dicit Caſar. in cauſa Civitatis Biſaciæ. *loc. citat. num.*5.
10 At P. Meroll. *Theolog. moral. tom.*3. *Diſput.*6. *De Privileg. cap.*7. *dub.*7. *à num.*139. diſtinguit privilegium gratis impartitum, ab illo ex cauſa oneroſa conceſſo, & ſecundo caſu nullò modo revocari poſſe firmat *à num.*166.
11 Tandèm Novario placuit *in cit. Collect. nu.*4. & *in quæſt.*73. *part.*2. Principi nundinas auferre permitti, ad finem ad alium transferendi locum, idquè Salerni practicatum publicæ commoditatis cauſa, teſtimonium peribet Capiblanc. *De Baronib. tom.*2. *pragm.*3. *cap.*16. *num.*17. & Deciſum in Senatu Pedamontano in cauſa intèr Pontem, & Burgum loci Garezzi refert Theſaur. *in Deciſ.*26. ac firmat Luc. De Penn. *loc. citat. verſic. probabilitèr videtur diſtinguendum.* in quibus Salerni-
12 tanis feriis omnes artifices teneri exire, extrà ejuſdèm Civitatis mœnia, cum ſuis mercimoniis in loco, ubi dictæ exercentur feriæ, ibiquè die, noctuque morari, do-

nèc

Digitized by Google

nèc nundinæ completæ ſint, Deciſum refert D. Conſil.
Petr. *loc. indicat. num.*20., partes tamèn artificum
ſubſtinet Caſar. *loc. alleg.* §.2.

13 Succeſſivè inquirendum; nùm Epiſcopus privatas
nundinas, feſtivis diebus prohibere valeat? Affirmat
Gizz. *hic num.*4., & ſic reſolutum, non obſtante con-
ſuetudine, refert Ricc. *in prax. rer. quotid. reſolut.*480.
reſiſtit verò Epiſcop. Genuenſ. aſſerens, quod nundi-
næ, de quibus in Determinatione per Ricc. memorata
de recenti, & nulla accedente legitima præſcriptione
fiebant, *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.*62. *num.*1.
*&* 2. & dixerat De Pont. *De Poteſtat. Proreg. tit. De*
14 *Mercat. ſeu nundin. num.*10. De Nundinis tamèn pu-
blicis adeſt particularis ſacræ Congregationis Reſolutio
in Nundinis Civitatis Racanatenſis ex Gratian. tran-
ſcripta *in Deciſ.*21. *num.*20.

15 Et illud principalitèr Obſervandum, quod conclu-
ſum habeo *hìc* ex D.Reg. noſtro; Nundinarum immu-
nitatem comprehendere impoſitiones de novo indictas,
probant id quoquè Alex. *in Conſ.*178. *nu.*8. *&* 9. *lib.*2.
Mar. Antonin. Maceratenſ. *lib.*2. *Reſolut.*56. *ex nu.*16.
Cacheran. *in Deciſ.*136. P. Merol. *eod. tom.*3. *Diſput.*6.
*cap.*6. *Dub.*5. *Difficult.*4. *num.*159. Thor. *in comp. De-
ciſ. tom.*1. *verb. immunitas.* & Novar. *part.*1. *quæſt.*
127. *ex num.*8. quemadmodùm privilegium exem-
16 ptionis Eccleſiis Civitatis conceſſum, ad poſteà con-
ſtructas extenditur Ray. Cin. & Fulgoſ. *in l. placet. C.
De Sacroſanct. Eccleſ.* & immunitas ſimplicitèr conceſ-
17 ſa extenditur ad bona poſtmodùm quæſita Bart. *in
conſ.*59. ſicùt in privilegio ſolutionis pedagii, compre-
18 henduntur Terræ à Principe poſtmodùm conſtructæ.
Franc. Marc. *in Deciſ.*425. *num.*8. & immunitas fun-
19 ctionibus fiſcalibus indefinitè conceſſa, trahitur ad fu-
tura. Fab. De Ann. *in conſ.*61. *nu.*1. *vol.*1. Joan. Vin-
cent. De Ann. *in cap.*1. *De Vaſal. decrepit. ætat. ex
num.*265. quem memorat Thor. *in cit. loc. verb. Fun-
ctiones novæ.* Sicùt privilegium exemptionis à tribu-
20 torum ſolutione, Civitati conceſſo, aucta Civitate, ad
augmentum extenditur Meroll. *loc. indicat. cap.*8.
*Dub.*19. *num.*106. Mart. *De Juriſdict. part.*1. *caſ.*47.
*num.*28. privilegia namquè ſempèr futura includunt.
21 Franc. Marc. *in citat. Deciſ.*425. *num.*7. cum aliis al-
legatis per Novar. *in adduct. quæſt.*127. *num.*9.

22 Nec reſiſtit Reverter. *in Deciſ.*553. *juxtà ordinem
De Marin.* Deciſum referens, conceſſa alicui immuni-
tate à ſolutione Gabellæ, & ab aliis juribus Regiæ Cu-
riæ debitis, & debendis non comprehendere, novi di-
rictus incrementum; eo quia privilegium de quo age-
batur, à Federico Rege conceſſum fuerat; ad cujus
obſervantiam Rex noſter non tenebatur, ut benè ob-
ſervat De Marin. *ibid. nu.*2. *& in Obſervat.*286. *nu.*1.
*& tom.*2. *Reſolut.*175. *num.*5.

23 Reſtringit firmatum Capiblanc. niſi publica interce-
deret neceſſitas, quia immunitatis privilegium tacitam
in ſe conditionem continet, nisì aliud neceſſitas pu-
blica ſuadeat *in cit. tom.*2. *pragm.* 8. *cap.*42. *num.*10.
At doctrina hæc interpretatus eſt Barthol. Soccin. *in l. ſi
ex toto. ff. De Legat.*1. *num.*6. ut procedat, quotiès im-
minenti neceſſitati aliter, quam nisì exemptis collecta
imponatur, provideri non poſſit, & ſequitur Antonin.
Maceratenſ. *loc. adduct. num.* 22.

24 Et Joſeph. Urceoli placuit eandèm ſententiam limi-
tari in immunitate conceſſa ab Univerſitate, Superio-
rem recognoſcente, pro quibuſcumque oneribus im-
poſitis, & imponendis, quia in ea immunitate non
comprehenduntur collectæ, & onera impoſita, & im-
ponenda à ſupremo Principe, ut exploſis contrariis
fundat *in Conſult.*64. *tom.*2.

25 Nota unum extrà ordinem quod quamquàm Mar-
cus Aquilanus, ſui ævi Advocatus maximus, ſubſti-
nuiſſet, quod conceſſa immunitate pro quantitate de-
terminata, ſi ultrà ſtatutam ferri merces contingeret,
pro exceſſu tantùm gabellam ſolvendam eſſe, contra-
rium fuit per Regiam Cameram Deciſum, ut eſt vide-
re penès De Marin. *tom.*3. *Allegat.*19.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CXCII.

### *SUMMÆ.*

1 *Inducias, ſivè Moratoriam debitoribus concedere Prin-
cipis eſt regalia.*
2 *Clerico debitori moratoriam impartiri ad Epiſcopum
pertinet.*
3 *Induciæ debitori conceduntur, juſta accedente cauſa.*
4 *Mora modici temporis, grave damnum parere non
poteſt.*
5 *Quod differtur non aufertur.*
6 *Quinquennalis dilatio, qualitèr à Judice concedatur?*
7 *Major creditorum pars, crediti partem: nùm in præ-
judicium minoris partis creditorum remittere va-
leat?* cum Deciſ. S. R. C. *&* *num.*8.
9 *Moratoriam ſivè à Principe, ſivè à majori creditorum
parte ultrà quinquenniū concedere non licet. Adver-
sùs* Ægid. Bellamer. & D. Reg. noſtr. *& nu.*10. *&* 11.
12 *Debitum ex cauſa dotis quandò ſub moratoria com-
prehendatur?*
*Vel ex alimentorum cauſa? num.*13.
*Aùt Depoſiti in pecunia numerata? num.*14.
*Vel exteri tranſeuntis? num.*15.
*Intellige, ut num.*16.
17 *Moratoria debitori conceſſa: an ejus proſit fidejuſſori?*
18 . . . . . *pendente: nùm currant uſuræ?*
19 *Intereſſe propter moram non currit poſt debitoris de-
coctionem.*
20 Deciſio præſens *per ſupremum Italiæ Conſilium ſu-
ſpenſa traditur.*
21 *Intereſſe tertiarum: qualitèr omni jure debitum?* de-
claratur D. Reg. noſter.
22 *Aliud pro alio, invito creditore ſolvi nequit.*
23 *Diſpoſitioni* Auth. hoc niſi. C. De Solut. *renunciari
poteſt.*
24 *Renunciatio* Auth. hoc nisì. C. De Solution. *non offi-
cit hæredes.*
25 *Hæres perſonam defuncti, perſonalitèr obligatam, non
repreſentat.*
26 *Feudum diviſionem non patitur.*
27 *Renunciatio Diſpoſitioni* Auth. hoc nisì. C. De Solut.
*quandò renuncianti non obſit?*
*Amplia, ut num.*28. *&* 29.
30 . . . . . . *ad inſolita non extenditur, nequè ad ino-
pinata.*
31 *Juramentum, impoſſibilitate accedente, non obligat.*
32 *Renunciatio* Auth. hoc nisì. C. De Solut. *non operatur
in patrimonio decocti* cum Deciſ. noviſſ.

1 AD Principis regaliam pertinet moratoriam, ſivè
inducias debitoribus concedere ad Text. *in l. quo-
ties. & l. univerſa. C. De Precib. imperat. offerend.* &
probant Beſold. *in Diſſertat. Politico-Juridica De Jurib.
majeſtat. cap.*4. *num.*8. *& Diſſertat. De Regalib. im-
preſſ. poſt Theſaur. pract. cap.*2. *nu.*7. Anton. Theſaur.
*in Deciſ.*186. Coler. *De Proceſſ. execut. part.*1. *cap.*9.
*num.*26. & Maſtrill. *De Magiſtrat. lib.*3. *cap.*4. *nu.*434.
2 Epiſcopo verò ſubditis ſuis. P. Franc. Meroll. *Theol. mo-
ral. tom.*3. *Diſput.*6. *De Privileg. cap.*8. *Dub.*43. *n.*286.
quæ nisì juſtæ cauſæ concurſum habeant, non conce-
3 di ſtatuunt Thom. Manlius *De Ceſſion. bonor. tit.*7. *n.*2.
*& tit.*9. *nu.*3. *&* 13. Anton. Mar. Bertol. *ad Rodriq.
De Concurſ. creditor. part.*1. *num.*15. Hunn. *in Ency-
cloped. cap.* 1. *num.* 1. & Beſold. *loc. indicat.* nec fit in
4 hoc creditoribus quærelæ locus: etenim illæ abſque

gravi intereſſe conceduntur ; mora namquè modici temporis, grave damnum afferre haud poteſt. Anton. Fab. *in ſuo Codic. tit. De Fracib. imperat. offerend. Diſ-*
5 *finit.*18. alios pleno calamo adducit Prat. *in Reſponſ.*31. *num.*2. nec aufertur quod differtur. *l. ſi debitori* 21. *ff. De Judic. l. ſi quis. ff. De Arbitr. cap. ancillam* 32. *qu.*2. *cap. nemo deſperandus. De Pœn. Diſtinct.*7. Contraria reſolvit Cujac. *lib.*2. *Obſervat. cap.*10.

6 At concurrente majori creditorum parte, debitoribus quinquennalis conceditur dilatio, à quocumque Judice, condemnata minori parte creditorum diſſentientium ad concurrendum, ad Text. in *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* Caraviţ. *in Rit.*287. *num.*3. Salgad. *in Labyrint. credit. part.*2. *cap.*30. *num.*4. Stracch. *De Morat. & dilat. part.*6. *num.*20. Anton. Leoncil. *De Privileg. pauper. part.*2. *privileg.*49. *verſ. ceſſit limit.*1.
7 & quandoque etiam ad minorandum debitum, illius partem relaxando, prout Deciſum vidimus per S.R.C. in proceſſu dilationis quinquennalis Caroli Palumbo in Banca Andreæ de Martino, & in proceſſu de Banca De Litto inſcripto pro creditoribus concurrentibus Joſeph Varella ; referente Regio Conſiliario Paulo Jannettaſio Die 27. Junii 1674. cum majoris ſummæ cre-
8 ditores poſſint in præjudicium creditorum minoris ſummæ debitori partem debiti remittere. Duennas *in Regul.*295. Conſil. Rocc. *in Reſp.*11. *tom.*2. ſed videantur affabrè in contrarium tradita per Mercurial. Merlin. *in tract. De Pignorib. lib.*4. *tit.*5. *quæſt.*136. *nu.*14. & De Marin. *tom.*1. *Reſolut.*) 2. *num.*9. *& ad Reverter. Obſervat.*128. *nu.*5. Ricc. *in prax. reſolut.*491. Bonacin. *Diſp.*1. *De Reſtit. quæſt. ultim. punct.*2. *nu.*7. & Trullench *ad Præcept. Decalog. tom.*1. *lib.*7. *cap.* 15. *dub.*4. *num.*3. nec non ad rem videſis Afflict. *in Deciſ.* 288. Herman. Mier. *in tract. De Pignorib. tit.*17. *ex num.*1. Stracc. *in cit. part.*6. *num.*5. & Bertol. *ad Rodriq. loc. cit. ex num.*31.

9 Modò hìc ſalva pace Ægid. Bellamer. cujus meminit D. Reg. noſter *num.*21. ſtatuo Principem debitoribus inducias uſquè ad triginta annos concedere, non poſſe, quia cum tantùm actio perſonalis duret, per illius præſcriptionem, jus creditoris efficitur deterius, nec tale tempus, modicum dici poteſt, propterea ad id legito Gloſſ. *in cit. l. quotiès, & ibi* Jaſ. *num.*1. Lancell. Corrad. *De Templ. Judic. lib.*1. *cap.*1. §.4. *De Imperat. ven. ex num.*2. nec ultrà quinquennium concedi poſſe, ſunt
10 voti Joann. Bapt. Marcheſ. *De Commiſ. in Comm.*4. *cap.*1. *nu.*21. Zerol. *in prax. Epiſcop. verb. literæ quinquennales. verſ.*4. & in dilatione ad inſtantiam majoris
11 creditorum partis, ſcribunt Manl. *loc. indicat. tit.*7. *nu.*18. Maximil. Fauſt. *De Ærar. Claſſic.*16. *conſ.*1269. imò iniquum exiſtimat Ancharan. illas uſquè ad decennium prorogare *in conſ.*37. concordat Roland. à Vall. *in conſ.*429. *num.*9. & probat Bertol. *in allegat. num.*15. dilatio, namquè quæ modicum tempus excedit non ſuſtinetur Gloſſ. *in cit. l. quotiès.* Marcheſ. *loc. adduct. num.*21.

12 Placuit tamèn Ant. Fabr. dotis cauſam, conceſſis induciis, non comprehendi *in lib.*1. *Codic. tit.*9. *Diff.*20. & verum fatentur Tepat. *in Epitom. Deciſ. tit.*53. *cap.*4. & alii quos concerit Meroll. *loc. cit. num.*287. quotiès conceſſio per viam gratiæ proceſſerit. De Luc. *ad De Franch. Obſervat.*229. ſed Luc. Matth. Apicell. teſtatur *in tract. De Dilat. quinquen. tit.*2. *num.*19. per Excellentiam Regni, atquè Regium Collaterale Conſilium debitori ex cauſa dotis annum dilationis tantùm fuiſſe conceſſum, cum conditione, ut ea dilatione pendente, aliquid ſolveretur creditori.

13 Debitum ex cauſa alimentorum in his induciis non comprehendi, quia venter non patitur dilationem, decidit Marc. Anton. Cucch. *De Morat. præſcript. nu.*30.
14 & in debitore pro depoſito in numerata pecunia concinit De Franch. *in Deciſ.*191. cui reſiſtit Muſcatel. *part.*4. *gloſſ. petendo. num.* 18. quem De Luc. reiicit *in Obſervat. ad eand. Deciſ. De Franch.*191. *num.*1. idem
15 in debito contracto cum extero tranſeunte, dixit Fab. *in ead. Diff.*20. aliaſquè thematis limitationes, ponunt Meroll. *loc. cit. ex num.* 289. & Paſcal. *De Virib.*
16 *Patr. Poteſtat. part.*2. *cap.*9. Modò tamèn in ſupplici libello de creditoribus privilegiatis mentio facta fuiſſet Salgad. *in labyrint. cit. cap.*30. *à num.*14.

17 Illud hìc ſuccedit inveſtigandum ; an moratoria debitori conceſſa, ejus proſit fidejuſſori? Affirmant Surd. *in Deciſ.*301. Barz. *in Deciſ.*78. Coſt. *De Port. rat. cap.* 139. *num.*8. Pyrr. Maur. Aretin. *De Fidejuſſor. ſect.*9. §.10. & De Marin. *in Reſolut.*133. *tom.*1. *num.*20. Negant Luc. Matth. Apicell. *loc. citat. tit.*2. *num.*23. *& ibi* Maurit. ejus filius *nu.*573. Mareſcot. *lib.*2. *Reſolut.* 130. Maſtril. *De Indult. cap.*46. *num.*5. Ann. *in conſ.* 82. Menoch. *De Arbitr. lib.*2. *cent.*3. *caſ.*203. *num.*26. Salgad. *citat. cap.*30. *ex nu.*44. & Meroll. *cit. Diſput.*6. *cap.*8. *dub.*43. *Difficult.*3. *nu.*297. Tu tamèn primum placitum, in moratoria à creditoribus conceſſa procedere dixeris, Secundum verò in conceſſa à Principe, Mauſon. *De Cauſ. execut. limit.*6. *n.*75. Salgad. *loc. indic. n.*74. Rovit. *in Prag.*3. *De Ceſſ. bonor. n.*30. niſi Principis motu proprio proceſſerit. Maſtrill. *loc. cit. nu.* 6. Marc. Anton. Cucc. *De Morat. nu.*137. Trentacinq. *lib.*3. *var. tit. De Solut. Reſolut.*1. *num.*25. Meroll. *in alleg. loc. num.*303. & videatur ad rem Ill. D. Joan. Bapt. De Luc. *in tract. De Credit. Diſcurſ.*88.

18 Sed videamus ; nùm ea dilatione pendente, currant uſuræ, atquè cenſuum redditus? Affirmant in dilatione à Principe conceſſa, quos memorant Meroll. *in cit. Diſput.*6. *cap.*8. *Dub.*43. *Difficult.*3. *quæſit.*5. *nu.*323. Cucc. *loc. indicat. num.*148. Salicet. *in alleg. l. quotiès.* & Salgad. *ubi ſup. ex num.*49. Contrarium admittit Daniel Moller. *lib.*4. *ſemeſtr. cap.*7. *num.*2. At Meroll. *num.*324. diſtinguit, vel agitur de intereſſe convento, & tùnc nulli dubium eſt, quìn currat, D. Reg. noſter *in Deciſ.*45. *num.*10., vel de intereſſe debito propter moram, & eo caſu, aùt ante conceſſam dilationem currere incœperat, & procedere ajentem opinionem, ſecùs ſi currere non incœpiſſent ; in contingentia tandèm vide Hunn. *in cit. Encycloped. part.*2. *tit.*28. *caſ.*5. & Joan. Bapt. Staiban. *in tract. De Intereſ. lib.*1. *quæſt.*2. *ex num.*61. & quod intereſſe propter moram, non
19 debeatur poſt debitoris decoctionem, Deciſum dicit Joan. Franc. Marott. *tom.*1. *Diſcept.*34.

20 Obſervandum ulteriùs inſurgit, Principem pro conſervatione Illuſtris domus, etiam in foro poli (dummodò ejus conſervatio, ad publicam utilitatem ſit neceſſaria) licere dilationem ad ſolvendum impartiri, ut Deciſum refert *hìc* D. Reg. noſter, cujus meminit D. Conſil. Petr. *tom.*1. *Rit.*46. *num.*19. ſubdens *in fin.* tanti ſenatus determinationem per ſupremum Italiæ Conſilium in Hiſpania fuiſſe ſuſpenſam, cujus ſuſpenſionis nulla habita notitia, Lucam Spinola Procuratorem Joannis Stephani creditoris tranſactionem iniiſſe cum Exc. Duce Medinæ viro Principiſſæ Hoſtiliani, & pro omnibus in pecunia numerata recepiſſe ducatos centum ſeptuaginta mille.

21 Scribit D. Reg. noſter *num.*45. intereſſe tertiarum omni jure debitum, idem aſſerunt Fontanell. *in Deciſ.* 205. *&* 539. D. Marcian. *tom.*2. *Diſput.*50. *num.*2. Gratian. *in Diſcept.*206. *num.*19. *& Diſcept.*987. Rovit. *in Deciſ.*9. & De Luc. qui contrariis occurrit *in Obſervat. ad Deciſ. De Franch.* 254. *num.*2. At monitos velim, aſſumptum intelligendum, quotiès capitale eſt demortuum, & conſtitutus cenſus ſit ſuper certo corpore fructifero, & mora debitoris intercedat, Paul. Staiban. *in Reſolut.*173. *tom.*2. Rovit. qui pluries Deciſum refert *in Deciſ.*9. tertiarum intereſſe fuiſſe denegatum ob deficientiam dictorum requiſitorum. & vide Joan. Bapt. Staiban. *in cit. tract. De Intereſſ. lib.*2. *tit.*15. *quæſt. unic.*

Remanet hìc pro præſentis Obſervationis complemen-

Digitized by Google

mento, ut de Diſpoſitione Auth. *hoc niſi*. *C. De Solut.*
ejuſque convenientia, & reſtrictione tractetur. Quod
22 aliud pro alio, creditore invito ſolvi nequeat, concinit
Harppreɑ. *ad Inſtitut. tom.3. tit. quib. mod. contrah.*
*Oblig. num.65. col.358. & in tit. De Oblig. num.22.*
23 *col.293.* ejuſquè diſpoſitioni renunciari poſſe, dicunt
Minad. *in Deciſ.2.* De Franch. *in Deciſ.* 81. *& ibi* De
24 Luc. *num.1.* At eandèm renunciationem hæredes non
officere: etenìm favori ſuo renuncians non bona pri-
mario obligare compertum eſt: ſed ad dandam pecu-
niam; ob cujus defectum bona hypothecata intelli-
guntur, indè fit, quod ſi perſonale pactum, Labeone
teſte *in l. idem in duobus, §.1. ff. De Pact.* ad hæredem,
nèc ad alium pertinet, creditore ſui principalis debito-
ris, apùd hæredem moneta proſequente, non reperta;
hypothecatum fundum accipere tenetur, & conclu-
dunt Thor. *in comp. part.2. verb. creditores hæredita-*
*rii. & in ſupplement. verb. creditores, an cogi poſſint.*
De Luc. *ad Franch. in Obſervat.83. num.2.* & Joan.
Bapt. Mucc. *in quæſt.20.* hæres namquè perſonam de-
25 functi perſonalitèr obligatam non repreſentat. D.Reg.
noſter *in Deciſ.115.* & quamquàm Rovit. *in conſ.18.*
cujus meminit Thor. *in cit. part.2. verb. crediteres pe-*
*cuniarii.* contrarium conſuluiſſet; cauſa judicialem
non habuit determinationem, & adversùs eum ſcripſit
Paſcal. *in tract. De Virib. Patr. Poteſt. part.2. cap.9. ex*
*num.80.*, ultrà quod in illa proponebatur Theſi, de
26 adjudicando creditoribus feudo, quod diviſionem non
patitur Frecc. *De Subfeud. Tit. De Origin. Feud. n.92.*
D. Reg. noſter *in conſult.1.*, & reprobato Rovit. no-
ſtram ſententiam ſequitur. Rot. Roman. *in Deciſ.150.*
27 *impreſſ. poſt Cenc. De Cenſib.* Nequè ipſo officere prin-
cipali debitori eamdèm renunciationem, quotiès ſub-
haſtatis bonis, emptor juſtus non reperiretur, tradunt
Federic. De Sen. *in Conſ.60.* Honded. *in conſ.18. lib.1.*
Baez. *De Debitor. inop. cap.1. num.50.* Alciat. *in l.2. §.*
*mutui datio. ff. ſi cert. petat.* Alex. *in conſ.37. vol.2.*
Gizzarell. *in Deciſ.7.* Conſil. Hodiern. *ad Surd. in Ob-*
*ſerv.318.* Novar. *De Dat. inſolut. quæſt.3. ſect.3. nu.4.*
Cenc. *in citat. tract. De Cenſib. part.3. cap.1. quæſt.3.*
*artic.6. num.13.*. Facchin. *lib.10. Controverſ. cap.63.*
*verſ. ſed Contrarium.* De Luc. *in cit. Obſervat.81. nu.2.*
D. Reg. noſter *hic num.20.* & contrariam opinionem
contrà charitatem ſe gerere, dixit Donad. *De Renunc.*
*tom.1. cap.36. num.17.* licèt pacto cautum reperiretur,
28 debiti ſolutionem in pecunia faciendam fore. Rip. *in*
*cit. §. mutui datio num.28.* Honded. *in citat. conſ.18.*
*num.44.* Dec. *in ead. §. mutui datio. num.24. 2. lect.*
Velaſc. *De Privileg. pauper. part.1. quæſt.49. num.19.*
Ludovic. *in Deciſ. Peruſin.64. ex num.8.* Benint. *in*
*Deciſ. Bonon.28.* Theſaur. *in Deciſ.153.* & Rot. Roman.
*in impreſſ. poſt Rodriq. De Concurſ. credit. in Deciſ.1.*
29 *num.8. & ſeq.* & dotis intercedat occaſio. Guttier. *lib.1.*
*pract. cap.56.* D. Galeot. *lib.2. quæſt.5. num.12.* ad in-
30 cognita namquè, & inopinata renunciatio non exten-
ditur. Cancer. *var. reſolut. lib.3. tit. De Renunciat.*
*cap.15. ex num.231.* Molin. *De Rit. nuptiar. lib.3.*
*cap.92. num.24.* Maſcard. *De Probat. Concluſ. 1265.*
*nu.5.* Benint. *in Deciſ.76. num.6.* Peguer. *in Deciſ.146.*
31 & accedente impoſſibilitate, juramentum non obli-
gat. *cap. & ſi Chriſtus. De Jurejur. cap. impoſſibilium.*
*De Regul. jur. in 6. cap. brev. cap. ego enim, & cap. que-*
*relam. De Jurejur.* Præcipuè ſi in decocti patrimonio
32 verſaretur, proptèr poſteriorum creditorum damnum,
& curſum uſurarum in gratiam anteriorum, cujus oc-
caſione renunciatione Auth. *hoc niſi*, penitùs reſiſten-
te; illius diſpoſitioni locum fieri, fatentur Paſcal. *loc.*
*cit. ex num.90. ad 97. 104. 108. 113. & à num.115.*
*ad 122.* & De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.82. n.2.*
& Obtinui tamquàm Curator patrimonii Antonii De
Layo referente in S. R. C. D. Regio Conſiliario D. An-
tonio Urſino de Sylva, in Aula Regii Conſiliarii, &
Regentis Electi D. Eraſmi de Ponte, ut eſt videre in
proceſſu ejuſdèm patrimonii in banca De Alexio, apùd
Scribam Marcum Picane.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXCIII.

### *SUMMÆ.*

1 D. Petrus Antonius Caravita *laudatur*.

2 *Moniali: cauſa reformationis, ad ſecundum Mona-ſterium, tranſeunti, quìd ex primo Monaſterio debeatur? refertur locus.* Reg. Sanfelic. *contrà* D. Regentem noſtrum.

3 D. Franciſcus De Magiſtris *præſentis Deciſionis explorator adducitur. & num.5.*

4 *Primum Monaſterium, Moniali ad ſecundum Monaſterium translata: reformationis cauſa, nùm bona donata reſtituat?*

6 *Dos monaſterio, pro alimentis Moniali præſtandis aſſignatur.*

7 . *abſquè oneribus matrimonii non eſt.*

8 *Moniali ab uno Monaſterio ad aliud licitum eſt tranſitum: reformationis cauſa.*

9 Conſtitut. Beati Pii V. *quamquàm Monialis exitus ad tres tantùm caſus reſtringat, ad ſimiles, multorum voto, ampliatur num.10.*

11 *Monialis translatio ad aliud Monaſterium abſquè ſuperioris licentia non permittitur. & num.12.*

13 *Abbatiſſæ, aut alterius Superioris licentia Moniali ad aliùd Monaſterium tranſire volenti: reformationis occaſione: an ſatìs ſit? Adducitur locus* Tap. & Barboſ. *in* D. Reg. noſtrum *num.14.*

*Itèm* Navar. & Rodriq. *placitum. num.15.*

16 *Alimenta Moniali ad aliùd Monaſterium legitima occaſione translata, a primo Monaſterio ſubminiſtranda ſunt.*

17 *Contractus antè Monachatum initus continet in ſe tacitam conditionem, ſi in Religione profiteatur.*

18 *Profeſſione non ſequuta Monaſterium tenetur ingreſſo reſtituere quicquìd ingreſſus tempore detulit ad quod ab Epiſcopo cenſuris compelli poteſt.*

19 *Diſpoſitio* Auth. ſi quis autèm. De Monac. *in Monialibus non adaptatur.*

20 *Monacho Religionem introeundo, quamquàm ſpirituale matrimonium contrahere videatur, dotes Monaſterio non aſſignat.*

21 *Sponſus non aſſignat dotes, ſed ſponſa.*

22 *Monialis poteſt cogere Patrem ad aſſignandam Monaſterio dotem.*

23 *Monachus ad aliùd Monaſterium translatus, bona priori Monaſterio antè emiſſam profeſſionem data, non recuperat.*

24 *Maſculinum: quandò non contineat fœmininum.*

25 *Pater adoptivus, quandò adoptivum filium alere teneatur?* Gloſſ. & De Benedict. *ſtant contrà* D. Reg. noſtrum, *qui ex* Joan. Fab. declaratur. *num.26.*

27 *Compater: nùm teneatur alere ſuſceptum inopem?*

28 *Uſusfructus, ex ſervi perſona Domino quæſito, in ſecundum dominum non tranſit.*

29 *Monachus ſervo æquiparatur.*

30 . . . *quicquìd acquirit, Monaſterio acquirit.*

31 *Diſpoſitio Text.* in l. intèr antiquam 15. C. De Uſufruct. *quibus adaptetur.* Declaratur D. Reg. noſter.

32 *Monialis ad aliùd Monaſterium: reformationis cauſa legitimè translata, nova aſſignata dote, dotem primo Monaſterio datam non recuperat.*

1 DOm. Petrum Antonium Caravitam ſui ævi Doctiſſimum, ac Facundiſſimum cauſarum patro-

Digitized by Google

tronum, indè Regium in ſacro Conſilio Sanctæ Claræ Conſiliarium meritiſſimum, pro Monialibus, ad ſecundum Monaſterium translatis, operam impartitum eſſe ſuam, teſtimonium perhibet laborioſa nimis, atquè elegans Allegatio ejusdèm *impreſſa in tom.*3. *Reſolut. De Marin. Allegat.*105. Hic verò Deciſum habes; ali-
2 menta fuiſſe denegata *num.*48. At alitèr Reg. Sanfel c. refert *in Deciſ.*323. *num.*13. *in fin.* dictis Monialibus, inquiens, à primo Monaſterio ordine Regii Collateralis Conſilii fuiſſe ſolutam alimentorum computo certam quantitatem, ſubditquè hæc verba, *reſtat pro complemento tolli ſequeſtrum*, & probat *in addit. pagin.*377. *col.*2.

3 D. Franciſc. De Magiſtr. *in ſylv. Eccleſ. tom.*1. *lib.*1. *cap.*2. *num.*44. memorat *hanc* D. Reg. noſtri *Deciſionem* per iſta ipſiſſima verba: *Nec lite pendente ſunt præſtanda, præcipuè ſi habeat novam dotem, ac de bono jure ſuo non doceat, ſicùt de malo ejus jure conſtat, ut in terminis cenſuiſſe De Anno* 1644.(voluit ſcribere 1642.) *Collaterale Conſilium refert in cauſa Monaſterii Sanctæ*
4 *Mariæ Egyptiacæ Reg. Capyc. Latr.* in Deciſ.193. in fin. ſubditque *num.*45. ſic quoquè Deciſum in bonis donatis, Monaſterium ad reſtitutionem non teneri, in cauſa Monaſterii Monialium Sanctæ Mariæ Sapientiæ hujus Civitatis occaſione translationis ſororis Mariæ Conſtantiæ monialis dicti Monaſterii, ad Monaſterium Sanctæ Mariæ Divæ Reginæ, revocata priore ſententia in contrarium lata, & fundant elegantèr Bottilier. *De Succeſſ. theor.*78. Staiban. *tom.*2. *Reſolut.*125. *&* 126. D. Altimar. *ad Rovit. in Deciſ.*10. *verſ. obſerva ſecundò*, & in cauſa prædicta latè ſcripſit Jul. Capon. *Controv.*22. At *eod. adduct. loc.* idem De Magiſtr. *num.*22.
5 *pagin.*312. ſic in ſuppoſita ſpecie ſenſum ſuum aperit, *ſi cum licentia, vel invitus, ſivè invita ex cauſa uſusfructus rerum, quas contulit debet ſecundò Monaſterio, ad quod tranſit aſſignari, quandiù vixerit, nè ei exiſtat oneroſa per text. in canon.* cognovimus, *&* *canon.* de lapſis. 16. quæſt. 1. *&* *Canon.* ſi quis rapuerit. 27. quæſt. 1. *quod non habet locum ſi ſecundò Monaſterio aſſignaverit aliam dotem.* Hæc ille, & probant congeſti per D. Reg. noſtrum *num.*11. Conſil. Caravit. *num.*13. & Regent. Sanfelic. *num.*12. quod placitum in præſenti contingentia amplexata fuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium decernendo alimenta Monialibus prædictis ad rationem ducatorum quinquaginta pro qualibèt, ut referunt D. Reg. noſter *in princip. Deciſ.* & Conſil. Caravit. *num.*1. & facit ad rubrum dotem à Moniali Monaſterio pro alimentis præ-
6 ſtandis aſſignari, teſtibus allegatis per Conſil. Caravit. *num.*4. undè ſi vera eſſet D. Regent. noſtri opinio ſequeretur Monaſterium dotem lucrari, nec alimento-
7 rum ferret onus, & tamèn dos abſquè matrimonii oneribus non eſt *l. dotis fructus*, *&* *l. quamvis. C. De Jur. Dot.* cum aliis adductis per Jul. Capon. *in tract. qui inſcribitur De Dot. pagin.*25. *num.*2.

8 At rem altius deducamus; in tuto eſt Moniali licitum eſſe tranſitum ab uno ad aliùd Monaſterium, reformationis occaſione; ſic pluries Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium cenſuiſſe tradit Epiſcopus Ricciul. *De Jur. perſonarum lib.* 5. *cap.* 5. & latiùs comprobant Bartholom. à Sanct. Fauſt. *in Theſaur. Religioſ. lib.* 5. *quæſt.*327. & Barboſ. *De Poteſtat. Epiſcop. Allegat.*102. *num.*25. *& in Addit. ad num.*27. *pagin. mihi* 925. *Liter.* D. ex quò licèt Pii V. Summi Pontificis
9 Conſtitutio ad tres tantùm caſus Monialis reſtringat exitum à Monaſterio, in quo profeſſionem emiſit, quorum Epiſcop. Ricc. meminit *in prax. for. Eccleſ. Re-*
10 *ſolut.*540. illos tamèn ad alios caſus, quibus eadèm, vel urgentior militat ratio extendendos, ſtatuerunt Barthol. à Sanct. Fauſt. *loc. cit. lib.*6. *quæſt.*163. Martin. Bonacin. *De Clauſur. quæſt.*1. *punct.*9. *nu.*9. Emmanuel Rodriq. *tom.*1. *quæſt.*34. *artic.*3. *&* 5. Meroll. *Theolog. Moral. tom.*2. *Diſput.*4. *De Legib. & Conſtit. cap.*9. *Dub.*11. *Coroll.*1. *num.*142. Sorb. *in Comp. Mendicant. verb. ingreſſus monaſterium monialium. nu.*6. *verſic. & ſic etiam.* Joan. De la Cruz *De Stat. Religion. lib.*1. *cap.*5. *dub.*4. *verſic. an verò liceat.*, & Auguſtin. Barboſ. *loc. citat. à num.*16. *ad* 24.

11 Benè verum eſt, eandèm translationem abſquè Superiorum licentia haùd fieri permiſſam, Undè Armen-
12 dariz refert per Sanctam Sedem Apoſtolicam de Superiorum conſenſu, aliquibus monialibus impartitam fuiſſe licentiam translationis ad aliùd Monaſterium *in Addit. ad Recompilat. leg. Navar. tit.*18. *l.*7. *num.*101.
13 Et ſatis eſſe ad id Abbatiſſæ licentiam, ſeù alterius Superioris probant D. Reg. noſter *num.*15. & Mart. *De Juriſdict. part.*2. *cap.*26. *num.*11. ac in Hyſpania admiſſum aſſerunt Sanchez *ad Præcept. Decalog. tom.*2. *l.*6. *cap.*15. *nu.*28. & Joan. De la Cruz. *loc. citat. Dub.*3. ſed improbat D. Reg. Tapp. *in ſuo Jur. Regn. pragm.*2. *De Monial.* cum ipſa Abbatiſſa ſit in prohibitione com-
14 prehenſa: propterea Auguſtin. Barboſ. *in Allegat.* 102. *num.*28. ità reſpondit *Monialibus à Monaſterio exire non licet, etiam cum cauſa probabili; niſi adſit communis conſenſus Superioris Regularis, & Epiſcopi diœceſani; & ſi illæ, quæ poteſtati Regularium ſubjectæ ſunt, ſinè Bulla, & licentia Ordinarii egreſſæ fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia debent ipſæ, & earum ſuperiores (de quorum licentia à Monaſterio fuerint egreſſæ) ab eodèm Ordinario puniri, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis*, & ità Deciſum referunt Campanil. *in Diverſ. jur. Canonic. Rubric.*12. *cap.*16. *num.*22. & Armendariz *loc. citat. nu.*103. Na-
15 var. verò tenuit *in Conſ.*6. *De Statut. Monach.* ſatis eſſe ſuperioris ordinis licentiam in Monaſteriis exemptis, & Regularibus ſuppoſitis, in aliis tamèn Epiſcopo ſubjectis, vel exemptis, quod ſolo Papæ ſubſint immediatè ab ipſo Ordinario legitimam egreſſus cauſam approbanda, & tradit Emmanuel Rodriq. *cit. tom.*1. *quæſt.*49. *artic.*6.

16 Indè eſt, quod ſi lege permittente Monialis ad arctiorem vitam reformationis cauſa ad aliùd tranſivit Monaſterium, in quo de alimentis providenda eſt, quæ abſquè dote ſecundum Monaſterium ſumminiſtrare non tenetur, neceſſario illam ſecundò aſſignandam Monaſterio ſum voti, & firmant allegati per Conſil. Caravit. *loc. ſæpius citat. num.*4. faciunt tradita ex Sanfelic. *in Deciſ.*191. & ex D. Altimar. *ubi ſupr. verſ. ſe offerens.* concinit elegantèr Tamburrin. *De Jur. Abbatiſſ. Diſput.*21. *quæſt.*7. *num.*2. & videantur Molfeſ. *ad Conſuetud. part.*4. *De Succeſſ. ab inteſtat. quæſt.*64. *nu.*15. & Staiban. *tom.*2. *Reſolut.*126. ſequeretur alitèr timore ammiſſionis dotis impediri egreſſum reformationis cauſa, contrà Div. Pauli monitum *ad Roman.*12. *Nolite conformari huic mundo, ſed reformamini in novitate ſenſus veſtri*. Satiſquè cautum eſt, eadèm occa-
17 ſione, timoris, attenta, contractum pro religionis ingreſſu initum, tacitam in ſe conditionem continere, ſi in Religione profiteatur novitius, ac proindè, profeſſione non ſequuta effectum non ſortiri, & habita illius cauſa reſtituenda probavimus alibì, & ſcribit De Marin. *tom.*2. *Reſolut.*195. atquè reſtituenda etiam eo caſu
18 omnia, quæ tempore ingreſſus Monaſterio obtulerat, nèc quid minimum apùd ſe Religioſos detinere poſſe, imò ad reſtituendum ab Epiſcopo cenſuris quoquè compelli concludunt Paul. Fuſc. *De Viſitat. lib.*2. *cap.*15. *num.*67. Carol. De Graff. *De Effectib. Clericat. effect.*4. *num.*25. cum aliis allegatis per Barboſ. *loc. cit. Allegat.*101. *num.*36. *&* 37.

19 Nec his reſiſtit. text. *in Auth. ſi quis autem. De Monach.* ponderatus pro contrario *num.*32. per D. Reg. noſtrum, ex quo legens facilè intuebitur, ejus verba ada-
20 ptari Monacho, qui ingreſſus cauſa quamquàm ſpirituale videatur matrimonium contrahere. *cap.*2. *De*
21 *Translat. prælat.* dotem aſſignare non tenetur, cum
de-

Digitized by Google

dotem ſponſa, non ſponſus tradere teneatur, Bald. Novell. *in tract. De Dot. part.*1. *num.*11. Et quod Monialis poſſit cogere Patrem ad dotem Monaſterio aſſignan-
22 dam, ſumitur ex *l. qui liberos. ff. De Nupt.* & probant Gloſſ. *in cap. fin. verbo parentum.* 32. *quæſt.*2. *& in cap. fin.* 36. *quæſt.*1. *verb. conſenſerit.* Joan. Petr. Fontanell. *De Pact. nuptialib. clauſ.*5. *gloſſ.*1. *part.*1. *n.*59. *in fin. & num.*60. Andr. Gaill. *Obſervat.*94. *num.*17. *lib.*2. & Sanchez *De Matrim. lib.*4. *Diſput.*26. *num.*7.
23 Quìd propterea mirum quod Monachus poſt emiſſam profeſſionem ad aliùd Monaſterium translatus, bona, quæ primo, obtulerat, Monaſterio non recuperet ſi ratione ingreſſus ſecundò Monaſterio quicquàm contribuere tenetur; loquens ergò legiſlator in Mònacho, de Moniali interpretandus eſt, etenìm Maſculinum,
24 quotiès diverſa militat ratio in fœmina, quàm in maſculo, fœmininum non comprehendit. Dec. *in l. fœmina. ff. De Regul. jur.* Andr. Tiraquell. *De Contract. ligniag.* §.1. *gloſſ.*9. *à num.*195. Covarr. *De Sponſalib. part.*2. *cap.*8. §.8. *num.*7. Lup. *De Illegitim. comm.*3. §.6. *num.*12. Gabriel. *Commun. concluſ. lib.*6. *De Verbor. ſignif. concl.*6. *num.*51. Fuſar. *quæſt.*311. Tomas. *De Legit. tit.*8. *num.*72. *verſ. trigeſimoquarto Maſculinum.* Cyriac. *in Controv.*638. *vol.*4. *num.*31. D. Reg. Joan. Hieronym. De Philip. *in Diſſerat.*39. *num.*15. *&* 16.
25 Nequè (ut illud quoque retundam) quod de Patre adoptivo, quem filium adoptivum alere teneri, quamquàm naturalis Pater vivat, ſcriptum à D. Regent. noſtr. *num.*34. tranſit indubitantèr: etenìm contrarium aſſerunt verum Gloſſegraphus *in* §. *ad ea omnia. verb. tantummodò. Inſtit. lib.*3. *De Hæred. quæ ab inteſtat. deferunt.* & Gulierm. De Benedict. *in cap. Raynutius. De Teſtament. Verb. & uxorem nomine Adelaſiam. n.*176.
26 cùm filius adoptivus filius legalis ſit; Et Joan. Fab. *in cit.* §. *ſed ea.* D. Regent. noſtri placitum. Cum moderatione probat, ſi is adoptivus, pro adoptivo Patre, operam impartiretur ſuam, aut Pater naturalis egeſtate nimia laboraret, etenìm primo caſu intraret laborum ſalarium, ſecundò ſtante paupertate, in ſubſidium, pro ut in patrino, quem teneri alere ſuſceptum
27 inopem, & econtrà ſcribunt Rittershuſius *in Expoſit. Novell. Juſtin. part.*7. *cap.*3. *num.*10. Bald. *in Auth. niſi rogati. C. ad Senat. Conſult. Trebell.* & Petr. Cornel. Brederod. *in Analyſ. ordin. Succedend.*6. *pagin.*229.
28 Deniquè neque quod de uſufructo domino acquiſito ex ſervi perſona, non tranſire ſecundò Domino ſcriptum ex D. Reg. noſtr. *num.*33. theſi applicatur, ete-
29 nìm Monachus quamquàm ſervo æquiparetur, per Gloſſ. *in l. pedius, & ibi* Bartol. *ff. De Arbit. Judic.* & plenùs per Meroll. *tom.*1. *Diſput.*1. *cap.*2. *dub.*17. *nu.*657. & ſic quicquìd acquirit, Monaſterio acquirit, nec
30 momento temporis apùd ipſum manere cenſeatur Trullench. *ad Præcept. Decalog. tom.*1. *lib.*2. *cap.*2. *Dub.*22. *num.*27. *& tom.*2. *lib.*7. *cap.*2. *dub.*5. *num.*1. Sanchez *in ſecund. part. caſ. lib.*6. *cap.*12. *num.*1. Prat.
31 *in Reſponſ.* 31. *num.*58. tamèn text. in *l. intèr antiquam* 15. *C. De Uſufruct.* quem allegat D. Reg. noſter in uſufructu à ſervo dùm in ſervitute permanebat adaptatur, ac proindè themati non convenire in quo de dotis reſtitutione agitur Monaſterio pro alimentis aſſignatæ in ipſo Religionis ingreſſu certum eſt; cætera reſolvit D. Garavit. *loc. cit.*
32 At non negaverim firmatam ſententiam non obtinere, quotièsad ſecundum Monaſterium tranſlata, novam dotem tradidiſſet, quia eo caſu ceſſat Monaſterii damnum; ad tradita per De Magiſtris *loc. allegat.*

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CXCIV.

### SUMMÆ.

1 *Conductori vectigalium, legitimam mercedis remiſſionem, novi ſuper indicti occaſio.* Comprobatur Deciſio.
2 *Locatio ſimilis venditioni.*
3 *Venditori ſat eſt, emptori venditum fundum tradere.* Comprobatur D. Reg. noſter.
4 *Locator expeditum fundum conductori tradere tenetur, eiquè patientiam præſtare per totum conductionis tempus.* D. Reg. noſt. comprobatur.
5 *Conductor ad penſionem non tenetur, niſi conſtiterit locatum fundum re ipſa fuiſſe traditum.*
*Non obſtante, quod in contractu ſcripta legantur verba, dedit, tradidit, &c. num.*6.
7 *Petens experiri ex contractu ultrò citroquè obligatorio, ex ſui parte implementum afferre tenetur.*
*Quìd ſi patientiæ præſtationi fuiſſet renunciatum?* Comprobatur D. Reg. noſter, declaratis Capyc. Paſcal. *&* Pinell. *num.*8.
9 *Patientia præſtanda eſt, dummodò res locata in eodèm permaneat ſtatu.*
10 *A locatore conductorem expelli poſſe, ſi fundus ad uſum proprium deſerviat.* Comprobatur D. Reg. noſter.
*Quìd ſi in conductionis contractu uſui proprio fuiſſet renunciatum? num.*11.
*Aùt fundus pro conductoris manutenſione ſpecialitèr fuiſſet hypothecatus? num.*12.
13 *Scholarem non poſſe expelli à locatore, ratione proprii uſus, ſtatuit* Velaſc.
14 *Inquilinum, quandò ſingularis ſucceſſor non expellat?*

1 Conductori vectigalium, legitimam mercedis remiſſionem, novi ſuper indicti occaſio; ad Deciſionis comprobationem, determinationem retuli *in Obſervat.*171. Modò hìc ad ornatum, obſervandum
2 eſt; Venditiònis contractùm etsì locationi ſimilem, pari greſſu, & eodèm modò regulari videatur Gratian. *in Diſcept.*755. *num.*24. Paul. Staiban. *tom.*1. *Reſol.*48. *num.* 19. Anton. Nigr. *in tract. De Laudem. tom.* 1. *quæſt.*40. *artic.*9. *num.*14. Vincent. Caroc. *in Tract. De Locat. & conduct. part.*1. *tit. De Merced. numer. quæſt.*1. *num.*11. & Andr. Tiraquell. *De Retract. ligniag.* §.1. *gloſſ.*14. *num.*83. ac ſumitur *ex l.*2. *ff. Locat.* in illo non concordare, conſiderat D. Reg. noſter *à num.*13. ut venditori ſatis ſit venditum fun-
3 dum emptori tradere ad Tex. *in l.*1. *ff. De Action. empt.* & faciunt tradita à Maſcard. *De Probat. Concluſ.*609. *num.*4. *tom.*1. & à Nigr. *loc. cit. tom.*2. *quæſt.*8. *art.*1.
4 *à num.*16. Locator verò nedùm fundum expeditum conductori tenetur tradere, ſed & patientiam præſtare, itaùt conductor valeat uti frui, per totum conductionis tempus Andr. Alciat. *in l.*2. §. *& harum. ff. De Verb. Obligat. num.*43. Cephal. *in conſ.*557. *vol.*4. *& vol.*5. *conſ.*718. *num.*9. Socin. *in conſ.*156. *vol.*2. *nu.*10. Natt. *in conſ.*360. *lib.*2. Dec. *in conſ.*421. Oſaſc. *in Deciſ.*51. Hieronym. Gabr. *in conſ.*75. Cacheran. *in Deciſ.*50. Marin. Frecc. *De Præſent. inſtr. part.*7. *quæſt.*9. Borgnin. Cavalcan. *in Deciſ. Fivizan.*44. *nu.*50. *tom.*1. Joſeph Ludovic. *in Deciſ. Lucan.*2. *part.*1.
5 Propterea ſtatuit Caballin. *in Milleloq. part.*1. *qu.*3. conductorem ad penſionem non teneri, niſi locatum fundum re ipſa traditum fuiſſe conſtiterit, & veniunt in idem Cravett. *in conſ.*767. *num.*11. *vol.*5. Riminald. Jun. *in conſ.*94. *num.*25. *vol.*1. *& in conſ.*366. *nu.*30. *vol.*4. Wltejus *in* §. *adeò. Inſtit. De Locat. & conduct. num.*8.

Digitized by Google

num. 8. Joſeph Ludovic. commun. Concluſ. quæſt.14 verſ. infertur 39. & verſ. infertur 66. Anton. Gabr. comm. Concluſ. lib.3. tit. De Locat. Concl.4. num.12. Cavalcan. in eod. tom.1. Deciſ.43. num.64. haùd ob-
6 ſtante, quod in contractu dictum ſit, dedit, tradidit, &c. Natt. in conſ.360. etenìm cum quis in judicio vi-
7 gore inſtrumenti ultro citroquè obligatorii experiri petit, ex ſui parte implementum afferre tenetur. Caroc. loc. cit. part.4. tit. De Evict. Paſcal. in Tract. De Virib. Patr. Poteſt. part.4. cap.6. num.4. & 5. ubi id
8 non procedere ait, ſi ſpecificè patientiæ præſtationi renunciatum fuiſſet, & in idem adſtipulari videntur Capyc. in Deciſ.87. num.9. in fin. & Pinell. in l.2. part.1. in princip. C. De Reſcind. vendit. At D.Reg. noſter hoc dictum procedere fuit voti num.15. quotiès conductoris facto impedimentum proceſſerit, ſecus ſi locatoris culpa, & conferunt notata ex Surd. in Deciſ.131. & ibi à D. Conſil. Hodiern. Cavalcan. in Deciſ. Fiviz.25. tom.2. num.5. Maſtrill. in Deciſ.111. & à D. Conſil.
9 Petr. in Rit.55. num.4. & patientia præſtanda eſt, dummodò res locata in eodem ſtatu permaneat Epiſcop. De Afflict. in Controv.22. num.60. & in Addit. ex num.3.

10 A locatore, quia fundo pro uſu ſuo neceſſe habet, poſſe conductorem expelli, remiſſa tantùm penſione, ſcribit D. Reg. noſter num.23. facit text. in l. ædem. C. Locat. l.1. §. ſi penſio ff. De Migrand. & probat Gloſſ. in l. ſi in lege, §. ſi domus. ff. Locat. verb. ſtatìm agere. modò tamen urgens neceſſitas poſt conductionem ſuperveniat. Magon. in Deciſ. Lucenſ.75. num.6. & 7. Anton. Gomeſ. tom.2. Reſol.3. ſub num.6. Cancer. lib.1. Reſol.14. à num.18. Fragoſ. De Regimin. Reipubl. part.3. lib.6. Diſput.11. §.2. num.28. Gratian. in Diſcept.117. nu.19. & in Diſcept.534. à num.48. Valaſc. De Jur. Emphyt. quæſt. 22. nu.3. Caroc. loc. cit. De Recuſat. quæſt.3. Trentacinq. lib.3. Tit. De Locat. Reſolut.4. Petr. De Ubald. De Duob. Fratrib. part.8. qu.4. Feliu. var. concluſ. verb. locator. Fab. in ſuo Codic. tit. De Locat. Diffinit.2. Paſcal. in cit. part.4. cap.6. quam-
11 quàm in conductionis contractu, non expellere conductorem pro uſu proprio locator promiſiſſet, Covar. Reſolut.15. num.4. qui id procedere aſſerit etiamſi pro contractus obſervantia ſpecialitèr conductus fundus
12 fuiſſet hypothecæ ſuppoſitus; Contrarium defendit Gratian. in Deciſ.119. num.13. & 14. ſed rem extricant Cacher. in Deciſ.156. & Mieres De Majorat. part.1. quæſt.60. num.19. & ſcholarem non poſſe ex-
13 pelli à domo conducta ratione proprii uſus, urgenti ſuperveniente neceſſitate cenſuit Velaſc. De Privileg. pauper. part.3. in proœm. nu.73. & quæſt.12. nu.41. & vice verſa, conductor, propter caſum ſupervenientem in ſui perſonam; ob quem re conducta uti ſibi non conveniat, poteſt à conductione diſcedere. Conſil. De Roſa conſult.39. num.18. poſt alios.

14 Tandèm & illud adnotabo, dum ſpecialem hypothecam conducti fundi in gratiam inquilini tetigimus, illam operari, ut per alienationem expelli minimè poſſit, præcipuè accedente pacto de non alienando, locatione pendente, cum in præjudicium conductoris eo caſu Dominus dominium transferre in emptoris beneficium non poſſit, ſuper quo videantur Molin. De Juſtit. tom.2. Diſput.490. Fragoſ. loc. cit. à num.6. Scappuccin. De Singul. ſucceſſor. Mantic. De Tacit. & ambig. lib.1. tit.110. Cevall. commun. contr. commun. quæſt.756. à num.18. Merlin. De Pignorib. lib.4. quæſt.172. Gregor. Lopez in l.72. tit.28. part.3. Prat. ad Paſcal. loc. cit. verſ. ad num.13. Pacific. De Salvian. interdict. inſpect.4. cap.1. De Franch. in Deciſ.302. & ibi latè D. Carol. Anton. De Luc.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CXCV.

### SUMMÆ.

1 D. Gizz. *commendatur*.
2 D. Reg. Sanfelic. D. Reg. noſtri *comprobator adducitur*.
3 *Privilegiatus, quandò adverſùs privilegiatum, foro privilegio non potiatur? & num.5. & 6.* Comprobatur D. Reg. noſter.
4 *Reus privilegiatus ab Actore privilegiato coràm qui Judice conveniendus?*
7 *Privilegiatus in genere, & in ſpecie præfertur, privilegiato in genere tantùm, retunditur* De Franch. à D. Calà, & Ant. Fabr. *num.*8.
9 *Vidua: electionis fori, adverſùs pupillum, privilegio non fruitur.*
10 *Electionis fori, privilegium non gaudet pupillus, contrà electionem à Clerico factam ob injuriam in ſui perſonam illatam.*
11 *Viduæ privilegium, electionis fori, concurrente cum electione à Clerico facta ſilet.*
12 *Clerico, privilegium electionis fori competit pro offenſa conſanguineis delata.*
13 *Clericus pro bonis patrimonialibus: nùm fori electionem, atquè variationem gaudeat?*
*Adducitur affirmativum placitum num.14.*
*Contrarium. num.17.*
15 *Bona ad patrimonii titulum Clerico donata dicitur merces ſpiritualis.*
16 *Clericus gaudet in bonis patrimonialibus omnia privilegia, quibus Eccleſia utitur.*
18 *Ut electionis fori privilegio locus fiat: quæ in Regno concurrere debeant?*
19 *Juramentum perhorreſcentiæ in civilibus pro obtinenda fori electione, ſivè variatione, ſatìs eſt, quod per procuratorem præſtetur habentem ſpeciale mandatum.*
20 *Electione fori, ſivè variatione facta, nulla electi judicis expectata inhibitione; judicis procedentis manus ligatæ dicuntur.*
*Nùm Judex variatus: terminum varianti præfigere valeat, ut ad electum Judicem, actorum transmiſſionem procuret?* ex Imbrian. *improbatur* Danz. *num.21.*
22 *Variare Judicem, quot vices perſonis privilegiatis permiſſum?*
23 *Judicem variare: cùr perſonis privilegiatis minimè permittatur hac in Civitate?*
24 *Electo M. C. V. foro, Miſerabilis perſona quandò ad Baronalem curiam variare valeat, ſecundùm* Regent. De Marin.
25 *Electio fori, an adverſùs Macanicam exercentes artem in hac Civitate proprium habentes tribunal obtineat?*
*Quìd in ſubdito magni Admiratus maris? num.26.*
*Aut artis lanæ ſubjecto? num.27.*
*Vel in ſubdito artis ſerici? num.28.*
*& in portulano, Vidua dotem repetente? num.29.*
30 *Privilegium miſerationis poſt litem motam ſuperveniente, nùm operetur?* Mart. *ſtat contrà* De Franch. Gochier, & alios. *ſed ſequitur ſententia* D. Reg. Merlin. *num.* 32.
31 *Paganus de crimine accuſatus, ſi Miles efficiatur, coràm militum Judice accuſatio proſequenda.*
33 *Privilegium electionis fori in ceſſionarii beneficium non tranſit.*
34 *Regula conquaſſationis privilegiorum, in reſtitutionibus ad pinguius probandum non obtinet.*

Pro-

Digitized by Google

*Procedere verò in reſtitutione in integrum adverſus ſententiam implorata, decernit* D. Reg. de Marin. *num.*35.

1 DOM. Giza. laborioſus quidèm vir de majore in dignitate, qualitèr præferendus, vel puniendus veniat; Obſervans hanc D.Regentis noſtri Deciſionem ediſſerit, Ego verò non extrà aleam D. Regentem San-
2 felicium *in Deciſ.*358.*tom.*3.eandèm compilaſſe determinationem Obſervo, Patet nampuè Privilegiatum adversùs alium privilegiatum fori privilegio de quo *in L. unic. C. quand. imperat. int. pupill.* Donell. & Oſuald. *in lib.*17.*Comm.cap.*20.Velaſc.*De Privileg.pauper.part.* 3. *quæſt.* 3. Alfaro *De Offic. fiſcal.gloſſ.*16. *privileg.* 36. *num.* 143. Rebuff. *ad Conſtit. Franc. tit. De Sent. proviſion. gloſſ. fin. col.* 4. Barboſ. *in Remiſs. ad Ordinat. Reg. luſitan.lib.*3. *tit.*1. §. 3. Schifordeger. *lib.* 2. *tract.* 24. Borrell. *in ſumm. Deciſ. tit.*56. *tom.*1. Caſtill. *controv.*25. *tom.* 3. Novar. *in prax. elect. for.* Lara *De Vit.*
3 *homin. cap.* 21. non potiri ex Rit. M.C.V. 228. & probant Joan.Franc.Capiblanc. *De Baronib. tom.*1.*pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 350. Reg. Sanfelic. *in Deciſ.*73. *tom.*1. Lambertin.*De Contract.qui ſin.ſolemn.* §.*fin.num.*124. *quæſt.* 36. Rota Peruſin. *in Deciſ.* 54. *num.* 8. *part.* 1. Maſtrill. *in Deciſ.*280. Natt. *in conſ.*414.*vol.*1.Crot. *in conſ.*94.*num.*7. Mart. *De Juriſdict.part.*2. *cap.*21.*num.* 11. Tomas. *De Diſpoſit. ad gias cauſ. tit.* 2. *cap.* 219. *num.*318. Borgnin. Cavalcan. qui ſic Deciſum dicit *in Deciſ. Fivizan.*30. *num.*17. *tom.*1. Conſil. Petr. *in citat. Rit.* 228. *tom.*2. & *Rit.*231. *num.* 2. De Luc. *in Obſervat. ad De Franch.*188. *num.*1.D. Hieronym.Calà *in tract. De In Integr. reſtitut.minorib. quandoq.deuegand. quæſt.*27. *num.*27. & 28. *quæſt.*35. *num.*4.& *quæſt.*42.*num.*42. ac D.Joan. Leonard.Rodoer. *in conſ.* 33. *num.*38. proptèr quod actor privilegiatus, rei privilegiati forum ſequi debere ſtatuit Novar. *De Elect.&*
4 *Variat.for.lib.*1.*ſect.*3.*cap.*62. adeoùt ſi apùd domicilii Judicem in jus non fuiſſet vocatus, alium judicem adire non teneretur: proptèr Baronis præjudicium, ut Deciſum dicit Rovit.teſte eodem D.Conſil.Petr. *in indicat. Rit.*231.*num.*3.
5 Sanè verò firmatam concluſionem in illo privilegiato procedere, adversùs privilegiatum pari privilegio ſuffultum agente ſunt voti Conſil. Carleval. *in tract.De Judic. lib.*1. *tit.*1. *Diſput.*2.*quæſt.*6. *ſect.*7.*n.* 633. Severin.*ad Sanfelic. in allegat.Deciſ.*358. *verſ.addo Alex. Trentacinq.* Marcell. Calà *in tract. De Mod. articuland. gloſſ.*1.§.1. *num.*81. At ſecùs ſi alterius pri-
6 vilegiati privilegium major privilegio ſit D. Reg. noſter *hìc* Borgnin. Cavalcan. *in cit. Deciſ.* 30. *tom.* 1.*à num.*33. De Marin. *tom.*2. *Reſolut.* 47.*ex num.*13.
7 Undè dixit D.Hieronym. Calà *in citat.quæſt.*35.*num.* 7. privilegiatum in genere, & in ſpecie præferri illi, qui eſt privilegiatus in genere tantùm, & dixerat Anton.Fab.*in lib.*1.*Codic.tit.*2. *Diffinit.*86.*num.*17. quic-
8 quid ſibi De Franch. contendat *in citat. Deciſ.* 188. majus, vel minus privilegium non dari intèr eaſdèm perſonas eundèm gaudentes privilegium.
9 Hìnc eſt, quod etsì viduæ privilegium, cum pupillo litem habente quieſcat, quia illius privilegium eſt per accidens, pupillus verò natura privilegiatus dicitur, Urſill. *ad Afflict. in Deciſ.*56. Grimald. *ad Tartagl. in prax. cap.*2. *num.*59. Covar. *quæſt.*8. *num.*4. Salgad. *De Retent. Bullar. part.*2. *cap.*31. *num.*33. & probat text.*in L.qui habet tutorem.ff. De Tutel.* At Pu-
10 pilli electionis, & variationis fori privilegium ſilet, concurrente fori electione à Clerico facta ob injuriam in ſui perſonam illatam, etenìm ejus offenſa Deum tangit, & Eccleſiam, ut elegantèr tradit De Marin. *in al-*
11 *legat. Reſolut.*47. & de electione fori facta, à Clerico adversùs viduam verba faciunt, Joan. Bapt. Thor. *in ſupplem.compend. verb.electio fori*, & De Luc. *loc.indi-*
*cat. num.*3. & comprobant perbellè Cevall. *De Cognit. per viam violent.part.*2.*quæſt.*59.Borrell.*in compend. Deciſ.Tit. De Elect.fori.num.*138.*part.*1. Jul.Cæſ. Imbrian. *in tract. De Prim. & ſecund. Benefic. conſid.* 5.*num.*159.
12 Et voluit ampliùs Joan. Mar. Novar. *in adduct. quæſt.*52. *ſect.*3.& *in quæſt. forenſ.*7. *tom.*1. idem electionis, atquè variationis fori privilegium Clerico quoquè competere, ratione offenſæ conſanguineis ſuis illatæ, & adamuſsìm concordant Epiſcop. Genuenſ. *in prax. Cur. Archiep. cap.*34.*num.*5. Thor. *in Compend. Deciſ. Cur. Archiep.Neap. verb. agere an poſſit Clericus.* Conſil. Petr. *in Rit.*229.*num.*7.
13 Succeſſivè inquirendum eſt; nùm Clericis pro bonis patrimonialibus agentibus electio, ſivè fori variatio competat?
14 Affirmativum placitum ſubſtinent allegati per D. Conſil.Petr. *in cit. Rit.*229.*num.*3.atquè per De Luc. *ad De Franch. in Obſervat.*597. *num.*2. etenìm dona-
15 tum clerico ad titulum patrimonii, dicitur ſpiritualis merces Mar. Antonin. Maceratenſ. *lib.*1. *Reſolut.*88.
16 *num.*1.ſupèr quo gaudet omnibus privilegiis, quibus Eccleſia fruitur *cap.fin. & ibi* Gloſs. *De Vit. & Honeſtat. Clericor.*Leonard.Duard. *in Comment.ad Bull.Cœn. Domin.lib.*2. *can.*18. *quæſt.*5. *num.*8. Gratian. *tom.*1. *Diſcept.*159.*num.*27. Cened. *pract. quæſt.lib.*1. *quæſt.* 11. Menoch. *De Recuperand.remed.*15.*num.*21.
17 Contrarium tamèn veriſſimum fatentur. Marcell. Calà *loc.allegat. num.*87. Carleval. *ubi ſup. lib.*1.*tit.*1. *Diſput.*2.*quæſt.*6.*ſect.*27. *num.*587. De Franch. *in Deciſ.*234.*num.*4. & *in Deciſ.*597. Duard. *loc.citat.num.* 2. Mart. *indicat.part.*2.*cap.*30. *num.*19.D.Conſil.Petr. qui alios colligit.*loc.nupèr allegat.num.*2. etenìm vulgatum illud, bona patrimonialia clericorum eadèm habere privilegia, quæ habent Eccleſiæ, intelligi debet in caſibus ſpecialitèr à jure expreſſis, teſte Viv. *in ſuis Commun. verb. Clericus in bonis*; & quod Clericorum bona ab Eccleſiaſticis differant, nec pari utantur privilegio, ex multis probavimus *in Obſervat.*91.*num.*6. *in med.*
18 Modò hìc adnectere liceat, copulativè duo, ut fori electio obtineat in Regno, concurrere debere, ut puta perſonæ miſerabilitas, atquè adverſæ partis perhorreſcētia ſolo probata juramento, teſtibus D.Merlin.*centur.*1. *Controv.*86.Prat.*Diſcept.*13.*tom.*1.& *Diſcept.*17. *tom.*3. De Franch.*in Deciſ.*258.Capiblanc.*loc.cit.n.*342.indicās *ibidèm* in Civilibus ſatìs eſſe, ut per procuratorèm ha-
19 bentem ſpeciale mandatum tale præſtetur juramentum, & probat Muſcatell. *in prax. lib.*1. *Gloſſ. competentes. num.*78. quod tamèn in criminalibus non admittunt Capiblanc. *ibid. num.*337. Alex. Trentacinq. *Reſolut.*2.*Tit. De Citat.num.*13.*lib.*2. Gallup. *in prax. S. R. C. part.*2. *cap.*6. *num.*56. & Campan. *De forjud.*
20 *reſol.*6.*num.*45. tantiquè ponderis eſt, ut ea electio, in alium forum, ſivè fori variatio, ſimplicitèr à parte facta, nulla judicis expectata Inhibitione ſtatìm Judicis procedentis manus liget, nè ampliùs ad ulteria judicium protendere valeat. De Franch. *in Deciſ.*294. Maur.Burg. *De Laudem.part.*3.*inſpect.*4.*num.*21. Maſtrill. *in Deciſ.*127. *num.*3. Gallup. *loc.cit.* beneverùm eſt, quod attenta Pragm.10. *De Offic. Judic.* Judicem
21 terminum varianti præfigere poſſe, ut ad Judicem electum, actorum tranſmiſſionem procuret, dixit Eliſæus Danz. *tom.*2.*De Pugn.Doctor. Tit. de Elect.for. & for.competent. cap.*2. *num.*30. Cujus placitum in praxi improbatum refert Imbrian. *in cit. tract. de Prim. & ſecund.benefic.Conſiderat.*5. *num.*29. & 30.
22 Hoc verò variationis privilegium, quamquàm perſonis privilegiatis bis, & ter in eadèm cauſa competat, Reg.De Marin. *tom.*2. *Reſol.*48. *num.*23. tamèn in hac
23 Civitate non admitti, ubi ſtante Proregis præſentia, perhorreſcentiam non præſumi, ajunt Prat. *in cit. Diſcept.*



Digitized by Google

Diſcept.17.D.Merlin. in Controv.100.cent.1.& alii pe-
nès D. Conſil. Petr. in Rit. 233. num.20. quod neſcio
cùr De Marin. loc. cit. admittere non videatur; ſta-
24 tuens electa in forum M.C.V. perſonam miſerabilem
ad Baronalem curiam variare poſſe, & à Curia Baronis
iterùm ad M. C. recurrere, At ſibi mèt ipſe reſiſtit in
criminali cauſa eod.tom.2. Reſolut.243.

Inveſtigandum inſurgit; nùm hoc variationis fori
privilegium hac in Civitate adversùs perſonas mæca-
25 nicam exercentes artem, proprium habentes tribunal
obtineat? affirmat Novar. in citat. tract. De Elect.for.
26 part.2.ſect.3. quæſt.27. contrà ſubditos Magni Admi-
ratus maris, atquè etiam in electione facta contrà
27 quemdam artem lanæ exercentem in ſect.2.quæſt.43.
& firmat Determinatione Thor. in compend. part.3.
verb. remiſſio cauſæ petita per aliquem ſubditum, quia
tale tribunal contrà miſerabiles perſonas, privilegium
28 non habet. Contrarium in ſubdito artis ſerici Deciſum
dicit Tap. in Deciſ. S. R. C. 3. num.5.& in Portulano,
29 quamvìs Vidua actrix dotis ſuæ repetitionem peteret,
cauſa ſatìs apta ad electionem fori obtinendum ſecun-
dum Carleval. loc.cit.lib.1.tit.1. Diſput.2.quæſt.6.ſect.
7.num.556. idem teſtatur Ganaver. in Deciſ.55.

30 At quìd dicam miſerabilium perſonarum privilegio
ſuperveniente poſt litem motam: an fori admittatur
variatio? Negant authoritate l.ſi quis poſteà quam 7.
De Judic. Gratian. in Diſcept.421.num.22. De Franch.
in Deciſ.544. num.3. & ibi De Luc. Giurb. in Deciſ.
23.& 82. Cochier. De Juriſdict.tom.1.part.2.quæſt.16.
& 19. Tuſc. cit. F. concluſ.445. Craſs. De Except. cap.3.
31 num.38. Contrarium tamèn inſinuat Mart. in citat.
tract. De Juriſdict. part.4. centur.2. caſ.125. num.19.
quia mutata conditione perſonæ, mutatur ſtatus rei,
propterèa paganus de crimine accuſatus, ſi miles effi-
ciatur, non coràm primò, ſed ſecundò Judice, accu-
ſatio proſequenda eſt l.qui cum uno,§.reus.ff.De Re mi-
litar. l.hos accuſare, §.1.ff. De Accuſat. & latiùs probat
32 idem Mart. ibid.caſ.121. ſed hac in re D.Reg.Merlin.
ſententia arridet in controv.81. num.6.tom.1. ut diſpo-
ſitio text. in cit. l.ſi quis poſteà quam. in actore non ap-
plicetur, nequè in reo, cui citrà voluntarium factum
poſt litem motam fori superveniret privilegium Car-
leval. loc.citat. Diſput.2.quæſt.6.ſect.7.num.635. Mele
ad Gizzarell.in Deciſ.65.ſub nu.9. Maſull. ad Capyc. in
Deciſ.51.num.13. Ricc. in Collect.1634. Rodoer. ad De
Marin. Reſolut.54.num.8. Novar. in cit.tract.De Elect.
for.ſect.4. quæſt.13. De Luc. loc.citat. num.4. & Gre-
gor.Motill. in prax.tit. De Grad.citationis, num.246.
cum ſequent.

33 Et quod privilegium, de quo verba facimus miſe-
rabilem non egrediatur perſonam, adeoùt cum re-
ceſſione, minimè in ceſſionarium tranſeat, ſunt voti
Gregor. Lopez in l.64. tit.18. gloſ. verb. en los daños.
part.3. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap.47. num.134.
tom.1. Schifordeger. in ſup. alleg. tract.24.quæſt.2.

34 Deniquè velùt pro Colophone monitos velim, rei
gulam conquaſſationis privilegii in reſtitutionibus ad
pinguius probandum, non obtineri, Mele ad Gizza-
rell.in Deciſ.1.num.120.Rodoer.Marant. in ſpecul.part.
6.verb. & quandoquè appellatur. ex num.97. Jul. Cæſ.
Imbrian. in indicat. tract. de prim. & ſecund. Benefici
35 Conſiderat.1.num.38. & 39. Contrarium in integrum
reſtitutione adversùs ſententiam implorata, decernit
De Marin. tom.2. Reſolut.200.num.14. cujus dictum,
quandò veritate nitatur, Nos alibi ſcriptum reli-
quimus.

## OBSERVATIO

### IN DECISIONE CXCVI.

### SUMMÆ.

1 *Contractus Emptionis venditionis ſolo perficitur con-
ſenſu.*
2 *Emptionis venditionis contractus, perfectus eſt, ſi mu-
tuo conſenſu de re, & pretio conventum ſit.* Com-
probatur D.Reg.noſter.
3 *Contractus mutui: quandò perfectus dicatur?*
4 *Rei venditæ Dominium, quandò in emptorem tran-
ſeat? & num.5.*
6 *Contractu venditionis perfecto, rei venditæ periculum
in emptorem tranſit.*
7 *Dominium non eſt de ſubſtantia venditionis.*
8 *Solutio, quæ fit per cedulam bancariam dicitur facta
pecunia præſenti.* Comprobatur D.Reg. noſter.
9 *Dominium, & poſſeſſio pecuniæ per giratam, ſivè ceſ-
ſionem in ceſſionarium, ſivè giratarium tranſit,
quamquàm pecunia à Banco amota non ſit, nèc ſu-
pèr illa girantis ſivè cedentis creditores hypotheca-
rii nullam habent actionem,* cum Deciſ.noviſſ. *num.*
10.12.13.14.15.
*Nec ſupèr illa cadit avocatio num.*16.
11 D. Flaminius Sanbiaſe, *cum laude memoratur.*
*Deciſionis adducitur ratio.num.*13.
17 *Periculum nominis ceſſi in ceſſionarium quandò tran-
ſeat? & num.*18.
19 *Adducitur Diſpoſitio* Text. in l. qui decem. ff. de
Solut.
20 *Acceptans litteras cambii, quandò teneatur, ſi ſcri-
bens foro ceſſerit? & num.*21. Comprobatur D.
Reg. noſter.
22 *Creditor: adversùs litterarum datorem, ſivè ceden-
tem, quandò agere valeat? & num.*23.
24 *Nummularius fraudulentèr decoctus, nùm immuni-
tate Eccleſiaſtica gaudeat?* D. Gizz. *ex aliis com-
probatus reiicit* D.Reg.noſtrum.
*Referuntur* D.Regentis noſtri *ſequaces num.*25.
*Adducitur placitum* Oldrad.& Soccin. *num.*26.
*Traditur ſententia* P. Petr. Gambacurt Societ. Jeſ.
*num.*27.
*Occurritur* Gratiano, & D.Gizz. *num.*30.
28 *Decoctores, quibus aſſimilentur.*
29 .... *ad inſtàr graſſatorum puniendos ſtatuit* B.
Pius V.
31 .... *miſerabili ceſſionis bonorum beneficio privantur.*
Comprobatur D.Reg.noſter.
32 *Decoctoribus induciæ non proſunt.*
33 *Nequè ullo ſalvo conducto illos gaudere, qui dixerit.*
34 *Partitis extractis, à libris Banci plena adhibetur fides.*
Comprobatur D.Reg.noſter.
35 *Debitor vigore partitæ banci, qua actione convenien-
dus? & num.*36.

1 EMptionis venditionis contractum, ſolo perfic.
conſenſu, ſtatutum legitur in l.in venditione.ff.
De Contrah.empt. & probant Mozz. De Contract. tit.de
Empt.& vendit.in Rub. De Subſtant.ex num.1. Jacob.
Cancer. var. reſolut. lib.1. cap.12. num.1. Martin. Bo-
nacin. De Contract. & reſtitut. Diſput.3. quæſt.2.punct.
1.num.4. Mar.Antonin. Maceratenſ. lib.2. Reſolut.57.
num.79. propterèa concludit D. Reg. noſter num.15.
2 quotiès mutuo conſenſu de re, & pretio conventum
eſt; venditionis contractum perfectum dici. l.2.§.1.ff.
De Contrah.Empt. l.9.C.eod. tit. Giurb. in Obſervat.83.
num.4.

Digitized by Google

3 num.4 part.1. At in mutuo, quia illud re, non conventione ſivè conſenſu fit, pretii numertionem neceſſariam eſſe ſumitur ex l.9.§.numeravi.ff.De Reb.credit.& tradit luculentèr Joan.Harppręc.in lib.3.Inſtit.tit. De Empt.& vendit.num.78.col.893.

4 Patet verò ſolam pretii, atquè rei conventionem ſatìs non eſſe, ut fundi dominium abſquè effectiva pretii ſolutione, in emptorem tranſeat, in l.quod vendidi 19.& in l.aut res 53.ff.De Contrah.empt.l. ex empto 11. ff.De Action.empt.§. vendita. Inſtit. De rer. Diviſ. Cyriac. in controv.164.num.6.& in controv.425. num.60.
5 Urceol. tom.1 .conſult.5. num.8. Niſi de pretio fuiſſet habita fides, Garſ. Maſtril. in Deciſ.143.num.17. Antonin. loc.indicat.Deſolat.60. caſ.42. verſ.1. Reg. Merlin. controv.26.tom.1. & Joan.Dominic. Gait. in tract. De Credit.cap.4.quæſit.7.ex num.439.

6 Perfecto igitùr contractu, quamquàm res vendita tradita non ſit, illius periculum in emptorem tranſit l.neceſſario, §.ſi ita res.ff. de Pericul. & Comod. rei vendit.§.cum autèm. De Empt.& vendit., & latè ſcribunt Caſtro Palao De Juſtit. part.7. Diſput.5.punct.14. num.2. Anton. Fab. De Conject.lib.2. cap.4. Bachov. in allegat.§.cum autèm.pagin.803.& ibi Harppreſt. num. 2. Sperell.part.2.Deciſ.119.num.43.& poſt alios Achill. De Mattarell. penès Urceol.loc.allegat. num.72. & 75.
7 Dominium, namquè de ſubſtantia venditionis non eſt l.ſi ita 25.& l.cum venderes 59.ff.De Contrah.empt. Mozz. loc.cit.tit.De Natural.ex num.9.

8 Obſervo ſecundò, ſolutionem, quæ fit per cedulam bancariam, præſenti pecunia, dici factam. D.Reg.noſter num.21. D.Merlin. citat.tom.1.controv.82.num.5. Sanfelic.in Deciſ.157.num.6. tom.2.& Olea De Ceſſion. jur.tit.7.quæſt.3.num.41.& ex eo comprobatur, nàm
9 ſi tibi giravero cedulam in libris banci meo nomine deſcriptam, licèt pecuniam à banco non amoveris,nèc nomine tuo in eiſdèm libris illam deſcribi curaveris, creditores mei quantumcumque hypothecarii, ſupèr eadèm pecunia, nullam habent actionem, cum per giratam dominium, & poſſeſſio tranſlati ſint in beneficium tui Rovit.qui ſic determinatum refert.in Deciſ. 13. Joan. Mar. Novar. lib.1. quæſt.166. & Sanfelic. in adduct.Deciſ.157.& paritèr per S.R.C. fuit Deciſum in
10 cauſa Hæredum quondàm Franciſci Cocinella cum Ill. Principe Miſapiæ, etenìm receptis à Cocinella in pretium aliquorum animalium à Joanne Maſuccio,aliquibus cedulis bācariis vulgò fedi diCredito Banci Sanctiſſimæ Annunciatæ ducatorum quincentum, eidèm Cocinella in albo giratis à Joanne De Hyppolito, adita tabula nummularia, amota pecunia reperta ab hæredibus Benedicti De Angelis creditoribus cum hypotheca prædicti Joannis De Hyppolito in cujus creditum pecunia in libris banci reperiebatur deſcripta; Die 30. Januarii 1660. Referente in S. R. C. Regio Conſiliario Ill. Marchione Latertiæ, ordinatum fuit, quod facto depoſito per dictos hæredes De Angelis prædictorum ducatorum quincentum infrà quatuor dies audiantur partes; quod & alio ejudèm S.R.C.Decreto fuit confir-
11 matum ſub patrocinio Noſtro, ac D.Flaminii Sanbiaſe, eruditi J.C. & natalibus clari, pro ut eſt videre in proceſſu in Banca Pariſii, nùnc De Fuſco, & paritèr pluries idem determinatum invenies in proceſſu creditorum Franciſci Venuſo in Banca Lombardi.

12 Et in cauſa Antonii Ficaccio, cui Placidus Curtius cedulam nummulariam Banci ſacri Montis Pauperum giraverat, ab eodèm Antonio giratam poſtmodùm Lucæ Humera, Pecunia à Banco à Creditoribus Curtii amota; Revocato Decreto S.R.C. per quod ordinatum extiterat Antonium debuiſſe ſolvere pecuniam in cedula contentam Humeræ ſuo giratario. Die 10.Martii 1673. in gradu reclamationis Me pro Antonio patrocinante Decretum fuit Antonium ab Humera non moleſtandum, cui reſervata fuere jura adverſus Bancum Montis Pauperum, & Curtium: votantibus Dominis Regiis Conſiliariis Eraſmo De Ponte, Paulo Jannettaſio, Aloyſio Maria Macedonio cauſæ Commiſſario, Michaele Muſettula, D.Petro Guerrero, & D.Antonio
13 De Silva, Ratio Deciſionis ea fuit, nam tempore, quò Antonius, Humeræ cedulam ceſſit, ſivè giravit, pecunia in Banco non adhùc à Creditoribus Curtii fuerat amota, atquè etiam per multos dies poſt, ac proindè
14 ſicùt virtute giratæ, ſeù ceſſionis dominium, & poſſeſſio erant tranſlata in Humeræ beneficium,argum.text. in l. pecuniam, ubi Gloſſ. verb. mea. ff. De Solut. Sanfelic. loc. citat. num. 7. adeoùt verè, & realitèr pecu-
15 niam eidèm ſolutam fuiſſe cenſeretur, argum. l. qui chirographum. ff. De Legat. 3. Bartol. in l.ſoluturus, num. 1. ff. De Solution Reg. Merlin. in indicat. controv. 82. num. 5. intantum quod ceſſet avocationis
16 actio, nè Mundus involvatur litibus, Cartar. in Deciſ. Gen. 19. latè Novar. loc. citat. & egregiè Joan. Petr. Fontanell. De Pact. nuptialib. tom. 1. clauſ. 8. gloſſ.
17 5. part.7. à num.6. ad 22. Ità, & periculum in giratarium, ſeù ceſſionarium tranſierat: ſatìs namquè Antonio fuit pecuniam ceſſionis tempore explicitam in
18 banco fuiſſe, nè in ipſum, Humera, mora accedente, pecunia perdita regreſſum habere potuiſſet, Hermoſill. in l. 9. tit. 2. part. 5. gloſſ. 6. & in l. 8. tit. 1. part. 5. gloſſ. 3. num. 13. Anton. Fab. De Errorib. Pragma-
19 tic. Decad. 18. error. 10. & decidit Text. in l. qui decem, ibi etenìm non eſt æquùm teneri pecunia amiſſa: quia non teneretur ſi creditor accipere voluiſſet, quarè ſoluto id, in quo creditor accipiendo moram fecit oportet eſſe.ff.De Solut.optimè Olea loc. citat. & memini in Obſervat.20.num.7.

20 Obſervo tertiò num.24. Mercatorem, qui litteras cambii acceptavit, ad ſolutionem teneri, quamquàm ſcribens pendente ſolutione foro ceſſerit, & probant idem D.Reg.noſter lib.1.Conſult.42. num.16. & tom.1. Deciſ.20.num.1. & ibi Gizz. atquè alii per Nos in ead. Obſervat.20.num.12. quibus addimus Maſtrill. in Deciſ.121. De Franch. in Deciſ.303. & ibi De Luc.num. 1. & ibidèm ſtatuimus hanc non obtinere concluſio-
21 nem, quotiès acceptatio litterarum poſt decoctionem ſequuta eſſet, etenìm cum acceptans, ſcribentis fidejuſſor habeatur, credendum eſt, quod acceptando litteras, ſcribentis decoctionis ignarus, mandatum per decoctionem extinctum, adhùc durare, ex multis farinæ viris, quibus modò ſubnectimus Ann.in conſ.82. à num.11. Amendol. ad De Franch.in Deciſ.303. 498. & 502.num.3. Gallup. in prax. part.2.cap.23. num.3. Foller. ad Marant.in prax.part.6.act.6.

22 Extrà ordinem liceat advertere, quod ad hoc, ut contrà litterarum datorem, creditor agere valeat, ſivè contrà cedentem regreſſum obtineat, priùs de excuſſione facta in bonis debitoris ceſſi conſtare debeat, ut plenè fundant Joan. Petr. Fontanell. in Deciſ.124. & 125. Cyriac. controv.374. ex num.28. & controv.375. lib.2. Guzman.De Eviction.quæſt.35. num.62.verſ.ergò actionem.Scacc.De Camb.§.2.gloſſ.5.à num.254. qui nu. 268. concluſionem limitat, quotiès liquido conſtaret
23 bona debitoris ſatìs eſſe oneribus involuta,atquè adèo difficilis exactionis,ac in idem venit Fab. in ſuo Codic. tit.De Pignorib. Diffin.29.& quod ad id ſufficiat, fuiſſe creditorum concurſum formatum, fuerunt voti Salgad. in labyrint. part.1. cap.23. & Noguerol. in Alleg. 2.ex num.113.

24 Quartò Nobis obſervandum, an nummularius fraudulentèr decoctus, immunitate Eccleſiaſtica gaudeat? Negativam ſententiam authoritate Boer.ſtatuit D.Reg. noſter num.26. Reiicit verò illam laborioſè nimis D. Gizz. ex num.13. cum caſus iſte, non ſit de exceptuatis in Bull. Gregor. XIV. & in idem deſcendunt ultrà congeſtos per ipſum Anaſtaſ. Germon.lib.3.De Sacror. immunit.cap.7. num.99. Caſtro Palao tom.2. tract.11.

Diſput.

Digitized by Google

*Diſput.unic.punct.*8.Fagundez *in* 2.*precept.Eccleſ.lib.*
4.*cap.*4.*num.*53. Martin. Bonacin. *De Cenſur. Diſp.*3.
*quæſt.*7. §.2. *num.*2. Suarez *tom.*1. *De Relig. tract.*2.
*cap.*11. *num.*3. & Villalob. *part.*2. *tract.*39. *Diff.*7. *à*
*num.*18.
25 At partem D. Reg. noſtri defendunt Covar.Farinac.
Guttierez. Decian. Rodriquez. Joan. De la Cruz. Bo-
vadill. Villadieg. Sarp. Tander. Pellegr. & alii allegati
per Thom. Del Bene *in tract. De Immunit.cap.*16.*Du-*
*bit.*11. *ſect.*6.*num.*3. Remig. *in ſimili tract. De Immu-*
*nitat.fallent.*38.*num.*1. *tom.*13.*tract.part.*1. Reg. Tap.
*in Rubr. De Nummular.* Rebuff. *De Immunit. Eccleſ.*
*art.*1.*gloſſ.*2.*tom.*2.*pagin.*339. & per Eliſ. Danz.*tom.*3.
*De Pugn.Doctor.cap.*11.*pagin.*515.
26 Placuit tamen aliis de eo ſtandum eſſe locorum con-
ſuetudini, teſtibus Oldrad. *in conſ.*54.*num.*2.& Soccin.
*De Citat.artic.*17.*num.*42.
27 Sed P. Petr. Gambacurt. Societat.Jeſ.*in tract.De Im-*
*munit.Eccleſ.lib.*4.*cap.*15.*num.*4.*verſ.Obærati.*fuit vo-
ti, Decoctores iſtos attenta Bulla Gregor.XIV. ſi civi-
litèr quærantur, ad debiti ſolutionem, quìn illi im-
munitate gaudeant dubitandum non eſſe, at ſi crimi-
nalitèr contrarium: etenim cum Pontifex ille maxi-
mus eorum mentionem in narrativa feciſſet, in diſpo-
ſitiva verò ſub publici latronis nomine expreſſit,& re-
28 verà publicis latronibus ſimiles,ac valdè affines ſunt,
dum privatorum pecunias,ſub fide publica,& verbo re-
gio apùd eos depoſitatas,pompis,epuliſquè ac largis lu-
dis conſumunt; In eo verò diſſimiles,quod publicis la-
tronibus, famoſiſquè præcellunt, quarè capitaliore di-
gnos ſupplicio arbitror, illi namquè per vim, & frau-
dem bona extorquent, Nos ipſi apùd hos ſponte pecu-
niam deponimus; illi cum vitæ, ac famæ periculo
rapiunt, hi blandè accipiunt; illi ſe capere ad perden-
dum profitentur, iſti ſub publica fide ad conſervan-
dum; ab illis nobis cavere poſſumus, atquè tueri nos
armis, ab his minimè; illi vix multis annis, aut an-
norum millibus latrocinari poſſunt tantum brevi tem-
poris ferè momento decoquent, ut ad propoſitum di-
ſcurrunt Gambacurt. *loc. citat.* Gratian. *Diſcept.*380.
*num.*4. & concludit Conſtantin. Caſar. *in quæſt. pe-*
*regrin.*4.*&* 5.
29 Comprobatur P.Gambacurt. placitum,ex quo Bea-
tus Pius V. *in Bull.*116. hos decoctores puniendos ſan-
citus eſt, tamquàm publicarum viarum latrones. Fa-
rinac. *De Delict. quæſt.*26. *num.*29. & Caſar. *in cit.*
*quæſt.*5. *num.*23. *verſ.Pius*. ſi ergò publici habentur
latrones, ſub publici latronis nomine in Bull. Gregor.
comprehenſos venire fatendum eſt.
30 Et Gratiano *loc.citat.num.*33.fures in ſuppoſita ſpe-
cie, à publicis latronibus diſtinguente, facili occurri-
tur negotio: nam Bulla Pii non ſimplici furi, illos aſſi-
milari voluit, ſed graſſatoribus publicarum viarum,
Caſar. teſte *in cit. nu.*23. & admittit Gizz. *hìc nu.*14.
31 negat verò in Bulla Gregorii comprehenſos habe-
ri, quia in delictis ad ſimilia extentio facienda non eſt,
at juxtà Gambacurt. ſenſum in diplomate prædicto de-
coctor non per viam extenſivam, ſed diſpoſitivam ex-
ceptuatur. Ego tamèn aliis decidendum relinquo,quæ-
nàm ex tribus prædictis ſententiis ſit verior.
32 Quintò obſervandum ducor, decoctores de quibus
ſcribimus miſerabilis ceſſionis bonorum beneficio pri-
33 vari, teſtibus D.Reg. noſtro *num.*26. Gratian. *loc.cit.*
*num.*7.nequè illis inducias prodeſſe teſtatur Benvenut.
Strac. *De Decoct. part.*6. *num.*7. imò nullo ſalvo con-
34 ductu gaudere dixit Petr. De Gregor. *lib.*22. *cap.*7.
*num.*6.
35 Poſtremò adnotare debeo partitis extractis ex libris
Banci plenam adhiberi fidem D. Reg. noſter *num.*27.
probat Bartol. *in l. quadàm*, *§.nummularios*, *ff. De*
36 *Edend.* & ſumitur ex *l.illatæ, C.De Fid.Inſtr.* Bene ve-
rò ſi in jus ad ſolvendum vocandus ſit debitor, occa-
ſione quantitatis in partita contentæ ordinariè non exe-
cutivo modo proceditur; Niſi intèr Mercatores agere-
tur, & ad obumbrandum creditum, quicquàm pro-
duceretur in promptu, ut fuit Deciſum per S.R.C. re-
ferente tùnc Judice poſtmodùm Regio Conſiliario
Hyacinto Cangiano in cauſa Joannis Bernardini Cim-
mini, cùm Marco Cirino, & Carolo Carnone proceſ-
ſus nùnc eſt in Banca Andreæ De Martino.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXCVII.
### SUMMÆ.

1 *Sequeſtrum in litis ingreſſu probibitum utroquè jure.*
2 *Poſſeſſio, ſequeſtri inimica.*
3 *Sequeſtrum in judicio petitionis bæreditatis permit-*
*titur.*
4 . . . *timore, nè partes veniant ad arma conceditur.*
5 . . . *fit, dato, dilapidationis fructuum, dubio.*
6 . . . *conceditur, attento timore difficilis recupera-*
*tionis.*
7 . . . *in Judicio hypothecario concedi ſolitum.* Com-
probatur D.Reg.noſter.
8 . . . *fiſco petente, in Regalibus permiſſum.*
9 . . . *quibus aliis in cauſis toleratur? remiſſivè.*
10 *Pro obtinendo ſequeſtro, quæ debeant concurrere? &*
*num.*11.*&* 12.
13 *Sequeſtratio poſſeſſionem non tollit.* Comprobatur D
Reg.noſter.
14 *Creditor ſui debitoris procurator ad exigendum, ſibi-*
*metipſi ſatisfeciſſe præſumitur.* Comprobatur D.
Reg.noſter S.R.C. Deciſione.
15 D.Regii Conſiliarii D. Stephani Padilla, *laudes eme-*
*ritæ.*
16 *Mulier adminiſtratrix, quandò de dote ſibi debita ſa-*
*tisfacta præſumatur?*
17 *Matri tutrici petere intereſſe ob dotis retardatam ſo-*
*lutionem poſt annum luctus non permittitur.*
18 . . *dotem repetenti, quandò obſtet exceptio non reddi-*
*tæ rationis tutelæ filiorum? & num.*20.21.22.23.
*&* 24.
*Quìd de antefato? num.*19.
25 *Mulier conſtante matrimonio, an lucris maritalibus*
*renunciare valeat? & num.*26.27.28.29. *&* 30.
*Quìd in creditorum viri beneficium? num.*31.
32 *Renunciatio Diſpoſitioni* Auth. præterea, *in capitu-*
*lis matrimonialibus inita, ſubſtinetur.* Compro-
batur D.Reg.noſter.
33 *Sequeſtrum, quandò creditori, & debitori conſultum?*
*in præſenti Deciſionis ſpecie ſtatutum indicat* Reg.
Sanfelic.

1 Contenditur hìc de ſequeſtro; in ipſo litis initio
illius denegari petitionem, utroquè jure diffini-
tum eſt *in tit. De Sequeſtr. poſſeſſ. & fruct. & in C.tit.*
*De Probib.ſequeſtr.pecun.*probat D.Reg.noſter *hìc n.*1.&
diximus Nos *in Obſervat.*5. *num.*6. indè ſatìs eſſe, ut
2 ſequeſtratio conquieſcat, quis poſſidere ſtatuunt con-
geſti à Poſt. *De Manutent. Obſervat.*75. *num.*16. An-
ton.Fab. *in lib.*4.*Codic.tit.*3.*Diffin.*2.*num.*6.*& in lib.*8.
*tit.*3.*Diffin.*16. *num.*12. & à Rot. Roman. *in Deciſ.*11.
*num.*7.*in impreſſ.poſt Salead.in Labyrint.*
3 Niſi de in hæreditate immiſſione tractetur, quam-
quàm ambiguum concurret factum, occaſione habita
nè deterior alterius prætendentis conditio reddatur; ad
tradita per De Franch. *in Deciſ.*204. Staiban. *in Re-*
*ſolut.*41.*à num.*1. *tom.*1. Sanfelic. *in Deciſ.*211. *tom.*2.
Gizz.*in Obſervat.ad D. Reg. noſtrum* 5.*num.*2. & *ibid.*
Nos

Digitized by Google

Nos eundem à De Luc. defendentes. à num.8.
4 Timorem nè partes veniant ad arma, idem operare,
concinunt Rovit. in pragm.11.num.29.& 50.De Feud.
& Reverter. juxtà ordinem De Marin.in Deciſ.47.tom.
5 1. vel fructuum dilapidationis. Gizz. lib.1. Obſervat.
147.num.3.& in Obſervat.148.num.2.Joan.Bapt.Aſin.
in tract.De Exequut. §.3. cap.124. & 125. aut difficilis
6 recuperationis Stephan. Gratian. tom.1. Diſcept.114.
num.6.Jacob. Put. lib.2.Deciſ.150.num.3.& lib.3. De-
7 ciſ.249. idquè in judicio hypothecæ procedere conci-
nunt allegati ex D.Reg.noſtro num.29. & ex Reg.Mer-
8 lin. in controv.24.num.7.cent.1.Quìn præcipuè in Re-
galibus ſequeſtrum fiſco petente concedi ſoleat, ſunt
voti Sacca in conſ.5.num.105. Peregrin. in conſ.2.num.
21.vol.1. Reg.Galeot. in Reſponſ.fiſcal.12.ex num.391.
& Jacob.Cancer.lib.2.tit.De Sequeſtr.Reſolut.4.à num.
7. Alios tandèm caſus, in quibus in regulæ limitatio-
9 nem ſequeſtrum toleratur ex te videre poteris penès
Rodriq.& Addent. in tract. De Concurſ.part.1. artic.6.
à num.5. & Joan.Harppreck. in Comment.ad Inſtit. Ju-
ſtin.tom.3.tit.3.§.3.ex num.107.ad 128.
10 At, ſi quid pro ſequeſtratione obtinenda concurre-
re debeat ſcire cupias videſis Guid. Pap. in Deciſ.246.
11 & De Marin.ad Reverter.in Obſervat.ad cit.Deciſ.47.
num.2. præcipuè, ut de petentis pleno conſtare debeat
jure Claud. Cludius De Sequeſtr. cap.6. num.7. Mi-
chael Reinoſus in Obſervat.pract.37. nu.43. Sigiſmund.
Scacc. De Judic.lib.1.cap.38.num.12. Aloyſ. De Leo in
l.unic.C.De Prohib. ſequeſtr.pecun. Merend.lib.24.Con-
trov.35.num.89. & 101.& Bertol. ad Rodriq. loc.citat.
12 num.195. reo tamen citato. Guid.Pap. loc.cit. num.2.
& 3. Buratt. in Deciſ.186.num.8. Reg. Galeot. in con-
trov.24. num.51. & 52.tom.1. & Rot. Roman. in ead.
13 Deciſ.11.num.8.ſequeſtrum tandèm poſſeſſionem non
tollere, indicant Borrell. in ſumm. Deciſ.lib.2.tit.37.
De Sequeſtr. num.114. Staiban. tom.1. Reſol.83. num.
37.& tom.2. Reſolut.175. num.75. Stephan. Gratian.
tom.1. Diſcept.114.ex num.12.Reg.Galeot. in indicat.
Controv.24.num.57.Coraſ.lib.2. Miſcell.jur.cap.2.num.
12. Joan. Petr. Fontanell. De Pact. Nuptialib. clauſ.7.
gloſſ.3.part.10. num.22. tom.2. Menoch. De Retinend.
poſſeſſ.Remed.3.num.88.& 90. in fin.Coccin. in Deciſ.
278. num.1. Gaill. tom.1. Obſervat.5. num.10. & Ob-
ſervat.148. nu.8. & 9. & D. Reg. noſter in Deciſ.137.
num.6.
14 Obſervandum ſuccedit creditorem, qui ſui debito-
ris, ad exigendum procurationem exercuit ſibimèt
ſatisfeciſſe præſumendum, D.Reg.noſter num.14.Mer-
curial.Merlin.De Pignorib.lib.4.tit.5.quæſt.178.nu.6.&
memoro id Deciſum de Anno 1669. per S.R.C.in cau-
ſa Venerabilis Congregationis Sanctiſſimi Roſarii ere-
ctæ intus clauſtrum Sanctæ Catharinæ propè formel-
lum, cum Thoma Paſtore viro Lucretiæ Barlettæ re-
ferente D.Conſiliario D.Stephano Padilla viro ſcientia,
15 & conſcientia clariſſimo, concurrente tamèn tempo-
ris diuturnitate, proceſſus eſt in Banca Lombardi.
16 In Muliere adminiſtratrice, quod præſumatur de
ſua dote ſatisfacta, donèc adminiſtrationis ſuæ rationes
redditæ non ſint, ſcribunt Rot. Roman. in Deciſ.24.
num.4.in impreſſ.poſt cit.Salgad. & Mercurial. Merlin.
loc. indicat. num.5. modò tamèn in ejus manus perve-
niſſe tantam quantitatem liquido conſtet, ex qua com-
modè ſe ſatisfieri potuiſſet. Theſaur. quæſt.28. num.3.
lib.2. Zacch. De Obligat. Cameral. quæſt.17. num.49.
Mareſcot.lib.2.Reſol.121.num.68.Sabell.Reſol.8.à num.
44. Gratian. Diſcept. 129. num.21.40. & 41. & Mer-
lin.loc. cit. quæſt.33. lib.2. num.8. & lib.4. quæſt.178.
num.18.
17 Matrem tutricem petere non poſſe ob retardatam
dotis ſolutionem intereſſe poſt annum luctus demon-
ſtrant Caren. in Reſolut.114. num.3. Acoſt. De Privi-
leg. credit. regul.3. limit.2. num.47. Surd. De Ali-
ment. tit.3. quæſt.7. num.18. & in conſ.290. num.
33. ac Noguerol. in Alleg.40. num.30.
18 At matri dotem repetenti, non obſtare exceptionem
non redditæ rationis adminiſtrationis tutelæ, ſtatuunt
Conſil. Hodiern. ad Surd. in Deciſ.184. D.Joan. Bapt.
De Luc. in tract. De Cred. & Debit. Diſcurſ.61. & alii
per Carol. Anton.De Luc. ad De Franch.in Deciſ.642.
& ad Gratian. in cit. Diſcept.129. num.2. id ad Ante-
19 fatum authoritate D. Reg. noſtri extendentem, quod
probat Molfeſ. tom.2. in Addit. ad Conſuetud. quæſt.6.
20 num.7. etsì mater in tutelæ acceptationem omni le-
gum auxilio renunciaſſet ad poſita per De Roſ. in Con-
ſult.36.& in Alleg.123. apùd De Marin.
21 Retardari verò Matri ob non redditas rationes ad-
miniſtratæ tutelæ dotis repetitionem, & petitionem
antefati dixerunt Merlin. in citat.quæſt.178.ex num.2.
ad 11. & alii allegati per Rot. Roman. poſt eund. Mer-
22 lin. in Deciſ.22. num.2. quorum placitum interpre-
tandum brobo; ſi conſtaret, illam ex cauſæ admini-
ſtratæ tutelæ debitricem eſſe. Carol. Anton. De Luc.
23 ad Gratian. n.8. Vèl ſaltèm produceretur in promptu
ad ejus perveniſſe manus tantam quantitatem, ex hæ-
reditariis bonis, quibus de ſuo credito dotali ſatisfieri
poterat.Cavaler. in Deciſ. 453. num.2. Gallia in Conſ.
48. num.21. Signorol. in conſ.49. col.2. Nevizan. in
Conſ.57.num. 21. & De Luc.ad De Franch. loc.cit.nu.6.
24 idem ſi rationes adminiſtratæ tutelæ reddere fue-
rit in mora, firmant De Marin. in cit. Alleg.123. & D.
Joan. Bapt. De Luc. loc.alleg.
25 Mulier: an conſtante matrimonio lucris tàm quæſi-
tis, quàm quærendis renunciare valeat? Differendum
modò eſt. D. Reg. noſter num.44. remittit ſe ad Can-
cer.
26 Lucrorum maritalium renunciationem in tabulis
nuptialibus ſtipulatam defendunt Joan. Fab. in Com-
ment. ad Inſtit. tit. De Nupt. & in l.fideicommiſſo.C.
De Tranſact. Joan. Lup. in cap. per veſtras. De Donat.
intèr vir. & uxor.§.63. & Boer. ad Conſuetud. Bituri-
27 cenſ. De Conſuet.matr. & dohar.§.2. gloſſ.1. In quæſitis
loquitur affirmativè Guttierez lib. 2. quæſt.126. num.
28 5. idem in dotario accedente legitima cauſa docet Pel-
licc. ad Conſuetud. Anverſ. cap.4. num.134. & mulie-
29 rem eadèm accedente occaſione dotis conditionem de-
teriorem facere poſſe tradunt Cyriac. in controv.641.
num.19. & D. Conſil.Hodiern. in controverſ.16. num.
30 87. & validam fuiſſe declaratam donationem ab uxo-
re, viro factam de antefato ab ipſa ſuperlucrando poſt
illius fatum, ad hoc ut creditores vir dimittere valeret,
refert Joan. Bapt. Thor. in comp. Deciſ.part.2. verb.do-
natio facta per uxorem.
31 Eandèm lucrorum maritalium renunciationem, in
creditorum fraudem admiſſam oſtendunt Joan. Garſ.
De Conjug.quæſt. nu.148. Eſcob. De Puritat. ſanguin.
part.1.quæſt.7. ex num.22. Mieres quæſt.23. num.125.
part.4. & Guttierez loc.indicat.quæſt.127. At traditum
reſtringit Giurb. in querendis tantum ad Conſuetud.
Meſſan.cap.1. gloſſ.8. à num.8.& cap.10. gloſſ.8.à num.
1.videantur tamèn in contingentiis Seſſe in Deciſ.Ara-
gon.404. à num.35. lib.4. Vela in Diſſert.47. num.22.
Vander. in ſingul.80. Hermoſill. in l.55. gloſſ.2. tit.5.
part.5.ex nu.34. & Suarez in l.1.lib.3.tit.De Bon.acquiſ.
vir. & uxor.
32 Et illud quoquè tangam renunciationem Auth.præ-
tereà in capitulis matrimonialibus initam, & ſic tem-
pore contracti matrimonii, ſubſtinere ex Fontanell.
voluit D.Reg. noſt. eod.num.44.adde Cancer. var.part.
3. cap.15. num.331. & latiùs Jul. Capon. in tract. qui
inſcribitur De Dot. in l.2.ff.ſolut. matrim. quæſt.7. ex
num.62.
33 Demùm Obſervo Reg. Sanfelic. in Addit. ad tom.2.
Deciſ. verb.ſequeſtrum, retuliſſe in contingentia præ-
ſentis Deciſionem fuiſſe ex Regio Collaterali Conſilio
alterum interpoſitum Decretum, quod creditori, &
debitori conſultum fuit ſequeſtrum, adeas illum cum



Digitized by Google

caſus evenerit, & *in Addit. ad Deciſ.211.verſ.æquitatem ſcriptam*.

# OBSERVATIO
## IN DECISIONE CXCVIII.
### SUMMÆ.

1 *Præſentis Deciſionis fidem*; *conturbat* D.Caſar.
2 *Officiales Regiæ Cameræ ſi actores ſint, an reos ad ſuum Tribunal trahant?*
3 D.D.Hieronymus Calà, *cum laude, præſentis Deciſionis, obſervator adducitur*.
4 *Decreti præambuli, interpoſitio ad M.C.V. privativè pertinet*.
5 *Decretum præambuli per Curiam Baronalem interpoſitum, vel per Regiam Audientiam: quandò hac in Civitate fidem obtineat?*
6 *In Regia Theſaureria, qualitèr præambuli Decretum ab Auditore militum interpoſitum, admittatur?*
7 *Præambulum demortui Sacerdotis in Regno apùd laicum Judicem interponitur*.
8 *Decretum præambuli: in poſſeſſorio, nequè in petitorio præjudicium infert*.
9 *M.C.V. in interpoſitione Decreti præambuli cognoſcit De Diſpoſitione* l. fin. C. De Edict. Div. Adrian. Tollend.
10 *Decretum præambuli, litis pendentiam non inducit, Et quarè adinventum?*
11 *A Decreto præambuli: non admittitur appellatio formitèr ad S.R.C. & quarè?*
12 Deciſionis præſentis *conſideratur factum*.
13 *Reus in foro ſuo conveniendus eſt*.
14 *Officiales Regiæ Cameræ Summariæ: nùm forum ſuum renunciare valeant? Diſſident* D.Reg.noſter, & D.Reg.De Philip. *cum* D.Caſar.
15 *Actuarius S.R.C. nùm foro ſuo poſſit renunciare?*
16 *Regiam Cancellariam Regentes foro ſuo renunciare valent*.
17 *Clericus cùr foro ſuo renunciare nequeat?*
18 *Arrendatores, nùm cum Regia Camera paciſci valeant, ut eorum cauſa in eo tribunali cognoſcantur? vide num.28.& 29.*
19 *Legis condendi poteſtas meri imperii eſt*.
20 *Judici, contrà legem paciſci non permittitur*.
21 *Princeps Judicis non fungitur officio, neque Principis authoritas in ſanciendis legibus, Judicis Juriſdictio nominatur*.
22 *Judex legis ſervare tenetur*.
23 . . *ultra leges non extendit arbitrium*.
24 *Regia Camera Summariæ, quas cauſas cognoſcit?*
25 *Juriſdictio taxativa ad certas cauſas eſt improrogabilis, etiam parte conſenſiente, num.26*.
27 . . . . . *à Principe fluit, & in Principem refluit*.
28 *Avo, vel Avia exiſtente in medio, an Conſuetudo noſtræ Civitatis obtineat?*

1 Deciſionem iſtam non eſſe Deciſionem, ſed Decretum nullum, & ea quæ in illa D.Reg.noſter refert, eſſe partium motiva, non quod ipſe ità ſentiret, compilando, in illo etiam ſi Domini Camarales actores ſint habere proprium Judicem, pluries dixiſſe Conſtantino Caſaro, ipſe idem teſtatur *in quæſt.peregrin.22.*
2 *n.22. in fin. & quæſt.23. nu.20.* ſubſtinens inibi quod ſi Regiæ Cameræ Summariæ officiales, actores ſint nullo modò ad ſuum tribunal reos trahere poſſint; niſi ejuſdèm tribunalis ſubditi ſint, conantem evertere fundamenta *Deciſ.* Rovit.74. cui ſummoperè favet D. Reg.De Philip.*in Diſſert.20.* D.Reg. noſtri memor *nu.32. 33.& 48.*

3 At D. D. Hieronym. Calà vir humanitate pleniſſimus, clarus genere, expolitus eruditione, Juris conſultus maximus, ac de univerſa republica optimè meritus, hanc Deciſionem *in ſuo Tract. De In Integr. reſtitut.minorib.quand.denegand. quæſt.26. num.73.* his ipſiſſimis verbis ponderat. *Et ideò quia Sacrum Conſilium non poterat cognoſcere ſupèr judicio per Andream Campanile intentato, quia non erat de illis, quæ poterant expediri per ſacrum Conſilium, quemadmodùm Decretum præambuli expediri debuerat in M.C.V. ideò Decretum, & confirmatio præambuli non fuit remiſſa, & cauſam diffamationis, quæ non pertinebat ad M. C. nequè ad S.C. ad Tribunal Regiæ Cameræ remitti opus fuit; Et quemadmodùm hæredis declaratio, ex peculiari privilegio ſpectabat ad M. C. quam non licebat D. Præſidenti declinare, ità pari ratione, quia ſecundum judicium non pertinebat ad S. C. illud declinari poſſe Deciſum fuit*; Rectè quidèm nàm Decretum præam-
4 buli ex ſola M. C. V. interponitùr, mandantibus ſic *Rit.178. 181. & 286.* & per curias baronales Regni,
5 atquè Regias Audientias expeditum, licèt ejus interpoſitio valida judicetur hac in fideliſſima Civitate nulla adibetur fides niſi per M. C. V. confirmatum, teſte D. Conſil. Petr. *in cit. Rit. 181. nu. 12.* & conferunt tradita per Eliſæum Danz. *De Pugn. Doctor. tom.1. tit. De Præamb. ex num. 20. ad 25.* nequè in Regia The-
6 ſaureria præambulum factum coràm Auditore militum pro defunctis militibus admitti, ut hæredibus ſtipendia, atquè penſiones ſolvantur, niſi citato fiſco, & petitio ducatos decem non excedat, ſcribit De Marin. *in Arreſt. Reg. Cam.315. pagin. mihi* 859. & quod de-
7 mortui Sacerdotis præambulum in Regno Judex laicus, interponat, teſtantur Epiſcop. Bellet. *in Diſquiſ.Cleric. part. 1. §. 3. num.25.* Danz. *loc. citat. num.19.* Perier. *De Man. Reg. part.1. §. 3. num. 25.* & alii per D. Reg. noſtrum laudati *in Deciſ. 123. num. 8.* & per D. Petr. *num. 13.*
8 Præambuli, namquè Decretum in petitorio, vèl poſſeſſorio nullius eſt præjudicii Ann. *in Alleg.19. lib.1.* Sanfelic. *in Deciſ.210.num.3. verſ. hac quidèm. tom.2.* Joan.Bapt.Thor.*in compend. Deciſ. part.1.verb.præambulum factum.* Marott. *lib. 1. Contr. 3. num. 110.* Reg.
9 De Philip. *in Diſſert. 9. num. 33.* & quamquàm ipſa M. C. V. de requiſitis *l. fin. C. De Edict. Div. Adrian. tollend.* cognoſcat. D.Petr. *loc. cit. num. 28.* litis pen-
10 dentiam non inducit, cùm tantùm pro hæredis legitimatione adinventum ſit. Prat. *lib. 1. Diſcept. 13. ſub n.74.* Thor. *part.2.verb.præambulum.* Marott. *loc.cit. n. 107.* ut poſſit is defuncti jura activè, & paſſivè exercere. D.Petr. *loc. cit. num. 5.* & Reg. De Philip. *in ead. Diſſert.9. ex num. 28.* Nèc ex eo Decreto De S.R.C. ſtylo
11 appellationem committi, ſed tantùm, ut de interloquutorio decretationem de Verbo faciendo à M. C. V. ad S.R.C. concedi concinit D.Reg. noſter *in Deciſ.139. à num. 20.*
12 Ulteriùs veritate nititur petita hoc loco in ſupplici libello per Andream Campanile de teſtamenti nullitate, voluntatis defectu, quia Patris reverentia teſtatrix coacta, quid diverſum à præambuli Decreto continebat; cognito propterea ex tabularum teſtamenti exibitione, nullum vinculum viſibile inficiari, quìn de Decreti præambuli confirmatione potuiſſet dubitari, merito ad Regiam Cameram Summariæ cauſa fuit remiſ-
13 ſa, cum eo caſu Præſidens Cennamus conveniendus erat in foro ſuo *l. 7. & 10. C. ubi cauſ. fiſcal.* Petr. De Gregor. *Syntagm. jur. lib. 47. cap. 40. num. 24 verſ. jure Communi.* Carleval. *De Judic. lib.1. tit.1. Diſput. 2. quæſt.6. ſection.9. num.711.* De Marin. *ad Reverter. in Deciſ.7. & tom.3. Reſol. Alleg.136.* Creſpi De Valdaur. *in Obſervat.62. ex num.1. lib.2.* Reg. Galeot. *in Reſponſ. fiſcal. 1. à num. 100.* Sanfelic. *in Deciſ. 291. num.14. tom.2.* meminitquè hujus Deciſionis *in prax. judic. in addit. ſivè Deciſ. ad prax. pertin. pag.243. in fin. & 244.*

14 Mo-

Digitized by Google

14 Modò hìc ſtatuo ſi renunciari ex officiali Regiæ Cameræ Summariæ publico documento forum ſuum contingerit ſe Ritui M. C. V. ſubmittendo, forum declinare haùd poſſe, ut cenſuiſſe ſtandum renunciationi Regium Collaterale Conſilium adversùs petita per Magnificum Rationalem Joannem Alphonſum Trotto recenſet Caſar. *in cit.quæſt.*23. §.2.*nu.* 35. etsì foro illum renunciare non poſſe fuiſſet voti D. Reg. noſter *num.*17. quem ſequitur D.Reg. De Philip. *loc.cit.num.* 35. *&* 36. idquè expeditum in S. R. C. Actuario, ut
15 forum renunciare valeat oſtendit aliorum authoritate D. Conſil. Petr. *in Rit.* 166.*num.*100. Et reverà ſi ipſi
16 Collateralis Conſilii Regentes poſſe foro renunciare ſcribit Reg. De Pont. *in tract. De Poteſtat. Proreg. tit.* 7. §. 7. *num.* 16. ad inferiores magiſtratus ex eo illatio
17 fiet, cum de ſolo clerico ſcriptum inveniatur, ut nèc voluntariè nèc coactè ab altero, quàm à ſuo competenti Judice cognoſci poſſit, quia non perſonæ,ſed univerſo cætui privilegium hoc conceſſum dignoſcitur, & ſæcularis Judex ex eo reputatur incapax. Joſeph Seſſe *in Deciſ. Aragon.*113. *num.* 41. *&* 65. Mart. *in tract. De Juriſdict. part.*2. *cap.*6. *num.*37.40. *&* 45. *& part.* 4. *caſ.*150. & P. Dian. *Reſol. Moral. part.*6.*tract.*8.*Miſcell. Reſol.*4. §. *verùm*, *&* §. *undè*.
18 Sed curioſius extrà aleam differendum inſurgit Regia Camera, an cum arrendatoribus paciſci valeat, ut eorum cauſæ cognoſcantur in Tribunali, Caſar. negat *in*
19 *quæſt.*15.*num.*23. *&* 24. etenìm cum legis condendæ poteſtas meri imperii ſit, & apùd ſupremum Principem reſideat. Div. Thom. 1. 2. *quæſt.* 90. *artic.* 3. *&* 2.2. *quæſt.* 51. *artic.* 2. Cardin. Bellarm. *tom.*1. *lib.* 3. *De Laic. cap.*6. Maſtrill. *De Magiſtrat. cap.* 3. *num.* 27. Diodor. Tulden. *lib.*1. *tit.*14. *C. De Legib. num.*1. Wlteius *De Feud. cap.*5. *num.*7. Bocerus *De Regalib. cap.* 2. *num.*66. Montan. *in ſimil. tract. in princip. num.*9. Arniſæus *De Jur. Majeſtat. De Poteſtat. ferend. leg. cap.* 3. Cavalcan. *De Brach. Reg. part.*1. *nu.*144. Peregrin. *De Jur. fiſc. tit.*1. *num.*10. Petr. De Gregor. *De Republic. lib.*9. *cap.*1. *num.* 39. Reſtaur. Caſtald. *De Imper. quæſt.*110. Borrell. *De Præſtant. Reg. Cattol. cap.*31. *à num.*17. Andr. Fachin. *Controv.*22. *lib.* 13. Molin. *De Iuſtit. tom.* 1. *tract.* 2. *Diſput.* 22. Mart. *in tract. De Juriſdict. part.* 1. *caſ.* 36. *num.* 2. *& part.* 4. *centur.*1. *caſ.*1. *num.*45. Sot. *lib.*4. *De Juſtit. quæſt.*4. *artic.*1. §. *hìc autèm.* D. Conſil. Petr. *in Rit.*84. Dominic. De Rub. *in Certamin.*8. *à num.*35. & ſunt jura in *l.*1. *ff. De Conſtit. Princip. l.* 2. §. *noviſſimè. ff. De Origin. Jur. l. nèc ullam*, §. *ſi abſentis*, *& ibi* Angel. *ff. De Petit. hæredit. l. forma. ff. De Offic. prætor. l. non ambigitur. ff. De Juriſdict. omn. Judic. l. humanum. C. De Legib.* §. *ſed*, *& quod principi*, *Inſtit. De Jur. natural. gent. & Civil.* Ju-
20 dex contrà illas paciſci non valet Caſar. *loc.cit. nu.*24. Princeps enìm Judicis non fungitur officio, nequè
21 Principis authoritas in ſanciendis legibus, Judicis juriſdictio nominatur. Mart. *cit. cap.*36. *num.* 2. Judex
22 namquè leges ſervare tenetur Mart. *cit. part.* 4. *caſ.* 5. *num.*19. *& caſ.*175. *num.*4. Dominic. De Rub. *Certa-*
23 *min.* 1. *num.* 21. nèc ultrà illas liberum habet arbitrium Mart. *in indicat. cap.*36. *num.*12.
24 Et illud in dubium ambigi non poteſt Regiam Cameram Summariæ in cauſis Regale Patrimonium concernentibus tantùm Juriſdictionem ſuam exercere, ut habetur in Pragm.13. 14. 62. *&* 63. *De Offic. procur. Caſar.* & notant Reg. De Pont. *De Poteſtat. Proreg. tit. De Regalib. Impoſit.* §.8. *nu.*46. & Conſil. Petr. *in Rit.* 50. *num.*5. ac probatur ex *l. non animadvertimus*, *& l. fiſcum. C. ubi cauſ. fiſcal. l.* 1. 4. *& l. edicto C. ſi adverſ. fiſc.* latè Pereg. *in cit. tract. De Jur. fiſc. lib.*7. *tit.*
25 1. propterèà in privatorum cauſis prorogari non poteſt, *l. conſulta divalia* 37. *C. De Teſtam. l. ſolemus*, §. *latrunculator. ff. De Juriſdict. omn. Judic.* Carleval. *De Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *Diſput.*2. *quæſt.* 8. *ſect.* 4. *num.* 1190. quia ad certum genus cauſarum tributa eſt, Mart. *loc. cit. caſ.* 184. *num.* 8. quamquàm partes conſenti-
26 rent, quia eſſet juriſdictionem conferre illi, qui non habet *l. privatorum* 31. *C. De Juriſdict. omn. Judic.* Carleval. *loc.cit. ſect.*1. *num.*973. *& ſect.*4. *num.*1169. Ju-
27 riſdictio, namquè à Principe fluit, & in Principem refluit, Mart. *cit. loc. part.*1. *cap.*33. *num.*103.
28 Undè in cauſa Venerabilis Monaſterii Sanctæ Mariæ De Monte Albino Congregationis Olivetanæ, cum Ill. Duce Turſi debitore ejuſdem Venerabilis Monaſterii in annuis Ducat. 192. ex cauſa emptionis Balcheriarum, Tentoriarum, Pannittarum, & Drapperiarum, una inſimùl cum ſtatu Giſuni ab Ill. Principe Concæ, opponente in cauſa procedendum fore in dicta Regia Camera quia in tranſactione inita, cum Regio Fiſco de Adhoa, & ſecundis cauſis, ità pactum fuerat; Referente in Regio Collaterali Conſilio Spectabili Regente D. Petro Valero literatorum facilè Principe cauſæ Commiſſario Die 22. Auguſti 1678. Decretum fuit Me pro Monaſterio patrocinante, quod Ill. Reg. D. Didacus De Soria Morales Marchio Criſpani Regius Collateralis Conſiliarius, & Delegatus Cauſarum Congregationis Olivetanæ in cauſa prædicta procederet, & Juſtitiam faceret, calculum ſuum in ea Deciſione præbentibus Ill. Dom. Regentibus Duce Sancti Angeli D. Jacobo Capycio Galeota, D. Stephano Carrillo, D. Petro Valero, Duce Diani D. Carolo Calà, & Marchione Criſpani D. Didaco De Soria, & idem fuit in gradu reclamationis confirmatum, referente eodèm Ill. Marchione Criſpani ſimilitèr ſub patrocinio Meo Die 26. Martii 1680. ut eſt videre in proceſſu dicti Venerabilis Monaſterii contrà Ill. Ducem Turſi in Banca Laviani apùd Romanum Scribam.
29 At in cauſa Franciſci Antonii Florentini arrendatoris canapis Regiæ Curiæ conventi in S. R. C. penès acta cujuſdàm Judicii intentati in Banca De Litto per Franciſcum, & Lætitiam de Laurentio ordinatum fuit, quod procederetur in illa, in Regia Juncta Arſenalis, quia pactùs fuerat Florentinus, quod in omnibus cauſis cognoſci debuiſſet per dictam Regiam Junctam, Me pro Franciſco Antonio Patrocinante, proceſſus eſt apùd Actuarium Todaro.
30 Deniquè ad Deciſionis ornatum de eo eſſet tractandum Avo, & Avia exiſtente in medio, an Conſuetudo noſtræ Civitatis locum obtineat? Sed nè longior noſter prodeat ſermo, tantùm de re differentes memorabo, Negant Capyc. *in Deciſ.*210. Molfeſ. *ad Conſuet. par.*4. *quæſt.* 45. Rovit. *in quæſt. Ill. impreſſ. poſt Comm. ad Pragm. Regn.* ſed contrarium probant, quorum placitum communis eſt, Reverter. *in Deciſ.* 331. *& ibi* De Marin. *& lib.* 1. *Reſol.* 70. *num.* 14. D. Mich. Angel. Gizz. *ad D. Reg. noſtrum Obſervat.*61. *num.*5. Provenzal. qui evertit ad hominem fundamenta Rovit. *in Obſervat.*24. *ad Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua*, noviſſimè Groſſ. *ad eandèm Conſuetud. Annotat.* 1. *num.* 48. 49. *&* 50. Panſut. *in Controv.*9. *à num.*28. & Nos *in Obſervat.*61. *num.*10. *&* 11. *tom.*1.

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CXCIX.

### *SUMMÆ.*

1 Epiſcopus De Afflicto, *cum laude Memoratus, in ſpecie hujus Deciſionis Ducis Jelicis partes ſuſtinens,* D. Regentis noſtri *comprobator adducitur.*
2 *Princeps, à ſubditis bona auferre non valet. Quid attenta poteſtatis plenitudine? num.*3. *&* 4.
5 *Plenitudo poteſtatis, ſub juſto Principe non conſideratur.*



Digitized by Google

*Quid ſi juſta accedat occaſio? num.6.*
7 *Patria parentibus antehabenda.*
8 *Princeps plenitudine poteſtatis utitur, ſi aliter pacem habere non poterit.*
9 *Pace nihil jucundius.*
10 *Caſar pacis ſtudioſus.*
11 *Antiocum ad impetrandam Romanis pacem multa dependidit.*
12 *Princeps, juſta de Cauſa ſubdito bona auferens tenetur ad pretium, & num.15.*
*Quid ſi Principis ærarium non ſit ſatis? num.13.*
*Refertur reſtrictio* Epiſcop. De Afflict. *num.14.*
16 *Dominium ex cauſa oneroſa conceſſum irrevocabile conſideratur. vide num. 19.*
17 *Privilegium, a Principe conceſſum per modum contractus, eſt irrevocabile.*
*Fallit, ut num.18.*
20 *Donans de evictione tenetur ſi reverà attentis meritis Donatio proceſſerit.* Comprobatur D. Reg. noſter.
21 *Donatio remuneratoria, vera donatio non eſt, ſed permutatio quadàm.*
22 .... *ſi remuneratoria ſit, à Patre filio in poteſtate facta ſubſtinetur.*
23 *Religioſis permittitur donatio remunerationis cauſa.*
24 *Benemeritos remunerare ad Eccleſiæ utilitatem redundat.*
25 *Donans, quandò ad evictionem donatario teneatur?*
*Quid ſi ſcienter rem alienam donavit? num.26.*
27 *Senes ad Magiſtratus, atquè publici gubernia, non Juvenes admittendos ſtatuit* D. Gizz. *ex* Staiban. & aliis *comprobatus.*
*Declaratur num.32. & 33.*
28 .. *Doctiores præſumuntur, atquè prudentiſſimi.*
*Contrarium, qualiter probetur? num. 29.*
30 .. *ſemper venerandi.*
31 .. *quandò à publicis negotiis habebantur liberi.*
34 *Senum capularium incommoda.*
35 *Senes inter miſerabiles perſonas numerantur.*
36 .. *reſtitutionis in integrum ſuccurruntur beneficio.*
37 .. *Electionis fori privilegio juvantur.*
38 .. *non mancipantur carceribus.*
39 .. *cum juventa, quibus differant?*

DOM. Cæſarem De Afflicto Juris Conſultum perdoctum, ſui ævi in noſtris ſupremis Tribunalibus pri-
1 mæ notæ Advocatum, poſt modùm in Illuſtriſſima Religione Theatina Clericum Regularem, demùm meritiſſimum Cavenſem Epiſcopum, partes Ill. Ducis Jelici ſubſtinuiſſe ſumitur *ex ſuis Controverſ. Jur. reſolut. cap.22. & 23. ubi in fin.* tranſcribi curavit integrum Suæ Catholicæ Majeſtatis chirographum, à D. Regente noſtro memoratum *num.* 49. *in fin.*

2 Cæterùm iterùm ad Domanium vertimus; ea de re nonnulla annotari curavimus *in Obſervat. ad D. Regent. noſtr.* 174. Modò hìc pro conſtanti habendum ſtatuo; Principem à ſubditis bona auferre non poſſe, quia bonus Princeps nil differt à bono Patre, teſte D. Reg. noſtr. *hic*, & concinunt eleganter allegati à Brun. *in conſ.*12. Barbat. *in conſ.*43. *verſ. prætereà ponderat.* Bertr. *in conſ.*15. *col.*2. *lib.*1. Reg. De Marin. *ad Reverter. in Obſervat. ad Deciſ.*54. *num.*5. *tom.*1. *& tom.*2. *Ob-*
3 *ſervat.* 409. *num.* 1. à quibus quanquàm diſcordent Joan. Andr. *in addit. ad ſpeculat. tit. De Legib. §. nunc oſtendendum num.* 57. *verb. privare.* Bald. *in l. benè à Zenone. col.*1. *verſ. de his tamen C. de quatrienn. præſcript.* Philip. Dec. *in cap. fin. De Confirmat. util. vel inutil.* & alii penès Joan. Harpprect. *in Comment. ad Inſtit. Juſtin. tom.* 2. *Tit. De Rer. Diviſ. num.*94. eo-
4 rum dictum facile applicandum propono, ſi id de poteſtatis plenitudine ageret Princeps, illa namquè nullis legum, eſt circumſcripta cancellis, ſuper qua Ezech. *cap.*26. *n.*18. ſic monuit *non accipiet Princeps de hæreditate populi per violentiam, & de poſſeſſione eorum, ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filiis ſuis, ut non diſpergatur populus meus, unuſquiſquè à poſſeſſione ſua.* proptereà nec Cattolicos Reges noſtros Hyſpanos, nec Siciliæ Reges, neque Romanos illa fuiſſe uſos, ſcriptum reliquimus in *Obſerv.* 190. *nu.*22. quia ſub juſto prin-
5 cipe abſolutam poteſtatem conſiderari nequit. Pinell. *in Rubr. C. De Reſcind. Vendit. cap.*26. Joan. Jacob. Martin. *in conſ.* 22. *num.* 83. Cafar. *in quæſt. peregrin.* 9. *num.* 35.

6 Themati tamèn adepta eſt limitatio, niſi juſta intercedat cauſa, etenìm per eam Dominium, quocumquè jure quæſitum, Principi, vaſallo tollere permiſſum eſt ad Text. *in l. lutius titius* 11. *ff. De Evict.* Reg. De Marin. *tom.*2. *Reſolut.*117. *num.*9. D. Calà *De In Integr. reſtit. quæſt.*7. *nu.*6. *&* 7. ut putà ſi publica acceſſerit neceſſitas. Epiſcop. De Afflict. *in cit. cap.* 22. *ex*
7 *num.* 42. ac confert Ciceron. traditum 1. *Offic. chari ſunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium charitates patria una complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem appetere ſi ei ſit profuturus.* Andr. Alciat. *in Emblem.* 115. Joan. Juven. *in præfat. Hiſtor. Tarent. pagin.* 3. Joan. Harpprect. *loc. cit. num.* 156. Dominic. De Rub. *in Certamin.* 10. *à num.* 72. & D. Reg. De Philip. *in Diſſert. fiſcal.* 39. *ex num.* 71. Idem ſi pacis occaſio expoſtulet, concinunt
8 Bald. *in cit. l. bene à Zenone.* Iſern. *in cap.* 1. *§. ſimiliter. el* 2. *col.* 4. *De Cap. qui cur. vend.* Ant. De Butr. *in cap. cum M. col.*5. *De Conſtit.* Quìd jucundius pace! ad
9 eleganter poſita per Div. Auguſt. *in Jo: cap.* 14. Petr. Chryſol. *ſerm.*138. Tuil. *ad Alciat. Embl.* 177. *num.*4. *in fin. pagin.*737. Federic. Morell. *ad Eund. Embl.*179. *num.*4. *pagin.*902. Ariſtot. *lib.*7. *Polit. cap.*14. C. Cornel. Tacit. *lib.*4. *Hiſtor. num.*1. *pagin.* 745. *in impreſſ. Lugduni*, Cicer. *Philip.*2. Sanfelic. *in Deciſ.*27. *nu.*22. & per D. Conſil. Petr. *tom.*1. *rit.*47. *num.* 1. *& in rit.* 84. *num.*7. undè Virgil. 3. *Æneid.* notat

*Sed votis præcibuſquè, jubent expoſcere pacem.*
*& lib.*11.
*Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.*

10 illæ proptereà impenſius ſtuduiſſe Cæſarem, ipſe idem ſcribit *in lib.*3. *De Bell. Civil. pagin. mihi* 333. *&* 384.
11 & Antiocum ad impetrandam Romanis pacem dependiſſe 12000. talenta, ac modios 140000. frumenti teſtatur Liv. *lib.* 8. *Hiſtor. Decad.* 4.

12 Sed Bachov. *in not. ad Treutler. vol.*1. *Diſput.*1. *th.*5. *lib.* 11. *pagin.* 23. firmatum cum moderatione admittit, ut etſi juſta interveniente cauſa id Principi faciundum permittatur, intelligendum refuſo pretio, nè vaſallus abſquè ſua culpa, invitus re, & pretio careat, & probant idem, Reuſner. *in metod. feudal. Diſput.*3. *th.*45. Kubach. *centur.* 1. *quæſt. illuſtr. Decur.*3. *quæſt.*6. *& ſeq.*, Hunn. *De Tranſact. cap.* 5. *exercit.* 2. *& in lib.* 2. *var. reſolut. tract.*1. *quæſt.*3. Petr. Belug. *in ſpecul. Princip. Rub.*26. *de privat. offic. nu.*4. & alii penes D. Reg. noſtrum *num.* 23. Harpprect. *loc. cit. num.* 154. Reg. Reverter. *in Deciſ.* 445. *& ibi* Reg. De Marin. *num.* 1. & apùd Epiſcop. De Afflict. *in adduct. cap.*22. *num.*39. ad quod ſi Principis ærarium non eſſet ſatis, ad contri-
13 butionem ſingulos cives teneri, probant allegati ab Harpprect. *ibid. num.*159. *in fin.* niſi tractetur in de ju-
14 re gentium quæſitis, reſtringit Epiſcop. De Afflict. cum eo caſu Princeps ad pretii reſtitutionem minimè teneri dixit *eod. cit. loc. num.*43.

15 Et in officio pecunia empto firmant hoc idem Maſtrill. *De Magiſtrat. lib.*1. *cap.*27. *num.* 35. *& ſequent.* Paul. Staiban. *tom.*1. *Reſolut.*100. *à num.*69. & D. Reg. De Philip. *in Diſſertat. fiſcal.*11. *num.*17.

16 Proptereà exiſtimavere Cafar. *in quæſt. peregrin.*33. 34. *& §.* 2. & Franc. Salern. *in conſ.* 5. Principem domanium haud revocare poſſe, præcipuè ſi Univerſitati
17 promiſſum ſit de illam in perpetuo domanio manutenendo; & reverà privilegium à principe conceſſum ex cau-

Digitized by Google

cauſa oneroſa, ſivè per modum contractus eſt irrevocabilis Grammatic. *in Deciſ.*65. *nu.*26. Reſtaur. Caſtald. *De Imper. quæſt.*55. *num.* 15. *&* *quæſt.* 114. *num.* 12. Staiban. *in cit. Reſolut.*100.*num.*67. Reg. Tap. *in l.fin. part.*2. *cap.* 9. *à num.* 1. *ff. De Conſtit. Princip.* Larrea *in Allegat.* 3. *lib.* 1. *num.* 5. P. Meroll. *Theolog. Moral. tom.*3. *Diſput.*6. *De Privileg. cap.*7. *Dub.*7. *Difficult.*2. *num.*166. & poſt alios De Philip. *in cit. Diſſert.* 11.
18 *num.* 13. excipitur publicæ utilitatis cauſa Meroll. *ibid. num.*167. quia publica utilitas privatæ præferenda eſt D. Reg. noſter *in Deciſ.* 94. *num.* 27.

19 Nobis tandèm illorum diſtinctio arridet, qui Domanii pretio obtenti revocationem reſpuunt; admittentes tantummodò illam ob ſupervenientem neceſſitatem, in Domanio meritorum cauſa conceſſo, adducti per Reg. De Marin. *ad Reverter. in cit. Obſervat.*409. *num.*3. *&* 4. contrariis reſpondit *num.* 5. & Deciſum refert Reg. Tap. *in Deciſion. ſuprem. Senat.* 5. ſed contra eſt De Roſa *tom.*2. *conſult.*2. *num.*7. *& ſequent.*

20 Obſervo ulterius de evictione donantem teneri, quotiès reverà meritorum attenta occaſione donatio proceſſerit. D. Reg. noſter *num.* 18. Jacob. De Aren. Aretin. *&* Bartol. *in l. Julianus.* §.1.*ff. De Verb. Obligat.* Tiraquell. *in l. ſi unquàm. C. De Revocand. Donat. verb. donatione largitus. num.*59. Harppracht. *ad Clar. in* §. *Donatio. quæſt.* 3. *num.* 8. Gratian. *Diſcept.* 657. *num.*53. Cancer. *var. part.*3. *cap.* 4. *num.* 21. Graſ. *De Donat. remuner. num.*24. Maſtrill. *in Deciſ.*212. *num.*
21 20. *part.*3. & Rovit. *in conſ.*85. *vol.*2. *num.*10. etenìm verè donatio non dicitur, ſed permutatio Sanchez *De Matrim. lib.*6. *Diſput.* 6. Mantic. *De Tacit. & ambig. convent. lib.*13. *tit.*2. *num.*7. *& tit.*15. *num.*17. Scacc. *De Commerc.* §. 7. *gloſſ.*3. *nu.*25. Surd. *De Aliment. privileg.* 72. *num.* 5. *&* 6. Bocer. *in comment. De Donat. cap.* 13. *num.* 2. Gratian. *in Diſcept.* 202. *num.*2. *& in Diſcept.* 386. *nu.* 10. & Harppreſt. *loc. cit. num.*2. pro-
22 ptereà à Patre, filio in poteſtate exiſtenti, factam ſuſtineri, voluit Andr. Fachin. *in Controv.* 74. *lib.* 17. & antè legitimam deduci, probant Petr. *De Fideicom. quæſt.*15. *num.*87. ac Balthax. Tomas. *in tract. De Le-*
23 *gitim. tit.* 13. *num.* 11. & Religioſis permiſſam de ſui Superioris licentia, ſtatuunt Roder. *in quæſt. Regular.* 47. *art.*6. *part.*2. Bonacin. *De Contract. Diſput.*3. *quæſt.* 12. *punct. ultim. num.*6. Novar. *in cap. non dicatis.*12. *quæſt.*1. *num.*25. *comment.*2. *verſ. duodecimo infertur. de regular.* Trullenc. *ad præcept. decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.*5. *Dub.* 9. *num.* 5. *in fin.* cum in Eccleſiæ utilita-
24 tem redundet, benemeritos remunerare. Redoan. *De Reb. Eccleſ. non alienand. Rub.*21. *De Cauſ. incommodit. num.*24.

25 Ad evictionem quoquè donantem donatario teneri, ſi à promiſſione exordium ſumat donatio, ſecùs ſi à traditione, fuerunt voti Guzman. *De Evict. quæſt.* 25. Fontanel. *De Pact. nuptial. tom.*2. *clauſ.*5. *gloſſ.*8. *part.* 14. *n.*31. Gomeſ. *lib.*2. *Reſol.*2. *n.*35. Hermoſill. *in l.*32. *tit.*5. *part.*5. *gloſſ.*1. *à n.*65. Covar. *lib.*2. *Reſ.*15. Cancer.
26 *in cit. cap.*4. *à num.*20. *& num.*25. id limitat quotiès ſcientèr rem non ſuam donet, cum eo caſu ſivè à promiſſione, ſivè à traditione donatio initium capiat, evictioni manet obligatus, & concurrunt Hermoſill. *num.* 79. & Guzman. *nu.*44. quos, ſequitur Olea *De Ceſſion. jur. tit.*7. *quæſt.*2. *num.*19.

27 Senes, ad magiſtratus, atquè publici gubernia admittendos, nòn juvenes mavult D. Gizz. *hic* prolixè *à nu.* 10. ſed affabre munus idem expleverat Paul. Staiban. *in cit. Reſolut.* 100. *à num.* 303. probant poſita à De Rub. *in certam.*8. *num.*43. conferunt tradita per Mart. *De Juriſdict. part.*1. *cap.*1. *nu.* 17. & accinit ſalſus mo-
28 rion Boccalin. *centur.* 1. *Ragguagl.* 41. illi namquè doctiores præſumuntur, Maxill. *ad Conſuetud. Bar. in* §. *intèr. nu.*18. *tit. De Immunit. noſtr. Civ.* atquè prudentiſſimi. Luc. De Penn. *in l.*1. *C. De Conſulib. lib.* 10. Mattien. *in Dialog. relat. cap.*6. *num.*19. Maſcard. *De Probat. tom.*3. *concluſ.*1301. *num.* 2. *& num.*3. ſubdit
29 aſſerenti contrarium minimè credendum niſi per quindecim teſtes aſſumptum probaverit ſuum, & in idem adſtipulantur relati à D. Conſil. Petr. *in Rit.*233. *num.* 6. *&* 7. undè D. Nazianz. *Carm.* 3. *præcept. ad Virg.* cecinit

*Quìn etiam canos homines ſeniumquè verere*
*Et mores imitare graves cordata ſenecta*
*Commoda plura ferat, quam ſtulta leviſquè juventus.*

alia hujuſmodi concerunt Joan. Laganar. *ad Rovit. in Pragm.*5. *num.* 2. *De Fid. & Author. memorial.* & Janus Gruterus *in Polyant. noviſſim. noviſſ. tom.*2. *part.* 2. §. *ſenectutis*.

30 At Ego etsì alitèr ſenectutem ſempèr venerandam præcipio, ut & Maxill. *loc. indicat. num.* 12. & Jacob. Sannazar. Actius Sincerus dictus *in Arcad. Proſ.*11. *pagin.*210. *nu.* 4. *verſ. i privilegii della Vecchiezza.* juxtà Levitici *cap.*19. monitum *coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis.* nèc à firmatis excipiam ſexaginta agentes annum, antiquorum exemplo, Varron. authoritate penès Sigon. *De Antiquit. jur. Civil. Rom. lib.*1. *cap.*17. ibi, *cum in quintum gradum per-*
31 *venerant, atquè habebant ſexaginta annos, tùm deniquè erant à publicis negotiis liberi, atquè expediti, & odioſi; ideò in proverbium quidàm putant veniſſe: ſexagenarios de ponte deiici oportere, ideſt, quod ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant.* D. Gizzii placitum intelligendum ſtatuo, quotiès in dignitate, tem-
32 poris, & meritorum conſiderata paritate, ætate ſenior concurrat, ad luculentèr ſcripta per D. Conſil. Petr. *in Rit.*101. *num.* 4. *& per tot.* ubi pleniſſimè ediſſerit, qui in concurſu, & qualitèr in honoribus præferendi, ac ad rem faciunt Joan. Mar. Novar. *in Pragm.* 41. *De Actu.* & Joan. Anton. Novar. *in l. manifeſti juris. C. Qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſan. lib.* 10. Et reverà non quia ſancitum legitur majores eligendos in Judices, ſequitur ergò ſenes! optimè Bart. *in l.*1. *num.*24. *C. De Dignit. lib.* 10. Solertiæ ſcilicèt, & diſciplinæ ſub eo verbo intellexerunt ſtatuentes Gloſſ. *in* §. *audierit. verb. Judice. Auth. De Defenſ. Civit.* & elegantèr ad rem concludit Mut. Recc. *in gloſſ. Privileg. ſacr. Colleg. Doctor.*
33 *Neap.* §. 6. *à num.* 18. ideò fortaſsè imperitos tantùm juvenes, atquè rudes à judicando excludendos melius dixit D. Gizz. *num.* 17. Senes verò capulares quìn à
34 ferendis judiciis arcendi ſint non ambigendum; hi enìm ſæpè puerilem proferunt ſenſum Joanne Sariſberienſe teſte *in lib.*1. *Policratici cap.*4., & lex non novit caniciem prudentia deſtitutam reverere Liban. *Declamat.* 24. illos continuam habere infirmitatem fatentur Gloſſ. *in cap.*1. *verſ.*1. *De Cleric. Egrotant. in* 6. Quintil. *Declam.*7. §.10. Senec. *in Epiſt.* 108. Ariſtot. *lib.* 5. *De Gener. anim.* & poſt alios Rodoer. *ad De Marin. in Reſol.*40. *num.*20. Hìnc eſt, quod puerorum inſtàr, ac
35 aliarum miſerabilium perſonarum, auxilio deſtitutarum habeantur. Menoch. *De Arbitr. lib.*1. *cent.*1. *caſ.* 66. *num.* 13. Joan. Mar. Novar. *in prax. elect. for. quæſt.* 18. *num.* 1. Viv. *in Deciſ.* 65. *num.* 4. *lib.* 1.
36 ſuccurruntur, namquè in integrum reſtitutionis beneficio Jul. Cæſ. Imbrian. *De Prim. & ſecund. Benefic.*
37 *conſiderat.* 5. *num.* 170. Electionis fori privilegio juvantur. D. Merlin. *centur.*2. *controv.*52. *num.*5. Mauſon. *De Cauſ. execut. lib.*1. *limit.*13. *num.* 10. Trentacinq. *tit. De Citat. Reſol.* 2. *num.*31. *vol.* 1. Carleval. *De Judic. Diſput.*2. *quæſt.*6. *ſect.*7. *num.*570. Afflict. *in Deciſ.* 25. *num.*1. Ricc. *in Collect.* 3623. & Donad. De *Renunc. cap.*2. *tom.*2. Deniquè nec carceribus manci-
38 pantur. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. part.*1. *cap.*243. *nu.* 6. Rovit. *in cit. pragm.* 5. *De Fid. & author. memor. num.*3. Carol. De Graſſ. *De Except. in prælud. à num.* 177. Ancharan. *in conſ.*336. *num.*2. Thor. *in compend. part.*2. *verb. ſenex ſeptuagenarius*. Mauſon. *loc. citat. num.*4. Baez. *De Debitor. inop. cap.* 7. Joan. Bapt. Aſin. *in tract. De Execut.* §.2. *cap.*7. *num.*13. Reg. De Marin.

*ad*

Digitized by Google

*ad Reverter. in Deciſ.*306. Gratian. *in Diſcept.*508. & *in Diſcept.*326. *à num.*10. qui *num.* 18. ſenes cum ju-
39 venta in intractabilitate, moroſitate, atquè dementia non convenire, conſiderat; Undè mortuo mederi, & ſenem admonere idem eſſe cenſuit, alia notant Cicer. *De Senect.* & Manut. *in Adag.* ac Virgil. adnotavit

*. . . . gelidus tardente ſenecta*
*Sanguis habet, frigentquè effœte in corpore vires.*

# OBSERVATIO

## IN DECISIONE CC.

### SUMMÆ.

1 *Diſpoſitio Pragm.*8.§.5. De Inſtrum.liquid. & *Pragm.* 82. De Offic. S. R. C. *memoratur.*

2 *Præminentia M. C. V. eſt, inſtrumenta ad Ritus formam liquidare.*

*Adverſùs quocumquè Titulo inſignitos. num.* 3.

*Contrà ſupremos Magiſtratus, Regios Conſiliarios, cæteroſquè Magnates, quamquàm ex ſeptem officiis Regni potirentur. num.*4.

*In Conſiliarios militares etiàm. num.*5. Comprobatur D. Reg. noſter.

*Atquè adverſùs Regni ſecretarium. num.* 6.

*Quìd contrà Regiæ Cameræ Summariæ Rationales? num.*7.

*Et S. R. C. Actuarios? num.*8.

*Vel in ejuſdèm ſupremi Tribunalis porterios? num.*9.

*Aùt contrà ſcribas? num.*10.

11 *Inſtrumentum ad Ritus formam adverſùs ſubditos Magni Admirati in M. C. V. non præſentatur.*

12 *. . . . adverſùs ſubditos Regii Auditoris generalis Exercitus ad formam Ritus M. C. V. in eadèm M. C. V. liquidatur.* Cum Deciſ. noviſſ. & *num.*13.

14 *Regentes Regiam Cancellariam, valent inhibere M.C.V. nè ad liquidationem Inſtrumenti procedat.* Comprobatur D. Reg. noſter.

15 *Statutum pœnale, & juris communis correctorium ſtrictè interpretandum, nec extendendum ultrà perſonas in illo nominatas, ſtatuitur.*

16 *. . . locale juri Quiritum præponitur.*

17 *Regium Collaterale Conſilium, qua occaſione quandoquè cauſas, etiam liquidationis inſtrumenti adſe avocet?* Comprobatur D. Regens noſter.

18 *Regii Conſiliarii ſacri Regii Conſilii Sanctæ Claræ, ſub pœna partibus injungere permittitur, nè ad inſtrumenti præſentationem ad formam Ritus procedant.* Cum Deciſ.

19 *Novatio, an præſumptionibus inducatur?* Comprobatur D. Reg. noſter.

*Refertur Opinio* Gaſpar.Schifordeger. & Joan.Harpp. *rejecta per* Cancer. & Arias De Meſa. *num.*20.

21 *Novationem per tranſactionem induci, qui dixerint?*

22 *Anterior obligatio per tranſactionem perimitur.*

23 *Per tranſactionem dati in priori contractu fidejuſſores liberati remanent.*

24 *Novatio inducitur, quotiès antiqua annullatur obligatio, & nova contrahitur.*

*Aùt ſi ſecunda obligatio, quìd à prima diverſum contineret. num.*25.

*Vèl ſi debitoris loco, alterum Creditor reciperet.nu.*26.

*Itèm per annuæ quantitatis diminutionem. num.*27.

*Vèl ſi pro decem, à te debitis, promittis quindecim. num.*28.

29 *. . . . non inducitur ſtante proteſtatione.*

30 *. . . . quandò ex aliorum obligatione inducatur?*

31 *Novationem: nùm ſi poſterior obligatio minor contineret, quàm prima inductam fuiſſe dici poſſit?*

*Quìd dotis favore? num.*32.

*Aùt ex pœnali ſtipulatione? num.*33.

34 *Placitum* D. Rodoer. & aliorum *De Inducenda Novatione traditur.*

35 Authoris *Concluſio.*

Finis mihi operis Pragmatic.8. §.5. *De Inſtrum. liquidat.* & Pragm. 82. *De Offic. S.R.C.* Diſpoſitio, Re-
1 giis Conſiliariis S. R. C. Sanctæ Claræ, in cauſis præſentationis inſtrumentorum ad Rit. formam, Magnam Curiam Vicariæ inhibere certo modo prohibens, meminit D. Conſil. Petr. *in Rit.*46. *num.* 24. Præminen-
2 tiæ enìm M. C. V. pertinet, ad Ritus formam inſtrumenta liquidare, ut in Rit. 54. contrà quocumquè Ti-
3 tulo inſignitos Franc. Mar. Prat. *in Reſp. Crim.* 31. *nu.* 79 Rovit. *in pragm.*2. *num.*7. *De Offic. S. R. C.* D.Con-
4 ſiliar. Petr. *in Rit.*166. *num.*112. & *cit. Rit.*46. *nu.*23. etiàm adverſùs Supremos Magiſtratus, Regios Conſiliarios, cæteroſquè Magnates, quamquàm uno ex ſeptem officiis Regni potirentur, & accinit Taſſon. *De Antefat. verſ.* 3. *Obſervat.* 3. *num.* 162. in Magnum Cancellarium legitur penès De Marin. *tom.* 3. *Allegat.* 40. contrà Conſiliarios Militares, extat locus D. Reg.
5 noſtri *hic num.*3. & 42. & veniunt in idem D.Merlin. *in Controv.* 64. *num.* 2. *cent.* 2. De Pont. *De Poteſtat. Proreg.tit. De Aſſenſ.* §.7. & Laganar. *ad Rovit. in Rubric. De Inſtr. liquidat. à num.* 1. In Regni ſecreta-
6 rium ſcribit De Pont. *ibid.*
7 Excipit Conſtantin. Caſar. *in quæſt.* 22. §. 2. Rationales Regiæ Cameræ Summariæ, adverſùs quos, niſi forum pacto fuiſſet renunciatum, in ſuo Tribunali ad
8 formam Ritus Inſtrumentum præſentatur, quod & in Actuariis S. R. C. probat quoquè D. Conſil. *Petr. in*
9 *citat. Rit.* 166. *num.*100. qui *in cit. Rit.*54. protendit
10 id etiàm ad ejuſdèm Tribunalis porterios; In ſcribis verò contrarium obſervatum indicat Thor. *in Comp. tom.*1. *verb. inſtrumenta*, & *vot.*84. *num.* 209. *par.*1.
11 Nequè in M. C. V. adverſùs ſubditos Magni Admirati inſtrumenta præſentari poſſe, concinunt D.Merlin. *in cit. controv.* 64. & D. Petr. *in adduct. Rit.* 166. *num.* 111. Contrarium tamèn Deciſum per Regium Collaterale Conſilium in duabus contingentiis ſcimus in ſubdito Regii Auditoris Exercitus, citato namquè ſub tenore publici inſtrumenti in M. C. V. ad Inſtantiam Agnelli De Seſſa, Thoma Tambaro Capitaneo, atquè Alguzerio regali tribunalis dicti Regii Auditoris, quamquàm per Magnificum D. Ignatium Cruſat Regii exercitus generalem Auditorem meritiſſimum, in quo æquè refulget generis nobilitas, & doctrinæ maturitas, chirographo Die 3. Julii 1680. cauſæ remiſſio petita fuiſſet, & referente in M. C. V. Die 5. ejuſdèm menſis Judice Cirino interpoſitum decretum, quod tempore liquidationis providebitur ſupèr petita remiſſione, At die 8. ejuſdèm altero Decreto eadèm M.C.V. cenſuit, quod pœna poneretur, Tandèm ex Regio Collaterali Conſilio ſequentes manavit proviſio.

*Carolus Dei Gratia Rex.*

*Ill. & Magnifici Viri Collaterales Conſiliarii Regii fideles dilecti. Con voſtra relatione fattaſi ſotto la data delli* 9. *del corrente ci viene rappreſentato, come trattandoſi in queſta gran Corte la cauſa di liquidatione d'Inſtromento ad Inſtanza d'Aniello De Seſſa, contro Tomaſe Tambaro, della quale nè fu dimandata per parte del Auditore generale del Eſercito la remiſſione della cauſa preteſto, che detto Tomaſe Tambaro convenuto fuſſe ſuo ſubdito, è perche per trattarſi di cauſe privativè, e ſpettare quella à coteſta Gran Corte della Vicaria ſi fuſſe proceduto à detta liquidatione d' Inſtromento con havere anco conſignato le lettere eſecutoriali al detto Aniello e poſta la pena al libro del Regio Fiſco, Al preſete venga il detto Creditore impedito cio eſequire per eſſerſi dal detto Auditore generale ſpedito ſalvaguardia à beneficio di detto Tomaſe debitore, e per tale effetto non*

*poſſa*

Digitized by Google

*poſſa quello fare carcerare, & eſſendoſene di ciò diſtin-
tamente diſcuſſo nel Regio Collaterale Conſiglio, c'ha par-
ſo fare la preſente per la quale vi dicemo, & ordinamo
che trattandoſi detta cauſa di liquidatione d'Inſtromen-
to, la cognitione, della quale ſpetta ſolamente à queſto
Tribunale debbiate nella cauſa predetta fare compli-
mento di Giuſtitia atteſo da Noi ſi è ſimilmente ordina-
to al detto Auditore generale, che debbia detta ſalva-
guardia revocare, che tale è noſtra volontà. Datum
Neapoli Die 31. Menſis Julii 1680.*

*El Marques De los Veles. Vidit Soria Regens, Vidit
Calà Regens, D. Dominicus Cioffi Secretarius. In part.
66. fol.91. Comus.*

Ut eſt videre in proceſſu interlocutoriæ In Banca De
Calvanico pro Joſeph Albano penès Scribam Carola.

13 Atquè iterùm in cauſa liquidationis inſtrumenti,
Inſtante Luca Califano, adversùs Joſeph Corrado ejuſ-
dèm Regiæ Generalis Audientiæ ſubditum, cum chiro-
grapho ſimilitèr ab eodèm Magnifico D. Ignatio, Die
11. Maii 1681. cauſæ remiſſio fuiſſet petita, atquè per
Secretariam belli ità ſupèr hac re Regenti M. C. V.
ordinatum.

*Teniendo entendido el Marques mi Señor, que el Ca-
pitan Joſeph Corrado Ayudante de la Cavallaria viene
convenido en la G. C. de la Vicaria à inſtancia de Lucas
Califano por la liquidacion de uno inſtrumento de ocho-
cientos, y cinquanta docados, que aunque el Auditor
general del Exercito haya pedido (come Ivez competente
de eſte ayudante) la remiſſion de la cauſa no lo ha hecho
la Vicaria, pretendiendo paſſar adelante en ella, me
manda S. E. decir. à V. S. que con effetto eſſe Tribunal
no proceda en la referida cauſa, y remita los auctos à la
Audientia general à finche de que pueda proceder a lo
que fuere de Juſticia. Guarde Dios à V. S. Palacio à 14.
de Mayo 1681.*

*D. Manuel De Buſtamante.*

Deducto demùm negotio in Regio Collaterali Con-
ſilio votantibus Spectabilibus Dominis Regentibus D.
D. Stephano Carrillo, D. D. Carolo Calà Duce Diani,
atquè D. Antonio Florillo; abſente ob impedimentum
D. D. Didaco De Soria Marchione Criſpani; Die 21.
Maii præſentis Anni 1681. in hunc modum interpoſi-
tum fuit Decretum.

*Ill. & Excellent. D. Vicerex locumtenens, & Capita-
neus Generalis providet, decernit, atque mandat, quod
M. C. V. in cauſa prædicta procedat, & juſtitiam fa-
ciat, & non recipiantur ampliùs memorialia.* Acta
ſunt in Banca Nicolai Albano inſcripta proceſſus liqui-
dationis pro Luca Califano contrà Capitaneum Joſeph
Corrado. penès Scribam Sequinum, de Banca Anſalo-
nis.

14 Valere verò Regiam Cancellariam Regentes M. C.
V. inhiberi nè ad interrogationem, atquè inſtrumenti
liquidationem procedat procùl dubii eſt, etenìm Prag-
maticæ ſanctionis verba ad Conſiliarios Sanctæ Claræ
diriguntur, teſte D. Regent. noſtro *hìc num.*46. memo-
rato ex Conſil. Petr. *in Rit.* 56. *in fin.* ac probat Epi-
ſcop. De Afflict. *in controverſ.*30. & *in Addition. ſup-
plem. num.*54. *pagin.*20. optimè quidèm etenìm ſtatu-
tum de quo ſcribimus pœnale eſt, & juris Civilis corre-
15 ctorium, proindè minimè de caſu ad caſum, nèc de
perſona ad perſonam extendendum, ſuadent Caſtil. *in
Deciſ. Sicil.* 146. *num.*4. & 5. Staiban. *tom.*1. *Reſolut.*
63. *num.*31. & De Marin. *tom.*2. *Reſolut.*146. *num.*13.
16 quamquàm communi Quiritum jure præponatur D.
Reg. De Philip. *in Diſſert.* 39. *nu.* 29. & dixerat in ca-
ſu ſimili Joan. Mar. Novar. *lib.*1. *quæſt.*160.

17 Et poſſe ſupremum Collaterale Conſilium, quandò
ſibi æquum videbitur, cauſas, quamquàm de Inſtru-
mentorum liquidatione, pro bono regimine avocare,
ratione omnimodæ, & abſolutæ poteſtatis, qua fruitur,
teſtatur D. Reg. noſter *à nu.*46. & tradit ex eo Epiſcop.
De Afflict. *in Controv.*6. *num.*41.

Monitos velìm, quod etsì Regii Conſiliarii, M. C.
V. inhibere nequeant, in cauſis liquidationum inſtru-
mentorum, quia ſtatutum noſtrum ad alios nòn ex-
tenditur, exiſtimaverunt Interpretes ſapientiores, &
18 praxis magiſtra admittit, benè illos partibus injunge-
re poſſe, indicta mulcta, nè ad inſtrumenti interroga-
tionem procedant D. Conſil. Petr. *in cit. Rit.*166. *nu*
125. & practicatum vidi in cauſa Dorotheæ Reginal-
do, cum Monte Profumeriorum, ut eſt videre in pro-
ceſſu primi voluminis ejuſdèm Dorotheæ in Banca
nùnc De Montecorbino. Atquè etiàm Creditori in-
jungere, nè debitorem ſuum per dies moleſtet Epiſcop.
De Afflict. *in cit. controverſ.* 30. *num.* 65. qui *in indi-
cato Addit. ſupplem. ex pagin.*9. *ad* 21. quibus aliis
modis adductæ Pragmaticæ Diſpoſitio non obtineat,
notat elegantèr.

19 Ulterius Obſervandum ſe offert, nùm præſumptio-
nibus, & violentibus conjecturis, novatio inducatur?
Affirmativam aleam defendunt allegati per D. Reg.
noſtrum *ex num.*51. Joan. Mar. Novar. *lib.*2. *quæſt.*41.
*nu.*6. Joan. Bapt. Coſt. *De Fact. ſcient. & ignorant. cent.*
1. *Diſtint.*86. *num.*2. Stephan. Gratian. *in Deciſ.* 117.
*ex num.*11. Mercurial. Merlin. *De Pignorib. lib.* 5. *tit.*
1. *quæſt.*30. *num.*12. Andr. Gaill. *lib.* 2. *Obſervat.* 30.
*num.*3. Antonin. Maceratenſ. *lib.*2. *Reſolut.* 57. *nu.*61.
Fachin. *lib.* 3. *controv.* 92. Epiſcop. De Afflict. *in con-
trov.*15. *num.*1. & per De Luc. *ad Franch. in Obſervat.*
15. *num.* 2.

20 Contradicit Gaſp. Schiforteger. *ad Fabr. lib.*2. *tract.*
5. *quæſt.*1. intolerabilem pragmaticorum errorem ad-
verſantium placitum appellans, & in idem venit Joan.
Harppreſt. *in Comment. ad Inſtit. Juſtin. tom.*3. *tit. ul-
tim.* §.3. *ex num.*37. *ad* 42. Horum tamèn opinionem
retundunt affabrè Jacob. Cancer. *lib.* 3. *var. cap.*17.
*num.*279. & Arias De Meſa *lib.*1. *cap.*40. *num.*22.

21 Undè per tranſactionem; novationem induci fue-
runt voti Menoch. *De Præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*134.
*num.* 42. Mercurial. Merlin. *loc. cit. num.* 40. & D.
22 Conſil. Roccus *tom.*2. *Reſponſ.*95. *num.*2. cum per il-
lam anterior perimatur obligatio. *l. ſivè apùd acta, &
l. ſi pro fundo. C. De Tranſact.* Cardinal. Mantic. *De
23 Tacit. lib.*17. *tit.*2. *num.*6. fidejuſſores liberentur. No-
var. *cit. lib.* 2. *quæſt.* 77. Anton. Henrig. *De Fidejuſ.
cap.*20. §.3. *ex num.* 1. Itèm ſi novo contractu antiqua
24 annullaretur obligatio, & nova contraheretur. Anton.
Fab. *in ſuo Codic. lib.*8. *tit. De Novat. Diffin.* 11. Gra-
tian. *tom.* 2. *Diſcept.* 509. & Præſ. Ganaver. *in Deciſ.*
32. *num.* 10. & 11. vèl ſecunda obligatio contineret,
25 quid diverſum à prima. Antonin. *loc. citat. lib.*3. *Re-
ſolut.*45. *num.* 6. aùt ſi ſui debitoris loco, creditor alte-
26 rum reciperet. Sigiſmund. Scacc. *De Camb.* §.2. *gloſſ.*5.
*num.* 247. & *gloſſ.* 7. *num.* 69. Itèm ex diminutio-
27 ne annuæ quantitatis ex primo contractu debitæ
induci, voluit Conſil. Melior. *apùd De Marin.
tom.*3. *Reſol. Alleg.*46. *ex num.* 22. cui contradicit Al-
tograd. *in conſ.*4. *num.*35. & 36. *lib.*1. Demùm nova-
28 tionem factam præſumi, ſi pro decem, quod mihi de-
bes promiſtis quindecim, tradunt Loffred. *in conſ.* 24.
*col.*4. & Alex. *in conſ.*13. *col.*1. *vol.*2.

29 Excipe verò ſi novo contractu, proteſtatione præ-
miſſa, de contrario appareat Rot. Roman. in *Deciſ.*20.
*num.*8. *in Impreſſ. poſt Oleam De Ceſſion. Jur.* Borgnin.
Cavalcan. *in Deciſ. Fivizan.* 18. *num.* 5. & 8. *lib.* 4.
Mut. *in Deciſ.*33. *nu.* 30. Epiſcop. De Afflict. *Controv.*
30 15. *num.* 4. Nèc ex aliorum obligatione induci, niſì
de novatione inducenda expreſsè conventum ſit, ſta-
tuunt Merlin. *loc. cit. num.*8. De Franch. *in Deciſ.*15.
Altograd. *in adduct. conſ.* 4. *num.* 22. & 37. Gaill. *in
Obſervat.*30. *lib.*2. Conſil. Hodiern. *ad Surd. Obſervat.*
188. *num.*5. Laganar. *ad Rovit. in Pragm.*1. *De Liter.
Camb. num.*6. & D. Joan. Leonard. Rodoer. *in conſ.* 8.
31 *num.* 2. Itèm quandò poſterior obligatio ex intervallo
facta, minus contineret, quàm prior. Salgad. *in Laby-
rint.*

Digitized by Google

*rint. credit. part.* 3. *cap.* 1. §. *unic. num.* 49. potiſſimùm
ſi in prioris obligationis executionem ſtipulata ſit, li-
cèt promiſſa ſpecies, in pretium fuiſſet redacta. Stai-
32 ban. *tom.* 1. *Reſolut.* 7. *num.* 19. & 20. Aùt dotis favo-
re Caſtil. *in Deciſ.* 5. *ex num.* 7. Staib. *loc. nupèr alleg.*
*num.* 28. Bald. Novell. *De Dot. privileg.* 18. Mantic.
33 *loc. citat. num.* 19. Nequè ex pœnali ſtipulatione ſub-
34 ſequuta Harppreſt. *loc. indicat. à nu.* 27. & numquàm
præſumi novationem, niſì de ea expreſsè conventum
reperiatur, fuerunt voti Rot. Roman. *Coràm Seraphin.*
*in Deciſ.* 1172. *num.* 2. & *part.* 4. *Recent. Deciſ.* 523.
*num.* 3. & *in Deciſ.* 32. *num.* 12. *in impreſſ. poſt Rodriq.*
*De Concurſ. credit.* & noviſſimè D. Joan. Leonard. Ro-
doer. *in conſ.* 14. *num.* 12.

35 Pauſam hìc cum D. Regente Marchione Torelli inimis, Τέλος tamèn Obſervationum ad ejuſdèm Deciſiones; ſcripſimus Nos otii habentes penuriam, intèr graviores, quibus alienas angimur curas, ſubceſivis horis: etenìm occupatis diebus aliquid agendum monuit Senec. *Epiſt.* 73. ut interſtitione animus aliqua negotiorum data, laxari, indulgeriquè potuiſſet, Gell. ità docente *in lib.* 20. *Noct. Attic. cap. ult.* Diſceptata verò noſtra, noſtris obfirmata judiciis, ubi non placeant, aùt non probentur (dum Cicer. teſte 1. *Offic.* ut *in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt etiàm majores varietates,* Hermanno Buſchio declamante

*Non hominum par eſt ſtudium, non una voluntas.*

& accinit Ulpian. *in l.* 4. *ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*) cum Marc. Aurel. Severin. *in tract. De Reſpirat. Piſc. pagin.* 128. ex Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. perorare cogimur, de his opinetur, ut cuiquè libitum erit, Aculeonum enìm, & in alienis rebus hoc ævo Curionum, qui inſcitiæ ſuæ hoſtorio, quidvis radere audent, ubertas eſt, in quos ſtant poſita per Div. Thom. *in Epiſt. Beat. Jacob. cap.* 4. Sanct. Chryſoſt. *in Homil.* 47. *ad Jo: tom.* 3. Ariſt. 2. *Ethic. cap.* 7. Sil. Ital. *De Bell. Punic. lib.* 11. & 17. Ideò mi cordate Lector, cum Joan. Tuil. *ad Alciat. Embl.* 212. ad horum averſionem, avertentia ſacra mecùm facias

INVIDIÆ, ET PALLORI.

MEMO-

# MEMORABILIUM HOC LIBRO CONTENTORUM INDEX

## Alphabetico Conſcriptus Ordine, ac Concinna Serie Diſpoſitus.


Acazin

ACazin, & Salamon undecimum agentes annum filios genuerunt. Obſerv. 144. n. 1.

Actio

. . . executiva, in obligationibus apud acta receptis, quantò præſcribatur tempore? rejicitur Thor. & Carleval. reſpuit Tapp. ac ex D. Conſil. Petr. carpitur Gizz. Obſerv. 138. num. 18.

. . . quanto minoris, qualitèr exiſtimetur? Obſervat. 147. num. 18.

Actionem perſonalem effectam litigioſam, lite pendente, alienari non permittitur. Obſerv. 160. num. 16.

Actor

. . & reus non debent ad imparia judicari. Obſervat. 187. num. 16.

Actuarius

. . . . . qui ſcientèr teſtium falſas depoſitiones recepit, ſed nullitèr, quia parte non citata, qualitèr puniendus? Obſerv. 172. num. 9.

Actus

Actu ex connexis nullo exiſtente, reliqua non ſubſiſtunt. Obſerv. 147. num. 5.

Adminiſtratores

. . . . . . . piorum locorum, in diſtribuendis eleemoſynis, ex ſola condecentia tenentur præſerre conſanguineos inſtitutorum. Obſervat. 180. Cap. 2. num. 10.

Adulterium

Adulterii pœna, qualis priſcis temporibus? Obſerv. 121. nu. 1.

Quæ ſit, inſpecta Canonum lege? num. 2. Ibid.

Jure Codicis; nùm mortis ſit? & quæ Digeſtorum? Ibid. num. 5.

Adulterium, qualitèr in Regno Neapolitano puniatur? Ibid. num. 6.

. . . . . an crimen publicum ſit? Ibid. num. 7. 8. & 9.

. . . . . committitur quamquàm matrimonium ſit nullum. Ibid. num. 11.

Et cum alterius ſponſa de futuro. Ibid. num. 12.

. . . . . quibus probetur? Ibid. num. 13.

Advocatus

Advocato pertinet confutare, & confirmare. Obſerv. 165. n. 30.

Vitilitigatorum, ſubtilitatibus quoquè operam dantium, & quorum avaritia cæcutit deſcribitur infamia. Obſerv. 169. num. 1.

Advocati quibus verſentur? Ibid. num. 5.

Oratoriæ, ac forenſis eloquentiæ utilitas. Ibid. num. 6.

Advocatorum laudes, & Agnomina. Ibid. num. 7. & 13.

. . . . . laborem retribui non poſſe. qui dixerint. Ibid. nu. 8.

Advocati officium, ſi benè impendatur, nihil ornatius. Ibid. num. 9.

. . . . legibuo utentes, proùt decet meliorem vitam agunt, quam fratres Prædicatores. Ibid. num. 10.

. . . . quot in albo Sanctorum conſcripti? Ibid. num. 11.

Ætas

. . ad hoc ut ſororis maſculiatio obtineat, quæ? Obſerv. 125. num. 3.

Ætatem ad matrimonium congruam, quam extimaverunt nonnulli? Ibid. num. 4.

Affectio

. . . . in filios, naturali potiùs quàm civili jure ſpectatur. Obſerv. 140. num. 28.

. . . . Diſponentis ergà aliquem, idem eſt ac ejuſdèm contemplatio. Obſerv. 180. Cap. 1. num. 12.

Facilè eſt, ut quis nimio ſuorum amori cedat, ni caveat. Obſervat. 180. Cap. 2. num. 26.

Affectus

. . . non ſequuto effectu, in atrociſſimis, ordinariè punitur Obſerv. 172. num. 6.

Agnatio

. . . . . quibus conjecturis contemplata præſumatur? Obſervat. 127. num. 11. 14. & 15.

Agnationem, per fœminas non conſervari ſtatuitur. Obſerv. 146. num. 27.

Agnatus

Agnati; quandò in legitimatione filii naturalis patre petente, vitandi? Obſervat. 166. num. 8.

Agnatos, quandò legitimationi cōſenſiſſe cenſeatur? Ibid. n. 14.

Alienatio

. . . . . . . rei litigioſæ, nequè dominium, nequè poſſeſſionem transfert. Obſervat. 170. num. 19.

Alimenta

. . . . facultatum diminutioni, & augmento obnoxia ſunt. Obſervat. 176. num. 13.

. . . . quandò ab hærede, legatario illorum, de proprio præſtanda ſint? ibid. num. 14.

. . . . præſtare non tenetur, ille qui ſufficiens patrimonium pro ſe alendo non habet. Ibid. num. 15.

In alimentis præſtandis perſonæ qualitas, & dignitas conſideranda eſt. Ibid. n. 16. Quìd ſi ſpurio præſtanda ſint? n. 17.

Pro alimentis præſtandis, capitalia quandò alienāda? Ib. n. 18.

Alimenta uxori debentur, quamquàm aliundè habeat undè ſe aleat. Ibid. num. 20.

. . . . à patre filio, quandò præſtanda ſint, etſi ille aliquo ſit inſtructus exercitio, cum quo vivere poſſit? Ibid. n. 21. & 23.

. . . . Júdicis officio, vel Juris diſpoſitione debita denegantur illi, qui habet undè ſe alat. Ibid. num. 22.

. . . . quo pacto exiſtimanda? Ibid. num. 24. & 25.

Obligatio alendi Collaterales, ad hæredes non tranſit. Obſerv. 180. Cap. 3. num. 18.

Alimenta Moniali ad aliud Monaſterium legitima occaſione translata, à primo Monaſterio ſubminiſtranda ſunt. Obſervat. 193. num. 16.

Anima

. . . impura, an à ſe ipſa errare cogatur ad pœnam? Obſerv. 180. num. 1.

. . . Cunctis rebus eſt præferenda. Ibid. num. 2.

Antefatum

. . . . titulo oneroſo deberi in amiſſæ virginitatis ſignum, & per matrimonii conſumationem ſtatim acquiriri, quamvis poſt viri fatum dilatetur ſolutio. Obſerv. 165. nu. 34.

At ſecundùm De Marin. continet cauſam lucrativam. Ibid. num. 35.

. . . . matrimonio non conſumato, citra viri culpam, non debetur. Ibid. num. 36.

Anteſati medietatem pro oſculo, quandò mulier, virò, antè matrimonii conſumationem, mortuo, lucretur? Ibid. num. 37. & 38.

. . . . . medietas, an debeatur illæ, quæ ſecundo nupſit, à viro ob mortem ſupervenientem, poſt contractum matrimonium non cognitæ? Ibid. num. 39. & 40.

Anteſatum non conſtitutum, non debetur. Obſerv. 184. n. 18.

Appellatio

Quo tempore privato appellare permittatur? Obſerv. 165. n. 6.

Appellatio, quandò à condemnationis ſententia in notorio obtineat? Obſerv. 167. num. 22.

. . . . . Judicatum ſuſpendit, & cauſa convertitur ad terminos litis conteſtatæ. Obſerv. 168. num. 6.

. . . . . à ſententia condemnationis de crimine falſæ monetæ, quandò obtineat? Obſerv. 179. nu. 28. & 29.

Clauſula omni appellatione remota, quo ad tertium non operatur. Obſervat. 187. num. 17. Qualitèr interpretanda? num. 11.

Appellatio Epiſcopo competit à decreto denegatæ repoſitionis ad Eccleſiam, quamquàm in cauſa procederetur cum clauſula appellatione remota. Ibid. num. 7. 9. & 13.

. . . . . facilitèr ab interloquutorio conceditur, quotiès in diffini-




Digitized by Google

# I N D E X


*diſſinitivo reparari non poteſt*. Ibid. num.12.

. . . . . *fiſco non conceditur in Regno à decretis abſolutoriis*. Ibid. num.13.

. . . . . *in Regno fiſco conceditur à decretis remiſſionis cauſæ decernentibus*. Ibid. num.15.

*Appellationis tempore non alligantur illi, qui reſtitutionis in integrum remedio ſuccurruntur*. Obſerv.165. num.21.

*Appellationum tempora: quæ ?* Obſervat. 165. num.20.

*Appellationis finiendæ tempus, in Conciſtorio Principis non obſervatur*. Obſerv. 123. num. 7.

*Appellatio, à decreto poſſeſſionem decernente, non obtinet*. Obſerv. 190. num. 29. & 30.

. . . . . *denegatur à decreto alimentorum affirmativo*. Ibid. num.31.

. . . . . *quamquàm à decreto denegante in integrum reſtitutionem concedatur, ſententiæ executionem non retardat*. Ibid. num.42.

Ariſtoteles

. . . . . *antiquorum acerrimus contradictor*. Obſ.145. n.1.

Aſſenſus

. . . *Regis contractui alienationis præſtitus, acquirentem tantùm reſpicit, non verò perſonam, cujus pecuniæ emptio facta eſt*. Obſerv. 143. num. 6.

Aſſiſtentia

. . . . . *qualitèr adversùs tertium poſſeſſorem attenta* Pragm. 1. De Aſſiſt. *diſpoſitione, concedatur?* Obſ.170.n.1.

*Quìd mortuo debitore?* num. 2.

. . . . . *conceditur contrà tertium poſſeſſorem etiam non liquidato credito, cum principali debitore*. Ibid. num.3.

. . . . . *adversùs tertium poſſeſſorem non conceditur inaudito principali debitore, quotiès creditum ex contractu venditionis annuorum introituum dependeret*. Ibid. num. 4.

Avia, & Avus

. . . *ut nepotum ſucceſſione privetur: quid probandum ?* Obſervat. 131. num.7.

. . . *quibus, & quandò in tutela præferatur?* Ibid. num.21.

. . . *ad ſecundas nuptias tranſeunte, nepotibus tutore non petito; illorum privatur ſucceſſione*. Ibid. num. 6.

. . . *vel Avo exiſtente in medio, an* Conſuetudo noſtræ Civitatis *obtineat ?* Obſervat.198. num.28.

Baro

. . *ob commiſſum adulterium cum uxore vaſalli, jurisdictione in illum privatur*. Obſervat.121. num.24.

. . *habens privativam Juriſdictionem, quo ad alios, cognoſcit de delicto vaſalli, extrà territorium commiſſo*. Gum Deciſ. noviſſ. Obſervat.155.num.9.14.15.16.17.18.& 20. *Ampliatur*. num.10.Rejectis Novar. Rovit. & Tapp.num. 11. 12. & 13.

*Baroni remiſſio cauſæ poſt ſententiam, quandò concedatur ? retunditur* D. Reg. noſter. Ibid. num. 21. 22. & 23.

*Quìd ſi reus ad triremes tranſmiſſus, in ſententiæ executionem reperiatur?* Ibid. num.26. cum Deciſ. num. 27.

*Barones habent Juriſdictionem in vaſallos privativè quo ad Regem*. Ibid. num.25.

*Baro, an & quandò vaſallos ad reconducendum cogere valeat?* Obſerv. 159. num. 22.

*Mærum imperium, ab Alphonſo I. Aragoneo, Baronibus Regni fuiſſe conceſſum ſtatuit* Caſar. in Taſſon. Obſervat. 168. num. 1.

*Quatuor literas arbitrarias Baronibus ex Roberto conceſſas proponitur*. Ibid. num. 3.

*Baro poteſt tranſigere, pœnas permutare, & componere delicta, etiam poſt ſententiam, ſi id ſpecialitèr ſibi conceſſum ſit*. Ibid. num. 4.

*Quìd ſi particulari careat conceſſione, ſi ſecundæ inſtantiæ cognitio ad ſuam curiam pertineat, & à Decreto in prima inſtantia lato fuerit appellatum*. Ibid.num. 5. & 7.

*Baro Civilis Juriſdictionis præfertur in locatione Juriſdictionis criminalis*. Ibid. num. 9.

. . *propriè dicitur civilis Juriſdictionis Dominus*. Ibid.nu. 12. *cur non ita Dominus criminalis Juriſdictionis ?* n.13.

D. Calà *placuit Juriſdictionis criminalis Dominum eſſe ſuperiorem Baroni Juriſdictionis Civilis*. Ibid. num. 14.

*Baro Civilis Juriſdictionis Regi ſervitium præſtat*. Ibid. num. 15. *Vexillum tempore nundinarum defert* num. 16. *& poſt illa Regis, & paulò inferius inſignia depingi facit*. num. 17. *& Dominus Juriſdictionis Criminalis ubi ejus inſignia depingi, & quandò permictatur?* num.18.

*Baronem Civilis juriſdictionis jus in re habere dicitur*. Ibid. num. 19.

*Baroni primarum cauſarum cognitionem habenti, in venditione Juriſdictionis ſecundarum cauſarum competit prælatio*. Ibid. num.21. *Niſi Univerſitas concurrat*. num.22.

Bartolus

Bartolum *non fuiſſe expoſitum probat* Gizz. *ſed reſiſtit* Paleoth. Obſervat. 166. num. 26.

Beneficium

. . . . . quod cum eo *cur conceſſum?* Obſervat.134. nu.36.

*Beneficio* quod cum eo *nùm renunciari poſſit?* Ibid. num.37.

*Beneficii* quod cum eo *renunciatio, qualitèr concipienda ?* Ibid. num.38.

*Beneficia ſivè reſtitutiones binæ ad pinguius probandum, intrà quod tempus petenda?* Notantur D. Reg. noſter, Verde, & alii. Obſervat.136. num.8.

. . . . . *elapſo tempore in* Pragm. *ſtatuto ampliùs peti non poſſunt*. Ibid. num. 9. Declarantur De Franch. Gizzarell. & alii num.12.

*Quìd in Fiſco ?* num.10.

*Et in patrimonio decocti Curatorem habente ?* num. 11.

*Beneficiorum nomenclatura, ex quo originem ſumpſit? adversùs* Gizz. Ibid. num. 13.

*Beneficia, quandò reo concedantur, dolo actoris concurrente*. Ibid. num. 4. *Ampliatur* num.5.

. . . . . *qualitèr litis conſortibus proſint?* Ibid.num.18. *Atquè adverſariis ?* num.19.

. . . . . *in manutenſionis judicio: nùm concedantur?* Ibid. num. 20.

. . . . . *quandò privilegiatis denegentur?* Ibid.num. 21.

. . . . . *eccleſiaſtica in laicum, qualitèr non cadant*. Declaratur D. Reg. noſter. Obſervat. 173. num. 34. & 35.

Bona

. . *ſecundi viri, quandò filiis primi matrimonii tacitè hypothecata ſint ?* Comprobatur Gizz. Declaratur, & Retunditur. Obſerv. 131.num. 22. 23. & 24.

. . *per debitorem poſſeſſa: prius diſcutienda ſtatuitur exindè tertium poſſeſſorem conveniendum*. Obſerv.165. num. 34.

. . *rei, pro delicto notorio, à fiſco occupata, indultu obtento, non recuperantur*. Obſerv.167. num.5.

. . *ejus, qui alteri diſtributionem commiſit, non explicans, in quos uſus, diſtribui poſſunt pauperibus, non præcisè ſed permiſſivè, poſſunt enim in quæcumquè pia opera erogari*. Obſerv.180 cap.2. num. 2.

. . *ad patrimonii titulum Clerico donata dicuntur merces ſpiritualis*. Obſervat. 195. num. 15.

Carcer

*Carcerum: Ancus Martius Romæ inventor*. Obſerv.177.nu.1.

*Triumviris capitalibus: carcerum à Quiritis cura commiſſa*. Ibid. num.2.

*Romæ: qualitèr Carceres viſitentur?* Ibid. num.3.

*Carcerem diutinam, pœnam minorari refertur*. Ibid.num.10.

*Detentio in carceribus poſt ſententiam, cum exilii pœna, quandò compenſetur?* Ibid. num.9. & 15.

*Carcer tormenti ſpecies eſt*. Ibid. num.11.

*In Carcere mortuus, dicitur mortuus in cruciatu*. Ibid. n.12.

*Carceratio irretractabile infert præjudicium*. Ibid. num.13.

*Memorabilium Carcerum nomina aliqua memorantur*. Ibid. num.14.

Caſus

. . *à teſtatore omiſſus ſub pœnali diſpoſitione non comprehenditur*. Obſervat.144. num.36.

Cauſa pia

*In gratiam piæ cauſæ, quandò Judicandum*. Obſervat. 140. num. 46.

*Dictum illud* ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit *qualitèr intelligendum ?* Ibid. num.45.

*Pia cauſa, an filiorum legitimæ magis privilegiata ſit ?* Ibid. num. 49. & 50.

. . . . . *nùm filiis potior ?* Ibid. num. 51.

. . . . . *inſtituta in teſtamento, quod in privata ſcriptura conſiſtit, ut hæreditatem obtineat, quas probationes afferre tenetur ?* Ibid. num.76.

*Piæ cauſæ privilegia: qualitèr operentur ?* Ibid. num. 47.

Cautio

. . . . *facit extare pecuniam*. Obſerv.123. num.14.

. . . . *præſtatur in noſtris tribunalibus à perſonis Eccleſiaſticis per expromiſſionis viam*. Ibid. num. 16.

. . . . *de danda, vel reſtituenda dote ad ſecundas nuptias non trahitur*. Obſervat. 182. num. 17.

Cedens

. . *capitale una cum tertiis ad certam rationem, ſi illas Principis facto minorari contigerit ad emendam non tenetur*. Obſerv. 188. num. 29.

. . *ad caſum Principis facto evenientem, non tenetur*. Ibid. num. 30.

Cenſus

. . *redimibilis jam conſtitutus, nùm poſſit viliori pretio ven-*


Digitized by Google

*ſendi?* Obſerv. 188. à num. 16. ad 22.

Ceſſio

. . . *ex donationis cauſa facta inſinuatione non indiget.* Obſervat. 156. num. 6.
. . . *ob non implementum reſcinditur.* Obſerv. 160. num. 9.
. . . *ab aliquo particulari facta privatis perſonis, remittendo ſivè diminuendo ſummam fiſcalium, & Arrendamenti ſub alagii nomine ſuſtinetur.* Obſerv. 188. num. 23.
*Ceſſione pro minori ſumma obtenta debitor ceſſus offerendo quantitatem verè ſolutam non liberatur.* Ibid. num. 26.

Ceſſionarius

. . . *qui nomen ceſſum, ſolvendo non reperiit, quandò pro ſui crediti conſecutione in cedentem agat? adducitur opinio* Gizz. ex Cancer. Declarata. Obſerv. 147. nu. 24. & 25. *Refertur placitum* D. Reg. Galeot. num. 26. & D. Reg. De Marin. num. 27.

Citatio

. . . *domi facta, quandò ſuſtineatur?* Obſerv. 161. nu. 2.
. . . *prima perſonalitèr exequenda eſt.* Ibid. num. 3.
. . . *domi executa, an ſuſtineatur ſi nuncius non referat, ſe in domo ſolitæ habitationis intimati, illam executam fuiſſe?* Ibid. num. 5.
*Citatione domi permiſſa, de qua intelligatur domo?* Ibid. n. 7.
*Præſens in Judicio citandus non eſt.* Obſerv. 165. num. 10.
*Nulla legitimorum citatione opus eſt, quotiès naturalium legitimatio patre petente fit, quanquàm poſt ejus mortem ejus nomine?* Obſerv. 166. num. 4. *Notatur* Thor. num. 5. Laud. Ruſtic. Mantic. & Carpan. *Declarantur.* num. 6.
*Citatio in delictis notoriis, an ſit neceſſaria? Rejiciuntur* Loſfred. & Alii D. Regent. noſtro *comprobato.* Obſervat. 167. num. 8. & 10.

Citatus

. . . *ad dicendum cauſam, quarè in ipſum incuſari obligatio non debeat, opponens peremptoriam exceptionem auditur abſquè depoſito, nec carceratione.* Obſerv. 138. num. 22.

Civitas

*Nobilium nonnullarum Civitatum habitatores proptèr vicinorum injurias relicto patrio ſolo migrarunt alibi.* Obſerv. 168. num. 32.
*Civitas noſtra Neapolitana per quos regatur.* Obſervat. 185. num. 12.

Clauſula

. . . De plenitudine poteſtatis. *quid operetur?* Obſerv. 174. num. 5.
. . . ſalvo jure tertii *in omni reſcripto ſubintelligitur appoſita.* Ibid. num. 6.
. . . omni appellatione remota, *qualitèr interpretanda?* Obſerv. 187. num. 11. *non operatur reſpectu tertii.* nu. 17.

Clericatus

. . . *probatur per Bullam ſuſcepti ordinis.* Obſerv. 173. num. 19.
*Bullis deperditis, ad probandum Clericatum admittuntur teſtes, qui fuerunt ordinationi præſentes.* Ibid. num. 20.
*Ad probandum Clericatum, quot deſiderentur teſtes?* Ibid. num. 23.
*Amiſſio Bullæ, teſtibus probatur.* Ibid. num. 24.
*Unius teſtimonii dictum, de amiſſione Bullæ deponentis, ad probationem ſufficere ſtatuitur.* Ibid. num. 25.
*Epiſcopi teſtimoniales litteræ probant Clericatum.* Ibid. n. 26.
*Clericatus probatur per librum Regeſti ordinationum.* Ibid. num. 27.
*Ex bulla ſuperiorum ordinum, Clericatum probari, qui dixerint?* Ibid. num. 28.
*Clericatus probatur per aſſertionem à Pontifice factam in litteris collationis beneficii.* Ibid. num. 30.
. . . *requiſita, quæ?* Ibid. num. 32.

Clericus

. . . *adulter, qua plectatur pœna?* Obſerv. 121. num. 3. & 4.
. . . *Conventus pro reſtitutione pecuniæ ſibi à Judice laico liberatæ cum cautione, an Declinet forum?* Obſervat. 123. num. 10. 15. 17. 18. & 20.
. . . *pro avocatione pecuniæ Decreto Judicis laici, ſimplicitèr liberatæ, conventus, forum declinat.* Ibid. num. 12.
*Quid ſtante Clauſula* ſalvo jure cujuslibet. Ibid. num. 13.
. . . *depoſitarius Judicis laici, pro reſtitutione depoſiti; coram quo conveniendus ſit?* Ibid. num. 19.
. . . *hæres laici in lite cum defuncto cœpta, quando forum declinet?* Ibid. num. 21. & 24.
. . . *conventus tempore, quo erat laicus, ſi inſtantia perempta, mutavit ſtatum, forum declinat.* Ibid. num. 22.
. . . *tutor vigore decreti Judicis laici à Judice Eccleſiaſtico compellitur pro computorum reſtitutione, & reſtituendis reliquis, adversùs* Aufrer. *& notatur perplexitas* Gizz. Ibid. num. 25.
. . . *quandò, & quatenùs tutelam exercere valeat?* Ibid. n. 26.
. . . *forum non declinat, quotiès agitur de executione ſententiæ contra defuntum latæ; quanquàm à Die promulgationis elapſi ſint triginta anni.* Ibid. num. 27.
. . . *apud ſecularem Judicem reconveniri poteſt.* Obſervat. 141. num. 2. *Præcipuè in locis ubi talis viget Conſuetudo.* num. 3.
. . . *reconvenitur coram Judice laico quanquàm negotium à conventione totalitèr ſit independens.* Ibid. num. 4.
. . . *quandò reconveniri poſſit?* Ibid. num. 5. & 6.
. . . *an ad evitandam reconventionem poſſit à conventione recedere, & quandò?* Ibid. num. 7.
. . . *reconventus, non tenetur coram Judice laico cautionem præſtare de Judicio ſiſti.* Comprobatur D. Reg. noſter. Ibid. num. 12.
. . . *attenta* Pragm. unic. De Prævent. moderand. *an teneatur cautionem præſtare de ſolvendo debitum, & pœnam?* Ibid. num. 14.
. . . *Judicis non ſui juriſdictionem prorogare non valet.* Obſervat. 155. num. 8.
. . . *falſum deponens coram laico Judice, à quo puniendus?* Obſerv. 172. num. 26. 27. 28. & 29.
*Clerico, qui dimiſſo habitu deliquit, infraganti capto, num Eccleſiaſtico Judici remittendus? Adversùs* D. Reg. noſtr. *ſunt* Tap. & De Marin. Obſervat. 173. num. 31.
*Clericus miles effectus, vel enormibus ſe immiſcens, nùm fori privilegio privandus?* Genuenſ. ex Mart. *declaratur.* Ibid. num. 33.
*Clerico privilegium electionis fori competit prò offenſa conſanguineis ſuis delata.* Obſerv. 195. num. 12.
*Clericus pro bonis patrimonialibus, nùm fori electionem, atquè variationem gaudeat?* Ibid. num. 13. 14. & 17.
*Clerico ad titulum patrimonii donata dicitur ſpiritualis merces.* Ibid. num. 15.
*Clericus gaudet in bonis patrimonialibus omnia privilegia, quibus Eccleſia nititur.* Ibid. num. 16.
. . . *cùr foro ſuo renunciare nequeat?* Obſerv. 198. num. 17.

Collegium

. . . *abſquè ſuperioris authoritate inſtitutum dicitur illicitum.* Obſervat. 169. num. 18.
*Nova Collegia, quandò diſſolvenda?* Ibid. num. 16.
*Omne Collegium illicitum præſumitur; niſi licitum probetur.* Ibid. num. 17.
*Collegium, nùm capax ſit, ſi abſquè ſuperioris authoritate fuiſſet erectum?* Ibid. num. 19.
*Collegio deſtructo, abſquè ſuperioris authoritate jam inſtituto ejus bona cui debeantur?* Ibid. num. 20.
*Reprobata confraternitate, ſivè collegio, vel Pontificis, aut Principis juſſu deſtructa; cui bona illius applicentur?* Ibid. num. 21.
*Capitula collegii alicujus artis; quandò ſubſtineantur, & quandò dicantur monopolia?* Ibid. num. 22.
*Collegium Neapolitanum Soc. Jeſ. eſt locus valdè pius.* Obſerv. 180. num. 25. cap. 1.
*Quantum Neapoli proſit.* Ibid. num. 25. cap. 3.

Compenſatio

. . . *ſuaptè natura extrema æqualia exigit.* Obſervat. 124. num. 1.
. . . *de illiquido, ad liquidum non admittitur.* Ibid. num. 2.
. . . *vim ſolutionis habet.* Ibid. num. 3. & num. 16.
. . . *ſententiæ executionem impedit.* Ibid. num. 4.
. . . *ut admittatur, clarum debet eſſe creditum, atquè apertum.* Ibid. num. 5.
. . . *an admittatur cum credito de brevi liquidando?* Comprobatur Gizz. Ibid. num. 7.
. . . *admittitur, quotiès creditum hinc indè ex facto creditoris, & debitoris provenit, non ex perſona tertii.* Ibid. num. 8.
. . . *debiti proprii, cum legato à creditore relicto admittitur?* Ibid. num. 9.
. . . *admittitur intèr mariti debitum proprium, cum tertiis ex capitali dotali debitis.* Ibid. num. 10.
. . . *intèr creditorem, & debitorem à principio fit ipſo jure abſquè hominis miniſterio.* Ibid. num. 12.
*Præcipuè ad evitandum curſus uſurarum.* Ibid. nu. 13.
. . . *in credito fiſcali ejuſdem ſtationis obtinet.* Ibid. n. 14.
. . . *tertii creditoris præjudicium admittitur.* Ibid. num. 15. *Amplia,* ut num. 18.
*Compenſationis exceptio in commodato admittitur.* Ibid. num. 19.
*Compenſatio: quando in depoſito obtineat?* Declarantur Gizz. Ibid. num. 20.



Digitized by Google

. . . . . *num in debito camerali admittatur?* Ibid. num. 21.

. . . . . *quandò in tributis, & vectigalibus obtineat?* Ibid. num. 22.

. . . . . *& retentio à pari procedunt.* Obſerv. 137. num. 9.

Compater

. . . *num teneatur alere ſuſceptum inopem?* Obſervat. 199. num. 27.

Conceſſio

*Conceſſione tantùm, in gratioſis dominium, & poſſeſſio transfertur: Præcipuè in præcedentiis officialium, quamquàm poſteriori electo poſſeſſio tradita fuiſſet.* Obſerv. 154. num. 6. 7. & 8.

*Conceſſio à Principe facta, præſumitur ſecundum pacta concedi ſolita.* Obſervat. 170. num. 11.

. . . *prolata à Principe non expirat, niſi effectu ſequuto.* Obſervat. 185. num. 10. & 11.

Concilium

. . . *ab Univerſitate loco ſolito congregandum, ſolitum ſervando ordinem.* Obſerv. 185. num. 10. & 11.

Condemnatus

. . . *ad triremes, an teſtamentum condere valeat?* Obſerv. 161. num. 30. & 32.

. . . *ad perpetuos carceres, num valeat ordinare teſtamentum?* Ibid. num. 31. & 33.

. . . *pœna ultimi ſupplicii, an teſtamenti habeat factionem?* Ibid. num. 34. & 35.

. . . *ad triremes loco depoſiti ad mortem condemnari nequit.* Obſerv. 177. num. 17.

*Triremibus damnatum, compenſare cum detentione in carceribus poſt ſententiam tempus condemnationis, qui dixerint?* Ibid. num. 16.

*Pœna ad triremes damnati, quanta ſit:* Ibid. num. 18.

*Tempus, quo in triremibus loco depoſiti morari contigerit delinquentes, compenſatur cum tempore condemnationis ad remigandum, ſi ſic damnari eos contingat.* Ibid. num. 8.

*Reus: quandò ad triremes loco depoſiti tranſmittatur?* Ibid. num. 6.

*Tranſmiſſo ad triremes loco depoſiti, cùr quoquè terminus præfigatur?* Ibid. num. 20.

*Condemnatus ad remigandum: num poſt ſententiam in rem judicatam tranſactam, poſſit de repoſitione ad Eccleſiam contemnere?* Obſerv. 187. num. 18.

. . . *in perpetuum ad triremes ſi ab illis aufugerit ad Eccleſiam, an illius immunitate gaudeat?* Ibid. num. 21.

Conditio

. . . *matrimonii impeditiva rejicitur.* Obſerv. 144. nu. 31.

*Conditionem, de contrahendo matrimonio cum conſenſu alicujus, non ſubſtineri, putant nonnulli.* Ibid. num. 32.

*Conditio impoſſibilis rejicitur.* Ibid. num. 38.

. . . *ſi ſine filiis deceſſerit, ſatis eſt ut momento temporis impleta ſit, etsì implementum non duret.* Obſervat. 146. num. 2. & 3.

. . . . . . . . . . . . . *filio paulò poſt nativitatem decedente, non expirat, quotiès teſtator effectus conditionis fuiſſet conſideratus.* Ibid. num. 24.

Conductor

*Conductori, mercedis remiſſio, an & quandò proptèr plebiculares revolutiones facienda ſit.* Obſerv. 162. num. 7. & 8.

. . . *fit mercedis remiſſio: proptèr inſolitas calamitates:* Ibid. num. 11.

. . . *à domo migranti, ob peſtis timorem, mercedis remiſſio: an facienda ſit?* Ibid. num. 12. *Quid ſi in domo mobilia, & famuli remanſiſſent?* D. Conſil. Petr. *rejicit* Epiſcop. De Afflict. & Ferdinand. De Afflict. num. 13.

. . . *qui domum ad commercii uſum conduxit, commercio impedito, mercedis excomputum faciendum eſt.* Ibid. num. 14. *Quid ſi pacto, conductor ad caſus fortuitos ſe ſubmiſiſſet?* num. 15.

*Conductor, ad caſus fortuitos non tenetur.* Ibid. num. 16.

*Conductori, qui à domo migravit: quia ruinam minabatur, quid reficiendum. Comprobatur* Gizz. num. 17.

. . . *molendini: quandò mercedis remiſſio facienda ſit,* Ibid. num. 18.

. . . *qua occaſione remiſſio mercedis competat?* Ibid. nu. 19.

*Conductor, qui domum non potuit habitare ob tetras illuſiones, & nocturnos tumultus ad penſionem non tenetur.* Ibid. num. 20.

*Conductori: quandò remiſſio mercedis facienda ſit, quandò reficienda damna, & intereſſe? Comprobatur* D. Reg. noſter. num. 21.

*Conductores vectigalium, antè omnia de remiſſione, & refectione cogitant.* Obſerv. 171. num. 3.

*Conductori ad remiſſionem mercedis obtinendam, Juſtam cauſam, & in bono regimine neceſſariam ſatis non eſſe ſtatuitur.* Ibid. num. 4.

. . . *proptèr caſum inſolitum ſit mercedis remiſſio, quamquàm juſta cauſa, & in bono regimine neceſſaria intercedat.* Ibid. num. 6.

*Quid in Vectigalium conductore?* num. 7.

*Atqui in illo, qui inſolitis caſibus evenientibus fortaſſe renunciavit?* num. 8.

*Præcipuè ſi caſus ille, in ſubſtantia rei eveniat:* num. 9.

*Quid in Vectigalium conductore?* num. 10.

. . . *quandò renunciatione caſuum inſolitorum non obſtante, mercedis remiſſio concedatur?* Ibid. num. 11.

. . . *vectigalium, mercedis remiſſio concedenda eſt, ratione ſuper indicti.* Ibid. num. 12.

. . . . . . . . . *ad quam quantitatem reſtaurum concedendum veniat?* Ibid. num. 14.

*Quid quotiès tertii facto conductor re conducta uti frui impeditus fuit?* num. 15.

. . . *non adhuc expleto conductionis tempore convento, occaſione ſupervenientis cauſæ inſolitæ excomputum, an faciendum ſit?* Ibid. num. 16. 17. & 18.

. . . *vectigalium, legitimam mercedis remiſſionem, novi ſuperindicti occaſio.* Obſervat. 194. num. 1.

*Conductor ad penſionem non tenetur, niſi conſtiterit locatum fundum reipſa fuiſſe traditum.* Ibid. n. 5. *Non obſtante, quod in contractu ſcripta legantur verba, dedit, tradidit, &c.* n. 6.

*Conductorem à locatore expelli poſſe ſi fundus ad uſum proprium deſerviat, probatur.* Ibid. num. 10. *Quid ſi in conductionis contractu uſui proprio fuiſſet renunciatum?* nu. 11. *Aut fundus pro conductoris manutentione ſpecialiter fuiſſet hypothecatus?* num. 12.

. . . *quandò ſingularis ſucceſſor expellat?* Ibid. num. 14.

Conjecturæ

. . . *ſunt inſtrumenta, occultæ veritatis eruendæ.* Obſervat. 144. num. 30. & Obſervat. 180. num. 28.

. . . *locus ad tacitam ſubſtitutionem reciprocam inducendam, quandò fiat? Declaratur* Marian. Soccin. *ex* D. Regent. noſtr. & Clar. Obſervat. 145. num. 4.

*Conjecturis, an ſubſtitutio tacita reciproca induci poſſit?* Ibid. num. 2. *Rejicitur* Ripa. *Adducitur opinio* Burſati. num. 3.

. . . *teſtatoris demoſtratur voluntas.* Obſerv. 180. num. 24. & num. 9.

*Conjecturæ apertiſſimæ exiſtimantur probationes.* Ibid. nu. 24.

*Conjecturis contrahentium dignoſcitur mens.* Ibid. num. 26. & 27.

*Conjectura, quo pacto ethymologiam ſumpſit.* Ibid. num. 29.

*Conjecturæ ad Judicandum ſatis ſunt, quotiès quid difficile probatum eſt.* Ibid. num. 30.

. . . *plures conjunctæ ad idem mutuo ſe juvant, & fortiores fiunt.* num. 31.

Conſanguinei

. . . . *ultrà quartum gradum de Jure civili, quid extranei reputantur, extranei non ſunt præferendi.* Obſerv. 180. num. 12. cap. 2.

*In foro externo abſolutum eſt, non oportere, ut conſanguinei, ſaltèm extrà primum gradum aliis præferantur.* Ibid. num. 13.

Conſiliarii

. . . . . . *& boni viri, columnæ ſunt, populum ſubſtinentes.* Obſerv. 140. num. 91.

*Conſiliarii S. R. C. Sanctæ Claræ nequeunt inhibere M. C. V. nè ad liquidationem inſtrumenti ad ritus formam procedat.* Obſerv. 200. num. 1. *Benè tamèn partibus injungere ſub pœna nè ad interrogationem procedant.* num. 17.

Contractus

. . . *reſolutioni: ob rem in pondere, numero, & menſura, ſtatuto tempore non conſignata: an locus ſit?* Comprobatur D. Reg. noſter. Obſerv. 160. num. 3. *Adducitur affirmativa opinio* Donell. Signorol. Mart. & aliorum pro D. Reg. noſtr. num. 4.

*In contractibus nominatis, reſciſſioni locus non eſt, ſed agi oportet ad implementum.* Ibid. num. 5. *Niſi illud cauſam finalem illius reſpiciat.* num. 6.

*Contractus diſpoſitio, ad caſum trahi non debet, ex quo contrahentis oritur deceptio.* Ibid. num. 7.

. . . *tranſactionis ob non implementum reſcinditur.* Ibid. num. 8.

. . . *venditionis, rei in pondere, numero, & menſura conſiſtentis, antè menſurationem, numerationem, & ponderationem perfectus eſt.* Ibid. num. 10. *Quid ſi venditio in genere facta ſit?* num. 11.

. . . *rerum mutato ſtatu, revocatur.* Obſervat. 162. num. 9. & 10.

. . . *donationis ſimulatus præſumitur; donante poſſeſſionem*

*rei*

Digitized by Google

rei donatæ continuante. Obſervat. 173. num. 9. & quibus aliis cauſis ſimulatio præſumatur, in contractu interveniſſe. Ibid. num.8. 10. 11. 12.13. 14. 15. 16. 17. & 18.

. . . antè monacatum initus continet in ſe tacitam conditionem ſi in Religione profiteatur. Obſerv.193. num.17.

Petens experiri ex contractu ultrò citroquè obligatario ex ſui parte implementum afferre tenetur. Obſerv. 194. num.7.

Quid ſi patientiæ fuiſſet renunciatum? num.8.

Contractus emptionis venditionis ſolo perficitur conſenſu. Obſerv.196. num.1.

. . . . . . . . . . . quandò dicatur perfectus? Ibid. nu.2.

. . . mutui qualitèr perfectus ſit? Ibid. num.3.

Contractu venditionis perfecto rei venditæ dominium in emptorem tranſit. Ibid. num. 6.

Contumacia, & Contumax

. . . . atquè indiciis ad torturam concurrentibus, an quis forjudicari valeat? Obſervat.161. num.8. 9. & 10.

Quid ſi ad forjudicandum cum abbreviatione procederetur? num.12. & 15.

Contumax de Jure Civili poſt ſtatutum annum ad ſe purgandum auditur. Ibid. num.14.

Contumacia ſola ſatìs non eſt, ut ad forjudicationem devenriri poſſit, niſi de delicto conſtet. Ibid. num. 16.

Creditor

. . . & legatarius pendente termino ad conficiendum inventarium hæredem inquietare non valent. Obſerv.129.nu.8.

Creditorem certum, atquè hæredi notum abſentem à loco ubi inventarium conficitur ſat eſt citare per edictum. Rejicitur Gizz. Ibid. num.16.

Creditorum multitudo, qualitèr in inventarii confectione citetur? Ibid. num.17.

Creditor anterior, an adversùs poſteriorem creditorem experiri petat pro avocatione pecuniæ penès ſe retentæ, occaſione fundi debitoris ſub haſta poſiti, emptore non reperto, ſibi cum retentione crediti adjudicati? Obſerv.130. nu.1. & 2. Quid ſi creditor anterior fuiſſet præſens, & intimatus non impediiſſet? num.4. Quid in fiſco? num.5.

Quid ſi anteriores creditores citati fuiſſent per proclama? Ibid. num.6.

. . . quandò ad licitandum admittatur? Ibid. num.7.

. . . poſterior, qui prædium emit cum ſui crediti retentione, venditione revocata, ad creditoris anterioris inſtantiam, à quo Die fructus, ſivè intereſſe reſtituat? Comprobatur D. Reg. noſter contra Gait. & Thor. Ibid. num.8.

. . . emptoris, qui antè emptionem declaravit habere nudum nomen, ſupèr re empta nullam acquirit hypothecam. Obſervat.143. num.3.

. . . an via ritus jura ſua experiri valeat, ſi ordinario judicio prius experiri petiiſſet? Obſerv.148. num.14.

. . . obtenta ſententia aſſiſtentiæ, num variare valeat de uno, ad aliud corpus non adhùc condemnato poſſeſſore? Ibid. num. 20.

. . . in diem, quandò antè diem agere poſſit, ut adveniente die debitum ſibi ſolvatur? Obſervat. 151. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 10.

. . . rationabili accedente cauſa, à debitore fidejuſſionem petit, ut ſolutionis adveniente die ſit ſecurus. Ibid. num.7.

. . . antè conditionis adventum in Judicio experiri poteſt, ut adveniente conditione debitum ſibi ſolvatur. Ibid. n.13.

Creditor, ex cauſa oneroſa, poſterior, an creditori anteriori ex cauſa lucrativa præferatur? Obſervat. 156. num. 15. Pro Creditoribus adducitur opinio ajens num. 16. Creditores ex cauſa lucrativa defendunt adducti. num. 18. Refertur media Mercur. Merlin. ſententia. num.17. Opinio D. Joan. Bapt. Mucci traditur num. 20.

Creditori indiget habere debitorem locupletem. Obſervat.164. num. 23.

Creditore abſquè aſſenſu inſtante: poteſt cogi ſucceſſorem in feudo ad vendendum illum. Obſervat.170. num.5.

Creditori abſquè aſſenſu, etsì immiſſio ſupèr corpore denegetur, conſulitur verò ſupèr illius commoditate, fructus percipiendi. Ibid. num.6.

Creditor aſſenſu carens, obtenta ſupèr allodialibus ſententia, in quibus ei de ſatisfactione conſultum non eſt, qualitèr abſquè novo judicio fructus feudi exequi facere permiſſum ſit? Ibid. num. 8.

Creditorum major pars, num in minoris partis præjudicium, crediti partem remittere valeat? Obſervat.192. nu.7. & 8.

Creditore invito aliud pro alio ſolvi nequit. Ibid. num.22.

Creditor adversùs literarum datorem, ſivè cedentem, quandò agere valeat? Obſervat.196. num.22. & 23.

. . . ſui debitoris procurator ad exigendum, ſibimetipſi ſatisfeciſſe præſumitur. Obſerv.197. num.14.

Curator

Curatoris furioſi exercitium ceſſat ceſſante morbo, reincidente verò in furore redit. Obſerv.131. num.20.

Damnum

. . pro excomputo obtinendo in locatione, qualitèr conſiderandum? Obſervat. 162. num.22.

Debitor

. . . pro majori ſumma citatus, abſquè perjurii metu, poteſt totam ſummam negare. Obſerv. 152. num.7. Adducitur in contrarium Novar. num.8. Gratian. reſtringit Concluſionem. num. 9. ſed verior judicatur ſententia Sarmient. & Guttierez. num.10.

. . . quandò Inſtrumenti perfecta liquidatione, & deſcripta pœna in libro inferni, non facta reali ſolutione audiatur? Ibid. num. 16. 18. 20. 22. & 25.

Debitores plures inſolidum obligati ſi ſimplicitèr una ſententia condemnati ſint; tenentur pro rata. Comprobatur Gizz. Obſerv. 153. num.31.

Quid ſi creditor, in libello uſus fuiſſet clauſula inſolidum. num. 32.

. . . condemnati ſimplicitèr ſi ex contractu inſolidum tenentur: an poſſint, omiſſa judicati actione, inſolidum ex contractu conveniri? D. De Luc. defendit De Franch. in Oleam. Ibid. num. 33.

Debitor fiſci ex alia cauſa ad licitandum non admittitur. Obſerv.158. num.14.

Deciſio

Deciſio 177. D. Reg. noſtri, quandò non obtineat? Obſ.177.n.19.

. . . . 401. De Franch. rejicitur. Obſerv.179. num.1.

. . . . 186. D. Reg. noſtri, quibus adaptetur? Obſ.186.nu.3.

. . . . 553. Regent. Reverter. expenditur. Obſervat.191. num.22.

. . . . 192. D. Reg. noſtri ſuſpenſa traditur per Regium Collaterale Conſilium. Obſervat.192. num.20.

Deciſionis 198. D. Reg. noſtri fides conturbat D. Caſar. illam verò Obſervat. luculentèr D. Calà. Obſerv.198. num.1. & 3. ejuſquè factum conſideratur. num. 12.

Deciſio 175. D. Reg. noſtr. ex De Luc. notata obſervatur. Obſervat. 175. num.13.

Deciſioni 173. D. Reg. noſtri contradicit Verricell. Et eadèm qualitèr ſe habuit? Oberv.173. num. 1. & 30.

Deciſio 171. D. Regent. noſtri altera comprobatur Deciſ.

Deciſionem D. Reg. noſtri oppugnant. Prat. & D. Conſil. Petr. Obſerv.169. num. 14.

Deciſ. 45. & 46. Gizzarell. ex Theodor. ponuntur ad trutinam. Obſervat. 140. num. 61.

Deciſio 124. D. Regent. noſtri comprobatur. Obſ.124.nu.23.

. . . . 125. D. Regent. noſtri qua ratione proceſſit, exponitur. Obſervat.125. num.17.

. . . . 130. D. Reg. noſtri comprobatur. Obſervat. 130. num. 4. & 8. adversùs Gait. & Thor.

. . . . 132. D. Reg. noſtri ex D. Carolo Antonio De Luca conſideratur. Obſervat.132. num. 6.

. . . . 54. Præſid. Ganaverr. retunditur. Obſervat. 134. num. 29.

. . . . 178. Matthei De Afflictis ex D. Reg. noſtro rejecta, per D. Franciſcum Antonium Andreaſſum defenſa traditur. Obſerv. 135. num.1.

Deciſionis 137. D. Reg. noſt. referuntur ſequaces. Obſ.137.n.1.

Deciſio 138. D. Regent. noſtri, qualitèr ſalvari poſſit.

. . . . 36. De Franch. ponderatur. Obſerv.139. num.13.

. . . . 7. Capyc. conſideratur. Ibid. num.14.

. . . . 140. D. Reg. noſtri altera S. R. C. Deciſione comprobatur.

. . . . Putei 14. lib.1. ponderatur. Obſerv.140. num.85.

. . . . 74. Rot. Roman. part.2. Diverſor. rejicitur. Ibid. num. 65.

. . . . Rot. Roman. penès Put. 14. & 18. in epitom. expenduntur. Ibid. num.71.

. . . . 149. D. Regent. noſtr. conſideratur. Obſ.149. nu.10.

Deciſionem 156. D. Regent. noſtr. qui contendant, à quibus probata. Obſerv.156. num.1. & 2.

Deciſio 157. D. Regent. noſtr. ex Rovit. ſequuta à Marotta impugnata, ex Molfeſ. defenſa adducitur. Obſ.157.n.6 & 7.

. . . . Afflict. 340. ex Arias De Meſa cum D. Reg. noſtro retunditur. Obſerv. 158. num.5. & 7. ſed illius ſequaces memorantur num. 9. qui ex Koppin. D. Rodoer. D. Calà, & aliis rejiciuntur. num.10.

. . . . 158. D. Regent. noſtri, qua ratione proceſſit? Ibid. num. 13.

. . . . 159. D. Regent. noſtri ponderatur Obſerv.159. nu.3.

. . . . Afflict. 280. cum dubitatione adducitur, & quibus non adaptetur, ponitur. Obſerv. 160. num.12. & 13.



Digitized by Google

. . . . 161. D. Regent. noſtri *comprobatur.* Obſ.161.nu. 1.
. . . . 163. D. Regent. noſtri *defenditur.* Obſ.163.nu.19.
. . . . *eandèm, qua ratione proceſſit?* Ibid. num.21.
. . . . 164. D. Regent. noſtri *ponderatur, & contrà illam deciſum adducitur.* Obſerv.164. à num. 14.
. . . . 284. De Franch. *quibus caſibus procedat?* Obſervat. 165. num. 23.
. . . . 166. D. Reg. noſtr. *comprobatur.* Obſerv.166.
*Supèr* Deciſ. D. Reg. noſtr. 168. *pugnant* Prat. & De Marin. Obſerv. 168. num. 8.
D. De Magiſtr. Deciſ. D. Reg. noſtri 193. *explorator adducitur.* Obſerv.193.num.2. *ſed in illam ſtare* Reg.Sanfelic. *conſideratur* num. 2.
Deciſio 195. D.Reg. noſtri *ex* Reg. Sanfelic. *comprobata adducitur.* Obſerv.195.

Decoctores

. . . . *quibus aſſimilentur?* Obſerv.196.num.28.
. . . . *ad inſtàr graſſatorum puniendos ſtatuit* B. Pius V. Ibid. num.29.
. . . . *miſerabili ceſſionis bonorum beneficio privantur.* Ibid. num.31.
*Decoctoribus induciæ non proſunt.* Ibid. num.32. *Nequè ullo ſalvoconducto illos gaudere, qui dixerint.* num.33.

Decretum

. . . *individuum, ex cauſa partim vera partim falſa latum, in totum eſt nullum.* Obſervat.152. num.4.
. . . *preambuli præventionem non inducit.* Obſervat. 180. num. 9.
*Decreti preambuli interpoſitio ad M. C. V. pertinet.* Obſerv. 198. num.4.
*Decretum preambuli per Curiam Baronalem interpoſitum, vel Regiam Audientiam: quandò hac in Civitate fidem obtineat?* Ibid. num.5.
*In Regia Theſaureria, qualitèr decretum preambuli ab Auditore militum interpoſitum admittatur?* Ibid. num.6.
*Decretum preambuli demortui Sacerdotis in Regno apùd laicum Judicem interponitur.* Ibid. num. 7.
. . . . . . . *in poſſeſſorio, neque in petitorio præjudicium infert.* Ibid. num.8.
. . . . . . . *litis pendentiam non inducit, & quarè adinventum?* Ibid. num. 10.
*A Decreto preambuli non admittitur appellatio formitèr ad S. R. C.* Ibid. num.11.

Delictum

*In notoriis delictis, qualitèr procedendum?* Obſervat. 167. num. 7.
*Delictum notorium tripliciter conſideratur.* Ibid. num. 12. *qualitèr conſtare debeat?* num.13. & 14.
. . . *in Judicio commiſſum: dici notorium* Barboſ.& Duard. *teſtantur.* Ibid. num. 17.
*Delinquens coràm Judice ſedente in Sella judiciaria, nùm condemnari poſſit ratione notorii, ſi per probationes de delicto non conſtet?* Ibid. num.18.
Marco Antonio Gribelli, *qui coràm Prætore, & fiſco blaſfemavit, fuit conceſſa copia proceſſus, & conceſſus terminus ad ſe defendendum.* Ibid.num.11.
*Perſona rei cùr neceſſaria in proceſſu notorii.* Ibid. num.19. & 20.
*Recuſatio Judicis in notorio crimine non admittitur.* Ibid. num. 21.
*In notorio Crimine, quandò à Condemnationis ſententia appellatio obtineat?* Ibid. num.22.
*Notorii praxis, atquè ſententiæ formula dat* Sarn. Ibid.n.23.

Deportatus

. . . . *an teſtamenti habeat factionem?* Rejicitur Gizz. ex Capiblanc. Tad. Piſ. Reuſner. & aliis. Obſervat. 161. num. 26. & 28.
*Quid ſi ordinatum fuerit appellatione pendente, & antè confirmationem ſententiæ condemnationis moriatur?* Comprobatur Gizz. Ibid. num. 27.
*Vel ſi illud antè condemnationem ordinaſſet?* Ibid. num.29.

Depoſitio

. . . . *trium latronum in Regno, quandò habeantur, uti duorum proborum virorum teſtimonium.* Obſervat. 132. num. 4. *& quandò probet furtum in hac Civitate commiſſum?* Ibid. num. 5.

Deus

. . *viduæ, & pupilli non deſpuit praeces.* Obſervat. 165. num. 36.
. . *ſi contraheret, ex contractu teneretur.* Obſerv.188. nu.2.

Dignitas

*Dignitatum multiplicatio in præcedentiis attendenda.* Obſerv. 181.num.13.
*Dignitatis prærogativa, quandiù militaverit perfrui non decet; ſed quandiù vixerit.* Ibid. num.17.
*Dignitas vetuſta, quamvìs præterita retinetur.* Ibid. num.18.
*Duplici fulgens dignitate, unam tantùm habenti præfertur.* Ibid. num. 19.

Dilatio

. . . . *quinquennalis, qualitèr à Judice concedatur?* Obſerv. 192. num. 6. *& nùm ultrà quinquennium concedi poſſit?* Ibid. num.9. 10. & 11.

Diſpoſitio

. . . . . *in alicujus honorem facta, ipſius contemplatione facta cenſetur.* num.13.
. . . . . *facta Cappellæ alicujus ſancti acquiritur Eccleſiæ in qua Cappella ineſt.* Ibid. num.14.
. . . . . *directa adminiſtratori Eccleſiæ incognito, aùt non conſanguineo, cenſetur ſcripta Eccleſiæ intuitu.* num.18.
. . . . . l. ſi unquàm 8. C.De Revocand. donat. *nùm vindicet locum, ſi filius incontinenti poſt nativitatem, patre donante ſuperſtite decedat?* Comprobatur Gizz. *in quem ſtant* Mozz. & alii. Obſervat. 127. num. 16.
. . . . . Pragm.3. De Furt. *quandò obtineat ſibi locum?* Obſerv. 32.nu.7. & 8.
. . . . . Cap. Regn. ad hoc. *an in crimine peculatus procedat?* Ibid. num. 20.
. . . . . Pragm. unic. De Senat. Conſult. Macedon. *an inducta ratione paterni præjudicii, vel ad filii integrandam perſonam?* Obſervat. 134. num. 14. 15. 27. 28. 30. 31. & 34.
*exquirit patris conſenſum, & præſentiam in contractu per filium familias geſto.* Ibid. num.20.
*Comprehendit filios familias majores Adversùs* D. Merlin. Ibid. num. 32.
*Nùm Clericos obliget?* Ibid. num.33.
. . . . . Conſtit. Regn. In aliquibus. *procedit tàm in ſucceſſione materna, quàm paterna.* Obſerv.135. num.2. *maſculinitatem reſpexit.* Ibid. num.4. & 11.
. . . . . Pragm. 16. De Ordin. Judic. *quarè inducta.* Obſerv. 136. num.3.
*Procedit tàm in Actore, quàm in reo.* Notatur Gizz. Ibid. num.3. & 6.
. . . . . l. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio. C. Mandat. *quandò non obtineat?* Obſerv. 137. num.26.
. . . . . Pragm. 15. & 16. De Actuar. *examinatur* notato Gizz. Obſervat.138. num.7.
. . . . . l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto. C. De Teſtament. *ad filios naturales non extenditur.* Obſervat. 140. num. 26. *Nec ad pias cauſas.* Ibid. num.30.
. . . . . cap.relatum. De Teſtament. *an in ſæcularibus curiis recepta?* Ibid. num. 60.
. . . . . Pragm. unic. De Prævent. moderand. *an Clericos obliget?* Obſerv.141. num.14.
. . . . . l. 30. C. quand. Res legat. cedat. *adducitur.* Obſervat.144. num.6.
. . . . . Pragm. Unic. De Senat. Conſult. Vellejan. *memoratur.* Obſervat. 148. num.4.
. . . . . l. à divo Pio, §. in venditione. ff. De re judicat. *quandò procedat? & quid in Regno?* Obſerv.148. num.13. 14. 15. 16. 17. & 18.
